GYNAECIORUM SIUE DE MULIERUM TUM COMMUNIBUS, TUM...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
16 H
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
12-16-H-8

73.2.13

Digitized by Google

GYNÆCIORVM SIVE DE MVLIERVM TVM COMMVNIBVS, TVM GRAVIDARVM, PARIENTIVM, ET PVERperarum AFFECTIBVS & MORBIS,

LIBRI

GRÆCORVM, ARABVM, LATINORVM VETERVM ET RECENTIVM QVOTQVOT EXTANT, partim nunc primùm editi, partim verò denuò recogniti, emendati, neceſſarijs IMAGINIBVS exornati, & optimorum Scriptorum autoritatibus illuſtrati,

Opera & ſtudio ISRAELIS SPACHII MED. D. & Profeſs. Argentinenſis.

AVTORVM CATALOGVM POST PRÆfationem inuenire licet.

Additi ſunt etiam INDICES Capitum, Rerum ac Verborum in his memorabilium locupletiſſimi & fideliſſimi.

M. D.



XCVII.

Cum Priuilegio S. CAESAREAE Maieſtatis.

ARGENTINAE,
Sumptibus LAZARI ZETZNERI.

12-16-H-8

LECTORI BENEVOLO

Τὸ ὑγιαίνειν

Israel Spachius Medicus.

Scribitur de Heraclito Epheſio Philoſopho, quòd is ad omnium hominum occurſum fleuerit. Dolebat ſiquidem ille, quòd nihil ſani eſſet, nihil in homine non caducum, fluxum, & deceptibile. Præterquam enim quòd vita humana breuis ſit, adeò vt Theophraſtus Philoſophus moriens naturam accuſaſſe perhibeatur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet; hominibus verò, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet: omnis generis calamitatibus ac miſeriis ſubiecta, ac tota plena laboris & ærumnarum eſt, quam eandem mors ipſa excipit. Ita profectò, vt is demum vitam æqua lance penſitet, qui ſemper fragilitatis humanæ memor ſit. Quænam enim quæſò vitæ pars incommodis & moleſtiis vacat? nonne in primo ipſo ortus veſtibulo infans plorat, & à dolore vitam auſpicatur? nec ab vlla quidem moleſtia immunis eſt, dum omnium incommodorum anguſtiis obſidetur atque circumuallatur, vel rerum neceſſariarum penuria, vel frigore, vel calore, vel plaga aliqua, quum tamen nondum fari, nec doloris ſui cauſas explicare, ſed ſolo vagitu atque eiulatu angoris mæſtitiæq; ſignum dari poſſit. Et vt eleganter ille canit:

Diog. Laërt. lib. 9. in vita ipſius. Sabellicus lib. 5. cap. 2.
Laërtius lib. 5. in eius vita.
Cicero lib. 3. Tuſc. quæſt.
Plinius lib. 7. cap. 7.
Plato in Axiocho.
Lucretius lib. 6.

Tum porrò puer, vt ſæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet infans, indigus omni
Vitali auxilio: cum primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit:
Vagituque locum lugubri complet: vt æquum eſt,
Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum.

Et quid multis opus eſt? Totus homo ab ipſo ortu morbus eſt. Dum educatur, inutilis eſt, & alienum auxilium implorat. Dum increſcit, improbus & demens eſt, inſtitutione puerili indigens. Dum in vigore ætatis conſtitutus eſt, audax eſt. Dum ætate decreſcit, miſerabilis eſt, vbi labores ſuos imprudenter recolit & iactat. Ex maternis enim vteri inquinamentis, talis prodiit. In ſordibus quippe generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur, ante exitum miſeras oneramus matres, in exitu more vipereo laceramus, mirum quod ipſi non laceramur: primã vocem ploratus edimus, meritò quidem, vtpote vallem plorationis ingreſſi, vt nobis illud Sancti Iob ex omni parte poſſit aptari: Homo natus de muliere breui viuens tempore multis repletur miſeriis. Longum eſſet ea recenſere, quæ probati autores commemorant de humanæ vitæ conditionibus, dum eius deſcribunt miſeriam. Et inter alias maximè

Hippocr. in epiſt. ad Damager. ante fin.
Bernhardus in Sermon.

—— quis poſſet carmine morbos
Innumeros, quibus eſt obnoxia vita, referre?
Quot febres, quot languores, quot vbique dolores
A capite ad plantas? humanum corpus vt extra,
Sic intus patitur: per ſingula membra venenum
Infudit natura homini. caput, & manus, & pes,
Et latus, & ſtomachus grauiter torquentur & aures
Atque oculi & fauces, renes, quid cætera dicam?

Marc. Palingenius in Zod. vitæ Virg. ſeu lib. 6.

Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, ἤδ' ἐπὶ νυκτὶ,
Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖς φέρουσαι
Σιγῇ.————

Heſiodus ἐργ. καὶ ἡμέρ. α.

Nocte dieque homines miſeros inuadere nunquam
Exangues ceſſant morbi, mala multa ferentes,
Et tacitè adueniunt.—— *Vnde & quidam in iſta prorumpit verba:*
Optima quæque dies miſeris mortalibus æui

Virgil. 3. Georg.

Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.

Licet autem morborum, qui vtrumq; ſimiliter ſexum humani generis inuadunt atque affligunt,
Plinius lib.7. cap.15.
tam infinita ſit multitudo, vt Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore eius erumpente expirauerit: quibuſdam perpetua febris fuerit, vt C. Mæcenati: eidem triennio ſupremo nullo horæ momento ſomnus contigerit: Antipater Sidonius Poeta omnibus annis vno die tantum natali
Plutarchus Sympoſ.8. quæſt 9.
correptus febri fuerit, & eo conſumptus ſatis longa ſenecta: quidam cùm diu laboraſſet vrinæ difficultate, tandem culmum hordeaceum geniculatum excreuerit: & adoleſcens ephebus cum multo ſemine eiecerit beſtiolam aſperam, multis pedibus celeriter ambulantem: vt nihil addatur, de nouorũ morborum ac inauditorum aliorũ prouentu propè quotidiano. Nam vt Diogenianus octaui apud Plutarchum ſympoſij conuiua ait: Aliqui naturam parere morbos nouos æquè ac monſtra autumant. Licet autem, inquam, infinita ſit quaſi morborum multitudo: inter eos tamen numero bene, quin nimiùm multi, exitu pertimeſcendi, ſymptomatum ſæuitie horrendi, curatu difficiles ſunt inprimis ij qui peculiariter muliebrem ſexum inuadunt & excruciant. Sic enim proditum eſt ab Hippocrate, viro, vt illum Macrobius vocat, qui tàm fallere, quàm falli neſcit, plurima eſſe morborum genera, quæ mulieres conflictare ſoleant, varia item eſſe, quæ in earum vteris gigni præter naturam conſueuerint, vti molæ, ichores, humiditates albæ, tum & ventus atque aqua ſæpenumero vtero concludi ſolent. Gignuntur item multiplicia in vteris tumorum & vlcerum genera, ſcirrhi, phlegmonæ, cancri, & huius generis innumera alia. Quotidianæ etiam experien-
Hippocr. lib.1. de morb. muliebr.§.87.
tiæ fides docet, monſtroſos quandoque partus in vtero, materiæ vel loci vitio contineri. Sunt autem porrò mulierum affectus periculoſi admodum, & plerunque acuti & graues, quoſque adeò non facilè quiſque intelligat: eò quòd cùm mulieres affliguntur morbo, interdum tamen ſe ægrotare neſciunt, priuſquam ſeniores effectæ, morbos qui menſtruorum ratione proueniunt expertæ fuerint. Tum verò & neceſſitas & temporis diuturnitas, eis morborum cauſam declarat. Atque adeò interdum dum non intelligunt, quanam ex cauſa ægrotent, immedicabiles morbi euadunt, priuſquam Medicus ab ægrotante rectè morbi cauſam ediſcat. Eos enim etſi cognoſcant, enunciare pudet, turpeq; ſibi eſſe ob imperitiam & inſcitiam reputant. Simul etiam Medici falluntur, cùm morbi cauſam non exactè inueſtigant, ſed tanquam viriles curent, vnde multæ ab huiuſmodi affectionibus conſumuntur. Quare confeſtim exactè morborum cauſa perueſtiganda eſt. Multùm enim muliebres morbi & viriles curatione diſcrepant. Quæ omni procul moto dubio morborum muliebrium dignotionis & curationis difficultas, ſummũ Medicinæ dictatorem Hippocratem impulit, vt de hiſce quoque morbis copioſius libris aliquot ageret. Quantum autem in curatione ho-
Lib. de nat. muliebr. ad init.
rum morborum ſitum ſit, his verbis piè admodum monet, cùm inquit: Oportet autem eum, qui de natura muliebri & morbis probè tractare volet, primùm quidem à diuino numine initium ſumere, poſtea tum mulierum naturas diſcernere, tum ætates & anni tempeſtates, locaq; vbicunque fuerint. Et certè vti periculoſæ atque curatu difficiles, ſic etiam frequentes ſunt mulierum ægritudines. Quoties namque præter naturæ curſum conſuetum, vel nimiùm, vel deprauatè, vel omnino non fluunt purgationes mulieribus illæ, quæ à Lunari circuitu nuncupantur menſtruæ? quæ ritè ſi ſuccedant, multis commodis ipſam beant mulierem: ſin minus, in pericula adducunt vt ineuitabilia, ita metuenda valde. Quoties accidit, vt fœminæ vel non, vel infœliciter concipiant, aut etiam aliâs feliciter cõceptum fœtum retinere haud queant, ſed ante legitimũ tempus, quo in lucem edi deberet, eiiciant: vnde ſæpè ipſis maritis minus gratæ & odioſæ readuntur. Quàm di-
Ioan.16.
ros & immanes inter pariendum patiuntur dolores, quorum etiam Saluator noſter in Euangelio meminit? Quoties iam contigit, vt in partu de vita periclitarentur & mater & fœtus? quemadmodum & hoc, vt vana & irrita ſpes de vero conceptu eſſet, & loco huius geſtaretur ac tandem prorumperet informis ac inanima caro, vel etiam monſtro ſimilis? & annon ſæpè fieri videmus, vt matre exiſtente ſana lateat in alueo materno mortuus, quandoque etiam iam putrefactus puellus? Quare vel retardantes ac ſubſidentes menſes euocare, aut abundantes ac immoderatè exeuntes coercere aut ſupprimere, ſterilitatem abolere & fœcunditatem importare fœminis, fœtum ſeruare incolumem ad illud vſque tempus, quo parturitio ſecundum naturæ leges celebrari poſſit, monſtroſis & præter naturam conceptibus ſuccurrere, & falſi ac ſimulati fœtus veriq; geſtationem diſtinguere, in medijs nixibus vel acerbiſſimos illos dolores lenire ac minuere, vel partum in via reſtitantem propellere, fœtum tum viuum, tum mortuum artificioſè ab vtero extrahere, quin imò abdomine ac vtero ſecto fœtum mortuum & ſæpè ſemiputridum fruſtillatim eximere, aut etiam viuum adhuc abſque vel matris vel fœtus vitæ periculo, ita quidem vt

post ſe-

poſt feliciter coalito vulnere non ſaltem ſpes de nouo conceptu habeatur, ſed omnino matri fœcunditas ſeu concipiendi facultas poſt ſectionem non adimatur. Hac inquam huiuſq; generis ſimilia alia præſtare non tantùm ipſis Medicis glorioſum atque vtile (ſunt quippe iſta diuina quaſi opera, & non niſi Altiſſimi, qui Medicum creauit, manu ac nutu reguntur ac fiunt) mulieribus ac fœmineo inprimus ſexui conſolabile ac ſalutare, verumetiam toti generi humano ad indiuidui propagationem commodiorem, & ſpeciei conſeruationem diuturniorem maximè neceſſarium nihilq; conducens magis. Quibus de cauſis excellentes quidam ac nobiles in arte Medica Viri, de hac artis parte circa affectus mulierum curandos præclara admodum ingenij ſui monumenta reliquerunt, ac diuerſis temporibus in publicum ediderunt. Quæ poſtmodum annis abhinc aliquot elapſis, quatuor Tomis diſtinctis Baſileæ imprimenda dedit præſtantiſſimus Medicus, & ibidem Anatomicarum & Botanicarum rerum Profeſſor doctiſſimus ac celeberrimus Dn. CASPARVS BAVHINVS, ſub Gynæciorum nomine. Nunc autem cùm eorundem deſiderarentur exemplaria: tàm precibus aliorum, quàm etiam vtilitate communi adductus & permotus honeſtus Reipubl. Argentinenſis ciuis, Bibliopola integerrimus LAZARVS ZETZNERVS, nullis parcere voluit ſumptibus ac impenſis, quin hæc eadem denuò & quidem in vnum volumen coacta prelo committerentur, atque ſic rurſum lucem aſpicerent: vt qui aliâs etiam plurima optimorum autorum opera in omni facultatum ac ſcientiarum genere in commodum totius rei literariæ hactenus imprimi curauerit, & DEO dante atque vitam concedente, curabit etiam in poſterum. In hacce autem editione quid præſtitum ſit, facilè innoteſcet ei, qui vtrumque exemplar inter ſe contulerit. Sic enim non tantùm vt quàm emendatiſſimè hæc haberentur, curauimus: ſed etiam, vbi ita videbatur, & ordinis rationem, & plurimorum optimorum autorum loca & autoritatem (ſaluo tamen ſemper textu ipſius Scriptoris) in margine indicauimus & adiecimus breuiſſimis. Acceſſit inſuper nunquam antehac editus vtiliſſimus Commentarius de Morbis muliebribus, in duos diſtinctus libros, MARTINI AKAKIAE Medici Regij & Profeſſoris Pariſienſis doctiſſimi. De cuius, vt & aliorum operis ac laboribus iudicare, vti temerarium fortè cuipiam videri poſſit: ita prædicare multa, minimè neceſſarium, cùm res ipſa manifeſtè ſatis loquatur. Et, vt Plautus in Pœnulo loquitur, inuendibili merci oporteat vltrò emptorem adducere, proba merx facilè emptorem reperiat. Interea benignus atque æquus Lector, optimi huius viri, ante nominati, Lazari Zetzneri conatibus faueat: & ſi quid etiam à me in hac editione præſtitum ſit, beneuolè arripiat: alia à me accepturus, ſi & hæc grata acceptaq; fuerint. Scriptum vigeſima octaua Iunij, qua die anno poſt natum Chriſtum 1098. Chriſtiani, præter humanam opinionem, Saracenos memorabili prælio vicerunt, ad Antiochiam. Anno partus ſalutiferi MDXCVII.

INDEX AVTORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

FELICIS PLATERI de Mulierum partibus generationi dicatis Tabulæ iconibus illuſtratæ, ſtructuram vſumque explicantes.

Additis Obſeruationibus & Curationibus aliquot harum partium affectuum.

MOSCHIONIS Medici Græci recentioris, de Paſſionibus mulierum liber Græcus, CONRADI GESNERI opera emendatus, & per CASPARVM VVOLPHIVM Tigurinum in lucem editus. fol. 1

CLEOPATRAE, MOSCHIONIS, PRISCIANI, & INCERTI cuiuſdam Muliebrium libri, ſuperfluis ac repetitis omnibus recisis, in vnam Harmoniam redacti. per CASPARVM VVOLPH. Medicum Tigurinum. fol. 1

TROTVLAE, ſiue potius EROTIS Medici liberti Iuliæ liber: qui etiam ad ornatum pertinentia quædam, & alia varia continet. 42

NICOLAI ROCHEI Galli, de Morbis mulierum curandis liber, partim ex veterum Græcorum, Latinorum, & Arabum monumentis, partim experientia propria confectus. 61

LVDOVICI BONACIOLI Ferrarienſis, Enneas Muliebris: qua multa variaque de conceptione, vteri geſtatione, abortu, partu, obſtetricatu, puerperio, nutricum & infantium cura, aliaq; huiuſmodi copiosè & eruditè differuntur. Alia etiam quædam obiter phyſica, medica, & philologa, id eſt, iucunda cognitu continentur. 109

IACOBI SYLVII Galli, de Menſibus muliebrib. Liber: in quo etiam obiter diuerſi fœminei affectus explicantur, & curantur: quibus adiicitur de Generatione hominis, ſiue de fœcunditatis & ſterilitatis cauſis libellus. 148

IOANNIS RVFFI, Chirurgi Tigurini, de Conceptu & generatione hominis, & iis quæ circa hęc potiſsimùm conſiderantur. Lib. 6. 166

HIERONYMI MERCVRIALIS de Morbis Muliebribus Libri IV. fol. 209

IOAN. BAPTISTAE MONTANI de Affectibus vterinis libellus: cum eiuſdem X. Conſiliis Muliebribus. 303

VICTORIS TRINCAVELLII Conſilia muliebria tria. 330

ALBERTI BOTTONI de Morbis muliebribus Liber. 338

IOAN. LE BON Therapia puerperarum. 394

AMBROSII PARAEI de Hominis generatione, IACOBI GVELLEMEAV Chirurgi Pariſienſis opera Latinitate donatus, Liber. 403

ALBVCASIS Arabis quæ de Morbis Muliebribus ſcripſit Capita, cum inſtrumentis Chirurgicis ad id neceſſariis. 442

FRANCISCI ROVSSETI de partu Cæſareo Liber, CASPARI BAVHINI Med. Baſil. opera è Gallico conuerſus. 448

LITHOPAEDII Senonenſis (vt D. IOAN. ALBOSIVS deſcripſit) Icon, cuius hiſtoria & Exercitatio problematica de illius indurationis cauſis in extremo Commentariorum Cordęi in Hippocr. περὶ γυναικείων habetur. 479

CASP. BAVHINI Libellus variarum hiſtoriarum, ea quæ in lib. de Partu Cæſareo tractantur comprobantium, inter quas Corporis ſine Hepate & Liene: item Inteſtini citra mortem inciſi, cum Valuula in Colo Inteſtino, Anno 1579. primò obſeruata, continetur hiſtoria. 480

MAVRICII CORDAEI Rhemi, Commentarij in librum priorem Hippocratis Coi de Muliebribus. 492

MARTINI AKAKIAE Galli, de Morbis muliebribus Libri II. nunc primùm in lucem editi. 745

LVDOVICI MERCATI Hiſpani, Gynæciorum Libri IV. 803

ELEN-

ELENCHVS

CAPITVM, CONSILIORVM, SECTIONVM, &c. QVAE IN TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR abſolutiſſimus.

Præmiſſa ſunt Felicis Plateri Archiatri Baſil. de Mulierum partib. generationi dicatis, Icones, Tabulæ, ſtructuram vſumq́; harum methodicè deſcribentes.

Item Obſeruationes & curationes aliquot affectuum partibus hiſce accidentium.

LIBER MOSCHIONIS, PRISCIANI ET CLEOPATRAE, DIVISVS EST in duas partes: nimirum in priorem & poſteriorem.

Prior pars continet Cap. 24.

DE Matrice ſiue Vtero, Cap. 1. fol. 1
De Virginibus, cap. 2. 2
De ſterilitate, cap. 3. 2
De conceptione, cap. 4. 2
De Ciſſa, cap. 5. 5
De abortu, cap. 6. 6
De Mola Matricis, cap. 7. 7
De Grauidis 8. 8
De Obſtetrice 9. 8
De Partu 10. 9
De partu difficili 11. ibid.
De iuuando Partu difficili 12. 10
De his qui non poſſunt duci manibus 13. 12
De Secundinis 14. 13
De partu medicamentis facilitando 15. 14
De fœtu mortuo expellendo 16. 14
De iis quæ poſt partum facienda ſunt 17. ibid.
De Nutrice 18. 15
De Mamillis poſt partum affectis 19. ibid.
De Infante & quomodo tractandus 20. 16
De faſciando infante 21. 17
De vmbilico infantis 22. ibid.
De cibando infante 23. ibid.
De iis quæ Infantibus accidunt 24. 18

Pars poſterior habet cap. 37.

De valetudinibus Mulierum communib. fol. 19
De valetudinib. mulierum quæ per ſtricturam fiunt 1. 19
De retentione menſtruorum: vel quoties cum dolore guttatim purgantur 2. 20
De feruore Matricis 3. 23
De Satyriaſi 4. 23
De Matricis inclinatione ſiue motu 5. 24
De Matricis in inguem infuſione 6. 24
De matricis ad ſuperiora motu, ſiue de ſuffocatione ab vtero vel ſuppreſſione vuluæ 7. 24
De inflatione & tenſione matricis 8. 26
De Tumore Matricis 9. 27
De Phlegmone Matricis 10. 28
De collectione Matricis 11. 28
De condylomatibus Matricis 12. 29
De Rhagadiis in Matricis orificio 13. 29
De duritie Matricis 14. ibid.
De Atretis ſiue Mulieribus clauſis 15. 30
De organo Mulierum 16. 31
De Clauis Matricis 17. 31
De Symptomate Turpitudinis 18. ibid.
De dolore Matricis 19. ibid.
De valetudinib. Mulierum quæ per fluxum fiunt, & primò de Hæmorrhagia ſiue ſanguinis fluxu à Matrice 20. 32
Ad Hæmorrhoides in collo ſiue orificio Matricis 21. 33
De Matrice humoroſa 22. 34
De Matricis hydrope 23. 35
De Matricis frigiditate 24. ibid.
De lumbricis Matricis 25. ibid.
De Gonorrhæa Mulierum 26. ibid.
De punctione & pruritu Matricis 27. ibid.
De Paralyſi Matricis 28. 36
De Matricis laſſitudine 29. 36
De caſu Matricis ſeu eius procidentia 30. ibid.
De Vulneratione Matricis 31. fol. 37
De vlceribus Matricis 32. 38
De curatione Cancri Matricis 33. 38
De fiſtulis Matricis 34. 39
De variis peſſariis Matrici ſeruientib. 35. 39
De Mamillarum affectibus 36. 40
De parergis quibuſdam 37. 40

EROTIS SIVE TROTVLÆ MVliebrium liber, continet capita 63.

De retentione menſtruorum. Cap. 1. fol. 43
De paucitate menſtruorum 2. 43
De nimio fluxu menſtruorum 3. 43
De ſuffocatione Matricis 4. 44
De deſcenſu Matricis 5. 45
De motu Matricis ex ſuo loco, quæ tamen non eleuatur neque deprimitur 6. 45
de nimia caliditate Matricis 7. 45
de Apoſtemate matricis 8. 45
de Vlceribus Matricis 9. 46
de Pruritu vuluæ 10. 46
de Impedimento conceptionis, & de his quæ faciunt ad imprægnationem: & quæ eandem impediunt 11. 46
de Formatione ſeminis concepti 12. 47
de Situ fœtus in vtero matris 13. 47
de Signis imprægnationis 14. 47
de Regimine prægnantium 15. 48
de Regimine parturientium 16. 48
de Difficultate partus 17. ibid.
de Regimine infantis 18. 49
de Electione Nutricis 19. 49
De his quæ mulieribus ſæpe poſt partum accidunt 20. 50
de Mala complexione calida & frigida Matricis 21. 51
de Dolore Matricis 22. 51
de Fluxu Matricis 23. ibid.
de Carne in Matrice exorta 24. 52
de Tuſſi acerrima puerorum 25. 52
de Sudore fœtido 26. ibid.
de Dolore oculorum 27. ibid.
de Tela oculorum 28. 52
de Maculis oculorum 29. ibid.
de Exitu Matricis propter diſproportionem virgæ virilis 30. 52
de Inflatione vuluæ 31. ibid.
de Ruptura vuluæ 32. ibid.
de Dolore vuluæ 33. 53
de Mulieribus mingentib. in lecto 34. 53
de Modo coarctandi Matricem, vt etiam corrupta videatur virgo 35. ibid.
de Craſſis mulieribus & gracilibus 36. ibid.
de Retentione ſecundinæ 37. ibid.
de Oborſu 38. 53
de Exitu ani 39. 54
de Dolore iliorum 40. 54
de Stranguria 41. 54
de Lapide 42. 54
de Dyſenteria 43. 54
de Pediculis naſcentib. in pectine, & ſub aſellis, & circa oculos 44. 54
de Scabie coxarum & aliarum partium 45. 54
de Cancro 46 55
de Cancro naſi 47. 55
de Formicationibus & ſyronibus 48. 55
de Inflatione pedum 49. 55
de Inflatione virgæ virilis & teſticulorum 50. 55
de Puſtulis paruis puerorum 51. 55
de Fœtore oris 52. 55

de Caſu vuluæ 53. 55
de Verme manuum & pedum 54. 55
de Surditate aurium 55. 56
de Glandulis 56. 56
de Hæmorrhoidibus 57. 56
de Dolore dentium 58. 56
de Fiſtula 59. 56
de Scabie manuum 60. 56
de Ornatu faciei, & partium eius: & ad dealbandam, item de ornatu capillorum 61. 56
Pro conſeruatione corporis humani ab aliquot infirmitatibus aqua mirabilis effectus 62. 60
Puluis ad conſeruationem viſus 63. 60

NICOLAI ROCHEI DE MORBIS Muliebribus curandis Liber, continet capita 32.

De mulierum meatibus ſeminariis 1. 61
de Menſibus ſiue menſtrua purgatione 2. 63
de Menſium mora ſeu ſuppreſſione cauſæ 3. 64
Nimia mulieris expurgatio, hæmorragiaque locellorum & muliebre profluuium 4. 70
Hyſterica ſiue vteri ſuffocatio 5. 74
Procidentia vteri 6. 77
de Mola 7. 79
Inflatio vteri quam Græci ἐμπνευμάτωσιν dicunt 8. 81
Inflammatio locellorum 9. 82
Abſceſſus 10. 84
Rupto vteri apoſtemate quæ facienda 11. 84
Exulceratio locellorum 12. 85
Abſceſſus vteri pituitoſus οἴδημα œdema 13. 86
Scirrhus & ſcleroma vteri 14. 87
Cancer vteri 15. 88
Rhagades, condylomata, & hæmorrhoides vuluæ 16. 89
Mulierum clauſura locorum, φίμωσις 17. 90
Hiatus oſtij vteri 18. 90
Contorſiones peruerſioneſque vuluarum 19. 90
de Sterilitate 20. 90
Conceptio, fœtus generatio, imprægnatio 21. 96
de Abortu 22. 101
Grauidis quæ conueniant vel non 23. 101
Picæ, malaciæ & faſtidij curatio 24. 102
Victus conueniens grauidis contra abortum, & aliâs 25. 103
Contra pedum tumores prægnantium 26. 103
Difficultas partus 27. 103
Pariendi ratio 28. 104
Partus innantia 29. 105
Secundæ retentio 30. 107
Puerperæ cura 31. 108
Monſtra 32. 108

LVDOVICI BONACIOLI ENNEAS muliebris, continet cap. 9.

De vteri partiumque eius confectione, Cap. 1. fol. 109
Quonam vſu in abſentibus etiamnum Venus citetur.
Quid, quale, vndeque prolificum ſemen.
Vnde menſtrua, quot annos mulieres, quotque mares nati hæc emittere incipiant definántve.
Quibus virginitas deprehendatur.
Qua poſitura concumbendum.
Quibus præſidiis violatis ſuccurratur.
Qua digeſtione fœtus procreetur 2. 113
Quo tempore anima corpori infundatur.
A quo creetur.
Immortalisne, & an vna omnibus ſit.
Cur nouæ indies animæ creentur.
Quonam modo ad concumbentium libidinem momentis ſingulis, & qua cœli parte procreetur. quáve in corpus deſcendat, qua etiamnum corporis parte ingrediatur.
Quo pacto animæ conueniat, modò in terras deſcendere, modò aſcendere. Curque ſi cœleſtes ſunt, inuitè à terris diſcedunt.
Cur defunctorum animæ non redeunt. Et nunquid corpora noſtra quicquam agant.
Quo tempore infans in vtero moueri, quo ſentire incipiat, quo vſu enutriatur increſcatque 3. 123
Conceptionis indicia, nec non maris fœmineique partus 4. 129
Quæ vtero grauibus accidant.
Eorum medicinæ.
De ſuperfœtatione pulchra 5. 131
Prognoſtica cauſæque effluxionum & abortuum.
Eorundem etiamnum numeroſitas vno abortu.
Molæ indices & cauſæ, ac ipſius à partu interſtinctio.
Horum omnium affectuum remedia 6. 133
Proceritatis improceritatiſque partuum cauſa, & de mira quorundam proceritate.
Puerperij in vtero poſitura.
Tres vuluæ poteſtates.
Quonam vtero grauis properante partu ſex rerum non naturalium regimine, quibuſque præſidiis parturitionem facilem reddentibus vti queat 7. 136
Quo menſium numero, quo ordine, quid interim obſtetrice agente partus edetur.
Quibus præſidiis partum acceleremus, quibuſque ſecundas, & emortuum fœtum pellamus.
Quo demum pacto enixus puer pelluendus vinciendusque ſit.
Cuius lacte primùm lactandus: qualis nutrix eligenda.
Cur ſeptimo Sole, communi vſu nomina imponantur.
Quo tempore dentiat, & remedia 8. 138
Prolis cauſæ.
Tum cum parentib. tum cum aliis, ſimilitudinis.
Numeroſitas vno enixu partuum, atque eiuſdem cauſæ.
Ac præterea ſupernacanearum deficientiumque partium.
Demum partus prodigioſi nonnulli 9. 145

IACOBI SYLVII DE MENSIB. Mulierum & hominis generatione Commentarius.

Suppreſſorum menſium curatio à copia ſanguinis fol. 152
de Menſium redundantia 154
de Fluxu muliebri & albis menſibus 157
de Vteri ſuffocatione & peruerſione 158
de Vteri præcipitatione 161
Iacobi Syluij de Hominis generatione, ſiue fœcunditatis & ſterilitatis cauſis, libellus. fol. 163

IACOBI RVFFI DE CONCEPTV & generatione hominis, &c. Libri 6.

Liber primus conſtat ex capitib. 6. tractatque de generatione hominis.

De genitali ſemine, quid ſit, vnde & quomodo naſcatur 1. 167
de Mixtura vtriuſque ſexus ſeminis, eiuſque ſubſtantia & forma 2. 168
de tribus Tunicis quib. fœtus in vtero munitur & tegitur 3. 168
de tribus facultatibus corpus diſpenſantibus, & ipſo ſpiritu 4. 168
de Vera partium generatione, & incremento fœtus, pro ratione dierum ac temporum 5. 170
de Nutrimento fœtus in vtero quibus alimentis alatur, quando in infantem excreſcat 6. 171

Liber ſecundus de Matrice & eius partib. nec non de conditione infantis in vtero, & grauidarum cura & officio, habet cap 6.

Quàm neceſſarium ſit, matricis anatomen huic operi inſerere 1. fol. 171.
de Matricis ſubſtantia, forma, qualitatibus & partibus annexis 2. 172
Quantæ vtilitatis ſit exactam huius tractationis tenere notitiam 3. 172
De conditione infantis in vtero, & grauidarum cura & officio 4. 172
Quomodo ſe infans in vtero, quinto, ſexto, ſeptimo & octauo menſe habeat, nec non de diſcrimine ſexus & formarum 5. 173
De præceptis quibuſdam prægnantib. vſque ad partus horam ad varios caſus admodum neceſſariis 6. 173

Liber tertius de Partu, & parturientium infantiumq; omnifaria cura. Capita habet 6.

De legitimo partus tempore & forma, & parturientium doloribus 1. 174
de Obſtetricum officio, & apta ſedilis forma 2. 175
de Naturalibus quibuſdam præceptis & medicaminibus partus moram & difficultatem alleuiantibus 3. 176
Quomodo ſecundæ moram facientes ad facilem exitum promouendæ ſunt 4. 176
de Cura puerperæ & infantis recens nati 5. 177
Quomodo & quibus inſtrumentis impediti & mortui infantes producendi 6. 177

Liber

INDEX CAPITVM.

Liber quartus de Varietatibus non naturalis partus, & earundem curis. Cap.15.

De prima forma non naturalis partus, & quomodo ei ſubueniendum 1. 180
Secunda contra naturam partus forma quæ, & quomodo iuuanda 2. 180
Tertia non naturalis partus forma quæ, & quomodo iuuanda 3. 181
de Quarta non naturalis partus forma, & eius cura 4. 181
de Quinta contra naturam partus forma, & eius cura 5. 181
de Sexta forma & eius auxilio 6. 182
de Forma ſeptima & quomodo iuuanda 7. 182
de Forma octaua eiusque cura 8. 182
de Forma nona & eius cura 9. 183
de Forma decima eiusque cura 10. 183
de Forma vndecima eiusque cura 11. 183
de Forma duodecima atque eius cura 12. 184
de Forma decimatertia, ac eius cura 13. 184
de Forma decimaquarta eiusque cura 14. 184
de vltima non naturalis partus forma ac eius cura 15. 185

Liber quintus de Mola aliisque falſis vteri tumorib. ſimulque de abortibus, &c. continet Cap.6.

De mola cæteriſque falsò creditis conceptibus 1. 185
de Cura molæ & aliorum falſorum tumorum vteri 2. 186
de Imperfectis infantib. nec non monſtroſis, & prodigioſis partubus 3. 187
de Abortus cauſis & ſignis, nec non de abortientium omnifaria cura 4. 189
de Signis conceptus 5. 191
An homines ex dæmonibus & rurſum dæmones ex hominibus infantes concipere poſſint 6. 192

Liber ſextus de Sterilitatis cauſis diuerſis &c. habet Capita 11.

De ſterilitate virorum & fœminarum, eiusque cauſis & ſignis 1. 194
de Cura ſterilitatis à phlegmate profectæ 2. 195
de Cura ſterilitatis à biliosis matricis humiditatibus obortæ 3. 196
de Cura ſterilitatis, ſi à matricis ſanguineis humorib. ſuperfluis proueniat 4. 197
de Cura ſterilitatis, ex melancholico humore natæ 5. 197
de Cura ſterilitatis, à nimia caliditate, ſiccitate, humiditate, & frigiditate profectæ 6. 198
de Generalibus quibusdam præceptis, virorum & fœminarum ſterilitati curandæ inſeruientibus 7. 198
de Suffocatione Matricis, eiusque cauſa, ſignis & cura 8. 200
de Præcipitatione Matricis, eiusque cauſis & cura 9. 201
de Superfluitatib. menſtruorum, & eorundem cura 10. 202
de Retentionis menſtruorum cauſis & cura 11. 205

HIERONYMI MERCVRIALIS DE morbis Muliebrib. Lib. 4.

Primus liber continet Capita 4.

De inſtrumentis ad conceptum, & eiuſdem nutritionem neceſſariis: dein qui & quot ſint muliebres morbi 1. 209
de Sterilitate 2. 210
de Mola 3. 219
de Grauidarum cura 4. 223

Secundus liber, de Morbis qui circa partum contingunt, habet Capita 4.

De Abortu partúve, qui non fit tempore debito 1. 225
de Partu vitioſo 2. 230
de Partu difficili 3. 233
de Secundæ eductione 4. 237

Liber tertius, de vitiis quæ circa nutritionem contingunt, habet Cap.7.

De defectu lactis 1. 238
de Lactis abundantia 2. 244
de Mutatione lactis ſecundum qualitatem 3. 247
de Lactis fluiditate 4. 248
de Grumefactione & caſeatione lactis 5. 248
de Mammarum inflammatione 6. 252
de Magnitudine mammarum 7. 254

Liber quartus, de vitiis quæ ſtatum vniuerſi vteri reſpiciunt, continet Capita 22.

De vitiis menſtruorum in defectu 1. 256
de Fluxu menſtruorum immodico 2. 266
de Fluxu menſtruorum hæmorrhoidali 3. 270
de Menſtruorum ſtillicidio 4. 271
de Gonorrhœa 5. 272
de Fluore Muliebri 6. 277
de Morbis vteri ac ſolutione vtilitatis 7. 280
de Pruritu Matricis 8. 281
de Mala vteri temperie 9. 282
de Furore vterino 10. 283
de Morbis qui fiunt in compoſitione ipſius vteri: & primò de lapide vel ſanguine grumoſo in vtero contento 11. 285
de Lumbricis vteri 12. 285
de Nympha & cauda 13. 286
de Vteri clauſura 14. 286
de Morbis vteri in magnitudine 15. 288
de Flatu vteri 16. 288
de Hydrope vteri 17. 289
de Vteri inflammatione 18. 290
de Scyrrho vteri 19. 293
de Cancro Vteri 20. 294
de Morbis in ſitu 21. 294
de Vteri reſocatione 22. 298

IOANNIS BAPTISTÆ MONTANI de Vterinis affectibus Liber. fol.303.

Conſilia de Affectibus muliebribus eiuſdem Auctoris.

De Sterilitate, Conſilium primum. ſol 323
Ad ſuſtentationem partus conſilium ſecundum. 324
de Menſib. diminutis cum febre, conſilium 3. 324
de Suppreſſione menſium, & hyſtericis affectionib. pro nobiliſſima puella Helena à Sauran Germana 4. 325
de Suppreſſione menſium, cum grauitate capitis, pro magnifica muliere 5. 326
de Suppreſſione menſtruorum, pro coniuge nobiliſſima Seruatij à Teuffenbach ex Styria. Anno Christi 1549. menſe Nouembris 10. Caroni Veronæ dictatum, conſ 6. 326
de Menſtruis albis pro eadem Matrona. Datum cum reuerſus eſſet Patauium, conſil. 7. 327
de Fluxu menſium alborum cum ventriculi imbecillitate, pro Matrona Veronenſi, conſ.8. 328
de Suffocatione ab vtero, cum aliis ſymptomatibus, Conſilium 9. 328
Ad ſcirrhum matricis, pro puella virgine obſeruatio, 1547. conſil.10. 329

VICTORIS TRINCAVELLII Conſilia 3. muliebria.

Pro muliere quæ filios alere non poterat, Conſilium primum. ſol.330
Primò menſium ſuppreſſio, poſtea immodica earundem eruptio, muliebre item profluuium, hæmorrhoidum vehemens dolor, facies decolor, tumidi pedes, conſil.2. 331
Lectio pro muliere quadam laborante aliquando fluxu rubeorum menſtruorum, aliquando verò alborum infeſtantium cum vehementibus & infeſtiſſimis dolorib. conſ.3. 334

ALBERTINI BOTTONI LIBER de Morbis muliebrib. continet Capita 73.

Quibus affectibus vterus ſubiiciatur, Cap.1. fol.338
de Neceſſitate & origine propoſitorum malorum 2. 339
de Suppreſſione menſtruorum 3. 341
de Nomine ſuppreſſionis menſtruorum 4. 342
de Eſſentia ſuppreſſorum menſtruorum 5. 342
Menſtruum eſſe incrementum ſecundæ coctionis 6. 343
Menſtruum excrementum eſſe quantitate & qualitate peccans 7. 343
Sanguinem menſtruum peccare occulta qualitate 8. 344
Sanguinem menſtruum inutile excrementum ratione copiæ & qualitatis 9. 344
Qui ſanguis menſtruus praua & occulta qualitate peccet 10. 344
Qualis ſit prauitas menſtrui ſanguinis 11. 346
de Sanguine menſtruo in muliere prægnante & lactante 12. 346
Improbatio modernorum circa ſanguinem menſtruum 13. 347
de Cauſis generationis menſtruorum in fœminis, non autem in viris 14. 348
Quo tempore menſtrua fluere incipiant 15. 348
Quo tempore deſinant fluere menſtrua 16. 349
De periodis repetitæ purgationis 17. 349
Quot dieb. duret hæc purgatio ſanguinis menſtrui 18. 349
In qua menſura fluat ſanguis menſtruus 19. 350

de Loco euacuationis ſanguinis menſtrui 20. 350
de Cauſis ſuppreſſionis menſtruorum 21. 350
de Cauſis externis menſtrua ſupprimentibus 22. 352
de Differentiis ſuppreſſionis menſtruorum 23. 352
do Signis ſuppreſſorum menſtruorum 24. 353
de Signis differentiarum ſuppreſſorum menſtruorum 25. 353
de Indicationibus neceſſariis ad curationem ſuppreſſorum menſtruorum 26. 356
de Prognoſticis ſuppreſſorum menſtruorum 27. 356
de Materiis auxiliorum neceſſariis, in curatione ſuppreſſorum menſtruorum 28. 357
de Materiis Chirurgicis, & recta earum adminiſtratione in ſuppreſſis menſtruis 29. 358
de Cucurbitulis 30. 361
de Cucurbitulis non ſcarificatis 31. 360
de Ligaturis & frictionibus 32. 360
de Hirudinibus 33. 360
de Cauteriis 34. 361
de Pharmacia in menſtruis ſuppreſſis 35. 362
de Præparantibus 36. 364
de Vacuantibus 37. 365
de Localibus 38. 365
de Præfocatione matricis 39. 368
do Cauſis efficientibus præfocationem matricis 40. 370
Semen & ſanguinem menſtruum quantitate & qualitate peccare 41. 370
de Differentiis præfocationis vteri 42. 373
de Signis præfocationis vteri 43. 373
de Curatione præfocationis vteri 44. 374
de Materiis auxiliorum 45. 374
de Pharmacia 46. 375
de Profluuio menſium 47. 376
de Cauſis efficientibus profluuium menſium 48. 377
de Differentiis profluuij menſium 49. 378
de Signis profluuij menſium 50. 378
de Indicationibus 51. 379
de Auxiliorum materiis 52. 380
de Muliebri profluuio 53. 381
de Victus ratione 54. 384
de Stillicidio menſium 55. 384
de Curatione ſtillicidij menſium 56. 384
de Muliebri profluuio 57. 355
de Differentiis profluuij muliebris 58. 387
de Signis profluuij muliebris 59. 387
de Curatione profluuij muliebris 60. 387
de Prognoſtice profluuij muliebris 61. 388
de Materiis auxiliorum 62. 388
de Pharmacia 63. 388
de Gonorrhæa 64. 389
de Differentiis gonorrhææ 65. 390
de Signis gonorrhææ 66. 391
de Indicationibus 67. 391
de Materiis auxiliorum 68. 391
de Procidentia vteri 69. 392
de Differentiis prolapſi vteri 70. 393
de Signis prolapſi vteri 71. 393
de Indicationibus 72. 393
de Auxiliorum materiis 73. 394

IOANNIS LE BON THERAPIA Puerperarum, continet Capita 4.

Grauidæ vt regendæ 1. 394
Vt regendæ parturientes 2. 398
Vt regendæ puerperæ 3. 399
Balneorum ratio pro puerperis 4. 401

AMBROSII PARÆI DE HOMINIS generatione Liber, continet Cap. 67.

Quas ob cauſas natura cum partium genitalium vſu maximam voluptatem coniunctam eſſe voluerit 1. 403
Qua qualitate ſit ſemen è quo mas, quà id è quo fœmina gignitur 2. 404
Quid cauſæ ſit cur in brutorum genere fœminæ grauidæ, marem quouſque pepererint, nec appetunt nec admittunt, contrà quàm ſit in mulieribus grauidis 3. 404
Quæ in coitu ad generationem obſeruanda ſint 4. 405
Quibus ſignis concepiſſe mulierem intelligere liceat 5. 405
Vterum ſtatim contrahi excepto & concepto ſemine 6. 405
de Generatione vmbilici 7. 406
de Vaſis vmbilicalibus 8 406
de Seminum in Vtero ebullitione ſeu fermentatione, & trium ampullar, ſeu trium principum viſcerũ concretione 9. 406
de Tertia velut ampulla in qua cerebrum capútque conformatur 10. 407
de Anima 11. 407
de Naturalibus excrementis in genere: deque iis in ſpecie quæ fœtus in vtero concluſus excludere ſolet 12. 409
Quo enixu fœtus in lucem prodeat, deque enixus ſeu conatus illius cauſis 13. 410
de Situ infantis in vtero 14. 410
Quod legitimum & naturale, quodque contra naturam ſit naſcendi tempus 15. 411
Inſtantis partus ſigna 16. 411
Edito fœtu quid ſtatim agendum 17. 412
Quæ ſit ratio auellandarum à partu ſecundarum 18. 413
Quæ fœtui per os exhibenda ſint, antequam papillæ admoueatur 19. 413
Quòd matres fœtum nutrire debent 20. 413
de Nutricum delectu 21. 414
Qua nutrix diæta vti debet 22. 415
Quæ ſit ratio parandæ puerulis pulticulæ 23. 415
de Ablactandis pueris 24. 416
Quibus ſignis cognoſcere liceat viuátne an mortuus ſit qui in vtero latet infans 25. 416
de Fœtus tum viui tum mortui chirurgica ab vtero extractione 26. 417
Quæ cura mulieri ſtatim atque pepererit ſit adhibenda 27. 419
Quæ cura puerperæ mammis adhibenda ſit 28. 420
Quæ ſint difficilis & laborioſi partus cauſæ 29. 421
Quæ ſint abortionis cauſæ 30. 421
Quib. artibus fœtũ in vtero matre mortua iuuare liceat 31. 422
de Superfœtatione 32. 422
de Mola 33. 423
Quibus ſignis molæ geſtationem à veri fœtus geſtatione liceat diſtinguere 34. 424
Quæ curatio ad molam ſit adhibenda 35. 425
de Tumoribus in pancrea & meſenterio tote 36. 426
de Virili ſterilitate 37. 427
de Muliebri ſterilitate 38. 427
Intemperati vteri ſigna 39. 428
de Vteri procidentia & peruerſione 40. 428
Procidentiæ vteri curatio 41. 429
de Membrana hymen dicta 42. 430
Memorabilis de membrana Hymen dicta, hiſtoria 43. 431
de Strangulatu vteri 44. 431
Imminentis ſtrangulatus vterina ſigna 45. 432
Quibus ſignis intelligere licet, mortua ſit nec ne mulier in vteri ſtrangulatu 46. 432
Quibus ſignis, menſibúſne ſuppreſſis, an à ſemine corrupto vteri ſtrangulatus ſit, cognoſcere liceat 47. 432
de Vteri ſtrangulatu 48. 433
de Mulierum menſibus 49. 434
Quæ ſint menſtrualis fluxus cauſæ 50. 435
do Cauſis ſuppreſſorum menſium 51. 435
Quæ accidentia ad ſuppreſſos menſes ſequantur 52. 435
de Ciendis menſibus 53. 436
Quæ ſint ſigna menſtrualis fluoris appetentis 54. 436
Quæ ad profluu menſiũ immodica ſequantur accidentia 55. 437
de Siſtendo menſium fluxu immodico 56. 437
de Topicis ad menſium fluxum immodicum 57. 437
de Fluxu muliebri 58. 437
de Cauſis fluxus muliebris 59. 438
Cura fluoris muliebris 60. 438
de Ceruicis vteri hæmorrhoidibus 61. 439
de Verrucarum ceruicis vteri curatione 62. 439
de Rhagadibus & condylomatibus 63. 440
de Vteri pruritu 64. 440
de Craſſi inteſtini, quæ mulieribus excidit, relaxatione 65. 441
de Vmbilici relaxati tumore puerili 66. 441
de Dolore qui ex dentitione pueris oboritur 67. 441

GRAVISSIMORVM ALIQVOT AFfectuum muliebrium curandi ratio, ex Albucaſis medendi methodo Lib 2. deſumpta.

De inciſion. [illegible] ginis & carne eminentis ex vuluis mulierum Cap 71. fol. 442
de Curatione alratica 72. 442
de Cura hæmorrhoidarum & thelil, & botbor rubea, quæ accidunt

cidunt in vuluis mulierum 73. 442
de Perforatione exiturae quae accidit in matrice 74. 443
Ad docendum obſtetrices qualiter medicentur embryonib. viuis, quando egrediuntur ſecundùm formam non naturalem 75. 443
de Extractione fœtus mortui 76. 444
Forma vertiginis qua aperitur matrix 77. 445
de Extractione ſecundinæ 78. 447

FRANCISCI ROVSSETI GALLI de Partu Cæſareo Tractatus.

Sectio prima continet Cap. 6.

Partus Cæſarei definitio 1. 448
de Vi ac neceſſitate partus Cæſarei 2. 448
Quæ cauſæ difficilioris partus naturalis ad huius ſectionis Cæſareæ neceſſitatem nos impellant 3. 449
Triplex argumentorum genus quibus ſectio hæc confirmatur 4. 449
Prima huius ſectionis probatio per hiſtorias. 449
Hiſtoriæ ex fide dignorum relatu 5. 449
Hiſtoriæ ab ipſomet autore viſæ & notatæ 6. 450

Sectio ſecunda Cap. 11.

Altera huius operationis probatio, quæ rationib. abſoluitur 1. 452
de Muſculis epigaſtrij, tanquam de eo quod primùm inciditur: & primùm de vulnere eiuſque magnitudine 2. 452
de Hæmorrhagia, quæ ex ſectione muſculorum abdominis contingere ſolet 3. 452
de Loco quo ſanguis, ſectis abdominis muſculis fluere debet 4. 453
de Peritonæi altera parte quæ incidenda eſt. 453
de Eiuſdem ſectione, & vulneris amplitudine 5. 453
Spaſmum in Peritonæi ſectione non eſſe metuendum 6. 453
de Hernia quæ poſt inciſum peritonæum, remanere conſueuit 7. 453
de Vtero tertia parte quæ inciditur 8. 454
Vtero inciſo Hæmorrhagiam non eſſe magnam 9. 454
de Loco, in quo ſanguis, ſecto vtero, colligi debet 10. 454
Spaſmum, licet vterus incidatur, non eſſe metuendum 11. 451

Sectio tertia Cap. habet 9.

Tertium genus argumentorum ab authoritatib. deſumptum, ad ſectionis noſtræ comprobationem 1. 455
de Muſculis epigaſtrij ex authoritate hiſtorica 2. 455
de Peritonæi ſectione authoritates 3. 456
de Vteri ſectione authoritates 4. 456
Vteri inciſi, cum calculoſi veſica inciſa comparatio 5. 456
Diſcurſus de extractione calculi per hypogaſtrium 6. 457
Exempla hiſtorica ad comprobationem nouæ huius ſectionis veſicalis facientia 7. 458
Reſponſio ad obiectiones quæ fieri poſſunt contra ſectionem, quæ fit in hypogaſtrio, in parte ipſius veſicæ membranoſa 8. 461
Exemplum alterum ſectionem hanc comprobans 9. 461

Sectio quarta continet Cap. 7

Tertia huius ſectionis probatio quæ hiſtoriis & caſib. qui huic parti accidère longè difficilioribus, quàm ſit Cæſarea noſtra ſectio perficitur: idque authoritatibus cùm hac de re hactenus nemo ſcripſerit deficientibus 1. 461
Claſſis prima ternas continens hiſtorias 2. 462
Claſſis altera continens hiſtorias quatuor de abdomine cauterio actuali aperto 3. 462
Claſſis tertia ſex hiſtorias de vtero putrefacto, abſque tamen internecione continens 4. 463
Claſſis quarta, hiſtorias ſex de vtero abſque vitæ periculo ablato continens 5. 465
Claſſis quinta binas continens hiſtorias de vtero, abſque tamen morte, ſponte elapſo 6. 467
Præcedentium hiſtoriarum epilogus. 468

Sectio quinta habet Cap. 4.

Prædictorum magis plebeiæ & vulgares probationes 1. 468
Altera etiam vulgaris probatio 2. 467
De quibuſdam ſymptomatib. quæ dici poſſunt periculosè huic ſectioni accidere poſſe 3. 467
Dolorem qui ex inciſione vteri contingit ſpaſmum cauſare non poſſe: & quod vterus eò loci, vbi ſectio fit, parum ſenſibilis ſit 4. 467

Sectio ſexta habet Cap. 9.

Fœcunditatem poſt ſectionem Cæſaream remanere probatur 1. 470
Cicatricem quæ poſt vulnus vteri inciſi coalitum remanet, fœcunditatem non impedire 2. 470
Alter probandi modus, quo fœcunditatem cicatrice non impedire oſtenditur argumento ducto à forti ad debile quod conſiſtit in aſſertione noui paradoxi, quod tamen verum eſſe, & experientia & rationibus medicis comprobatum 3. 471
de Peſſarij huius inuentione, & diuerſitate 4. 471
Paradoxum quo oſtenditur, etiamſi mulieres peſſarium in vteri corpore ferant, nihilominus tamen ipſas & concipere, & vtero ad præfinitum tempus geſtare 5. 472
Confirmatio prædictorum, quæ rationib. aliquot, contraria ſoluentibus argumentis, abſoluitur 6. 473
Corollario alia inſtantia, quæ contra oris vteri in mulierib. grauidis apertionem afferri poteſt, ſoluitur 7. 473
Peſſarium non impedire, quin aptè ſemen & recipiatur & vtero rectè adhæreat 8. 475
Solutio aliarum obiectionum & probatio, huius peſſarij vſum, nouum non eſſe; licet aſſertio hæc qua ſtatuitur mulierem peſſarium geſtando nihilominus concipere poſſe, obſeruatio noua ſit 9. 475
Ad Chirurgos breuis exhortatio de ſectione Cæſarea, quomodo quâ veratione adminiſtranda ſit; eiuſdem. 476
Extractio Lithopædij Senonenſis ex matris vtero. 479

APPENDIX VARIAS ET NOVAS hiſtorias continens, quibus ea quæ in præcedenti tractatu continentur, comprobantur. fol. 480

A Caſp. Bauhino addita.

Exempla aliquot τὴν ὑστεροτομοτοκίαν comprobantia 480
Veſicæ ſectionem non eſſe lethalem hiſtoriis quinque comprobatur 483
Exemplum vteri cum fœtu putrefacti. 484
Exempla 16. vteri, vel ex procidentia, vel gangræna, vel aliter vitiati, totius cura valetudinem exſecti. 485
de Peſſariis. 487
de Superfœtatione. 488
Inteſtini citra mortem vulnerati hiſtoria. 489
Valuula in inteſtino colo, Anno 1579. à Bauhino reperta. 490
Corpus ſine hepate & liene inuentum. 491

MAVRICII CORDÆI IN PRIMVM librum Hippocratis de Muliebrib. Commentarij 7.

Commentarius 1. 492
Commentarius 2. 540
Commentarius 3. 586
Commentarius 4. 609
Commentarius 5. 642
Commentarius 6. 660
Commentarius 7. 696

MARTINI AKAKIÆ MEDICI REgij de Morbis muliebrib. Libri 2.

Primus liber continet Cap. 24.

De Menſium ſuppreſſione 1. 746
de Profuſioribus menſibus 2. 754
de Menſibus qualitate peccantibus 3. 756
de Menſibus melancholicis 4. 756
de Fluxu muliebri, ac primùm de albo 5. 757
de Fluxu rubro 6. 759
de Fluxu ſanioſo, & qui ad illum referũtur, & de fuluo 7. 760
de Hyſterica ſuffocatione 8. 760
de Vteri aberratione 9. 762
de Procidentia vteri 10. 763
de Agglutinatione, mutuo contactu, & complicatione vteri 11. 764
de Rebus contra naturam in vtero contentis, & primùm de columella 12. 765
de Vteri inflammatione 13. 765
de Eryſipelate vteri 14. 766
de Pituita in vtero & œdemate 15. 766
de Flatu in vtero 16. 767
de Hydrope vteri 17. 767
de Cancro vteri & mammarum 19. 769
de Lapide & topho in vtero concreſcente 20. 770
de Aſcaridibus vteri 21. 770
de Menſibus ſuppuratis & ſuppurato vteri 22. 771
de Vlceribus vteri 23. 772
de Mola vteri 24. 772

Liber 2. continet Cap. 17.

De Hominis procreatione & natura ſeminis 1. 773

de Conceptione & eius impedimentis 2. 777
de Diæta grauidarum 3. 781
de Symptomatis grauidarum, præcipuè verò de abortu 4. 782
de Superfœtatione 5. 784
de Partu 6. 784
de Officio obſtetricis 7. 787
de Secundis cunctantibus 8. 789
de Curatura puerperæ 9. 790
de Symptomatis puerperarum 10. 790
Quo tempore mamma danda ſit puero 11. 791
de Dolore puerperarum 12. 792
de Difficultate partus 13. 792
de Monſtroſo gemino & mortuo partu 14. 793
de Geminis 14. 794
de Fœtu mortuo & corrupto abigendo 15. 795
de Sterilitate tum mulierum tum etiam virorum 16. 797
De iis quibus venter inflatur per Venerem 17. 801

LVDOVICI MERCATI DE COMmunibus mulierum affectibus Libri 4.

Primus liber habet Cap. 17.

De Sexus differentia 1. 803
de Affectionibus vtriusque ſexuum communibus, & cuique proprijs 2. 805
de Affectionibus quæ fœminis omnibus ſunt communes, ac de alijs quæ cuique fœminarum ſorti peculiares exiſtunt 3. 808
de Menſtrua purgatione 4. 809
de Fœminis quibus menſes nunquam fluxerunt 5. 814
de his quæ clauſa habent genitalia & vterum 6. 817
de Menſtruis per locum non naturalem erumpentibus 7. 819
de Menſtruis ſuperfluis 8. 820
de Menſtruorum ſuppreſſione 9. 830
de Menſtruis diminutis ac de menſtruorum ſtillicidio 10. 842
de Menſtruis difficillimis, & cum grauiſſimis accidentibus 11. 845
de Menſtruis quæ debitum tempus anteuertunt 12. 884
de Menſtruis quæ debitum tempus remorantur 13. 850
de Menſtruis corruptis 14. 852
de Albis vteri purgamentis 15. 854
de Menſtruorum cum morbis implexu & prouidentia 16. 864
de Duris & cancroſis mammarum tumoribus 17. 867

Libri ſecundi ſunt Cap. 28.

De vteri natura ac de morbis, quibus affici poteſt 1. 880
de Hyſtericis affectionibus in genere 2. 882.
de Vteri ſtrangulatione 3. 886
de Virginum & viduarum melancholia 4. 896
de Varietate epilepſiæ ex vtero 5. 901
de Febre alba & de virginum obſtructionibus 6. 908
de Vehementi pulſatione quæ in arterijs iuxta dorſum, in pleriſque fœminis reperitur 7. 917
de Varijs ventriculi accidentibus ex vtero 8. 921
de Varijs & grauiſſimis totius corporis & capitis doloribus ex vtero 9. 923
de Pruritu & furore vteri ac de ſymptomate turpitudinis 10. 925
de Vteri procidentia 11. 929
de Auerſione ſeu recurſu vteri ad varias partes 12. 932
de Vteri imbecillitate 13. 934
de Varijs vteri doloribus 14. 937
de Vteri hydrope 15. 941
de Vteri inflatione 16. 943
de Vteri inflammatione 17. 946
de Scirrhoſo vteri tumore 18. 951
de Vteri cancro 19. 955
de Vteri vlceribus 20. 957
de Vteri rhagadiis 21. 961
de Vteri condylomate 22. 962
de Vteri ac pudendi verrucis, thymiis & ficu 23. 963
de Scabris vteri ac pudendi puſtulis 24. 964
de Vteri fiſtulis 25. 965
de Vteri hæmorrhoidibus 26. 967
de Vteri calculo 27. 969
de Vteri vermibus 28. 970

Libri tertij Cap. ſunt 22.

De Sterilitate in genere 1. 971
de Fœminæ ſterilitate per collationem ad virum 2. 973
de Sterilitate morboſa 3. 978
de Sterilitate quæ fit ad tempus 4. 991
de Virorum ſterilitate 5. 994
de Conceptu 6. 998
de Monſtroſo conceptu 7. 1005
de Vteri mola 8. 1012
de Falſa grauidatione 9. 1916
de Picaceo prægnantium appetitu 10. 1018
de Prægnantium inappetentia 11. 1019
de Prægnantibus quæ cibum euomunt 12. 1019
de Ventris dolore in prægnantibus 13. 1020
de Cordis ſaltu ac de ſyncope in prægnantibus 14. 1021
de Prægnantium tuſſi 15. 1021
de Aluo ſuppreſſa, aut nimis citata in prægnantibus 16. 1022
de Inflatis prægnantium cruribus 17. 1023
de Sanguinis profuſione à prægnantium vteris 18. 1023
de Mammis prægnantium gracilibus, aut lacte turgentibus 19. 1026
de Prægnantibus, quibus aqua ab vtero prodit 20. 1027
de Prægnantium moderamine & cuſtodia 21. 1028
de Prægnantibus morbo acuto correptis 22. 1030

Libri quarti Cap. ſunt 19.

De Partu 1. 1036
de Abortu 2. 1046
de Partu naturali, ac de difficili, & laborioſo 3. 1050
de Secunda relicta 4. 1057
de Fœtu mortuo 5. 1060
de Mola poſt partum in vtero relicta 6. 1062
de his quæ à partu accidunt, ac primò de enixæ prouidentia 7. 1063
de Torminibus à partu 8. 1064
de Immodico ſanguinis fluxu poſt partum 9. 1065
de Diminuto ſanguinis fluxu poſt partum 10. 1066
de Recta curandi methodo adſeruanda in his affectionibus quæ enixis ſuperueniunt 11. 1068
de Vteri inflammatione & vlceribus à partu relictis 12 1074
de Rugis quæ poſt partum in ventre ſuperſunt 13. 1075
de Virginali adſtrictione à partu comparanda 14. 1075
de Nutrice eligenda ac moderanda 15. 1075
de Lactis defectu 16. 1076
de Lactis redundantia 17. 1078
de Lactis vitioſi emendatione 18. 1079
de Lactis concretione 19. 1079

FELI-

FELICIS PLATERI
ARCHIATRI BASIL.

De Mulierum partibus generationi dicatis.

ICONES, vnà cum explicationibus, ipſarum delineationem accuratè oſtendentes.

TABVLÆ, ſtructuram vſumq; harum methodicè deſcribentes. Quibus quoq; quo pacto oſſa mulieris à viri oſſibus hiſce ſedib. varient, breuiter adiectæ fuerunt.

OBSERVATIONES & curationes aliquot affectuum partibus hiſce accidentium.

Partim ex opere ipſius Anatomico prius excuſo, partim ex obſeruationum libro nondum edito, deprompta.

FIGVRA I.

Venter mulieris adapertus, & ab inteſtinis, relicto tamen meſenterio, rectoq; inteſtino, inanitus. Vteri & veſicæ ſitum potiſſimum oſtendens: vtero nulla ex parte moto, membranisq; pinguibus adhuc obuoluto.



A,B,C,D Peritonæi anterioris ſedis reflexi interior ſuperficies.

E,E Meſenterij pars, cuius beneficio inteſtina tenuia dorſo connexa fuerant.

F,F Membranæ meſenterij geminæ, inuicem diuulſæ.

G,G Cum vaſorum & glandularũ ſerie in ipſis.

H,H Meſenterij portio, cui coli inteſtini dextra pars commiſſa fuerat.

I Meſenterij pars, quę coli inteſtini initium continebat.

K Rectum inteſtinum inibi vbi colon deſinit præſectum.

L Vteri fundi anterior ſedes, à qua nihil auulſum eſt.

M Teſtis dexter mulieris.

N Teſtis ſiniſter mulieris.

O,O Peritonæi portio, in dextra ſede vterum ipſiusque vaſa cum dextro teſte dorſo nectens.

P Eadem membrana illic craſſeſcens adeò, vt muſculum vteri eſſe aliqui arbitrati ſint.

Q Peritonæi portio in ſiniſtra ſede vterum cum teſte ſiniſtro & vaſis ſuſpendens.

R,S Ceruicis vteri anterioris ſedis amplitudo, peritonæi membrana adhuc obducta, atque in ſe collapſa rugoſaque.

T Veſica eouſq; detracta, vt poſterior ipſius facies, quæ vterum reſpicit, pateat.

V Vmbilicus à peritonæo liberatus, & vnà cum vaſis fœtui peculiaribus hic deorſum reflexus.

X Vena vmbilicalis hic ab vmbilico præſecta.


Y Vrachos à veſica vmbilicum petens.

Z, & Arteriæ vmbilicales vtrinque.

FIGVRA II.

Venter idem quem prima figura oſtendebat: in quo reſecatis nonnullis membranis, oſsiúq; pubis portione execta, vterus cum vaſis ſeminariis, veſicaq; cum vreteribus melius in conſpicuum veniunt.

Mamillæ item corpus, illius cute ablata hic patet.



A	Venæ mamillarum, humerariæ propagines.
B	Venæ mamillarum, axillaris venæ rami.
C	Mamillæ corpus præcipuum.
D,D	Glandulæ, adepsque, corpori mamillæ præcipuo adſtrata.
E,F,G,H	Peritonęum ſuprà infraq; reflexum.
I,K	Vaſa ſub oſſe pectoris deſcendentia.
L,M	Iecoris gibba L, cauaque M ſedes.
N	Venæ vmbilicalis portio, è cauo iecoris prodiens.
O	Venæ portæ caudex cum vaſis ipſi attenſis præſectus.
P,Q	Vena caua, P & magna arteria Q.
R	Arteriæ venam portę comitantis radices.
S	Venæ ſiniſtri renis tunicam adeuntis principium.
T,V	Emulgentia vaſa, renibus vtrinque oblata.
X	Venæ dextri renis tunicam petentis exortus.
Y,Z	Renis dextri ſiniſtrique anterior ſedes.
a,a,b	Vreter dexter, ad humilius *a*, à portione, quæ iuxta *b* veſicæ adhuc adhæret, abſectus.
c	Vreter ſiniſter, ſub vaſis ſeminariis in progreſſu occultatus mox iuxta *α* veſicæ inſertus.
d,d,e	Vena ſeminalis dextrum teſtem, *d,d,* & ſiniſtrum *e* adiens.
f	Arteriarum ſeminalium exortus.
g, h	Progreſſus vtrinq; harum arteriarũ.

Vteri ipſiusque vaſorum characteres *e,e,f,g,h,i,* idem quod in 4. figura, vbi repetuntur, ſignificant.

m	Rectum inteſtinum à colo abſectum.
α,β	Veſicæ fundum, cui vreter ſiniſter, venaque ab vteri ceruice ducta, iuxta *α* inſeritur.
γ,δ	Ceruix veſicæ, iuxta *δ* pudendo inſerta.
χ	Vteri ceruicis pars ſupra pudendum.
ι	Carunculæ cuticulares pudendi, in quorum medio rima, vtrinque verò colles apparent.
ζ	Arteriæ meſenterij humilioris radix.
ν	Vena ſurſum ad abdomen à crure delata.

FIGV-

FIGVRA III.

VTERVS cum illi adnatis vaſis, membranis & veſica è corpore reſectus: ceruice ipſius vt interiora paterent euerſa, veſicaq́; ſectione ob eandem cauſam aperta.

FIGVRA IV.

VTERVS cum ipſius vaſis, à nexu membranarum liber.


FIGVRA V.

VTERVS idem: cuius fundum diſſectum apertumq́; ceruice adhuc occluſa eſt: rima verò pudendi admodum dilatata exiſtit.


III.



IV



V



III.

A Fundum vteri.
B,B Ceruix vteri, extrorſum conuoluta.
C,D Humilior vteri fundi pars, penis glãdis inſtar in ceruicem ipſius protuberans, foramine trãſuerſo peruiũ.
E,E Membrana vterum vaſaq́ue ipſius connectens.
F Teſtis ſiniſter mulieris.
G Seminalis vena & arteria.
H Vteri fundum petens pars horum vaſorum.
I Teſtes accedens pars altera illorum vaſorum. In horum medio vas deferens cernitur.
K Tunica teſtis cum implexu vaſorũ.
L Veſicæ cauitas.
M Orificia vrinariorum meatuum, in veſicam pertinentia.
N Vrinariorum meatuum fruſtula dependentia.

IV.

a Seminale vas dextrum ex vena & arteria conflatum.
b Peritonæo diſtributus ramus vaſis illius.
c Vteri fundum, cũ illi affixa ceruice.
d Ceruicem vteri implicantia vaſa.
e Fundi vteri ramus, à vaſe ſeminali productus.
f Vas deferens ſemen.
g Ramus ſeminalis vaſis, vas hoc ambiens.
h,h Teſtes vtrinque mulieris.
i,i Vas lumbrici inſtar ad vterum deductum.
* Pudendum, in quod hoc vas vtrinque definit.

V.

A,B Sinus fundi vteri.
C,D Sutura ſinum dictum nõnihil diſtinguens.
E,E Subſtantiæ fundi vteri craſsities.
F Protuberantia vteri in ſinus medio.
G Orificium fundi vteri.
H,H Tunica fundi vteri à peritonæo.
I,I,I,I Membranarum vterum alligantium portio.
K,K Ceruicis vteri initium.
L Veſicæ ceruix vteri ceruici inſerta.
m Proceſſus clithoris in ſummitate pudendi, iuxta cuius apicis infimam ſedem foramen rotundum, meatum vrinæ ab L in pudendum definentem ſignificat.
n Hymen virginum, pudendiq́ue inæqualitas, ſub quibus foramen pudendi in rima mulieris occurrit.

FIGVRÆ IV. quatuor Tabellæ.

I. Vterum grauidum aliquouſque ſectione apertum, vt fœtus domicilium pateret, oſtendit.

II. Faſciculum ſeu domicilium fœtus integrum adhuc, ab vtero exemptum proponit.

III. Inuolucrum domicilij huius exterius ab interiore fœtum adhuc includente abſtractum patefacit.

IV. Idem quod tertia denotat, & interius inuolucrum diuiſum, fœtumq; ab ipſo diductum demonſtrat.



A,B,C,D Vteri diſſecti portiones in exteriora euerſæ.
E Caro exteriori inuolucro adnata, cui vaſa vteri intexuntur.
F,F Exterior fœtus inuolucrum, cum iis quæ amplectitur vtero adhuc incluſum.
G Ceruicis vteri pars per ſectionem reliqua.
H Vaſa ceruicem vteri amplexantia.
K,K Exterius inuolucrum, integrum adhuc, cum iis quæ comprehendit vtero exemptum.
I,I,I Carnea moles illi adnata.
L,L,L Exterius inuolucrum adapertum ab interiore detractum, cum carne exteriori illius ſuperficiei connata.
M Interior externi inuolucri ſuperficies.
N Vas vmbilicale.
O,O Interius fœtus inuolucrum, adhuc integrum, fœtum continens, vaſisque implexum.
P Externa exterioris inuolucri ſedes.
Q Interna exterioris inuolucri ſuperficies.
R Caro externæ illius ſedi adhærens.
S Vaſorum ſeries, quæ ab vteri vaſis pronata, & per carneam exterioris inuolucri portionem digeſta, exterius inuolucrum implicant.
T Collectio horum vaſorum in vnum vas, è quo chorda vmbilicalis efficitur.
V,V Interioris inuolucri ſedes exterior.
X,X Interioris inuolucri ſuperficies interior.
Y Vas vmbilicale, ab interiori inuolucro in fœtus vmbilicum productum.
Z Fœtus vti in vtero iacet complicatus.

FELI-

FEL. PLATERI DE MVLIER. PARTIB. GENERAT. DICATIS.

¶ De Vtero et Mamillis Tabulæ.

Partes *generationi dicatæ in muliere ſunt*
- Vterus, *in quo ſemen concipitur, fœtus formatur, augetur, & nutritur, demumq́ vbi maturus eſt excluditur.*
- Mamillæ, *quibus infans in lucem editus aliquandiu nutritur & ſuſtentatur.*

¶ De Vtero.

Vterus in *Ventre locatur, vt commodius in fœtus augmento diſtendi poßit, humilioriq́ ipſius ſede, ne organa naturalia impediat. Qui fœtus & ad ſeminis ſuſceptionem, & fœtus excluſionem commodus quoque erat. In hoc notantur, tum quæ*
- Conſtituunt *ipſum partes duæ: nempe*
  - Ceruix, *ſeu collum, pars ipſius longior ab exterioribus ad fundum vteri vſque ducta. Cuius rurſum pars*
    - Exterior, *apparens, eſt* Pudendvm.
    - Interior, *abſtruſa, eſt* Sinvs
  - Fundum *vteri, Vide* Fvndvm.
- Adnaſcuntur *illi, Vide* Adnata.

¶ De Pudendo.

Pudendvm, *Cunnum, ceruicis vteri os, vel facies, aut larua potius: vnde Germani* Butz *vocant. Anteriori pubis oßium regioni innititur. In quo occurrunt*
- Colles, *ſeu monticuli, qui in ambitu rimæ impreſſæ, malarum inſtar, propter pinguedinem ſubſtratam protuberant, parteq́ ſuperiori crinibus in maturis ornantur fœminis: quæ omnia vt rima melius lateret, abſtruſaq́ eſſet, ſunt condita.* fig. 2. per ſe apparet.
- Rima, *ſciſſura cutis in longum, veluti vallis inter dictos monticulos, vel coniuens, vel diducta dehiſcens. Quæ longior eſt foramine, quod penem admittit, idq́ ne cutis partum, ſi illius ſectio anguſta fuiſſet, cùm cutis durior, non ita vt foramen interius ampliari poßit, impediret. Hæc* fig. 2. per ſe patet.
  - Carunculas *vtrinque in lateribus* νύμφη *dictas adnatas habet, in elatiori ſede rimæ contiguas quæ* fig. 2. ı.
    - Cuticulares *ſunt, fungoſæ, & plus minúsve propendent.*
    - Labiorum *inſtar, vt rima melius occludatur, fungoſa ipſorum ſubſtantia efficiunt, & præter hoc, canalis cuiuſdam inſtar, præſertim dum mulier inclinans ſe nonnihil mingit, vrinam, ne reliquum corpus commaculet, dirigit.*
  - Proceſſum *paruum, Clitborida dictum, ſeu Tentiginem, elatiori ſede, in medio, vbi carunculæ conueniant, in pinguiore pubis parte occultatum, leuiterque tantum prominentem, producit. Qui* fig. 5. m.
    - Peni *paruo, qualem cuniculi habēt (licet interdum valde exceſcat) admodum ſimilis, tum ex ortu à pubis oſſe, tū*
      - Corpore, *quod duplex quoque, neruoſum, fungoſum, ſanguine plenum, vt penis habet, muſculosq́ & venas illi adhærentes.*
      - Forma, *quum in glandem quoq; deſinat, pellicula ſeu præputio obtectū.*
    - Pruritum *in his locis eximium efficit, & fortè carunculas, quibus pellicula vtrinque iungitur, ne dependeant, ſuſtentat.*

**

❡De Sinv Vteri.

- **Sinvs**, κόλπος, *Canalis eſt, à pudendo ſurſum ad vteri fundum in peritonæi cauitatem inter veſicam & rectum inteſtinum, cum quibus peluim dictam ſupra os ſacrum ſitam, occupat, ductus. Huius notatur*
  - Connexus, *cum partibus vicinis, quibus certis in locis, vt firmius hæreret, non tamen vndique vbi eas tangit, vt nihilominus diſtendi poſſet, adnectitur. Sicuti*
    - Viſceribus
      - Recto *inteſtino, cui toto ductu incumbit, ipſiusque latitudinem vix dum excedit, illiq; fibroſis nexibus cohæret, & iuxta pudendum penitus ferè, vt ægre ſeparari poßit, continuatur.* fig. 2. m.
      - Veſicæ: *cuius fundo citra nexum ſubijcitur, ceruicíq; illius, cuius latitudinem vteri hic ſinus vincit, ea ſede qua ipſam tangit, quoque fibris adhæret.* fig. 2. *α, β, γ.*
    - Membranæ, *Peritonæo, cui anteriori ſede, vbi ceruicem veſicæ vtrinque exuperat, atque in lateribus, interuentu tunicarum & vaſorum ipſius, laxè admodum quoque copulatur.* fig. 1. R s. fig 5. I, I.
  - Conformatio, *qua Neruens & albus eſt, mollis, & humidus, tũ vt ſenſilis eſſet, & nonnihil amplari poſſet, durior tamen in ſenibus & cũ diu attritus eſt fit. Hic*
    - Amplitudinem, *coli, cuius vagina eſt, conuenientem habet, vti & longitudinem, à pudendo ad pubis elatiorem ſedem vſque deſinentem, idq; cum diſtentus & extenſus eſt, nam collapſus anguſtior & conuolutus breuior fit. Parturientibus verò admodum increſcit, atque diſtenditur.* fig 5. à k ad m.
    - Figura, *collum vrinalis refert, intusq; læuis eſt, niſi quatenus collapſus corrugatur, &*
      - Anfractus *duos commodioris fricationis cauſa, vbi inferiori pubis oßium commiſſuræ ſedi proximus eſt, obtinuit, quorum alter*
        - Anterior, *Scrobiculos refert palati, & nonnunquam caruncularum inſtar prominet.*
        - Inferior, *Foramen cæcum repræſentat, in ambitu rugoſum.*
      - Foraminib. *duobus peruius eſt, quorum aliud, quod*
        - Coli *admittendo paratum, anterius eſt, atq; Exterius orificium vteri dicitur. Quod in virginibus Hymene mẽbrana ex parte occluſum eſt,* fig 5. n. *Quæ*
          - Occupat *imam tantùm huius foraminis anum ſpectantis ſedem, adeò vt non aliis purgationibus obſtet, cum ſuperiori loco, ac ſi perforata eſſet, pateat.*
          - Foraminis *huius amplitudinem, ante congreſſum inutilem, nonnihil occludit, & ſimul pudendi latera, ligamenti linguæ & præputij inſtar, colligit.*
        - Vrinam *emittit, ſuperius eſt, ad cuius latera, Membranæ in ſinum hunc, vt regurgitationem materiæ alicuius in veſicæ ceruicem impedirent, propendent.* fig. 2. *A.* fig. 5. ab L ad n.

❡De Fvn-

¶De Fvndo Vteri.

Fvndvm *vteri, ſeu potius Vterus verè dictus, Matrix, Domicilium eſt, in quo fit conceptus, ceruicis ipſius elatiſſimæ ſedi continuatus. Cuius notatur*

- **Situs,** *quo ſupra os pubis, vel pelum, quæ ipſius ceruicem continet, inter veſicam & rectum inteſtinum collocatus eſt (magno humanæ fragilitatis, hominem tam abiecto loco naſci, indicio.) Prægnantibus autem, vtero creſcente, ſenſim ad ſuperiora extenditur, & ſub omento (niſi illud ſurſum conuolutum ſit) & anteriori peritonæi ſede, gracilibus inteſtinis incũbit, ilia quoque cum impensè tumet, opplens, & in medio ferè, interdum in dextrum, vel ſiniſtrum latus magis deuolutus, ventrem turgidum in grauidis reddens. Ea itaque ſede*
  - **Citra** *connexum liberiorq́; maiori ſua parte, vt deorſum, auiditate concipiendi illicitus, vel odorũ ſuauitate, vt putãt, allectus, ferri, ſurſumq́; rurſum remeare poſſet,*
    - **Adiacet** *tantùm ſede ipſius*
      - **Anteriore,** *Veſicæ cui ſuccũbit,* fi.2.β.
      - **Poſteriore,** *recto inteſtino, cui incumbit,* fi.2.m.
      - (*utrique:*) **Interueniente** *nonnunquam omenti portione pingui. quæ fortè ſterilitatis illius, cuius Hippocr. à pinguedine circa vterum collecta profectæ, meminit, cauſa exiſtit.*
    - **Liber** *ab omnibus partibus ſede ſuperiori, ne quid illum, qui aliàs facilè ſubſidet, ad inferiora deprimeret, maximè in conceptu ſurſum ferri prohiberet.* fi. 2. c.
  - **Connexus** *in lateribus tantùm vtrinque, Membranis & vaſis ad vterum pertinentibus (nullis aliis muſculis, vti aliqui voluerunt, ſuſpenſus) ne facilè ſubſideat, retinetur. Quibus tamen laxatis, vterus in pudendum decidit, atque aliquando extra hoc quoque, inuerſa ipſius ceruice, deorſum admodum, magna turpitudine & moleſtia, dependet.* fi. I. O P. fi. 3. E E.
- **Conformatio,** *qua*
  - **Subſtantia** *ipſius*
    - **Neruea,** *denſa & compacta eſt.* fi. 5. E. *Quæ tamen eo tempore quo mulier ad conceptionem habilis & apta ſit, calore inſito adaucta, carnea, venoſa, mollisq́; admodum euadit, & non ſecus, ac in canibus fœminis, nouem ferè dierum ſpatio conceptum appetentibus, vterum & pudendum quoque intumeſcere videmus, excreſcit, totoq́; tempore, quo mulier vterum geſtat, adaugetur, & poſt partum rurſum ad priſtinam neruoſitatem, ſoliditatemq́; redit. Quæ tamen, ſi vel natura, vel ætate, adeò præualeant, vterusq́; ſic induratus ſit, vt eam quam diximus mollitiem & carnoſitatem adipiſci nequeat, ſterilitati huic, in qua mulier ſana alioquin, vel multorum annorum interpoſito ſpatio, vel nullo etiam tempore concipit & parit, præcipuam occaſionem præbere, obſeruatio hæc pulcherrima oſtendit.*
    - **Tunica** *integitur triplo tenuiore quam ipſius corpus exiſtit: quæ à peritonæi portionibus vtrinque lateribus vteri adnatis duplicatisque, vtrinque vtero obducitur, eumque, vt dictum, nonnihil retinet.* fi. 5. H H.
  - **Figura,** *Vide* FIGVRA.

FIGVRA *vteri cucurbitulam, præſertim ſi compreſſa nonnihil eſſet, exprimit. Huius*

- Magnitudo *variat: nam*
  - Extra *conceptum, paruus eſt, craſſus, tres vel quatuor ferè digitos tranſuerſos longus, & totidem ſuperiori ſede latus, inferiori verò ſede nonnihil anguſtatus.* fig. 2. 4. C.
  - In *conceptu admodum, vti dictum, increſcit, & dum vterum mulier geſtat, pro fœtus quantitate, in omnes dimenſiones adaugetur.* fig. 6. A B C D.
- Superficies
  - Exterior *ſede*
    - Elatiori, *quæ latior eſt, & ventris cauitatem attingit, Tuberibus vtrinque in lateribus eminet, quæ* fig. 2. iuxta humilius f.
      - Cornua *dicuntur vteri, cùm vituli cornua modò erumpentia referant.*
      - Admittunt *vaſa ſeminaria, hîc inſertionem manifeſtam ſatis molientia.*
    - Humiliori, *qua contractus nõnihil ſinũ ceruicis ipſius reſpicit. In cuius*
      - Ambitu *illi continuatur, vt via quæ ab vtero extrorſum fertur clauſa eſſet.* fig. 3. in ambitu C D.
      - Medio *in ipſum aliquouſque citra connexum protuberat, & rectà pudendum aſpicit. Atque illic*
        - Glandis *penis ſimilitudine rotundus eſt, craſſuſque, & oblongus nonnihil.* fig. 3. C D.
        - Foramine *tranſuerſo peruius eſt, quod Orificium interius vteri vocant, Hoc* fig. 3. inter C D.
          - In *conceptu ſe aperiens, glandiq; colis applicans, ſemen ſugit.*
          - Latius *illic vbi pudendum intuetur, indeq; ſenſim per craſſam vteri ſubſtãtiam ad ipſius interiora anguſtatur, ne facilè, ſi ſemen concipit, rurſum elabatur, eſtque in iis, quæ pepererunt rugoſum. Hoc induratum, vel calloſum factum, ſi obſtruatur, aut humiditate nimia ex frequenti coitu, vel fluore muliebri nimium laxetur, ſterilitatem quoque in ſanis alioquin mulieribus, efficit.*
  - Interior, *Sinum in medio excauatum poſſidet, qui* fig. 5. A B.
    - Semine *in conceptu adimpletur, & dum ex eo fœtus procreatur, ſenſim vnà cum illo augetur, atque ampliatur: vteri interim ſubſtantia minimè attenuata, ſed ſimul quoque cum illis excreſcente.*
    - Anguſtus *& collapſus, atque ad formam vteri, ſuperius latus, inferius arctior exiſtit. Nec membrana aliqua, vt vaſa noua illius commodius in conceptu accreſcerent, ſuccinctus, tomento tamen, velut carneo, inunctus, & Sutura quadam leuiſſima, in longum per medium ipſius ducta, notatus.* fig. 5. O.

De Ad-

De Adnatis Vtero.

- **Adnata vtero ſunt**
  - Extrinſecus, *Partes, quæ intermedio membranarum duplicatarum à peritonæo productarum, quæ has ſimul cum vtero copulant, illi adnaſcuntur. E quibus*
    - Conferunt illi
      - Materiam
        - Semen
          - Vasa Spermatica.
          - Testes.
        - Sanguinem *& ſpiritum* Venae & Arteriae.
      - Senſum *illum exquiſitum*, Nervi.
    - Suſpendit *ipſum* Vas Lvmbricosvm.
  - Intrinſecus *quædam tantùm, quando concepit, de nouo genitâ, quæ ſimul quoque in partu omnia rurſum prodeunt. Hæc ſunt*
    - Domicilivm Foetvs.
    - Foetvs.

De Vasis Spermaticis.

- **Vasa ſpermatica mulieris ſunt**
  - Venæ *& Arteriæ Spermaticæ, quæ materiam ſeminis aduehũt, & fortè eandem quoque immutant, quorum*
    - Exortus *idem qui in viris: pronaſcitur enim*
      - Vena *dextra à cauæ venæ caudice: ſiniſtra verò ab emulgente ſiniſtra.* fig. 2. d. e.
      - Arteria *tàm dextra quàm ſiniſtra, vtrinque ab arteriæ magnæ caudice.* fig. 2. g.h ſuperius.
    - Ductus, *ab eo qui in viris fit, variat. Nam vtrinque vena & arteria, ſimul commixta, vel ſeiunctâ nonnunquam, portionem ipſarum vaſi ſemen deferenti tranſmittunt, illudque multis ramis ambiunt.* fig. 2. 4. g. *reliquam, per membranam, quæ vtero adnaſcitur, vtero ablegant.* fig. 2. 4. e.
  - Vas *deferens ſemen elaboratum vtero, quod* fig. 2. 4. f.
    - Prodit *ab angulis vtrinque vteri ſeu cornibus: eſtq́ neruëum & candidum à principio.*
    - Ductu *lateſcens, & capreolorum modo ſe criſpans, admodum latum, carneumque, ac nonnihil complicatum in fine fit: in cuius medio inſigne foramen exiſtit, quod venæ arteriæq́ ſpermaticæ ambiunt.*

De Testibvs.

- **Testes** *mulieris ad ſeminis aliquam fortè quoque elaborationem, vi ſuâ, licet à vaſe deferente diſtent, & materiam ſeminis minimè admittant, aliquid conferunt: vel potius ad humectationem & diuaricationem vaſorum, quibus adiacent, à quibus & ſi ramulos accipiunt, vti credibile eſt, quod tamen negat Fall. iiſdem quoque nutriuntur. Hi* fig. 2. 4. hh.
  - In *lateribus vtrinque paulò elatius quàm vterus exiſtit, quamdiu is fœtu nondum turget, locati ſunt, membranæq́ vterum nectentis duplicatæ innati exiſtunt.*
  - Glandulas *omnino quoque reliquas meſenterij & omenti referunt, tunicisque, tum interiori propria, tum exteriori; illi à membrana vteri deducta inueſtiuntur, & aqueum humorem in veſicis continent, quo vaſi hæc ne areſcant, irrigant.*

¶De Venis et Arteriis Vteri.

Venae *& arteriæ vteri aliæ ſunt*

- Apparentiores, *per membranas variè excurrentes,*
  - Implicant *vteri vtrinque*
    - Fundum : *quæ à ſuperioribus vaſis ſpermaticis deſcendentes, per vteri tunicam & ſubſtantiam variè diſpenſantur, & in grauidis vel menſtruoſis magis conſpicuæ ſunt.* fig. 2. 4. e
    - Ceruicem : *quæ in lateribus, à vaſis circa os pubis ductis, per vteri ſinum diſtribuuntur, & quibuſdam ramis, per vteri tunicam ſubſtantiamq́ue deductis, cum aliis ramis, qui vteri fundum implicant, commiſcentur.* fig. 4. *d.*
  - Nutrimentum *cum calore vitali vtero ſuggerunt: & ſimul, ſed eo tantùm tempore, quo fœmina ad concipiendum habilis, ætatem conuenientem habet, copioſiorem quàm vterus requirebat, quo fœtus aleretur, ſanguinem ſubminiſtrant, atque vt is ſi conceptio fieret ſtatim præſto eſſet, continuò circa vterum, etiam ante conceptum coacernatur. Qui dein toto tempore quo mulier grauida eſt, retentus, fœtui & pabulum & vitam confert, atque poſtea eo in lucem edito, quàm diu mulier lactat quoque abſumitur. Rel quo verò tempore, tanquam ſuperuacaneus, quicquid ſingulis menſibus collectum eſt, in menſtruis purgationibus, vnà cum aliis recrementis, ſi quæ in ſanguine redundant, huc à natura protruſis, per oſcula in vteri ceruicem deſinentia, quatuor vel quinque dierum ſpatio expurgatur.*
- Exiguæ *in Pudendum ipſiusq́ue colliculos feruntur: quæ ab enarratis vaſis vteri, atque iis quæ iuxta os ſacrum prodeunt, huc deducuntur.*

¶De Nervis Vteri.

Nervi *vteri exiles ſunt, ſed copioſi, quorum alij.* fig. 4. *d.* & 6. H

- Ceruicem *illius potiſſimum, cùm illic pruritus eſſe debeat, adeunt, qui ab iliis quoque qui circa os ſacrum ſunt, prodeunt.*
- Fundum *quoque petunt, à ſextæ coniugationis ramis, huc quoque deſinentibus, deſumti.*

¶De Vase Lvmbricoso.

Vas *lumbricoſum dictum* fig. 2. 4. i, i.

- Prodit *ab vteri lateribus vtrinque. Quod ſurſum ad inguina delatum, peritonæum & tendines illius loci, eo modo quo in viris vaſa ſeminaria ſolent, perforat, & verſus pubem delatum, admodum cauum, in pinguedinem illic, qua nonnihil quoque infarcitur, vtrinque diſinit, nullibi clitorem, vt Columbus putat, attingens. Iuxta hoc herniam quoque in mulieribus fieri exiſtimat Fallop.*
- Nerueum, *cauum, rubrum, lumbrici inſtar exiſtit, carneoq́ue tomento refertum eſt, atque vbi è peritonæi cauitate excidit, muſculum Cremaſterem illi adnexum continet.*

¶De Do-

¶De Domicilio Foetus.

- **Domicilium**, *fœtus vnum, ſi vnus, plura, ſi plures fœtus ſint. Quod vtero contentum, vniuerſum fœtum amplexatur & ſuſtinet. Hoc quia cum fœtu, vel ſtatim poſt hunc excluditur, veluti ſecundus partus, Secunda, vel Secundina* δευτέρια *dicitur. Loculus.* Büſchele. *German. Atque*
  - Conſtituitur *Inuolucris duobus membraneis, orbicularibus, ſed paulò lõgioribus, inuicem vndique obductis. Quorũ*
    - Exterius, *craſſius, vtero proximum, Chorion, quaſi fœtus ſedes dicitur, quod* fig.6. F, F, K, K, L, L, P Q.
      - Connectitur *vteri internæ ſuperficiei, vna tantum in ſede, per carnem quandam: reliqua ſede à connexu liberum.*
      - Vaſa *fœtus, quem ſuſtinet, continet: cùm noua vaſa in ipſo genita, vteri vaſorum orificiis copulet.*
    - Interius *tenuiſſimum, fœtui vicinum, Amnios, à candore, vel Amniculum, induſium, dicitur. Hoc* fig. 6. OO. VV. XX.
      - Connectitur *tantum vna in parte, Chordæ ipſam pertranſictis beneficio, tum inuolucro externo, tum fœtui.*
      - Vrinam *fœtus, huc per vrachon profuſam, continet, & à fœtu ſecernit. Quæ in brutis in priuata veſica hic colligitur.*
  - Adnata *habet*—
    - Carnem *quandam amplam, orbicularem, lienis ſubſtantiæ inſtar nigricantem, Placentam dictam, quæ* fig.6. E, I I I, L, R.
      - Connectitur *Externi inuolucri ſuperficiei exterius, parte tãtùm poſteriori, nunc dextra, nunc ſiniſtra, vel vtriſque, ſi geminus ſit fœtus. Vtero verò tantùm vaſorum beneficio cohæret.*
      - Vaſa *vteri in hanc carnem exterioris inuolucri ſe aperientia colligit, firmat & munit, ſimulq́ue ſanguinem ipſorum nonnihil viſcerum carnoſorum, lienis præſertim, cui ſimile, modo, elaborat, fœtuiq́; aptum reddit. Hoc in cornutis beſtiis præſtant cotylidones.*
    - Vaſa, *quæ ſimul membrana quadam copulata, Chordã formant, oblongam, nodisq́ue quibuſdam inæqualem, ad fœtus vmbilicum pertingentem. Hæc ſunt* fig.6. N Y.
      - Vena, *& Arteriæ ab vtero ad fœtum deſinentes, quibus à matre alimentum & vitam ſumit. Quæ*
        - Exoriuntur *frequentes in carnea dicta placenta, & vaſorum vteri oſculis illic continuantur. A' quibus, fœtu maturo, vt pediculi fructuum maturorum ab arbore, citra læſionem, abſcedunt, tuncq́; fœtus cum inuolucris ab vteri connexu liber, in partu excluditur.*
        - Colliguntur *in hoc inuolucro ſenſim in vnam venam, & vnam arteriam: quæ ſtatim interius inuolucrũ permeantia, cui ſoboles quoque communicant, ſimul vincta, ad vmbilicum fœtus tendunt.*
      - Meatus *Vrachos, qui à fœtus vmbilico prodiens, vaſisq́; dictis attenſus, in ſpatium, quòd duo inuolucra efficiunt, delatus, apertusq́ue, fœtus vrinam illic effundit.*

¶De Foetv.

- Foetvs, *Embryo, in interiori inuolucro, plerumq; capite deorſum, aliquando ad latus, rarius ſurſum ſpectante, vt ſic minori impedimento in partu exiret, ſitus: vaſis vmbilicalis intermedio tantum inuolucris & vtero adhærens: humore quodam ex ſudore ipſius collecto ambitur, craſſioriq; ipſius portione veluti glutine inungitur. Hic*
  - Conformatione, *poſtquam ex tribus primis bullis & rudimẽtis, formam manifeſtam aſſumpſit, Sphæricus eſt: ſic enim melius retinetur, oblongior tamen paulò, vt in partu clauſtra anguſta melius penetrare poßit. Cuius rei cauſa, corporis illius ſedes,* fig.6.z.
    - Poſterior, *dorſo curuato, & capite pectori mento incumbenti, rotunda fit.*
    - Anterior, *quæ poſteriore ſede curuata, caua erat, extremitatibus eò reductis oppletur. Quæ ita diſponuntur, vt rotunditatem quoque acquirat. Sic*
      - Brachia *pectori admouentur, & manus dextra ſub dextera aure, ceruici expanſa, ſiniſtra verò ſupra ſiniſtram mammam, & faciem ſemiextenſa eſt.*
      - Pedes *ſurſum attracti ventri ita applicantur, vt pes dexter, calce nates, latiore verò parte reflexa, pudenda occultet. Siniſter verò pes humerum dextrum tangat.*
  - Adnata *habet vas vmbilicale, vmbilico ipſius inſertum, tribus vaſis conſtitutũ. E quib.*
    - Admittit *duo, vt*
      - Venam, *quæ* fig. 1. x
        - Ducitur, *ab vmbilico ſimplex, in medio, anteriori peritonæi ſedi nexa, ſurſum ad hepar: cuius rimam ſubiens ſubſtãtiamq; perforans, venæ portæ ramis, bifurcata prius, iungitur.*
        - Sang inem *maternum, cùm fœtus cibum non per os ſumat, ad hepar illius deducit, vt magis illic elaboratus, ipſius naturæ ſe accommodet, ipſumq; deinde enutriat & augeat.*
      - Arteriã, *quæ* fig.1. z
        - Ducitur *ab vmbilico, bipartita in duas, & peritonæo nexa, vtrinque deorſum ad veſicæ latera, atque inde profundius ſe immergens, arteriæ magnæ propaginibus iuxta os ſacrum vtrinque continuatur.*
        - Sanguinem *ſpirituoſum maternum, cùm non reſpiret fœtus, illius arteriis maioribus, quibus commodius primum iũgi potuit, infundit, eoque, iam prius in matre perfecto, & in carnea placenta amplius elaborato, arterias ipſius, vt viueret, adimplet.*
    - Emittit *Vrachum, qui* fig.1. y
      - Prodit *ex elatiori ipſius veſicæ fundi ſede, & ſurſum, peritonæi medio adnexus, ad vmbilicum vergit.*
      - Vrinam *fœtus ex ipſius veſica, cùm per penem occluſum, & corpori exactè applicatum adhuc, non potuerit, in receptaculum dictum deducit. Quæ poſtea in partu primum erumpẽs, vterum ad faciliorem partum humectat. Reliqua verò excrementa bilioſiora in inteſtinis ipſius coacernata, fœtus mox, cum eiulatu ferè, vbi primum natus eſt, cacat.*

¶De ma-

De Mamillis.

- **Mamillae** duæ, in Thoracis anteriore ſede ſeu pectore, ſecus ac in plerisq; aliis beſtiis, cum hic locus in homine vtinon impeditus, ſic ad lactandum mulieribus manibus vſaris commodiſſimus fuerit, & in viris illis ſitu quoq; correſpondere debuerit, merito collocatæ fuerunt: vbi in pectoris longitudinis medio, brachij muſculo primo loco innituntur. Quorum notatur
  - Structura & vſus. Quibus ratione ſexus variant: Nam in
    - Fœminis virginibus antequam conceptui aptæ ſunt imperfectæ adhuc, vt in maribus, cum papillæ tantum appareãt, exiſtunt. In nubilib. verò & maturis primùm erũpunt, ſenſimq; excreſcunt, nec dum, niſi extremo marcore, aut ſenio, remanentibus tamen ſemper papillis obliterantur. Harum
      - Vſus eſt, vt Lac, eo tempore, quo mulier peperit, tam diu, quandiu infans ad ſui nutritionem eo opus habebat, continuò procrearent, illiq; ſubminiſtrarent. Cum enim is, qui in vtero adhuc exiſtens, ſanguine materno alebatur, in lucem editus, ſolidiore cibo ſtatim vti nondum potuerit, lacte, quem è matris vberibus ſugit, qui ad ſanguinis naturam proprius adhuc accedit, illiq; magis familiaris exiſtit, commodius enutritur. Præter quem vſum, mamillæ quoque partes ſubiectas, etiam in vetulis, calefaciunt: atque, cùm bene formatæ adhuc ſunt, ex contactu voluptatem adferunt.
      - Structura obſeruatur in ipſarum. fig 2.
        - Figura, Qua rotundæ ſunt. & ſemiglobes, plus minúſve prommulos, pectoriq; affixos, decenter inuicem diſtantes, in virginibus & iuuenculis præſertim referunt. Magis verò in obæſis & grauidis turgent. In mammoſis verò, pondere deorſum tractæ, & in vetulis flacceſcentes, oblongæ fiunt, atque circa radicem tenuiores quàm in imo exiſtentes depẽdent, vel ſurſum vi aſtrictæ conuoluuntur.
        - Compoſitione ex partib. varijs: Nam
          - Extrinſecus. Cute obducuntur, quæ in
            - Medio ſeu centro Papillam educit, quæ
              - Vſum habet, vt cùm infans mamillam integram ore capere non poſſet, hunc illius canaliculum promĩnẽtem labiis apprehendere, atque per illius foramen lac ſugere commodius poſſit.
              - Conformatione,
                - Neruea fungoſaque, & glandis penis ſubſtantiæ nonnihil affinis exiſtit: vnde & ſubſidere & veluti diffluere, rurſumque erigi & rigere, & cum ſit ſummè ſenſilis, egregiè titillari, & cõtactu, & infantis ore poteſt.
                - Prominet leuiter in virginibus, atque fragæ inſtar inæqualis nonnihil rubet, in lactantibus magis eminet liuetque, in vetulis oblonga nigricat.
            - Ambitu papillæ, Circulo quodam obſcuratur: palleſcente in virginibus, fuſco in grauidis & lactantibus, nigro in vetulis, & cum flacceſcunt mamillæ, rugoſo. Quem cõnexus cutis cum ſubiectis corporib. in hoc loco talem efficit.
          - Intrinſecus ſuccinguntur Membrana.
    - Maribus.
  - Vasa.

- MEMBRANA *generalis baſim mamillarum muſculis ſubſtratis nectit, & fibras per ipſorum ſubſtātiam mittit. Inter quam & cutem, mamillarum corpus conſtituunt*
  - Glandulæ: *quarum vna maior ſub papilla collocata eſt, in cuius ambitu reliquæ paruæ iacentes, muſculis thoracis adhærent,* fig. 2. C. *Hæ*
    - *Vaſis intextæ, ſanguinem in lac conuertunt.*
    - Duræ *ſunt in iuuenculis: in grauidis lacte oppletæ magis tument: vetulis flacceſcunt, & diffluunt.*
  - Adeps *multus, glandulis & mamillarum vaſis circumfuſus, æqualitatem efficiens, & calore eas fouens. Quo augeſcente, mammarum tanta fit moles.* fig. 2. D, D.

- MARIBVS *imperfectæ ſunt mamillæ, cùm lac minimè procreent, vnde nec glandulas obtinuerunt, ſed componuntur tantùm ex*
  - Papillis, *quæ in illis eodem in loco quo in fœminis extuberant. Atque*
    - Forma *illis quoque nonnihil, fungoſaq́ ſubſtantia, niſi quod perforatæ minimè ſunt, conueniunt.*
    - Vſum *eundem, quem in non lactantibus mulieribus, aut virginibus, præſtant: nimirum quod exquiſitiſſimo ſenſu præditæ, ad titillationem plurimum faciant, atque propter conſenſum, ex contactu papillarum in mulieribus, nonnihil quoque afficiantur. Licet & centrum quoddam in pectore, quod aliâs nullibi perforatur, exiſtant, & terminus quidem, in quem venarum & neruorum, huc pertingētium, fines deſinant, in eoq́ veluti copulentur.*
  - Cute *cum ſubiecta Pinguedine: quæ in obeſis, in ambitu papillarum quoque copioſior, quam ferè alibi in pectore, collecta, prominentes etiam mamillas, atque in admodum pinguibus, etiam nonnihil, ſparſim tamen, dependentes, efficit.*

- VASA *mamillarum ſunt* ——
  - Venę *mamillas nutrientes, atque in lactantibus lactis materiam deferentes: quæ illis communicantur partim*
    - Extrinſecus, *à cutaneis dictis venis, ab axillaris & humilariæ ramis profectis, & in pectoris cutem mamillasq́ digeſtis, liuidoq́ & obuireſcente colore in grauidis & lactantibus conſpicuis.* fig. 2. A, B.
    - Intrinſecus *circa radicem ipſarum, à vena ſub oſſe pectoris repente, & ramis coſtarum interualla & pectoris latum muſculum, ſæpè etiam ſternum ipſum, perforante, hucq́ comite Arteria penetrante, deriuatæ.* fig. 2. I. K.
  - Nerui, *qui tum in cutem mamillarum, vt in aliam thoracis cūtem excurrunt. inter quos tamen craſſior neruus è quinto ferè coſtarum interuallo papillam adit, illiq́ exquiſitiſſimum illum ſenſum in vtroq́ ſexu communicat.*

FELICIS

FEL. PLATERI DE OSSIBVS MVLIERVM: QVÆ RATIONE VTERI ET mamillarum à viri oſsibus nonnihil variant.

- **Oſſa mulierum**, *ratione vteri & mamillarum, hiſce ſedibus diuerſam quoque à viri oſſib. conſtitutionem acceperunt. Veluti cauſa*
  - **Vteri**
    - Inſima *ventris oſſea ſedes, coxendice & ſacro oſſe circumſcripta, quæ in viris inteſtinum rectum tantum, veſicæq́; collum continet, in mulierib. verò præter hæc vterum ſimul complectitur, vt ſe illis accommodaret, & ne cauitas quæ in hac ſede efformatur ſua anguſtia fœtus tranſitum, quē in partu per hanc viam elabi neceſſe eſt, impediret. Eam ob cauſam*
      - Ilij *oſſium amplitudo, extrorſum vtrinque magis in muliere quàm viro educitur, vt vterus fœtu grauidus, in ventre propendens, vtrinque his oſſium latitudinibus tanquam fulcris inniteretur, & veluti in ephippio cui hæc ſtructura oſſium ſimilis eſt, reſideret.*
      - Pubis *oſſium*
        - Proceſſus *duo humiliores cauitatem dictam, anteriore ſede vtrinque ambientes, extrorſum magis quàm in viris vt amplior eſſet, facilioris partus cauſa, educuntur.*
        - Commiſſura *anterior, cartilagine multò copioſiore quàm in viris oppleta, nec tam longam, vt in illis, coniunctionis lineam ſortita: vt ſic in partu, ob nexum hunc laxum, oſſa hæc fœtus impetui nonnihil cedere poſſint, non tamen, vt nugantur multi, diſlocari.*
    - Vicina *vtrinque oſſa huic infimæ ſedi, ob illius diuerſam ſtructuram nonnihil quoq; variant: veluti*
      - Dorſi *pars contigua, ſupra lumbos poſita retrorſum magis inflexa in muliere quàm viro exiſtit: vt cùm vterum geſtat anteriore ſede hoc pondere grauata, oppoſitam habeat poſteriore ſede corporis molem, quibus ita oppoſitis, corpus in æquilibrio quodam conſiſteret: quo nomine & mulieres grauidæ, ſi magnum vterum ferunt, corporis ſuperiora retrorſum, cùm incedunt, inclinant.*
      - Femoris *oſſa, ob coxæ amplitudinem magis ab inuicem ſuperiore ſede in mulieribus diſtant: ob quas cauſas mulieres viuæ adhuc lumbos magis vtrinque prominentes & femora craſſiora poſſident.*
  - **Mamillarum**
    - Situs,
      - Thorax, *vt mamillis aptam pararet ſedem, anteriore ſede nonnihil depreſſus, nec ita, vt in viris, in altum eleuatus eſt.*
      - Coſtarum *cartilagines, quæ viris ad extremum vſque ſenium cartilaginoſæ manent: puellis vbi mamillæ primum excreuerint, oſſeæ in ambitu nonnihil fiunt, vt ſic mamillarum molem quæ ipſis incumbit, melius ſuſtinerent, nec ab illis introrſum premerentur, & thoraci incommodarent.*
    - Vaſorum, *Pectoris os foramine pertuſum, per quod venæ ab iis quæ ſub pectoris oſſe repunt, extrorſum ad mamillas vtrinque feruntur.*

FELICIS PLATERI OBSERVATIONES ET CVRATIONES ALIQVOT AFFECTVVM PARtibus mulieris generationi dicatis accidentium.

Vbi in pleriſque quæ vtero accidere ſolent, functionum læſionibus & morbis, adiectis mammarum quoque aliquibus, cauſa aliqua vel curatio rara vel vtilis proponitur. Ex authoris libro obſeruationum nondum edito deprompta.

QVARE MVLIER DEFINITVM TEMPVS, QVOVSQVE ad concipiendum & procreandum apta eſt; Vir verò nullum habeat?

IN humano ſexu, & mas & fœmina, ad procreationem tunc apti & maturi ſunt, cùm ſemen maturum profundere incipiunt: quod aliis citiùs, circa ætatis annum duodecimum; (nam eâ ætate & mares & fœminas procreaſſe, hiſtoriæ teſtantur) aliis tardiùs, circa annum decimumquintum accidit. Licet enim non conſuetum ſit, tam maturè, mares præſertim, matrimonij vinculo aſtringere; hoc tamen, non quòd adhuc ad generandum inepti ſint, ſed aliis de cauſis accidit: cùm, ſi maturè quoque, iuuenes adhuc admodum, copulentur, liberos etiam generare experientia oſtendat. Verùm tempus, quo ad generandum non ampliùs idonei ſunt, non vtriſque æquè contingit. Cùm fœminæ definitus terminus, à quadrageſimo ad quinquageſimum vſque ætatis annum circumſcriptus conſtitutus ſit: quo & ſuas menſtruas, quamdiu ſanæ ſunt, nec grauidæ, nec lactant, purgationes habent, eoque termino finito illis deſtituuntur, nec ampliùs pariunt. Mares verò, quamdiu ſani ſunt, toto vitæ tempore, ad procreationem aptitudinem & habilitatem in ſe habēt. Quod vt multa exempla demonſtrant: ſic parentis & proaui, tanquam propinquiora, adducere ſatis erit E quibus genitor meus, poſt ſeptuageſimum ſecundum ætatis annum nouas nuptias contrahens, liberos ſex, & poſtremam filiam anno ætatis octogeſimo procreauit. Cuius auum, poſt centeſimum vitæ annum, filium adhuc genuiſſe, & donec ille nuptias celebraret vixiſſe, non ſolùm illum narrantem, verùm & ab aliis plurimis, qui illum nouerant, ſæpe audiui. Cæterùm cauſam huius Diuinæ ordinationis, viro nullum terminum, mulieri verò certum definiente, idque à mundi primordio, (cùm & tunc mulieres ſenes, procreare miraculoſum, non naturale fuerit: ſicuti exemplo Saræ, vxoris Abrahæ demōſtratur) eſſe exiſtimamus; ne humanum genus nimium excreſceret, prouidētiâ Dei, quæ certum numerum eorum qui naſci debuerunt prædeſtinauit, hæcque etiam per naturales cauſas dirigit, factum eſſe, cùm, ſi mulier ad extremam ætatem vſque procrearet, in infinitum, quod nec terræ totius amplitudo alere poſſet, humanum genus excreſceret: proin non, vt reliqua animalia, ſemper, neque tam numeroſam ſobolem in vno partu, vt illa, quæ infinitam ſæpe, vt piſces, procreant; ſed ſimplicem plerumque, rarius geminam, rariſſimè frequentiorem generant. Atque in humano genere ſæpiſsimè ſteriles omnino fœminæ inueniuntur; in animalibus verò paucisſima: quæ quotieſcunque coeunt ferè concipiunt; mulier verò coitu frequentiore vtens, etſi fœcunda ſit, rarius tamen concipit. Dein & cùm mulier non ſolùm ſemen, vti vir, in primo conceptu; ſed & poſtmodum ad fœtus augmentum ſanguinem, & ad geniti enutritionem lac, tantâ copiâ & menſurâ conferat, (vnde etiam quæ pariunt, præſertim frequenter, & quæ lactāt, citius quàm quæ ſteriles ſunt ſeneſcunt) in ſenio iam exhauſtæ, ſufficere minimè potuerunt: & proin, ne penitus conſumerentur, hæc meta illis commoda hac quoque ratione, vbi ſubſiſterent, fuit poſita. Ad quam vir, qui, ſi modò moderatè à teneris Venere vtatur, (quod, ſi ſenes adhuc procreare debent, neceſſe eſt) ſemen tantum in procreatione confert; & proin diutius, & quamdiu ſemen in illo gignitur, aptus ad generationem eſt, minimè aſtrictus eſt. Atque ea ratione eleganter à Deo quoq; prouiſum, vt vir, qui nunc militiâ, nunc aliis diſtractus, cum ſua coniuge non ſemper permanere poteſt; vel cum ea, quia ſterilis, non generat; etiam ſenex, vel primas nuptias, vel ſecundas aut plures contrahens, ad generationem adhuc, niſi defectus alij obſtent, idoneus exiſtat.

CONCEPTIONIS ET GRAVIDAE MVLIERIS ſigna ad duodecimum vſq; menſem, nullo fœtu præſente, apparentia.

VIDVA quædam, poſtquam maritus peſte ſublatus è viuis diſceſsiſſet, indicia conceptionis ſenſit, menſtruorum nimirum primùm ſuppreſsionem, mox ventris tumorem, & mammillarū incrementum, tandem etiam commotionem in interioribus ventris, quam illa, quæ priùs ſexies pepererat, non ab alio quàm ex fœtus commotione fieri, certò ſibi perſuadebat: ita vt exacto decimo à mariti obitu menſe partui ſe accingeret, & nihil aliud quàm pariendi tempus exſpectaret. Verùm cum etiam vndecimus, & duodecimus quoq; à mariti deceſſu menſis præteriiſſent, omneſq; eam grauidam, vt & ipſa quoque eſſe exiſtimabat, pro certo haberent, cœperunt multi de ipſa, ac ſi aliud interea fortè commiſiſſet, malè ſuſpicari; alij verò, qui eam probam eſſe mulierem ſciebant, vti & illamet, de conceptu dubitare. Quibus ſic ſe habentibus, illa exacto menſe duodecimo, menſibus ſenſim rurſum fluentibus, ſubſidente & euaneſcente paulatim ventris mole, & mammillarum tumore, ad priſtinam rediit integritatem: nec molam, nec aliud quidquam, niſi purum ſanguinem profudit.

CONGRESSVS SINE VOLVPTATIS SENSV.

NObilis quidam vxoris ſuæ hunc caſum mihi aliquando patefecit, quod cum eam puellam iuuenem, iam ante multos annos duxiſſet, & cum ea venereũ actum decenter, toto matrimonij tempore peregiſſet, ab eo tempore illam ad eum actum ne tantillum quidem cõmoueri, faterique ſe inde nihil penitus voluptatis aut titillationis vnquã percepiſſe, nec magis ſentire, quam alioquin ab externo cutis contactu alibi ſentire ſoleat: & quod illum admittat, in ipſius ſaltẽ gratiam fieri. In eodem ſtatu adhuc eam permanere, licet fruſtra multa tentarit remedia, & ſterilem eſſe, denuo mihi ipſius amita retulit.

Eodem & ſimili penitus accidente generoſam Dominam laborare, multis quoque iam annis, conqueſtus eſt mihi ipſius Dominus & maritus. Quod à primo concubitus actu ad hunc vſque diem ex congreſſu nihil penitus afficiatur, aut iucunditatẽ aliquam ſentiat, cùm tamen ipſæ viduus non minus quàm in primo matrimonio actum hunc perfectè exerceat: ipſamque fateri, quod cùm virgo ad quadrageſimum vſque annum permanſiſſet (tunc enim primum illi nupſerat) nunquam vllum ſtimulum, aut per nocturnas imaginationes, aut alio modo, ſenſerit, aut toto virginitatis tempore, appetitu aliquo fœmineo affecta fuerit. Sed & mirum, vtramque fœminam, ſi modo tales nominandæ ſunt, maritum ſuum, ſupra modum diligere & maritis quoque in ſedanda libidine aliquomodo, hoc concubitu imperfecto ſatisfieri.

STERILITATIS CVRA.

COMITISSA quædam primo matrimonij anno filiam peperit: poſtea annis penè duodecim ſterilis permanſit. Conſilio præſtantiſsimorum Medicorum, multiſque remediis & thermis vſa, cùm nihil proficerent, curam deinceps omittere ſibi propoſuerat. Interea ego à Comite marito ipſius, filiæ ægrotantis cauſâ accerſitus, cùm inter alia colloquia mihi coniugis hunc defectum, quòd non conciperet, & vterinis morbis diuexaretur, nec menſes decenter & ordine fluerent, exponeret: egoque illi de peſſariis, aliiſque ad hoc accommodatis remediis mentionem facerem, placeretque conſilium, vt curam illius ſuſciperem rogauit.

Poſtquam itaque à menſibus repurgata fuit, primùm fœces hac ratione expurgatæ ſunt: ℞. cathol. ℥.j. diſſolu. in aquis meliſſ. & cichor. capiat.

Altero die vena brachij aperta fuit, ſanguineque moderatè detracto, mox ouum ſorbile bibit, prandiumque ad horam vnam diſtulit.

Tertio, quarto, quinto & ſexto, diebus continuis, præparante hoc ſyrupo vſa fuit: ℞. radic. aperit temperat. in vino albo ana ℥ j. radic. rubiæ ℥.s. artemiſ. matricar. nepet. pulegij vtriuſque, fumar. ſumm. lupul. ana M.j. cicer. rubr. P.j. flor. bugloſſ. vtriuſque, anthos, leucoij, ana P.j. ſeminum ſeſel. ſileris mont. fœnic. ana ʒ.j.s. paſſul. ℥ ij. fiat decoct. & in col. adde ſacch. q.ſ. aromat. ʒ.iij. cinam. & ʒ j. ſantali citr. fiat apozem. pro quatuor vicibus.

Septimo, denuo purgata fuit: ℞. pil. aggreg. ℈.ij. aurear. ℈.s. cum vino maluat. fiat pill. 9.

Octauo, vt vires recolligeret, ſumſit hunc bolum: ℞. conſer. roſmar. ʒ.j raſ. ebor. ℈.j. moſci gr. ij. miſc.

Hiſce peractis, deinceps alternis diebus hoc electuario vſa eſt, bolum illius ſumendo: ℞. conſ. ſatyrion. conſer. rad. eryng. ana ℥ j piſtac. pinear. mund. conſ. flor. roſmar. ana ℥.j. corticum citri cond. zingib. cond. ana ℥.s. ſ. eruc. bulbi ana ʒ j.s. raſ. ebor. ʒ.ij. coag. lepor. raſ. cornu capræ, priapi tauri pulu. ana ʒ.j. pulu. diamb. diamoſc. ana ʒ.s. cinamo. garyophyl. maceris, nucis moſc. ana ℈.ij. cum ſyrup. conſ. zingib. fiat electuar.

Interim topica matricalia adhibuimus remedia. Peſſaria duo primùm, quæ duabus noctibus in ſinu vteri retineret: ℞. ſpec. tripheræ magn. ſine opio, ſpec. benedict. ana ℥.j. agar. craſſo modo triti ℥.j. ſ. nigell. Rom. ʒ.ij. cum ſuc. mercur. fiat paſta: impleantur duo ſacculi, & vtatur.

Cùm inſtaret ſeptimana, quâ menſes fluere debebant, venam ſaphenam aperire iuſſi, & vt menſes ſic exſpectaret.

Abſolutâ purgatione menſtruâ, curam denuo aggreſſus ſum. Inſeſsionem talem illi præſcripſi: ℞. radic. althææ an. M.ij. rad. valer. enul. rubiæ maior. ana M.j. herb. maioran. artemiſ. nepet. chamædr. chamæpyth. fol laur. vincæ peruincæ puleg. orig. ana M j. flor. chamom. melil. ſambuci ana P.ij. ſemin. lini, fœnogræci ana ℥.j. ſ. carui ℥.s. bulliant in aqua, add. lixiu. menſur. ij. vini menſ j. ſedeat in hoc balneo noctu cubitum itura per horam vnam, ventremque inferiorem ad vmbilicum vſque immergat calidè.

Dein egreſſa, & abſterſa pannis calidis, in ſellam perforatam ſedeat, in eaque fumum ſequentem per quartam horæ partem imo ventre excipiat. ℞. troch. galliæ & alipt. moſc. ana ʒ.s. ſtyrac. calamit. ladan. benz. ana ʒ.iij. ligni aloes, ſantali citr. ana ℈.iiij. gr. pæon. ʒ.s. moſc. ambr. ana ℈.s. cum laricea fiat troch. pro fumo, pond. ʒ.ij. imponatur vnus carbonibus.

Surgens è ſella, & in lectum decumbens, inungat regionem ſub vmbilico, ſequenti vnguento: ℞. ol. nard. muſcellini ana ℥.iij. ping. gallinæ, anſer. ana ℥ j. fol. ligni aloes, zingib. zedoar. ana ʒ.ij maceꝭ nucis moſc. garyoph. ana ʒ.iij. flor roſmar. ſtœch. ſquænant. ana ʒ.s. caſtor. ʒ.j. moſci, ciuetræ ana gr. vj. fiat vnguent. inungatur, & poſtea dormiat.

Hunc proceſſum balnei, ſuffitus & inunctionis, eo modo per dies ſeptem continuet. Verùm duobus poſtremis diebus, poſtquam hiſce vſa eſt, & in lectum ſe componit, peſſarium in ſinum vteri immittat, totaque nocte retineat: ℞. maſtic. ʒ. j. s. ſtyrac. liquid. ℈.iiij. fol. meliſſ. ſicc ℈.ij. nucis cupr. ℈. ij ſpicænard. garyoph. ana ʒ.j.s. cicer. rubr. ʒ.s. vitell. ouor. crud. q.ſ. fiant duo peſſaria.

Poſt vſum poſtremi peſſarij, eâ nocte corpus membraneum craſſum, latum & fibroſum reiecit: quod, quia inde mirè leuatam ſe ſentiebat, multis annis geſtaſſe, & pondus & grauamen inde ſenſiſſe, prædicabat. Iuſsi ab vſu omnium medicamentorum abſtinere, donec tempus menſium præteriret. Quod cùm

aduenifſet,nec menſes fluerent, ſtatim ſe grauidam ſuſpicabatur. Iuſsi emplaſtrum ſequens in pectinis regione noctu geſtare. ℞. maſſæ emplaſt.pro matrice ℥.j.de maſtic ℥.s.hypociſt.acac. ana ʒ.j. roſarum rubr.ʒ.s.ſantal.omnium ana ℈.j.ſtyrac.calamit.benz.troch. galliæ & alipt. moſc.ana ʒ.j. malaxentur ol. muſcell.fiat emplaſt.

Ex nauſea,vomitu, & menſium retentione, grauidam eſſe quoque opinatus ſum. Nec me opinio fefellit:nam mox venter & mamillæ intumeſcentia illud comprobabant; donec filia nata id confirmauit. Quæ cura laudem non paruam apud magnates mihi peperit.

STERILITATIS CVRA ALIA.

QVIA aliquoties cura ſterilitatis feliciter mihi ſucceſſerat. Quidam ſenex, vltimus ſuæ familiæ, & ſine liberis,vxorem iuuenculam, quam duxerat ante aliquot annos, quæ nunquam adhuc conceperat,conſilij cauſâ ad me adduxit. Quam cùm de ſingulis interrogarem circumſtantiis,fluori muliebri aqueo pituitoſo obnoxiam, & menſes non decenter & cum difficultate aliqua fluere deprehendi. Quæ vitia jlla à marito ſene, & qui illâ abutebatur,ſe adeptam exiſtimabat:cùm priùs (vti aiebat) incolumis fuiſſet Quare,etſi ego mariti cauſâ conceptionem non fieri crederem; tamen in omnem euentum hoc illi conſilium dedi.

Vt primo menſe corpus euacuaret: ſumendo ab initio, quæ alui prima obuia excrementa educerent: dein venam ſecando : mox humores diebus aliquot præparando, indeque rurſum expurgando. Vt ſic, corpore à recrementis mundo,remedia vtero accommodata rectius operari poſſent.

Quibus peractis, vt electuario ſequenti alternis diebus manè vteretur, iuſſi, quod ℞. conſ. anthos, cort.citri cond.ana ℥.ij.zingib.cond.conſ.maioran.ana ℥.j.diaſatyr.conſ.rad.eryng ana ℥.s pulu.diamb. diamoſc.ana ʒ.j.s.raſ.ebor ʒ.ſ.priapi cerui,matricis lepor. coaguli lepor. ſtincorum ana ℈.j. ſ.eruc.aniſ. cinam. nucis moſc.thuris, ana ʒ.s. ſpicænard.℈ j.moſci gr.v. cum ſyr. de ſtœchade fiat elect. capiat magnit.nucis moſc.

Altero menſe, tranſactis menſibus, vt de ſyrupo longo purgante, ad id parato, duo cochlearia ſumeret, corpusque ſic denuo purgaretur,ſuaſi.

Quo ſemel facto, ſequenti die poſt cœnam leuem, horis exactis duabus, in balneo ſequenti per ſemihoræ ſpacium,antequam noctu lectum intrat,ſedeat: ℞. rad. valer.rubiæ mai. ana ℥.j.radic.cyperi ℥.s. herbarum,calament.puleg.meliſſ.nepet.beton.maioran.orig ana M j.artemiſiæ ſabin.ana M.s.ſeminum, dauci,rutæ,ſeſel.ana ʒ.ij ſquænant.ʒ.j.fiat decoctio in aqua pluu.pro inſeſsione.

Egreſſa è balneo,in ſella perforata ſedens,& puluere ſuper carbones ardentes iniecto, fumum,qui inde exſurgit,ad quadrantem horæ excipiat: ℞. galliæ,alipt.moſc.benzoin.ana ʒ.ij.maſtic.ſtorac.ana ʒ.j. ligni aloes,ſantali citr.ana ʒ.s.fiat puluis.Vtatur ʒ.ij.pro vna vice.

Hoc peracto,ventris inferiora hoc vnguento perungat: ℞. ol.muſcell.℥.j. s.ol.cheirini ℥.j. pulu.diamoſc.diambr.ana ʒ.s.ſtorac.liquidæ ʒ j.zibetæ.℈.s. ceræ albæ parum,fiat vnguentum: poſt cuius vſum in lectum calefactum ſe componat, & dormiat.

Hac ratione & inſeſsione,ſuffitu & inunctione,diebus adhuc tribus ſequentibus vtatur:poſtremis tamen duobus, hiſce abſolutis, poſtquam lectum ingreſſa erit, peſſarium vteri ſinui indat, totaque nocte geſtet. Quod ſic parabitur: ℞. ſtoracis calam.maſtic.ana ʒ.iij.myrrhæ,thuris,ana ʒ.j.garyophill.cinam. nucis cupreſ. fol.meliſſ.ana ʒ s. ligni aloes ℈ j. coaguli lepor.& illius matric.præpar.ana ʒ.s.fiat puluis: incorporetur ſtyrac.liquid.ʒ.ij zibetæ.ʒ.s.mithryd.q.ſ pro peſſariis formandis.

Hiſce abſolutis,quod reliquum temporis ad menſium tempus vſque ſupereſt, quieſcat, & mariti thorum repetat:ſumendo tamen de electuario prædicto tertiâ nocte cubitum itura, nucis moſc.quantitatē.

Quod ſi dein menſtruis ſuperuenientibus ipſorum purgatio peracta ſit,rurſum tertio hoc menſe, ſicuti ſecundo factum,primùm ſyr.magiſtralem ſumendo, inde balnea, ſuffitus,inunctiones,peſſaria adhibendo; curam eodem penitus modo,vti priùs factum,repetat.

Idque quoque quarto menſe,ſi denuo menſibus redeuntibus illam non concepiſſe certum ſit,nihil in priori ordine immutando; niſi quòd poſt ſyrupi longi vſum,altero die,antequam ad balnei vſum redeat, peſſario ex Mercuriali contuſâ facto, & indito, eâ nocte vterum ab excrementis repurget, & dein tertio die ad Topicorum remediorum,vti priùs factitatum,vſum accedat.

Quòd ſi (Deo fortunante) menſibus ſubſiſtentibus illam concepiſſe ſuſpicio eſſet, tunc conceptus retineatur primis menſibus emplaſtro de maſtice, ſupra vteri regionem noctu applicato, eoque conceptum retinere ſtudeat. Quæ niſi iuuerint,penes maritum cauſam,quòd non ſuccedat,eſſe,ætas ipſius,inprimis verò quòd & in priori matrimonio nullos procreârit liberos, & quòd morbis atq; epilepſiæ quoque obnoxius ſit comprobare videntur.

FOETVS IN PARTV MORTVVS, QVINQVE menſibus viuente matre retentus.

SARTORIS vxor,annorum circiter triginta,quæ quater priùs pepererat,quintò grauida facta,exactis decem menſibus, cùm iam pariendi tempus inſtaret, atq; in ipſo labore fœtus quandam conuolutionem,leuesque aliquot pariendi conatus ſentiret,tandem iis omnibus ceſſantibus, fœtum mortuum,vti poſtea apparuit,antequam exſpiraret,adhuc quinque menſes retinuit. Quo tempore,cùm an grauida eſſet,ex eo quòd ſupra vteri geſtationis tempus tamdiu ſuperſtes maneret mulier, nec grauiora pateretur accidentia, in quæſtionem veniret,& de mola, aliòve aliquo tumore inter obſtetrices conſultaretur:tandem conſilio meo habito,(licet eam viuam non viderim) de fœtu mortuo pronunciaui,& ad fœtum propellendum pilulas, vt per vices aſſumeret ʒ.s. pondere, ſequentes præſcripſi: ℞. myrrhæ elect.ʒ.j.ſem.melantij.lupinor.rad.rubiæ tinct.ana ʒ.s.croci,aloes,borac.ana ℈.j.cum ſyrup. de artemiſ. fiat pi-

fiat pilul. maſſa. Harum vſu menſes primùm promoti fuerunt: quibus fluentibus adeò leuata fuit, vt tribus inde ſeptimanis cibum ſine faſtidio ſumeret, ambularet, & in publicum quoque ſine moleſti prodiret. Poſtmodum denuò rogatus, peſſarium ſubdere tale iuſsi: ℞. agar. ʒ. ij. rad. azari ʒ. j. myrrhæ ʒ iij. ſuc. mercurialis ℥ j. s. mellis ℥. j. s. decoq. ſuccus cum melle ad ſpiſsitudinem conuenientem, puluere q; permiſceantur, ſacculusque pro peſſario impleatur. Quod cùm vnam ſaltem noctem retinuiſſet, mox chorda vmbilicalis propendere cœpit: quæ tamen, cùm putris eſſet, tandem amiſſa fuit. Verùm cùm nullus ſequeretur abortus, nullusque eſſet omnino fœtum excludendi conatus, vt is promoueretur, mulier quædam ventrem illi variis modis aliquoties compreſsit, deorſumque impulit. Vnde fluor vterinus, per quem putris, alba fœtidiſſimaque materia ex vtero profluebat, exortus eſt. Quo octo ſeptimanarum ſpacio perſeuerante, accedente interim febre, corpus adeò contabuit, vt nihil in ea carnoſi ferè amplius, præter ventrem, tranſuerſim admodum tumentem & durum, appareret: donec viginti ſeptimanarũ ſpacio ſupra decimum menſem, quo vterum geſtauit, tempore exacto, exſpiraret. Rogatus vt corpus aperirem: primo ventris intuitu, veſicas geminas liuidas in latere vmbilici, vbi tumor durus inæqualis adhuc tranſuerſim eminebat, deprehendi. Quibus leui negotio, cùm tenuiſſimæ eſſent, diſruptis, ſtatim vertebræ ipſius fœtus, vnà cum ſcapulis & coſtis, obuia erant. Tranſuerſim enim collocatus, & ſupinus dorſo inflexo, & in orbem conuolutus iacebat, & verſus exteriora prominebat. Qui exemtus diductusque adeò putris erat, vt præter cutem & oſſa, quæ tamen leui negotio diſſoluebantur, & quòd fæmellus erat, nihil aliàs liceret, vel fœtor immenſus ſineret, cognoſcere. Hoc ſaltem manifeſtum erat, tranſuerſum illius ſitum atque eximiam magnitudinem, quam lõgitudo illius & capitis amplitudo, prolixis admodum capillis conſtans, declarabant, impedimento fuiſſe, quò minùs in partu prodire potuerit. ſicque retentum viginti ſeptimanarum ſpacio computruiſſe, & ſimul vicinas partes vndique infeciſſe. Cùm vniuerſus vterus, vnà cum inuolucris & omenti portione aliqua, muſculisque epigaſtrij illius loci, deſiderarentur, totaque illa regio pure, fœtore & nigredine infecta eſſet, & ad extimam vſque cutem, vbi veſicæ apparuerant liueſcẽtes, corrupta. Quo in loco ſi fortè ſectio ante extremam illam viſcerum corruptionem facta fuiſſet, fœtum eximi, matre ſuperſtite manente, potuiſſe, quæ ſequitur hiſtoria comprobabit.

PARTVS A MVLIERE EXEMTVS MATRE ſuperſtite.

CONCVBINA ſacerdotis cuiuſdam in pago quodam, tertiò grauida, per octiduum pariendi conatus, cum maximis vteri cruciatibus perſenſit, neque tamen peperit: ſed tempore illo exacto, ceſſantibus conatibus, cùm diu poſtea ægra permanſiſſet, tandem in ventre illius, paulò ſupra vmbilicum, veſica quædam, nucis iuglandis magnitudine, erupit: quæ cùm illi maximos dolores per triduum cauſaret, ipſa admodum rogante, à muliere quadam ſubulà pertuſa & diſrupta fuit. Quà adapertà, admodumque propter ventris tumorem dilatata, faſciculus fœtum continens apparuit: qui poſtquam à chirurgo, approbantibus ſingulis, parte aliqua diſſectus eſſet, fœtus cubitus prominens in conſpectum ſe dedit. Quem cùm forfice arripuiſſet, integrum fœtum, ſed ſemiputridum, per foramen è veſica, vti dictum, diſſecta factum extraxit: nihil tunc grauius paſſa matre, niſi quòd animo, dum fœtus extraheretur, parumper defecerat. Dein alio adhibito chirurgo, cerea candela accenſa, & foramini aliquo vſque indita, poſtea etiam manib. in abdominis cauitatem per idem foramen immiſsis, ân ne quid reſtaret diligenter explorarunt: & cùm nihil ſupereſſe deprehendiſſent, vulnus emplaſtris ligaturiſque curando, trium ſeptimanarum ſpatio integrè conſolidarunt: mulierque à partu rectè & decenter, vti aliàs fieri ſolet, purgata, ab anno 1583. quo hæc facta ſunt, ad anni 1584. diem 24. Auguſti, quo extincta primùm eſt, vixit: miſerè tamen afflicta, quòd ventrem faſciis inuolutum & ſuſpenſum, ab eo tempore quo hæc acciderũt, geſtare deinceps coacta fuerit.

SVPERFOETATIO, VIVI ET MORTVI FOETVS.

SVTORIS coniunx grauida, dum ineunte luce in caua vinaria occupata verſatur, ex improuiſo ab ea erupit fœtus: quem adhærentem adhuc manibus, tamdiu donec obſtetrix adueniens eum exciperet, retinuit. Hic autem immaturus adhuc, vix mediæ, vti oportebat, longitudinis, & mortuus; ſed rectè interim formatus & integer, fœminei ſexus apparebat. Quem obſtetrix nondum medium terminum maturitatis compleuiſſe coniecturabatur: etſi mater, ex ſupputatione, ſeſe vteri geſtationis tempus integrum abſoluiſſe crederet. Quod dubium, nouus pariendi conatus ſuperueniens, ſecundusque partus, pueri, & perfecti & ſuperuiuentis, ſub veſperam eàdem die in lucem editi, diſſoluit. Quo partu & ſecundinam prioris fœtus nondum abſoluti, & poſterioris integri, ſimul deiecit.

Eàdem ratione, hoc eodem anno 1586. in noſtra vrbe accidiſſe, mulieremque fœtum quoque immaturum, ſed corruptum, & viuum genuiſſe eàdem die, obſtetrix mihi fide digna narrauit.

VITVLI SCELETON, ET VITVLVM VIVVM vacca eodem tempore enixa eſt.

VACCA quædam, cùm parere vellet, minimeque id ſuccederet, retento partu de nouo concepit, & poſtmodum vno partu vitulũ viuum, atq; oſſa pleraq; prioris, quæ poſt conſumtionem ipſius, atq; inuolucrorũ, remanſerant, enixa eſt: quæ adhuc apud generoſam quandam dominam aſſeruantur.

EMBRYO HYDROPICVS.

EMBRYONEM maſculum immaturum, per abortum quarto vel quinto menſe reiectum hydropicum, in vtero matris iam factum eſſe deprehendi: cuius cùm interiora examinarem, totius corporis cutis, & capitis quoque piloſa pars, aqua ſubter cutem tumebat; Atq; è veſicæ ipſius fundo meatus amplus vrachi inſtar in cauam venam ſub renibus vniuerſam ſeroſo ſanguine refertam deſinebat.

SECVNDINA RETENTA, VTEROQVE adnexa.

MVLIER nobilis Galla, quæ iam multoties pepererat, cùm ante annum in partu,ob ſecundinam retẽtam,ab hora quarta matutina, ad octauam veſpertinam,qua primùm, viſa priùs iniectionibus, ſternutatoriis,ſuffitibus, ſecundinam eiecit, vix euaſiſſet; anno 88. Martij 25. denuo, cùm manè fœtum in partu excluderet,ob ſecundinam ſubſiſtentem,in periculum venit:propendente interim chorda vmbilicali. Fruſtra autem variis remediis tentatis, magnaque ſanguinis grumoſi continuò effluente copia,vires adeò collapſæ ſunt,vt ſequẽti die circa horam quartam veſpertinam extingueretur. Sectione facta,vterus ſpiſſus & amplus (qualem puerperis per octiduum permanere, indeque ſenſim ſe recolligere, & ad priſtinam paruitatem redire, in ſectionibus aliquot puerperarum ſupplicio affectarum obſeruaui) in hac quoque inuentus eſt. Quo in longum ipſiusque ceruice diſſectis,ſecundinâ,tum circa vteri orificij,quod amplum admodum erat,initium,adhæſiſſe; tum per carneam placentam vteri interiori ſubſtantię adeò adcreuiſſe,vt ægrè manibus auelleretur,& tracta laceraretur,viſa fuit:cui adhuc amnios tunica chordaque vmbilicalis adhærebant. Præter quæ & corpus quoddam,parẽchymate craſſo & ſubliuido conſtans,hepatis ſubſtantiæ coctę ſimillimum, propria inuolutum tunica,illic quoq; citra connexum iacuiſſe obſeruauimus. Ex quibus, quòd nondum perfectè maturo fœtu mater ad partum edendum ab obſtetrice ſollicitata fuerit,cauſam fuiſſe vt ſecundina hæſerit,coniecimus. Cùm,niſi maturo penitus fœtu,oſculis vaſorum tunc ſponte citra laborem ſecedentibus ab inuicem, ſi fœtus vi maiore propellatur, oſcula modò dicta citra dilacerationem diuelli vix queant: vnde poſtea tanta ſanguinis profuſio,quæ matrem è medio tollit,ſequitur. Cauſamque hanc potiùs,quàm ſecundinæ retentionem,accedente nonnunquam etiam vteri inflammatione, ob dolores illos in ſolutione illa violenta accidentes, quare puerpera tam ſubitò extinguatur,exiſtimamus eſſe: cùm illa retenta,vt nec fœtus mortuus, ſicuti exemplo prioris,tam diu matre ſuperſtite ſubſiſtentis,demonſtrauimus; hoc tam citò minimè poſſet efficere. In quo quàm ſæpe peccetur ab obſtetricibus,vt ſe expediãt citiùs quàm par erat,grauidam, poſtquam aliqua tantùm præludia partus ſenſerit,ad laborandum (vt vocant) per conatus,impellentibus,in opere noſtro practico expoſuimus.

MENSTRVAS PVRGATIONES MVLIEREM TANtùm ferè ex animalium genere habere.

MENSTRVA, hunc fluxum, quòd ſingulis mẽſibus fluat,vocant: & ad illius nominis imitationem Itali, Meſtruo: Germani, Zeit/ i. Tempus; vt & Itali,Il tempo; quòd certo tẽpore:vel Monatzeit/ quòd menſtruo tempore inuadat, vocant. Flores,*Fleurs* Galli:& Germani quoque Blum/ atque ſi tunc floreſceret mulier,appellant: iucundo nomine, quod alioquin in mulieribus dedecus eſſe cenſetur,opprobrium hoc ipſorum tegentes. Qua de cauſa & Ruſtici,Roſarium, Roſenkrantz/ hanc purgationem nominant:atque Itali,Marcheſe,magnifico nomine appellant. Hunc autem menſtruum fluxum in fœmineo ſexu animalium,ſola mulier ferè patitur:cùm in ea ſanguis copioſior,quàm pro proprij corporis nutritione neceſſe erat, vt, cùm nullum definitum concipiendi tempus habeat, præſtò pro fœtus nutrimento ſemper adſit,naſci debuit; & proin,ne copia ſua læderet,ſingulis menſibus,quamdiu non concipit,expurgatur. Cætera verò animalia,quia non ſemper,ſed ſemel ferè tantùm in anno calent,hac prouiſione non opus habuerunt, nec ſanguis,donec tempus illud,quo ad conceptum idonea fiunt, adſit, in ipſis adeò augetur: qui &,cùm ferè ſemper concipiant, ad fœtus ſuſtentationem tunc quoque retentus, non expurgatur. Niſi fortè magna cura,vt tunc animalia non congrediantur,impediatur:tunc enim aliqua quoque ſanguinis portionem per hæc loca reddidiſſe, in ſimia obſeruaui. Quod & in canibus fœminis,ſi à maribus arcerentur, accidere,in canicula paruula, quam domi habeo,deprehendi: quæ cùm, quoties calet,ne congrediatur & concipiat,& in partu (vti in minimis iſtis caniculis, qualis illa eſt, fieri ſolet) moriatur,incluſa retineatur; è pudendo tumido tunc ſanguinem,ſed parua quantitate,cùm & ipſa parua ſit,reddens,ſtratum,cui incumbit,per dies aliquot commaculat. Quòd verò hoc in reliquis canibus,vti & cæteris animalibus, rariùs contingat,cauſa, vti dictum, quòd quotieſcunque calent, ſanguiſque ille redundat,marem quęrentes & admittentes concipiant,vnde ſanguis ille ad fœtus enutritionem mox retinetur,exiſtit. Ex quo & mulierem tantùm eo tempore,quo menſtruus ſanguis collectus fluxurus eſt,ad conceptionem aptam exiſtere colligo; & quòd rariùs ob id,quàm cætera animalia, concipiat, quòd tunc à virorum conſortio maximè abſtinere ſoleant, cauſam quoque vnam,cùm prioribus in conceptu explicatis,eſſe exiſtimo.

SINE MENSTRVIS VIRAGINES DVAE.

BENE habita, formoſa & ſanguinea mulier, lithotomi cuiuſdam,nullis vnquam mẽſtruis laborauit: nec incommodum vllum inde paſſa eſt.Sterilis tamen in bino matrimonio ad dies vitæ permanſit.

Aliam noui, quæ cùm virgo eſſet, menſtruis decenter purgata fuit; nupta verò iam multis annis illis deſtituitur:bene habita interim & ſana nihilominus.

LACTANTIBVS MENSES INTERDVM SISTI; aliàs minimè.

MVLIERES aliquæ,quæ aliquoties pepererant, mihi faſſæ ſunt,ſe,cùm puerum infantem lactaſſent,caruiſſe menſtruis:ſi puellam,minimè. Nec priùs illis,quæ maſculum lactaſſent,donec de nouo concepiſſent,menſes apparuiſſe.

MEN.

MENSIVM SVPPRESSORVM IN CACHECTICA *puella Curatio.*

PAllida puella, gibboſa, de cardialgia, tumore pedum, pulſu arteriarum & defectu menſium conquerebatur.

Pilulis ſequentibus per vices meo conſilio vſa eſt: ℞. rhab. el. aloës ana ʒ.j. troch. de eupat. dialaccæ ana ℈.s. gummi ammon. diſſ. in aceto ℈.j. pulu. lumbric. vſtor. ℈.j. diagrid. præp. ʒ.s. cum ſuc. ireos fiat maſſa: capiat ʒ.s. tertio die.

Tabulas quoque præſcripſi. ℞. conſ. fl. cich. capill. ven. ana ℥.s. cineris pellic. & inteſt. gallinæ, raſ. eboris ana ℈.j. coralli ʒ.s. ſpec. arom. roſ. diagal. troch. de cappar. ana ℈.j. ſacchari diſſ. in aq. abſint. & cichor. fiant Tab. capiat vnam die ſequenti poſt pill. vſum, continuando.

Senſim appetitus colorque viuus redierunt, & menſes fluxernt.

MENSIVM SVPPRESSORVM IN MVLIERE CVM *Cachexia & dolore capitis, Curatio.*

MVlier iuuencula nobilis, primis annis nuptiarum, menſium ſuppreſsione laborauit: pallida, facie inflatâ, dolor perpetuus capitis, imbecillis, & cibum faſtidiens: diu medicamẽtis vſa, meliùs nonnihil habens, præſertim poſt thermarum Cellenſium vſum, rurſum cœpit grauiter laborare: adducta huc 8. Nouemb.

Primùm præſcripſi pilulas: ℞. pill. aggreg. ℈.j. aurearum ℈. s. cum aq. cinam. ſumſit, & vehementer fuit purgata.

11. Nouemb. cœpit vti hoc electuario: ℞. conſ. fl. cichorij, capill. ven. beton. ana ʒ.iij. pellic. inteſt. & ventric. gallinæ ʒ.s. diarrh. abb. ℈.j. cum ſyr. conſ. cort. citri fiat elect.

Conſtipata erat, itaque 13. Nouemb. præſcripſi: ℞. pill. de hiera ſimp. maſticin. ana ℈.j. cum aq. fœnic. fiant pill.

Poſtea vſuales præſcripſi pilulas: ℞ aloës ℈.ij. agar. rhab. ana ℈.j. gummi ammon. diſſ. in ſuc. ireos ʒ s. rad. gent. ʒ.s. zing. ſpicæ ana ℈.j. cum ſyr. de rad. fiat maſſula: capiat ʒ.s. tertio ſemper die.

Vtatur quoque vnguento hoc in regione lienis & hepatis: ℞. ol. amyg. am. de cappar. ana ℥.j.s. ſuc. apij, aceti albi ana ℥.j. coq. ad ſuccorum conſumt. adde gummi ammon. diſſ. in aceto ℥.s. rad. azari, ſpicæ, ſ. viticis ana ʒ.s. ceræ q. ſ. fiat vng.

Ægrè ſumebat pilulas: idcirco cùm paucas ſumeret, & non operarentur, additi ad ʒ. s. huius maſſæ aggreg. ℈.s. & deiecit.

22. Nouemb. quia faſtidiebat pilulas, ordinaui tabulas: ℞. troch. de rhab. de eupat. rhab. ana ʒ.s. ſpicæ ℈.s. ſp. dialaccæ, diarrhod. ana ℈.j. ſacch. diſſ. in aquis abſint. gent. & roſ. an. ℥.iij. fiant tab. ad ʒ.j.s. capiat, ſuperbibendo aquas ſequentes: ℞. aq. abſinth. ℥.ij. meliſſ. ℥.j. centaur. gent. ana ℥ j.s. miſce, capiat ℥.j. s. cum pauco vino.

24. Nouemb. iuſsi ſumere pilulas: ℞. pill. aggreg. ℈.j. ſumat ſequenti die. Continuabat poſtea tabulas.

28. Nou. ℞. chalyb. ſubtil. limati ℥.s. rad. rhapont. ʒ.iij. fol. abſint. maior. ana ʒ.ij. ſpicæ ʒ.s. galangæ ʒ.j. fiat puluis: ligetur in nodulo pro menſ. j. vini: bibat manè alternis diebus.

Item: ℞. ciner. pellic. ventric. & inteſt gallinæ ℥.s. coralli ʒ.ij. raſ. eboris ʒ.j.s. ſp. arom. roſ. diagal. ana ʒ.j. conſ. fl. cichorij ℥.j. conſ. roſ. maior. ana ℥. s. cum ſyr. de rad. fiat elect. vtatur cum non vtitur tabulis, eo manè.

1. Decemb. quia vinum chalybeatum admodum forte erat, & vomitum mouerat, & orichalcum redolebat, iuſsi addito vino magis diluere. Poſtea bibit, & retinuit, atque incepit bene colorari, & cum appetitu edere: remittebatque capitis dolor.

Iuſsi tabulis alternatim cum vino vti. Et 5. Decemb. ſuperuenerant menſes, quibus antea toto anni ſpacio caruerat. Sed quia parcè fluebant, iuſsi ſequenti die nihilominus pergere in vſu vini & tabularum ſucceſsiuè.

Purgata fuit 9. Decemb. ℞. ſyr. roſ. ſol. cum inf. ſenæ & rhab. ℥.j. & ʒ.ij. cum aq. abſint. & cinam. bibat.

14. Dec. quia vinum chalybeatum faſtidire incipiebat, aliud dedi: ℞. rad. aperit. cort. tamaricis ana ℥. s. herb. abſint. chamæpyth. chamædr. thymi ana ʒ.j.s. epith. fl. cord. ana ʒ.j. ſ. aniſi, petroſ. cuſcutæ ana ʒ.s. ſenæ mund. ℥ j.s. agar. ʒ.s. zing. ʒ.j. rhab. el. ʒ.iij. myrob. citr. ʒ.ij. cinam. ʒ.j. conquaſſ. pro nodulo in vino, bulliant parum in duplici vaſe: capiat ſucceſsiuè.

21. Meliùs habuit vini illius vſu, & tabularum, nam priùs rurſus recruduerat malum.

24. Decemb. cùm iam inciperet conualeſcere, & abitum pararet, loco vini paraui ſequentem infuſionem: ℞. rad. azari, ireos ana ʒ.ij. gent. ʒ.j. abſint. ʒ.ij. ſummit. centaur. fol. maior. ana ʒ.j. ſem. fœnic. ʒ.j. petroſ. cuſcutæ ana ʒ. s. ſenæ ℥.j. agar. rhab. ana ʒ.iij. turbit. ʒ.ij. zing. ſpicæ ana ʒ.s. cinam. ʒ.j fiat puluis tenuiſsimus. Infundat de illo cochl. j. in cyatho vini, ſtet per noctem in loco calido: craſtina die coletur, & bibat: idque ad minimum ſemel in ſeptimana, plus minùsve pulueris ſumendo pro infuſione, prout operatio fit: ne ſi ſimul infundantur, vinum corrumperetur.

13. & 19. Febr. cùm ad me ſcriberet, vinum non ſatis operari, iuſsi totum puluerem ſumere, & addere ſenæ ℥.j. agar. ʒ.ij. cort. ſamb. ℥.s. zing. ʒ.j. turbith ʒ.ij. & ſimul infundere. Quo vino diu vſa, poſtea bene habuit. Interea alternis diebus ſumſit tab. vel tertio die: interdum conſeruam, ſuperbibendo ſemper, aq. endiu. centaur. gent. ana ℥.s. cum pauco vino.

Iuſsi pedes lauare decocto ſalu. artemiſ. ſabinæ & fl.chamom.& ſuffitum admittere,menſiū tempore. Venam ſaphenam ineunte vere aperuit,quod valde profuit.

Comedat carnes iuniorum animalium, lucios, percas piſces, capita mutonis, pedes vituli. Oua ſorbilia,niſi poſtea eructent,tunc ab illis abſtineat. Caueat à ſalſis, arom.nimium. Vitet varietatem ciborum. Item lac,crudas herbas,caſeum, Rad.cich.coctas cum aceto edat: item cappares & fructus ficcos,vt pruna,poma,pyra. Vuas penſiles. Caueat à ſaccharatis & mellitis. In fine menſæ ſumat conf.fœnic.carnes cyton.cond. Vinum bibat antiquū dilutum,vel vetus & nouum inuicem permixta. Somnus ſit moderatus. Exercitium cibum præcedat.

Menſe Aprilis reuerſa,ſana erat. Verùm quia Cellenſes thermæ illi aliâs profuerant, easque appeteret, illarum vſum menſe Maio conceſsi. Sed mutato conſilio acidas aquas bibit, & viuit,& valet.

FLVORIS VTERINI CVRA.

PLerunque eo tempore, quo menſtrua ſanguinis purgatio deſinit, fluor vterinus muliebris, in illis quæ huic malo obnoxiæ ſunt,ſuccedere ſolet. Ob quam cauſam alba vocarunt menſtrua. Hoc fluore mulier mediæ ætatis laborans diuturno & copioſo, ſitibunda,pallida,quæ ſæpe priùs pepererat,ſic curata eſt. Rec.pill.aſſaiereth,fœtid.ana ℈.j.cum ſuc.artemiſ.fiant pill quinque.

Rec.pulu arom.roſ.ʒ.j. raſ.eboris,cornu cerui ana ℈ j cort.citri ſicci ʒ.s. diamarg cal ʒ.s. galang. cyperi ana ℈ j cineris ſpongiæ combuſtæ, & lotæ aquâ pecul. roſ. ʒ.s. ſacch.℥ j. fiat puluis, capiat cochl.j. mane ante ingreſſum balnei.

Balneum tale ordinaui: Rec.rad.biſtort.lapath.ana ℔ j gallarum,malicorij ana M.ij. fl.chamom. melil.roſ. herb.abſint.ana M j. alum.℥.ij ſalis ℥.j. tartari P j. fiat decoct. pro inſeſsione in balneo. Vtatur indies horâ vnâ:dorſum vertendo ad fornacem in hypocauſto calido. Fuit pulcrè ſanata.

FLVOR VTERINVS COPIOSVS.

SEx menſium ſpatio menſes mulieri cuidam non fluxerant: tumor ventris aderat,laſsitudo corporis. Præſcripſi balneum, & inunctionem; & cùm non ſuccederet, peſſos tres tribus noctibus ſuppoſui, fluxitq; magna ſeroſi humoris copia ex vtero, vt totum lectum commadefaceret, & ſubſedit tumor ventris,menſesque redierunt. Quibus peſsibus ego etiam poſtea in fluore vterino alio vſus ſum, ad expurgationem illuuiei,quorum hæc eſt deſcriptio: Rec.fellis vaccæ ℥.j. rad.azari, agar.cinam.an.ʒ.j. ſuc mercurialis ℥.j.coq.cum melle pauco,reliquisq; permiſtis, fiat inſtar vnguenti ad ſacculos implendos.

VTERI ET VESICAE CERVICVM VLCERA CVRATA.

SCripſit ad me nobilis matrona,conſilium petens,ſe ſequentibus accidentibus iam multis annis moleſtari. Sentire ſe in vteri ſinu, & podice dolores,dies noctesque;grauiùs tamen affligentes hyemis tempore,quàm æſtatis,frigore enim illos vehementer exacerbari. Poſt vſum peſſariorum,ex conſilio Medici inditorum, effluxiſſe pus album & ſubuiride. His intellectis,cùm de vlcere vteri vel veſicæ ceruicis dubitarem,eoque nomine ad quædam interrogata reſponderi mihi cuperem: reſcripſit,ſe congreſſum mariti ægrè interdum perferre;pus tantùm ferè cùm peſſario vteretur profluxiſſe,rariùs ſponte ante mictionem; punctiones acutas in pube,ardoresq; vehementes circa pudendum & anum ſe experiri,cum conatu deiiciendi maximo,& ſtupore circa inferiores illas ſedes,doloreq; in lumborum regione.

Suſpicatus itaque excoriationem quandam, aut inflammationem, vel abſceſſum in ceruice vteri vel veſicæ,vel in vtriſq; locis eſſe. Inſeſsionem ſequentem præſcripſi, in qua indies horam vnam, & præſertim cùm dolor vrgeret,ſederet: Rec.rad.altheæ, lil. ana M.j. herb.equiſeti, plantag. an. M.ij. fol.lauri, artemiſ.ana M j. fl.chamom.melil.ana P.j. ſ.lini ℥ j. ſ.anethi ℥.s. fiat decoct. pro inſeſsione.

Iniectione dein per ſyringam in ſinum vteri ſequenti vti iuſsi: Rec. reſinæ laric. ʒ.ij. vitell.oui num.j. mucil. ſ.cyton.℥ j. diſſ.cum ſero lactis & aq.plantag.ana ℥.vj.pro iniectione.

In veſicam interdum quoque vt infunderet docui, troch. albos Rhazis, ſubtiliſſ. tritos,& diſſ.cum lacte caprino.

Atque vt peſſarium,ex vnguento pompholygos formatum, aliquando noctu impoſitum contineret. Et vt ſyrupum ſequētem alternis diebus ad ℥.ij.s.manè ſumeret: Rec.rad.conſol.℥.j.s. fol.lauri,plantag. millefol.ana M.j. omnia arida conquaſſ. decoq. in vini menſ j. s. addendo mellis ℔.j. donec ad mediam conſiſtentiam ſyrupi redigatur.

Hæc remedia cùm illi tranſmiſiſſem, vſumque docuiſſem, illa veris appropinquante tunc tempore, mutato conſilio thermas Piperinas adiit: quibus dum vſa fuit, meliùs habuit. Verùm domum reuerſa, denuo iiſdem doloribus,vt priùs conflictari cœpit,tuncque primùm remediorum,quæ interea ſeruauerat,vſum aggreſſa eſt: eoque ad menſis ſpatium continuato, (ſicuti hæc omnia diligenter ad me poſtea transſcripſit) cùm vna nocte intolerabiles mingendi conatus ſenſiſſet,abſceſſus in ipſius ceruicis veſicę introitu diſruptus, per triduum pus cruore permixtum profudit. Deinde ceſſantibus & pure & dolore, aliquot menſibus nulla grauia ampliùs illis in locis ſenſit incommoda. Verùm temporis ſpatio elapſo, rurſum præcedenti mingendi ardore,ruptoque abſceſſu per biduum ſanguis & pus excreuit. Idque tertiò biennij ſpatio factum eſt. Quo peracto,quemadmodum tunc rurſum per literas mihi ſignificauit,cœperunt continui dolores illam in ipſo vrinario meatu vrgere, quales in abſceſſū dum pus generatur fieri ſolent,cum pruritu,ardore & punctione illius loci, accedente horrore,ſubſequenteque febrili calore.

Quibus intellectis,cùm de ſolo vlcere ceruicis veſicæ,quod,curato iam eo quod in vteri ceruice fuerat, reſtabat, certus iam eſſem; illudque accedente nouâ inflammatione, eaque in abſceſſum conuerſa, eoque rupto interdum recrudeſcere cognoſcerem:

Primùm,vt abſceſſus,cuius tunc manifeſta,cùm hæc mihi ſcriberet,indicia aderant,aperiretur,& dolor ſedaretur,inſeſsionem ſequentem præſcripſi: Rec.rad.alth. lil. bryon. conſol. ana M.j. herb.maluæ, pariet.

pariet.beton.ana M.ij.flor.chamom.melil.ana P.j.ſem.lini,fœnogr.ana ℥.j. furf. P j. decoqu.adde lactis menſ j.ſedeat frequenter in ea.

Applicationem dein talem præſcripſi: ℞. vitell. ouor. num.ij. mell.℥.j. s.laric.℥. s. miſc. addendo ol. roſ.cremoris lactis ana ℥.j.appl.cum petia ſupra vrinarium meatum,noctu.

Abſceſſu aperto, & à pure repurgato, vt dolor ſedetur, & ne noua accedat inflammatio, & poſt eam abſceſſus,ſicuti iam quartò accidit; ſed vt vlcus ſanetur; vt ſequentibus vteretur,edocui.

Puluere primùm hoc, ad dolorem ſedandum, curandumque vlcus: ℞. troch. alkekengi ſine opio, rec.præpar.℥.j.rad.conſol.alth. ana ʒ.j.s.gummi trag.ʒ.s.hyoſc.ʒ.j. ſacch.candi ℥ j.s.fiat puluis tenuiſſ. capiat ʒ.ij cum lacte caprino, noctu cubitum itura: continuatis aliquot noctibus, poſtea alternis, tandem bis in ſeptimana.

Dein iniiciatur in veſicam per dies aliquot ſerum lactis caprini, in quo rad.conſol.decocta fuerit: addito pauco melle,& troch.albis rhazis cum opio,quamdiu dolor perſiſtit, eoque remittente,ſine eo.

Tuncque ſequenti vtatur: ℞. radic. biſtort. ℥.j.s.radic.conſol.℥.ij. herb.agrimon. plantag.equiſ. ana M.j.conquaſſ.& in aq.ferrata decoq.& ſero lactis pro iniectione, inijciantur.

Decoctum hoc etiam ad exulcerata illa loca ſananda præſcripſi, cùm & ceruix vteri læſa adhuc nonnihil eſſe videretur, ſicuti in vtriſque locis hæc vlcera tandem concurrere, & ſæpe pertuſo interſtitio vteri in vnum vlcus deſinere, cuius cauſâ excrementa alui & vrina per eandem viam confuſa reddebantur, obſeruaui: ℞. fol.lauri, plantag. agrim. ana M.j. decoqu. in menſ.j.s. vini, & mellis quar. j. ad conſumt.tertiæ partis:bibat aliquot matutinis:eoque abſoluto nouum paret repetatque.Hæc illi plurimum profuiſſe,iamque diu bene valere illam,ex ipſius iam tertiò ad me datis cognoui literis.

VTERI ET VESICAE CERVICIS, CVM ADHAERENTE recto inteſtino,in partu dilaceratio.

IN partu violento fœtu extincto, cuidam mulieri vteri & veſicæ ceruix adeò læſa ſunt, vt excrementa confuſa ſtercoris & vrinæ inuicem redderentur;& obſtetrix intromiſſum digitum in podicē,eundem per pudendum exſereret. Quod malum iam exactis aliquibus ſeptimanis patitur,& tantum doloribus circa illas partes & crura diuexatur. Quam adhuc elapſo iam ſeſquianno viuere audio.

VESICAE CERVICIS ALIA RVPTVRA in partu.

EX partu difficili & primo,cuidam iuuenculæ ruſticæ orificium veſicæ adeò ſciſſum eſt,vt longa illic & hiante rima,veſica aperta cerneretur:ſicuti ipſe bis intuitus ſum,& ſtylo adhibito ſic ſe habere deprehendi. Ob quam læſionem, vrina continuò illi inuoluntariè profluit,& vicinas partes erodit atque inflammat; niſi adhibitis emplaſticis,lactis cremore & mucilaginibus partes haſce præmuniat.

ORIFICII CERVICIS VTERI COALITI PENITVS in muliere quæ pepererat,hiſtoria rara & inaudita.

NOBILIS mulier, in primo anno matrimonij grauida facta, cùm inſtaret partus tempus,& conatus pariendi ſentiret, mox illis denuo ceſſantibus, poſt dies quatuordecim primùm, cum magno labore & difficultate, infantem maturum grandem maſculū,ſed mortuum,enixa eſt; & poſtea maximos cruciatus circa orificium ceruicis vteri perſenſit, nec poſt puerperiū mariti congreſſum ferre amplius potuit, ſed ſtatim ſi quid ille tentare vellet, ſanguinem profundebat: nec menſtrua ampliùs poſtea habuit, atq; ab eo tempore diuerſis accidentibus diuexata fuit toto biennio; licet nihilominus circumiret,cibum caperet,& bene colorata eſſet. Tandem verò doloribus euicta,corporeq; admodum attenuata, Medicorum operam vndiq; perquirebat. Symptomata hæc erant:ſub veſperam,circa horam tertiam à meridie,aliàs paulò ſeriùs, dolores intolerabiles ventris & lumborum ſentiebat: venter rugitum edebat: vterus durus & tumens tunc ex contactu deprehendebatur: ipſa corpus mirum in modum torquendo,& hinc inde iaciendo, ſpinam ventre ſurſum eleuato curuando, & clamoribus, ac ſi conuulſionibus laboraret,ſeſe gerebat;quæ ad medium noctis vſque perſeuerabant:tandem obdormiens,maneque rurſum excitata,cibum capiens, nihil mali ad conſuetam paroxyſmi horam vſque ſentiebat. Multis remediis fruſtra tentatis, accerſitus Medicus, cathetere immiſſo in veſicā, an calculo laboraret,voluit explorare: ſed cùm nihil inueniret, eam reliquit. Tandem ad me Baſileam aducta eſt: & cùm illa hoc vnicè continuò peteret,vt ſecaretur,non patere aditum ad vterum; idque ego,quia peſſaria obſtetrix intrudere non potuerat, ſuſpicarer, carnoſitatem aliquam fortè illic natam, ceruicis vteri orificium inſpiciens, obſeruaui illic penitus coaluiſſe,cum omnibus locis pertētatis,nullibi ſtylum intrudere potuerim. Cauſam itaque manifeſtam deprehendens totius mali, eam mox expoſui: nec mirum eſſe, retento ſanguine & ſemine tam ſæuia accidētia ſuperueniſſe: nec ſanationis vllam ſpem eſſe,niſi vteri hoc orificium,quod integrum erat,rurſum aperiretur, docui. Et cùm adhibito lithotomo & chirurgo de ſectione eſſet quæſtio,illa eam nolebat admittere. Quamobrem cauterio indolēte meo adhibito,eſcaram induxi: qua ſublata,ductus aliquouſque patebat:nondum tamen in ceruicem vteri pertingebat. Itaque adhibita turunda,ex rad. gentianæ,viam dilatare tentabamus. Verùm dum hæc aguntur,illa cruciatibus conſuetis continuò diuexata,accedente febre graui,exſpirauit. Et cùm eam aperirem, totum abdomen aqua cruenta nigra fœtidiſsima repletum,ſanguinis corrupti inſtar,inueni: qui & inteſtinis adhærens, ac ſi cocto ſanguine certis locis obducta eſſent,apparebant. Ceruix vteri ſpiſsiſsima ac veluti cartilaginoſa,quæ tranſuerſi digiti craſsitie coaluerat. Vterus alioquin integer; ſed maximus,totusque vti & ceruix, ſanguine putrido & fœtido refertus. Hoc autem 22. Septemb. Anno 1594. contigit.

EXCRESCENTIA IN PVDENDO.

IN matrona quadam clythoris in ſummitate pudendi breui tempore adeò excreuit, vt in carnoſitatem ſpongioſam, cute intectam, venisque obſitam, colli anſerini craſsitiem & longitudinem adęquantem, degenerauerit: quæ circa radicem in pudendo attenuata, indeque ampliata, dependet. Hoc auferre cùm ſtuderemus, filoq; in materia erodente imbuto circumdaremus, tanta ſuborta eſt inflãmatio, vt ab incepto deſiſtendum fuerit, ipſaq; dolore permota, iam multis annis manualem operationem detrectet.

VTERI PROLAPSVS QVOMODO FIAT.

VTerus poſt partum mulieri cuidam prociderat, & poſt menſes aliquot illum reponere ampliùs nequibat. Inſpexi illam: prominebat ſpythamatis lõgitudine, ceruix inuerſa, craſſa, albida, tranſuerſis rugis rubris notata: tumebat admodum, nam vterum intra ſe cõtinebat: cuius infimâ ſede prominebat orificium illius cruentum, tumidum, ſupra quod vterus in illius ceruice contẽtus facilè tangebatur; cùm ille prodire è ſuâ ceruice & inuerti, vti ceruix, ſicut putarunt, nullo modo poſsit. Implebat autẽ ſaccus ille propendens circa exortum adeò pudendum, vt vrinarius meatus non poſſet conſpici.

Aliam quoque inſpiciens, eodem modo factam procidentiam illius ſimiliter vidi. Niſi quòd tam procul minimè prodibat, & preſsione facilè reponebatur.

Mulieres quoque quæ hoc vitio laborant, cùm grauidæ ſunt, eo minimè laborare, nec tunc vterum ampliùs prodire, multoties cognoui.

MOLAE EXCRETIONES.

MOlas aliquot reiectas vidi, immenſæ magnitudinis, partim carnis atræ, partim craſſarum membranarum ſpeciem referentes. Ex quarum forma vulgus multa ſibi, ac ſi caput, aut alia pars corporis, vel aliquod animal eſſet, vel repræſentaret, imaginari ſolet.

FISTVLOSVM REIECTVM EX VTERO.

COmitis cuiuſdam vxor, vt ſuperiùs in cura illius oſtenſum fuit, cùm multis annis non conciperet, conſilio meo vſa, poſt varia remedia tentata, cùm peſſaria ſupponeret, membranoſum corpus craſſum, amplum, fiſtuloſum, multis appendicibus obnatum, per vterum eiecit; ab eoq; tempore mox concepit peperitque.

STELLA MEMBRANOSA PER VTERVM REDDITA.

SCulteti in Heluetiæ pago coniunx, ſterilis mulier, peſſariis quoque me iubente immiſsis, ſimile corpus membraneum, ſed in medio orbiculare, & in ambitu in radios craſsiores aliquot, ſtellæ alicuius inſtar, diuiſum; quorum ſinguli in multos ramos diſſeminabantur, ſtellam arboreſcentem maritimam, qualem Rondeletius depingit, egoque ſæpe Monſpeſſuli vidi, ad amuſsim referens, ex vtero ſine omni dolore vno conatu deiecit.

MAMMARVM TVMORIS DVRI, CVM DOLORE ET inflammatione, Curatio.

IN vtraq; mamma ſenex quædam vidua dolorem ſummum patiebatur. Erant autem duræ, liuidę, ita vt cancrũ metuerem. Ex contactu dolor augebatur: aderat pectoris anguſtia, cita reſpiratio cũ febricula. Iuſsi inungere ol. roſ. cum album. oui & aceto roſ. inuicem agitatis, addito pauco bolo rubro.

Poſt dies quinque, cùm inſpicerem, adhuc duræ erant: itaque ſequens cataplaſma paratu facile, quia pauper erat, continuò geſtare, & indies bis renouare iuſsi: ℞. farinæ hord. fabar. ſ. fœnogr. ana P. ij. coq. in vino & aqua, addito butyro, miſce, fiat catapl.

Venit poſt aliquot dies ſana, gratias mihi agens.

MAMILLARVM INFLAMMATIONIS IN ABſceſſum deſinentis Cura.

PVerpera, cùm lactare inciperet infantem, ſenſit immenſum cruciatum in mamilla dextra, cum rubore & duro tumore renitente in ambitu papillæ: aderatque febris. Mox cognoſcere potui inflammationẽ eſſe: abundabat enim lacte mamilla; quod tamen cũ non prodiret, infans ſugere diu nõ potuit.

Iuſsi primùm inungere 1. Septemb. hoc vnguento: ℞. mucil. ſem. pſilij ℥. ſ. boli arm. ʒ ij. ol. roſ. aceti roſ. ana ʒ. ij. miſc. fiat inunctio.

3. Sept. cataplaſma applicui ex farina hordei, lacte & ol. roſ.

5. Addidi huic catapl. ol. cham. lil. farinæ, ſ. lini & fœnogr. portionem: quia ſuppurabatur.

6. Sept. dolor augebatur, & febris, pure genito; applicui aliud cataplaſma: ℞. farinæ hord. fabar. ana P. j. ſ. lini, fœnogr. ana P. ſ. fl. cham. P. j. rad. lil. & ireos recent. ana ℥. ſ. coq. & contund. addendo ol. cham. ℥. ij. croci ℈ j fiat catapl.

7. Sept. reiteretur catapl. addendo ficuum num. x. farinæ oryzæ ℥. j. caulium maluarum coctarum & contuſ. vnà cum lardo.

8. Apparebat abſceſſus acutus, pure ex contactu refugiente. Iuſsi fermentum cum pulpa ceparum coctarum applicare.

9. Sept. ſponte ruptus eſt abſceſſus, puris magnâ copiâ profluente ad dies binos: poſtea lac per octiduum magnâ copiâ effluxit. Impoſui turundam cum terebint. & melle: tandem pauco immiſſo balſamo integra ſanata eſt.

ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΑΘΩΝ ΒΙΒΛΙ'ΟΝ.

1. Κεφάλαιον α. Τί ἐστι μαῖα;

ΓΥΝΗ πάντων τῶν γυναικείων πραγμάτων δεδιδαγμένη, ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἰατρικῆς γυμνασίας ἔμπειρος: ἥτις δύναται ἁπασῶν τὰς ἀῤῥωστίας λυσιτελῶς θεραπεύειν οὕτως, ὅπως μὴ εἴη ταραχώδης. μήτε λάλος, μήτε φιλάργυρος: ἀλλὰ σοφὴ, καὶ σώφρων, καὶ σιωπηρὰ, καὶ εὐγνώμων, καὶ φιλόπονος: ἥτις τῇ ἰδίᾳ φροντίδι τὰς γυναῖκας κυβερνήσει. Verſio Latina habet in Harmon. Gynæc. cap. 1. par pr.

2. β. Η μήτρα πόσοις ὀνόμασι καλεῖται;

Αρχαιόθεν ἐπὶ τρισὶν ὀνόμασιν εἰρημένη ἐστί. πρῶτον μὲν ἀπ' αὐτῆς ὅτι αἱ γυναῖκες διὰ τοῦ ἰδίου τόκου μητέρες γίγνονται, μήτρα. Παρὰ δὲ τοῖς Ελλησιν ὑστέρα προσαγορεύεται, τουτέστιν ἐσχατωτέρα: ἤ τις ἐσχάτη πάντων τῶν ἐντέρων τέτακται. ἢ ὅτι εἰς ἕνδεκα ἔτη κεκενωμένη παρὰ τὰς παρθένους, καὶ μετὰ τὰς ἀμοιβὰς τῆς ἡλικίας. τῇ ἰδίᾳ διαθέσει τέκνον ταῖς γυναιξὶ παρέχει. Καὶ παρὰ τοῖς Ελλησι δελφὺς εἴρηται, ὅτι περ ἀδελφοὺς ποιεῖ, καὶ πάντες ἐκ μιᾶς γεννῶνται. Μήτρα. Υστέρα. Δελφύς.

3. γ. Ποῦ κεῖται ἡ μήτρα;

Αναμεταξὺ τῶν δύο κοτυλῶν ἐνδότερον, ὑφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν κόσμον καὶ τὴν [a] κοιτὴν, ὑπέρθεν δὲ τὴν [b] φυσιν.

a κοιτὴν videtur nominare τὴν ἕδραν, & b φυσιν, vel φυσὴν, τὴν κύστιν.

4. δ. Ο ποία ἐστὶν ἡ μήτρα;


Νευρώδης, καὶ ἐξυφασμένη ταῖς σαρξὶν: ἀλλὰ μὴν καὶ νεύροις καὶ φλεψί.

5. ε. Πόσους χιτῶνας ἔχει ἡ μήτρα;

Εκ δύο δηλαδὴ χιτώνων συνίσταται. ὁ εἷς ἔξωθεν λειότερός ἐστι, καὶ λευκὸς, καὶ σκληρὸς, καὶ νευρώδης. ἔσωθεν δὲ ἄλλος τραχὺς, ἐρυθρὸς, μαλακὸς, σαρκώδης. ἐφ' οἷς πράγμασι τὰ πάντα κατέχονται, ὅπως ἐγκολλυθῶσι τοῦ τῆς μήτρας χιτῶνος ἐκλεπτότατα τῶν ὑμένων καὶ νεύρων.

6. ς. Ποίᾳ θέσει ἐσχημάτισται ἡ μήτρα;

Πρῶτον μὲν καθάπερ τετυπωμένη ἐστὶν ἡ ἰατρικὴ κολοκύνθη. Αλλ' ὅπως ἕκαστα αὐτῆς τὰ μέρη διαγινώσκεσθαι καὶ εὐχερῶς νοεῖσθαι δυνηθῶσι, τὰς αὐτῆς γωνίας ἑκάστοις μέρεσι τὰ ἕκαστα γράμματα ἀνιστοροῦντες ἐκθήσομεν.



Οπου τοίνυν ἐστὶ τὸ πρῶτον τεθειμένον A. τὸ στόμα λέγεται, ὅπερ ἐστὶ πρὸ τοῦ τόκου σαρκῶδες καὶ μαλακόν: μετὰ δὲ τὸν τόκον, τυλῶδες καὶ εὐρυχωρότερον. Ενθα δέ ἐστι τὸ B. ὁ τράχηλος λέγεται. ὅπου ἐστὶ τὸ C. ὁ αὐχὴν λέγεται. Η πᾶσα δὲ αὐτῶν συνδρομὴ χορίον λέγεται. Εκεῖνο δὲ ὅ μετὰ τὸ στενώτερον ἐν στρογγυλότητι πλατυνθῆναι ἄρχεται, ὅπου ἐστὶ τὸ D. ὁ ὦμος λέγεται. Ενθα δέ ἐστι τὸ E. τὰ πλάγια λέγονται. Οπου δὲ ἡ στρογγυλότης συγκέκλεισται (συγκέκλεισθαι) καὶ ἐστιν ἐκεῖ τὸ F. βαθὺς προσαγορεύεται. Οπου δέ ἐστι τὸ G. βάσις λέγεται μεγίστη. Πᾶσα δὲ ἡ κοιλότης ἐκείνη ἐν τῷ μέσῳ ὅπου ἐστὶν ἡ γαστὴρ, κόλπος λέγεται. Στόμα. Τράχηλος. Αὐχὴν. Χορίον. Ωμος. Πλάγια. Βαθύς. Βάσις. Κόλπος.

7. ζ. Ποῦ τοίνυν κεῖται τὸ στόμα τῆς μήτρας;

Εν τῷ μέσῳ κόλπῳ τῆς γυναικὸς. καὶ αὐτὸς ὁ κόλπος ὑμενώδης, νευρώδης, καὶ μήζονι ἐντέρῳ ὅμοιον ἐστιν, ἔνδον δὲ εὐρυχωρότερον, καὶ ἔξωθεν στενώτερόν ἐστιν: ἐν ᾧ ὁ συνουσιασμὸς τῶν ἀνδρῶν καὶ ἡ ἀφροδίσιος χρῆσις ἀποτελεῖται. τῇ κοινῇ διαλέκτῳ προσαγορεύουσι. [a]

a Deeſt vocabulum, Latinus interpres habet, quem ſinum vulgus cuninum appellat.

8. η. Το στόμα ἅπασι καὶ ὁμοίως ἐστιν;

Ουχ ἅπασιν ἐπίσης, κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς δυνάμεως. ὅμως μέντοι. * * Deeſt.

9. θ. Ποῖόν ἐστιν αὐτὸ τὸ στόμα τῆς μήτρας;

Παρὰ τὰς παρθένους μὲν, αἳ ἐκ τῆς παρθενίας εἰσὶν οὖσαι, (πρὸ τοῦ τόκου σαρκῶδες καὶ μαλακὸν:) παρὰ δὲ τὰς γυναῖκας, αἵτινες ἤδη τετόκασι (τυλῶδες καὶ εὐρυχωρότερον.)

10. ι. Οποῖον μεγέθει ἐστὶν ἐγκεκλεισμένον;

Καθὼς ἔξωθέν ἐστι τὸ ἔσχατον μέρος τοῦ ὠτός.

11. ια. Οἱ ὄρχεις τῶν γυναικῶν ποῦ εἰσὶ τεθειμένοι;

Πλησίον τοῦ αὐχένος, ἐξ ἑκατέρου γε μέρους ἕκαστοι τεθειμένοι. καί εἰσι στρογγύλοι εἰς ὅσον δήποτ' οὖν, πρὸς τὰς ἰδίας βάσεις πλατύτεροι καὶ ἰσχνότεροι, καὶ ἐκπεπταμένοι ἐκ τοῦ κρυπτικοῦ πόρου, ἐξ οὗ αἱ γυναῖκες τὸ

σπέρμα ἐκπίπτουσι: καὶ εἰσὶ τεθμμένοι εἰς τὰ πλησία πλάγια τῆς μήτρας: καὶ ἐπὶ τὰ ἄρθρα ἕκαστοι ἐξερχόμενοι, πρὸς τὸν τῆς κύστεως τράχηλον συνάπτονται.

12. ιβ. Περὶ τῆς καθάρσεως τῶν γυναικῶν.

Harm. Gynæc. par. poster. cap. 1.
* Poëticum est, τροφή.

Η κάθαρσις τοῦ συλληφθέντος ἐμβρύου ἔνδον τῆς γαστρὸς τὸ * ὄχημα, καὶ τοῦ τόκου αἱ ὑπηρεσίαι. καὶ τὸ αἷμα φυσικῶς διὰ τῆς μήτρας φέρεται. οἵτινες συνεχῶς ἀποπληρωθέντες, ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας παρατρέχει.

13. ιγ. Πόθεν εἴρηται ἡ κάθαρσις;

Εκ τούτου, ὅτι ὑπὲρ περιττὸν τὸ αἷμα τοῦ σώματος εἰς ταυτὸ ἀθροίζεται (ἀνὰ μῆνα) καὶ περιτρέπεται: καὶ τὸ σῶμα καθαίρεται. Αλλὰ μὴν καὶ ἔμμηνον εἴρηται.

14. ιδ. Ποτὲ ἄρχεσθαι συμβαίνει;

* περὶ τὸν τεσσαρακοστόν.

Η πρώτη κάθαρσις συνεχῶς μὲν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τὴν ἀρχὴν δέχεται. ποτὲ μὲν (θᾶττον, ἄλλαις δὲ) βραδύτερον, ὅμως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὔτε εἰς τὸν * τεσσαρακοστὸν ἐνιαυτὸν ἀφίσταται: οὔτε μετὰ τὸν πεντηκοστὸν ἐπιμένει.

15. ιε. Ορίσω (χρόνῳ) αἵματι καθαίρονται αἱ γυναῖκες;

Ου πᾶσαι ἐπίσης, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν ἑαυτῶν διαφέρουσι, καὶ κατὰ τὰς ἡλικίας. ὅμως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον περὶ δύο μηνῶν (πρὸς δύο ἡμίνας) καθαίρονται.

16. ις. Οποῖαι εἰσὶν αἱ πλείστην κάθαρσιν πάσχουσαι;

Αἵτινες ἀργαὶ βιοῦσι, καὶ σπαταλώδεις εἰσί, καὶ οὐδὲν πράττουσι, πλείονι αἵματι καθαίρονται. αἵτινες δὲ ἐπὶ ταῖς καθημεριναῖς πράξεσι γυμνάζονται ἔν τινι ἔργῳ ὀλίγῳ αἵματι καθαίρονται.

17. ιζ. Οποίῳ μέτρῳ καθαίρονται;

* καὶ μετ' ἀρχήν.

Οὐκ ἀεὶ ὀλίγῳ, ἀλλ' ᵃ ἀπὸ τοῦ ὀλίγου ἄρχεται ἡ κάθαρσις, καὶ ἀπὸ τὸ ὀλίγου τελευτᾷ. τῇ γὰρ ἡλικίᾳ φειδομένη, καὶ ὁσάκις ἐπαύξησιν δέχεται τοῦ σώματος, * καὶ μετὰ ταῦτα μὲν (τότε) εἰ πρὸς τὴν γυμνασίαν ἡ γυνὴ ἐπέρχεται, ὅμως ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ἐπ' ὀλίγῳ καθαρθῇ. ἄλλοις δὲ ῥοῖς, (καιροῖς) ἵνα ἄλλαις ἐπὶ πλείστη ζωὴ μετενεχθῶσιν.

ᵃ magno ἀπὸ πολλοῦ.

18. ιη. Πόσαις ἡμέραις αἱ γυναῖκες καθαίρονται;

Οὐ πᾶσαι ἐπίσης: ἀλλὰ τινὲς μὲν πλείοσι, τινὲς δὲ ὀλίγαις ἡμέραις. ὅμως αἱ πολλαὶ ἢ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις, ἢ ἐπὶ τέσσαρσι καθαίρονται.

19. ιθ. Ποῖαι εἰσὶν αἱ κατὰ φύσιν μὴ καθαιρόμεναι;

* οὐ πικμάζουσι. τὸ αἷμα αὐτῶν.

Δηλονότι αἱ κόραι, καὶ αἱ γραῖδες, καὶ ἐκεῖναι αἵτινες συνεχῶς μεγαλοφωνοῦσι: καὶ αἵτινες βαρεῖ νοσήματι κάμνουσιν, καὶ ἐκεῖναι αἵτινες ἐν γαστρὶ ἔχουσι. αἱ μὲν γὰρ κόραι οὔπω καθαίρονται. αἱ δὲ γραῖδες ἤδη οὐ δύνανται. ἔτι φωνῇ γυμναζομέναις, τῇ γυμνασίᾳ τοῦ * αἵματος (τὸ περιττὸν) καταναλίσκεται. Αἱ δὲ μακρὰν ἀρρωστίαν (παθοῦσαι) ὅλον τὸ αἷμα πρὸς ἐπανάληψιν καταναλίσκουσι. Αἱ δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ἔχουσαι ἔμβρυα τρέφουσιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ αἵματος.

20. κ. Πῶς δοκιμάζομεν τινὰς μὴ καθαρθῆναι κατὰ φύσιν.

Εξ αὐτοῦ ὅτι εἰς ὁλόκληρον οὕτως αἰσθάνονται.

21. κα. Ποίοις σημείοις νοοῦμεν τὴν πρώτην κάθαρσιν ἐληλυθυῖαν;

* ὀργῶν.
* ἐπὶ τὸ πολύ.
κοινοῦ.
* forte αὐτῶν. L. interpres habet anus.

Τελείως μὲν ἀπὸ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους. καὶ τοὺς μαστοὺς ἔχουσι πεφυσημένους. ἀλλὰ μὴν καὶ βάρους ἐπὶ τὴν κτένα σύν τινι κνησμονῇ αἰσθάνονται. Αλλαις δὲ, αἵτινες ἤδη συνεχῶς κεκαθαρμέναι εἰσί, σὺν ἐπερχομένῃ τῇ τῆς καθάρσεως ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ ἀποπληροῦνται ὀδύναι: βαρύτητος ἐν τοῖς νεφροῖς, ἐνίοτε καὶ ὀδύνης αἰσθάνονται: συνεχῶς ἐξανίστανται, καὶ τὸ πᾶν σῶμα (αὐτῆς) ἐκτανύεται. ἐρύθος δὲ ἐν ταῖς γνάθοις ἔχουσαι οὐ μόνιμον, ἀλλὰ μεταξύ τινων * ὀργῶν ἐνδεικνύονται, ἐνίοτε καὶ ἀνορεξίαν πάσχουσι καὶ ναυτίαν. * Επωφελῶς (δὲ) ταῖς γυναιξὶν ἡ κάθαρσις συντρέχει, (ἡ) διὰ τὴν μέλλουσαν σύλληψιν. προπαρασκευάζει γὰρ εὔχρηστον τόπον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα καταπιεῖν δυνηθῇ ἡ αὐτῶν ὑγεία δόξα ἐστι. καὶ ἤτι ταχέως αὐτὰς γηρᾶσαι ποιεῖ. καὶ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τόκου τυχὸν κινδυνεύειν. καὶ ταύτας * αἵτινες καθαίρονται, ὑγιειναί εἰσιν. Υγιεινοτάτη ἐστὶ καὶ διηνεκὴς παρθενία, εἰδότες γὰρ ἄρρενα ὁ συνεχὴς συνουσιασμὸς κακῶς δεδεγμένος ἐστίν. ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ γυναῖκες ἐνοχλοῦνται.

22. κβ. Εὼς ποτὲ αἱ κόραι παρθένοι εἶναι ὀφείλουσιν;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 2.

Επὶ τοσοῦτον, ἕως ἂν αἱ καθάρσεις ᵃ ἐπερχόμεναι κατὰ φύσιν, συνουσιάζειν δυνηθῶσι, καὶ ἡ μήτρα τὰς ἰδίας ὑπηρεσίας παριστάναι καὶ ἀναπληρῶσαι.

ᵃ Recti pro genitiuis abſolutis.

23. κγ. Οποῖαι εἰσὶν ἐπιτήδειαι πρὸς σύλληψιν;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 4.

Εκεῖναι αἵτινες εὐτάκτως τῇ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ καθαίρονται, καθαρῷ δηλονότι καὶ ἀκεράτῳ αἵματι: καὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ὀρθὸν καὶ πλησιέστερον ἔχουσι, καὶ πᾶν τὸ σῶμα (οὐ) πάνυ σκληρὸν, καὶ σφόδρα εὔτακτον, σὺν ἀκεραιότητι ψυχῆς καὶ ἱλαρότητι.

24. κδ. Ποῖος ἐστὶν ἐπιτήδειος καιρὸς τῆς γυναικὸς πρὸς σύλληψιν;

* τί ἐστι σύλληψις; σπέρματος, &c.

Μετὰ τὸν καθάρσεως χρόνον, ὑπεισερχομένης αὐτῇ ἐπιθυμίας συνουσιασμοῦ, αὕτως ὡς μήτε πλεισσῶς τῆς τροφῆς πλεονεξίαν ἔχῃ τὸ σῶμα, μήτε φειδομένως καὶ μετὰ τὴν θεραπείαν τοῦ σώματος. οὕτως τοίνυν μιχθήτω. ὑγιεινοτάτη γὰρ ἔσται ἡ σύλληψις, * μήτε ὅτι τῷ μεγέθει τοῦ σώματος, τῷ καματῳ καὶ τῇ

δεινότητι

διμνότητι φέρεται ἡ ὑπηρεσία πλέονι, καὶ κατ' ἐπίτασιν ὑπὲρ τὸ δέον. ἐπιμελεύει γὰρ τῶν ζώων συνάφεια φυσικῷ λόγῳ, καὶ ἀναγκαίως ἀποτελεῖται.

25. κε. Ποῖα ἐστὶ τὰ σημεῖα τῆς συλλήψεως;

Οσάκις εἰς τὸ πλῆθος τῆς συναφείας φέρηκεν (τῇ γυναικὶ) ὑπεισέρχεται, καὶ αὐτὸ τὸ στόμα τῆς μήτρας συνάγειν καὶ [a] συγκλείειν αἰσθάνηται. οὐδὲν δὲ τῶν * ὑπολοίπων τοῦ σπέρματος τῆς γυναικὸς (τῆς μήτρας τὸ [b] στόμα) καθυγραίνει, ἢ σφόδρα ὀλίγον (ἐν ταῦθα) ὑπομένει. * ὑπόλοιπον.

a Hæc verba melius paſſiuè ponerentur, ſicut Latinus interpres habet. b mulieris ſinum, Latinus interpres.

26. κϛ. Η συλλαβοῦσα τὸ ἔμβρυον πῶς ἄρρεν ἢ θῆλυ διαγνώσει;

Οἱ ἀρχαῖοι μὲν ἄρρενα ὑπέσχοντο εἶναι, εἰ ταχέως, καὶ γυμναστικῶς ἐν τῇ γαστρὶ κινεῖται: ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὴ ἡ ἐγκυμονοῦσα εὐχρους ἦν, καὶ τὸν δεξιὸν μαζὸν μείζονα σχῇ. Τὸ δὲ θῆλυ καὶ βραδέως καὶ νωθρῶς κινεῖσθαι ἄρχεται: καὶ αὐτὴ ἡ ἐγκυμονοῦσα γυνὴ κακόχρους ἐστὶ καὶ ἄρρωστος, καὶ ἐν τῷ ἀριστερῷ μαστῷ οἴδημα ἔχει. Ἡμεῖς δὲ ταῦτα ἑωρακότες ὅμοι * εἶναι οἰόμεθα. * fortè ὅμως οὐκ ἀεὶ ἀληθῆ εἶναι.

27. κζ. Τί ἐστι κίσσα; Harm.Gynæc. par.pr.cap.5.

Ορεξις τῆς * συνηθεστάτης τροφῆς καιρῷ τινὶ ταῖς ἐγκυμονούσαις γυναιξὶ συμβαίνει, * σὺν ἰσότητι χρόνου, καὶ πλεονεξίᾳ τῶν χυμῶν καὶ ναυτίᾳ. * Lege, ἀσυνηθεστάτης eſt Latino interprete. * ἀνισότητι, inæqualitate.

28. κη. Πόθεν εἴρηται κίσσα;

Κατὰ μέν τινας ἀπ' αὐτοῦ διότι σικχασίαν ταῖς ἐγκυμονούσαις γυναιξὶν εἰσφέρει. Κατὰ δέ τινας ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀρνέου, οὗ λιν͂ος καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὰ πτερὰ ποικίλα ἐστί. Τινὲς δὲ πρὸς τὸν κισσὸν αὐτοῦ τοῦ βόστρυχος εἰρήκασιν, ὥσπερ ἔτι δ' αὖ κρατήσει πολυσχηματίστως καὶ ποικίλως περιπλέκεται.

29. κθ. Πῶς * τῷ μηνὶ συντρέχει ταῖς ἐγκυμονούσαις ἡ κίσσα; * πό.

Συνεχῶς ἀπὸ τοῦ δευτέρου μηνὸς, ποτὲ δὲ ἢ ταχύτερον ἢ βραδύτερον συντρέχει.

30. λ. Επὶ πόσον ἐπιμένει ἡ κίσσα;

Ενίοτε ἕως εἰς αὐτὸν τὸν τόκον. Απάσαις τοίνυν ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις συντρέχει ἡ κίσσα: οὐχ ἁπάσαις (δὲ ἐπιμένει,) ἀλλ' αἷς χυμὸς πλεονάζει.

31. λα. Πῶς διαιτητέον τὴν κίσσαν ἔχουσαν; *

* Deeſt hoc caput, & in Græco noſtro, & in manuſcripto Latin. quoque, poteſt autem expleri ex Aetio, Tetrab. 4. ſerm. 4 cap. 10.

32. λβ. Τίνα αὐτῇ προσοισόμεθα;

* Προσθετέον μιᾶς ἡμέρας ἀποχήν. εἰ δὲ οὐ δυνηθῇ ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ φειδομένως τραφῇ, συναλειφομένη ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις: οὕτως ἵνα πρῶτον ὕδωρ πίνῃ, ἔπειτα δὲ οἶνον: ξυρεὰν δὲ καὶ ἐπιχειρητικὰς λάβῃ τροφὰς, καὶ ἐκ τῶν στυπτικῶν * ἐγκαθισμάτων, ἀλλὰ καὶ διακινῆσαι κελευέτω, καὶ εἰ δυνατὸν γίνεσθαι. * fortè συνεχῶς τιθέναι. Latin. interponẽda, malim imperãda. * ἐπιθεμάτων.

33. λγ. Ποίῳ τρόπῳ τὰς ἐγκυμονούσας τῷ ὀγδόῳ μηνὶ διαιτητέον:

* Λείπει. *

34. λδ. Εν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ὁ ποῖος διαιτητέον;

Σὺν ἁπάσῃ μερίμνῃ καὶ ἐπιμελείᾳ συναναστρεφῶσι. τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ ἐπὶ πλέον βαρύνονται. δεῖ δὲ τὴν αἰτίαν πάσης τῆς σφοδροτάτης διακινήσεως χαλινῶς εἰδέναι. ἀλλὰ καὶ τροφὴν φειδομένως δοῦναι: καὶ αὐτὴν τὴν γαστέρα ἐν τῷ βάρει πλέον κρέμαται, φασκίαις ἐπιμελῶς ἐσφιγμένην παραδέχεσθαι: ἀλλὰ μὴν καὶ κηρωτῇ σὺν ἐλαίῳ προσφάτῳ ἢ μυρσίνῳ γεγονυίᾳ τὸ δέρμα τῆς γαστρὸς ἐπιχρίσαι, ὅπως στερεωθῇ, ἵνα μὴ ὅτε τίκτειν ἄρξηται τῇ ἐπιτεταμένῃ τάσει ῥιφθῇ. Harm.Gynæc. par.pr.cap.8.

35. λε. Εν τῷ ἐννάτῳ μηνὶ τίνα ἐστὶ ποιητέα;

[a] Εν τῷ ἐννάτῳ μηνὶ, ἐπὶ * ταύταις δὲ χαυνοτέρως * ὑπὸ τῆς μήτρας, καὶ τὰ αἰώτερα μέρη, τοῦ μαθοῦς ἐπιπλέων διαθεῖν: ἵνα πλησιάζοντος τοῦ τόκου πρὸς τοὺς κατωτέρους τόπους ἐκλαβῶσιν, ὅπως ἐκεῖσε τὸ ἔμβρυον δυνηθῇ ταχύτερον ἐξελθεῖν. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς αὐτοῖς τόποις χαλαστικὸν προπαρασκευάζειν (χρὴ) ἐγκαθισμάτιον. ἀλλὰ μὴν καὶ βαλανείῳ χρῆσθαι, καὶ ποτοῖς οἵτινες ἐκ στεάτων χηνείων καὶ μυελοῦ ἐλαφείου συνίστανται. ἀλλὰ καὶ τοῦ δακτύλου ἐπαλειφομένου τὸ στόμα τῆς μήτρας μετρίως ἀνοίγειν, καθάπερ αἱ ἐγκυμονοῦσαι γυναῖκες χρῆσθαι ὀφείλουσι. Πλὴν εἰ γίνεσθαι δυνατὸν μὴ ἀναγκασθῇ ἡ μήτρα * ἐκείνη ἐξελαστικῶν χρῆσιν ὑποφέρειν, ἡ ὀφείλουσα ἐν σχήματι καὶ ἥσυχος εἶναι, ὅπως τὸ ἔμβρυον διακατέχειν δυνηθῇ ταύτῃ τῇ χρήσει. τῇ γὰρ αὐτῆς κινήσει καὶ προπετείᾳ ῥηγνύμενον τὸ χορίον, τὸν χυμὸν ἐκχέει, ὅσπερ διὰ τὸ ὀλισθηρὸν τοῦ ἐμβρύου παρὰ τῆς φύσεως [b] ἐξέρχεται. * fortè τότε * malim τὰ ἐπί. * φαρμάκων malim pro ἐκείνη.

36. λϛ. Τί ἐστι χορίον;

Υμὴν αὐτὸς στέματος, ὅπερ τὸ ἔμβρυον καὶ τὰ σὺν αὐτῷ ὄντα κατέχει, * (περὶ) τὸ βάθος τῆς μήτρας ἐγκολλῶν. λέγεται δὲ καὶ ἀγγεῖον, καὶ δεύτερον, καὶ ἔσχατον: καὶ ὕστερ πρότερον ῥήγνυται. Harm.Gynæc. par.pr.cap.14. * vel κατά.

37. λζ. Πόθεν εἴρηται χορίον;

Εξ αὐτοῦ ὅτι τῇ ἰδίᾳ εὐρυχωρίᾳ ὑπομένει. (ἢ) καθάπερ ἄλλοι λέγουσιν, ὅτι ἐκ πολλῶν πραγμάτων συνεστάθη, καθάπερ ὁ πᾶς χορὸς ἐκ πολλῶν ᾀδόντων.

28. λη. Πόθεν εἴρηται ἀγγεῖον;

Οτι ἐν αὐτῷ ἔνδον ἐστὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ εἰς τὸ (καὶ ὡς εἰς) ἀγγεῖον ἐναποστρέφεται.

29. λθ. Αλλὰ μὴν καὶ τὰ δεύτερα ἵνα τί εἴρηται εἰσί;

Εξ αὐτοῦ ὅτι τὸ ἔμβρυον τίκτει (πρότερον,) καὶ οὕτως ἐκεῖνα τὰ δεύτερα ἐξέρχονται καὶ γὰρ ἡ ἐκεῖθεν ἐγκύμων λέγεται, ἔτι πρότερον ῥιχθήσεται.

40. μ. Ἐκ πόσων πραγμάτων συνίσταται τὸ χορίον;

Ἐκ νεύρων, φλεβῶν, ἀρτηριῶν καὶ σαρκῶν. ἔστι δὲ τῷ χρώματι πορφυροῦν, ἐν ὁμοιώματι θύλακος.

41. μα. Ἐκ πόσων πραγμάτων συνίσταται τοῦ ἐμβρύου ὁ ὀμφαλός;

Ἐκ πέντε πραγμάτων: δύο φλεβῶν καὶ δύο ἀρτηριῶν: δι' ὧν τὰ θρεπτικὰ τοῦ αἵματος τῷ ἐμβρύῳ ἐξυπηρετοῦνται. Ὁπου δέ ἐστι * κενεὼν λέγεται; ἐπειδὴ τὸ τοῦ ἐμβρύου κενεῶνα εἰς τὸ χορίον μεταπέμπει. διὰ τούτου πόνου ὁ ὀμφαλὸς ἐμβρύου ἐν τῇ μήτρᾳ κατέχεται.

* κενεών. Latin. interpr. Lucialis, Lucius.

42. μβ. Τί ἐστιν a ἀμνίον;

Χιτὼν πέριξ ὅλου τοῦ σώματος ἐγκεκολλημένος, ὅπερ συνεχέστερον b ἔνδον ἐνίοτε καταναλίσκεται, ὅπως μὴ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα διαρεθῇ.

a mammios, an annios? b foris.

43. μγ. Ποῖα εἰσὶ σημεῖα τὰ πρὸ τῆς ἐκτρώσεως συμβαίνοντα;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 6.

Διότι περὶ τοῦ νομικοῦ καιροῦ τοῦ τεκεῖν, ἐξαπίνης παραλόγως οἱ μαστοὶ ἰσχνότεροι γίγνονται: ἀλλὰ μὴν καὶ ψύξις καὶ βαρύτης ἐν τοῖς νεφροῖς, χυμός τε ποικίλος ἐκχέεται, καὶ εἰς τέλος, θρόμβος. παντελῶς φρικώδης χρῆσθαι παρὰ μέν τινας οὐ πᾶσαν ἰατρικὴν, * οἷς δήποτε παρὰ τῆς φύσεως ἄρξηται ὑγιαίνειν, ὀφείλει: οὐκ ἀποκτείνῃ. a Ἄλλοι δὲ θέλουσι χρῆσθαι τῶν ἐκτρώσεων, ἀλλ' οὔτε περὶ τὰς μοιχαλίδας, οὔτε διὰ κέρδος. * Εἰ οὐδὲν κονδύλωμα ἤτε ἐμπόδιον εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας ἡ γυνὴ ἔχῃ, καὶ οὕτως συλλάβῃ, ἄμεινόν ἐστιν ἐκ τρώματι ἀφανίζειν ὅπερ συνέλαβεν. αἵτινες (ἐκεῖναι γὰρ) ἡνίκα αἱ ἡμέραι τοῦ τόκου ἔλθωσι, μετὰ τῆς ἐξόδου τοῦ ἐμβρύου ἀποθνήσκουσι. κίνδυνον δὲ τῇ γυναικὶ τῇ τικτούσῃ συμβαίνειν ἀναγκαῖόν ἐστι.

* fortè ἴσως.

* fortè, Εἰ μὲν οὐδὲν κονδύλωμα, ἢ ἄλλο τι ἐμπόδ. &c.

a Aliqui nullis remedijs vtendum cenſent, ne perimatur fœtus: ſed rem naturæ permittendam.

44. μδ. Ποῖά ἐστι σημεῖα τοῦ πλησίον τόκου;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 10.

Εἰ ἑβδόμῳ ἢ ἐννάτῳ ἢ δεκάτῳ μηνὶ συνδράμῃ τῇ ἐγκυμονούσῃ ὀδύνη τῶν νεφρῶν, σὺν αἰσθήσει ζέσεως καὶ ὀδύνη τῶν βουβώνων καὶ τῆς ὀσφύος. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτῆς τῆς μήτρας καὶ τοῦ ἐνδοτέρου μέρους ἡ κάθοδος. (σὺν) τοῦ στόματος ἀνεῴξει καὶ ὑγρασία. * ἡνίκα δὲ ἤδη τὰ παραπλήσια, τὰ ἀνώτερα μέρη, ἰσχνότερα γίνονται, καὶ ἐκτείνονται οἱ τόποι ἐπὶ τοῦ κτενὸς καὶ βουβῶνος: καὶ συνεχῶς τοῦ οὔρου προθυμία εἴη: καὶ ἐμβληθέντος τοῦ δακτύλου εἰς τὸ στόμα (τῆς μήτρας) εἰς μέγεθος ὠοῦ διεύρισκεται (τὸ χορίον:) καὶ χυμὸς ἐκφέρει πρῶτον λεπτὸς, μετ' ὀλίγον (δὲ) παχὺς καὶ αἱματώδης.

* ἡνίκα δὲ ὅλο μᾶλλον πλαπαξει.

45. με. Πῶς διαχωρίσεις τὴν ὠδῖνα, ἡ ἐκ ζέσεως τυγχάνει, ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ παρόντος τόκου συντρεχούσης;

Καὶ ὅτι τῆς ζέσεως ἡ ὀδύνη μετὰ κλύσματος καὶ ξηρότητος εἰς τὸ στόμιον διεύρισκεται.

46. μς. Τίνα εἰσὶ συμπαρεσκευασμένα, τὰ διὰ τὸν τόκον ὄντα ἀναγκαῖα;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 9.

Δηλαδὴ ἔλαιον θερμὸν, πυρίαι, καὶ σπόγγοι μαλακοὶ, ἔρια καθαρὰ, δεσμοὶ ἐπαυχένιοι, καὶ ἀναληπτικαὶ ὀσφρήσεις: καὶ ὁ μαιευτικὸς δίφρος, ὡς καθέδρα: κράββατοι * δύο, καὶ τόπος ἐπιτήδειος τῷ τόκῳ.

* κράββατοι.

47. μζ. Ποῖός ἐστιν ὁ μαιευτικὸς δίφρος;

Καθάπερ ἐστὶν ἡ καθέδρα τοῦ κυρίως, ἐν ᾧ καθέζεται οὕτως, ἵνα ἔχῃ ὑπὸ a τὴν φύσιν ὁμοίωμα σελήνης τρώγλην τετμημένην, ὅπως ἐκεῖσε τὸ ἔμβρυον πεσεῖν δυνηθῇ.

a Latinus, ſub ſexu.

48. μη. Διὰ κράββατα δύο εἰς τί ὠφελοῦσι;

Οἷς μὲν ὁ ἂν σκληρῶς ἐστρωμένος, ἐν ᾧ τὴν ἐγκυμονοῦσαν κοιτάσαι ὀφείλομεν. πολλάκις γὰρ καὶ κείμεναι τίκτουσιν. Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ μαλακῶς ὄντι ἐστρωμένῳ, μετὰ τὸν κάματον τὰς λοχευούσας κοιτάσομεν.

49. μθ. Πῶς τὴν * τεκοῦσαν καθιδρύσαι ὀφείλομεν;

Harm. Gynæc. par pr. cap. 10.

Ῥίπτοντες αὐτὴν ὑπτίαν ἐν τῷ κραββάτῳ τῷ σκληρὰν τὴν στρωμνὴν ἔχοντι, * συνδεδιπλωμένων a (δὲ) ἐκεῖσε τῶν ποδῶν καὶ ἀνεῳγμένων, ἡνίκα τὸ χορίον εἰς μέγεθος ὠοῦ εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας διεύρισκομεν, εἰς τὸν δίφρον αὐτὴν ἐπαίρομεν. Εἰ δὲ οὕτως ἂν ᾖ κεκμηκυῖα: ὅπως ἐκεῖ τεκεῖν (μὴ δυνηθῇ) τεκεῖν ὀφείλει ἐν τῷ κραββάτῳ. ἔνθα δὲ δίφρος μαιευτικὸς b οὐκ ἔστι, μὴ τυχὼν τῆς γυναικὸς, ἀπομηρῶσαι δεινῶς ὀφείλει, ὅπως ἐκεῖσε * τέξῃ.

* τίκτουσαν potius.

* fortè ἀνεῳγμένων.

* τέκῃ.

a L. conduplicatis illi pedibus & apertis. b οὐκ ἐστὶν ἔνδον, ἐπὶ τῆς γυναικὸς μηρῶν καθίζεσθαι ὀφείλει.

50. ν. Πρὸ τοῦ εἰς δίφρον τὴν τεκοῦσαν καθιδρύσαι τί δεῖ ποιεῖν;

Πάσας τὰς ὠδῖνας ἐκείνας πᾶσι τοῖς θερμαντικοῖς πυριάζειν, ἐξ ἐλαίου δὲ θερμοῦ καὶ οἷς * ἤπειρον a αὐτοῦ τοὺς τόπους ἐμβρέχειν. περιπατεῖν δὲ αὐτὰς καὶ καταντλῆσαι, τροφάς τε λαμβάνειν ἡ ἀρχαιότης ἐκέλευσε. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐπιτρέπομεν ταῦτα γίνεσθαι. ὅτι ὁ περίπατον τὸ ἔμβρυον σχεδὸν ἔξω * πιθανῶς ἀπωθεῖ. καὶ τὴν μήτραν ἐκτινάσσει. τὸ δὲ κατάντλημα καὶ τὴν δύναμιν μειοῖ, καὶ τὴν πέψιν τοῦ σώματος τῆς γυναικὸς καταψύχει. αἱ δὲ τροφαὶ αἱ ἐν τῇ ψύξει διδόμεναι, * συμφθείρουσι καὶ οὐ τρέφουσι.

* fortè, οἰσύπου vel ἐρίων οἰσυπηρῶν.

* πλημμελῶς positum.

* συμφθείρονται, corrũpuntur.

a L. ſuccis lege ſuccidis lanis: alibi χυμοῖς vertit ſuccis.

51. να. Ὑπηρέτριαι σὺν τῇ μαίᾳ πόσαι ὀφείλουσιν εἶναι;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 9.

Τρεῖς ἔστωσαν ἐξ ἀνάγκης, ἐξ ὧν αἱ δύο εἰς τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ πλάγια στῆναι ὀφείλουσιν, ἐφ' ἃς ἐπακουμβῆσαι ὀφείλει (ἡ τίκτουσα.) Ἡ δὲ τρίτη ἀπὸ τοῦ νώτου αὐτὴν κρατήσει, ὅπως συντρεχουσῶν τῶν ὠδίνων μὴ ἑαυτὴν εἰς τὸ πλάγιον κατακλίνῃ, περιτρέπουσα (fortè * περιτρέψουσι δὲ) αὐτὴν ἵνα ἰσχυρῶς ὑποφέρῃ.

* συντρίψουσι.

52. νβ. Ἡ μαῖα

52. νβ. Ἡ μαῖα πῶς ἢ ποῦ καθίσαι ὀφείλει;

Δηλαδὴ ἀνδρικῶς ἐζωσμένη. (καὶ) εἰ ἐν τῷ κραβάτῳ ὁ τόκος γένηται, ὀλίγον εἰς χαμηλότερον δίφρον ἡ μαῖα καθίσει. οὕτως ὅπως εὐμαρῶς τὰς χεῖρας βαλεῖν δυνηθῇ. εἰ δὲ καθεζομένη ἐν τῷ δίφρῳ ἡ τίκτουσα ἐστὶ, κατώτερον ἡ μαῖα καθήσει ἐν χθαμαλωτέρῳ δηλονότι δίφρῳ, ὅπως δυνηθῇ ἐκ τῶν ἀνωτέρων μερῶν εὐχερῶς τὸ ἔμβρυον κατενεγκεῖν, καὶ εἰς ὁσονδήποτουν ἀνεῳγμένων τῶν ἰδίων ποδῶν, ὅμως πλεῖον τὰ πυκνότερα εἶναι αὐτῇ, μὴ ἐμποδίσῃ (καὶ) τὸ ἴδιον πρόσωπον ὄπισθεν ἀποστρέψῃ, μὴ φανῇ..., εἰ αἰδὼς αὐτὴν καταγκλείσῃ. ὅμως πρῶτον πάντων τῶν δεσμῶν καὶ τῶν τριχῶν λυθέντων, ὅπερ διὰ τὴν χάλασιν γίνεσθαι εἴωθε, τῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἐλαίῳ θερμῷ ἐπαλειφόμενον τὸ στόμα τῆς μήτρας περισαλεύουσα * ἀνεῴξει, ὅπως τὸ χορίον ἐκεῖσε πεσεῖν δυνηθῇ. Πᾶσαι δὲ (δεῖ) τὴν τίκτουσαν ῥήμασιν ὀφείλουσι * πρᾶξαι, καὶ αἰτῆσαι αὐτὴν ὅπως μὴ κράζῃ, ἀλλὰ παύσῃ τοὺς στεναγμοὺς καὶ πνεύματα ἐκ βάθους ἐκπέμψῃ, ὅπως τὸν τόκον ἀπωθήσῃ, μάλιστα δὲ ἡνίκα αἱ ὀδύναι συμβαίνουσιν. Αἱ δὲ ἄλλαι γυναῖκες αἱ ὄπισθεν αὐτὴν κατέχουσαι κελεύονται, ἵνα σὺν ῥάκει τὰς χεῖρας αὐτῆς κρατήσωσι, μή πως τῇ βίᾳ αὐτοῦ ἔξω ἀποκλεισθῇ. * Εἰ δὲ τὸ θυλάκιον ἐπὶ πολὺ οὐκ εἴη διερρωγός, τοῖς ὄνυξιν αὐτὸ ῥηγνύναι: καὶ ἐμβληθέντων κατ᾽ ὀλίγον τῶν δακτύλων, πλέον ἐπανοίγειν. ἐπιτηρητέον (δὲ) ἐστὶ, μὴ τοῖς δακτύλοις πλέον ἐπανοίγῃ, ἵνα μὴ ἐξαίφνης τὸ ἔμβρυον πέσῃ. * εἰ δὲ [a] μή γε, εἰς ἄνοιξιν οὕτως τὸ στόμα διαφυλάττειν, ἕως ἂν ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ ἐμβρύου ἄνευ τιναγμοῦ ἐξέλθῃ. Φυσικῶν γὰρ τὸ στόμα ἀνοίγεται ἐνίοτε δυομένων καὶ [b] τῶν μηρῶν, αὐτὴ (τότε) καταλαβεῖν ὀφείλει ἡ μαῖα, καὶ ἄσκυλτον ἐξαγαγεῖν, ὧδε κἀκεῖσε. (Βιάζεσθαι δὲ δεῖ, conari oportet) * ὑπολαμβάνειν, ἡνίκα ἑαυτὴν (καὶ ἑαυτὴν) ἡ μήτρα ἀνοιχθῇ. μὴ βιάζειν (δὲ) ἡνίκα ἑαυτὴν ἀποκλείσῃ, μὴ τῇ ζέσει, ἢ τῇ τοῦ αἵματος ῥοῇ [c] ἡ αὐτοῦ τῆς μήτρας ἡ ἀγωγὴ εἰσδύῃ. Αἱ δὲ ἐκ πλαγίου ὑπηρέτριαι, ἄνευ τιναγμοῦ, τῶν χειρῶν ἐφηπλωμένων, κάτω τὴν νηδὺν κατάξωσιν. Ἡνίκα δὲ τὸ ἔμβρυον ἐξελθεῖν ἄρξεται, ταῖς χερσὶ λινὸν ἐχούσαις ἡ μαῖα αὐτὸ ἀποδέξεται, ὡς ἱλεωτέρως καὶ εὐμενέστερα, ἵνα μὴ τῶν ἰδίων δακτύλων πέσῃ.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 10.
* ἀνοίξει poſſus.
* παρεγγυᾶσθαι ſatagere.
* id eſt, τὸ χορίον.
* διά.
* forte ὑπολαμβάνουσα.

a Larm. addit, ne quaſſatio capiti & ceruici infantis adducatur. b ὑγρῶν mergentibus humoribus per ipſum.
c ἡ τῆς μήτρας ἀγωγὴ εἰσδύνῃ, id eſt, matrix ipſa retrocedat & adducatur.

53. νγ. Εἰ τι οὐ ἂν (τῶν δακτύλων) ἀναπομένῃ, τί ποιητέον;

Εἰ ἔτι τὸ σῶμα ἀνέῳκται, εὐθέως ἡ μαῖα τὴν ἀριστερὰν χεῖρα βάλλει, καὶ ὁποῖα μέρη αὐτοῦ εὕρῃ κρατησάτω. καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ βάθους ἀπέσῃ, κατάγῃ: καὶ * ὠφέλιμος ταῖς ἰδίαις βίαις καὶ αὐτὴ ἡ τίκτουσα. Εἰ μέν τοι ἀπὸ τῆς μήτρας κατέχεται, πρᾳέως ὧδε κἀκεῖσε μεταφέρῃ εἰ μὴ αἰσθητὸν διασπᾷ. ἡ μήτρα τοῦτους ἀποκλείσῃ. Εἰ δὲ βραδύνῃ, τὸ ἔμβρυον ἄλλῃ γυναικὶ παραδώσει, καὶ αὐτὴ τὸν ὀμφαλὸν ἀποκόψει. Εἰ δὲ κεκλεισμένον εἴη τὸ στόμα, ὅπως μήτε τὴν χεῖρα εἰσπέμπειν μήτε αὐτὸ ἐξελθεῖν δυνηθῇ, χρήσθω πᾶσι τοῖς χυλοῖς καὶ ἐγχυματισμοῖς, οἷς πρὸς ζέσιν τῆς μήτρας χρῆσθαι εἰώθαμεν. ταύτῃ γὰρ τῇ ἐπιμελείᾳ χαλαρὰ γεγονυῖα ἡ πᾶσα ἐπίσχεσιν, εἴτε δὲ ἂν ἐκεῖ ἐναπομείνῃ οὕτως πίπτει.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 14.
* ὠφελεῖται.

54. νδ. Τίνα ἐστὶν ἅτινα περὶ τὴν διαχείρισιν τῶν ἐμβρύων οἱ ἀρχαῖοι παρήγγειλαν;

Πταρμικὰ, καὶ κλίμακας ἀνηρτημένας, καὶ πόματα δὲ ἐδίδοσαν, ἅτινα ἐκβάλλειν δυνηθῶσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ ὑποκαπνίσματα ὑπέθεσαν. ἔτι δὲ καὶ πεσσοὺς, οἷς τὸ αἷμα ἐκβάλλειν δύνανται. ἀλλὰ καὶ βαρεῖς αὐτῷ τὸ θυλάκιον ἐνδεσμεύουσιν. ἅπερ ἡμεῖς πάντα [a] διεδοκιμάκαμεν. εἰ μέν τοι ζέσεις αὐτοῖς τοῖς μέρεσι ποιεῖν δύνανται, καὶ * περόντα ἄνευ ὑπερθέσεως τοῦ αἵματος ῥύσιν.

* παρέχουσι.

a reprobauimus ἀποδεδοκιμάκαμεν.

55. νε. Πῶς διάγειν δεῖ μετὰ τὸν τοκετὸν τὴν λεχοῦσαν;

Σπόγγῳ ἀπὸ τῶν τῶν τόπων ἐκμαχθέντων, ῥιφήτω ἐν τῇ κλίνῃ, ἐν σκοτεινῷ κοιτῶνι, ὀλίγον ἀνεῳγμένων τῶν ποδῶν, ὅπως εἴ τι δὴ ἂν ἐξ αὐτοῦ ἔξω ἐξελθεῖν ἄρξηται, μὴ ἐμποδισθῇ. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτοὶ οἱ τόποι πανίῳ σκεπασθήτωσαν, οὕτως ὅπως συνεχῶς ἐκεῖσε ἀλλαχθῇ. ἀλλὰ μὴν ἐρίοις καθαροῖς καὶ τὴν κτένα, καὶ αὐτὴν τὴν γαστέρα σκεπασθῆναι δεῖ. Καὶ εἰ μὲν ἄνευ τιναγμοῦ ὁ τόκος γέγονεν, ἐλαίῳ προσφάτῳ σὺν ὀλίγῳ οἴνῳ μεμιγμένῳ αὐτὰ τὰ μέρη ἐμβρέχειν. Εἰ δὲ κοπώδης ὁ τόκος προσῆλθεν, ἐλαίῳ γλυκεῖ καὶ θερμῷ ταῦτα πάντα ποιεῖν. ἔπειτα ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις αὐτὴν ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀπέχειν. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ διὰ τῶν θερμῶν ἐγκαθισμάτων καὶ ἐπαλοιφῆς θεραπεύειν. ἀλλὰ μὴν καὶ ὕδατι θερμῷ πυριάσεις τὸ πρόσωπον. ἁπλῆν δὲ τροφὴν, τουτέστιν ἄρτον καὶ ὕδωρ, ἢ προσφάγια καὶ ὠὰ ῥοφητὰ δώσειν: καὶ κελεύσεις αὐτὴν ἀνακεῖσθαι, καὶ ὕδωρ θερμὸν δοῦναι. Τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ μηδεμιᾶς συμβαινούσης αἰτίας, βαλανείῳ χρῆσθαι, καὶ ποικίλῃ τροφῇ, καὶ οἴνῳ ὀλίγῳ * ὑδαρεστέρῳ συγκεκραμένῳ.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 17.
* ὕδατι.

56. νς. Πῶς γινώσκομεν μετὰ τὸν τόκον ἱκανὴν τὴν κάθαρσιν συνδεδραμηκέναι;

Διότι [a] πρῶτον ἦν τὸ αἷμα (videtur addendum καθαρὸν καὶ πολὺ:) δεύτερον τρυγῶδες καὶ ἔλαττον ἔσχατως πυῶδες. ſic n. legit. l. interpres.

a eo quod primo ſanguis vberrimus fuit. ſecundò feculentus & paucus: nouiſſimè purulentus.

57. νζ. Εἰ δὲ ἐκ τῆς ὁρμῆς καὶ πάσης συνεχέστερον ἐν τῷ τόκῳ τὰ ª ῥήγματα συμβαίνουσι, πῶς ταύτας τί ποιεῖν ὀφείλομεν;

Μετά τινας ἡμέρας τοῦ τόκου κηρωτὰς ἐπιθήσαμεν, αἳ σκευάζονται κηρῷ καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ, λιθαργύρῳ καὶ ψιμμυθίῳ, καὶ συμπλείᾳ στρογγύλῃ: καὶ αὐτὴν φασκιοῦμεν.

a ruptiones ῥήγματα.

Harm.Gynæc. par.pr.cap.19.

58. νη. Τίς ἐστιν ἐπιμέλεια ἢ παρηγόρησις τῶν μαστῶν μετὰ τὸν τόκον τοῦ γάλακτος ἐπιρρέοντος σὺν πόνῳ καὶ βαρείᾳ ὀδύνῃ, ἀλλὰ μὴν καὶ ζέσει;

Ἐπιθεῖναι ὀφείλομεν πρῶτον τὰ μετρίως ἐπέχειν δυνάμενα, τουτέστι σπόγγους μαλακοὺς ἐν ὀξυκράτῳ βεβρεγμένους: ἢ ἄρτον ἐν ὀξυκράτῳ βεβρεγμένον, καὶ σὺν ταῖς παλάμαις ἀνατρίβειν.

59. νθ. Περὶ ἐπισχέσεως τοῦ γάλακτος;

* an ſtrychnũ.
Εἰ δὲ τὸ γάλα ἐπέχειν ἐθέλειν, βοτάνην, ψύλλιον καὶ κορίανδρον χλωρὸν, καὶ * σταφυλὴν ὀμφακώδη λελειωμένην, ῥάκεσιν ἢ κηρωτῇ προσμιγνύεις.

60. ξ. Περὶ ζέσεως τῶν μαστῶν;

Εἰ δὲ ζέσις ἐπαυξηθῇ τῶν μαστῶν, παρεκτέον ἐστὶ τὰ χαλᾶν αὐτοὺς δυνάμενα: πυρία δηλαδὴ ἐλαίου θερμοῦ, ἢ ὕδατος θερμοῦ, καὶ ª χυλῶν κατάπλασμα. ἀλλὰ μὴν καὶ ἔμπλαστρον ἐκ τῶν σπερμάτων, καὶ ἐν τῇ μειώσει κηρωτήν.

a ſuccorum cataplaſma: fortè diachylon.

61. ξα. Εἰ δὲ ἡ λεχὼ αὐτὴ θηλάσαι δυνηθῇ, τί ποιήσομεν;

Καθάπερ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, πάντων καλῶς χρῶ τῶν πραγμάτων.

62. ξβ. Εἰ δὲ ἄλλη θηλάσῃ, πῶς ἂν τῇ τεκούσῃ τὸ γάλα ἐπισχῶμεν;

Αἴθεν τοίνυν πυρίτην καλῶς λελειωμένον μίξωμεν κηρωτῇ, καὶ κατ᾽ ὀλίγον σφικτότερον τῇ χειρὶ
* φασκιοῦν. αὐτοὺς τοὺς μαστοὺς * φασκιοῦν ἀρχόμεθα. φεύγομεν δὲ ἐκεῖνα ἅπερ ἡ ἀρχαιότης ἐκτέθεικε: τουτέστιν ὑδράλμην, κύμινον, καὶ στροβίλους, καὶ συμπλείαν σχιστήν, καὶ κισσόν. ἅπερ πάντα τῇ ἰδίᾳ δριμύτητι τὴν ὁρμὴν τῆς ζέσεως διπλῆν ποιῆσαι δυνήσονται. τοῖς γὰρ χαλαστικοῖς πράγμασι τὸ οἴδημα τῶν μαστῶν καλῶς ª δέχεται.

a paſſiue pro tractatur.

63. ξγ. Ἐκ ποίων σημείων δοκιμάζομεν τὸ νήπιον ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς τὸ ἀνατραφῆναι;

Harm.Gynæc. par.pr. cap.20.
Ἐξ αὐτοῦ ὅτι ἐκείνη, ἥτις ἐκεῖνο ἐν τῇ γαστρὶ ἔσχε, πάντας τοὺς μῆνας γέγονεν ὑγιής: καὶ τῷ ζωτικῷ μηνὶ ἐστὶ γεγεννημένον: καὶ αὐτὸ τὸ νήπιον παντελῶς εἴη ὁλόκληρον, καὶ πάντας τοὺς πόρους καὶ τὰς ἐξόδους ἀνε-
* εὐθέως ὅτι ἐπιχθῇ μάλιστα, &c. ῳγμένους ἔχῃ, καὶ φωνὴν στερεὰν * εὐθέως ὅτι ἐκπέμψῃ, μάλιστα ἡνίκα προσνενυγμένον εἴη, ἢ μαλακῶς τοῖν δακτύλοιν θλιβὲν φωνὴν ἐκπέμψῃ. Ταῦτα πάντα τῆς ὁλοκλήρου αἰσθήσεως εἰσὶ μαρτύρια, καὶ πεπληρωμένῳ χρόνῳ γεννηθὲν τὸ νήπιον δεικνύει.

64. ξδ. Τίνι μηνὶ ζωτικὰ γεννῶνται;

Μάλιστα μὲν δεκαταῖα καὶ ἐνναταῖα. δευτέρᾳ δὲ τάξει ἑβδομαῖα. ὅθεν δυσχερῶς ἵνα ἐκφεύξαι εἰώθασι τὰ ἐν ἑβδόμῳ (ὀγδόῳ) μηνὶ γεννώμενα.

65. ξε. Πότε καὶ πῶς τὸν ὀμφαλὸν ἀποτέμνειν ὀφείλομεν;

Harm.Gynæc. par.pr cap.10.
Ἡνίκα βραχὺ τὸ νήπιον ἡσυχάσῃ ἐν τῇ γῇ, ἀπὸ τῆς γαστρὸς τεσσάρων δακτύλων μήκοθεν, σμίλῃ ἢ μα-
* φλοιῷ in datiuo. χαίρᾳ ὀξυτάτῃ τμητέον: μήτε ὑπερθέσθαι τῶν ἀρχαίων συναινεῖν, ἐν ξυλίνῳ, ἢ ὑελίνῳ ἢ καλάμῳ ὀξυτάτῳ, ἢ * φλοιῷ ἄρτου ἔτεμνον. Ἔπειτα ἡνίκα ἀποτέμῃς, τὸ αἷμα, ὅπερ ἐν αὐτῷ ἀπομένει, πηχθὲν ἀναξηρανθείς, καὶ ἐρίῳ κεκλωσμένῳ ἢ μίτῳ δῆσαι, μὴ τῇ ἐπακολούθῳ διαρροίᾳ τοῦ αἵματος τὸ νήπιον κινδυνεύσῃ. ἀλλὰ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ ἐγεννήθη ἐκ τῶν ἑκατέρων μερῶν δεσμευθήτω, καὶ οὕτως ἐν τῷ μέσῳ τμητέον: ª μή πως καὶ τὸ τεχθὲν τὴν ἀπόρροιαν τοῦ αἵματος οὐχ ὑποφέρῃ.

a ἡ τίκτουσα. ne & ipſa quæ parit fluxum ſanguinis patiatur.

66. ξς. Δι᾽ ἣν αἰτίαν τὸ νήπιον ἐπιπάσσεται ἢ λούεται;

Harm.Gynæc. par.pr.cap.20.
Οἱ μὲν ἀρχαῖοι οἴνῳ σὺν ὑδράλμῃ αὐτὸ ἀπέλουον. τινὲς δὲ κικίδιον ξηρίων, ἢ μύρτων ἐπέπασσον. ἡμεῖς δὲ ἐπιμελῶς ἁλὶ λελειωμένῳ καὶ ἀφρονίτρῳ ἐπιπάσσομεν. τὰ γὰρ προειρημένα εἴδη τῇ ἰδίᾳ ὀδμῇ αὐτὸ πατάσσει, καὶ μὴ δεῖ πολὺ σφιχθῆναι. τῇ γὰρ τοιαύτῃ συσφίγξει κακεκτεῖ.

67. ξζ. Πῶς τὰ ἐπιπασσόμενα τῷ νηπίῳ ἐπιπάσσομεν ἐπιμελῶς;

Εἰ δὲ πολὺ μαλακόν ἐστι τὸ νήπιον, προσμεμιγμένῳ ª μέλιτι, ἢ ἐλαίῳ, ἢ χυλῷ τήλεως, οὕτως αὐτὸ ἐπιπάσσειν ἢ ἐπιχρίειν καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα δεῖ, ὡς μήτε τῷ στόματι, μήτε τοῖς ὀφθαλμοῖς τι ἐξ αὐτῶν ἐμπίσῃ. ἐκ τούτου αὐτὸ ἀπολούειν, καὶ ὕδατι θερμῷ καταντλεῖν. δακτύλων δὲ ἐν τοῖν ῥισὶν ἢ τῷ στόματι ἐμβληθέντων, πάντα καθαρθῆναι (χρή.) καὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ νηπίου ἐπιχέειν. ἐκεῖθεν τὸν μικρὸν δάκτυλον εἰς τὴν ἕδραν τοῦ νηπίου ἐμβάλλειν, καὶ τὸν ῥύπον ἆραι δεῖ: καὶ τὸν ὀμφαλὸν ἐρίῳ δεδεμένον ἐν μέσῳ αὐτῷ ἀποτιθέναι, καὶ ῥάκος ἐλαίῳ ἐμβεβαμμένον περισκεπάζειν.

a ſale, non placet.

Harm.Gynæc. par.pr cap.21.

68. ξη. Πῶς τὸ νήπιον φασκιώσομεν;

* Ὑπὸ.
* Ἐπιτιθέντα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις μηροῖς ἐξ ἐρίου φασκίαν καθαρὰν καὶ πλατεῖαν, καὶ ἱκανῶς μακρὰν, εἰς τὰ ἕκαστα μέρη ἐνειλύειν, οὕτως ἵνα ἐκείνους τοὺς τόπους τοὺς ὄντας ἰσχνοὺς συσφίγξῃ, καὶ στερεώτερον χαυνότερον περιστελθῇ ἔπειτα ἐξελιγμένων τῶν χειρῶν ταῖς πλευραῖς, καὶ πόκους τοῦ ἐρίου ἐπιτιθέτωσαν, μή πως αὐτῇ

τῇ * στό-

τῇ * στάσει τῶν ὀστῶν θλασθῇ, πλατυτέραν φασκίαν ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ * φασκιόνῃ. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν κεφαλὴν ῥακκῇ ἐρίων καθαρωτάτῳ σκεπάζειν. * πίεσει. * φασκιῶσι.

69. ξθ. Ποῦ τὸ νήπιον κεῖσθαι δεῖ;

Ἐν τόπῳ δηλαδὴ μετρίως θερμῷ, οὕτως ὡς μηδὲν ἐκεῖ ὀσμῆς εἶναι, μήτε σφόδρα ἢ φωτεινός. ἡ δὲ στρωμνὴ τῆς κοίτης αὐτοῦ οὕτως ἔσω ἐστρωμένη, μαλακή, ἀλλὰ μὴ σφόδρα: ἵνα μὴ πολὺ κείμενον τὴν ῥάχιν τὸ νήπιον, ἢ τὸν τράχηλον διαστρέψῃ. οὕτως μετρίως μαλακῶς καθιδρυμένης καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ νήπιον κεῖσθαι δεῖ.

70. ο. Πότε τοῦ νηπίου τὴν τροφὴν δίδοσθαι δεῖ;

Ἡνίκα μετὰ τὴν πᾶσαν κίνησιν τὴν εἰς αὐτὸ γεγονυῖαν παρὰ τῆς διαθέσεως, τουτέστι μετὰ ὀκτὼ ἢ δέκα ὥραν. Harm.Gynæc. par.pr. cap.23.

71. οα. Ὁποίαν πρῶτον τροφὴν τὸ νήπιον λαμβάνειν ὀφείλει;

Τοιαύτην τροφὴν λαμβανέτω, δυναμένην καὶ τὸν στόμαχον αὐτοῦ καὶ τὴν γαστέρα καθᾶραι, καὶ αὐτὸ τρέφειν, τουτέστι * μέλι ὀλίγον καθεψημένον. εἰ γὰρ ὠμὸν εἴη, καὶ αὐστηρόν ἐστι καὶ φυσῶδες. εἰ δὲ πλέον εἴη ἑφθόν, ἐπέχει. * μέλι.

72. οβ. Πῶς τὸ μέλι δίδοσθαι τῷ νηπίῳ;

Τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ ἡ τροφὸς αὐτοῦ τὸ στόμα ἐπιχρίειν, ἢ μελίκρατον χλιαρὸν ἐπιστάζειν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ γάλα προσφέρειν ὀφείλει.

73. ογ. Εἰ τὸ μητρικὸν γάλα δοθῆναι δεῖ, ἢ ξένον, μετὰ τὸν τόκον τῷ νηπίῳ;

Τὸ μητρικὸν γάλα οὐκ ἐστὶν εὔχρηστον, ἀλλὰ τὸ ξένον. ἐπεὶ τὸ μητρικὸν ἐκ τοῦ κόπου τοῦ τόκου, καὶ τῆς καθάρσεως κακόν ἐστι, καὶ παχύ, καὶ ἄπεπτον.

74. οδ. Ποῖον δέ ἐστι τὸ καλὸν γάλα;

Δηλονότι τὸ μετρίως λευκόν, μήτε ὑποπέλιδνον, μήτε ὅμοιον γύψῳ, μήτε ὑποξῶδες: ἀλλὰ μετρίως τυρούμενον, ὅπως * βασανιζόμενον λεπτοτάτως κατὰ πλατυνθῇ, μήτε * ἐκχυθῇ. ἡ δὲ λοιπὴ διαφορὰ τῆς οὐσίας δηλαδὴ καὶ τοῦ χρώματος, καλὸν γάλα δείκνυσι. * ἐνσταξόμενον ὄνυχι. * ὑπερχυθῇ.

75. οε. Πότερον τὸ μητρικὸν γάλα καλὸν θρεπτικὸν τὸ νήπιον, ἢ τὸ τῆς τροφοῦ;

Φιλικώτερον μὲν παρὰ τῆς μητρὸς τραφῆναι δύναται, ὅπως μετὰ τὸν τόκον ὑγιὴς εἶναι δυνηθῇ ἄμεινον μὲν οὖν παρὰ τῆς τροφοῦ τρέφεται. ἡ γὰρ μία τροφὴ ἐπὶ ἱκανῶς τοῖς δυσὶ ζώειν ἐξυπηρετεῖται.

a mammæ.

76. ος. Ὁποία ἐστὶ τοίνυν ἡ ἐπιτήδειος τροφὸς πρὸς τὸ τρέφειν τὸ νήπιον;

Ἡ ἡβάσκουσα, [a] καὶ ἡ δίχως τετοκυῖα, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ ἰδίου σώματος καλὴ τὸ χρῶμα εἴη, καὶ τὸν θώρακα πλατὺν ἔχῃ. [b] τοὺς δὲ μαστοὺς σπιλώδεις, σμικρὸν ὀλίγον, καὶ μήτε πολὺ * μεγάλων κοιλότητα ἔχῃ, μήτε πάλιν ἀραιοὺς καὶ βραχεῖς. ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ συνετῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ διαθέσει φιλεῖν τὸν παῖδα δυνηθῇ: καὶ ἡ τις οὔποτ' ὀργίζεται, ἀλλ' εἰ καὶ δυνατόν ἐστιν Ἑλλην καὶ καθαρά. Harm.Gynæc. par.pr.cap.18. * μεγάλας κοιλότητας.

a Lat.text.non habet. b Aegineta l.2. Mammæ sint magnæ, papillæ neque coniunctæ, neque auersæ. μήτε μεμυκυῖαι, μήτε ἀπεστραμμέναι.

77. οζ. Ὁποίως διαιτηθῇ ἡ τροφός;

Κοινῶς, καθὼς πάντες οἱ ἄνθρωποι, ὅπως ὑγιεινὴ εἶναι δυνηθῇ. Γυμνάζεσθαι τοίνυν, τὸ σῶμα ἀνακτᾶν, καὶ τροφὴν ἱκανῶς λαμβάνειν (αὐτὴν δεῖ:) καὶ ἀεὶ τὴν μέθην καὶ τὴν ἀπεψίαν ἀποτρέπειν. καὶ πάσας μὲν τὰς διακινήσεις, ἰδικῶς τυχὸν (ἰδικῶς δὲ) τὰ ἀνώτερα μέρη, καὶ τὰς χεῖρας ὅτι μάλιστα γυμνάζειν, ὅπως πλέον τὸ γάλα καὶ πεπεμμένον τοῖς μαστοῖς ἐπιρρεύσῃ. καὶ εἰ γενέσθαι δυνατόν ἐστι, εἰς τὸν ἴδιον ἄνδρα καθόλου μὴ προσπελάσῃ, μήπως τῇ ἀφροδισίῳ χρήσει τὴν κάθαρσιν ἀναμνησθῇ, ἧς ἐπερχομένης τὸ γάλα ἐξαφανίζεται, καὶ ἀποσβέννυται. Ταῖς δὲ πρώταις ἡμέραις ἐὰν θηλάζειν ἄρχεται, ἁπλαῖ τροφαὶ λαμβανέτω, καὶ ὕδωρ πινέτω, μὴ στερεὸν τὸ γάλα τῷ ἀρτιγενεῖ νηπίῳ σὺν δυσχερείᾳ διὰ τοῦ στενοῦ λάρυγγος κατέλθῃ. καὶ καθάπερ τὸ βρέφος παρερχομένων τῶν ἡμερῶν καὶ μηνῶν στερεοῦται, οὕτως καὶ στερεὰν τροφὰν λαμβάνειν αὔξηται αὐτή. κονδῖτον πρῶτον πινέτω, καὶ τότε τοίνυν οἶνον προσμίξει, ὅτε πρῶτον ἤδη νήπιον ἄνευ βλάβης τούτων τὴν πέψιν ὑποφέρῃ.

78. οη. Πῶς λέγεις ἐν τῇ ἀρχῇ τὸ νήπιον ταράττεται;

Δηλαδὴ ἐὰν ἡ τροφὸς αὐτοῦ οἶνον πλέον πίνει, ἡνίκα ὅλους τοὺς μῆνας τὴν ἰδίαν μητέρα πίνουσαν οὐκ ἦν καλὸν ληφθέν. Καὶ γὰρ ἡνίκα ἐν τῇ γαστρὶ ἔμεινε, πρὸς τὴν προσφερομένην πέψιν ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὰς ὑπὸ χρείας ἐσκόπα, καὶ οὕτως αὐτῷ πεπεμμένον τὸ γαλακτῶδες εἰσέβαλλε. νυνὶ δὲ ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας κεχώρισται τὸ νήπιον, μὴ ἰσχύον πρὸς τὰς προσφορὰς τὰς δυσχερεστάτως πεπτομένας. Καθάπερ γὰρ καὶ * τὸ μῆλον, ἕως οὗ ἐν τῇ μητρὶ τοῦ δένδρου εἶναι δυνηθῇ, τὰς συμβαινούσας ὑφίσταται ζάλας. ἡνίκα δὲ κεχωρισμένον εἴη ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας μόνον εἴη τεθειμένον, πρόδηλον ὅτι ὀλίγου αἰτίου πνέοντος ἐνοχλεῖται καὶ κατακλεῖ. * ὅμοιον.

97. οθ. Ποῖα εἰσὶ τὰ γυμνάσια τὰ γενέσθαι δυνάμενα τοῦ παιδίου;

Ἡ (καθ' αὐτὸν εἰ) ἐν τῷ ὅλμῳ τρίψας γενέσθω, ἢ σὺν ἄλλοις τὴν χεῖρα βάλλοι * ἀλειφὴν καὶ ἄλευρον ποιεῖν, κλίνην στρῶσαι, καὶ ὕδωρ βαστάσαι. * forte ἄλφιτον,

80. π. Τί πρακτέον εἰ τῆς τροφοῦ τὸ γάλα ἐκλείπει;

Ἑτέρας τροφοῦ γάλα λαμβανέτω, ἢ ἐὰν οὐκ εἴη ἄλλη, αὐτὴ τῆς θηλαζούσης τῇ ἁρμονίᾳ συνδεδέσθω.

81. πα. Τί δὴ ποιήσουσιν ἐπειδὰν εἰς τὸ γάλα ἐξαφανίζεται;

* λείπει.

82. πβ. Τίνα παρέχουσιν οἱ ἀρχαῖοι, ἵνα τὸ γάλα μὴ ἐνοχλήσῃ ταῖς τρεφούσαις;

* χαλᾶσαι. [a] Κελεύουσι τοὺς μαστοὺς πάντων τῶν ζώων ἐσθίειν, τῶν τετοκότων τῶν νεῶν κεκαυμένων, ἢ * τῶν νυκτερίδων τὴν τέφραν σὺν οἴνῳ πίνειν διδόασιν, ἢ σὺν ὕδατι λελυμένην τοὺς μαστοὺς αὐτῶν ἐπιχρίουσιν. ἅπερ ἡμεῖς πάντα ἀποδοκιμάζομεν. εἰ μέν τοι τῇ ἀκεραιότητι ταύτῃ ἐξαφανίζεται ὁ στόμαχος, καὶ τὰς τροφὰς διαφθείρειν ἄρχεται. ἔπειτα ἔλαττον τρέφοντα τὸ σῶμα πλείστον τὸ γάλα ποιοῦσι. (Melius forte, ἔλαττον τρεφόμενον τὸ σῶμα πλεῖστον τὸ γάλα ποιεῖ. ſed ſenſus idem eſt.)

Nihil tale de veſpertilione vel ex eo remedijs, ab alio quoquam traditũ reperio.

[a] Lat. tex. addit: Si lapſum eſt, cibis & potionibus competentibus confortetur.

Nota. Sauonarola tamen, ne maiores, quàm decorum ſit, mamillæ fiant excreſcantur: vtitur inunctione ex oleo veſpertilionum Tract. 6. ſuæ pract. cap. 12. Rubr. 6.

83. πγ. Τί ποιητέον ἐκείναις αἳ ὑπὲρ τὸ καθῆκον τὸ γάλα, ἢ πυκνὸν αὐτὸ ἔχουσιν;

Ἰσχυροτάτοις γυμνασίοις καὶ καμάτῳ [a] χρῆσθαι ὀφείλουσιν, ἵνα τὴν πλεονεξίαν τοῦ γάλακτος μειώσωσιν. Εἰ δὲ πυκνόν ἐστι σφόδρα, τροφὰς λαμβανέτωσαν, αἵ τινες ὀλίγον τρέφειν δύνανται, οὕτως ὅπως ξηραὶ μὴ ὦσιν. ὕδωρ τοίνυν πινέτωσαν, καὶ καθ' ἡμέραν τῷ βαλανείῳ χρήσθωσαν.

[a] interpres addit, & ſtypticis rebus, cibum digeſtibilem.

84. πδ. Διὰ τὴν αἰτίαν ταῖς δερμαίναις καὶ ἁλυκαῖς τροφὰς τὴν τροφὸν λαμβάνειν οὐκ ἔστι δεῖ;

* * Λείπει.

85. πε. Πῶς τοίνυν διαιτητέα ἐστὶν ἥτις τὸ γάλα ἐφθαρμένον ἔχει;

Καλοῦ χυλοῦ (καὶ εὐπέπτους) τροφὰς λαμβανέτω. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ ὑποχόνδρια ἐπισκεψάτω, μὴ ἴσως οὐ πέπτουσιν. ἢ τῷ ἀνδρὶ χρήσθωσαν (lege, καὶ τῷ ἀνδρὶ μὴ χρήσθωσαν.) * ἢ πόματά τινα λαμβανέτωσαν, δι' ὧν ἐπανορθωτικαὶ ὦσιν, ὅπως τοίνυν καὶ τὸ γάλα καλὸν εἶναι ἄρξηται. * καί.

86. πς. Πῶς ἀνορθώσομεν τὰς τὸ γάλα ὑδαρὲς ἐχούσας;

* σπανίως. * Ἀραιῶς μὲν λουέσθωσαν, καὶ οἶνον πινέτωσαν. συνεχῶς τροφὴν λαμβανέτωσαν, ἀλλὰ μὴν καὶ πολὺ στερεὰν καὶ τρεφουσαν. καθάπερ εἰσὶ τὰ σκληρὰ προσφάγια. ὠὰ τοίνυν ἑψητὰ ἢ τηγανιστά, (καὶ κρέα) χοίρεια καὶ αἴγεια χρήσθωσαν.

87. πζ. Ποσάκις τὸ νήπιον ἐν ἡμέρᾳ λουτέον;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 20. Ἅπαξ μὲν λουτέον: καὶ εἰ ἀνάγκη τις συμβαίνη, καὶ δὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ λουτέον. τὸ γὰρ συνεχὲς βαλανεῖον, τακερὸν τὸ σῶμα ἀποτελεῖ.

88. πη. Ἐν ποίῳ τόπῳ λουτέον τὸ νήπιον;

Ἐν σκοτεινῷ καὶ εὐκράτως θερμῷ λουτέον τὸ νήπιον, καὶ οὐκ ἐν ψυχρῷ ἢ ἱκανῶς θερμῷ.

89. πθ. Πῶς [a] φασκιωτέον τὸ νήπιον (μετὰ τὸ βαλανεῖον;)

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 21. Καθέζειν ὀφείλει ἡ μαῖα, καὶ τῶν γονάτων ἐζευγμένων ἐν τοῖς ἰδίοις μηροῖν βεβλημένῳ ῥάκει τὸ νήπιον λαμβάνειν. καὶ ἀφαιρεθέντων τῶν φασκιῶν ἐλαίῳ χλιαρῷ ἀλείφειν. καὶ ἐν λεκάνῃ μεγάλῃ ὕδωρ θερμὸν καὶ διαυγὲς καὶ ἄνευ ὀδμῆς βληθὲν συγκεράσαι. κἀκεῖθεν τῇ ἰδίᾳ ἀριστερᾷ χειρὶ ὑπὸ τὴν δεξιὰν μασχάλην τὸ νήπιον κρατεῖν οὕτως, ἵνα ὁ θώραξ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἀγκῶνα αὐτῆς κεῖσεται. ἔπειτα ἐν τῷ ὕδατι * καπνῶντα ὁμαλῶς, πυριάζειν πρῶτον τὸ νῶτον: ἔπειτα ὕπτιον ἀνεστραμμένον καὶ πάντα τὰ μέρη καταπλεῖν, ἵνα τοὺς πάντας ῥύπους τοὺς ἐν τῷ τραχήλῳ ὄντας καὶ τῇ μασχάλῃ ἐπιμελῶς ἀπομαχθῶσι, καὶ τοῦ δακτύλου ἐμβληθέντος ἐν τῷ στόματι τοῦ νηπίου τοὺς σιέλους αὐτοῦ ἀπομάττειν, καὶ λείως τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ ὅλα ἀνατρίβειν. ἔπειτα πραείᾳ τῇ χειρὶ ἐπὶ τὴν κύστιν ἀποθλίβειν, πῶς ἀναμνησθῇ τὴν ὑπηρεσίαν. Ἀλλ' ἡνίκα ἴδῃ τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἴσον θερμανθέν, ἱκανῶς ἀπολοῦσαι, καὶ ἀνακουφήσαι, καὶ ἐν χλιαρῷ ὕδατι πάλιν αὐτὸ καθιέναι, ὅπως τὴν χρῆσιν τοῦ ψυχροῦ ἐθίζειν τὸ νήπιον δυνηθείη. * καθιστᾶσαν.

[a] melius interpres: Quomodo diſponendum eſt lauacrum?

90. ϙ. Διὰ τὴν αἰτίαν μετὰ τὸ βαλανεῖον τὸ νήπιον τῶν πλημμελῶς ἀνορθωμένων τὴν κεφαλὴν κάτω κρεμνᾶται;

* forte, καὶ τὰ βάθη. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο, ἵνα αὐτῷ * τὰ βάθη αἱ (καὶ) πάσαι ζεύξεις ἐκτανθῶσι. τὸν ῥάχεως τοίνυν τόπον δῆλον ἀναληφθέντα, καὶ ἐυρυχωρίᾳ ἐν χειροτάτῃ περιπλέκοντο) καὶ μήτι τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐμπλέξαι δυνηθῇ.

91. ϙα. Ὁποίως τὰ νήπια ἀλείφειν χρή;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 20. * forte ὅτι. Πρῶτον μὲν εἰς τοὺς ὀδόντας τιθεμένους. ἔπειτα τοίνυν ὑπτίους, τοῖς ἰδίοις μηροῖς πλῶτον ὑποτιθέντος ῥάκη, οὕτως ἐνίοτε * ὅστις ἐπαλείψει ὅλον καὶ ἐκτεῖναι, ἀλλὰ μὴν καὶ κατακάμπτειν. ὁμοίως τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἕκαστα μέρη οὕτω σχηματίσαι, ἵνα ἅπερ συγκεχυλωμένα εἶναι ὀφείλωσιν, ἀποθλίβειν, καὶ τὰ ἴσχνα δὲ ὄντα συνεπέχειν, τὰ ἐξέχοντα κατενεγκεῖν. Τοὺς ὀφθαλμοὺς τοίνυν αὐτοὺς τοῖς ἰδίοις δακτύλοις ὁμαλῶς ἀνατρίβειν. Τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ στρογγύλην ποιῆσαι. τὰ δὲ καυκαλοειδῆ τοίνυν τῶν γονάτων ὀστᾶ κινεῖν. ἔπειτα ὅλον τὸ σῶμα συνεκτεῖναι καὶ καθιέναι. καὶ ὅλα τὰ μέρη τῆς ἰδίας ὑπηρεσίας ἀναγκάζειν.

92. ϙβ. Διὰ τὴν αἰτίαν οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ νηπίου ἐν αὐτῷ ἐμβρέχονται;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 20. Διὰ τοῦτο, ἵνα οἱ χιτῶνες οἱ στερεοὶ ὄντες μαλαχθῶσι καὶ ἀπομαχθῶσιν, ὅπως ὁλόκληρον τὸ ὀπτικὸν ἔχειν δυνηθῶσι.

93. ϙγ. Διὰ τὴν αἰτίαν κελεύεται τοῦ νηπίου μετὰ τὸ βαλανεῖον τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας ἀναξηραίνειν;

* καταψυχθῶσι. Μὴ τυχὸν ἐναπομείνῃ χυμὸς εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ: καὶ ἰσχνὸν ἔτι τὸ νήπιον οἱ πόροι * καταψυχρανθῶσι, καὶ καχεκτήσωσι.

94. ϛδ. Μεθ' ὁπόσον ἀπὸ τοῦ βαλανείου πρὸς τὸν μαστὸν προσπελαστέον τὸ νήπιον;

[a] Μετ' ὀλίγον δὲ ἡ πᾶσα ταραχὴ τοῦ βαλανείου παυθήσεται. ὅτι δὲ πρότερον λάβῃ, διαφθείρεται, καὶ οὐ τρέφει. ἐὰν γὰρ ἡ αὐτὴ τροφὸς ἐὰν οὐ πέψῃ τὸ βαλανεῖον, καὶ οὕτως τὸ γάλα διδῶται, κακέκτισται τὸ νήπιον. ἄμεινον τοίνυν ἐστὶν εἰ βαλανεῖον πέψῃ, καὶ ἀνάξηραι θέντων πρότερον τῶν μαστῶν, οὕτως τὸ νήπιον πλησιασθῇ. Harm. Gynæc. par. pr. cap. 23.

[a] post modicum autem donec omnis turbo. Malim, paulò post, quam omnis turbatio lauacri, &c.

95. ϛε. Πῶς τοίνυν τὸν μαστὸν παραδοῦναι ὀφείλει;

Ταῖς χερσὶ λαμβάνειν τὸ νήπιον, καὶ εἰς οἱονδήποτε τοῦ πλάγιον ἐπιτιθῆναι (δεῖ:) καὶ πρὸς τοὺς ἑκατέρους μαστοὺς ἀναστρέφειν: ἵνα πῶς τὴν δεξιὰν χεῖρα πρὸς τὴν ἀριστερὰν τὸ νήπιον ἐλευθέραν σχῇ, καὶ ἐκ τῶν ἀμφοτέρων μαστῶν λαμβανέτω. ἔπειτα τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπιτιθέντων * ῥόγα κρατείτω, καὶ ὡσανεὶ λαθραίως ἀποθλίψῃ, μὴ σὺν καμάτῳ τὸ νήπιον * ὠφελῇ ἄρξασθαι. * ῥῶγα. * fortè ὀφέλῃ.

96. ϛϛ. Ἀπὸ τοῦ ὕπνου τὴν τροφὸν τί ποιεῖν δεῖ;

Περιπατεῖν δεῖ αὐτὴν ὀλίγον. τοὺς μαστοὺς τοίνυν ἀνατρίβειν, ὅπως τὸ γάλα ὅπερ ὁ ὕπνος ἐπέσχε, διαλυθῇ: καὶ οὕτως τὸ νήπιον πλησιάζειν. Harm. Gynæc. par. pr. cap. 18.

97. ϛζ. Ποσάκις (τῆς ἡμέρας) τὸ νήπιον θηλάσαι ὀφείλει;

Συνεχέστερον μὲν, ἐπειδὴ ἅπαξ ὅπερ αὐτῷ ἀρκέσει λαβεῖν οὐ δύναται. Κοπιᾷ γὰρ συνεχέστερον θηλάζων, καὶ ἐκ τοῦ καλοῦ γάλακτος ταχέως ἐμπιπλᾶται. ὡρισμένος ἐστὶν ὁ τρόπος. ἀλλ' ἡνίκα * εἴδει πάντως θέλει αὐτὸ λαμβάνειν, οὕτως ἵνα πρὸ τοῦ βαλανείου, ἢ εἰς αὐτὸ τὸ βαλανεῖον οὔποτε λάβοι τὸν μαστόν. Harm. Gynæc. par. pr. cap. 23. * ἴδῃ.

98. ϛη. Τί ὑπομένει τὰ νήπια. ἃ πρὸ τοῦ βαλανείου, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ τὸν μαστὸν λαμβάνουσι;

Δεῖ (συμβαίνει) αὐτὰ πολλοῖς καὶ ποικίλοις νοσήμασι κατέχεσθαι.

99. ϛθ. Ποίοις σημείοις νοοῦμεν τὸ νήπιον τὴν τροφὴν λαμβάνειν ὀφείλειν;

Τηνικαῦτα μὲν, ἡνίκα τὰ ὑποχόνδρια αὐτοῦ κοῖλα ὦσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ ποσοῦτος καιρὸς παρῆλθεν, ὡς καὶ τὴν τροφὴν λαμβάνειν ἠδυνήθη. τὸ στόμα τοίνυν ἀνοίξει, καὶ τὰ χείλη συνεχῶς κινήσει. καὶ ἡνίκα διακινῆς τὸ δάκτυλον εἰς τὰ χείλη αὐτῇ πλησιάσουσι, καὶ αὐτὸ θηλάσεις τινὶ κλαυθμυρισμῷ. (Fortè, καὶ ἡνίκα διακινῇς τὸν δάκτυλον εἰς τὰ χείλη αὐτοῦ, πλησιάσει αὐτὰ καὶ θηλάσει σύν τινι κλαυθμυρισμῷ.)

100. ρ. Πῶς δὲ γνώσομεν ἐφ' οἷς αἰτίαις κλαυθμυρίζει τὸ νήπιον, (ἄλλως) ἢ διὰ τὰς τροφάς;

Τὴν φασκίαν κυρίως ἐπισκοποῦμεν μὴ ἐσφιγμένη (εἴη) ἢ μὴ * κειμένον τὸν πόδα ἢ τὴν χεῖρα διαστρέψῃ: ἢ ἔκ τινος νενυγμένον εἴη: ἢ τῇ περιουσίᾳ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ γάλακτος κλαυθμυρίζει. ἐπισκοπεῖν δὲ μὴ τοῖς πολλοῖς σκεπάσμασι βεβαρημένον εἴη, ἢ μὴ ὀλίγον αὐτὸ ἐσκέπασαν: ἢ σφοδρῷ ἡλίῳ διακαιόμενον. Εἰ γὰρ ἔκ τινος νενυγμένον εἴη, ἐξαπίνης κλαυθμυρίζειν ἄρξηται. Τὰ σκεπάσματα δὲ τοίνυν πλεῖστα ἢ ὀλίγα ἐκ τῆς θεωρίας δοκιμάζονται, καὶ τῆς ἁφῆς. ἢ γὰρ ψυχρὸν (τὸ τοῦ νηπίου σῶμα) εἶναι ὀφείλει, ἢ πολυθερμόν. εἰ δὲ περιουσίᾳ τῆς τροφῆς θλίβεται ἢ τοῦ γάλακτος, ὧδε κἀκεῖσε αὐτὸ ῥίπτει καὶ πεπλησμένα τὰ περικάρδια ἔχει. εἰ δὲ ἐκαυματώθη * ἐξ αὐτοῦ. σὺν τῷ ἄσθματι ἐρυθραίνεται. εἰ δὲ συντείνει, ἀνωμαλία ἐστὶ, καὶ γάλα λαβεῖν οὐ δυνήσεται, καὶ ἰσχνότερον ἀποτελεσθήσεται. ἐκ τῶν προκειμένων τοίνυν σημείων τὰ αἴτια αὐτοῦ φανεροῦνται. καὶ ἰαθῆναι δύναται. * τὸ νήπιον. * ἐκ τοῦ ἡλίου.

101. ρα. Τί ποιήσομεν εἰ μετὰ τὸ γάλα πιεῖν συνεχέστερον κλαυθμυρίζει;

Παραδοτέον ἐστὶ τῇ τροφῷ, ἤ τις αὐτὸ τῶν μειζόνων ψόφων ἢ ἤχων τινὶ καὶ κολακείᾳ πραΰνει: καὶ οὐδέποτε αὐτὸ τινὶ αἰτίᾳ πλήσει. * πρὸς γὰρ πάντας τοὺς κλαυθμοὺς αὐτοῦ γάλα αὐτῷ διδόναι ὀφείλομεν, οὐκ ἀεὶ, οὔτ' εὐθέως, ἀλλά τινα βραδυτῆτα ποιεῖν: εἰ μέντοι πρὸς τὴν τροφὸν τούτῳ κλαυθμυρισμῷ γυμνασθῶσι καὶ [a] ἐπικλύζουσι, καὶ αὕτη ἡ ἔφοδος, αὐτὸς ὁ πόρος [b] (καὶ τοῦτο τὸ ἐφόδιον) ὁ τὸ γάλα δεχόμενον εὐρυχωρότερος γίγνεται. (Fortè, αὕτη ἡ ἔφοδος ἵνα ὁ πόρος ὁ τὸ γάλα δεχόμενος εὐρυχωρότερος γένηται. * Πρὸς δὲ.

[a] puer quo diutius expectarit, eò auidius poſtea & maiore impetu ſuget, vnde meatus papillæ fiet amplior.
[b] parentheſis videtur abundare, & ex diuerſa lectione fortè in textum irrepſiſſe.

102. ρβ. Ποῦ καὶ πῶς ἀποκείμενον τὸ νήπιον, τοῦ θηλάζειν ἕνεκα;

Ἐν τῷ σπαργάνῳ * τροφῷ ἐστρωμένον, ἢ εἰς τὸν κράβαττον, ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐσκεπασμένον, ἵνα μήτε τῇ σφοδρότητι τοῦ φωτὸς, μήτε τοῦ ἀέρος βλαβήσεται, ἢ στρέψῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἴ τινες ἐπιμαλακοί εἰσι. * τροφῷ, fortè abundat.

103. ργ. Ὀπίσω φασκιώσομεν τὸ νήπιον;

Πρὸ τῆς τροφῆς, οὕτως ὡς οὐδέποτε μετὰ τροφὴν λαμβανομένην * συμφαρήσεται ἡ μέση. * fortè συμφορήσεται ἡ μέση.

104. ρδ. Πῶς καὶ δι' ἣν αἰτίαν βαστακτέον τὸ νήπιον;

Ἡ [a] κοῦνα κρεμαστὴ εἴη οὕτως, ὡς ἐπιπλέον κοῦφως κινεῖν ἄρξηται. ἢ δῆλον μονόκυλον δύο ἀσκύλτων ποδῶν ἐστηριγμένων ὧδε κἀκεῖσε διασείειν. ἡνίκα γὰρ ἐν ταῖς κούναις εἶναι ἄρξηται, τῶν χειρῶν τῆς τροφοῦ κατεχόμενον, ὡς περιπατεῖν μάθῃ. μετὰ δὲ ἐνιαυτὸν καὶ δίφρῳ καὶ ὀχήματι καλῶς βαστάζεται.

[a] cunæ vel penſiles ſint: vel pedibus ſpondiſve ſuis infra ſupraque ita fabricatis, vt facillimè in vtrunque latus moueantur.

105. ρε. Μετὰ πόσας ἡμέρας ὁ τοῦ νηπίου ὀμφαλὸς πίπτειν ἄρχεται;

Μετὰ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας, ἕως δι' οὗ διαμένει τῷ ξηρίῳ τοῦ κεκαυμένου μολίβδου καλῶς θεραπεύεται.

106. ρϛ. Πῶς μετὰ ἀσφαλείας τὸν ὀμφαλὸν σχηματίσομεν;

Βοῦλλαν μολιβδίνην πρὸς ὁμοίωσιν ᵃ μηλιαρισίου ποιοῦντες ἐπιτίθεμεν, ἕως δυνηθῇ αὐτὸν τῷ ἰδίῳ βάρει ᵇ κατάκυκλον ποιεῖν.

a μιλιαρίου. denarij. b κατάκοιλον, concauum.

107. ρζ. Πόσῳ χρόνῳ φασκιωτέον τὸ νήπιον;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 21. — * θᾶττον.

Παρὰ μέν τισιν ἐπὶ ἡμέρας μ. παρ' ἄλλοις δὲ ἐπὶ ἡμέρας ξ. παρ' ἡμῖν δὲ ἕως οὗ τῷ ὁλοκλήρῳ ἰδίῳ σώματι τὸ νήπιον ἐμπηχθῇ καὶ στερεωθῇ. ὅπερ * συνεχέστερον συμβαίνειν εἴωθε τοῖς καλῷ χρώματι οὖσι γεγεννημένοις: καὶ βραδύτερον τοῖς ἐπ' ἀρρωστίᾳ. (οὐχ) ὁμοῦ (δὲ) πάσας τὰς φασκίας λύομεν, ἀλλὰ μερικῶς κατ' ὀλίγον. εἰ γὰρ καὶ ὁμοῦ τὸ πᾶν σῶμα γυμνώσομεν, τῇ κενότητι πταίσει καὶ καχεκτεῖ.

108. ρη. Ποῖα μέρη πρῶτον λύομεν τοῦ νηπίου;

Τὰς χεῖρας. ἀλλὰ μὴν καὶ παρερχομένων τινῶν ἡμερῶν καὶ τοὺς πόδας. καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν χειρῶν πρῶτον τὴν δεξιὰν ἐκβάλλομεν, ἵνα μετὰ τὸ λυθῆναι τῇ ἰδίᾳ κινήσει γυμνασθήτω. καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐκβαλοῦμεν.

* λύεσθαι.

109. ρθ. Πότε πρῶτον ἐν τῷ βαλανείῳ τὸ νήπιον * λύεσθαι ὀφείλει;

Ἡνίκα μετὰ τὴν λύσιν πασῶν τῶν φασκιῶν μᾶλλον στερεωθῇ ἡ διάθεσις.

110. ρι. Ὁπότε καὶ ὅπως πρὸς τὸ καθίσαι ὀρθῶς καθιδρυμένον ἐστὶ τὸ βρέφος;

* καθ' ἑαυτό. * τὸ πρῶτον.

Ἡνίκα περιπατήσει καὶ πρὸς τὸ καθέζεσθαι * ἑαυτὸ συνεχέστερον ἐξανιστᾷ οὕτως ὡς πέριξ στρωμναῖς αὐτὸ κατασκεπάσῃς καὶ ἐνειλίσσῃς, ὅπως διακρατεῖν ἑαυτὸ δυνηθῇ, οὕτως ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ * πρότερον καθίσῃ.

111. ρια. Πῶς διδακτέον τὸ βρέφος περιπατεῖν;

Μεταξὺ τῶν ᵃ τεσσάρων *, ἀπορριφθέντων ἐνώπιον αὐτοῦ τινῶν πραγμάτων, εἰς ἃ ἐπελθεῖν ἐπιθυμήσει, καὶ γυμνασθήτω.

a forte addendum μηνῶν.

112. ριβ. Πῶς πρὸς τὸ περιπατεῖν διδακτέον τὸ νήπιον;

* ἐντιθέσθω.

Ἡνίκα ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν πληρώσει, ὅπως τότε στῆναι δυνηθῇ, ἀνορθωτέον πρῶτον εἰς τὸ τεῖχος, ἢ ἐν δίφρῳ ἐν ᾧ πόδας τροχοὺς ἔχῃ, ἢ * τιθέσθω ἵνα τῷ ὀλισθήματι αὐτοῦ ἐθίσει βήματα ποιεῖν καὶ περιπατεῖν.

113. ριγ. Πότε τὸ βρέφος ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐξαγαγεῖν ὀφείλομεν;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 22.

Μετὰ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, ἢ πληρωθέντων τῶν δύο ἐνιαυτῶν, (ὅτε) τοῖς ὀδοῦσιν ἤδη περισσότερον στερεοῖς ἐστιν, οἵτινες δυνήσονται ὅλην τὴν στερεὰν τροφὴν (οὐ μόνον) διαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπιμελῶς αὐτὴν κατεσθίειν.

114. ριδ. Ὁποίᾳ διδαχῇ τὸ βρέφος ἀπὸ τοῦ γάλακτος χωρίζομεν;

* πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν.

Πρὸ * ὀλίγας ἡμέρας ἀρξαμένους κατ' ὀλίγον τὰς τροφὰς προστιθέναι, καὶ ἀραιῶς πρὸς τὸν μαστὸν πλησιάζειν (δεῖ,) καὶ οὕτως διόλου ἐσχάτως τὸ γάλα ἀπαρνήσασθαι. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ τὰ ὄντα πικρὰ τοῖς μαστοῖς ἐπιχρίειν εἰώθασιν, ἡμῖν οὐκ ἀρέσκουσι.

115. ριε. Ποίαν πρῶτον τροφὴν τῷ βρέφει διδόναι ὀφείλομεν;

Ψυχίας εἰς μελίκρατον ἢ εἰς κονδῖτον, ἢ ἐν γάλακτι βεβρεγμένας, ἢ χυλὸν χόνδρου, ἢ προσφάγια πυροῦ.

116. ριϛ. Ποῖον δὲ πόμα δώσομεν;

Ἐνίοτε οἶνον, ὕδωρ πολλάκις, εἰς ἀγγεῖον ὑέλινον εἰς ὁμοιότητα ᵃ ῥογὸς πεπλασμένον καὶ τετρημένον, ὅπερ οἱ ἀγροικοὶ ᵇ σταφυλίδα προσαγορεύουσιν, ἢ πελζυνάριον.

a papillæ, Lat. text. ῥαγός, id est, acini. vnde & σταφυλίδα vocant. nostri ein mammele, quasi mammulam. sed melius hic papillam interpretatus, vt & in vltimo capite. b Lat. text. vt alida.

117. ριζ. Πότε τὸ νήπιον ἄρχεται ὀδοντοφυεῖν;

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 24.

Πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς φύειν ἄρχονται (οἱ ὀδόντες:) ἀλλ' οὐ πᾶσιν ἐπίσης.

118. ριη. Ποῖά ἐστι σημεῖα ὅτε τὸ νήπιον ὀδοντοφυεῖν ἄρχεται;

Εἰς τὰ οὖλα αὐτοῦ κνησμονὴ ἔσται, ζέσις δὲ ἐκ τῶν σιαγόνων, καὶ ἐν τῷ τραχήλῳ τῶν νεύρων ὀδύνη: ὅθεν συνεχέστερον αἱματώδης χυμὸς διὰ τοῦ στόματος ἢ ἐκ τῶν ὤτων ἐξελθεῖν εἴωθε.

119. ριθ. Ποίοις πράγμασι χρηστέον, ἵνα μετ' (?) ὀδύνης καὶ στρόφου τοὺς ὀδόντας ἐκβάλλωσι τὰ νήπια;

Ἀπὸ τοῦ πέμπτου μηνὸς (μετ') ἐλαίου γλυκέως. καὶ στέατος προσφάτου ἀλεκτορίδος, (καὶ ἐγκεφάλου) τῶν λαγωῶν τὰ οὖλα αὐτῶν συνεχέστερον ἀνατρίβειν. ὑστάτως δὲ μετρίως ἀφεψημένῳ μέλιτι ἐπιχρίσαις. Ἡνίκα δὲ ἡ ζέσις δεινή, πυρίαις καὶ καταπλάσμασι χράσθω, οὕτως ἵνα ἡ τροφὸς αὐτοῦ οἶνον μὴ πινέτω, καὶ τροφὴν ὀλίγην λαμβανέτω.

120. ρκ. Πρὸς ζέσιν τῶν φαρύγγων τῶν νηπίων ποίοις πράγμασι χρώμεθα;

* forte, μέλιτι ἀφεψημένῳ καλῶς.

Δηλαδὴ πᾶσι τοῖς χαλᾶν δυναμένοις: ἅπερ εἰσί, μέλι ὀλίγον ἀφεψημένον, μελίκρατον, καὶ χυλὸς πτισάνης, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ᵃ ἅπερ μὲν τοῦ στόματος καὶ τῆς γλώσσης ἑλκώδεις κουφότατά ἐστιν. ὅμως συνεχέστερον * μέλιτος ἅπαξ ἔξω καλῶς ἐπιχρισθῇ, σὺν τῇ καλιᾷ τῶν χελιδόνων λελειωμένῃ, καὶ ὀλίγου ἑψήματος μεμιγμένου, καὶ εἰσάγεται τοῖς φάρυγξι. Εἰ δὲ ἐπαυξήσει σὺν ξηρότητι, καταπλάσματι χρώμεθα. Εἰ δὲ σὺν πλεονεξίᾳ τῶν χυμῶν αὐξήσῃ, ἐκείνοις τοῖς πράγμασι χρώμεθα τοῖς δυναμένοις ἐπέχειν: τουτέστι λέπτα ῥοῶν, καὶ φακὰς λελειωμένας σὺν μέλιτι ἐπιτίθεμεν. Τὰ δὲ ἔνδον ὄντα ἕλκη διὰ

τῆς αὐ-

τῆς αὐθημερὰς θεραπεύομεν, ἢ αὖθις ῥόδου * ποσοῦτον μόνον, ἢ μετὰ * κυπέρεως χρώμεθα. καθάπερ γε εἰς τινα τῶν ῥευμάτων ἤδη τεθείκαμεν. καὶ τῷ διὰ μόρων, καὶ τῷ διὰ κωδίων, καὶ χυλῷ τοίνυν ἀρνογλώσσου σὺν μέλιτι ἀφεψημένῳ. * τοῦ αὐτό. * κυπέρεως, vel κόπρου.

a ſequentia huius capitis, Latina tranſlatio non habet.

121. ρκα. Πρὸς κατασμηχθῆναι ἐξανθήματα καὶ φλυκτίδας τοῦ νηπίου τί δεῖ ποιεῖν;

Πυρίας ὕδατος θερμοῦ, καὶ ἐπαλοιφὰς ἐλαίου ἔνθα ὀλίγος κηρὸς λελυμένος ἐστὶ (ποιεῖν χρή.) Εἰ δὲ ἐξανθήματα (καὶ) φλυκτίδες σὺν ὑγροῖς ἕλκεσιν ἐξέλθοιεν, χρώμεθα ἐκείνοις τοῖς ἐπέχειν καὶ ἀναξηραίνειν δυναμένοις. μετὰ δὲ τὸ βαλανεῖον περιχέοντες ὕδωρ θερμὸν, ἐν ᾧ εἰσὶν ἀφεψημένα ῥόδα, σχῖνος, ἀγριοσυκάμινα, μύρτα, καὶ ῥοᾶς λέπια. Τοῖς καταπλάσμασι τοίνυν προσμίγνυμεν φύλλα ἀρνογλώσσου, ἐντύβων, ἀνδράχνης, σταφυλῆς ὀμφακίνης. ἐπιχρίομεν τοίνυν ἐλαίῳ ῥοδίνῳ ἢ μυρτίνῳ σὺν ψιμμυθίῳ καὶ λιθαργύρῳ, καὶ συμπλείᾳ σχιστῇ.

122. ρκβ. Ἦχοι ὤτων, καὶ σπασμὸς ψόφου (τρισμοὶ ὀδόντων) οἵτινες ἀπὸ χυμοῦ συμβαίνουσι πῶς θεραπεύονται;

Δηλαδὴ μελίκρατον σὺν ὀλίγῳ μέλιτι ἀφεψημένον συνεχῶς τῷ νηπίῳ δώσομεν.

123. ρκγ. Πρὸς βηχίον αὐτῷ τί δώσομεν;

Ἔκλειγμα δηλαδὴ ὅπερ συνίσταται, a ἢ διαρροίαν γαστρὸς ἰδικῶς ὁμῶς ἔχοντες, καθάπερ ἐστὶ τῆς μήτρας ἀποπνιγμὸς, καὶ αἵματος ῥύσις. ἔξεστι ταῦτα γενικῶς ἐκείνοις τοῖς προειρημένοις συγγράφεσθαι ὀφείλουσι.

a Videntur hic quædam deeſſe: & quæ ſequuntur ad nouam pertinere tractationem de morbis muliebribus, cuius itidem initium deſit.

124. * ρκδ. Ποῖα εἰσὶ τὰ νοσήματα τῶν γυναικῶν, ἃ διὰ τὴν σφίγξιν γίνεσθαι αἰσθάνονται; H. Gyn. par. poſt. ab init.

Ἐπίσχεσις ἐμμηνίων, ζέσις τῆς μήτρας, τάσις, οἴδημα, * σκλήρωσις, καὶ τῆς μήτρας ἀποπνιγμός. Lat. tráſlatio hic habet titulum nouũ. De valetudinibus mulierum.

125. ρκε. Ποῖα εἰσὶ τὰ διὰ τὴν ῥύσιν τοῦ συνεχοῦς ἀναφερόμενα;

Εἴ τις στραγγοειδῶς καθαίρεται. οὐδὲ * νῦν τρέχει. καὶ πρὸς τούτοις τί διαφέρει, εἴ τις καθόλου οὐ καθαίρεται, ἐξ ἐκείνης τῆς μὴ καθαιρομένης δι' ἐπίσχεσιν τῶν ἐμμηνίων, ὅτι αὗται αἱ αἰτίαι ἀρρωστίαν δεικνύουσι. μὴ * καθαίρειν καὶ κατὰ φύσιν συντρέχειν εἴωθε. * σκλήρωσις.

126. ρκϛ. Περὶ ἐπισχέσεως τῶν ἐμμηνίων, ἢ ὁπότε στραγγοειδῶς καὶ σὺν ὀδύνῃ καθαίρονται; Et eſt Harmoniæ Gynæciorum pars poſterior.

Πολλαί εἰσιν αἱ αἰτίαι, αἵ τινες μὴ καθαίρεσθαι τὰς γυναῖκας ποιοῦσιν. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἰσί τινες αἳ οὐδεμίαν ἀρρωστίαν ἔχουσαι, φυσικῶς οὐ καθαίρονται. Αἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἐμποδιζόμεναι, τουτέστιν αἱ γραῖς καὶ αἱ κόραι. Ἄλλαι δὲ γυμνασίᾳ φωνῆς, τοῦ αἵματος τὴν κάθαρσιν καταναλίσκουσι, τουτέστιν αἱ ᾄδουσαι καὶ ἀνδρικὸν σῶμα ἔχουσαι. ὅλον γὰρ τὸ αἷμα τῆς καθάρσεως τοῖς γυμνασίοις καταναλίσκουσι, καὶ εἰς τὸ σῶμα μεταπέμπουσι, καὶ οὐδὲν ἀπομένει ἵνα ἡ μήτρα διὰ τὴν κάθαρσιν λάβῃ καὶ διατηρήσῃ, καὶ πληρωθέντος τοῦ μηνὸς τὴν κάθαρσιν ἀντιπαρέχῃ. * forte, σὺν τρίχα. * μὴ καθαίρεσθαι. Har. Gyn. par. poſt. cap. 2.

Ἄλλαι δέ εἰσιν αἳ ἀρρωστίᾳ τινὶ τῶν μερῶν, ἢ ὅλου τοῦ σώματος οὐ καθαίρονται, ὅλου μὲν τοῦ σώματος ὡς αἱ λεπταὶ καὶ συντηκτικαί. καὶ αἱ πολὺ πιμελώδεις ἢ παχεῖαι: τῶν δὲ * μορίων, ἐμποδίζονται, ὡς ὅτε τὸ στόμα τῆς μήτρας ἐνίοτε κεκλεισμένον, ἢ τυλῶδες σχῶσιν, ἢ συμβαῖνον ἕλκος μώλωπας ἄγουσι. Ταύτας τοίνυν τὰς προειρημένας αἰτίας καταλαμβάνομεν τούτοις τοῖς σημείοις. Εἰ γὰρ φυσικῶς καθόλου μὴ καθαίρεται ἡ γυνὴ, ὑγιὴς, καὶ ἄνευ τινὸς μομφῆς τοῦ σώματος καὶ τῆς μήτρας ζῶσα, αὕτη οὐ δέεται ἂν εἴη κεκαθαρμένη. Αἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ μὴ * καθαιρούσαι, αἱ γραῖς, καὶ αἱ κόραι, ἡνίκα ἐπερωτηθῶσι τὰ ἴδια ἔτη ἁπλῶς, ὁμολογεῖν δύνανται. * τὴν ἀρρωστίαν ὅλου τοῦ σώματος τοῦ ἰδίου, καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς ὁρῶνται. Εἰ δὲ ἡ μήτρα σχοίη τοπικὸν ἐμποδισμὸν, παρὰ τῆς μαίας ἐπισκοπήσεις ἡνίκα διέρχεται. ὅτι ἐκείνη ἡ κάθαρσις, ἤ τις ἀεὶ ἦν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ νοσήματος συμβαίνει μὴ καθαίρεσθαι. Ἐκείνας τοίνυν, αἵ τινες φυσικῶς, ἢ τῇ ἡλικίᾳ μὴ καθαίρονται, παντελῶς οὐ θεραπεύειν, μή πως κατὰ τὴν φύσιν ποιήσωμεν ἐναντίον. Καὶ ὅτι ἐκείνην ἢ γυμνασίοις ᾠδῇ οὐ καθαίρεται. Ἐκείναις δὲ αἳ σὺν ἀρρωστήματι οὐ καθαίρονται, ἁρμοδίως τὴν ἐπιμέλειαν τῶν παθῶν αὐτῶν παρέχομεν. εἰ γὰρ ὁ ὑμὴν κεκλεισμένος εἴη, τὸ στόμα ἀνοίγομεν. εἰ δέ τις ἐκεῖ αἰτία ἄλλη εἴη, ἡ διαιρεθεῖσα ἀρθήσεται. τὴν διαστροφὴν τοίνυν διορθωσόμεθα, ἡ ζέσις λυθήσεται, εἰς ὅσον δύναται καταχέεσθω. Τὰς δὲ κεκμηκυίας καὶ λεπτὰς, * ἀναβάσεις. τὰς δὲ πολὺ πιμελώδεις καὶ παχείας ἀπολεπτυνεῖς. Τούτων πάντων τῶν προειρημένων τὰ νοσήματα καὶ τὰ σημεῖα καὶ τὰς θεραπείας ἐν τοῖς ἐπακολούθοις ἰδικῶς τιθέμενα εὑρήσεις, ὅθεν θεραπεύειν δυνήσῃ. * ſortè ἀναστήσεις, recreabis.

Καὶ ὅπερ πρῶτόν ἐστιν, * ἐπίσχεσις τῶν ἐμμηνίων ἀπὸ ταύτης ἀρχὴν λαμβάνομεν. * ἡ σφίγξις τοίνυν καὶ ἡ ζέσις ἐν τῇ μήτρᾳ γινομένη, ἐνίοτε ἐπέχονται τὰ ἔμμηνα. ἐνίοτε σὺν ὀδύνῃ (στραγγοειδῶς) φέρονται. σημεῖα δὲ συμβαίνουσι. τάσις καὶ ὀδύνη ὀσφύων, καὶ ἐπὶ τῶν κτένα, καὶ ἐν τῷ βουβῶνι. τῆς κεφαλῆς τοίνυν ὀδύνη. καὶ τοῦ αὐχένος, καὶ αἱ βάσεις τῶν ὀφθαλμῶν συνεσταλμέναι εἰσὶ συνεχέστερον: καὶ ἀνορεξία αὐταῖς συμβαίνει, … ωτων, ζέσις σὺν ἐρυθρῷ τοῦ χαρακτῆρος, τῶν μαστῶν τοίνυν τὴν φλεγμονὴν, καὶ τῶν μερῶν δὲ τῶν γυναικείων ξηρότης. ἅπερ πάντα συντρέχουσι ταῖς ἡμέραις τῆς καθάρσεως. οὕτως δὲ μετὰ τῶν προειρημένων σημείων, τῇ γυναικὶ ἐλθεῖν ἄρξηται: καὶ ὀδύναι συντρέχουσιν. ἀνακλιντέα οὖν ἐν τῷ κοιτῶνι μετρίως θερμῷ καὶ φωτεινῷ, ἐστρωμένῳ δηλαδὴ μαλακῶς. σκεπαστέα στρωμναῖς καιναῖς καὶ τρι- * ἐπίσχεσις ἐμμηνίων. * nominatiui pro genitiuis abſolutis.

χώδεσιν. οὕτως ἐπὶ δύο ἡμέρας μηδὲν λάβοι. τοὺς δὲ τόπους ἐκείνους εἰς οὓς ὀδύνην καὶ τάσιν καὶ βαρύτητα
ἔχουσι, πάσαις πυρίαις ἢ ῥάκεσι θερμοῖς πυριαθήτωσαν. καὶ γὰρ καὶ κύστις ἔλαιον θερμὸν ἔχουσα καὶ μὴ
πλήρης, καλῶς τοῖς μέρεσιν αὐτῆς ἐπιτίθεται, μετὰ δὲ τὴν πυρίαν ῥάκεσι καθαροῖς ἐλαίῳ βραχεῖσι καὶ
ἐκθλιβεῖσιν ὅλους τοὺς τόπους σκεπάσωσι. καταπλάσμασι τοίνυν μελίκρατον ἑψημένον καταπλά-
σωμεν, καὶ ἐρχομένης τῆς τρίτης ἡμέρας ἐλαίῳ ἁπλῷ ἐπαλειφομένῃ, καὶ ὕδατι θερμῷ πυριαθείσῃ, τρο-
φὴν θερμὴν καὶ ἁπλῆν δώσομεν. Ἡνίκα δὲ αἱ προρρηθεῖσαι αἰτίαι αὐξήσωσι, καὶ ὀδύνη εἴη πλέον, τῇ
δευτέρᾳ ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ φλεβοτομίᾳ μᾶλλον αὐτὴν θεραπεύσομεν καὶ ἡνίκα ἑαυτὴν ἡ γυνὴ μετὰ
τὴν φλεβοτομίαν ἀνακτήσηται σὺν ἐλαίῳ γλυκεῖ καὶ ὕδατι θερμῷ, ἢ ἀναληπτικοῖς σπέρμασι λίνου, τή-
λεως καὶ ῥαφανίων, οὕτω ὡς ὅταν ἐκεῖσε ἐγκαθίσῃ τοῖς αὐτοῖς χυλοῖς, τοῖς ἐνδοτέροις μέρεσι καταλάβω-
σι. καὶ ἡνίκα τὸ ἐγκάθισμα πέψῃ, πυριαθεῖσα καὶ ἐπαλειφθεῖσα ποιήσεις τροφὴν ἁπλῆν λάβοι, του-
τέστιν ὠὰ ῥυτά, ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ προσφάγια μαλακά, καὶ ὕδωρ θερμὸν πινέτω, καὶ μετὰ τὴν θάλψιν κοι-
μηθήτω, ὅπως ἐξ αὐτοῦ ἐπιπολύ, ἕως εἰς τὴν μείωσιν τῆς ἀρρωστίας καθ' ἡμέραν θεραπευθῇ, ἢ αἱ δυνάμεις
αὐτῆς ἐπιτρέψωσιν, ἡμέραν εἰς ἡμέραν τροφὴν λαμβανέτω. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν φλεβοτομίαν, ἐπι-
θεῖναι σικυίαν ὀφείλομεν, ἐν τῇ ἐπισημασίᾳ μὲν τῆς ὀδύνης, καὶ εἰς τὴν ἀκμὴν δὲ τοῦ νοσήματος εἰς ἄ-
φεσιν μὲν τῆς ὀδύνης, μετὰ κατασχάσεως αὐτὴν ἐπιπληρώσωμεν, ἐπὶ τὸν κτένα δηλαδὴ καὶ τοῖς ὑπο-
χονδρίοις. ἐπιμενούσης δὲ ἔτι τῆς ὀδύνης, τοῖς αὐτοῖς τόποις βδέλλας καλῶς ἐπιτίθεμεν. εἰ δὲ ὀλίγον αἷ-
μα ἐξήνεγκαν, συκίας ἐκεῖσε τίθεμεν, καὶ οὕτως τὸ αἷμα καταπαύομεν. ταῖς δὲ τρώγλαις τῶν βδελλῶν
κηρωτὴν ἐπιτίθεμεν: καὶ εἰ χρεία εἴη, πάλιν τοῖς προειρημένοις πράγμασι καταπλάττομεν, καὶ σπογ-
γοις ἔν τισι τῶν χυλῶν βεβαμμένοις αὐτοὺς τοὺς τόπους πυριάζομεν. καὶ γὰρ ἔλαιον γλυκὺ καὶ θερμὸν
πλῆρες τὸ ὀξύβαφον ἐπιβάλλομεν. Χρώμεθα τοίνυν πεσσοῖς ἁπλοῖς, ἐξ ὧν ὅπερ ἐξ ἐλαίου γλυ-
κέως καὶ θερμοῦ συνίσταται, ὅπως ἐμβεβαμμένον ἐκεῖσε τὸ ἔριον τεθῇ. ἐνίοτε δὲ τήλεως καὶ μαλάχης
αὐτῷ προσμιγνύομεν, μετὰ ταῦτα δὲ τούτους τοὺς παρηγορικοὺς πεσσούς, ἀλλὰ μὴν ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ
* σκευάζομεν. — * σκευάζονται. τήλιν ἐπιμελῶς λελεπτωμένην εἰσαγέσθω, ἵνα τοίνυν τοσοῦτον τοῦ λινοσπέρμου δέξηται: καὶ
ῥίζας ἀλθαίας τῆς πόας, ἔπειτα ἐπιβληθέντος τοῦ ὕδατος ἀφεψηθῇ. ἡνίκα δὲ παχὺς γινόμενος
εἴη ὁ χυλός, στέαρ χήνειον ἢ ἀλεκτορίδων ἐκεῖσε βληθὲν καὶ ἀναβληθὲν μετὰ πτερῶν ἀναδευθῶσι, καὶ
οὕτως ὁ χυλὸς προσμιχθήτω. ἀλλὰ σὺν τῷ μεγίστῳ χυλῷ καὶ φοίνικος λιπαροὺς κλάδους ἕψησαι. οὕ-
* λεπτυνθέντων. — τως ὡς ὅταν ὑγροὶ γένωνται, ἀφαιρεθέντες τούτων οἱ φλοιοί, ὥσπερ ἐκτὸς ἔχουσι, * λεαινθέντω: καὶ οὕ-
τως τοῖς χυλοῖς μιχθήτωσαν. καὶ μελίλωτον δὲ καλῶς κεκομμένον καὶ σεσησμένον συνεχέστερον ἐκεῖσε
ἐν ῥάκει in linteolo. — προσμιγνύομεν, ἢ ῥάκος δεδεμένον ἀφεψοῦμεν. καὶ οὕτως τοὺς φοίνικας ἐκεῖ ἐκζέομεν: καὶ τοὺς ἀ-
κρεμόνας αὐτῶν ἐκεῖσε συγκόπτομεν. Ταύτῃ τοίνυν τῇ ἐπιμελείᾳ, ἡνίκα τὸ νόσημα εἰς τὸ βέλτιον
προκόψῃ, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν ὀχήματι καθίζομεν αὐτάς, καὶ διακινεῖν κελεύομεν. γεγονυίας δὲ τῆς ἐλατ-
τώσεως, ἡ κάθαρσις ἑαυτὴν δεικνύειν εἴωθε. μετὰ δὲ τὸ παρεληλυθὸς ἀπινέκτια ἐστὶ τῷ βαλανείῳ καὶ τῇ
* τι. — ποικίλῃ τροφῇ, διακινήσει * δέ, γυμνασίοις καὶ ἀνατρίβαις, πρῶτον ὅλου τοῦ σώματος, δεύτερον τοί-
νυν καὶ αὐτῆς τῆς μήτρας, ἥ τις ὀφείλει γίνεσθαι ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ, ὅπως ὁπόταν εἰς τὰ ἐγκαθίσ-
ματα καθίσει, ἢ ἐν βαλανείῳ κατέλθῃ, ἐκεῖσε τὴν γυναῖκα μετὰ σπόγγου ἢ ἐρίου ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ εἰς
* ἀβαλανεῖον. — τοὺς κάτω τόπους τῆς μήτρας ἄνευ * ἐνοχλήσεως ἀναλείψουσιν οὕτως, ὅπως καθ' ἡμέραν τῆς αὐτῆς ἀνα-
τριβῆς αὔξησιν ποιήσωσι. μετὰ δὲ ἐγκαθίσματα, * τοῦ βαλανείου, * κηρωτὴν * καὶ ἐξ ἐλαίου σουσίνου, ἢ
* fortè. κηρωτῇ, * ἐξ ἐλαίου. — σαμψυχίνου γίνεται, αὐτὰ τὰ μέρη ἐπιχρίουσι, καὶ ἔνδον εἰς τὸ στόμα * ἐπιθήσει. ἡνίκα δὲ πλέον προ-
* ἃ. — κόψῃ, καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν πεσσῶν χρῆσθαι δυνάμεθα: ἃ * τινα δέχονται κηρόν, τρεβινθίνην, στέαρ ταύ-
* ἐπιθήσουσι. — ρειον, μυελὸν ἐλάφου, καὶ κύπρινον ἔλαιον. καὶ μάλαγμα τὸ διὰ χυλῶν λελυμένον, ποιήσεις πεσσὸν ἄρ-
* οἱ τινες. — σεν. καὶ ἄκοπον τὸ διὰ σαμψύχου καλῶς τίθεται. καὶ ἐσχάτως * λίβανον τὸ μεῖζον. οὕτως μὲν τοι, ὡς εἰ ταῦ-
* Libianum. — τα ἐλάττονα κάθαρσιν * ἐξ ὁλοκλήρου ποιήσαιεν, ἐσχάτως, ἐξ ἐλαίου ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγγείοις ποιήσεις. ἢ ὅ-
* fortè, τῆς ὁλοκλήρου. — περ ἐστὶν ἀληθέστερον τῷ καπνῷ θεραπεύσομεν.

127. ρκζ. Περὶ ζέσεως τῆς μήτρας.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 3. — Τὴν τῆς μήτρας ζέσιν πολλαὶ αἰτίαι ποιοῦσιν. ἐνίοτε γὰρ ἀποψύχειν αὐτὴν τὴν ψύξιν. ἐνίοτε εἰς ὀδύνη
σὺν προπετεῖ καμάτῳ ἢ συνεχεῖ ἐκτρώσει γίνεται, ἢ εἰ ἐξ ἀπείρου μαίας κακῶς εἴη μαιευθεῖσα. καὶ ἡ
πᾶσα αὐτῆς μήτρα ἐν ζέσει: ἢ τινα τῶν μερῶν αὐτῆς. ὁσάκις δὲ πᾶσα ἡ μήτρα εἴη ἐν ζέσει, ὀδύνη αὐτῆς συν-
τρέχει σὺν σκληρίᾳ καὶ ξηρότητι καὶ ζέσει. βαρύτης τοίνυν τῶν ὀσφύων καὶ τῶν αὐτῆς γειτνιαζόντων μο-
ρίων καὶ τῶν βουβώνων. ἀλλὰ καί τινα ἐμφράξιν τοῦ στόματος, καὶ νύγματα ἑαυτῆς αἰσθάνονται τοῦ σώ-
ματος, τοίνυν τῶν βουβώνων ψύξις συμβαίνει. ὁ σφυγμὸς δὲ πυκνὸς καὶ μικρὸς εὑρίσκεται. ὁ στόμαχος
κεκακωμένος, ἐνίοτε σὺν θλίψει τοῦ θώρακος. καὶ ἡνίκα εἰς τὸ χεῖρον μετέλθοι λυγμὸς αὐτῇ συντρέ-
χει, καὶ ὀδύνη τοῦ αὐχένος, καὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ μάλιστα (κατὰ) τὰς ῥίζας. καὶ γὰρ [illegible] οὖρον συνε-
χέστερον συντρέχει, καὶ ὁ κόπρος ἐμποδίζεται. καὶ αὐτοὶ οἱ τόποι μεγάλοι γίνονται, καὶ ἐκτι[illegible], σὺν ὀξέ-
σι πυρετοῖς καὶ παρακρουσμῷ τῆς διανοίας καὶ σπασμῷ. Ὁσάκις δὲ τὸ στόμα αὐτῆς ἀνέῳκται τὸν δάκτυλον
ἡ μαῖα εἰσβάλλει, εὑρίσκει τῷ κεκλεισμένῳ καταλαβεῖν, συμβαίνει δὲ ἵνα βουβὼν αὐτῇ γεννηθῇ, καὶ ἐπὶ τὸν

κτένα

κτῆνα πᾶσι ἔχῃ. Ὁσάκις δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς μήτρας εἰς τὴν διακόσμησιν, καὶ εἰς τὸ στόμα αὐτῆς οἴδη-
μα σὺν ζέσει εὑρίσκεται, οὕτως ἡ γαστὴρ τῆς γυναικὸς συναίσθησιν ἔχῃ τῆς ὀδύνης, καὶ ἐμποδισθῇ πρὸς
τὸ περιπατεῖν: ἐπίσχεσις τοίνυν τοῦ οὔρου, ἢ τοῦ κόπρου, ἢ τῶν ἑκατέρων γε πραγμάτων γίγνεται. εἰ μέν τοι
ἐνίοτε τὸ μέρος, ὅπου τὸ κῶλον λεῖσαι, καὶ ἐνίοτε αὐτὸ τὸ ἀνώτερον, ὧ τινι ἐπίκειται ἡ κύστις. ἐνίοτε γὰρ ὁ
τράχηλος αὐτῆς τῇ διακοσμήσει, καὶ ἐκεῖθεν τοῦ περιπατεῖν ἐμποδίζονται. ἀλλ' ἐν ταῖς βάσεσιν αὐ-
τῆς, αἵτινες δακτύλιον λέγονται, ἔχοιεν ἐντεῦθεν ἔξωθεν ὀδύνη, καὶ οἴδημα ἔσται, καὶ ὁ κόπρος ἐμπο-
δισθῇ. Εἰ δὲ ἐν ταῖς πλευραῖς ἔχοιη, καὶ ἐκεῖ μὲν φλεγμονὴν εὑρήσεις, καὶ ὀδύνην, εἰ δὲ ἐν τῷ βάθει
τῆς μήτρας, ἀδιάλειπτός ἐστιν ἡ ὀδύνη, καὶ ἡ τάσις καὶ βάρος ἐν αὐτῷ τῷ ὀμφαλῷ ἔσται. καὶ γὰρ συνε-
χέστερον αὐτῷ τὸ στόμα ἀνεσταλμένον ἔσται, καὶ ἔνδον ἐπὶ τὸ ἀνώτερον ἀνάγεται, ἵνα παρὰ ταῖς μαίαις
ἀσύνοπτης, οὐδεμία αἰτία τῆς μήτρας λέγεται εἶναι. ἅπασα δὲ ἡ μήτρα ἐν ζέσει τίθεται. εἰς ταῦτα δὲ
τὰ μέρη αὐτῆς τὰ προειρημένα συμβαίνουσι: καὶ πάντων τῶν πλησιαζόντων μερῶν σύντασις ἀποτελεῖ-
ται. αὐτῆς τοίνυν τῆς γαστρὸς τὸ δέρμα ἐν πλείονι οἰδήματι παραδίδοται, καὶ ἐνίοτε συμβαίνει, ὅπως
τῆς μήτρας τὴν αἰτίαν μὴ * ἔχουσαι, αὐτὸ μόνον τὸ δέρμα παχὺ, δι' ἣν αἰτίαν διαχωρεῖν οὐκ * ἰσχύουσι.
ἠθελήθησαν: εἰ μέν τοι μιᾷ ἐπιμελείᾳ καὶ ἑκάτερα τὰ πράγματα, θεραπεύονται. ὅσον δὲ πρὸς τὴν
θεραπείαν μετῆλθεν, αὗται εἶναι δηλωθήσονται ἀναγκαῖαι, ἃς τετύχαμεν ὄπισθεν. * ἐκεῖναι αἷς τὰ ἔμ- * ἐκείναις, illis.
μηνα οὐκ ἔρχονται, ἢ σὺν ὀδύνῃ καθαίρονται. Καὶ ταύτας τοίνυν κελεύομεν ἀνακλινθῆναι ἐν κοι-
τῶνι μετρίως φωτεινῷ καὶ θερμῷ, ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ οὕτως ὡς ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις τροφὴν μὴ * λαμ- * λαμβανέτω-
βανέτω. χερσὶ τοίνυν θερμαῖς τὰ ἄκρα αὐτῶν διακαταπιεθέτωσαν, καὶ ἐρίοις σκεπασθήτωσαν. ἀλ- σαν.
λὰ μὴν καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, εἰ ἡ ζέσις ἐπαυξηθῇ, φλεβοτομητέον. καὶ πρὸς τὰ ἐγκαθίσματα καθι-
δρυνθῆναι. Καταπλάσματα τοίνυν ἐκ τῶν σπερμάτων προσθετέα. εἰ δὲ ἐπιμένῃ ἡ ζέσις, φλέβα
ἐξ αὐτοῦ τοῦ τραχήλου καταχάσομεν, * καὶ ταῖς βδέλλαις χρησόμεθα. σπόγγοις τοίνυν ἐν τοῖς ζέουσι * ἢ.
χυλοῖς ἐμβεβαμμένοις καὶ * ἐκθλίβουσι πυριάζομεν. καὶ τῇ προειρημένῃ κηρωτῇ, καὶ τοῖς πεσσοῖς * ἐκθλίψασι.
χρώμεθα. καὶ συνδεδραμηκυίας πλήρους ἐλαττώσεως, βαλανείῳ καὶ ποικίλῃ τροφῇ σὺν πόσει οἴνου
ταύτας ἀναλαμβάνομεν. εἰ δὲ καὶ οἱ πυρετοὶ ταύτῃ τῇ ζέσει εἰσὶ συνεζευγμένοι, τούτους τοίνυν τῇ ἁρμο-
ζούσῃ ἐπιμελείᾳ ἀνορθοῦμεν, καθάπερ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν πυρετῶν εὑρήσεις ἐκτιθέμενον. Ἀποδο-
κιμάζομεν δὲ πάντα ἅπερ ἡ ἀρχαιότης κοινῇ ὑπολήψει ὥσπερ εἰς ζέσιν ἔθεσαν, τουτέστι χυλὸν στα-
φυλῆς ὄμφακος, ἢ ἔλαιον ῥόδινον, ἢ πηγάνου μεμιγμένου σὺν ἐρίοις εἰσυπηροῖς ἐπιτιθεμένοις. * ῥά- * ἄρτοι, panē.
κη τοίνυν σὺν φύλλοις σελίνου λελειωμένα. ταῦτα (γὰρ) τῇ ἰδίᾳ δριμύτητι καὶ τὴν ζέσιν διπλα-
σιάζουσι καὶ τρέφουσι.

118. ρκη. Περὶ σατυριάσεως.

Σατυρίασις καὶ τῶν ἀρρένων καὶ τῶν θηλειῶν κοινὸν πάθος ἐστὶν, * ὅπερ συνεχέστερον * τοῖς ἀνθρώποις συμ- Harm.Gynæc.
βαίνει. ἐκεῖθεν τὸ ὄνομα ἡ σατυρίασις εἴληφεν; ὅπερ οἱ ἀρχαῖοι μῦθοι * ἀκρατῶς πρὸς ἀφροδισίαν par.pr.cap.4:
γεγράφασι. Τῶν δὲ γυναικῶν σατυρίασίς ἐστι κνησμονὴ τῶν αἰδοίων μερῶν σὺν ὀδύνῃ, οὕτως ἀνυποφερόν- * ἴμως. * αἰδέρσι.
τως τὰς ἰδίας χεῖρας, ἐκεῖσε βάλλουσι σὺν ἀκερέσω ἀνδρῶν ἐφέσει, ἀποβάλλουσαι δηλονότι πάσης αἰδοῦς * ἀκρατῶς πρὸς
τὴν εὐλάβειαν. εἰ μέν τοι τοίνυν παρὰ τῆς μήτρας τὸ πάθος τοῦτο συμβαίνει, τὴν εὐλάβειαν αἴρουσι. ἀφροδίτην ἀνα-
καὶ ὅπως μὴ καταισχυνθῶσι, καὶ εἰς ὅσον οὖν ἐπιτροπὴν αὐτὰς πείσουσι. θεραπείαν δὲ τὴν αὐτὴν παρέχο- γεγράφασι.
μεν, ἣν ἐν τῇ ἐπισχέσει καὶ ζέσει τῆς μήτρας διετυπώσαμεν.

129. ρκθ. Περὶ ἀποπνίξεως τῆς μήτρας.

Ἡ τῆς μήτρας ἀπόπνιξις παρ' Ἕλλησι πνιγμὸς λέγεται. ἐξ αὐτῆς * ἣν αἱ γυναῖκες * παραπνιγαῖς Harm.Gynæc.
ὀνόμασιν ἐκλήθησαν. τοῦτο δέ ἐστιν ἐπίσχεσις τοῦ πνεύματος σὺν πάσῃ ἠρεμίᾳ τῆς μήτρας δηλονότι par.pr.cap.7. * ἧν.
πρὸς τὸν θώρακα ἀνερχομένης. Καὶ ταῖς γυναιξὶ γίγνεται ἀπόπνιξις οὕτως ὡς ἀνεὶ τεθνηκυίας πεσεῖν. * παραπνίγεις.
Γίνεται δὲ αὕτη ἡ νόσος ἐν τῇ συνεχεῖ ἐκτρώσει ἢ ἀώρῳ τόκῳ: ἀλλὰ μὴν καὶ χηρείᾳ μακρᾷ, ἐπισχέσει τε
τῶν ἐμμηνίων, καὶ φλεγμονῇ τῆς μήτρας. Σημεῖα δὲ ταύταις συμβαίνουσι ταῦτα: ὅτι ἀνερχομένη ἄνω πρὸς
τὸν θώρακα ἡ μήτρα ἐγκεῖται καὶ πᾶσαν τὴν αἴσθησιν μετὰ ἀφωνίας ἀποβάλλουσι. τῶν ὀδόντων δὲ τοί-
νυν πηγνυμένων τρίζουσι. Καὶ ἐνίοτε αὐταῖς αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες φλεγμαίνουσιν. Ἐνίοτε εἰς τὸ ὄπισθεν κεῖ-
ται καὶ τὰ ὑποχόνδρια αὐταῖς οἰδίσκονται καὶ αὐτὸς ὁ θώραξ ἐπηρμένος γίνεται μέγας. αἱ φλέβες τοί-
νυν αἱ ἐν τῷ μετώπῳ οὖσαι, ὀγκωδέστεραι ὁρῶνται. ἱδρὼς τοίνυν ψυχρὸς ἐπὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὸν αὐχένα
ἐνσταζει. σφυγμὸς δὲ οὐδεὶς εὑρίσκεται, ἢ σφόδρα βραχύτατος. Καὶ ἐνίοτε ταχύτερον εἰς ἑαυτὰς ἐπανερ-
χονται καὶ ἐξανίστανται, καὶ ἅπερ ἐπαχθεν ἴσασιν. ἐνίοτε δὲ οὐκ ἴσασιν. Ἀλγοῦσι τοίνυν τὴν κεφαλὴν τε καὶ αὐχέ-
να. ἐνίοτε καὶ ἀνασπάνουσι. Αὕτη ἡ νόσος διὰ τὴν ἀφωνίαν ὁμοία ἐστὶ σεληνιασμῷ καὶ ἀποπληξίᾳ.
αἵτινες τῷ ὀλισθήματι σιωπῶσι τῷ ληθαργικῷ, ἀλλὰ μὴν καὶ καταπληκτικῷ. Ἀφορίζονται δὲ ἀπ' αὐτῶν,
ἐξ αὐτοῦ διότι παρὰ τὰς σεληνιαζούσας καὶ ἀποπληκτικὰς, καὶ αἵτινες ὡς ἕλμινθας ἔχουσι, τῆς μήτρας οὐ-
δέ τις αἰτία συνδεδράμηκε. καὶ ἡ αὐτὴ μήτρα ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ εὑρεθήσεται. παρ' ἐκείνας δὲ ταῖς * τὸν ἴκτε-
ρον παθούσαις, καὶ ἐν ζέσει ἡ μήτρα. καὶ ἡνίκα ἄνω ἀνέλθῃ, τηνικαῦτα πίπτουσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ λέγονται
συμπίπτειν, εἰς τὴν τέλον (τὸ πλέος) μετὰ τὸν σπασμὸν σιελὸν πλέον ἐκπέμπουσι, καὶ σφυγμὸν

μείζονα ἔχουσι, καὶ ἡνίκα εἰς ἑαυτὰς ἐπανέλθωσιν, ἧττον ὀδύνης αἰσθάνονται. Αἱ τοίνυν ἀποπληκτι-
* αὗται. καί, καὶ αὗται μείζονα σφυγμὸν ἔχουσι * ταῦτα εἰ ἐκφεύξωσι, παραλυτικαὶ γίνονται. αἱ * ἰκτερικαὶ δέ, ἢ
* ὑστερικαί. μακρὸν ἢ βραχὺν καὶ πυκνόν. Αἱ δὲ ληθαργικαὶ καὶ καταληπτικαὶ, ἀπὸ τῶν * ἀναληπτικῶν χωρίζονται. ὅτι ἀεὶ
* ὑστερικῶν. μετὰ πυρετῶν εἰσιν. αἱ δέ * ἰκτερικαὶ, οὔποτε. ἐκεῖναι δὲ αἵ τινες ἕλμινθας ἔχουσι, καὶ ἐν τοῖς ἐντέροις νύ-
* ὑστερικαί. ξεων αἰσθάνονται, καὶ σφυγμὸν τῶν ἑλμίνθων ἔχουσι, καὶ τὴν μήτραν ὑγιεινήν. Καὶ αὕτη τοῖς ὁμοίοις νο-
* ὑστερικῶν. σήμασιν ἡ διαχώρισις τῶν * ἰκτερικῶν. Ὁ πνιγμὸς δὲ ἐστι πάθος, ὅπερ διὰ ἐπισχέσεως συμβαίνει,
καὶ ἐνίοτε χρονίας. διὰ τοῦτο οὕτως καὶ τὰς θεραπείας διετυπώσαμεν, ἵνα ὁσάκις πρῶτον συμβαίνει, τοῖς
παρηγορικοῖς διευθυνθείη: καὶ ἡνίκα ἀποστῇ, καὶ τῷ συνεχεῖ ὑποτροπιασμῷ ἡ διάθεσις εἴη χρονία, διὰ
τῶν μετασυγκριτικῶν θεραπευθήσεται. Ὅτε τοίνυν ἡ γυνὴ πέσῃ εἰς ἀρρώστημα, καθιδρυέσθω ἐν κοι-
τῶνι θερμῷ καὶ λαμπρῷ, οὕτως ἵνα τὰς στρωμνὰς πρὸς τὴν κεφαλὴν ὑψηλοτέρας σχῇ, ὥσπερ ὀρθῶς
καθεζομένη. ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὀρθῶν ὄντων τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, τῇ αὐτῇ μὲν ἀρρωστίᾳ στραβοῦσθαι
εἰώθασι, τὸ νῦν αὐτῆς συνεχέστερον ἀλλοιῶσαι, καὶ οὕτως αὐτὴν ἐξανιστάναι, ὡς ἐπὶ τοῖς μέσοις μέρεσι ἐπὶ
πάσης θερμασίας μεταγωγῆς: καὶ ταῖς χερσὶ θερμαῖς ὅλα τὰ ἄκρα κελεύσῃς διακρατεῖν. ἔπειτα ἐ-
ρίῳ ἐν ὕδατι θερμῷ βεβαμμένῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς πυριάζειν. Εἰ δὲ ἐπιπολὺ ἡ ἀφωνία ἐκείνη ἐπι-
μένῃ, καλῶς ἐπωφελήσεις καὶ σικυῶν κούφων ἐπὶ τῷ κτενὶ καὶ τοῖς βουβῶσιν ἐπιτιθεμένων. ἐρίοις τοί-
* Recti pro genitiuis abſolutis. νυν καθαροῖς * ὅλα τὰ ἄκρα ἐσκεπασμένα: ἀνοίγοντες ὁσονοῦν τὸ στόμα αὐτῆς ὕδωρ θερμὸν εἰσστάζομεν.
ἔπειτα καὶ μελίκρατον προσβαλεῖν. καὶ ἐν κρεμαστῷ κραβάττῳ αὐτὴν κατασείειν. Ἡνίκα δὲ εἰς ἑαυ-
* forte, εἰ δὲ ἐμποδισθῇ. τὴν ἐπανέλθῃ, εἰ οὐδεμία χαύνωσις αὐτῇ εἴη, ἡ πρὸς ὀλίγον δίδοται τροφή. * καὶ ἐμποδισθῇ, εὐθέως
φλεβοτομοῦμεν. καὶ ἐγχυματισμοῖς ἐξ ἐλαίου, καὶ ἐγκαθίσμασι χυλῶν θεραπευτέα. καὶ ἐπαλειφο-
μένη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τροφὴν ἁπλῆν λαμβανέτω. καὶ ἕως οὗ * ἐκκλίνει ἡ ἄλλη ἡμέρα τρεφέσθω τοῖς
καθημερινοῖς, ὅμως καταπλάσμασι καὶ τῇ πυρίᾳ θεραπευθεῖσα, σὺν τῇ ἐπιθέσει τῶν προειρημένων.
γινομένης δὲ τῆς ἐγκλίσεως κηρωταῖς καὶ μαλάγμασιν ἁπλοῖς χρώμεθα. Βαλανείῳ τοίνυν καὶ ποικί-
λῃ τροφῇ, καὶ καλῷ οἴνῳ ἀναλαμβάνομεν. Εἰ δὲ συνεχέστερον συμβήσονται αἱ διαθέσεις, καὶ τὸ νόσημα
χρόνιον εἴη, τοῖς προειρημένοις μεθοδεύμασι χρώμεθα: βοηθήμασι, καὶ τοῖς ἁρμοδίοις γυμνασίοις. Τρο-
φαῖς τοίνυν κατὰ τὴν περίοδον τεταγμέναις, μετέπειτα δὲ τὰ μετασυγκριτικὰ προσετίθεμεν: ἅ τινα συ-
* μετασυγκριτ νίστανται ἐξ ἁλικοῦ δρώπακος, καὶ * τῶν συγκριτικῶν σικυῶν, πυρωπήσεως, ἀνατρίψεως τῶν μερῶν, ἐπιπασ-
μάτων δριμυτάτων ἐγκαθισμάτων καὶ σιναπισμῶν. εἰ δὲ ταῦτα ἧττον ὠφελήσωσιν, ὑστάτως καὶ ἑλλέ-
βορον δώσομεν, κατατέμνοντες δηλαδὴ συνεχῶς τῶν ῥιζῶν τὴν ἐπανάληψιν. ἔπειτα τοῖς πικροῖς χρῶ,
ἀλλὰ μὴν καὶ ὕδασι θερμοῖς. ὧν τινων πάντων τῶν προειρημένων ἡ χρῆσις ἁρμόζουσα ἐν τῷ πνιγματικῷ
εἴδει τῆς μήτρας ἐστὶ διατετυπωμένη. Τῶν δὲ παλαιῶν ἰατρῶν τὴν πλάνην, οἵτινες πάντα τὰ δυ-
σώδη εἴδη τοῖς ῥισὶν ἐπιτιθέασιν, ἀναιροῦμεν, τουτέστι τρίχας κεκαυμένας, καὶ ὄσφρησιν τῶν λύχνων.
καστόριον τοίνυν καὶ ῥητίνην ἐν τοῖς ῥισὶν ἐπίχριον, καὶ πάντων τῶν εἰδῶν ἐπίχριον τὰ κάκοσμα, καὶ
* ἄπινα. ἄνω ἐκράτουν. καὶ πρὸς τὴν μήτραν, τὰ εὐώδη ποσῶς, σὺν νάρδῳ καὶ στύρακι τινες * οἵτινες διὰ
τοῦτο τιθέασιν, ἵνα ἐκεῖνα τὰ κάκοσμα ἡ μήτρα φεύξῃ, καὶ πρὸς ταῦτα τὰ εὔοσμα κατέλθῃ. Τινὲς δὲ
* forte, τινὲς δὲ τῷ ἀκολούθῳ πταρμικῷ ἐνέπλησαν. ποικίλους ψόφους, καὶ κυμβάλων καὶ τυμπάνων ἦχον παρεῖχον, τινὲς * τὸ ἀκόλουθον πταρμικὸν ἐμπλη-
aliqui frequenti ptarmico cōcutiebant caput. σον τὴν κεφαλὴν, καὶ ταῖς ῥισὶ δριμύτατον ὄξος ἐμβρέχοντες τὰ ἀκέραια, ἅπερ καταλιπεῖν τεθελήκα-
μεν: τοῖς ματαίοις ῥήμασι, καὶ μηδὲν προκόπτουσι. βαρὺ τοίνυν καὶ τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῶν ἐμοὶ ἔδοξεν
εἶναι, ἤπερ τι ἐξ αὐτῶν γράφειν.

130. ρλ. Περὶ τῆς πτώσεως τῆς μήτρας.

* forte, εἰώθη σὺν οἰδήματι, & poſtea σκληρῶδες. Ἡ τῆς μήτρας πτῶσις συμβαίνειν εἰώθασιν * οἴδημα ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν ἐστὶν δὴ τοῦτο σκληρῶδες. ὀδύνης
τοίνυν τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ κόλπου συναισθήσεται, δηλαδὴ τοῦ ἥπατος καὶ τοῦ στομάχου. τὸ οὖρον ἐμποδίζεται. καὶ ἀ-
γρυπνίαι ἐμπαρακολουθοῦσι, καὶ νύγματα συντρέχουσι. Συνεχέστερον δὲ δεχομένης τῆς καθάρσεως, ταῦτα συν-
δραμεῖν εἴωθεν: ὅτε καὶ τὸν δάκτυλον ἡ μαῖα εἰσβάλλῃ εἰς τὸ στόμα, ἀνεωγμένον αὐτὸ εὑρίσκει. τὴν αὐτὴν
δὲ θεραπείαν παρέχομεν, ἣν πρὸς τὴν ζέσιν τῆς μήτρας τεθείκαμεν.

131. ρλα. Περὶ οἰδήματος τῆς μήτρας.

Τὸ τῆς μήτρας οἴδημα συμβαίνει ἀπὸ ψύξεως ἢ ἐκτρώσεως, ἢ ἐκ δυσχεροῦς τόκου, ἢ θρόμβου αἵ-
* ἐναπομείναντος. ματος εἰς τὸ στόμα * ἐναπομείνῃ, ὀγκοῦται ἡ μήτρα, οὕτως ὡς καὶ τὴν γαστέρα οἰδίσκεσθαι. τὸ δὲ οἴδημα
τῇ θλίψει τῶν δακτύλων ἀφίσταται, καὶ εὐθέως ἑαυτὴν συστέλλει, οὕτως ὡς εἴ τις τῇ χειρὶ αὐτὰ τὰ μέρη
πατάξει, καθάπερ τύμπανον ἠχήσει. καὶ γὰρ ἐνίοτε μετὰ νυγμάτων καὶ σφοδρᾶς ἐμπνευματώσεως ὧδε
κἀκεῖσε διατρέχει. ποιὸν αὐτὸ τὸ οἴδημα ἐπιμένει. ἐνίοτε ἔσθ' ὅτε ἑαυτὸ δεικνύει, καὶ ἐπαναίρεται ἑαυ-
* καὶ ὅτι ζέσει, vel καὶ τῇ ζέσει. τῷ τὸ οἴδημα. θεραπείαν δὲ τούτου ταῦτα παρέχομεν, ἅπερ ἐν τῇ ἐπισχέσει καὶ * ἐπιζέσει τῆς μήτρας
συνεχέστερον ἐδιδάξαμεν. ὅμως οὕτως ὅπως ἡ μαῖα ἐπιμελῶς τὸν θρόμβον ἐρευνήσῃ, καὶ ἄνευ σκυλμοῦ
* παραιρέσῃ. παραλύσῃ * ἡνίκα δὲ εἴη χρονία εἴη ἡ διάθεσις, τοῦτο τὸ οἴδημα διὰ τῶν μετασυγκριτικῶν πραγμά-
των, ὡς ἐν τῇ ἀποπνίξει τῆς μήτρας εἰρήκαμεν, χρώμεθα θεραπεύοντες. ἔπειτα ἐπίθεμα, τὸ διὰ σύκων
λεγόμενον, ἢ τὸ διὰ σπερμάτων, ἢ τὸ πολυάρχιον, ἢ τὸ διὰ δαφνίδων ἐπιτίθεμεν. ἐγκαθισματίζο-
μεν δὲ

μεν δὲ αὐτὰς ἐν ὕδατι ἐν ᾧ ἀφέψομεν, σταφυλῖνον, δαῦκον κρητικὸν, καὶ γλήχωνα. ἀπαρτιδίως, καὶ ἀρτεμισίαν ἐκεῖσε προσμίγνυμεν, καὶ πρασίου δεσμίδα, ὑσσώπου καὶ δάφνης. ταῦτα πάντα ὅτε ἑψηθῶσιν, ἐξ αὐτῶν ἐγκάθισμα ποιοῦμεν. πεσσοὺς τοίνυν ὁμοίως (ἐκ) τῶν προειρημένων πραγμάτων σκευάζομεν, δηλονότι οἵτινες δέχονται, πήγανον, νίτρον, γλήχωνα, χολὴν ταυρείαν, οὕτως ὡς ταῦτα πάντα ἑνωθῶσι. καὶ οὕτως πεσσὸν ποιήσομεν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος πεσσός, ὅστις δέχεται, ἰσχάδων ἐπιμελῶς λελειωμένων, οὕτως ὡς τὸ σπέρμα αὐτῶν μὴ φανείη * γο. α. * κυμίνου γο. β. ἀφρονίτρου * γο. α. ὅλοι δὲ εἰδερμύται τοι πεσσοὶ ὅτι εἰς τὸ ἔριον ὦσιν ἐμβεβρεγμένοι, εἰς ἔλαιον, ἢ γάλα ὀφείλουσιν ἐμβάπτεσθαι, καὶ οὕτως ἐπιτίθεσθαι. Σικύας τοίνυν μετασυγκριτικὰς αὐτοῖς τοῖς μέρεσι καλῶς ἐπιτίθεμεν, καὶ ὧδε κακεῖσε ἕλκοντες βιαίως εἰσάγομεν. ὕδασι τοίνυν θερμοῖς χρᾶσθαι, ἐσχάτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ψυχροῖς καθιέναι ἐπιτρέπομεν. * 3.i. * 3.ij. ſ. * Lat.text.non habet.

132. ρλβ. Περὶ φλεγμονῆς τῆς μήτρας.

Ηνίκα ἡ μήτρα ἐν τῇ φλεγμονῇ ἐστι, ταῦτα τὰ σημεῖα συμβαίνουσι. * σκηρία ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν σύν τινι ἐμπνευματώσει, οὕτως ἡνίκα τῷ δακτύλῳ θλίψεται, ἀποστῇ, καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν ἑαυτὴν ἑνώσει. τὸ δὲ δέρμα τῆς γαστρὸς τὸ ἴδιον χρῶμα οὐκ ἔχει, καὶ τοῖς δακτύλοις προσενεχθεῖσιν ἐκδιώκεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τούτῳ τῷ πάθει παρέχομεν ἅπερ εἰς τὸ οἴδημα τῆς μήτρας εἰσὶ τεθειμένα, καὶ μετὰ τὸν ἐγκολπισμὸν ἐλαίῳ ἁπλῷ. ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐλαίου τοῦ κυπρίνου καὶ τοῦ ἰρίνου ἐγκολπίζομεν. Harm. Gynæc. par. poſt. c. 132. * σκληρία, duritia.

133. ρλγ. Περὶ σκληρίας τῆς μήτρας.

Παρερχομένης τῆς ζέσεως, σκλήρωσις τῆς μήτρας ἀποτελεῖται. καὶ γὰρ ἐνίοτε μέρος τι. σημεῖα δὲ ταῦτα ἔχει, ἔξωθεν τις σκλήρωσις A. μεγίστη εὑρίσκεται δὲ οὕτως. ὡς ἡνίκα τῶν δακτύλων εἴη γυμνασίως θλιβέντα, ὀδύνης τινὸς ἡ γυνὴ αἰσθάνεται. ὥσ ὅτι αὐξήσει ἡ αὐτὴ σκλήρωσις B. ἤ τις ἥλεται. ὀδύνην πρὸς τοὺς νεφροὺς καὶ τὸν βουβῶνα, καὶ βάρος ἐπὶ τὸν κτένα αἰσθανθήσεται. Εἰ δὲ ἐπὶ τῷ τραχήλῳ τῆς μήτρας εἴη σκλήρωσις, ἔξωθεν εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας, ἐκεῖ σκλήρωσις, καὶ ἀνεῳγμένον στόμα εὑρίσκεται, οὕτως ὡς τοῖς νύγμασι καὶ ταῖς ὁδύναις τὴν χρῆσιν τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ μὴ ὑποστῇ. καὶ γὰρ θερμότης ὁρᾶται. καὶ ἡ θερμασία ἐκείνη οὐδ' ὅλως αἰσθανθήσεται, ὅτι τοῦ σώματος αἴσθησιν ἔχει. θεραπείαν δὲ * ταύτην ἔχει, ἥτις ἐν τῇ ἐποχέσει τῆς μήτρας τεθειμένη ἐστί, ταύτην ποιήσομεν. Harm. Gynæc. par. poſt. c 14. Lat. tranſlatio nihil habet ab A. ad B. * abundat

134. * ρλδ. Περὶ ὀδύνης τῆς μήτρας.

Η ὀδύνη δὲ τῆς μήτρας μετὰ τὸν τόκον ταῦτα τὰ σημεῖα ἔχει. ἡνίκα ἑαυτὴν ἡ μήτρα εἰς τὴν στόμαχον πιέσει, σφόδρα γίνεται ὀδύνη, καὶ τὸ σῶμα λιποθυμεῖ, ἔσθ' ὅτε τοίνυν καὶ ἀποπνίγεσει, ὥσπερ ἐν τῷ κωματώδει νοσήματι δοκεῖ εἶναι. διαφέρει δὲ ὅμως ἐν τῇ ξυμφορᾷ ἐξ αὐτοῦ, ὅτι οὔτε οἱ ὀφθαλμοὶ στρέφονται, οὔτε ἀφρὸς ἀπορρέει, οὔτε τὰ νεῦρα ἀφέλκονται, ὅμως κάρωσις ἐν αὐταῖς εἶναι δοκεῖ. ἐφ' αἷς δὲ ὁμοίως πυκνῶς στροφούμεναι διηνεκὲς ἔνθα πίπτουσιν. ἐὰν (οὖν) ἐκ τῆς ἀδυναμίας ἐστὶν ἡ ὀδύνη, αἷμα ἀφαιρεθὲν ὠφελεῖ. εἰ δὲ * βραχὺς ἐστι, σικύαι προσπεπηγμέναι ὦσιν ἐν τοῖς βουβῶσιν. εἰ δὲ ἐπιπολυκεῖται ἢ * κεῖσεται ἄνωθεν, ἐπιτιθέναι δεῖ ταῖς ῥισὶν αὐτῆς κεκαυμένον ἔριον, βεβαμμένον καὶ ῥυπῶδες, ἢ ἄλλο ὅπερ δύναται δυσώδους ὀσφρήσεως εἶναι. καὶ τὴν αὐτὴν ὕδωρ ψυχρὸν περιχεθὲν ὠφελεῖ. ἢ πήγανον λελειωμένον σὺν μέλιτι ἢ κυπρίνῳ ἐλαίῳ, ἢ οἱῳδήποτε ἄλλῳ θερμὸν, καταπλασμάτων φυσικῶν γλήχωνος ἐπιτιθέναι, μεταξὺ τούτων ἀνατρίβειν τὰς κοτύλας καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς. ἔπειτα ἡνίκα πρὸς ἑαυτὴν ἐπανέλθῃ, περιχεῖς οἶνον ὅλῳ τῷ σώματι. ἡ τοίνυν ἡ πόσις αὕτη οὐκ ἀφελὲν εὔθυμον τοῦ σώματος, ἀλλὰ μὴν καὶ σιναπισμὸν ἐπὶ τὴν γαστέρα ἐπιθήσεις. Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἢ τῇ τετάρτῃ ἐπιθετέον ἕως ἂν καὶ τὸ σῶμα ἐρυθρὸν εἴη, ἐὰν ἡ σκλήρωσις ἐπιμείνῃ. Μαλάττειν μετρίως δοκεῖ σέλινον ἐν γάλακτι λελυμένον, ἔπειτα λελειωμένον, καὶ πρότερον τῷ αὐτῷ γάλακτι ἀφεψημένον σὺν κηρῷ λευκῷ καὶ μυελῷ ἐλαφείῳ, σὺν ἰρίνῳ ἐλαίῳ ἢ ἀξυγγίῳ ταυρείῳ σὺν ῥόδῳ μεμιγμένον. δοτέα τοίνυν ἡ πόσις καστορίου, ἢ κυπέρεως τοσοῦτον. εἰ δὲ ἡ μήτρα ἐξελκωθῇ, κηρωτὴ ἐκ τῶν ῥόδων * γίνηται, καὶ ἀξυγγίου ὑὸς προσφάτου, καὶ ᾠοῦ τὸ λευκὸν μιγνύσθω, καὶ οὕτως ἐπιτιθέσθω, ἢ τὸ λευκὸν τῶν ᾠῶν σὺν ῥοδίνῳ μεμιγμένον, ἐπίβαλε ξηρίον ἐκ ῥόδων μεμιγμένον. ἡ ὑποκάπνισμα τῆς μήτρας γινέσθω ἐκ θείου ἀπύρου, (ὃ) ὠφελεῖ ἄρον τὴν ὀδύνην. ἢ ἐὰν ἡ κάθαρσις τῆς γυναικὸς βλάπτει, κολοκύνθης ξηρᾶς ὠφελεῖ κεκαυμένης τὸ ξηρίον, ἐν τοῖς βουβῶσιν, ἢ ὑπὸ τοῖς μαστοῖς ἐπιτεθὲν ὠφελεῖ. * ἢ δὲ ἡ κάθαρσίς ἐστι, προσφερέσθωσαν φάρμακα τὰ προτρέποντα τὸ αἷμα, κόστον, γλήχων, ἵνα λευκὰ * ἐπίπλεον, καλαμίνθη, θύμβρον, καὶ ὕσσωπον. τροφὰς δὲ ἐπιτηδείας λαμβανέτω, πράσον, πήγανον, κύμινον, κρόμμυα, νάπυ, καὶ πᾶν δριμὺ λάχανον. εἰ δὲ τὸ αἷμα ἐκ τῶν ἐνδοτέρων μερῶν ἐκραγῆναι ἄνωθεν, ἢ ἐκ τῶν ῥινῶν ἐκραγῇ, κεκαυμένην κολοκύνθην τοῖς βουβῶσιν ἐπιθετέον ἐπὶ τρεῖς ἢ τέσσαρας μῆνας. τριακοντα δὲ ἡμερῶν παρελθουσῶν, τηνικαῦτα εἰδείης τὸ πάθος ὑγιαίνειν. Εἰ δὲ οὐχ ἑαυτὸ τὸ αἷμα ἐνδείξηται, εἰδείης αἰτίας ὀδύνην τῆς κεφαλῆς ἐξανίστασθαι. τηνικαῦτα ἐκ τῶν βραχιόνων αἷμα ἀφαιρετέον: καὶ οὕτως εὐθὺς αὐτὴν θεραπεύσεις. In Lat. tranſlatione caput hoc non extat. * βραχεῖα. * forte, κάθηται. * γίνεσθαι. * αν ἡ. * forte ἐπιπολαιοι τὰ λευκά.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 7.

135. ρλε. Περὶ νόσου τῆς [illegible] μύλης.

* παχύλῳ collo.

* ὅλον.
* τοῦτο.

* τήξει, macie.

Σκλήρωσίς τῆς μήτρας ἐστὶν ἐκ τῆς παρελθούσης ζέσεως, δι᾽ ἣν ὅλη ἡ γαστὴρ ἐκτεταμένη ἐστὶν οὕτως, ὥστε ἐγκυμονούσαις δοκεῖν εἶναι. ἐνίοτε μὲν καί τι ἐν τῇ μήτρᾳ γεννηθὲν, πλέον ἡ σὰρξ ἐπαυξῇ, ὅθεν ἡ μαῖα εἰσβάλλουσα τὸν δάκτυλον ἐν τῷ στόμαϊ, ἢ ἐν τῷ * σκληρώματι, τοῦτο αὐτὸ εὑρίσκεται. ἐνίοτε δὲ πᾶσα ἡ μήτρα τοιοῦτον νόσημα πάσχει, ὡς ἡ γαστὴρ πᾶσα σκληρώσει λίθου ἐπαυξήσῃ, καὶ τὸ ὑπόλοιπον σῶμα σὺν κακῷ χρώματι καὶ ἀνορεξίᾳ κατέχεται. Εἴρηται δὲ μύλος παρὰ τὸ βάρος, καὶ διότι βραδέως κινεῖται. ἀφορίζομεν δὲ τὴν ἔχουσαν μύλον ἀπὸ τῆς ἐγκυμονούσης γυναικός. εἰ μὲν τῇ ἀρχῇ τῶν ἀμφοτέρων, καὶ τὰ ἔμμηνα οὐ συνδράμωσι, καὶ τοὺς μαστοὺς τι φυσημένους ἔχωσι, καὶ ἀνορεξίαν πάσχωσι καὶ βάρος ἐν τοῖς νεφροῖς ἑαυτῶν αἰσθάνονται, καὶ ἡ γαστὴρ καθ᾽ ἡμέραν αὐξήσει * ἐξ ἐκείνης δὲ τῶν ἐχούσης τὸν μύλον * ἐκ τούτου ὅτι καθ᾽ ἡμέραν νύγματα καὶ ὀδύνας αἰσθάνεται, καὶ περερχομένου τοῦ χρόνου αὐτὴν τὴν κίνησιν τοῦ ἐμβρύου οὐκ ἔχει, ἥνπερ αἱ ἐγκυμονοῦσαι γυναῖκες ἀπὸ τοῦ τετάρτου μηνὸς αἰσθάνεσθαι ἄρχονται. παρεληλυθότος δὲ τοῦ δεκάτου μηνὸς τὸ πᾶν σῶμα αὐτῶν τῇ * τήξει καταναλίσκεται, καὶ ἡ γαστὴρ καὶ τὰ μέσα τῶν μηρῶν καθόλου αὐξάνουσιν ὡς ὑδρωπικὸν τὸ νόσημα τῆς γυναικὸς δοκεῖν εἶναι. ἀλλ᾽ οὖν καὶ αὕτη ἡ ὑδρωπικὴ (νόσος) διαχωρίζεται ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς τὸν μύλον ἐχούσης, ὅτι ἡ γαστὴρ πατασσομένη ἦχον ἀποδώσει, καὶ τοῖς δακτύλοις θλιβομένη εἰς ὅσον δήποτε ἀφίσταται. τοῦτο δὲ τὸ νόσημα οἱ πλεῖστοι ἀνίατον εἶναι εἰρήκασι, τινὲς δὲ παραυτίκα ἀρχόμενον δύνασθαι ἰαθῆναι. ἡμεῖς δὲ καθάπερ τὸ χρόνιον νόσημα, οὕτως καὶ τὸν μύλον θεραπεύομεν, ὥσπερ προχειριζόμενοι τῶν παρηγορικῶν, σὺν πυρίᾳ καὶ καταπλάσμασι, καὶ κατασχάσει, πυρίαις τε, καὶ ἐγχυματισμοῖς καὶ ποτοῖς μαλακτικοῖς τοῖς ἁπλοῖς, ὡς τῷ διὰ χυλῶν, ἢ τῷ Μνασέου. ἔπειτα εἰς τὰ μετασυγκριτικὰ ἡμᾶς ἀναστρέφομεν: πρῶτον τῇ ἀναληπτικῇ περιόδῳ ἀναλαμβάνοντες, ἔπειτα τὰ μετασυγκριτικὰ προσβάλλομεν: καθάπερ (εἰσὶν) οἱ δρώπακες, καὶ αἱ προθέσεις τῶν ἐπιπασμάτων, ἀνατελβὴ τοιχαρῶν ἰσχηρὰ, σιναπισμοὶ, καὶ μαλάγματα. τουτέστι τὸ διὰ σπέρματος, καὶ τὸ πολυάρχιον, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων, καὶ τῶν * ἀφύσων, πυρίαι. ἐγκαθίσματα ἐπὶ μετασυγκριτικὰ, τούτοις καλῶς χρώμεθα. τουτέστιν ὕδωρ ἐν ᾧ εἰσὶν ἀφεψημένα δαφνίδων δέσμα, ὕσσωπον, ἡδύοσμον, πράσιον. ποτοὶ δὲ δεχόμενοι βούτυρον, χηλὸν ὑσσώπου, στέαρ χηνεῖον, μυελὸν ἐλάφου, ἢ τὸν ἐγκέφαλον αὐτοῦ. μέλι τοίνυν καὶ ἰσχάδος λελειωμένας μάλα λεπτῶς, * ἔλαιον παλαιὸν, οὕτως εἰς ὕδωρ θερμὸν βάλλομεν, καὶ ἐγχεῖσθαι κελεύομεν. ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος ἐγκαθίσματα ποιοῦμεν. χρονίζοντος δὲ τοῦ νοσήματος, καὶ ἐλλέβορον δώσομεν. ἀλλὰ μὴν καὶ * θυμιάματα ὑποκαπνίσομεν. ἅπερ οἱ ἀρχαῖοι ὑπεκάπνιζον, ἐσκευασμένα ἐκ κρόκου καὶ στύρακος, καὶ σμύρνης, καὶ ῥητίνης. καὶ ἀρτεμισίας. εἰς ἃ ἀφεψάσαι γλήχω, καὶ ἔλαιον, καὶ πρὸς τὴν πυρίαν αὐτῶν αὐτὰς καθιδρύομεν: καὶ ἐν ὕδατι ἀφεψοῦμεν κάρδαμον. Ταῦτα πάντα δεδοκιμάκαμεν, ἐπειδὴ πλείστας ὠφελεῖν δύνανται.

* Legendū forte, & aphyſis, fomentis.

*Interpres addit: aut cyprinum, aut ſampſuchinum.
* θυμιάματα.

Harm. Gynæc. pr. poſt ca. 20.
* ῥήξει ruptione.
* τῇ καμνούσῃ.

136. ρλϛ. Περὶ αἱμορραγίας τῆς μήτρας

Η τῆς μήτρας αἱμορραγία συμβαίνει ἐκ δυσχερεστάτου τόκου, ἢ ἐκ τρώσεως, ἢ ἐξελκώσεως, ὡς ἢ ὁπωσοῦν τῇ * ῥίζῃ τῶν φλεβῶν πλέον αἷμα ἐπὶ τοὺς γυναικείους τόπους ἐκχέεται. Παρέπεται δὲ * τῷ κάμνοντι χαύνωσις, τοῦ σώματος, ἰσχνότης, ὠχρὸν τὸ σῶμα, ἀνορεξία. ἔστι δὲ κινδυνῶδες τὸ νόσημα: εἰ μέν τοι ἡνίκα μετὰ μεγάλης δυσχερείας ἐπέχεται καὶ ξηραίνεται. ὅμως ἐνίοτε τὸ αἷμα διαρρεῖ. Πᾶσαι δὲ αὗται ἡνίκα θεραπευθῆναι ἄρξονται ὀφείλουσι κεῖσθαι ἐν κοιτῶνι σμικρῷ καὶ κοιτῶνι * καὶ ἐν τῇ κλίνῃ δηλαδὴ * τοῦ ἀρρώστου τὰ πλευταῖα τῶν ποδῶν ὑψηλότερα ἔχειν σὺν πάσῃ ἡσυχίᾳ τοῦ σώματος καὶ ἀναπαύσει: (πᾶσα γὰρ κίνησις ῥύσιν προτρέπει) οὕτως ἵνα τοὺς πόδας ἐστραμμένους σχῇ, καὶ οὕτως κείσθω. μετὰ σπόγγων τοίνυν μεγάλων ἐν ὕδατι ψυχρῷ βεβρεγμένων, ἢ ἐν ὀξυκράτῳ, αὐτὰ τὰ μέρη ἐμβρέχεσθαι, τουτέστιν ἡ κύστις, καὶ οἱ νεφροὶ, καὶ ὁ βουβὼν, οὕτως ὡς συνεχέστερον ἐναλλαχθήτωσαν. ἵνα μὴ τὸ σῶμα θερινῆς ὥρας οὔσης θερμανθῇ, * ἀλλὰ πάντα ἐν ἐπιχέσει διακερατηθήτω, καὶ μετὰ φασκιῶν δεσμευθήτω πάντα, ἢ ἐν ὕδατι ψυχρῷ ὑποβάλλειν. τὸ πρόσωπον τοίνυν ἐκ προσφάτου ὕδατος καταντληθῇ, καὶ πᾶν τὸ σῶμα αὐτῆς ῥιπίζειν μετὰ ῥιπιδίων. ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἐλαίῳ ψυχρῷ καὶ σπανικῷ ἐπαλείφομεν καὶ ἐκ διαστήματος ὄξος ῥοφεῖν δίδομεν. καὶ ἐγκαθισμοὺς τοίνυν σὺν ὀξυκράτῳ ψυχρῷ ποιοῦμεν: ἢ σὺν ὕδατι, ἐν ᾧ εἰσὶν ἀφεψημένα, μύρτη, σχῖνος, ἀγριοσυκομορέα, * λέπος ῥοῶν καὶ κρομμύων, καὶ ἄσφαλτον: ἡνίκα ταῦτα ζεσθῶσι καὶ καταψυχρανθῶσιν, (καὶ) οὕτως ἐκεῖσε ἡ γυνὴ ἐγκαθισθῇ. εἰ δὲ * ἐθέλεις διὰ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν, ἢ τῇ διαρροίᾳ ἐναντία ἐστὶ, τοῖς ἐγκαθίσμασι χρῆσθαι δυνηθῇ, αὐτό τι τὸ ὕδωρ εἰσπέμπειν, ἢ χυλὸν ἀρνογλώσσου, ἢ βάτου, ἢ ἐντύβων, ἢ σταφυλῆς ὄμφακος, ἢ ψυλλίου τῆς πόας, εἰς ποσὸν ἐπιτιθέναι. * Ἐπιμενούσης δὲ τῆς νόσου ὑποκυστίδα καὶ ἀκακίαν καὶ σέλινον σὺν ὄξει λυθέντα, καὶ ἐπιμελῶς λειωθέντα, δυνήσῃ ἐν ἐρίῳ, ὥσπερ ποσὸν ἐπιθεῖναι) ἐφ᾽ οἷς πράγμασιν ἐξ ὄμφακος ὁσονοῦν προσθήσεις, καὶ ἔριον μαλακὸν ἐν ὄξει ἐμβεβαμμένον καλῶς τῷ στόματι τῆς μήτρας ἐπιτιθέναι, ὅπως ῥέων τὸ αἷμα δέξηται, μή πως πηγνύμενον ἐκεῖ αὐτὰ τὰ μέρη κατακαύσῃ. συνεχέστερον δὲ τὸ ἔριον αὐτὸ ἀλλακτέον. σικύαι δὲ σταλτικαὶ σὺν πολλῷ πυρὶ αὐτοῖς τοῖς μέρεσιν ἔξω ἐπιτεθῶσιν, οὕτως ὡς ἐκεῖ ἐναπομένουσι * ἀρθῶσιν. ἐπίθεμα τοίνυν ὅπερ διὰ φοινίκων συνίσταται,

* Interpres addit: & mediocriter refrigerato & firmo.
* τὴν ἄρρωστον.

* ἄνευ δὲ πάντα.

* Coria mali granati. ceparum quidem coria non probarem adhibere.
* Lat. non habet.
* Parentheſis incluſa, interpres præterijt.

σεται, καὶ μήλων κυδωνίων ἐπιμιχθέντων, καὶ στυπτηρίας σχιστῆς, κηκὶδος καὶ ἅλατος, ὑποκυστίδος καὶ ἀκακίας καὶ ὀμφακίου, καὶ ταῦτα σὺν ἐλαίῳ καὶ κηρωτῇ ἑνωθῶσιν. ἢ ἐκ τῶν βοτανῶν τὰ ἐπιθέματα ταῦτα ἐξ ἀνδράχνης μελαίνης, ἢ ψυλλίου βοτάνης, καὶ σταφυλῆς ὄμφακος, καὶ ἀρνογλώσσου καὶ ἐντύβου, λεωθέντα ὄξει ἀναμιγέντα, ἢ καὶ μετὰ φοινίκων ἐν ὄξει ἀφεψημένων. χρώμεθα δὲ καὶ * γυμναστικῶν πιεσμάτων ἐχει κηκῖδα καὶ μάννα λιβάνου, καὶ χαλκῖτιν, καὶ γῆν ἀστέρα, ὡς χυλῷ τινι τῶν προειρημένων βοτανῶν τὰ ξηρία ἀναμιχθῶσιν ἢ εἰς σποδιὰν σπόγγῳ κεκαυμένῳ, ὃς ταύτῃ τῇ παραδόσει κατακαίεται. σπόγγον καινὸν πίσσῃ ὑγρᾷ καθηγρασμένον ἐν * χύτρῳ καινῷ βαλῆς, καὶ ἐάσεις, ἕως ἂν κατακαῇ, ὡς ξυρίον δύνασθαι γίνεσθαι, καὶ κοχλιάριον πλῆρες εἰς τὸν προειρημένον χυλὸν ἐπιμίξεις, ἢ σὺν τῷ λευκῷ τοῦ ὠοῦ λεώσεις. Ἀλλὰ ἐὰν ἴσως τῇ συνεχείᾳ τοῦ αἵματος καὶ σῆψις ἐκεῖ φανείη, ἢ ἕλκωσις ἤδη γεγένηται, σφόδρα φοβεῖσθαι ὀφείλομεν, καὶ ἐκ τῶν τροχίσκων τῶν δυσεντερικῶν θεραπεύομεν. Καὶ εἴ τις ἀρτίως κινδυνεύει, κατ᾽ ὀλίγον θεραπεύεσθαι ἀεὶ ὀφείλει, ὅπως διαφύγῃ τὴν τοῦ πάθους ἐκείνου ἢ τροφὰς σταλτικάς, τουτέστιν ὀρύγανον, φακῆν, ῥύζην σὺν ὀξεῖ ἀφεψημένην καὶ ἐλαίῳ σπανῷ ἠρτυμένην. δώσομεν πίνειν καὶ ἐντύβια, καὶ τριδάκας καυλόν, καὶ ὠὰ ξηρά. ἐκ δὲ τῶν πτηνῶν ἢ περιστεράν, ἢ πέρδικα, ἢ γέρανον σὺν ὀξυκράτῳ, καὶ καρπὸν μυρτίνης, σὺν ἐλαίῳ σπανῷ ἑψηθῶσι. καὶ ἐσχάτως οἶνον δίδομεν. καὶ εἰς ἐντελεστέραν ὑγείαν καταστήσασιν, βραδύτερον δοθῆναι.

137. ρλζ. Περὶ ῥεύσεως αἵματος τῆς γυναικός.

Αὕτη ἡ νόσος τῆς γυναικὸς τῇ τῶν χυμῶν πλεονεξίᾳ συμβαίνει, ἐκ πολλοῦ, ἤπερ ἐκ τῆς μήτρας ἐκχέεται. οὕτως τὸ ἑκατέρων ὡς ποικίλῳ χρώματι, ἡ καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ ἡ πάσχουσα ἐκ τοῦ τῆς μήτρας σώματος, κακὸν χρῶμα ἔχει. καὶ ἀνορεξίαν ποιεῖ. καὶ ἡνίκα περιπατεῖν ἄρξηται, ὀγκοῦται: καὶ οἴδημα τῶν ποδῶν χρῇ. διορίζεται δὲ ἡ νόσος αὕτη ἐκ τούτων τῶν σημείων. ὅτι ὀδύνη συμβαίνει, * καὶ δύσπνοιαν ἔχουσι. καὶ ἐκεῖναι αἵτινες σὺν ὀδύνῃ, ἐνίοτε καὶ ἕλκος ἔχουσι. Τὸ δὲ ἕλκος βλάπτει σὺν δὲ τῇ ζέσει ἐστὶ ῥυπαρόν, ἐνίοτε καθαρόν. ἐκείνη τοίνυν ἡ διάρροια ἥτις ἄνευ ἕλκους καὶ ὀδύνης ἐστίν, ὅπως μόνος ὁ χυμὸς φέρεται διὰ τῶν προειρημένων ἁπάντων βοηθημάτων θεραπευθῆναι δύναται, ἅπερ ἐν τῇ ἐξαιματώσει τῆς μήτρας τεθείκαμεν. εἰ θελήσει τις τοίνυν πυτίας δοῦναι ποτός, οὐ κωλύομεν, ὥς ἐστιν ἡ πιτυία τοῦ λαγωοῦ, ἢ μόσχου, ἢ ἀρνός, ἢ ἐλάφου ἐὰν εὑρεθῇ. ἢ ἐκ ῥοῶν, οἶνον καὶ λέπια ῥοῶν, ἢ φλοιὸν στροβίλων. ταῦτα πάντα κεκομμένα καὶ λελειωμένα, καὶ ἐκ τούτου τοῦ ξηρίου διδόναι ποτὸν * ζ δύο. ἄμεινον δὲ εἰ φοίνικες, καὶ μῆλα τὰ κυδώνια ἀφεψηθῶσι, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι τὸ ξηρίον βαλεῖς: καὶ οὕτως πίνειν παραδοίης. ὁσάκις δὲ σὺν ὀδύνῃ εἴη ἡ διάρροια, ἐγκολπιτεά ἐστι, χυλὸς ἰτέας ἢ πτισάνης, καὶ πάντων τῶν θερμαινόντων καὶ χαλώντων χρηστὸν ἐστὶ καταπλάσμασι καὶ θερμαῖς καὶ καλαῖς τροφαῖς. ἐκ τούτων γὰρ τῶν πραγμάτων καὶ ἐν τῇ ζέσει τὸ γενηθὲν ἕλκος θεραπεύεται. εἰ δὲ ῥερυπωμένων εἴη, ὅπερ δοκιμάζεται ἡνίκα ἐξέλθῃ τρυγώδης χυμὸς ἢ καθαρός, ἐκείνοις χρώμεθα τοῖς εἴδεσιν, οἷς ἐν δυσεντερίᾳ, (πρὸς) καθαρὰ ἢ ῥυπαρὰ ἕλκη. πρῶτον μὲν ἡνίκα ἀρχώμεθα περὶ ἑλκῶν τῶν ἐν τῇ μήτρᾳ γενομένων ἀναγινώσκειν, ἐκεῖ πλήρη τὴν θεραπείαν εὑρήσεις. Ἡνίκα δὲ χρονίσει ἡ διάθεσις, περιοδικὴν ἐπιμέλειαν παρέχομεν, ἵνα τὰς δυνάμεις ἡ γυνὴ ἀναλαβεῖν δυνηθῇ, καὶ τὸν πρότερον χυλὸν τοῦ σώματος ἀναλαμβάνειν, καὶ ἐκ τούτων τῶν μετασυγκριτικῶν τὴν ὀλεθρίαν διάρροιαν ἐκδιῶξαι, καὶ εὐρωστίαν ἀνακτήσασθαι.

138. ρλη. Περὶ διαρροίας σπέρματος τῶν γυναικῶν ἣν οἱ Ἕλληνες γονόρροιαν καλοῦσι.

Ἐν τούτῳ τῷ νοσήματι σπέρμα ἐκ διαστήματος ταῖς γυναιξὶν ἐκχέεται, ἄπερ ἄνευ ἐφέσεως, οὕτως ὡς σὺν * ἀχρώματι (καὶ) χαυνότητι τὸ σῶμα αὐτῶν τακῇ. τούτῳ δὲ τῷ νοσήματι, ᾧ διάρροια συμβαίνει, καὶ σπέρμα ἐκχέει. κατὰ πάντα τῶν ἐπέχειν δυναμένων παρεχόμενα εἰσίν. Ἀλλὰ μὴν καὶ λάμνας μολιβδίνας τοῖς νεφροῖς αὐτῶν ἐπιθεῖναι, καὶ οὕτως φασκιωθήτω. καὶ στρωμναῖς βραχείαις καὶ θερινοῖς σκεπάσμασι σκεπασθήτω, ὡς τὸν τῶν * ἀνθρώπων χαρακτῆρα μὴ παθεῖν, μήτε τῶν μερῶν τῆς ἀφροδισίας μῦθος σὺν αὐτοῖς μιγνύσθω. ἐν δὲ τῷ διαλείμματι τῶν μετασυγκριτικῶν πραγμάτων στερισκόμεναι ὦσιν, ὧν τινων αἱ θεραπεῖαι καὶ οἱ πόνοι συνεχέστερον διετυπώθησαν.

139. ρλθ. Περὶ χαυνώσεως τῆς μήτρας.

* Αἱ γυναῖκες αἱ χαύνας ἔχουσαι μήτρας, ἔμμηνα περισσότερα καὶ συνεχέστερον ἐν τῷ μηνὶ συμβαίνει, σὺν ἀνορεξίᾳ δὲ ὡς πολλάκις: καὶ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνδρὸς κατέχουσιν, ἀλλ᾽ ἔξω ἐκπίπτουσι: καὶ ἔκτρωσις συμβαίνει: καὶ πρὸς τὸν νόμιμον χρόνον τὸ ἔμβρυον βαστάζειν οὐ δύνανται. οὕτως δὲ ἐστὶν ἡ ἀπόκλεισις τοῦ σπέρματος, * ὥσπερ τοῦτο ὅπερ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν σύλληψιν ἡ μήτρα δέξηται * τοῦτο μετὰ τὴν πρώτην ἢ τὴν δευτέραν ἢ τὴν τρίτην ἡμέραν ἔξω ἐκπέμψῃ. ἡ δὲ ἔκτρωσις, ὅταν τῶν δύο ἢ τριῶν μηνῶν ἤδη πεπλησμένων, ἀλλ᾽ ἄνευ ψυχῆς καὶ ἰσχνὸν τὸ ἔμβρυον ἀποπέμψῃ. Ὁ δὲ ἄωρος τόκος ἐστίν, ὁσάκις πρὸ τοῦ νομίμου (χρόνου) ὅμως ἤδη πλησιαζούσης ἡμέρας ἀτελὲς ἐκκέχυται τὸ ἔμβρυον. Πρὸ τούτου οὖν τὸ νόσημα καλῶς ταύτην μεταφέρομεν τὴν θεραπείαν, ἣν εἰς τὴν ἐξαιμάτωσιν τῆς μήτρας καὶ εἰς τὴν διάρροιαν ἐξεθέμεθα. ταύτῃ γὰρ καὶ διάρροια χρόνια συμβαίνει.

140. ρμ. Περὶ παραλύσεως τῆς μήτρας.

Ὁσάκις ἡ μήτρα παράλυσιν πάσχει, τὸ στόμα αὐτῆς σὺν ψύξει θερμαντικὸν καὶ λελυμένον γίγνεται,

β 3

Margin notes:
* ἢ μυστρίοις χρεῖαι...
* χύτρᾳ καινῇ.
Orizma: malim oryzam.
Harm.Gynæc. par.post.c.20.
Lat.text. omisit.
Harm.Gynæc. par.post.c.26.
* ἀχρώματι.
* ἀνθρώπων.
Harm.Gynæc. par post.c.29.
* ταῖς γυναιξίν.
* ὅτι.
* hic τοῦτο abundat.
Harm.Gynæc. par. post.c.28.

(καὶ) ἀναίσθητον τὴν φύσιν ἔχει, οὔτε τῶν δακτύλων τῆς μαίας αἰσθάνεται. αὕτη δὲ ἡ γυνὴ τὴν χρῆσιν τὴν ἀφροδισίαν μισεῖ καὶ φεύγει. καὶ εἰ ἀναγκασθῇ, οὐ συλλαμβάνει διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὸ περιπατ[illegible]ν ἐμποδίζεται. καὶ αὐτὰ τοίνυν τὰ ἔμμηνα ἢ ἐπέχονται, ἢ ἀτάκτως ἐκκρίνονται. Θεραπεύονται δὲ καθάπερ αἱ δι ἐπισ[illegible] καὶ σὺν ὀδύνῃ καθαιρόμεναι.

141. ρμα. Περὶ *παντοίων τῶν παρεγκλίσεων τῆς μήτρας.

* στόμιον.
Harm. Gynæc. par. post. c. 5.
* φεύγει.
* ὁ κατ' αὐτῶν τείνεται.
* τοῖς προτέροις.

Αὐχὴν καὶ τὸ στόμα εἰς τέσσαρα μέρη κατακλίνονται. καὶ στροφοῦνται ἐνίοτε, καὶ εἰς τὰ ἀνώτερα μέρη *φεύγει. καταλείπεται δὲ τῷ δακτύλῳ τῆς μαίας καὶ σημείοις τισίν. εἰ γὰρ εἰς τὸ πλευρὸν ἑαυτὴν κατακλίνει, αἰτὸς ὀπὺς *καθέλκεται, καὶ ἐν τῷ σώματι ψύξις αἰσθάνεται, καὶ εἰς τὸ περιπατεῖν ἐμποδίζεται. εἰ δὲ ἐν *τῇ προτέρᾳ γενομένη ἐστὶν ἡ κατάκλισις, καὶ τάσιν ἐπὶ τὴν κτένα αἰσθάνεται. καὶ τὸ οὖρον ἐμποδίζεται. εἰ δὲ κατὰ τὸ ὄπισθεν κατακλίνει ἑαυτὴν, τὴν κόπρον σὺν ἐκπνευματώσει αἰσθάνεται ἐξελθεῖν, καὶ σὺν μεγίστῃ δυσχερείᾳ ἡ γυνὴ διαχωρέει, καὶ μάλιστα ἐὰν εἰς τὸ δακτύλιον γένηται ἡ κατάκλισις. ἀλλὰ ταῦτα πάντα τὰ σημεῖα εὑρεθῆναι εἰώθασι, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως καὶ ταύτην θεράπευε, ὡς τὸ ὄπισθεν εἰρήκαμεν.

142. ρμβ. Περὶ στειρώσεως τῆς μήτρας.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 3.
* ἀγθ.

Ἡ στείρωσις, κοινὸν πάθος ἐστὶ καὶ ἄρρεσι καὶ θηλείαις. ἐκ πλειόνων δὲ αἰτιῶν συμβαίνειν εἴωθεν. *ὥσπερ δὲ καθόλου αἱ γυναῖκες μὴ συλλαμβάνουσιν, ἢ ἡνίκα συλλάβωσιν οὐ κατέχουσιν: ἢ οὐκ ἀμέλεσι τὸν νόμιμον χρόνον ὑποφέρειν δυνηθῇ, ἵνα εἰς ὁλόκληρον τὸ ἔμβρυον τεχθῇ. αὕτη τοίνυν ἡ στείρωσις ἀποτελεῖται εἴς τε ἄρρεν ἢ τὸ θῆλυ, εἴ τι νόσημα ἐν τῷ σώματι ἔχουσι πάντων τῶν μερῶν ἐκείνων τῶν ἀναγκαίων ὄντων τῇ συλλήψει. Διὰ τοῦ ἀνδρὸς τοίνυν ἡ σύλληψις ἐμποδίζεται, ἡνίκα τὸ πᾶν σῶμα σχῇ, ἐν τῷ παρεληλυθότι, δηλαδὴ, χρονίαν τινὰ ἀρρωστίαν *τῶν σωμάτων, κἂν εἰ τὸ σπέρμα αὐτοῦ λεπτόν ἐστιν, ἢ ἐξ ὕδατος ὅμως, ἢ σφοδρᾶς ψύξεως, ἢ πλέον παρὰ τὸ καθῆκον τῇ θερμότητι ἐστὶ διεφθαρμένον, ἢ τῇ ἰδίᾳ ἀσελγείᾳ τῇ συνεχεστέρᾳ ἀφροδισίᾳ, μεθ' ὧν καὶ (ἰσχύος) αὐτῶν ἰδίων τῶν μερῶν, ἢ ὁ ἀνὴρ ἐμποδίζειν εἴωθεν, ὁσάκις ἐξωνυχισμένος ἐστὶν, ἢ παραλελυμένος, τουτέστιν ἐν τῷ πλαγίῳ τὸν ὑμένα ἔχουσι, δι' οὗ τὸ σπέρμα ἐκπέμπουσιν. Ὁμοία δὲ *στέρησις εὑρίσκεται διὰ γυναικείου πάθους. εἰ γὰρ εἰσὶ λεπταὶ καὶ τεταμέναι καὶ φθισικαὶ, ἢ *κατεσκληκυῖαι: ἢ παρὰ φύσιν πολὺ παχεῖαι καὶ πιμελώδεις, ἢ ὀργίλαι καὶ θυμώδεις. οἷς μέρεσι δὲ γυναῖκες ἐμποδίζονται, ὁσάκις ἢ *καθαίρονται, ἢ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἐγκεκλεισμένον ἔχωσιν, ἢ ἐστραμμένον, ἢ ὑμενῶδες, ἢ τινὶ πράγματι αἰτιώμενον, ἢ δῆλον τύλωσιν, ἢ σκλήρωσιν, ἢ ἕλκος ἐκεῖ ἔχωσιν, ἢ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἀνδρὸς τὸ σπέρμα οὐκ ἀποβάλωσι, καὶ ἐντεῦθεν εἰσὶ στεῖραι καὶ *ἄγαμοι. Θεραπεύονται δὲ ἕκαστα τὰ προειρημένα ταῖς ἰδίαις ἐπιμελείαις οὕτω, ὡς κεκμηκὼς ὁ ἀνὴρ ταῖς γυμνασίοις καὶ τῇ ἀλοιφῇ καὶ τῇ ποικίλῃ τροφῇ ἀναλαμβανέσθω. εἰ δέ τι χρόνιον νόσημα ἐμποδίζει, πρῶτον θεραπευθήτω, καὶ οὕτως ἀναληφθήτω. Τοὺς δὲ ἐκτεμνομένους καθάπερ ἐν τῷ χειρουργικῷ περιέχεται θεραπευτέον. ὁμοίως τοίνυν ἡ γυνὴ ἀναληφθήτω, καὶ θεραπευθήτω. εἰ δὲ ὑπό τινος αἰτίας τὸ *σῶμα ἐγκεκλεισμένον ἐστὶ, ἢ ἐὰν ὁ ὑμὴν κεκλεισμένος, ἀνεῳγμένος ἐστὶν: ἐάν τι ἕλκος ἔχει, διάφορος αὐτῇ θεραπεία. ἡ τύλωσις δὲ καὶ ἡ σκληρία, μαλακτέα. ἐκτὸς δὲ τούτων τῶν αἰτιῶν οὐδεμία, ἄλλη τις αἰτία, εὑρεθῇ ἂν ἡ ποιοῦσα στείρωσιν, ἢ τὴν σύλληψιν ἀποβάλλουσα.

* τῶν σωμάτων abundat, in singulari legendum τοῦ σώματος.
* στέρωσις.
* κατεσκληκυῖαι.
* μή.
* fortè, ἄπαιδες.
* στόμα.

143. ρμγ. Περὶ δυσχεροῦς καὶ κοπώδους τόκου.

Harm. Gynæc. par. pr. cap. 11.

Πολλαί εἰσιν αἰτίαι ἐφ' αἷς ὁ κοπώδης καὶ δυσχερὴς τόκος ἀποτελεῖται. μία τοίνυν αἰτία παρὰ αὐτῆς τῆς τικτούσης. ἄλλη δὲ παρὰ τοῦ τικτομένου ἐμβρύου. τινὲς δὲ καὶ τρίτην αἰτίαν προσάγουσιν. ἢ ἐκ τῶν ἐκτὸς συμβαίνειν εἴωθε. παρ' ἄλλοις δὲ καὶ τετάρτη ἐξανίσταται μικτὴ λεγομένη. ἥ τις ἐκ πάντων τῶν προειρημένων μίγνυται.

144. ρμδ. Πῶς λέγουσιν ἐξ αὐτῆς τῆς τικτούσης τὸν δυσχερῆ τόκον συμβαίνειν;

Οἷον ἐὰν ὀργίλη ᾖ, ἢ ἐντρεπτικὴ, ἢ δειλὴ, ἢ πρωτεύουσα. καὶ ὅλῳ τοίνυν τῷ σώματι, ἢ πολὺ ἰσχνὴ, ἢ σφόδρα πιμελώδης, ἢ μυώδης, ἢ ἄρρωστον σῶμα ἔχουσα, ἐμποδίζεται. τοῖς δὲ μέρεσιν ἴσως *μὴ ἡ αὐτὴ μήτρα ἐν ζέσει εἴη ἢ τισὶ κονδυλώμασιν ἐμποδισθῇ, ἢ τὸ στόμα αὐτῆς στενώτατον ᾖ, ἢ ἐκ μέρους κεκλεισμένον, ἢ ἐν τῷ πλησιάζειν τις αἱμορραγία καὶ ἄθροισις εἴη, ἢ ἐν τῇ κύστει λίθος, ἢ ἐν τῷ κώλῳ τῶν κόπρων ἐπίσχεσις εἴη. ἐκ τούτων γὰρ πασῶν τῶν αἰτιῶν ἡ ἔξοδος τοῦ ἐμβρύου δυσχεραίνεται.

145. ρμε. Πῶς λέγουσι διὰ τοῦ τικτομένου ἐμβρύου τὸν τόκον δυσχερῆ συμβαίνειν;

Δηλαδὴ ὅταν φυσικῶς μεγίστη κεφαλὴ, ἢ ὅλον τὸ σῶμα τῆς γαστρὸς μεῖζον, *ἢ ἢ δῆλον, ὅτι ὑδρωπικόν ἐστιν, ἢ κυρτὸν, ἢ ἀσθενὲς, ἢ πεφυσημένον, ἢ ἀποθαμένον, ἢ τῇ θέσει παρὰ τὴν φύσιν ὄν.

146. ρμϛ. Ποσαῖς καὶ ποίαις σχήμασι τὰ ἔμβρυα γεννῶνται.

Γενικὰ μὲν τέσσαρά εἰσι γένη, κατὰ κεφαλὴν, κατὰ πόδας, ἢ πλάγιον κείμενον, ἢ διεδιπλωμένον. ἰδικὰ δὲ σχήματα πλείονα εὑρίσκονται. ἐκεῖνο γὰρ τὸ κατὰ κεφαλὴν φερόμενον, ἐνίοτε μὲν τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας ἔχει, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐστραμμένον κατὰ κεφαλὴν κατερχόμενον, ὡς πρότερον μένει ἐν τῷ στόματι, ἢ ὄπισθεν τὴν κεφαλὴν ἐμπήξῃ. ἢ πλάγιον ἑαυτὸ ἀπορρίπτει. καὶ ἐνίοτε αὐτοῦ ἐπισχέσεως. ἐνίοτε τοίνυν τὴν μίαν χεῖρα, ἔξω *ἐπαναδίδει, τὸ λοιπὸν μέρος ἔνδον ἐζευγμένον τῶν ποδῶν εὑρεθήσεται. ἢ καὶ αὐτὴν ἐξαιτούμενον. ἄλλο δὲ σχῆμα ὅπερ κατὰ πόδας ἐνίοτε κατέρχεται, οὕτως ὡς αὐτό-

* proiicit. ἐπανατείνει.

θεν

θεσιν τὸ στόμα τῆς μήτρας τοὺς πόδας σχῇ ὀρθοὺς, τὰς δὲ χεῖρας ἐζευγμένας τοῖς πλαγίοις, ἐνίοτε ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἢ ὄπισθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοὺς πόδας ἐμπήξῃ. ὅπερ καὶ αὐτὸ ἐνίοτε σὺν ἐπισχέσει, ὅτε δ' ἄνευ ἐπισχέσεως γίνεσθαι εἴωθε. καὶ ποτὲ μὲν τὸν ἕνα πόδα, ἢ τοὺς * ἑκατέρους γε ἔξω ἐκπέμπει, τῶν χειρῶν δηλονότι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν συνεστραμμένων. καὶ * ποτὲ δὲ διηρημένοις τοῖς ποσὶ, * τῶν μερῶν τῆς μήτρας κεχωρισμένους ἐμπηγνύει. ἐνίοτε διπλωθὲν τῶν ποδῶν μετὰ τῶν γονάτων, ἐξελθεῖν ἀναγκασθήσεται. ἐνίοτε οὕτως διπλουμένων, ὡς καθεζομένῳ ὁμοίως τὰ τραύματα ἔξωθεν διάξῃ: ἢ ἐναντίως, οὕτως διπλωμένων, ὡς τὰ πλάσματα τῇ κεφαλῇ ἐζευγμένα εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας εὑρήσεις. Τὸ δὲ πλαγίως κείμενον, ἐνίοτε ἐν τῷ πλαγίῳ, ποτὲ ὕπτιον, ποτὲ εἰς τοὺς ὀδόντας εὑρεθήσεται. οὕτως τοίνυν διεδιπλωμένων * ἐσκυλμένων, τεθειμένων εἶναι δύναται.

melius, ἀμφοτέρους · * L. interp. nō habet. · * τοῖς μέρεσι. · * ἐς τὸ πλάγιον.

147. ρμζ. Ἐκ * τούτων τοίνυν τῶν προειρημένων σχημάτων, * ἅπερ εἰσὶν ἐναντιούμενα, καὶ κατὰ φύσιν: καὶ τὰ ἐναντία, καὶ παρὰ τὴν φύσιν;

Ὁσάκις κατὰ κεφαλὴν φέρεται, οὕτως ὡς εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας * εὐθέως ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εὑρεθήσεται, * τὰς χεῖρας δηλονότι ταῖς πλευραῖς ἐζευγμένας.

* ποσάρων. · * ποῖα. · * ἐναντία. · accuſatiui pro genitiuis abſolutis.

148. ρμη. Πῶς ἡ παντοιοτέρων τοῦ κατὰ σχήματος ἰστὰ γίνεσθαι ἐμβρύων;

Ὁσάκις τῶν ποδῶν ἐζευγμένων κατέρχεται, καὶ εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας τεθειμένων, τῶν χειρῶν, δηλαδὴ ταῖς πλευραῖς ἐπιδοθείσαις, * (οὐδέποτε αὐτὸ ἡ μαῖα κατάξῃ. ἀλλ' ἡνίκα κατελθεῖν ἄρξηται, εἰσβάλλουσα τὴν χεῖρα, τὰς χεῖρας αὐτοῦ κρατησάτω, καὶ αὐτὰς καταγάγοι, μήπως τὰς χεῖρας * ἀνεώξῃ, καὶ αὐται ἐκεῖ ἀπομένωσιν.) ἀλλ' ἐκ τῶν δύο σχημάτων ἄμεινόν ἐστι τὸ κατὰ κεφαλῆς κατερχόμενον. ἡνίκα γὰρ ἀγωνίζειν ἄρξηται, οὐδὲν ῥύπος ἐστί.

Latinis interpres omiſit, in cluſa parentheſi. · * ἀνέλκῃ.

149. ρμθ. Πῶς λέγουσιν ἐκ τῶν ἐκτὸς συμβαινόντων αἰτίων δυσχερέστεροι τόκοι γίνεσθαι;

Συνεχέστερον γὰρ ἡ τῇ πάνυ ψύξει τοῦ ἀέρος, ἢ ὀλίγον * πλέον θερμασίᾳ, ἢ δηλονότι ἡνίκα ἅπερ τῇ τικτούσῃ εἰσὶν ἀναγκαῖα, οὐ πάρεισι.

* πλέονι.

150. ρν. Πῶς λέγουσι διὰ τοῦ * χύλανος ἐμποδίζεσθαι τὸν τόκον;

Ὅτι βραδύτερον ὑπὸ τοῦ βάθους ἀναλύεται (τῆς μήτρας) ἢ δῆλον οὕτως στερεωμένος ἐστὶν, ὡς δυσχερῶς ἐκκενωθῆναι). ἢ δηλαδὴ οὕτως λεπτός ἐστιν, ἵνα πρὸ τοῦ καιροῦ * ὁ τόκος λελυμένος ᾖ καὶ πρότερον τὸν χυμὸν ἐκεῖνον ἐκχεῖ, ὅνπερ διὰ τὸ ὀλίσθημα τοῦ παιδίου προδιατετρεπισμένον ἔχει.

* χείν. · * τοῦ τόκου.

151. ρνα. Πῶς λέγουσι κατ' ἄλλον τρόπον, ὥσπερ ἐκ πασῶν τῶν αἰτιῶν μίγνυνται τὸν τόκον ἐμποδίζειν;

Διότι περ νοσερὸν καὶ χαῦνον ἐστὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ διὰ τοῦτο οὐ βοηθεῖ τῇ ἀνάρξῃ τῆς τικτούσης. ἢ δῆλον τεθνηκὼς, ἢ μικρὰν κεφαλὴν ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο τὸ στόμα ἐκτανθῆναι οὐ δύναται οὔτε παρὰ τῆς μαίας εὐχερῶς καταλαμβάνεται. καὶ * αὐτὰ τὰ αἴτια ἃ ἐγὼ Μοσχίων καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ τεθελήκασι ποιῆσαι τοῦ δυσχερεστέρου τόκου. * Σωρανὸς δὲ ἄλλας προστίθεται αἰτίας. βούλεται γὰρ ἐπικυρῶσαι, ἢ ἐξ ἐπισχέσεως ἐμποδισθῆναι τὴν τόκον, ἢ * συσφιχθέντων, καὶ ξηρανθέντων αὐτῶν τῶν μερῶν. (ἢ) ἐκ διαρροίας τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ, * ἢ διαρροίαν αἵματος * ἀναληφθεισῶν τῶν δυνάμεων τῆς τικτούσης, ἢ (ἐξ) ἐκείνων τῶν πραγμάτων εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας συγκλείεσθαι εἴωθεν, καθάπερ τοῖς μώλωψιν, ἢ ταῖς κλείσεσιν, ἢ ταῖς θρύψεσιν, εἴ τε αἱμορραγίαις, καὶ τούτοις τοῖς πλείοσιν ὁμοίως. ἢ τοίνυν τῷ θανάτῳ τοῦ ἐμβρύου, ἢ * ἐσκυλμένον παρὰ φύσιν τεθειμένῳ, ἢ τῇ πλεονεξίᾳ τῶν μερῶν, τῆς γαστρὸς, τῶν χειρῶν, ἢ τῶν ποδῶν κτλ. ἢ (ὅτι) αὐτὰ τὰ ἔμβρυα, τέσσαρα ἢ πέντε εἰσίν.

Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ αἴτια. · * Σωρανός. · * τόκον. · διὰ διαρροίαν. · * ἐκλειπουσῶν, vel ἀναλωθεισῶν. · * ἐς πλάγιον.

152. * ρνβ. Ποίᾳ τοίνυν ἐπιμελείᾳ μανθάνομεν ἐκείνας, ἃ μετὰ βραδυτῆτος καὶ σὺν δυσχερείᾳ τίκτουσι;

Εἰσί τινες αἵτινες δι' ἐπισχέσιν καὶ * στένωσιν ξηρότητος, ἀλλὰ μὴν καὶ ζέσιν ἐμποδίζονται, εἴτε ἀπὸ σφοδρᾶς ψύξεως τοῦτο πάσχουσιν, ἢ (διὰ) σκλήρωσιν τοῦ σώματος τοῦ ἐμβρύου, ἢ τῆς μήτρας βραχύτητα, ἡνίκα ἐπὶ μακρὸν χρόνον τὴν σύλληψιν δέξῃ): εἴτε παχύτητα τοῦ σώματος, ἢ φόβον, ἢ ὀργιλότητα. *

Harm. Gynæc. par. pi. cap. 12. Vide Aetium lib. 16. cap. 22. · forte. · * στένωσιν.

* Interpres addit, vel colli matricis curuedine vel tortione. Hæc omnia ſupradicta chalaſtica diligentia relaxari ſolent.

153. ρνγ. * Περὶ γυναικὸς δυστοκούσης καὶ μὴ δυναμένης ταχέως γεννῆσαι.

* Ὠὸν χλιαρὸν δίδου ῥοφῆσαι καὶ ἀνωδύνως παραχρῆμα γεννᾷ, ἢ ἐκ ῥαφανίων ποιήσας στέφανον, στέφων τὴν ὠδινοῦσαν. καὶ παραχρῆμα τέξεται. εὐθέως δὲ ἅρπασον τὸν στέφανον ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, ἵνα μὴ βλάψῃ. ἢ περιστερᾶς κόπριον κάπνισον αὐτὴν, καὶ εὐθέως τέξεται. ἢ ὠὰ δύο σὺν πηγάνῳ καὶ ἀνίσῳ καὶ κυμίνῳ λειώσας, πάντα ὁμοῦ σὺν οἴνῳ λευκῷ δίδου πιεῖν ἀπυρέτοις: ἐὰν δὲ πυρέσσωσι, μετὰ ὑδρομέλιτος, ἢ καυλίων ἀνήθου ποίησον στέφανον, καὶ ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, στεφάνωσον τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. ἢ λαβὼν ὁ ἀνὴρ τῆς τικτούσης, λαγὼν ζῶντα καὶ κρύψας ὑπὸ τὸν κόλπον αὐτοῦ, εἰσελθὼν περιέλθῃ τὴν κλίνην ἅπαξ, καὶ ταχέως φύγῃ ἔξω, ἵνα μὴ καὶ τὰ ἔντερα αὐτῆς ἐκβάλλῃ.

Caput hoc 153. & ſequētia omnia in tranſlato Latino nō habentur, ſed pro ijs alia ſolita in quarto (vt loquūtur) 14. de obſtetricatu, & de varijs paſſionib. vteri curandis.

154. ρνδ. Περὶ γυναικὸς ὠμοτοκούσης.

Ταῖς δὲ ὠμοτοκούσαις καὶ μὴ τελεσφορούσαις τὰ ἔμβρυα δίδου πιεῖν ἀρτεμισίας δραχμὴν, ἢ τρίχες ἐρίπαιη. λειώσας σὺν οἴνῳ εὐώδει.

155. ρνε. Πρὸς τεθνεκὸς βρέφος, ἵνα αὐτὸ καταβάλλῃς;

Πράσου δεσμὴν καὶ πηγάνου δεσμὴν ἀφεψήσας σὺν οἴνῳ εὐώδει, δίδου πιεῖν τρίτον. Ἄλλο. Τὰ νεκρὰ ἔμβρυα ἐκβάλλει χολὴ προβάτου θυμιωμένη.

156. ρνϛ. Πρὸς τὸ μὴ ῥῖψαι τὸ βρέφος.

Γυνὴ ἔχουσα ἐν γαστρὶ οὐκ ἀποβαλεῖται, ἐὰν λαβὼν βάτου ῥίζαν, καὶ βαλὼν αὐτὴν εἰς πανίον, δήσῃς εἰς βραχίονα αὐτῆς: ἔσται ἄφθορος ἕως οὗ τέξεται. Ἄλλο. Γυνὴ οὐκ ἀποβαλεῖται τὸ ἔμβρυον, ἐὰν λαβὼν * ζοχλὴν βοτάνην μετ' οἴνου δώσῃς αὐτῇ πιεῖν.

[Margin: * Vide an vocabulum ſit Arabicum, zucha fortè, vel ſucham.]

157. ρνζ. Πρὸς τὸ γάλα τῆς γυναικὸς καταπαύσασθαι.

Τῆλιν ζέσας καὶ λειώσας αὐτήν, τοῖς μαστοῖς (ἐπίπλαττε) ἢ μελάνθιον μετὰ ἑψήματος πότιζε. γο. ἢ σήσαμον μετὰ γλυκέως ἐν βαλανείῳ πότιζε, ἢ κανναβούρου (?) λειώσας μετ' οἴνου ἀκράτου πότιζε. ἢ πίτυρα μετὰ ῥίζης μαράθρου ἀπὸ λουτροῦ μετ' οἴνου πότιζε, τὸ καθέψημα αὐτῶν.

[Margin: * λειώσας.]

158. ρνη. Περὶ τοῦ σβέσαι γάλα γυναικός.

Γυναικὸς γάλα * ἀποφρύξεις οὕτως: Φάβα ἄλεσον καὶ ἔλαιον ἀναμίξας, κατάπλασσε τοὺς μαστοὺς αὐτῆς.

[Margin: * fortè, ἀποσβέσεις.]

159. ρνθ. Πρὸς τὸ μὴ αὔξεσθαι γυναικὸς μαστούς.

Κωνείου σπέρμα φρύξας καὶ λειώσας κατάπλασσε ἡμέραις ζ.

160. ρξ. Περὶ γυναικὸς ἀτέκνου ἵνα συλλήψηται.

Γυνὴ ἄτεκνος ἢ μὴ τέκνον ποιήσασα, συλλήψεται οὕτως. Ποιήσεις ταύτην τὴν σκευασίαν. Κηροῦ Τυρρηνικοῦ γο. γ. ἀφρονίτρου γο. α. Τύλεως γο. α. 𐅶''. τὸ δὲ ἀφρόνιτρον καὶ τὴν. τῆλιν λείαν μίσγε τοῖς συμπλεκτοῖς. ἢ * σατύρου σπέρματος γο. δ. χολῆς δόρκου τὸ ὑγρόν.

[Margin: * σπέρμα.]

* Ἄνθρωπε γλῶσσαν παῦσον, χείλεα διάμαζον, τὸν οἶνον φύγε, καὶ φεῦγε κόσμον καὶ ψυχῆς ὡς γέρων. * χολὴν αἰγείαν, καὶ θὲς εἰς τὸν ὀμφαλὸν τῆς γυναικὸς ἐπὶ ἡμέρας ζ. καὶ συγγινέσθω τῷ ἀνδρὶ σπλέωνος αὔξησις. καὶ θαυμάσεις. Ἢ ἀλώπεκος κόπριον λειώσας, καὶ μίξας μετὰ ῥοδίνου ἐλαίου ἢ αἰγείου, ἄλειφε τὸ αἰδοῖον τῆς γυναικός, ὡσαύτως καὶ τοῦ ἀνδρός, καὶ συλλήψεται. Ἡ πυτίαν λαγωοῦ ἐκλύσον εἰς ῥάκος ἐν ᾧ τὸ παιδίον γεννηθὲν ἐτυλίχθη. (καὶ) ἡ γυνὴ λαβοῦσα αὐτὸ ὑποτιθέσθω ἑαυτῇ, καὶ ἀνδροκοιτήτω. Ἕτερον πρὸς ταυτό ἐστι διὰ πεσσοῦ καθαρτικοῦ, * χρῶ δὲ αὐτῷ οὕτως ἡμέραις θ. μὴ πλησιάζουσα τῷ ἀνδρί, ἀλλὰ διαμένουσα οὕτως. Καὶ εἰ μὲν θέλεις ἄρρεν ποιῆσαι, ποίει ἄρεως ἡμέρᾳ: εἰ δὲ θῆλυ, ἀφροδίτης. καὶ τότε ἀπὸ τῆς καθάρσεως συγγινέσθω τῷ ἀνδρί. ἡ δὲ * χρῆσίς ἐστι τοῦ πεσσοῦ τοιαύτη. ὀποῦ μήκωνος, συμπεπλεγμένας σχιστῆς, κρόκου ἀνὰ γο. δ. μελανθίου γο. β. περιπλέως γο. 𐅶''. μύρου σουσίνου τὸ ἀρκοῦν. γλυκαντῆς γο. α. 𐅶''. καὶ μέλιτος Ἀττικοῦ τὸ ἀρκοῦν. Παρατιθέσθω δὲ ὁ πεσσὸς, εἰς τοὺς * πόδας τῆς ὑστέρας. Ἔπεμψα δὲ καὶ κυρία Ἰουλία Ἀγριππίνῃ τὴν χρῆσιν, ἥτις μέχρι τοῦ δεῦρο μὴ κύουσα, ἔχει τὸν ποθεινότατον υἱὸν Διογενιανὸν ἐκ τοῦ φαρμάκου τούτου. καὶ σοὶ δὲ κυρία ἐξαιρέτως ἔπεμψα τὴν γραφὴν * ἀσφαλισαμένη πρὸς τὸ μὴ διαπιστεῖν * πρός σε.

[Margin: * His notis incluſa moralis ſententia neſcio quomodo huc irrepſit: qua ſublata e medio reliqua coniungenda videtur, ſic: χολὴν δόρκου τὸ ὑγρὸν (μίγνυε πρὸς) χολὴν αἰγείαν, &c. * χρῶ δὲ. * fortè, σκευασία. * τοὺς πυθμένας, vel τὸν πυθμένα. * mulier fortè eſt quæ miſit, vt hæc nō ſint Moſchionis. * πρός σε.]

161. ρξα. Πρὸς τὸ γυναῖκα μηδ' ὅλως τεκνοποιῆσαι.

* Ἡ γυνὴ οὐ συλλήψεται οὕτως ποιήσασα: Τὸ ὀστοῦν τοῦ ἐλάφου ὅπερ ἔχει εἰς τὴν καρδίαν, ἔκκαλον (?) καὶ ξέσον ἐξ αὐτοῦ, καὶ δὸς πιεῖν τῇ γυναικί, καὶ οὐ τέξεται. ἢ ὑοσκυάμου σπέρμα τρίψας μετὰ γάλακτος ἱππείου, ἔμβαλε εἰς δέρμα ἐλάφου. καὶ ἐπίδησον τὸν βραχίονα αὐτῆς, καὶ θαυμάσεις. εἰ δὲ βούλει πειρᾶσαι, αὐτὸ περίαψαι ὄρνιθι καθ' ἑκάστην τικτούσῃ, καὶ οὐ μὴ τέξεται: ἢ χύτρᾳ ζεούσῃ, καὶ οὐ μὴ ζέσει: ἢ ῥεούσῃ, καὶ οὐ μὴ ῥεύσει. Ἡδύοσμος πρὸ τοῦ πλησιάζειν παρατιθέμενος, ἢ προστιθέμενος. Ἢ ἀλόης δραχμὴ μία. κηρέως δραχμὴ μία, ἤτοι κεράτια η. πηγάνου δραχμὴ μία. ταῦτα ὕδατι λειώσας, καὶ ποιήσας * κολλύρια ἐπιμήκη, πρόσθες τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ. παραχρῆμα γὰρ ἐκβάλλει τὸν γόνον ἔξω. Ἡ λεύκης τοῦ δένδρου τῆς ῥίζης γο. α. λειώσας σὺν ἡμικοτύλῃ ὕδατος παρέχε ἐξ ἀφέδρου, καὶ οὐκέτι κύει.

[Margin: * Quare apud Aetium lib.16. cap.17. * κολλύρια.]

162. ρξβ. Πρὸς τὸ γνῶναι γυναῖκα εἰ γόνιμός ἐστιν, ἢ οὔ.

Ῥητίνην θυμίασον ἤγουν ὑποκάπνισον, ἢ λίβανον, ἢ στύρακα, ἤ τι θυμίαμα ἢ ἄσφαλτον ὑπόθες ὑποκάτω αὐτῆς ἀσφαλισάμενος πανταχόθεν, ἵνα μὴ ἐξέρχηται τὸ κάπνισμα. καὶ εἰ μὲν ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς ἐξέρχεται ἡ ὀσμὴ τοῦ καπνίσματος καὶ ἐρεύγεται, ἐπίγνωθι ὅτι γόνιμός ἐστιν. ἐὰν δὲ οὐκ ἐρεύγηται, οὐδὲ ὀσμὴν ἀναπέμπει διὰ τοῦ στόματος, γνῶθι ὅτι στεῖρα ἐστίν. ἀποκλεισθῇ γὰρ αὐτῆς ἡ μήτρα, καὶ * σχῆμα *

Καρπὸν ἐν γαστρὶ αὐτῆς. Ἢ λαβὼν ἀγγεῖα ὀστράκινα, καὶ σημειωσάμενος αὐτὰ ἀκριβῶς, βάλε εἰς αὐτὰ κριθὴν ἢ ὄροβον. καὶ οὐρείτωσαν ὅ, τι ἀνὴρ εἰς τὸ ἓν καὶ ἡ γυνὴ εἰς τὸ ἕτερον. καὶ θὲς αὐτὰ εἰς τόπον ἐν ᾧ ἐστι κατάψυχον, ὥστε ἄχρι ἑπτὰ ἡμερῶν, μηδ' ὅλως παραλλαχθῆναι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἔκκαλον αὐτὰ καὶ ἴδε. καὶ ἐὰν βλαστήσωσι τὰ ἀμφότερα, γόνιμοί εἰσι. εἰ δὲ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ βλαστήσῃ, ἐκεῖνος ἐστείρωται.

[Margin: * fortè, καὶ οὐκ ἂν συλλήψοιτο καρπὸν ἐν γαστρὶ αὐτῆς.]

163. ρξγ. Περὶ τοῦ γνῶναι πότερον ἄρρεν ἢ θῆλυ τέξεται.

Λαβὼν ποτήριον ὕδατος γέμισον, καὶ ἐκθλίψας ἐκ τοῦ μαστοῦ τῆς γυναικὸς γάλα, δύο ἢ τρεῖς βρεχθεὺς, ἐπίσχεζον (?) τὸ ποτήριον ἐν τῷ ὕδατι: καὶ εἰ μὲν στῇ ἄνω γάλα καὶ ἐπιπλέει, ἄρρεν τίκτει: εἰ δὲ διαλυθῇ καὶ βουλήσει κάτω, θῆλυ τέξεται. Ἢ κάθισον αὐτὴν ἐπὶ τὸ ἔδαφος (ἐπὶ) σκίμποδα, καὶ ἀπομακρύνας ἀπ' αὐτῆς ὀλίγον κάλεσον αὐτὴν ἐλθεῖν πρός σε: ἀνισταμένη δὲ αὐτὴ ἐὰν τὸν δεξιὸν πόδα προτείνῃ ἄρρεν ἔχει, εἰ δὲ τὸν ἀριστερόν, θῆλυ. Ἢ βλέπε τοὺς μαστοὺς αὐτῆς, ἤγουν τὰς ῥῶγας: καὶ εἰ μὲν ὀρθαί εἰσιν, ἄρρεν ἔχει, εἰ δὲ κάτω γεύουσι, θῆλυ συνέλαβε. Ἢ πρόσχες. καὶ εἰ μὲν οἱ μαστοὶ εἰσὶν εὔχροοι, ἄρρεν ἔχει: εἰ δὲ δύσχροοι, θῆλυ συνέλαβε.

ΤΕΛΟΣ.

ΙΑΜΑΤΑ ΑΤΤΑ ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΙ-ΝΟ'Σ, Α' ΜΕΤΑ' ΤΗ'Ν ΤΟΥ' ΜΟΣΧΙ'ΩΝΟΣ

βίβλον γεγραμμένα εὑρήκαμεν.

Remedia qvædam Avtoris incerti,

quæ poſt Moſchionis librum ſcripta re-perimus.

α. Πρὸς ὄφιν κεφαλῆς, τουτέστιν ἀλωπεκίαν ἢ ὀφίασιν.

Ἡ ἀλωπεκία καὶ ἡ ὀφίασις κοινή ἐστι, καὶ κοινὴν θεραπείαν δεῖ προσφέρειν. καλεῖται δὲ ἡ ὀφίασις, ἐπειδὴ τῷ σχήματι τοῦ χρώματος τοῦ ὄφεως ἐστιν. ἡ δὲ ἀλωπεκία, ἐπειδὴ τῆς ἀλώπεκος ὅμοιον τὸ χρῶμα. * Τοῦτο δὲ τὸ πάθος συνεχῶς καταλαμβάνεται γίνεσθαι ἀπὸ κακίστων χυμῶν τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ. Παρὰ Ῥωμαίοις δὲ ὄφις ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὸ εἶδος τοῦ κακοῦ καὶ τὸ χρῶμα αὐτοῦ, ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς ἐνδείκνυται, λευκὸν γὰρ ὑπάρχον σημαίνει, ὅτι ἐστὶν ἀπὸ φλέγματος, ὑπομέλαν δὲ, ὅτι ἀπὸ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. ὤχρον δὲ ἀπὸ ξανθοῦ καὶ χολώδους χυμοῦ γίνεται.

Alia ſunt quã Paulus & Aetius habeant.

Ὀνόματα.

* Αἴτια.

Ἔξεστι πρῶτον κενῶσαι τὴν κακοχυμίαν ἐκ τῆς ἀλόης καὶ κολοκυνθίδος, δεχόμενον ταῦτα. ἀλόης ℒℒ. γ. κολοκυνθίδος ℒℒ. δ. σκαμμωνίας γρ. η. ἀψινθίου χυλοῦ ℒℒ. δ. σὺν χυλῷ κράμβης ποιήσεις καταπότια, καὶ δώσεις κατὰ τὴν δύναμιν καὶ ἡλικίαν ὅπως πείσει. Εἰ δὲ μελαγχολικὸς χυμὸς εἴη, ἐλλέβορον μέλανα αὐτῷ προσμιγνύεις: εἰ δὲ χολώδης εἴη, σκαμμωνίαν προσμιγνύεις. Καθαίρειν δὲ ὅλον τὸ σῶμα. καὶ τῇ κεφαλῇ προσποιήσεις κάθαρσιν. ἔπειτα τοῖς τοπικοῖς βοηθήμασι μετέλθῃς. καὶ τῶν διαφορητικῶν καὶ λεπτυνόντων, καὶ ἕλκειν τὸ αἷμα δυναμένων οἷον θαψία. ἄριστον γὰρ ἐστι βοήθημα. ξύσαι οὖν δεῖ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀνατρῖψαι. κατανοητέον δὲ * ὅτι ἐν μικρᾶς τρίψεως ἐρυθρὰ γίνεται ἡ κεφαλὴ, ταχέως ὑγιαίνει. εἰ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, δυσχερῶς ὑγιαίνει. ἐπισκοπεῖν οὖν χρὴ μετὰ τοῦ προσφέρειν τὴν θεραπείαν, μὴ ὑπερβαλλόντων ποιῆσαι τὴν θερμασίαν ἐν τῷ τῆς κεφαλῆς δέρματι ὑπὲρ τὸ δέον. φανερὸν γάρ ἐστι τοῦτο τὸ ξανθὸν χρῶμα φαίνεσθαι ἐπὶ αὐτοὺς ποιοῦντα. εἰ γὰρ κινδυνῶδές ἐστι τὸ δέρμα αὐτοῦ πολλάκις περιθάλπειν, μετενεκτέον, ἵνα τῶν βελτιόνων χρώμεθα φαρμάκων, ἀναλύσωμέν τι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τῇ κηρωτῇ προσμιγνύντες στέαρ.* ἀνοίγειν δὲ ταῦτα διὰ θερμῶν σχήματι. τοιούτῳ τινὶ βοηθήματι αὐτὸ ποιοῦσ' ἔξεστι χρῆσθαι, εἰς ἥλιον, ἢ εἰς βαλανεῖον. τοιαύτας τινὰς ἰατρείας συμφέρουσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πάθεσιν, ὁποῖα εἰσιν εὐφόρβιον, θαψία, καὶ σινήπι, ἀψίνθιον, λιμνιστήρ, ἀδάρκη, βερνικάριον, καὶ οἱ ἀμφότεροι ἐλλέβοροι, εὐζώμου σπέρμα, δαφνέλαιον, ἀλκυόνιά τε ἀμφότερα κεκαυμένα, ῥίζης καλάμου δέρματα κεκαυμένα. Ταύταις οὖν ταῖς ἰσχυροτάταις ἰατρείαις ὑγρὰ κηρωτὴ προσμιγνύσθω. ἐπὶ τοὺς ἀρρώστους δὲ τόπους ἐκχυθῶσιν ἐλαίου δαφνίνου ἤτοι ἀπὸ πίσσης. Τὰ μόνιμα δὲ πάθη, καὶ τὰ δυσαίσθητα καὶ ἃ δυσχερῶς αἰσθάνεται, μετὰ ἰσχυροτάτων φαρμάκων θεραπεύσεις. τοῖς δὲ εὐχερῶς ἰωμένοις τὴν ἀσθενεστέραν θεραπείαν προσφέρεις.

* forte, ὅτι.

* ἀνίεσι.

β. Περὶ ἀπορρεουσῶν τριχῶν.

Ἀπορρυῆναι τρίχας ποιεῖ ἡ ἀραιότης τοῦ δέρματος ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ πόθεν ἀναφύεται τὸ αἴτιον οὐ δέδεκται σκοπὸς δὲ τῆς ὑγείας αὐτῶν ἐστὶν ἡ θεραπεία, ἕλκειν ἅμα καὶ σφίγγειν τὸ χαῦνον δέρμα διὰ τινῶν φαρμάκων: ὁποῖα εἰσὶ λάδανον καὶ σχοινέλαιον. ταῦτα καθ' αὐτὰ ποιοῦσιν, ἑλκτικὴν καὶ συνεκτικὴν ἔχοντα ἀμφότερα δύναμιν. προσθεῖναι οὖν εὔχρηστον φάρμακον ταῖς ῥευσάσαις θριξὶ, μεμιγμένον λάδανον μετὰ σχοινελαίου. ἐξυρισμένης δὲ τῆς κεφαλῆς, πιμελῶδες ἔχειν προσφέρειν. Πολλὴ δὲ ὑπάρχουσα ἡ μανότης τοῦ δέρματος, εὔχρηστον εἶναι οἰόμεθα μιγνύναι σχοινέλαιον εἰς τὸ λάδανον. ἔπειτα εἰ πάρεστι νάρδινον ἐπὶ ταῖς ψυχραῖς ἡλικίαις τῷ θερμῷ καιρῷ καὶ περὶ τῆς θεραπείας ἀναλειφθῆ ἀλείμματα προσφέρειν τῇ κεφαλῇ. Ἐξ ἀρρωστίας δὲ συμβαίνειν εἴωθε πίπτειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς. χρεία δὲ αὐτοῖς διαίτης ἀνακτώσης, (καὶ) αὐτὸ τῆς οἰασοῦν ἰατρείας πλείως ὑγιαίνειν (συμβαίνει.) Ἔστι δὲ ὅτι αὐτὸ τινος ἀρρωστίας πίπτουσιν αἱ τρίχες. χρώμεθα οὖν τοῖς τε προειρημένοις, καὶ * κουφοξυλέαν μὲν καύσας, τοὺς ἄνθρακας αὐτῆς μετὰ κηρωτῆς μιγνύεις, καὶ χρήσῃ: τοῦτο αὐξάνει καὶ πυκνοῖ τὰς τρίχας. ὅτι δὲ ἤδη οὐ πέσωσι, μελάνθιον κεκαυμένου χρῶ μετὰ ὕδατος. ἐπιθήσεις τε τοῦτο ὅπου ἂν βουληθῇς γεννᾶσθαι τὰς τρίχας μάλιστα δὲ ἐν τοῖς βλεφάροις ἐπὶ ταῖς ὀφρύσιν ἐὰν μὴ ὦσι, συκῆς φύλλα κεκαυμένα καὶ λελειωμένα ἐπιτιθέμενα μετὰ ἐλαίου ποιεῖ φυῆναι τρίχας. ἐπί τι τοῦ σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς φθαρείσας τρίχας * ὡσαύτως λόγος εἰς τὸ αὐτό. * Τοσαῦται δέ εἰσιν αἱ διαφοραὶ αἱ φθείρουσαι καὶ ἐκτίλλουσαι καὶ γυμνοῦσαι τὸ δέρμα, καὶ παρ' Ἕλλησι ψίλωθρα λέγεται, ὅπως μὴ παντελῶς φανῶσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ

Vide Aetium lib. 6. c. 56.

Sambucum Aetius.

* forte ὁ αὐτός.

* Pſilothra varia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM. II

αἴτιον εἰς τὴν ἀλοιφὴν ἔχει τὰς τρίχας. τὰ λοιπὰ δὲ ἐκ τούτων σκευάζονται, ἵνα γυμνὰ διαμένωσιν. ἄλλα μέν τοι λεπτύνουσι τὰς τρίχας, ἄλλα δὲ τραχύνουσι, λεπτὰς δὲ φαίνεσθαι ἢ ἀνακάμπτεσθαι ποιεῖ. ἡ τε καταστάλακτη τοῦ σάπωνος εὔχρηστός ἐστι, καὶ τὸ ἀρσένικον, σανδαράχη, ἄσβεστος ζῶσα, * τὰ ἰσχυρὰ δηλαδή. Ταῦτα οὖν τὰ φθείροντα ἐν ταῖς ἀσθενεστέραις μιγνύμενα ψιλὰ ποιεῖ. ῥυπτικὴν ἔχει δύναμιν. * τούτων δὲ τὰ μέτρια ἐστὶ κριθὴ κυάμου καὶ ὀρόβου ἄλευρον, ἀφρόνιτρον, καὶ νίτρον. ποιεῖ δὲ πρὸς παχείας καὶ μακρὰς καὶ σκληρὰς τρίχας λεπτύνει. ὀστρέων ὀστᾶ, κισσήρεις μὴ κεκαυμένων κηρύκων καὶ πορφυρῶν, ἢ τὰ ἄλλα τῶν ὀστρέων καὶ κοχλιῶν κεκαυμένα ὀστᾶ σηπιῶν, καὶ μὴ κεκαυμένα ἀλκυόνια, ἀμφότεροι ἐλλέβοροι ῥίζα τε τῆς βρυωνίας. Θέλων δὲ τοῦτο εὐῶδες ποιῆσαι, μιγνύεις ὥσπερ μέλλων τῶν ῥόδων, ἄμωμον, σχοίνου ἄνθος, σχοίνου ἀγρίου σπέρμα λεώσας μετ' ἐλαίου ἀνατρίψεις, καὶ πεσοῦνται αἱ τρίχες. καὶ μέλι σὺν ἑφθὸν, δρώπαξ ἐν ὀπίσω δὲ αὖ τόπῳ θελήσεις; καὶ οὐκέτι φυήσονται. καὶ γυμνὸν σφόδρα ποιεῖ τὸν τόπον ἄσβεστος ζῶσα μέρος ἕν. καὶ βάλε ἔνθα μολιβδίνῳ, καὶ ὕδωρ ἐπίβαλλε, ἢ πτισάνης χυλὸν, καὶ μολιβδίνῳ δοίδυκι λειώσας, ἕως ἂν γένηται μέλαν, καὶ θερμάνας ἐπιχρίσεις. ὡσαύτως ἄλλο ὀρίγανον, ἢ κύαμον ξηρὸν κεκαθαρμένον, ἢ πτισάνην ἕψε ἐν ὕδατι, καὶ ταύτης τῷ χυλῷ χρῶ, καὶ αἴθ' ὕδατος προσμιγνύεις, ἀρσένικον καὶ ἄσβεστον, καὶ ἕψε ψιλώθρα κατὰ τὸ εἰωθός. καὶ μετὰ τοῦτο προσμιγνύεις σμύρνης γο. α. κισσήρεως κεκαυμένης γο. β''. ὀποβαλσάμου κοχλιάρια δύο, καὶ χρῶ.

γ. Πρὸς πολιάς;

Vide Aetium lib.6.c.57.

Ἵνα μὴ φυῇ πολιὰ θρὶξ ἆρον ἀγριοκολοκυνθίδα, καὶ τρύπησον αὐτὴν, καὶ τὸ ἐντὸς αὐτοῦ καθαρίσεις ἐπιμελῶς, καὶ οὕτως πληρώσεις αὐτὴν ἐξ ἐλαίου δαφνίνου καὶ προσμιγνύεις ὑοσκύαμον, ἀρσένικον, καὶ μὴ λεώσεις, ἀλλ' ἐάσεις οὕτως ἡμέραν μίαν, καὶ ἀλείψεις ἐξ αὐτοῦ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο ποιεῖ τοῖς παισὶν ὡραίαν καὶ πυκνὴν τρίχα. ἐκ τοῦ καρέας δὲ τὸ φλοιὸν κεκαυμένον καὶ λελειωμένον μετ' οἴνου ἐπιχρίσεις * φύλλα δένδρου ὅπερ καλλιχάρεια καλεῖται, μετὰ χαμαιμήλου κέδρου κεκαυμένα ὅτι μετ' ἐλαίου ἐπιχρίσεις, ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας. Θέρμων φλοιὰ βεβρεγμένα ἐν ἐλαίῳ ἡμέρας θ. ἢ ι. μετὰ τούτου ἐπιχρίεται ὅπερ ἄνω προειρημένον ἐστὶν εἰς βαλανεῖον. οὕτως καὶ τοῦ αὐτοῦ δένδρου σὺν τοῦ φλοιοῦ τὸ ἀφέψημα.

Loti arboris ramentorum decoctum Aetio fuluos reddit capillos.

δ. Μέλανας δὲ τρίχας ποιεῖ;

Τὸ ἀφέψημα τῆς βεβρεγμένης κηκῖδος, καὶ τοῦ χαλκάνθου, καὶ τῆς σηπίας. ταῦτα ποιεῖ ἀκμάζειν καὶ αὐξάνειν τὰς τρίχας ἐκτὸς πάσης ἀμφιβολίας. ἐπιχρίεται καὶ ἐκ κληματίδος δάκρυον μετ' ἐλαίου, καὶ χλωραὶ κληματίδες κεκαυμέναι ἱδρῶνος τοῦ χυμοῦ αὐτῶν χρῶ κατὰ τῶν λοιπῶν σεσημειωμένων.

ε. Πρὸς τοὺς τῆς κεφαλῆς φθεῖρας;

Γεννῶνται πολλάκις ἐν τῇ κεφαλῇ φθεῖρες, ἠθροισμένου ἐξαίφνης πλήθους πολλοῦ ἐν τῷ βάθει τοῦ δέρματος ἐκ τοῦ πλεονεκτοῦντος χυμοῦ, καὶ μετρίας θέρμης ἐξανισταμένης. χρὴ οὖν προσφέρειν ἐκ τῶν θερμαινόντων φαρμάκων, καὶ ἐκ τοῦ ῥυπτούσης καὶ ἑλκούσης διαίτης. ὁποῖα εἰσὶ, κεδρία. αὕτη καθ' αὑτὴν τοὺς φθεῖρας ἀποκτείνει, καὶ τὰς κόνιδας, καὶ τοῦ κισσοῦ τὸ δάκρυον. οὗ καὶ χυλὸς ὁμοίως ποιεῖ. σταφίδος ἀγρίας μέρη δύο. σανδαράχη καὶ νίτρου μέρος ἕν, σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἐπάλειφε τὴν κεφαλήν. λαπάθου ῥίζας μετ' ἐλαίου ἐλλέβορον λευκόν. σταφὶς ἀγρία καὶ νίτρον ἴσῳ σταθμῷ ἐν τῷ βαλανείῳ μετ' ἐλαίου ἐπιχρίσεις. ὕδατι θαλαττίῳ ἢ ὑδράλμῃ δριμυτάτῃ μετ' ὄξους πυριάσεις.

ς. Πρὸς * ἰχῶρας καὶ φλυκταίνας;

* ἀχῶρας.

Vide Aegineta lib.3. c.2. circa finem.& Aetiū lib.6.cap.68.

* κηρίον.

Τούτους δὲ τοὺς καλουμένους ἰχῶρας ἐν τῷ τῆς κεφαλῆς λέγομεν δέρματι συνίστασθαι, λεπτὰς οὖν σφόδρα τρίχας ἔχοντας, ἐξ ὧν ἀπορρέει ὁ ἰχὼρ ἐν τῷ δέρματι, ὅθεν καὶ ἰχῶρες ὀνομάζονται, ὁ χυμὸς δὲ ὁ ἐκεῖθεν ἀπορρέων, βλεννώδης ἐστὶ μετρίως. ὅμοιον δέ ἐστιν αὐτοῖς τὸ πάθος ὅπερ καλεῖται * χαιρίας, τρώγλας (δὲ) ἔχει μείζονας, ὁ περιέχων δὲ χυμὸς, ὅμοιός ἐστι πυκνώσει μέλιτος. σκοπεῖν οὖν χρὴ ἵνα ἐκκενωθῶσιν οἱ χυμοὶ οἱ ἐν αὐτοῖς τοῖς τόποις ὄντες, καὶ ἐπιρρέοντες κωλυθήσωνται. Κενώσεις (τοίνυν) τὴν κεφαλὴν καὶ ὅλον τὸ σῶμα, καθὼς εἰς τὰ περὶ ἀλωπεκίας ἐλέχθη. βραχυτάτου δὲ ὄντος τοῦ πάθους, τοιαῦτα προσοίσεις βοηθήματα, τὰ λεπτύνοντα καὶ πέττοντα τοὺς παχεῖς χυμούς. τινὲς δὲ ἐκεῖνα προστιθέασι τὰ ἐκ τῶν ῥυπτόντων φαρμάκων. ὅτι δὲ αὐτοῦ ἐπιρροῆς ἐστι τὸ σῶμα τῶν ὄντων ἐπιστυπτικῆς δυνάμεως οἷον μυρσίνη, πίσσα, φλοῦς βάτου. τινὲς δὲ αἰσθόμενοι τις ἐπαυξάνουσι τὰ βοηθήματα τῶν θλιβόντων τὰ ἐπιρρέοντα, καὶ πέττοντα καὶ τονοῦντα. μιγνύονται δὲ ταῖς αὐτῶν δυνάμεσι σεῦτλον κεκαυμένον, κιμωλία. τινὰ δὲ τῶν ὄντων ἰσχυρᾶς δυνάμεως ὅπως κενῶσαι δυνηθῶσιν αὐτάρκως τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμοὺς, ἐξ ὧν τὰ αἴτια ἐγεννήθησαν, καὶ ἐὰν δυνῶς ὦσιν λελυμένα, ὁποῖα εἰσὶ χαλκῖτις, πίσσα, σεῦτλον κεκαυμένον, σανδαράχη, ἄσβεστος ζῶσα, τὸ ὄξος δὲ ἐπωφελέστατον ἐν παντὶ καιρῷ τοὺς ἰχῶρας ἀπολεπτύνει πάνυ καὶ πέττει καὶ ἀποκρούει. ἐχρῆν δὲ δριμὺ εἶναι τὸ ὄξος, ἵνα μηδεμίαν ἔχῃ οἴνου ποιότητα. τούτῳ τι προσμίξεις ἅλας. καὶ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ὑγιαίνουσιν οἱ ἰχῶρες αὐτάρκης δέ ἐστιν αὕτη ἡ θεραπεία. τὰ ἀσθενέστερα δὲ, καὶ μάλιστα ἐὰν κατώδυνα εἰσί. κιμωλία δὲ τούτοις ἐπωφελής ἐστι, καὶ κελτικὴ σαμία γῆ, ἢ πομφόλυξ, σπονδύλιον, λιθάργυρον, μηδὲν δὲ τούτων ἐνεργησάντων, τὸ διαχάρτου ξηρὸν ἐπιθήσεις, βεβρεγμένον μετὰ δριμυτάτου ὄξους. εἰ δὲ ἁρμό-

ἁρμόδιόν σοι γενήσεται, λιθάργυρον προσθήσεις. ἐὰν βία ἐστίν, ἄλλο ποσοῦτον μετὰ ὄξους μιγνύεις, μὴ διερχομένου τοῦ διαχάρτου, τηνικαῦτα καύσεις χαρτίον, καὶ τὸν σποδὸν αὐτοῦ σὺν ὄξει χρῶ. τούτου δὲ χρεία ἐστὶ τοῖς * κυροσάρκοις οὖσι, τουτέστι τοῖς σκληρὰς σάρκας ἔχουσι, καὶ μὴ τρυφερὰς καὶ μαλακάς. ἡνίκα δὲ φλογώδεις καὶ θερμότεραι) ὀδύναι ἐξανίσωνται), πρόδηλόν ἐστι τοῦ παρηγορηθῆναι αὐτὰ πρὸ τοῦ * πεμφῆναι καὶ μαλάξαι, ἐκτός τινος δήξεως, ὁποῖα εἰσὶ τὰ τῇ δακτυλίῳ ἕδρᾳ ἀνήκοντα. * σκληροσάρκεις. * forte, πεφλῶναι.

ζ. Πρὸς ψώρας καὶ ἰχῶρας, καὶ σκληρίας τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ.

Γεννῶνται ἐν τῇ κεφαλῇ ψῶραι, καὶ οὕτως δεῖ θεραπεύειν. πήγανον καὶ στυπτηρίαν λειώσας μετὰ μέλιτος ἐπιχρίεις προεκνιτρώσας τὴν κεφαλήν. ἢ θεῖον ἄπυρον καὶ ἀγριοσταφίδα λειώσας μετὰ πίσσης ὑγρᾶς μίγνυε καὶ ἐπίχριε. Πρὸς βραχεῖς δὲ καὶ πεπυκνωμένους καὶ ἐρυθροὺς ἰχῶρας ἐν τῇ κεφαλῇ ὁμοίους κώνωπος, ἐξ ὧν αἷμα ἐκρυεῖ. ξυρήσεις τὴν κεφαλήν, καὶ λινόσπερμον λελειωμένον μετὰ μέλιτος κατάπλασμα ἐπιθήσεις. κογχύλια κεκαυμένα καὶ λελειωμένα μεθ' ὕδατος, κατάπλασμα ἐπιθήσεις. Γίνεται δὲ καὶ ἕλκος ἄλλο ἐν τῇ κεφαλῇ, ὅπερ σκληρία καλεῖται. θεραπεύσεις δὲ αὐτὸ ἐκ τῶν θερμοτῶν τὰς κεφαλὰς κεκαυμένας μετὰ βολβοῦ ἑφθοῦ καὶ ὄξους χρῶ.

ΤΕΛΟΣ.

AD LECTOREM.

CVM egregius Baſilienſis Typographus, Thomas Guarinus Belga, celeberrimi illius & optimè de bonis literis meriti, felicis memoriæ Typographi Michaelis Iſingrinij gener, manuſcriptum codicem Latinum Moſchionis cuiuſdam de Gynæcijs inſpiciendum miſiſſet: iamq; ego prius Moſchionis librum eiuſdem argumenti Græcè manuſcriptum haberem, in quo multa mihi deprauata & corrupta videbantur, volui eos conferre, non quidem vſquequaque: ſed quantum ad Græci codicis noſtri emendationem, vel declarationem conducturum videretur. Itaque conferendo has obiter breues annotatiunculas confeci: quædam enim alia cum ipſo Græco exemplari his ſignis () incluſa ex Latina tranſlatione, ſi quid lucis fortè adferrent, addita hic de induſtria omiſi. Quod ſi verò aliquis Latinam huius verſionem fortè deſideraret, is pleraque omnia, paucis omnino exceptis, in Harmonia Gynæciorũ, quam Caſparus Vuolphius, partim ex hoc ipſo Latino tamen, pàrtim verò etiam ex alijs quibuſdam concinnauit, addito cuiq; titulo autoris proprij nomine, facilè tranſlata reperiet.

IN MOSCHIONIS MEDICI DE AFFECTIBVS MVLIEBRIBVS LIBRVM GRAECVM CONRADI GESNERI Annotationes.

CAP. ϛ΄. ἢ ὅτι εἰς ἕνδεκα ἔτη κεκενωμένη.) Latina tranſl. habet. aut quia annis XIV. vacua ſit apud virgines, & nouiſſimè poſt mutationem ætatis effectus ſuos, per partus mulieribus repræſentet.

Cap. γ. Lat. tranſl ſic habet. Vbi nam iacet vulua? Inter duas coxas, inter veſicam & longaonem: ſubiacet enim veſicæ & longaoni.

Cap. δ. Lat. tranſl. habet. Quot tunicis conſtat matrix? Duabus, vna foris, lenior & alba: intus aſpera, durior, & neruoſa, rubea, mollis & pulpoſa.

Cap. ϛ. quod in Lat. tranſl. eſt primum caput. χορίον, l. calla. πλάγια, l. latera, ὅπου δέ ἐστι τὸ η, l. intus verò vbi eſt g.

Caput, quod octauum eſſe debebat, deeſt in Græco noſtro. Lat. tranſl. ſic hab. Quid eſt muliebre ſignum? Cuius foris labia Græcè pterygomata (vel pterygia,) Latinè pinnacula dicta ſunt, & à ſuperiori parte deſcendunt in medium, al. enim aura.

Cap. η. Lat tranſl. habet, Quantũ ergo pinnaculum reſedit, & retro eſt orificiũ matricis? Non omnibus quidem æqualiter, ſed ſecundum differentiã ætatis & naturæ quinq; vel ſex digitis.

Melius, nõ deuirginatæ. Cap. θ. L. tranſl hab. Quale ergo eſt orificiũ matricis? Apud virgines quæ * deuirginatæ ſunt, pulpoſum & molle: mulieribus autem quæ iam pepererunt ſpacioſum & calloſiſſimum.

Caput ι. in Lat. non eſt.

Cap. ια. Lat. tranſl. diuidit in quatuor ſic. Teſticuli mulierum vbi ſunt poſiti? prope ceruicem matricis, ex vtraq; parte. Poſitione verò quales ſunt? Rotundi, & minores & molliores quàm maſculi. Meatus quibus mulieres ſemen excludunt vbi ſunt? Iuxta matricis latera poſiti. Quæ ſunt orificia matricis? Orificia matricis per teſticulos exeuntia ad veſicæ collũ iunguntur. per teſticulos dicit: vbi Moſchioni ἐπὶ τοῦ ἄρθρου, & orificia pro poris ſpermatis poſita videtur.

Cap. ιϐ. in L. etiam ineptè habetur. ὄχημα, geſtatio.

Cap. ιδ. in L. Duo ſunt capita. Poſterius, ſic: Quando ceſſat? Alijs quadrageſimo anno, alijs quadrageſimoquinto.

Cap. ιη. in Lat. deeſt.

Cap. ιθ. αἱ δὲ μακρὰν ἀῤῥως.) L. Illæ (Illarum) verò quæ graui aut longa ægritudine laborant, vniuerſus ſanguis labore conſumitur corporis (non bene tranſtulit.)

Cap. κδ. μὴ ὅτι τῷ μεγέθει τοῦ σώμ. L. interpretatio hic nouũ caput facit. Quid eſt cõceptus? Ingenti corporis labore & tormento perfertur. ſucceſſioni autem plus quàm neceſſarius: vnde & retentio perſeuerat. animalis verò ad aliud cum naturali ratione & neceſſitate efficitur.

Cap. κϛ. non eſt in Lat.

Cap. λ. Lat. ſic. Quamdiu ciſſa perſeuerat? Alijs vſq; ad ipſum partum. Omnibus ergo in vtero habentibus occurrit ciſſa, his qui abundant humoribus.

Cap. λγ. Lat. ſic. Quomodo ſeptimo menſe agenda ſunt? præ omnibus patienter & quietè, ne nimia geſtatione iam pecus perfectum foras excutiatur, ſiquidem & ſeptimani naſci poſſunt. neq; ergo exercitijs partes illas fricari, neq; pectoralibus faſcijs mãmas conſtringere decet. Laxamento enim indigent, vt lacte impleri poſſint: ne de ſtrictura ipſa malè accipiantur.

Cap. λε. Πλὴν εἰ γένοιτο δυνατὸν, μὴ ἀναγκασθῇ.) Lat. tranſl. hab. Grauidæ mulieres vti non debent viris, ſi fieri poteſt, vt non agitentur: ne matrix ipſa ex agitationis vſu ſine tormento ſui ſuſtinere non poſſit. Maximè (autem) in nouiſſimis diebus debent ab hoc vſu in omnibus abſtinere, ne (ſicut diximus) motus eius hac importunitate rumpat chorion, (χόριον) & humor effundatur, qui propter lapſum (lubricitatem) infantis à natura prouiſus eſt.

Cap. λη. Lat. ſic. Vnde dictum eſt ἀγγεῖον, hoc eſt, vaſculum? Quia infantes ibi includuntur: in quo ſic voluuntur ſicut pila marina.

Cap. ϛ. τοὺς δὲ μαστοὺς ἁπαλώδ.) Lat. tranſl. habet, ipſasq; mãmas neq; nimiùm laxas & rugoſas habeat, neq; iterum valde tenſas papillas: neq; multum graciles, neq; valde breues: & quæ non

Latina cõparatio magis placet quã Græca. multas cauernas habet: neq; iterum paruas & breues.

* Cap. οη. καθάπερ γὰρ καὶ τὸ μῆλον, ἕως οὗ.) Lat tranſl. Sicut enim ramuſculi dum adhuc in eadem

arbore

arbore conſiſtunt, unde nati ſunt, ſuſtinent tempeſtates & ventos: ſeparati verò ab autore, & inſerti in alia non praualent ſuſtinere, quouſq; radicem infigant.

*Cap. οθ. Lat. tranſl. ſic hab. Quæ ſunt exercitia quæ facere poſſunt infantes? Imprimis ad * pilam ludant, ut altius manus extendant. hæc exercitia utilia ſunt infantibus.* * ἅλμα, fortè pilam vertit.

Cap. πα. τῶν πελιδνῶν, & b.) Lat. tranſl. habet. Veſpertiliones etiam combuſtas, & noctuas, & cinerem cum vino bibere dabant.

Cap. πδ. Lat. tranſl. Nam & nutrici cibos ſalſos accipere non permittimus: quoniam paruulum corrumpunt: & lac & vires infantis minuunt.

Cap. ρκγ. Lat. tranſl. ſic habet. Ad tuſſiculam verò eorum quid dabimus? Semen lini, amygdalas, ſuccum liquiritiæ: & tragagantha utemur & electuarijs.

Addit L. tranſ. etiam hæc ad hoc caput, quæ in Græco non ſunt.

*Quæ eſt valitudo quæ apud infantes ſyriaſis appellatur? Cerebri eſt feruor cũ meningis, ita ut occipitium infantis concauum fiat, cum igneis & * frequentiſſimis febribus.* * continuis.

*Si verò venter infantis ſolutus fuerit: quid faciemus? Si adhuc latet omnia quæ ſtringere poſſint nutrici damus. epithema quod eſt de palmulis vel lenticula inducimus. Si verò plurimis diebus non fuerit aſſellata, mulſam & olea quæ ventrem mouere poſſint, etiam * mammæ damus.* * nutrici.

*Hactenus de * catapocyanis tractauimus: & quoniam omniũ valetudinum ſpeciales curas nõ habent, quas vel maximè obſtetrices noſſe conuenit: placuit ut ad Gynæcia triacontadas conferamus. non enim plena omnium cauſarum cura inſinuari poteſt.*

* Sic etiam in prologo. al. catapcrocianis. Græcè forſan erat, περὶ τῶν τόκων. hoc eſt, de ijs quæ ad partũ ſpectãt: καὶ περὶ τῶν τικτόντων.

Cap. ρκε. L. trãſ. ſic h. Quæ ſunt q̃ p fluxũ? Sanguinis ipſius fluxus & gonorrhæa. Hoc magis pbo.

Cap. eodem Πρὸς τούτοις τί διαφέρει.) *Nouũ hoc caput eſſe debebat. quod L. trãſl. (ut nos legimus) ſic habet. Quid differt ea quæ in totũ non purgatur, ab illa quæ retentionẽ menſtruorũ habet? quia hæc res valetudinem oſtendit: non purgari autem, etiam ſecundum naturam occurrere ſolet.*

Cap. ρκϛ. ἄλλαι ἢ γυμνασία φωνῆς.) Lat. tranſl. ſimpliciter γυμνασία hab. id eſt, exercitationem: nihil de voce aut cantu.

Cap. ρκζ. ἀλλ' ἐν τῆς βάσεσιν αὐτῆς, αἵ τινες δακτύλιον.) Lat. trãſl. ſic. Sed ſi capacitas eius quæ ſinus dicitur, habuerit cauſam, hinc à foris dolor, inflatio & tumor inuenitur ſi enim pars eius ipſa, quæ in priore eſt, dolor & inflatio, & urina retinetur: ſi verò poſterior pars, in renibus eſt dolor & tumor & ſtercora impediuntur.

Et inferius, ἐρίοις σκεπασθήτωσαν.) L. trãſl. addit. Uti etiã ex oleo dulci, vel ex ſuccis, encathiſmis.

Cap. ρκθ. αὕτη ἡ νόσος διὰ τὴν ἀφωνίαν.) Lat. tranſl. Huic valetudini propter ſilentium ſimiles ſunt caducæ, apoplectica, & quæ de lumbricis iacent: lethargicæ etiam & cataleptica.

Et inferius καὶ ἐξ αὐτοῦ λέγονται συμπίπτουσαι.) Lat. tranſl. & ex eo quod caducæ in fine poſt ſpaſmum ſaliuas plurimas emiſerunt.

Et mox, ἡ πάθος ὁ δ' ἰδμώνης αἰσθάνονται.) Lat. tranſl. paralyticæ ſiunt. ictericæ (hyſtericæ) autem aut nullum, aut breuem & ſpiſſum (pulſum habent.)

De Moſchione autore quædam & eius ſtylo obſeruata, &c.

Moſchionem potius quàm Miſchionem nominandum puto. nam & Moſchus viri nomẽ eſt, & extãt Moſchi Syracuſani poëtæ quædam. fit aũt à Moſcho diminutiuũ μοσχίων, ut à μωρὸς μωρίων: etſi μόσχος & μίσχος in quadam ſignificatione pro ſynonymis habeãtur. In tranſlatione ſcribitur Muſchion. Videtur autem interpretis Latini vel Iudæi alicuius nomen eſſe, qui è Græco hunc Latinum fecit: non aũt Græci autoris, ut ex præfatione apparet, quam in Latino Moſchione inuenimus, nuncq; in Gynæciorum Harmonia cum alijs poſita eſt. In ea enim ſe Gynæciorum librum Græcum autore non nominato tranſtuliſſe ait. Et certè nomen ipſum Iudaicum eſt.

Recentiorem eſſe conſtat, ex ſtylo & vocabulis quibus utitur.

Veterum quadã placita aliquoties cõuellit, ut de ſecundis promouendis, de cohibendo lacte, &c.

Loca quædam habet pudicis auribus parum cõuenientia: & remedia quædam ſuperſtitioſa aut parum probata. Sed hæc compenſantur multo maiore aliorum utilium numero.

Fœtida quomodo non probat in ſuffocatione uteri? in capite vero de uteri dolore, cùm uterus ad ſtomachum aſcendit (à partu) eadem probat: quaſi non idem planè morbus ſit.

Cùm alia paſſim rara & notatu digna docet, tum ea quæ ſcribit de umbilici ſectione abſq; ferro, de lotione & inſperſione infantiũ, de lacte augendo, de feruore uteri, de ſuffocatione eiuſdem, &c.

Deſiderantur quædam, quæ ex Aetio ſupplere licebit.

Obſeruata quædam ordine literarum.

Αἰσθάνομαι verbum accuſatiuo iungit, cùm genitiuum poſtulet: hoc aliâs mutaui, aliâs reliqui.

Actiua pro paſſiuis ſubinde vſurpat.

Ἀραιὸς pro σπανίως *ponit, id eſt, rarò, imitatione Latinorum.*

Ἄρθρον *cap.* ια. *pudendum accipio. Vetus interpres teſticulos vertit.*

Γυμναστικὸν, *ſtrenuum & validum ei ſignificat.*

Δεύτερα, vide χορίον.

Δῆλον *pro* δηλονότι, *videlicet, certè.*

Εἰ μέν τι, *pro* καὶ γὰρ, *vel* γὰρ ἐπειδὴ. *ſiquidem, enim.*

Εἴ τι δ' ἂν, *ſi quid.*

Ζεύξεις, *articuli, cap.90.*

Θύλαξ, Θυλάκιον. *vide* χορίον.

Καταψυχραίνειν *pro* καταψύχειν, *(ad analogiam verbi* θερμαίνειν*) cap.136. & alibi.*

Climaces quales olim trahendis ſecundis in vſu fuerint, quærendum.

Κοῦνα, *cuna, cap.104.*

Latina tum vocabula, tum phraſes non rarò habet.

Μασθὸς, *mamilla. Latinus interpres didam vertit alicubi.*

Nominatiui pro genitiuis abſolutis, cap.126.

Ὅπως *cum indicatiuo: vt* κελεύουσιν ὅπως ἐσθίουσι, *pro* ἐσθίειν.

Πανίον *cap.55. linteum pannus.*

Ποιημαλικὸν εἶδος τῆς μήτρας, *locus videtur corruptus cap.129. codex noſter Lat. manuſcriptus, legi hic non poteſt.*

Πολὺ, *pro valde.*

Πράττειν, *pro* ποιεῖν.

Προσφάγια πυροῦ, *cap.115. an ſorbitiones è tritico? nam cap.55.* προσφάγια *inter ſimplices cibos numerat, & cap.86. & 126. Lat. interpres vertit pultes.*

Inſtrumentũ ſimile ῥαγὶ, *quod noſtri mãmulam vocant, à ſugendi vſu quẽ infantibꝰ præbet, nominatur ab eo cap.116. cap. verò vltimo* ῥὸξ *(*ῥὰξ *melius, vel* ῥῶξ*) papillã ei ſignificare videtur.*

Ῥητία ἐστὶ, *pro* εἴρηται, *Latiniſmus eſt, vt ita dicam.*

Ῥίπτειν *pro eo quod eſt ponere ſimpliciter.*

Ῥυτὰ, *vide* Ὠά.

Σταφυλὴ ὄμφαξ, *vel* ὀμφακίτη. *pro vua acerba. cap.136. & alibi, inter. Lat. vertit vuam lupinam, quæ fortè ſtrychnus eſt.*

Συναφεία, *coitus.*

Συντρέχειν, *pro* συμβαίνειν, *paſſim.*

Terminationes quæ ex nominum & verborum inflexione naſcuntur, ſæpe ad vulgarem ſui ſeculi vſum detorſit.

Τοίνυν *ſæpe abundat vel pro etiam ponitur.* Τροφὸς ἡ, *Mamma, Lat. interp. eſt vox Germanica, nutricem ſignificans.*

Φύση *pro* κύστις: *cap.3.*

Φύσις *pro pudendo, cap.47. Lat. interpres ſexum vertit.*

Χαύνωσις, *interpres vertit laſſitudo. & cap.139.* χαύνας, μήτρας, *laſſas matrices. melius laxitudo, vel relaxatio, & laxas.*

Χορίον τὸ, θύλαξ ὁ, θυλάκιον τὸ, δεύτερα τὰ, *ſynonyma ſunt pro ſecundis. ſed aliter cap.6. accipit.*

Χρᾶσθαι *verbum pro* χρῆσθαι *ponit: & conſtruit cum accuſatiuo, ſæpe cum genitiuo: ego in datiuos mutaui: ad rectam veterum Græcorum conſuetudinem.*

Ὠὰ ἐκζεστὰ, *oua elixa: &* ῥυτὰ *cap.126.*

Interpres Latinus vetus.

Mammam ponit pro nutrice, didam pro mamma (fortè à Græco τίτθη *quod eſt nutrix.* τιτθὸς *verò, &* τιτθίον, *mamma,* μαστὸς*) membranũ* τὸ, *pro membrana. Frigdor* ὁ, *pro frigiditas, feruura, pro feruor. Diuexum, pro* πλάγιον *Natica, pro nates.*

Quædam eiuſmodi in hoc libro occurrunt, vt ex lingua Latina ab aliquo Græcæ linguæ non ſatis perito tranſlata in Græcam videri poſſint. cap.133 vbi Græcè θερμότης, *id eſt, caliditas legitur: in tranſlatione eſt callus: & quidem meliùs vt videtur. Cap.138.* παρεχόμενά εἰσι, *adhibenda ſunt: &* λάμνεια *lamina:* ῥητία ἐστὶ *pro* εἴρηται.

FINIS.

HARMO-

HARMONIA GYNAECIORVM,

SIVE

DE MORBIS MVLIEBRIBVS LIBER: ex PRISCIANO, CLEOPATRA, MOSCHIONE, libro Matricis dicto, & THEODORO PRISCIANO collectus.

Prologus PRISCIANI & CLEOPATRAE in librum eius priorem.

VTILE præuidi vobis ſcribere de paſſionibus matricis: ſuperuenientibus enim plurimis & diuerſis ſæpius paſſionibus matrici, ex quibus aliquæ periculoſæ & inſanabiles fiunt, propter confeſſionem turpitudinis: aliæ verò ſanabiles, ob mediocritatem ægritudinis. Quapropter ratio pandat, quæ verecundia celat: ſignis vniuſcuiuſque repræſentatis, curas ſubÿciam.

Prologus CLEOPATRAE in librum eius poſteriorem.

*DESIDERANTI tibi, filia chariſſima, & habere volenti contrarium curationis mulierum, facere laboraui. Et eligens duos præclariſſimos libros, Theodoten & Methycum, magno ac diligenti ſtudio ex Græco in Latinum tranſtuli, quia huiuſmodi * ſunt in memoriam * durare. Memineris autem, me tibi ſæpiùs præcepiſſe, & iuſiurandum à te exegiſſe, vt nulli tam glorioſam rem facilè credideris. Nunc ergo ſi eam perdideris, tua culpa queraris.* Cupiditas verò hominum non habens certam fidem. Patiar, ô Theodota, dici medicina Reginarum, Cleopatra ſoror Arſenoës, quæ remedia medicinalia, quibus ſæpè vſa ſum, & vtique experta, conſcripſi, & populo tradidi, & vt poſteritas mea, beneficio huius artis apud fœminas duret: ante omnia, quæ mulieribus accidere ſolent, indicandum eſſe credidi.*

* Debent, fortè.
* duratura, fortè.

PRAEFATIO MOSCHIONIS IN GYNAECIA, QVAM IN LATINO tantùm Codice reperimus, ab Interprete poſitam: nam autor Græcus innominatus, nihil præfatus eſt.

CVM frequentiùs nobis in muliebribus cauſis Obſtetrix fuiſſet neceſſaria, nulláſque inuenimus ſtudioſas, quæ literas Græcas attigiſſent, & cùm Gynæcia in Latinitatem tranſlata omnes deſiderarent: ego verò Moſchion, qui iam Iudæorum quædam, quomodocunque tranſtuliſſem (veritate rationis potiùs nixus, quàm inſtructa oratione, vel diligentiùs polita vſus) ſicuti in ophthalmicis, chirurgumenis, Philatio, theorematicis legiſti:

placuit & quòd Gynæcia in Latinum verteremus ſermonem, iamq́ maximam partem Triacontadis integro tenore ad verbum tranſtulerim. Sed cùm vidiſſem grande corpus futurum, & quòd muliebres animos citò præ magnitudine laſſare poſſet, placuit Methodicorum breuitatem ſequi, vt omnia dicerem, neque tamen grande corpus efficerem, ſed omnia breuiſſimè complecterer, idq́ ſimplicibus & muliebribus aliquando verbis, vt mulieres lectionis imperitæ, vel ab aliis ſibi lecta facilè conſequantur.

THEODORI PRISCIANI ARCHIATRI AD SALVIANAM PRAEFATIO, IN librum tertium, qui inſcribitur GYNAECIA.

INTELLEXISSE te non minus nobis arbitror, Saluiana, artis meæ dulce miniſterium, omnem mei operis efficaciam, in quo immemor non ſum Præfationis meæ, quòd duobus libris pares cauſas propoſui, phænomenon euporiſton officium, logico diſputationem: ſed non abeſt ab vtroque Gynæciorum viſitatio. Et quia hæc ratio medendi indiget diligentia, ſolitaneum libellum conficiam, de mulierum cura, in qua & remotum à publico ſpectaculo elongaui: & ego quidem te ſcientia iuuabo: tu verò, cui communis competit ſexus, & ſecretum facilè inuenit, tuam ſcientiam cum fiducia exerce, ſedulò Gynæcio præpoſita, meo tractatu, tua diligentia.

HARMO-

HARMONIAE GYNAECIORVM

Pars Prior.

DE MATRICE SIVE VTERO.
CAPVT I.

Ex Moſchionis cap.11. Prioribus.

1 *Matrix quot nominibus vocatur?*

TRIBVS. Primò dicta eſt matrix, ab eo quòd mulieres partu ſuo matres efficiantur. Deinde Græcis ὑστέρα appellata eſt, hoc eſt nouiſsima: aut, quod nouiſsima omnibus inteſtinis iacet: aut, quòd annis * quatuordecim vacua ſit apud virgines, & nouiſsimè poſt mutationem ætatis, effectus ſuos per partus mulieribus repræſentet. Demũ verò & ἀδελφὺς dicta eſt, quòd fratres efficiat omnes qui ex vna naſcuntur. * In Græco ἕνδεκα, id eſt, vndecim.

2 *Vbi verò iacet Vulua?*

Inter duas coxas, inter veſicam & longaonem. Subiacet verò veſicæ, & longaoni incumbit.

3 *Quid eſt naturale Matrici? (.i. quæ eius ſubſtantia?)*

Magis neruoſa eſt, conſtat arteriis, venis, pulpis & neruis.

4 *Quot tunicis conſtat Matrix?*


Duabus. Vna, foris lenior & alba, intus aſpera: altera, durior & neruoſa, rubra, mollis & pulpoſa.

5 *Vbi iacet orificium Matricis?*

In medio ſinu mulieris, qui ipſe ſinus membranis & neruis conſtans, maiori inteſtino ſimilis eſt. Intus autem eſt ſpatioſiſsimus, foris verò coniunctus, in quo coitus virorum & vſus Veneris efficitur, quẽ ſinum vulgus cunnum appellat.

6 *Quali compoſitione figurata eſt Matrix.*

Principaliter ſicut cucurbita medicinalis: cuius ſingulæ partes, vt cognoſcantur, & facillimè intelligi poſsint, in ſingulis partibus eius, ſingulæ literæ ſcriptæ & appoſitæ ſunt.



Vbi igitur eſt A poſitum, orificium dicitur, quod eſt ante partum pulpoſum & molle: poſt partum verò calloſum, & ſpatioſum: vbi ergo eſt B, collum dicitur: ubi eſt C, ceruix dicitur. Omnis autem horum concurſus chorium dicitur: vbi verò in rotunditate dilatari incipiunt, & eſt ibi D, humeri dicuntur: vbi autem E, latera dicuntur: vbi verò rotunditas cõcluditur, & ibi eſt F, fundus omnino nominatur. Intus verò, vbi eſt G, baſis grãdis dicitur, omniſq; inanitas illa, quæ eſt in medio ventris, ſinus appellatur.

7 * *Quid eſt muliebre ſignum?* * Forſè Quod.

Cuius foris labia Græcè πτερυγώματα, Latinè pinnacula dicta ſunt, & à ſuperiori parte deſcendunt in medium, arcent verò auram.

8 *Quantum igitur pinnaculum reſedit, & retro eſt orificium matricis?*

Non omnibus quidem æqualiter, ſed ſecundum differentiam ætatis & naturæ, quinq; vel ſex digitis.

9 *Quale ergo eſt orificium matricis?*

Apud virgines, quæ nondum deuirginatæ ſunt, pulpoſum * & molle: mulieribus autem, quæ iam pepererunt, ſpatioſum & calloſiſsimum eſt. * Carnoſum σαρκῶδες.

10 *Teſticuli mulierum vbi ſunt poſiti?*

Prope ceruicem matricis, ex vtraq; parte.

11 *Poſitione verò quales ſunt?*

Rotundi & minores & molliores, quàm maſculi.

12 *Meatus, quibus mulieres ſemen excludunt, vbi ſunt?*

Iuxta matricis latera poſiti.

13 *Quæ ſunt orificia matricis?*

Orificia matricis per teſticulos exeuntia, ad veſicæ collum iunguntur.

A

DE VIRGINIBVS.
CAPVT II.

1 *Quandiu puellæ virgines eſſe debent? ex lib. Matricis, & Moſchione. cap. 22.*

TAnto quidem tempore, donec, purgatione ſuperueniente, cum viro coire poſsit, natura & matrix officia adimplere & repræſentare videantur.

Saluberrima autem eſt perpetua virginitas.* Scientes enim maſculum, ex frequenti coitu mala ſolent accipere, & ſic mulieres vexantur.

** In Græco, ἀδῆ-νες.*

2 *Ad violatam, vt non cognoſcatur. Priſcian.*

Alumen ſciſſum, gallam & omphacinum cum vino amineo tere, & fac periclyſma. *Item:*
Cum ſucco paſtinacæ, & fac ad magnitudinẽ orobi, & apponatur per vnam horam antè quàm coeat.

3 *Virginum probatio. ex lib. Matricis.*

Lapatium tritum carbonibus impone, & ſuffumiga: ſi ſe comminxerit, virgo eſt. *Item:*
Rumicis flores carbonibus impone, & ſuffumiga: ſi virgo eſt, non palleſcet. B

DE STERILITATE.
CAPVT III.

Ex Moſchione. cap. 142. & Cleop. priore.

STerilitas, matricis commune vitium, viris & mulieribus, & de pluribus cauſis venire ſolet. Nam aut in totum mulieres non accipiunt, aut cùm ceperint, non retinent, aut non nutriunt, nec ad legitimũ tempus perferre poſſunt, ſed ante quàm integer ſit infans, perit. Hæc ergo ſterilitas efficitur, cùm aut maſculus, aut fœmina aliquam valetudinẽ corporis habent, aut * partium illarum cõceptui neceſſariarũ.

Per virum ergo conceptus impeditur, cùm omne corpus habet * intus cauſam, præcedente ſcilicet aliqua valetudine chronica, & inde eius ſemen tenue eſt, & aquatum, & aut valde frigidum, aut iuſto calidius, aut corruptum, aut * luxuria ſua, frequenti vſu venereo eneruatus ſit, & ſine viribus. Partibus autem vir impediri ſolet, quoties * hypoſpadias vel parathocus eſt, hoc eſt, in latere membranam habet, qua ſemen emittat.

Apud mulieres etiam ſimillima vitia ſterilitatis inueniuntur: aut enim ipſæ in cauſa corpus * habent ſiccum, vt * ſint tenues, & macilentæ * & phthiſicæ, vel econtrà multum pingues, & groſſæ, vel iracundæ & furioſæ. Partibus autem mulieres impediuntur, quoties nõ purgantur, aut orificium matricis obductum habent, aut contortum, aut membrana, aut aliqua re aliena clauſum, aut certè calloſitatem, aut duritiem, aut vulnus habent, aut in communicatione viri ſemen non emittunt, & inde ſteriles ſunt, & eunuchæ. C

** Cleop. aut partes illæ conceptui neceſſariæ impediuntur.*
** In cauſa.*
** Cleop. aut luxuria ſua frequẽtius veneris, cu inebriatus ſit.*
** In Græc. ἐξ ὀνυχισμοῦ, ἢ παραλελυμένος ὤν.*
(Totum.)*
** Quæ ſunt.*
** Vel.*

Curantur autem ſingulæ res prædictæ, competenti ſibi diligentia: ita vt vir fatigatus, & exercitijs, & vnctionibus, & varijs cibis reſumatur.

Si verò aliqua valetudo chronica impediat, antè curetur, & ſic reſumetur. Hypoſpadias antè, ſicut in Chirurgumenis habes, curandus eſt. Similiter & mulier reſumenda & curanda. Si verò aliqua re aliena orificium matricis clauſum fuerit, tollendum eſt, & ſi membrana clauſum eſt, aperiendum.

Si verò vulnus intus habet, pro differẽtia eius curandum. Callus verò & durities malaxanda eſt. Præter enim has cauſas, nulla alia inueniri poteſt, quæ ſterilitatem faciat, & conceptum deneget.

1 *Ad eam, quæ priùs fœcunda fuit, & ſterilis facta eſt. Priſcianus.*

Folia mali granati ſicca & tere, & cum melle fac peſſum quatuor digitorum, & poſt purgationem impone tribus diebus, vt non tollatur, & poſt tertium diem tollatur, & vuam paſſam cum granulis ſuis, & fac peſſarium, vt ſuprà dictum eſt, & quando coagulata ſtillauerint, cognoſcat virum.

2 *Vt ſterilis mulier concipiat. Cleop. libro 1. & 2.*

Si menſtrua non deſint, coagulum leporis in vino vir eius bibat, & ſtatim ea vtatur. Mulier verò abſtineat ſe ab aceto, & acrimonijs, & rebus ſalſis, nec lauetur diebus ſeptem. D

Item aliud.

Rutæ viridis ſuccũ in lana collige, & poſt coitum viri ſtatim ſibi ſubijciat, tamen nõ aqua ſublauetur.

Ad idem.

Herbam arthemiſiam tritam cum myrrha in lana collige, pòſt mixtum ſibi ſubijciat, ita vt nec ſublauetur, & concipiet.

DE CONCEPTIONE.
CAPVT IIII.

Ex Theodoro Priſciano.

ALiquæ mulieres, quæ voto poſteritatis longo tempore deſideratæ afficiuntur, medicas accerſiuere, quas effectus elaboratæ conceptionis peritas ac felices exhibuit. Noſtræ itaq;, Saluiana, profeſsionis communis hoc magis eſt tibi neceſſarium miniſterium, quæ ex tuis officijs ſedulis, in his maius experimentum habes, quantum aut gratiæ, aut gloriæ accreſcat aut medicæ promittenti, aut ſuſceptæ concipienti. Vnde licet inſcia non ſis huius curæ conceptionem procurantis: attamen diſpoſita tibi, conſideratis omnibus, ordinaui. Circa eam, quę curanda erit, priùs inquirendum eſt, nec vbi orificium matricis aut inclinatum ſit, aut concluſum: vnde aut modicis purgationibus aperientibus expeditur.

A ditur: aut eo tempore purgationis, internorum dolore nimio, conquaſſetur. Quòd ſi fortè ita res habet, phlebotomáda erit de talo quàm maximè: quò ad inferiora vicinior materia prouocetur. Sic deinde ad ordinationé curæ aduertendum nobis erit, quę concluſum priùs moderatè orificium patefaciet: vt purgatione ſolenni inoffenſè diſpoſita, & deſiccari & calefieri matrix poſsit: his enim rebus ita diſpoſitis, conceptionis vota faciliùs ſubſequentur. Si, phlebotomo adhibito, nec dum tempus ſua ſecreta cognouerit, tunc oleo dulci, vel anethino, vel rutato inguina fouenda erunt, & pręterea lana in eodem oleo calido infuſa contegantur: tunc cataplaſmatibus chalaſticis calefacienda: ex quorũ aqua decocta frequenter vapores adhibemus. Nam & fumigia, vaporatis partibus, ſupponi conuenit, ex ſuprà dictis herbis, lapide gagate adiuncto. Si his omnibus rectè adhibitis, naturalis circa purgationem ordo permanſerit, matricis orificium mediocriter relaxato. Nam adiutorijs conceptiones procurantibus imminendũ eſt, & continuò, cum ſe purgatio inoffenſè peregerit, ex diachilon peſſos, vel liuiano cum nardino, vel roſeo oleo reſolutos, ordinabo. Priùs encolpiſino vti cóueniet, & poſt matricis delauationem, ex eodem medicamento ſpiſsiore, peſſarium adhibere. Hæc continuis diebus xxx. adhibenda ſunt, vſq; in diem venturum alterius purgationis, quibus tranſactis, liuiano nitrum conuenit commiſceri, quod adhibendum eſt poſt encolpiſmum, ex ſubiectis ſpeciebus diſponendum, cardamum, dictamnum, arthemiſia, ireos, rutæ ſemen: omnia tunſa & cribrellata, oleo dulci & puriori miſcenda ſunt, vt ex his ante peſſarium, fo-
B mentum adhiberi poſsit. Commodiùs interea fiat, ſi huic fomento recentes porcinos adipes, aut anſerinos admiſceamus: poſt quod continuò peſſario tali vti expedit.

Ficus pingues in aqua decoctas & tritas melle miſceamus, & hoc peſſariũ ſupponamus: deſuper verò liuianum ſuperimponi conuenit. Deinde interiectis nitri glebam accipimus, & in modum balani collyrium factum molli lana contegimus, quod ſuperillinitum liuiano inijciemus: nullo enim remedio meliori innoxio aut corrigi matrix poterit, aut purgari, quàm huius nitri ſuppoſitione. Poſtquam verò hæc adhibita fuerint, quæ ſufficere arbitror ad omnia corrigenda, quæ impedimento conceptui eſſe poſsint, iam vti conueniet his duobus ſequentibus peſſarijs aromaticis conceptionem maturantibus. Fit autem prius hoc modo.

Cera alba, adeps gallinaceus, terebinthina & nardinum oleum, his omnibus ex æquo ſolutis, coagulum leporis admiſcemus, & hoc poſt encolpiſmum ſupponimus. Aliud verò omnibus experimentatum vſibus, ſequens hoc eſt.

Caſsia, folium, ſpica indica, amomũ, in vncijs ſingulis, omnia cribrellata cum ſtaphylino aut nardino oleo, accepto coagulo leporis, admiſcemus, & hoc peſſario ordine adhibito, ritè erit maturáda cóceptio.

Iam nunc & ſuperiorum peſſariorum conuenit ſubiungere compoſitionem.

Peſſarium diachilôn contra omnes concluſiones vtiliſsimum, & probatum.

C Lini ſemen, althæa, fœnum græcum, omnia æquis ponderibus in vas nouum immittimus, vbi oleum dulce & aquam æqua menſura adijcimus, vt ſemina pertegantur, quæ cùm molli vapore coqui & bullire cœperint, vndatio vel ſpuma, quæ ſupernatauerit, colligitur, cui anſerinos adipes, vel gallinaceos & cætera iungimus, vt peſſario moderamentum faciamus. Sic nos diachylôn peſſarium conficimus. Quod ſolutius ſi fuerit temperatum, vnguentum magnum chalaſticum, vel paregoricum faciet.

Liuianũ verò ſic faciemus: Cera punica vnc. iiij. maſtiche Chia vnc. ij. ſtyrax vnc j. adeps anſerinus vnc. iij butyrum vnc iij. medulla ceruina ℥ iij. nardinum oleum vnc. iiij hæc omnia ſecundum conſuetudinem tunſa, ſoluta miſcebimus, vt peſſarium fiat. Hæc eſt ordinatio curæ omnibus mulieribus concipere cupientibus adhibenda, quam breuiter contexuimus. Sunt etiam alia plurima ab alijs varijs coniecturis compoſita, quæ cauſticis adhibita, forſitan poſsint purgationem ſanguinis extorquere. At ego blandis magis, quàm cauſticis cóceptionis cauſa procurandas purgationes ſuadere volui. Commodiùs eſt enim ſic impendere officium medicinæ, vt cum ſuſcepta cauſa curari cœperit, alia non curetur.

Sunt & alia duo genera peſſariorũ, quibus magiſter meus & purgationem inoffenſè procurare ſe frequentiùs teſtaretur, & conceptionis officia perfeciſſe, quæ ſic conficiebat:

Opobalſami vnc. j peucedani vnc j s. ariſtolochiæ vnc. j. myrrhæ & croci ana vncia s. medullæ ceruinæ. adipis anſerini ana vnc j s. Seorſim quæ tundéda ſunt cribrellantur, & ſolutis ex more miſcentur, vt
D peſſarium fiat. Hoc, primo peſſario exempto, mox tempore ſecretorum poſt balnea ſupponendum eſt, quod duabus horis continendum erit. Poſt verò, detracto peſſario, hac ſequenti confectione ſuam φῶτα vir illinire debet, & continuò mulieri miſcendus eſt Linimentum hoc ſequens eſt:

Opobalſamum vnc. j. opopanacis vnc j thus maſculum vnc. ij. cinamomum vnc j s. myrrha vnc. j. coſtum vnc. s. crocum drag. vj. caſsia drag j. Hæc ſimiliter contrita oleo irino commiſcentur, vt paulo pinguius fiat. Cùm verò vtendi tempus aduenerit, poſt purgationes, balnea, & peſſarij prioris vſum, vteris neceſſariè linimento.

1 Quæ ſunt aptæ ad concipiendum? ex lib. Matt. & Moſchione. cap. 23. 24. 25.

Hæ aptæ eſſe poſſunt, quæ ordinabiliter die ſuo purgantur, limpido ſcilicet, & moderato ſanguine, & quæ orificium matricis rectum & proximius habent, corpusq; omne neq; nimis durum, neq; valde digeſtum, cum integritate & animi & hilaritate.

2 Quod eſt aptiſsimum tempus mulieri coitus ad concipiendum? ex Moſchione, & lib. Matt.

In declinatione purgationis, ſubiacente deſiderio coitus, ita vt neq; abundantia cibi plenum habeat corpus, neq; parcitate inane, & poſt purgationem corporis commiſceantur ambo ſimul: ſaluberrimus eſt enim conceptus tunc.

3 Quid eſt conceptus? Moſch. A

Ingentis corporis labore & tormento perfertur: ſucceſsioni autem plus quàm neceſſarius, vnde & retentio perſeuerat: animal verò aliud, cum naturali ratione & neceſsitate, efficitur.

4 Quæ ſunt ſigna conceptus? Moſch.

Quoties in fine coitus horror quidam mulieri occurrit, ipſumq́; orificium vuluæ conduci & concludi ſentitur, nullumq́; reliquum ſeminis ſinum mulieris humectat, & valde modicum remanet.

5 Vt intelligas ſi mulier concipere poſsit. ex lib. Mat.

De galbano ſibi collyrium ſuppone, & ſi vertex capitis eius æſtuauerit, poteſt.

Vtrum etiam mulier fœcunda ſit, necne, lege apud Moſchionem in exemplari Græco caput 161.

6 Vt cognoſcas ſi ſua an viri culpa ſit, ſi non concipiat.
Priſcianus.

* *foris, magna.* Vaſa fictilia duo * in agri via, intus hordeo poſito, ibi facies eos vrinare, & pones in loco frigido per dies ſeptem, & cuius hordeum non germinauerit, eius culpa eſt.

7 Vt cognoſcas an conceptus factus? Priſcia.

* *candidum.* Si collum * calidum, & dorſum frigidum habuerit, concepit: ſi verò æquale corpus, non. B

8 Vt cognoſcas vtrum maſculum an fœminam pregnans in
vtero habeat. Priſcianus.

Apium cum radice capiti eius appone, ipſa ignorante, & ſi prius maſculum nominauerit dum loquitur, maſculum: ſi fœminam, fœminam pariet.

Item fac eam ſtare iunctis pedibus & ſi pedem dextrum primitus mouerit ad ambulandum, maſculũ: ſi ſiniſtrum, fœminam habet, Vide caput Græcum Moſchionis 152. & 26.

9 Vt fœminam concipiat, ex Priſciano.

Vuluam leporis ſiccam tere, & ambo bibant, & coeant.

10 Peſſarium ad curam conceptionis & menſtruorum, & ſi matrix
ex partu concuſſa fuerit. Ex lib. Matricis.

R. butyri obol. vj. hyſſopi obol. iij. myrrhæ obol. ij. medullæ ceruinæ obol. j. adipis gallinæ obol. iij terebynthinæ obol. iij ceræ punicæ obol. vj. aloes hepatici obol. iij caſsiæ fiſtulæ obol. j olei roſati obol. ij. mellis quantum ſufficit, coque in vaſe fictili nouo, & vtere. Hoc vſa eſt Fabiana Priſcilla cum omnes Archiatri in ea defeciſſent.

11 Peſſarium aliud ad concipiendum, ex Priſcia.

Piculam & ceram ana, cum oleo ſolue & vtere. C

12 Peſſarium ad conceptionem mirificum & experimentatum.
ex Moſchione.

R. ſpicæ nardi, coſti, folij, myrrhæ ana ʒ ij amomi ʒ iij. medullæ ceruinę, adipis anſerini ana ʒ. viij. ceræ punicæ ʒ iij. olei nardini obol. j. olei roſati ʒ. iiij. commiſce & vtere, ſed iſtud non fit, niſi nimia fuerit infrigidatio.

13 Peſſarium conceptorium ad tumorem, & calloſitatem & duritiem matricis. Cleop priore.

R. ceruſſæ, medullæ ceruinæ, ceræ punicæ, butyri, olei glaucini, & nardini obol. j. reſinæ maſtichinæ, terebinthinæ, thuris maſculi, & ſpumæ argenti æquis ponderibus, vt ſuprà miſce, primò ſiccæ tamen ſint contuſæ, probatiſsimum eſt.

14 Peſſarium conceptorium aliud eiuſdem, & Moſch.

Libani, habet Moſch. R. ſtyracis calamitæ, maſtiches, * ladani, folij ſarcocollæ, caſsiæ, ſpicæ, croci, coaguli leporis, dactylorum, adipis taurini, ana ʒ. iiij.

15 Vt mulier concipiat quæ diu fluxu menſtruorum laborauerit.
ex Cleop. priore, & Moſch.

Myrtum viridem & ſuccum eius lana inuolue, & poſt coitum ſtatim inijce, ſed aqua ſe non abluat, & D concipiet. *Item.* Herbæ arthemiſiæ ſuccum cum myrto trita, commiſce & in lana collige, deinde ſtatim pòſt coitum ſubige, & concipiet: ſed vide ne ſe abluat, quia tunc omnia quæ demonſtrantur, maximè ad perfectum veniunt, ſi in menſtruorum tempore peſſarizatum fuerint.

16 Peſſarium valde vtile ad conceptum, ex Cleop. priore,
& Moſchione.

R. fel taurinum, oleo lanam inuolues, & appones pridie ad orificium matricis poſt menſtrua: quod nocte tollat, & cum viro coëat, & ſtatim concipiet.

17 Item peſſarium aliud ad idem. ex lib. Mat & Moſch.

R. opobalſami, peucedani, ariſtolochiæ ana ʒ j. (Cleopat. ʒ. ij) adipis anſerini ʒ. iij. myrrhæ, coccognidij, medullæ ceruinæ, ana ʒ. ij. opopanacis ʒ. j. & oleum roſatum, terendo commiſce, & ſuppone, & per duas horas contineat, & poſtea aufer, & ſtatim cum viro concumbat, & citò concipiet.

18 Conceptorium aliud, ex eiſdem.

* *al. taurinum.* R. fel * caprinum, & cyminum, confice cum oleo ſycionio, & oleo roſato.

19 Aliud eorundem.

Centaureæ ramuſculos contere in oleo roſato, & ſuppone.

20 Peſſarium

A 20 *Peſſarium Anathonis Philoſophi ad conceptionem, ex iiſdem autoribus.*

℞. medullæ ceruinæ, ceræ punicæ, diachylonis, olei liliacei, olei nardini, ſucci hyſſopi, axungiæ porcinæ, adipis paſſerini, butyri ana obol. j. reſinæ terebinthinæ obol. iij. commiſce & vtere.

21 *Vt mulier concipiat etiamſi nunquam conceperit, ex Moſchione.*

Capra cùm peperit, antequam hædus ſuus ſurrexerit, & lac ſugere incipiat, mulge, & ex eo fac caſeolum, & in ſiniſtro brachio in linteolo ligatum ſuſpendito, vt iugiter illum portet mulier: Sed cùm in balneum ire voluerit, domi illum innodatum relinquat, reliquis horis omnibus ſecum habeat. *Cleopatra ſanguinē menſtruum ſiſtere affirmat.*

22 *Peſſarium conceptorium ex Moſch.*

℞. adipis anſerini obol. iiij. croci, myrrhæ, adipis gallinæ, maſtiches, olei cyprini, ceræ punicæ, medullæ ceruinæ, ſucci hyſſopi, reſinæ terebinthinæ, adipis vrſi, adipis leænæ ana obol. ij hæc omnia in vapore decoqui facito, & inde fœminæ ſupponi, & concumbat.

23 *Aliud eiuſdem.*

B ℞. medullæ ceruinę, reſinæ terebinthinę, ſtyracis, maſtiches, ſucci hyſſopi, adipis anſerini, butyri, mellis, ceræ punicæ, ſucci fœnogræci, olei ſuſini ana obol. j. nardi obol. iiij.

24 *Orionis conceptorium ex Cleop. priore, & Moſch.*

Lunam nouam die Veneris & die Iouis obſeruare debent ambo, & die Iouis lauari debet mulier, & calidè poſt balnea ſedeat ad encathiſma, huic inſidens parum, & vtens triduo.

25 *Vt mulier non concipiat. ex Cleop. priore & poſteriore lib.*

Laſeris optimi quantũ magnitudo eſt oliuę, cum duobus cyathis vini ieiuna bibat, per ſingulos menſes in diebus purgationis eius, per dies duos, & non concipiet.

Ad idem.

Cùm ſcierit ante horam vnam, quàm cum viro cõmiſceatur, tollat cædriam & myrrham pariter mixtam, & inde infrà corpus perungat.

Aliud.

Cùm peperit mulier eadem hora antequam aliquid ſumat, aut ſanguis eius purgetur, tolle carbones viuos, & extingue eos in ſanguine ſuo, ibi ter dicens: Extinguo conceptionem mulieris huius (& nomina eam) ab omni coitu virili, * ex hac die, vel ex hac hora qua ipſa voluerit, ſaluis eius menſtruis, ita vt C rectè ſuis temporibus purgetur: & ſtatim carbones in pyxide pone quantum volueris, & claude. Deinde ipſam pyxidem in linteo inuolue, & diligenter liga & ſigna, & abſconde eam, vt non aperiatur, ita vt nec ſol nec luna eam videat. Quòd ſi voluerit aliquando vt concipiat, aperiat ipſam pyxidem, & eiectum carbonem ſoli vel lunæ oſtendat, & ſtatim concipiet. *Aliud* Quatuor faſciculos ad fœminam, quæ concipere non vult, de ſalice, mitte in aquam coquere ad tertiam partẽ, & da ei bibere per dies quinq; calicem plenum, & vltrà filios non concipiet. *Magica.* *al. ab hac.*

Vt mulier non concipiat. Priſc.

Nitrum in modum ciceris, & in ſinum matricis poſt concubitum mittas.

26 *Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur, quando cum viro dormiunt.*

Priſcianus. Cleop. 2.

Si hæc paſsio perſeuerauerit, cholericæ fient. Vultus autem earum altas habent venas & libidinoſas, natura tumeſcit plus intus quàm foris, palpebræ oculorum patent, quando concumbunt. Per ſomnum facies ignea, pòſt pallida. Curabiś autem ſic: Lac mulieris quæ maſculum lactat & roſeum mitte, & calefac, & pone peſſarium in ore matricis.

Item galbanum cum roſeo ſimul tere.

Item.

D Oui aſsi vitellum cum myrtæ modico & roſeo, in peſſario appone.

DE CISSA PRAEGNANTIVM. CAPVT V.

1 *Quid eſt ciſſa? Moſchion. cap. 27. & ſeqq.*

APpetitio inconſueti cibi, tempore quodam mulieribus occurrens, cum inæqualitate temporis, & abundantia humoris & nauſea.

2 *Vnde dicta eſt ciſſa? Ibid.*

Apud quoſdam quod tædium graue mulieribus afferat: apud alios verò, à ciſſo. i. hedera, quæ quicquid tenuerit, multum fortiter amplectitur, & varietatem * ſinus habebit. *ſitus, forſ.*

3 *Quoto menſe ciſſa prægnantibus occurrit? Ibid.*

Frequentiùs ſecundo menſe incipit: cuidam citiùs, cuidam tardius occurrit.

4 *Quandiu ciſſa perſeuerat? Ibid.*

Alijs uſque ad ipſum partum. Omnibus ergo in vtero habentibus occurrit ciſſa, his qui abundant humoribus.

5 *Quæ ei adhibere debemus? Idem.*

Si fieri poteſt, interponenda eſt vnius diei abſtinentia: ſi non poteſt, interim vel parcitas cibi ſit cum

perunctione plurimorum dierum,ita vt prius aquam bibant,poſtea vinum,ſiccosq́; constrictionis acci- A
piant cibos,cum epithematibus ſtalticis,geſtari iubeantur,& ſi fieri poteſt,voce & lectione vtantur.

DE ABORTV. CAPVT VI.

1 Quæ ſunt ſigna futuri abortus? ex lib. Mat. & Moſch. cap. 43.

EO quòd ante legitimum tempus pariendi,ſubitò & ſine ratione mammillæ macriores fiunt,frigiditas & grauedo in renibus : humor varius effunditur, & in fine thrombus videbitur. Oportet verò has rebus aborſorijs vti. Nam aliæ nolunt rebus aborſorijs vti, Illæ autem hoc cupiunt, quæ infames & adulteræ fuerint propter lucra. Sed ſi condylomata, vel alia aliqua impedimenta in orificio matricis habuerit mulier, & ſi concepit, melius eſt aborſorijs exterminare quod conceptum eſt, quoniam cùm dies pariendi venerit,periculum mortis mater infansq́; ſubibunt.

2 De aborſu. Theodori Priſciani Gynæciorum.

Abortiuum dare nulli fas eſt : vt enim Hippocrates atteſtatur, tam duri reatus conſcientia, medicorũ innocens officium non decet maculari. Sed quando matricis vitio, aut ætatis propriæ frequenter partus euenire fœminæ periclitentur, expedit prægnantibus in vitæ diſcrimine conſtitutis, vnius partus ſæpe iactura, ſalutem mercari certiſsimam: ſicut arboribus areſcentium ramorum accommodatur ſalutaris abſciſsio:& naues preſſæ onere,cùm graui tempeſtate iactantur,ſolum habent ex damno remediũ. B
Modum breuiter huic loco annectendum continuò deſignabo. Si ergo neceſsitatibus vrgentibus aut ętatis immaturę,aut vitiorum ſuperiùs comprehenſorum, fœtus molliter ſubtrahendus erit,ſic conſentio faciendum,vt cataplaſmatibus chalaſticis arthemiſiæ ſuccũ aut tunſæ puluere miſceamus: dictamni quoq; ſimiliter. Sic ariſtolochiæ,ſic rutæ ſeminis. Sic & fomentis ex ſuprà dictarum ſpecierum decoctione factis vti conueniet: & quæ ſcripta ſunt in cura conceptionis, ad ſanguinem innoxiè prouocandum. His verò ſequentibus remedijs, duris forſan corporibus minus obfuerit vti, quæ vi ſanguinem extorquent, ſimul etiam venientes fœtus pertraxêre. Succum rutæ viridis potui dedêre ad neophyta excludenda. Hanc eandem rutam viridem,cum nucibus rancidis,& cum melle dedêre,aſſeuerantes pro peſſario ſupponendam. Interea etiam myrrham, & arthemiſiam, & violæ ſemen ex æquo cum ſucco menthæ potui ſimiliter poſt balneas dari debere aſſeuerant. Et lupinorum puluerem,& violæ ſemen ex æquo cum ſemine menthæ tentauêre. Et trochiſcos cum decoctione dictamni aut arthemiſia dederint. Alij panacis radicem,myrrham,aloen,æqualia cum ſucco menthę dedêre. Alij collyrium ſuppoſitorium facientes. ſic ſe hæc innoxiè extorſiſſe teſtati ſunt: myrrhæ,abſynthij,ireos radicis,panacis ſingulas vncias,& gummi vncias duas, in ſucco fœnogræci omnia infuſa commiſcentes, collyria, vel balanos fecêre, & poſt balnea ſuppoſuerunt. Nam dictamnum cum vino tritum poſt balnea potui dabant : & continuò penè iam maturas animas excludebant. Nam & ouillum fel, & mali granati ſuccum dedêre æquè C
violentũ. Sic fel taurinum cum nitro combuſto, puluere * hyſſopi, ceroto miſcuêre, & pro peſſario ſuppoſuêre. Item hyſſopum, cerotum, nitrum, cyminum ſingulas vncias, cum lacte mulieris, peſſarium imponendum tentauêre. Nam & noſtro peſſo vtebantur, ſolas pingues ficus tunſas, balanum vel collyria ſupponentes. Quibus nos etiam nitri ſpeciem admiſcuimus : ſed innoxiè ex hoc purgatio procuratur. Aliud,inquiunt, excluſorium violentum. Myrrha, helleborum, fel taurinum, ex hoc peſſum ſuppoſuerunt. *Item aliud.* Myrrhę ℥.j. ficuum pinguium tritarum ℔.j. galbani ℥ j. aphronitri ℥.iij. omnia trita commiſcebant,cùm vſus exegiſſet cum melle peſſos temperabant. His itaq; & ſternutamenta adhibuerunt, ex helleboro,ſtruthio,caſtoreo,tum membris omnibus exagitatis,fœtus facilè extorqueri potuiſſe. Coacti etiam aliorum ſcripta exegimus,illicita quidem, nec adeò ſub illis neceſsitatibus ſalutaria, ſi vel importunis menſibus ingerantur. Frequenter ita rebus geſtis,vi & vapore adhibitarum ſpecierum,hęmorrhagiæ prouenerunt, per quas exulcerationes, penè incurabiles curſus læſas fœminas occupauerunt. Ad hæc,quibus valemus tandem adiutorijs ſalubribus obuiamus.

* *aſſpi.*

3 Ad aborſum proficiendum, & menſtrua prouocanda peſſarium, quod & mortuum pecus poteſt foras detrahere. ex Cleopatræ lib. priore, & poſteriore. D

Lactiridis ℈.j.& s.cum ſucco porri virginis conteres,& facies peſſarium duorum digitorum,& ſubijcies,pecus citò educit. *Item.*

Citri folia coques in aqua,bene inde fomenta vuluam intus, & partum educet,etſi mortuus ſit. *Aliud.*

Helleborum nigrum, pyrethrum, & opopanacum ſimul miſce, & ſuppone : & ſtatim abortum faciet. *Aliud.*

Aſphaltum,laſer,fel taurinum,piperis grana 150. & * rutam ęquis ponderibus,da in potione,& ſtatim abortum faciet. *Item.*

* *rutæ ſuccum forſè.*

Caſtorei prunis impoſiti fumus,naribus applicatus,attrahatur. *Item.*

Cyminum tritum cum aqua mulſa,da vt bibat. *Item aliud.*

Pulegium ſine fumo,aut recens tritum cum vino,da bibere. *Item.*

Dictamni ℥ iij.cum mulſa,da bibere.

Et myrrhæ,opij,ana obol j & s. rutæ viridis faſciculum j. ſed myrrham ante opium teres, & rutam ſimiliter in vini ſext j. vſq; ad tertiam decoques, ſed cum inceperit feruere, immittas myrrham, opium & oleum,& ſimul decoques,& bibat ieiuna. *Item:*

Fici folia

A Fici folia tenera coques in aqua, dein, cùm bene coxeris, & odorem fecerit, ipſam miſcebis aquam, & colabis, & cyathum vnum dabis ieiunis bibere.

4 De ſuffumigijs ad idem.

Suffumigia etiam neceſſaria, vt quæ omnes reliquias purgant. Hoc autem valde bonum eſt:

Sulphur viuum, * butyrum, reſinam frixam, ariſtolochiam longam & ſandaracham ana pari pondere, contere & fac paſtillos, & exiccans, repone, & cùm fuerit neceſſe, ponito cacabum, & carbones viuos, in * ſcario puſillo, aut in teſta, & hoc medicamento ſuppoſito, & aptato ibi emboto, fac mulierem ſuperſedere diuaricatam, & veſtimentis totam bene circumtege, ibi ſuffumigetur, & purgabitur. *Item:* *Bitumen.* *eſchario.*

Lapidem * gethen ſimili modo fac, hoc purgat menſtrua ceſſantibus. *Aliud:* *gagaten, fortè.*

Capillos à tonſore detonſos collige, fac ſimili modo, ſed vide * ne aliqui domeſtici ibi ſint. Nam incipiet illi venter dolere, & menſtrua prouocabuntur. *Aliàs, vide alicuius domeſtici capillus ibi ſit.*

Ad abortum faciendum, vide cap. 153 in Græco exemplari.

5 Abortus ne fiat & impediatur. ex lib. Mat.

Ex laſsitudine matricis, abundantia menſtruorum accidit, vt frequenter in menſe veniant: cum faſtidio viri, & ita vt ſemen viri recipiant ſæpe, nec contineant, aborſus occurrit, & ante legitimum tempus pecus reijciunt. Aborſum autem ſecundo vel tertio menſe iam formatum, ſed ſine anima & gracile. Sicut in ſanguinatione matricis & fluxu ordinauimus, agatur. Hæc enim paſsio ex fluxu naſcitur.

B

6 Ad retinendum ſemen & partum. ex Cleopat. 1. & 2.

Si quæ mulier conceptum ferre non poteſt, vel ſi ipſum ſemen viri foras reijciat: hæc videbuntur ſigna. Ex ipſa vulua humor maximus & groſſus decurrit. Impeditur enim ab humoribus, & propterea non poteſt ſemen cõtinere, ſed effundit illud, & hac de cauſa plurimi maſculi accuſantur, quaſi idoneum ſemen eis non dederint, cùm hoc mulieris vitio maximè fiat, nam humor defluens auertit ſemen, & ideo confirmari non poteſt. Curatio autem talis eſſe debet:

Lotium equinum & * virile commiſce æquali menſura in vino, deinde lapides molares candentes in ea mitte, & mulier ſuperſedeat, ita vt veſtibus ſit bene vndiquaq; circumtecta, ne vapor ille exeat, vt totum calorem intus recipiat, & cùm pauxillum refrigerari cœpit, ita vt manus pati poſsit, inde ſeipſam vt fuerat tecta, foueat, ne ventum ſentiat, & cùm tepida eſſe cœperit, recipiat ſe calidè in lecto, & rebus maximè glutinoſis cibetur. *Item:* *al. viride*

Lotium * equinum collige, & calefacto vel ab igne, vel à lapidibus vt ſuprà, ſeipſam foueat, dum bene tota calefiat, & expurgetur. Hoc facto, collige lotium in cacabum æreum, & adijce vinum quantum volueris, & lapides candentes impone, & ſuperſedeat mulier, quæ veſtibus bene circumcluſa, foueatur, quandiu * vapor exierit. *al. equæ.* ** donec ſolutio ſequatur.*

Ad aborſum imdediendum, lege cap 155. in Moſchionis exemplari Græco.

C

7 Vt conceptum perferat. ex Cleop. 2.

Hirci pellem combure, & tere, vt leuis puluis ſit, & inde puluere corpus ſubliniat. *Item:*

Gallinæ pellem ventriculi interiorem cum ſtercore in linteolo de licio liget, & ſecum portet, vt non aquam tangat, cùm autem parit, tollat à ſe, ne non poſsit parere, & periclitetur.

DE MOLA MATRICIS.
CAPVT VII.

Ex Moſchione, cap. 135. Cleopat. 1. & lib. Mat.

Valetudo quæ mola appellatur, duritia matricis eſt, quæ ex præcedenti feruore fit, quæ in tantum ventrem extendit, vt mulieri in vtero habenti ſimilis videatur, aliquando de vulnere in matrice poſito, mala caro excreſcit, & immiſſo digito obſtetrix in orificio, vel in collo velut callum inueniet. Aliquãdo omnis matrix malam valetudinem patitur, & videtur vt omnis duritia lapidea excreſcat, & reliquũ corpus cum malo colore & faſtidio extenuetur. Nam inde dicta eſt mola à grauedine, & quòd tardè moueatur. Separamus autem molam habentes à grauida muliere. Siquidem in principio ambabus menſtrua non occurrunt, ſed & mammas inflatas habent, & faſtidium patiuntur, & grauedinem renum, & venter eis quotidie creſcit: quòd illa quæ molam habet quotidie punctiones & dolores ſentit, & accedente tempore menſium, motum infantis non habet, quem grauidæ mulieres à quarto menſe ſentire incipiunt. Tranſactis verò x. menſibus, omne corpus earum macie conſumitur, venterq; & interfeminia in tantum excreſcunt, vt hydropicas ſe putent. Sed ab hydropica ſeparatur illa, quæ molam habet, per hoc, quòd cùm venter manu percuſſus fuerit, nullum ſonitum reddat. Apud hydropicas autem & venter percuſſus ſonum dabit, & digitis impreſſus aliquantulum recedet. Hanc autem valetudinem plurimi inſanabilem dixerunt: alij mox incipientem, poſſe ſanari. Nos verò curabilem dicimus, & ſicut chronicas ægritudines, ita & molam curamus: vt præcedentibus paragoricis, cùm fomento & cataplaſmatis, ſcarificatione, vaporationibus, & enchymatiſmis, & peſſarijs malacticis, ſimplicibus etiam malagmatibus, ſicut eſt diachylõn vel Mnaſea. Inde ad metaſyncritica nos conuertamus. Primò analeptico cyclo reſumentes, deinde metaſyncritica ſubiungimus, ſicuti dropacem & epipaſmata, fricationem validam, ſinapiſmum & malagmata, hoc eſt, diaſpermatõn, polyarrhiõn, & diadaphnidõn, & * caphiſen fontis. Encathiſmatibus quoque metaſyncriticis bene vtemur, hoc eſt, aqua in qua decoctæ ſint baccæ lauri, f[illegible]ces hyſſopi, mentha, marrubium. Peſſarium autem quod accipiat butyrum, ſuccum hyſſopi, adipem * anſerinum, medullam ceruinam, & * cerebrum eius. Mel etiam & ficus tunſas minutiſsimè, & oleum vetus, aut cyprinum, aut ſampſuchinum. Dein ad aquas calidas eas mittimus, & natare in mari iube- *fortè, aphyſis fomentis.* *Cleop. caprinum χιμαίρας, id eſt, capellæ.* ** Moſch. & lib. Mat. habẽt vel.*

D

mus, (&) ex ipſa aqua encathiſma facimus. Perſeuerante valetudine, etiam helleborum damus. Illa autem thymiamata, quæ antiqui * ſupponebant, confecta ex croco, ſtyrace, myrrha, & reſina non apponimus. Arthemiſiam etiam decoquebant, & pulegium, & oleum & eas ad vapores copulabant: Dabant etiam conditum, in quo decoctum erat cardamomum. Hęc omnia reprobamus, ſiquidem plurimùm ſunt contraria, & nihil prodeſſe poſſunt. A

* Lib. Mat. apponet. Græca contrarium ſenſum habent.

DE GRAVIDIS. CAPVT VIII.

1 *Quomodo grauidæ, præſertim circa ſeptimum menſem, agere debeant mulieres? Ex Moſchione, cap. 34. & 35. & lib. Mat.*

PRAE omnibus quæ conceperunt ſint patiẽtes & quietæ, ne nimia geſtatione, pecus iam perfectum excutiatur: ſiquidem & ſeptimani naſci poſſunt. Neque ergo exercitijs partes illas fricari, neque pectoralibus faſcijs mammas conſtringere decet. Laxamento enim indigent, vt lacte impleri poſsint, nec ab ipſa ſtrictura indignentur. B

2 *Octauo menſe quomodo ſe gerent? Ibid.*

Cum omni ſolicitudine & diligentia agant: in iſto enim menſe plurimùm grauantur. Quare omnes nimietates geſtationis intercidimus, tranquillitatem indicimus, & cibos etiam parciùs accipiant, ventremque ipſum, ſi cum pondere pendet, faſcijs diligenter conſtrictum ſuſpendant. Ceroto etiam ex oleo viridi vel myrtino cutim ventris linire vt ſolidetur conuenit, ne cùm parere cœperint, tenſione & conatibus rumpatur.

3 *Cùm octauus menſis tranſierit, quid faciendum nono? Ibid.*

Interiores partes latiùs obuoluere, ſuperiores verò perſtringere, vt proximè ante partum inferiora loca dilatentur, & pecus ad inferiora deponatur, vt infantis exitus celeriùs poſsit haberi. Locus etiam ipſe cum laxamento præparare conuenit, encathiſmatibus & lauacro vti & peſſarijs, quæ ex adipibus anſerinis, & medulla ceruina conſtant: Digito etiam perunċto orificio matricis admoueatur, vt poſsit leniter & ſine quaſſatione aperiri. Grauidæ mulieres omnes vti non debent viris, ſi fieri poteſt, vt non agitentur, ne matrix ipſius agitationis vſum non ſuſtinens, abortiat. Maximè in nouiſsimis diebus debent ab hoc vſu omnino abſtinere, ne ſicut diximus, motus eius hac importunitate rumpat chorium, & humor effundatur, qui propter lapſum infantis à natura prouiſus eſt. C

DE OBSTETRICE. CAPVT IX.

1 *In quot vel quas partes diuidere oportet vniuerſam muliebrem traditionem? ex Moſchione.*

IN duas: Vnam quæ de obſtetrice tractat: Alteram quæ de omnibus oſtetrici occurrentibus conſtat. Hanc ipſam iterum diuidimus in cauſas ſecundum naturam occurrentes & præter naturam. Obſtetricalis verò ratio, hoc à muliebri differt, quod pars ab vniuerſo. Obſtetricalis enim pars eſt, muliebris verò totum.

2 *Quæ eſt aptiſſima, quæ obſtetrix fieri poſſit? cap. 1.*

Principaliter quæ literas nouit, & habet ingenium, præſentem memoriam, & eſt ſtudioſa, munda vniuerſo etiam corpore, integra, fortis & laborioſa.

3 *Quæ eſt obſtetrix?*

Muliebrium cauſarum docta, & medicinali exercitatione perita. D

4 *Quæ eſt melior * medicina?*

* Obſtetrix.

Quæ exercitata eſt medicinalibus actionibus, cum prouidentia, iuſtiſsima & communis, & quod vrget prouidens, horum diligentiam habere, coniungereque pro re & adunare poſsit, & per partes diuidere, & accidentia mitigare propter inſequutionem cauſæ. Non iracunda, nec turbulenta, compatiens, ſobria, pudica, arguta, quieta, prudens, nec auara.

5 *Quid eſt obſtetricalis ſella? cap. 47.*

Sicuti eſt ſella tonſoria, in qua ſedetur, ita vt habeat ſub ſexu ſimilitudine lunæ foramen præciſum, vt illuc infans cadere poſsit.

6 *Quæ præparanda ſunt, quæ propter partum ſunt neceſſaria? cap. 46.*

Scilicet ex oleo calido vaporationes, ſpongia mollis, lana munda, faſciæ, ceruicalia, & reſumptiui odores, & ſi fuerit obſtetricalis ſella vt cathedra, lecti duo, & locus aptiſsimus partui neceſſarius.

7 *Miniſtræ cum obſtetrice quot ſunt neceſſariæ? cap. 51.*

Tres. Ex quibus duæ dextra leuaque ad latera ſtare debent, inter quas incumbere poſsit. Tertia verò dorſum eius teneat, vt occurrentibus doloribus non ſe in latus declinet, hortando eam vt fortiter ſuſtineat.

DE

A

DE PARTV. CAPVT X.

1 *Quibus menſibus rectè & vitales naſcuntur? Ex lib. Mat. & Moſch.*

NONO & decimo maximè ſecundum ordinem, & ſeptimo etiam, vnde difficulter aliqua euadere ſolet, quæ viij. menſe pariat.

2 *Quæ ſunt ſigna proximi partus? ex lib. Mat. & Moſch. cap. 44.*

Si ſeptimo, vel nono, vel etiam decimo menſe grauedo vteri, & ex renum conſenſu feruor & dolor in clunibus, lumbis, & inguinibus erit, ipſius etiam matricis ad inferiores partes deſcenſus, cum orificij apertione & humectatione. Cùm verò iam proximat, ſuperiores partes graciliores fiunt, & extenduntur loca ſuper pectinem & inguina, & frequentis vrinæ deſiderium naſcitur. Immiſſoque digito ad magnitudinem oui in orificio inuenitur: humor verò qui effertur primò lentus poſtmodum plurimus, & ſanguineus.

3 *Quomodo ſeparatur dolor qui de feruore venit ab eo qui de præſenti partu occurrit? ex Moſchione. cap. 45.*

Eo quòd de feruore dolor cum clauſura & ſiccitate in orificio inuenitur.

B

4 *Antequam ad ſellam parturientes collocemus, quid facere oportet? ex Moſch. cap. 50.*

Omnes dolores illas omnibus calefactionibus vaporare, oleo calido & ſuccidis lanis loca ipſa irrigare, eas deambulare, & lauare & cibos accipere antiqui iubebant. Nos verò non permittimus hoc fieri, quia ambulatio ipſa infantem propè foris poſitum, reprimit, & matricem quaſſat: lauacrum verò vires minuit, & digeſtionem corporis mulieris infrigidat. Quibus autem cibus in frigore datur, corrumpitur, & non nutrit eas.

5 *Quomodo oportet parturientem collocare? ex Moſch. cap. 49.*

Iactantes eam ſupinam in lecto, qui duris eſt ſtratus, conduplicatis illi pedibus, & apertis. Cumque ad magnitudinem oui in orificio matricis (chorium) inuenerimus, ad ſellam eam leuamus. Nam ſi ita fuerit laſſa, vt in lecto parere debeat, ibi pariat. Si verò ſella obſtetricalis non eſt intus fortis, in mulieris femoribus ſedere debet, vt illic pariat.

6 *Obſtetrix autem quomodo, aut vbi ſedere debet? ex Moſch. cap. 52.*

Viriliter cincta ſit, & ſi in lecto partus efficiatur, habeat modicè inferiùs obſtetrix ſedile, in quo ſedeat, vt ita facillimè manus mittere poſsit. Si verò ſedens in ſella paritura eſt, & inferiùs obſtetrix humiliori ſella, vt poſsit ex ſuperioribus partibus infantes adducere, & aliquantulum apertis pedibus ſuis, plus tamen humiliori loco, vt eam non impediant, faciem ſuam auerſam auertat, ne pariens præ verecundia ſe concludat. Ante omnia tamen ligamentis omnibus, & capillis ſolutis, quod propter laxamentum ſolet fieri. Digito autem ſiniſtro oleo calido perungo, orificium matricis circumagendo aperiat, vt chorium illuc cadere poſsit. Omnis circa parturientem ſatagere debet, & petere eam vt non clamet, ſed omnem ſpiritum ad inferiores partes exponat, maximè cùm dolor occurret. * Alias quæ retrò eam continent, iube vt cum linteo manus eius foris excludant. Si verò folliculus diu non fuerit ruptus, vnguibus eum rumpere & immiſsis paulatim digitis, plus adaperire. Obſeruandum eſt ne infans ſubitò ſimul cadat, ne quaſſatio capiti & ceruici infantis adducatur. Naturaliter verò orificium aperitur aliquando, inergentibus humoribus per ipſum. Tunc apprehendere debet obſtetrix, & in diuerſum adducere huc atque illuc. Illo tempore, quando ſe matrix aperit, conari oportet, & quando ſe concludit, non conetur, ne feruore aut ſanguinis fluxu, ipſius matricis adductio emergat. A lateribus verò miniſtræ ſine quaſſatione, manibus apertis, deorſum deducant. Cum verò exire fœtus cœperit, manibus pannum habentibus eum ſuſcipiat obſtetrix, & obſtetricaliter quam leniſsimè, vt vnà cum ſecundis procidat. *Vide Græca.*

C

7 *Quando aut quomodo oportet vmbilicum præcidere, ex Moſchione, cap. 65. & lib. Matricis.*

D Cùm modicè infans in terra requieuerit, à ventre eius digitis quatuor ſcalpello aut cultro acutiſsimo præcidendus eſt. Nec ſuperſtitionibus antiquorum conſentiendum eſt, qui lino, aut vitro, vel canna acuta, aut cortice panis ſecabant. Cum verò præcideris, ſanguinem qui in eo remanſit coagulatum exiccabis, & lana torta vel licio ligabis, ne ſubſequenti fluxu ſanguinis infans periclitetur. Sed eadem hora qua natus eſt, ex vtraque parte ligandus eſt, & ſic in medio præcidendus, ne & ipſa quæ parit fluxum ſanguinis patiatur.

DE PARTV DIFFICILI. CAPVT XI.

1 *Quot ſunt modi vel cauſæ, quibus laborioſus & difficilis partus efficitur? Moſchionis, cap. 143. & ſeqq.*

PLurimi duas cauſas eſſe dixerunt. Vnam apud eam quæ parit: alteram apud eum qui naſcitur. Alij verò tertiam cauſam addunt, quæ extrinſecus venire aſſueuit. Apud alios etiam quarta cauſa emergit, quæ ex omnibus prædictis cauſis miſcetur.

2 Quomodo dicunt per eam quæ parit, difficultatem partus emergere? Ibid. A

Primò ſi iracunda ſit, aut multùm timida, & verecũda, vel primariola, corpore etiam vniuerſo vel partibus impediatur. Vniuerſo aut ſi multum gracilis, vel valde pinguis vel muſculoſa, vel imbecille habens * corpus. Partibus autem, ſi imbecillis matrix & in feruore ſit, aut aliquibus condylomatibus impeditur, vel orificium eius in anguſtu conductum eſt, vel contortum, vel ex parte concluſum, vel in vicinitate hæmorrhoides, vel collectiones, vel in veſica lapis ſit, & in longaone ſtercorum retentio. His enim omnibus cauſis exitus infanti denegatur.

id eſt, corpore gracili.

3 Quomodo dicunt per infantem, qui naſci habet, difficillimum partum fieri?

Si naturaliter grande caput habet, vel omne corpus, vel tres manus, vel certè hydropicus ſit, vel gibboſus, vel languidus, vel inflatus, vel mortuus, aut poſitione corporis contra naturam inueniatur.

4 Quæ ſunt verò ſchemata infantium naſcentium? vel quot ſchematibus infans naſcatur? ex Moſch. & lib. Mat.

Generaliter ſunt quatuor modi. In capite, in pedibus, in obliquum iacens, aut conduplicatus. Specialiter verò ſchemata plurima inueniuntur. Ille enim qui in caput fertur, aliquando rectum quidem caput in orificium matricis habet, reliquum verò corpus contortum. Aliquando in capite quidem deſcendens * aut in priore ab orificio, aut retrorſum caput infigit, aut in * diuexum ſe projcit. Aliquando verò cum ſtrictura hæc ſchemata fiunt, aliquando ſine ſtrictura. Aliquando etiam vnam manum foras projicit, vel vtraſque, ita vt intus iunctis exiſtat. Aliquando ita deſcendit, vt directum orificio matricis pedes habeat compoſitos, & corpus habeat rectum, manibusque lateribus iunctis. Aliquando in priorem partem, vel retrorſum ab orificio pedes infigit, quod & ipſum aliquando cum ſtrictura fieri ſolet, aliquando ſine ſtrictura. Aliquando vnum pedem vel vtroſque foras emittit, manibus ſcilicet ſupra caput contortis. Aliquando diuiſos pedes partibus matricis infigit: aliquando etiam duplicatis pedibus in genua exire conatur. Aliquando ita conduplicatur, vt ſedenti ſimilis naticas foras oſtendat. Vel contra ita conduplicatur, vt plantas capiti in orificio matricis iunctas inuenias. B

** lib. Mat. & non in.*
** obliquum.*

Qui verò in * diuexum iacent, aliquando in latere, aliquando ſupini, aliquando ad dentes inueniuntur, ſic etiam duplicatus, & in diuexum poſitus eſſe poteſt.

al. in obliquum.

5 Ex quatuor ſchematibus prædictis quæ ſunt exoptabilia, & ſecundum naturam, & quæ aduerſa & contra naturam? Ex iiſdem.

Quoties in caput feruntur, ita vt in orificium matricis directum caput eius inueniatur, manibus ſcilicet lateribus & femoribus iunctis. Proximum verò bono ſchemati eſt, quoties & in pedibus deſcendit iunctis, & orificio matricis oppoſitis, manibus ſcilicet lateribus porrectis. Et ex vtriſque ſchematibus melius eſt, quod in capite deſcendat. Cum enim labi foras cœperint, nullus metus remanet, ne manus ibi ſeparatæ remaneant, cum infantem adducere cœperis. C

6 Quomodo dicis de extrinſecus venientibus cauſis difficultatem partus emergere? Moſch.

Frequentius à frigido nimio aere, aut paulo plus calido, aut certè cùm ea, quæ parienti ſunt neceſſaria, non adſunt.

7 Quomodo per ſolliculum dicis impediri partum?

Cùm tardius à fundo matricis reſoluitur, aut certè ita ſolidum eſt, vt difficillimè rumpatur, aut econtrà ita tenue, vt ante tempus ſoluatur, & antè humorem illum effundat, qui propter lapſus infantis à natura præparatus eſt.

8 Quomodo dicis per eum modum, qui ex omnibus cauſis miſcetur, partum impediri?

Si languidus vel laſſus eſt infans, & inde non adiuuat parturientis conatum, vel certè mortuus eſt, & paruum caput habet, & inde orificium matricis extendere non poſſit, nec ab obſtetrice facilè apprehendi. Et hæ ſunt cauſæ, quas Moſchion & cæteri voluerunt facere difficultatem partus. Soranus vero noſter alias ſubiecit cauſas, vult enim aut ſtrictura impediri partus, conſtrictis & ſiccatis partibus ipſis, aut fluxu & abundantia * humoris, vel fluxu ſanguinis, conſumptis viribus parturientis, vel illis rebus quibus orificium matricis concludi ſolet, ſicuti cicatricibus clauſis, vel collectionibus, vel hæmorrhoidibus, vel pluribus his ſimilibus vel etiam morte infantis, vel in diuexum contra naturam poſito, vel numeroſitate partuum, vt ſi vel tres manus, vel pedes habeat, vel ipſi infantes quatuor vel quinque concepti ſunt. D

al. ſudoris.

DE IVVANDO PARTV DIFFICILI.

CAPVT XII.

1 Quâ ergo diligentia obſtetricandæ ſunt illæ, quæ tardè & cum difficultate pariunt? ex Moſch. cap. 152.

SI aliqua ſtrictura vel anguſtia, ſiccitate vel feruore impediuntur, ſiue hoc inimicum frigus attulit ſiue duritia corporis infantis, ſiue matricis breuitas, cùm temporaneum conceptum recepent, ſiue pinguedine corporis, ſeu metu vel ira parturientis, vel colli matricis curuedine, vel torſione: hæc omnia ſuprà dicta chalaſtica diligentia relaxari ſolent.

Debemus eis quæ difficilè pariunt, ita ſubuenire. Primò frequentius oleum dulce & calidũ cathiſandum

A duin eſt, vel ſuccus ſeminis lini, vel fœnograeci, maluarum etiam decoctarum. Aliquando etiam ouis cru dis illuc admixtis: Sic effici poteſt vt etiam ſtricturæ relaxentur, & omnis anguſtia ſpatium accipiat, & infans, qui ad exitum impeditur præparato lapſo, facillimè exire poſſit. Nam propterea de pollinibus ex melle cataplaſmamus omnem vicinitatem ſupra pectinem & renes. Encathiſmate etiã vtimur, vel ſpongijs in eadem aqua tinctis vaporamus, & ſacculis calidis eaſdem partes contingimus. Nam aliquando & leui motu vehiculi eas geſtari permittimus. Siquidem hanc geſtationem antiqui * exercitus agitabant, vt ad ſuperiores partes lecti eas ligarent & colliderent. Alij verò ad ſcalas ligabant, & ſic pendere iubebant. Alij infinitum deambulare & ſalire cogebant, alij ſcalas etiam aſcendere. Alij autem manibus ſub axillis miſſis, à terra ſubleuabant & diutiùs exagitabant. Sed hæc omnia nos reprobamus. Prædictis enim rebus grauiter quaſſatur matrix, & in maiorem feruorem ire ſolet. Idcirco vtendum eſt prædictis omnibus vaporationibus, & metuentem quidem hortari debemus ſecuramque facere, quòd non periclitetur. Eam verò quæ nunquam peperit, & dolores neſcit, docere debes, vt cùm dolores occurrerint, ſpiritum retinendo, ad inferiores partes gemitus impellat: ſubnaſcentibus autem doloribus reſumamus pane feruenti vel toſtato, cucumere, pepone, & madenti gleba. Si verò ea antecedenti ægritudine laſſa ad partum venerit, occurrente etiam laxamento, ſimplici cibo reſumimus. Pinguiſſimam autem in lecto in genua & ad dentes collocamus, vt pinguedine qua matrix premitur, liberetur. Orificium verò ipſum matricis, digito oleo vel aceto tincto circundamus, & ſi curſus fuerit, corrigimus. Si quod verò impedi-
B mentum ibi inuenerimus, chirurgia tollimus vel minuimus. Si verò lapis in collo veſicæ poſitus vrinam deneget, eum retrò in veſicam cathetere repellimus, & ſic vrinam tollimus: vel iniectione clyſteris, ſtercora de longaone deducimus. Folliculum verò non ruptum antè digito preſſo formantes locum phlebotomo ſollicitè diuidimus. Omnibusque, poſt hæc, prædictis encathiſmatibus vtimur. Hæc ergo prima eſt diligentia, quæ difficultatem partus maturare poteſt.

2 Si autem præter naturam poſitus fuerit infans, quid obſtetrix facere debet? ex Moſchione.

Vtique in primo eum ſecundum naturam componat, ſcilicet parturiens competenter in lecto collocanda eſt, vt altum habeat corpus, & paulo durior ſit ſtratus, & ſi in priorem partem ab orificio matricis pecus infixum eſt, ſupina eſt collocanda. In genua etiam & ad dentes, ſi retrò ab orificio matricis infans eſt. Si in ſiniſtrum, in dextrum ſe conuertat. Si verò hæc ſchemata infantem corrigere non poſsint, tunc diligenter vnguibus inciſis & oleo illinitis, & in vnum conductis digitis, ſiniſtra manus orificio vuluæ immitti debebit, illo ſcilicet tempore, quo ſe matrix naturaliter aperit, & apprehenſo pectore ad competentem locum corrigere: Si verò valdè infixum eſt, prius eum à loco importuno euellere oportet.

Sed antequam ſchemata illa ponamus, quæ contra naturam ſunt, meliùs faciemus, ſi ea quæ ſunt exoptabilia & ſecundum naturam, ipſa primò ponamus.

C Partus primus. Hic eſt ſecundum naturam primus, melior ab omnibus partubus. Siquidem cùm labi cœperit, nullus metus ſubeſt, ne manus extendat, & ibi remaneat, & hic eſt ſecundum naturam. Secundus partus. Ita cùm occurrere cœperit, ſolicita debet eſſe obſtetrix, vt cùm ad manus peruenerit, teneat, & ſic eum adducat.

*3 Si in * diuexum iacet, quid faciendum?* * *obliquum.*

Immiſſa manu obſtetrix eum componat, & ſi caput proximum inuenit, ipſum teneat, & adducat.

4 Si ambæ manus foras ei venerint, quid facere debet obſtetrix? ex Moſch. & lib. Mat.

Duobus humeris eius, manus ſuas ex vtraq; parte infigens, retrorſum eum reuocet, ſicuti ſuperius dixi, manibus ad latera compoſitis, & apprehenſo capite, paulatim & leuiter foras eum adducat.

Si infans caput interiùs habuerit, & ſi duas manus eijcit, oportet obſtetricẽ, prius immiſſa manu ſua, caput ad orificium corrigere, & comprehenſis manibus infantis, conari decet, ne caput eius orificium vuluæ obturet, ſed facillimè omne corpus infantis exire poſsit, quò priores manus exierant.

5 Quoties manum emittit, quid faciendum?

D Principaliter videtur, vt nunquam eum teneat obſtetrix & adducat. Plus enim, relicto intus capite, orificium matricis obturatur. Nam & in ipſo conatu, exarticulare manum infans poterit & amittere, vt cum de vtero euaſerit, culpa obſtetricis, vitioſus efficiatur. Melius ergo facit, ſi humerum infixis digitis eum retrorſum remoueat, & intus capacitatem vuluæ poſitum, ita componat, vt manus eius erectas lateribus iungat, & apprehenſo capite foras conari incipiat.

6 Si in pedibus deſcendens, in aliquam partem vuluæ reliquum corpus inclinauerit, quid facere debet? Ex lib. Mat. & Moſchione.

Sicuti ſuperius diximus, obſtetrix immiſſa manu, eum componat, & ſic adducat.

7 Si vnum pedem foras habuerit?

Etiam modò videat, ne vnquam obſtetrix teneat & conetur, ne reliquo corpore infantis plus matrix claudatur, ſed prius infixis digitis ad inguen infantis, ſurſum eum reuocet, & poſt, immiſſa manu, pedem alterum * colligat, & ſi fieri poteſt manus eius lateribus iungat, & apprehenſis pedibus foras adducere conetur. *al. corrigat.*

8 Si verò ambos pedes eiecerit, quid faciemus?

Duabus manibus ſuis obſtetrix in inguinibus infixis, ſurſum eum repellat, & compoſitum ſicut dixi, foras eijciat.

al.diuerſis. 9 *Si * diuiſis pedibus duabus partibus vuluæ plantas inſigat, quid faciemus?* A

Immiſſa manu obſtetrix eos iungat, & ad orificium matricis eos componat & ſic adducat.

10 *Si genua hic oſtenderit, & ſic exire conatus fuerit, quid faciemus?*

fortè, vel. Retrorſum repellendus eſt, & correptis manibus * & pedibus adducendus.

11 *Si verò in naticas ſederit?*

* vel. *Obſtetrix manum inſigat, & retrò infantem repellat, & correptis manibus & * pedibus, extrà adducat.*

12 *Si grande caput habuerit vt exire non poſſit? ex lib. Matt.*

Intrinſecus repellendus eſt, & vnctionibus vncto orificio, immiſſa manu obſtetrix eum adducat, tenens caput eius, adiuuante etiam conatu ſuo parturiente.

13 *Si caput contortum habuerit? ex lib. Matt.*

Obſtetrix immiſſa manu eum corrigat, & humeris comprehenſum leniter adducat, ne matrix ipſa quaſſetur.

14 *Quoties fuerit duplicatus, quid faciemus? Moſch.*

Scias volo, duobus modis pecus in vulua duplicari: quoties enim naticas eius in orificio vuluæ inuenimus, ex interiori parte fiet duplicatio. Quoties autem caput & plantæ in orificio inueniuntur ex B ſuperiori parte, ſecunda eſt duplicatio, & poteſt obſtetrix ita corrigere, vt * plantis reuocatis ſurſum, caput hic teneat, & ſic infantem foras adducat.

Lib. Mat. habet et plantis in orificium rectis, adducat.

15 *Si in diuexum iaceat, aut ſupinus, vel in dentes, quid facere oportet? Ex lib. Mat.*

Præcipimus vt in vulua diſplicitus, & apprehenſo capite, adducatur.

16 *Si plures vno fuerint & ſimul ſe ad orificium contulerint, quid & quomodo agendum? ex Moſch. & lib. Matt.*

Si plures vno fuerint, ſi duo aut tres vel quatuor, ſicuti frequentius diximus, in ſinum vuluæ omnes ſunt repellendi, & ſic ſigillatim eijciendi.

17 *Qualiter fœtus in vtero ſit conuertendus? ex lib. Matt. & Moſch.*

Si ſupinus vel ad dentes eſt, leniter obſtetrix, immiſsis digitis, in latus eum conuertat, & accepto ſpacio, vt vel ſi vnam manum obſtetrix immittere poſsit, eum facilimè ad integrum ſchema componat, & quaſcunq; partes orificio propiores habuerit, eaſdem teneat & ſic adducat: ita tamen vt maximè caput infantis quærat, & ipſum teneat & foris adducat. Siquidem melior ab omnibus deſcenſus per caput inuenitur. Sed ſi pedes fuerint proximiores, ipſos teneat, & ſic adducat.

Hæc autem omnia leniter ab obſtetrice, & ſine quaſſatione facienda ſunt, ita ut frequenter oleum calidum, vel prædictos ſuccos fœnogræci, ſeminis lini, & maluæ decoctum locis illis infundat. Hac enim diligentia, & lapſum infantibus præparat, & ſani euadere poſſunt, & quæ parit, ſine vexatione & ſine quaſſatione ſeruatur. Plures enim infantes poſt difficillimum partum euaſiſſe cognouimus, & viuere vidimus. C

18 *Quæ ſunt verò periculoſa ſymptomata, quæ nos terrere poſſunt, vt periculum prædicemus?*

Si febres inſunt, vel maximè acutæ, neruoſitas omnis patitur, taliſq; feruor præcedit, vt & gangræna ibi efficiatur, plurimũ ſudent, pulſus etiam minutus ſit, aut in totum nõ appareat, & deliriũ ſubſequatur.

DE HIS QVI NON POSSVNT DVCI manibus. *ex Moſch.*

CAPVT XIII.

SVnt qui nullo modo manibus adduci poſſunt, & aut magnitudine corporis ſui reſiſtunt, aut morte, aut in tanta ſtrictura arctati ſunt, vt in totum euelli non poſsint. Quid tum facere oportet?

Embriulcia adhibere vel embriotomiam: ſiquidem iam pecus mortuum eſt, & debemus miſeræ parturienti ſubuenire, maximè cùm ſic periculoſa iuxta eam ſymptomata inueniantur.

1 *Quomodo ergo embriotomiam facere debemus?* D

In aliquantulum duro ſtratu ſupina iaceat, eaq; laboret, & curuatis illuc pedibus eius & patefactis, ſpondis etiam lecti plantis eius infixis ſcapulis eius aut miniſtris, vel faſcia ad reclinatorium religatis, is qui facturus eſt, in contra paulo inferiùs ſedere debebit, & apprehendens curuedinem embriulci, & tepefactos infrà digitos abſcondere, quibus perunctis, & in vnum conductis cum eadẽ curuedine embriulci, in orificiũ matricis manũ ſiniſtrã intus inijcere, & tentare locũ, & quærere locũ, in quem eum figat.

Si verò in capite partus deſcendat, aptiores inueniuntur oculi, occipitium, & os. Si verò pecus in latus eſt, in inguinibus, & inter coxas infigi poteſt. ſi per pedes deſcendat, ſuper pectinem bene infigitur. Vel ſi ex prædictis locis nullum inuenire poterit, vbicunq; vulnerato loco, embriulcum infigat, & erecta manu, foras embriulcum miniſtro tradat, & eodem modo etiam alterum immiſſum, alij parti infigat, quẽ & ipſum miniſtro tradat. Ita autem ęqualiter infixi eſſe debent, vt cùm conari cœperit, ęqualiter adducere poſsit. Dein miniſtro iube vt leuiter conari incipiat, ita vt cum matricem viderit ad inferiorem partem, & tunc & ipſa conetur. Quoties verò matrix in ſurſum aſcenderit, non conetur. Ipſe verò digitus index ceroto inunctus, orificium matricis circumagat, & illud aperiat & ſtricturam ſoluat, & quicquid ibi corrigendum eſt, corrigat: frequentius tamen oleo calido & ſuccis loca ipſa irrigans. Cùm verò competenter infans ſequutus in aliquantulum foras exierit, ſuperioribus partibus iterum embriulcos infigat, & hoc tandiu faciat, quandiu omne corpus infantis foras eijciat.

Si autem

A Si autem illæ partes, quæ foras emiſſæ ſunt: nec embriulcos admittere poſſunt, nec reliquum corpus exire permittant, aut certa aliqua pars infantis multùm grandis ſit, aut ipſum pecus mortuum eſt, vt nec exagitari nec exire poſſit, ad embriotomiam ipſam neceſſitate eſt veniendum, vt per partes conciſum corpus infantis, ſic auferatur.

2 Quomodo verò apprehendimus mortuum eſſe infantem?

Ex eo quòd frigidus eſt, & non mouetur, nec pulſus habet.

3 Quomodo pecus incidere debemus?

Principaliter partes, quę foras ſunt, ſi reuocari intus nullo modo poſſint, quomodo erit, ſic etiam præcidi poteſt, & paulatim ad eductionem deduci. Quod ſi non regi poſſit, neque embriulcis adduci, quærendum eſt, ne fortè hydrocephalia ſit, hoc eſt, aquam in cute capitis habeat: & ipſum caput prius prægrande in occipitium, effuſo verò humore, vaſtitas capitis ſuccumbat. Si autem natura grande eſt ipſum caput, prius manu conſtringẽdum eſt. Mollities enim adhuc oſſium facilè celeriter exire poteſt. Si non, etiam ferramento in occipitio aperiendum eſt: ſic enim effuſo cerebro, breuiari caput poteſt. Si autem in diuexum iacet, & humeros lateribus vuluæ infixerit, & adhuc ſuperuixerit, etiam iugulo eius ferramentum infigere poſſumus, vt effuſo abundanti ſanguine, corpus pecoris attenuari poſſit. Nam hac ratione etiã venas ipſius aperimus, ſi hydrops ſit, vt humores effundat, aut vt inteſtina eius adducere poſſimus: manus etiam ac pedes, ſicut retrorſum dixi, etiã intus ab articulis præcidimus. Si verò magnitudine ſua,
B caput in interiore parte vuluæ abſconſum eſt, à gutture præciſum corpus dextra manu adducimus.

4 Si verò duplicatum pecus ſic remanſerit, quid faciemus?

Præcidimus & tollimus, dummodo omnes præciſas partes in tabula componamus, & vniuerſa membra conſideremus, ne quid ibi remanſerit.

5 Poſt Embriotomiam quid obſtetrix facere debet?

Vtique poſt tantam quaſſationem partium, prædictis ſuccis & oleo calido hæc omnia irrigare, & paragorizare. Si verò fluxus ſanguinis plurimus fuerit, rebus competentibus conſtringere & ſiccare.

DE SECVNDINIS. CAPVT XIIII.

1 Secundinæ vnde dicuntur? ex Moſch. cap. 36. & ſeqq.

AB eo, quòd prius infans cadens in terram, ſic etiam illæ exeunt. Nam inde & prægnans dicitur, quòd priores naſcuntur, & priores rumpantur.

2 Quid eſt chorium?

Membrana ſine orificio, quæ infantem, & quæ cum ipſo ſunt, continet, fundo matricis inhærens: dicitur & vaſculum, & ſecundina, & nouiſsimum, eò quòd prior rumpitur.

3 Vnde dictum eſt Angiôn.

Ἀγγεῖον, hoc eſt vaſculum: Ideò vaſculum, quia infantes ibi includuntur, in quo ſic voluuntur, ſicut pi-
C la in arena.

4 Ex quibus rebus conſtat chorium?

Ex neruis, venis & pulpis. Eſt autem colore purpureo, ſimilitudine folliculi.

5 Ex quot & quibus conſtat vmbilicus?

Ex quinque: duabus venis & duabus arterijs, per quas nutrimenta ſanguinis infanti ſubminiſtrantur. Quinta autem eſt * Lucialis dicta, quæ infantes in chorium lucium tranſmiſit. Hoc ergo vmbilico, infans in matrice detinetur. *In Græco, κοινωι.*

6 Quid eſt amnios?

Membrana vniuerſo corpori infantis adhærens, quod frequentius aliquando foris cõſumitur, & non per omne corpus inuenitur.

7 Si ſecundinæ ibi remanſerint, quid faciemus? ex Moſch. cap. 53. & lib. Mat.

Cùm infans in manus obſtetricis ceciderit, ſi ad vmbilicum adhuc cohæret, obſtetrix debebit etiam attentare leuiter hac & illac adducens, an per ipſum vmbilicũ infantis poſſit foras adduci, adiuuante conatibus ſuis & ipſa parturiente, idq; fiat, quando fundo non adhærent & orificium patet. Neque verò in directum conetur, vt ne matrix ſimul adducatur. Si verò tarditas ipſa morã habuerit, præciſo vmbilico, ſeparandus eſt infans, eumq; alia mulier accipiat, & reliquum ipſa teneat, & cùm ſe matrix aperiat, ducen-
D dum, cùm autem recludit, non conandum. Sed ſi ruptum vel præciſum ſtatim intus ſe abſconderit, orificio matricis patẽte, perunctam manum ſtatim obſtetrix immittere debebit, & ſi iam ad fundum matricis receſſerint, etſi obuolutæ ſunt & natant, quacunq; parte apprehenſis tollere debet. Si verò adhuc ad fundũ matricis tenentur, reſolutis ibi digitis & apprehenſis ſecundinis, tentare hac & illac, & adducens perſuadeat auferre. Illæ verò quæ imperitia in directum conantur, frequenter & ipſam matricem adducunt. Sed ſi ne ſic ſubſequutæ ſunt aut orificium matricis ſtatim ſe clauſerit, vt neq; manus immitti, neq; ipſæ exire poſſint, & feruor fuerit ſubſequutus, ibi eiſdem dimiſsis, omnibus ſuccis, & encathiſmate, & cataplaſmatibus & vaporationibus, quibus ad feruorem vti ſolemus, vtendum eſt. Hac enim diligẽtia, omni ſtrictura laxata, frequentius quicquid ibi remanſerit & alienum eſt, foras emittitur, & ſua ſponte cadit.

8 Ad ſecundinas remorantes & menſtrua. ex lib. Mat.

R. lupinorum, abſynthij, elaterij ana obol. j. ſagapeni, myrrhæ ana ℈. xij. rutæ ſimiliter tunde & cerne, & cum felle taurino collige, & ſuper vmbilicum impone.

9 Quæ ſunt, quæ propter retentionem ſecundinarũm antiqui adhibebant? ex lib. Mat. & Moſch. cap. 54.

Sternutamenta, & à ſcala ſuſpenſiones, & potiones dabant, quæ eas eijcere poſſent, & fumos ſuffie-

bant, & peſſos ſanguinem educentes ſubijciebant. Quin etiam pondera ad ipſum folliculum ligabant. A
Quæ omnia nos reprobamus, ſiquidem feruorem partibus ipſis facere poſſunt, & præſentem ſine dilatione ſanguinis fluxum.

10 Vt ſecundinæ citò ſequantur. ex lib. Mat.

Granum ariſtolochiæ rotundæ in femur liga.

DE PARTV MEDICAMENTIS FACIlitando. CAPVT XV.

1 Ad partum iuuandum.

POlypodij radicem tere, & ſuper pedem pone, inchoante dolore, etiam mortuum pecus eijcit.

Aliud.

Agroſtis ſemen, quod adhuc in ipſa herba ſit, & lanam de medio frontis arietis collige, & ſimul repone, & cùm opus fuerit, circa renes aut lumbos habeat, ſed dum peperit ſolue, ne vulua ſequatur.

2 Vt citò mulier pariat. ex lib. Mat.

Granum ariſtolochiæ rotundæ in femur liga.

DE FOETV MORTVO EXPELLENDO. CAPVT XVI. B

1 Peſſarium quod mortuum pecus poteſt foras detrahere. ex Cleop. lib. priore.

LAtiridis ℈.j. & s. cum ſucco porri virginis conteres, & facies peſſarium duorum digitorum, & ſubijcies, pecus educit citò. *Item:*

Citri folia coques in aqua, & bene inde fomenta vuluā intus, & partum educet, etiāſi mortuus ſit.

Ad mortuum fœtum expellendum medicamenta, vide in exemplari Græco, cap. 54.

DE IIS QVAE POST PARTVM FAcienda ſunt. CAPVT XVII.

1 Puerpera quomodo à partu tractanda? ex Moſch. cap. 55. 56. 57.

IVbemus & ſpongia longa ipſam extergi: iactanda eſt in lectum, in obſcuro cubiculo modicè patentibus pedibus, vt quicquid ex ea foras exire cœperit, non impediatur, pannis loca ipſa contegantur, ita vt frequenter mutentur. Sed & lanis mundis oportet & ventrem & pectinem contegere: & ſi ſine quaſſatione partus effectus eſt, oleo viridi cum modico vino admixto ipſam partem irrigari. Si verò laborioſus partus præceſſerit, oleo dulci & calido ipſa loca calefacere. Deinde biduo eas à cibo abſtinere. Tertio verò die, encathiſmate calido & perunctione curata, & aqua calida faciem eius fomentabis. Cibabis autem eam ſimplici cibo, hoc eſt pane & aqua calida, & pultibus, & ouis ſorbilibus. Aquam calidam ad bibendam dabis. Septima autem die nullis occurrentibus querelis lauacro vti, & varios cibos, & vinum modicum aqua temperatum dabis eis. C

2 Quomodo cognoſcis poſt partum ſufficientem purgationem occurriſſe?

Eò quòd ſanguis vberrimus fuit primo: ſecundò fæculentus & paucus, nouiſſimè purulentus.

3 Si de conatu & tenſione frequentius in partu ruptiones occurrerint, his quid facere debemus?

Poſt aliquantos dies partus, cerotaria imponimus, quæ conficiuntur ſic. Cera, oleum roſaceum, ſpuma argenti, ceruſſa, alumen rotundum, & in faſciam paulò ſtrictius faciamus.

4 Si ex partu contingat ſanguinis fluxus? Priſcian.

Arion Baſilicum incende, & tere & cum aceto inuolue, & impone in peſſario. *Item:*

Lapatij ſucco intinctum peſſarium appone.

5 Si ex partu natura plagata fuerit? Priſcian.

al. line. Teſticulos tauri ſolue cum aqua, & ſicca, & cum oleo liquefacto, * lineo in panno cum modico croco impone. D

6 Si matrix ex partu vlcerata ſit? Priſcian.

Olei ℈.iiij. & butyrum vetus miſce, & fac peſſarium, & ſuppone.

7 Si matrix ex partu concuſſa fuerit? ex lib. Mat.

R. butyri obol. v. œſypi obol. iiij. myrrhæ obol. ij. medullæ ceruinæ obol. ij. adipis gallinæ obol. iij. terebinthinæ obol. iij. ceræ punicæ obol. vj. aloes hepatici obol. iij. caſſiæ ſyringos obol. j. olei roſati obol. ij. mellis quantum ſufficit, coque in vaſe fictili nouo, & vtere, hoc vſa eſt Fabiana Priſcilla, cùm omnes Archiatri in ea defeciſſent.

8 Signa caloris matricis poſt partum. ex lib. Mat. & Cleopatra priore.

Videntur ſigna ſuffocationis matricis, & cura eadem eſſe.
** lib. Mat. de loc.*

Cùm ſe Matrix ad ſtomachum fecerit, vehemens naſcitur dolor, corpusq; affligitur. Interdum etiam, vt in comitiali morbo, exanimata videtur, ſed hoc diſtat, quòd nec oculi vertuntur, nec ſpumant, nec nerui contrahuntur, ſopor tantum in eis eſſe videtur. Quibus crebro hoc accidit, & * calor ſupra vires fuerit, ſanguis emiſſus prodeſt: ſi paruus ſit calor cucurbitæ affigendæ ſunt inguinibus. Si verò diu tacere aut iacere conſueuerit, oportet naribus fœtorem ex vſtis apponere, & aqua frigida perfundere, aut ex ruta trita cum melle vel oleo cyprino, aut cataplaſma naturalibus pubetenus apponatur. Inter hoc, corpus & coxæ perfricentur, & ſynapiſmum lene ſuper ventrem pone, 3. vel 4. die intermiſſo, ne corpus rubeat. Si duritia permanſerit, * ſolutio in lacte diſcocto, deinde contrito cum alba cera, & medulla ceruina, cyprino oleo, & ſeuo taurino, vel caprino, cum roſa mixto. In potione dandum eſt anethum. Si verò vulua exulcerata fuerit, tunc ex roſa, ſcilla, axungia recenti, & albumine oui peſſarium fiat, & apponatur: Vel albumen

A albumen oui cùm aceto adiecto roſeo,vel roſæ puluere, aut ſuffumigium fiat matrici ex ſulphure,& tolles dolorem. Quod ſi purgatio mulieri defuerit,cucurbitulæ,cute inciſa,inguinibus vel ſub mammis appoſitæ iuuant. Si verò magna conſtipatio fuerit,ſubijciendum eſt coſtum,pulegium,& violæ albæ: amplius nepitha,ſaturea,hyſſopus. In cibo verò accipiat porrum,rutam,cyminum,cepe, & ſynapi,vel omnia acria olera. Si verò ſanguis qui ex inferioribus erumpere ſolet, naribus eruperit, inciſis * clunibus cucurbitæ apponantur,& ſi per tres vel quatuor menſes,trigeſimoque die repetierit, ſcias te hoc vitium ſanaſſe. Si verò ſe ſanguis non oſtenderit,ſcias ei capitis dolorem futurum,tunc ſi ex brachio ſanguinem tollas,ſanabis eam. *al. inguinibus.*

DE NVTRICE. CAPVT XVIII.

1 *Quæ nam ad nutriendum apta eſt? Moſch.cap.76.& ſeqq.lib.Mat.*

Adoleſcenta, quę pulchro etiam ſui corporis ſit colore, & iam bis pepererit,& pectus latum habeat, ipſaſque mammas neque nimium laxas & rugoſas, neq; interim valdè tenſas papillas, neque multum graciles,neque valdè breues, & quæ non multas cauernas habet: neque iterum parua & breuis, animoſa, & quæ cum integro affectu puerum amare poſſit, & quæ nunquam iraſcatur, ſi fieri poteſt, grata & munda ſit.

2 *Qua vita agenda eſt nutrix?*

B Communiter ſicut omnes homines vt ſana eſſe poſſit. Exerceri ergo debet lauacro, vel perunctione corpus reficere,cibumq; ſufficienter ſumere,ſemperque ebrioſitatem & indigeſtionem vitare.

3 *Quæ ſunt exercitia,quæ manibus nutricis fieri poſſunt?*

Exercere ſe debet nutrix in aliquo opere, præſertim partibus ſupernis, vt lac plurimum & digeſtum habere valeat, & ſi fieri poteſt, ad virum ſuum non accedat, ne per vſum venereum purgatio ſe commoueat,qua ſuperueniente copioſitas lactis exterminetur aut extinguatur. Primis vero diebus quibus lactare incipit,ſimplicē cibum & leuem accipiat,& aquam bibat,ne ſolidum lac mox natis infantibus,cum difficultate per anguſtos gutturis meatus,deſcendat. Et cùm paruuli accedentibus diebus & menſibus ſolidantur,& fortiores fiunt,iam etiam ſolidiorem,& fortiorem cibum capere nutrix incipiat. Poſtea verò vinum,ſic vt & conditum ſubiungat. Et ſi ita per ordinem actum fuerit, vt docuimus, infans ſine læſione,& ſine indignatione ſaluus cuſtodiri poteſt Nam ſi nutrix ebrietati deſeruiat,infans infirmabitur. Cùm tot menſibus mater ſua,his & alijs rebus cuſtodita, ſanum conſeruauerit. * Infans nanque ſeparatus à matre non præualet hæc & his ſimilia ſuſtinere. Sicut enim ramuſculi,dum adhuc in eadem arbore conſiſtūt,vnde nati ſunt,ſuſtinent tempeſtates & ventos,ſeparati verò ab arbore inſerti in alia, non præualent ſuſtinere,quouſq; radicem infigant. *Vide Græca, hic enim quædam deſiderantur.*

4 *Quid eſt faciendum ſi nutricis lac fuerit exterminatum?*

Si hoc contigerit,alterius mammillas accipiant:vel ſi non ſit alia, illi cuius lac exterminatum eſt,com-
C petenti diligentiā prouocandum eſt, * & ſi lapſum eſt, cibis & potionibus competentibus confortetur. Secundum autoritatem etiam antiquorum, vbera omnium pecorum manducata, ſicut veſpertilionum etiam combuſtorum cineres,& noctuæ cum vino bibere dabant,vel cum aqua ſoluta,mām̄is illinebant. Quæ nos omnia reprobamus:importunitas enim hæc ſtomachum exterminat,& cibum corrumpit. *& ad moderationem reducendam.*

Illis verò quę plus quàm debet lac habent,fortiorib.exercitijs,& laboribus & ſtypticis reb.minuatur.

Si verò ſpiſſum eſt,accipiat cibum digeſtibilem, & qui modicè nutrire poſſit, neque ſiccus ſit, aquam bibat & quotidiano lauacro vtatur. Nam & nutrici cibos ſalſos accipere non permittimus, quoniam paruulum corrumpunt,& lac & vires infantis minuunt. Nutrix verò cibos bonos & ſuccos, qui facilè digerantur,accipiat. Potiones,quæ ſtomachum cuſtodire valeant,& lac augere,bibat.

Illam verò quæ aquoſum lac habet,rariùs oportet lauare, & vinum bibat, & cibum accipiat ſolidum, ſicuti ſunt pultes duræ,oua elixa,frixa,& porcina caprinàve carne vtantur.

5 *A ſomno expergefactam,quid facere oportet nutricem? Moſch cap.96.*

Deambulare modicè,mām̄as fricare,vt lac quod ſomnus conſtrinxit,ſoluatur,& ſic infans applicetur.

DE MAMMILLIS POST PARTVM affectis. CAPVT XIX.

D 1 *Si poſt partum ad mammillas lac confluat,cum tenſione & grauedine, dolore & feruore,quid eis apponere debemus? ex lib. Mat. & Moſch.cap.58.& ſeqq.*

Primò quidem quæ leniter conſtringere poſſunt,hoc eſt,ſpongias molles poſca madidas, vel panem in poſca infuſum,& cum palmulis tritis. Si verò lac ſtringere velis,herba * policaria,& coriandrum viride,& vua lupina trita in ceroto admixta,mammillis impone. *al. pſyllum.*

2 *Ad feruorem mammillarum quid facere debemus? ex Cleop.1.lib. Mat.& Moſch.*

Mammillis adhibenda ſunt,ea quæ relaxare poſſunt, fomentatio ſcilicet olei, vel aquæ calidæ, & ſuccorum. Cataplaſma etiam pones de ſeminibus,& in declinatione cerotum induces,& omnino adhibeantur quæ in ſanguinatione matricis & fluxu ordinata ſunt.

3 *Si puerpera ipſa lactat quid faciendum?*

Omnia ritè vt prædictum eſt.

4 *Si vero alia lactauerit,eius quæ peperit lac,quomodo ſtringimus?*

Lapidem pyritem bene tritum ceroto admiſcemus, & vtimur, & paulatim ſtrictas mammas ipſas faſciare iubemus,fugientes ſcilicet ea,quæ antiqui exponebant,hoc eſt,aquam ſalſam,cyminum,& ſtrobi-

los,& alumen ſciſſum, & hederam, quæ omnia acredine ſua,impetum feruoris duplicare poſſunt rebus A
verò chalaſticis tumorem mammarum ſedare valet.

5 De mammillis poſt partum dolentibus. cap. 1 Theodori Priſciani de Gynæcijs.

Mammillas cum tenſione tumentes vel dolentes, quod poſt partum, quàm maximè mulieribus euenire conſueuit,quas ex eo etiam grauis dolor inquietat, hoc ordine curare debemus. Per initia mediocriter perſtringentibus vti conueniet,id eſt, ſpongia molli infuſa in poſca,quæ leui anadeſmo continenda erit. Sic etiam dactyli cum pane in poſca infuſi & contriti,ſæpe par beneficium præſtitere. Si verò certa ratione lac prohibendum erit,cataplaſmati ſuperiori admiſcendum eſt,aut alumen ſciſſum,aut herbæ policaris ſemen,aut coriandrum,aut portulaca. Nam & vnguenta ex ſolis earum ſuccis frequenter adhibuimus,penna molliori loca tractantes. Si indignatio illa his minime potuerit prohiberi, & lactis aggregatio maximum feruorem locis incuſſerit, tunc cataplaſmatibus chalaſticis conueniit imminere, vt eſt panis in melicrato infuſus cum oleo dulci contritus. Similiter etiam de ſeminibus tam lini quàm fœnogræci, vel hordei aliquando ſingulis,aliquando commixtis cum adipibus ſæpe porcinis recentibus in melicrato temperatis. Si autem pondus cataplaſmatis tolerare non potuerint,cum ſpongijs vaporandæ ſunt ex aqua viſci lini ſeminis & fœnogræci: & impoſitus continuò lanis in oleo dulci calido infuſis, fouendæ erunt. B

Si ſaniem fortè collegerit, iam ſuis temporibus & proprijs adiutorijs matura aperienda erunt, vt ſub vna digeſtione poſſint curari. Si verò minimè percurari poſſint,tranſacto igitur impetu,vel indignatione mammarum,ſimplex cerotarium adhibendum eſt vſque in plenam ſanitatem. Sane ſi per eadem facta nutrire minime decreuerit, vnc cerotario ſupradicto, puluerem molaris lapidis contuſi admiſcebis, & deſuper ligabis,lactis impetum prohibiturus.

Quod ſi lactandi arripuerit voluntatem,tunc ligatura laxata, fomēta chalaſtica adhibenda erunt, quæ lactis non prohibeant copiam miniſtrari:ſed magis præeuntibus fomentis,& vaporationibus dictis,cypero,ouo & croco in vnum tritis,mammillas vnguento adiuuabis. Item alij cyminum cum aqua tritum, alij verò fabæ pollinibus,& vua paſſa trita miſcuère,& ex his cataplaſmando lactis adauxère fœcunditatem: Sic ſeſamo trito cum oxymelle cataplaſmata confecerunt: his omnibus lactis fœcundum officium procuratum eſt. Si nimium interea lactis pondus duritiem fecerit, folijs apiorum,vel menthæ,vel caulium,cum pane tritis & melicrato,illam duritiem reſoluimus. Ergo per initia omnibus mediocriter ſtypticis obuiandum eſt: per augmenta vel impetus, chalaſticis & paregoricis. Et licet omnibus hac lege deſeruiendum ſit,attamen mammillarum mollium intuitu,omnia moderatiùs fœminis adhibenda ſunt.

6 Ad lac augendum. ex Priſciano.

Lumbricorum viuorum ℈.j. tere,& cum mellis cyathis ij bibat vt non cognoſcat. *Item:* C
Lac vaccinum bibat. Aqua ſalſa calida vel marina fomenta,& poſt vino calido.
Ad lac augendum,vide cap 156. in Moſch. Græco. Ad lac minuendum,vide ibid. cap. 157.

DE INFANTE ET QVOMODO tractandus. CAPVT XX.

1 Ex quibus probabis infantem aptum eſſe ad nutriendum? ex Moſch. cap. 63 lib. Mat.

EX hoc,quod illa,quæ illum in vtero habuerit, omnibus menſibus ſana fuerit. Vitali etiam menſe ſi ſit ſanus natus ipſe paruulus. Si omnibus partibus fuerit integer,omnes poros patentes habeat,vocemque ſolidam ſtatim vt cadit emittat. hæc omnia integræ ſanitatis ſunt teſtimonia, & pleno tempore natum infantem oſtendunt.

2 Quoties in die lauandus infans eſt? ex Moſch. cap 87. & lib. Mat.

Semel: Neceſsitate verò aliqua occurrente, bis: frequens verò lauacrum * flaccidum corpus facit.

* *lib Mat. capiti eius nocet.*

3 In quali loco lauandus? cap. 88.

In obſcuro & temperatè calido.

4 Quibus rebus infantis ſuperficiem lauari oportet aut aſpergi? ex Moſch. cap. 66. & 67. D

Antiqui vino cum aqua ſalſa abluebant. Alij verò lotium puerile & puluerem gallarum vel myrtæ aſpergebant. Nos autem ſalem tritum & aphronitrum aſpergimus,prædictę enim res,odore ſuo infantem feriunt,nec tutum eſt infantem nimium aſtringi: inde enim deteriùs habent. Si verò multum mollis eſt infans admixto * ſale,vel oleo,vel ſucco fœnogræci, aſperge, aut line per totum corpus, ita vt neque oculis,neque ori ex his aliquid incidat. Deinde cùm ſiccatur corpus, aqua frigida eum abluere, & aqua calida ipſum lauare debes. Digitis verò in naribus,vel ore immiſsis,omnia purgare,& oleum oculis infantis infundere. Deinde minimum digitum in ano infantis immiſſum, * meconium tollat,& vmbilicum lana ligata immediatè ſui præcidere,& linteolo oleo intincto contegere.

* *al. melle.*

* *In Græco ῥύπον.*

5 Propter quam cauſam oculi infantium oleo irrigantur? cap. 92.

Vt tunicæ quibus conſtant emolliantur,extergantur,vt integrum viſum habere poſsint.

6 Quare iubentur matres poſt lauacrum infantum,auriculas & nares exiccare? cap. 93.

Ne remanente ibi humore,graciles aurium pori perfrigeſcant,& malè accipiantur.

7 Quomodo oportet infantes vngere? cap. 91.

Primò ad dentes poſitos, deinde etiam ſupinos femorib. ſuis antè ſuppoſito linteolo, ita vt aliquando ſingulatim

A ſingulatim manus iungat. Aliquando vtraſque iungat,& extendere etiam iuuat. Similiter etiam pedes, ſingulaſque partes corporis formare: & quæ concaua eſſe debent, premantur: quæ verò gracilia, conſtringantur,& quæ extantia,adducantur. Oculorum etiam ipſorum folliculos frequenter fricare, caput verò diligenter rotundum facere,patellas etiam in genubus mouere, deinde omne corpus extendere & remittere,& vniuerſas partes ſuis officijs commemorare (ſui officij admonere.)

DE FASCIANDO INFANTE.
CAPVT XXI.

1 * *Quomodo faſciandus eſt infans poſt lauacrum? Moſch.cap.67. & ſeqq.& cap.89. Vide etiam cap.102.cum ſeqq.* *Fortè. Quomodo diſponendum eſt lauacrum.*

SEdere debet nutrix, & genubus iunctis femorib.ſuis in linteolo infantem accipere,& ſublatis faſcijs oleo tepido vngere:& in pelui grandi aqua calida limpida,& ſine odore miſſa tẽperata. Deinde manum ſiniſtram ſub axillam infantis ſiniſtram tenere,ita vt pectus ſupra cubitum iaceat. Deinde in aquam poſitum leniter fomẽtare. Primò dorſum,deinde ſupinum conuerſum,& partes ipſas fouere,ita vt omnes ſordes,quæ in collo ſunt,& concaua loca, ſicuti ſunt axillæ & inguina diligenter extergantur. Immiſſoq; digito intra os,ſaliuas omnes tollere & leniter gingiuas & linguam cõfricare. Deinde leui manu B ſuper pectinem premere,vt vrinæ officium cõmemoret. Sed cùm viderit corpus eius aliquãtulum calefactũ,ſufficienter obruiſſe,lauare,& in tepida aqua deponere,vt ad vſum frigidæ aſſueſcere poſſit infans.

2 *Quomodo oportet infantem faſciare?*

Superpoſita femoribus eius faſcia munda, & lata ſufficienterque longa è lana, vt ſingulas per partes voluere valeat,ita vt omnia loca,quæ ſunt gracilia,conſtringantur,& antè laxiùs circùm cingantur. Deinde coniunctis genubus, & talis lana interponatur, ne ita coniunctis aliquid de membranulis caſſetur. Caput pannis aut lanis mundis contegatur.

3 *Vbi oportet & quomodo infantem iacere?*

In locis mediocriter calidis,ita vt nihil oleat,& nec valdè ſit lucidus locus, ſtratumque eius ſit concauum,nec valde molle,ne multum iacendo,ſpina infantis aut collum contorqueat. In mediocri mollitie collocatum etiam caput infantis iacere debet.

4 *Quanto tempore faſciandus eſt infans? Moſch.cap.107.*

Apud quoſdam dieb. quadraginta: apud alios LX. Apud nos quãdiu in integro ſui corporis infans coaguletur & ſolidetur: quòd ſi citiùs ſoluatur,euenire ſolent ei languores,dum ſano corpore ſunt nati. Tardius verò ſolui debet qui imbecillis eſt. Semel omnis faſcia,& non delapſos ſoluimus, ſed per partes pau C latim. Si verò ſemel ſoluerimus eos,& corpus mũdauerimus,nouitate ipſa percutitur,& male accipitur.

DE VMBILICO INFANTIS.
CAPVT XXII. *ex Moſch.cap.105.& 106.*

1 *Poſt quot dies vmbilicus infantis cadere ſolet?*

POſt tres vel quatuor. Vulnuſque quod remanet,plumbi puluere bene curetur.

2 *Quomodo concauitates vmbilici formantur?*

Fruſtum plũbi ad ſimilitudinem denarij factum apponimus,quod poſſit põdere ſuo cõcauum facere.

DE CIBANDO INFANTE.
CAPVT XXIII.

1 *Quando oportet infantem cibum accipere primum? ex Moſch. cap.70.& ſeqq.& lib.Mat.*

CVM poſt omnem * commotionem quietus fuerit effectus, hoc eſt, poſt * nonam vel decimam horam,talem cibum primum accipiat, qui ſtomachum & ventrem purgare poſſit, & eum nutrire, ſicut eſt mel modicè decoctum. Si enim crudum fuerit,& auſterum eſt & inflat: ſi verò paulo plus D fuerit coctum,conſtringit. *al. commutationem.* *al. octauam.*

2 *Quomodo mel ei dandum eſt?*

Nutrix debet os eius illinire,& mulſam tepidam inſtillare,& ſic ſecunda die lac offerre.

3 *Cuius lac accipere debet infans?*

Maternum lac dare oportet: aut extraneum,non maternum, ſiquidem adhuc ex labore partus,& turbatione & purgatione lac eius malum eſt,& * craſſum & indigeſtibile. *al. pingue.*

4 *Quod eſt verò lac bonum?*

Bonum lac eſt mediocriter candidum,nec ſubliuidum,nec gypſo ſimile, nec ſubacidum,ſed moderatè coagulatum,& ſtillatim in vngue,leniter dilatetur, nec ſe cito diffundat. Reliquæ autem differentiæ malum lac oſtendunt.

5 *Maternóne lacte nutriendus eſt infans, an nutricis? Moſch.*

Amabilius quidem poteſt à matre nutriri,verùm matrona vt poſt partum ſana eſſe poſſit,melius à nutrice poteſt nutriri. Vnum enim lac maturum ſufficienter duobus infantibus miniſtratur.

6 *Poſt quod ſpacium lauacri ad mammillam applicandi ſunt? ex Moſch.cap.94.& ſeqq.*

Poſt modicum,donec omnis turbo lauacri digeratur, quicquid enim prius accipitur, corrumpitur & non nutrit. Nam & ipſa nutrix,ſi non digeſſerit balneum, & exiccatis antea mammis infantem applicet, malè habebit infans.

7 Quomodo lactari debet? A

Manibus acceptum infantem aliquantulum in latus ponere,& ad vtraſque mammillas conuertere,vt modò dextram manum infans,modò ſiniſtram liberam habeat,& de ambabus mammis accipiat. Deinde ori eius appoſitam papillam teneat, & quaſi latenter lac exprimat, ne cum labore infans didam ſugere incipiat.

8 Quoties in die infans lactari debet? ex lib. Mat.& Moſch.

Frequenter in die lactandus eſt,modò ex ſiniſtra modò ex dextra mammilla, quoniam ſemel,quod ei ſufficiat,accipere non poteſt. Laſſatur enim diutiùs lactando,aut de bono lacte citò ſatiatur. Non ergo determinandus eſt modus,ſed cum viſus fuerit velle,oportet eum accipere. Ita tamen vt ante lauacrum, al. cor. nec in lauacro vnquam accipiat didam,ne lædatur * corpus eius. Qui enim ante lauacrum vel in lauacro lactantur,ſcias eos varijs & multis languoribus detineri.

9 Quibus ſignis intelligere poſſumus,infantem debere cibum accipere?

Eo quòd præcordia eius concaua ſunt, vel etiam tantum tempus tranſiuit, vt cibum accipere debeat, foriè, lacte. os etiam aperiat, & labia frequentius moueat, & cùm in * antè intinctum digitum labijs eorum applicuerimus,ſugant cum quodam ploratu.

10 Quomodo vero apprehendimus an propter cibum ploret,an non? ex Moſch.cap.100 Vide cap.101.Moſch. B

Faſciam principaliter inſpiciamus,ne ſtricta ſit, ne iacens pedem aut manum contorſerit,aut aliqua re puncturam ſenſerit,aut de abũdantia cibi aut lactis plorent,inſpice: & ne à plurimis coopertorijs grauatus,aut ne paruitate eorum perfrixerit,aut nimio ſole æſtuauerit. Si vero aliqua re pũctus eſt ſubito plorare incipit: ſi coopertoria plurima vel parua, id viſu probatur & tactu, aut enim frigidus eſſe debet, aut multum calidus. Si autem abundantia lactis vel cibi premitur,huc atq; illuc ſe proijcit,& plena præcordia habet. Si æſtuauerit,cum anhelitu rubet: ſi verò aliqua cauſa inæqualitatis eſt,& ille lãguet,& lac accipere non vult,& macrior effectus eſt. Ex prædictis ergo ſignis, omnes ploratus eius ſeparari poſſunt.

11 Quomodo infantem à lacte deducere debemus? Moſch cap 113.

Poſt annum & ſex menſes,aut ſuppleto biennio, dentibus iam abundantibus & firmis,quòd poſſint non tantum cibum diuidere,ſed etiam diligenter eum manducare.

12 Quem cibum primum infanti dare debemus? 114.

Panoſum,hoc eſt micas in mulſa vel in condito vel in lacte infuſas,vel ſuccum alicæ vel pultes.

13 Deinde bibere quid ei dabimus? 115.

Aliquando aquam,aliquando vinum, aliquãtiſper per vaſculum vitreum ad imaginem papillę forma- σιφωλίδα τὸ καλ. ζωιδέμον. tum & pertuſum,quod ruſticitas * Vtala appellat. Ante paucos verò dies,paulatim cibum offerre conuenit,& rarò ad didas applicare,& nouiſſimè ex toto lac negare,& quæ amara ſunt mammillis illinire.

14 Quando geſtandus eſt? ex lib. Mat. C

Ante cibum geſtandus eſt: nunquam ſtatim pòſt,vt non quod accepit rumpatur aut reijciatur.

15 Quæ ſunt exercitia quæ facere poſſunt infantes? Moſch.

Inprimis ad pilam ludant,vt altius manus extendant. Hæc exercitia vtilia ſunt infantibus.

DE IIS QVAE INFANTIBVS ACCIDVNT. CAPVT XXIIII.

1 Quando incipit infans dentes habere? ex Moſch.cap.117.& ſeqq.

NON omnes æqualiter. Plurimis verò à quinto menſe naſci incipiunt.

2 Quæ ſunt ſigna quæ infantes oſtendunt dentire?

al. aures. Gingiuarum prurigo,& feruor maxillarum & in ceruice neruorum dolor. Vnde frequentius ſanguinolentus humor per os aut * nares exire ſolet.

3 Quibus vtendum eſt rebus tunc infantibus,vt non laborioſè & cum tormento dentes eijciant?

A quinto menſe oleo dulci,& adipibus gallinaceis,& cerebellis leporis, gingiuas frequentius fricare. Nouiſſimè mediocriter decocto melle illinire. Cùm verò feruor emerſerit, vaporatione & cataplaſmatibus vti,ita vt nutrix eius vinum non accipiat & parcius cibos ſumat. D

4 Ad feruorem faucium quibus vtendum eſt?

Plura in Græco,cap.120. Omnibus quæ relaxare poſſunt,ſicuti mel modicè coctum, & ex eo mulſam & ſuccum ptiſanæ,& cætera his ſimilia.

5 Ad pruriginem corporis eorum, quid faciendum eſt?

Vaporationem lauacri calidi,& perunctione olei, cum quo modica cera ſoluta eſt.

6 Si verò exanthemata & puſtulæ cum humectis vulneribus exierint,quid faciemus?

Vtimur illis quæ conſtringere & ſiccare poſſunt. Poſt lauacrum autem perfundentes aqua calida, in agrioſycamina. qua decocta eſt roſa,lentiſcus, * celſa agreſtis,myrtus & coria mali granati. Cataplaſmatibus autem miſce folia plantaginis,intyborum, portulacæ & vuæ lupinæ. Illinimus oleo roſaceo vel myrtino,cum ceruſſa,ſpuma argenti & alumine.

7 Sonitum verò narium & oris ſtrepitum, quod frequentius de humoribus occurrit,quomodo ſanamus?

Mulſam ex modico melle cocto factam,frequentius infantibus damus.

8 Ad

A *8 Ad tuſſiculam verò eorum quid dabimus?*

Semen lini, amygdalas, ſuccum liquiritiæ, & tragagantha, vtimur & electuarijs.

9 Quæ eſt valetudo quæ apud infantes Syriaſis appellatur?

Cerebri eſt feruor cum meningis, ita vt occipitium infantis concauum fiat, cum igneis & frequentiſſimis febribus.

10 Si verò venter infantis ſolutus fuerit, quid faciemus?

Si adhuc lactet, omnia quæ ſtringere poſſunt nutrici damus. Epithema quod eſt de palmulis & lenticula inducimus.

Si verò plurimis diebus non fuerit aſſellatus, mulſam & olera, quæ ventrem mouere poſsint, etiam nutrici demus.

HARMONIAE GYNAECIOrum Pars poſterior.

B DE VALETVDINIBVS MVLIERVM communibus.

HACTENVS de Catapocianis tractauimus, & quoniam omnium valetudinum ſpeciales curas non habent, quas vel maximè obſtetrices noſſe conuenit, placuit vt ad Gynæcia triacontados conferamus: inde vero plana omnium cauſarum cura inſinuari poteſt.

Quæ ſunt ergo valetudines mulierum, quæ per ſtricturam fieri ſolent?
Ex Moſch. cap. 124.

Retentio menſtruorum, feruor matricis, tenſio, inflatio, tumor, duritia, & vuluæ præfocatio.

Quæ ſunt quæ per fluxum? cap. 125.

Sanguinis ipſius fluxus & gomorrhæa. Quoniam ergo, quia omnes earum valetudines aut per ſtricturam fiunt, aut per fluxum, illæ priores curandæ ſunt, quæ per ſtricturam occurrũt, hoc eſt, menſtruorum retentio, inflatio & tumor, calloſitas orificij, & clauſura vuluæ, & præfocatio, quoniam metaſyncritica Græci dicunt, placuit ab ipſis principium ſumere.

C DE VALETVDINIBVS MVLIERVM quæ per ſtricturam fiunt.

CAPVT I.

DE MENSTRVA PVRGATIONE IN GENERE. ex Moſch. cap. 12. & ſeqq. IX.

1 Purgatio mulierum quid eſt?

PVrgatio (eſt) conceptę pecudis intra vterum geſtatio, (nutritio) & officium (miniſter, obſequium) partus, qui naturaliter per matricem fertur, (&) frequentius XXX. diebus expletis occurrit. *In græco ὄχημα. Vide Græca.*

2 Vnde dicta eſt purgatio?

Ab eo dicta eſt, quod ſuper abundantem ſanguinem corporis menſe vno collectum excludet, & inde corpus limpidum (faciat) nam ideò & menſtrua dicta ſunt.

3 Quando incipit primò occurrere purgatio?

Quædam initium habent à XIIIJ anno quædam citiùs, quædam tardiùs.

D *4 Quando ceſſat?*

Cuidam in anno quadrageſimo, cuidam in quadrageſimo quinto.

5 Quando ſanguine mulieres purgantur?

Non omnes æqualiter. Differunt enim ſecundum naturam & ætatem, vt plurimum tamen ad duas heminas purgantur.

6 Quæ eſt vita quæ plurimum purgationem facit?

Quæ * vagæ ſunt & delicatæ, & nihil agentes, plurimo ſanguine purgantur. *al. otioſæ.*

7 Semper ne æquali ſanguine menſtruo purgantur?

Non ſemper modico, ſed à magno incipit purgatio & in modico finitur: nam & ætate parcè & quoties ſuum incrementum accipit corpus, & poſt vacuam vitam ſi ad exercitationem mulier accedat, neceſſe eſt vt modicè purgetur: alijs temporibus verò pro diuerſo genere viuendi, purgationis etiam modus variat.

8 Quot diebus mulieres purgantur?

Non æqualiter omnes, pleræq; tribus, aut quatuor, aliæ pluribus, aliæ paucioribus.

9 Quænam ſecundum naturam non purgantur?

Puellæ ſcilicet & anus, & illæ quæ voce cantant, & quæ graui ægritudine laborant, & quæ in vtero

habent. Puellæ enim ideò non purgantur, quia adhuc infantulæ ſunt: Anus, quia iam virtus & calor defecerunt: Quæ autem voce exercentur, ab exercitatione ſua ſanguis earum conſumitur. Illis verò quæ graui aut longa ægritudine laborant, vniuerſus ſanguis cum virtute corporis, labore conſumitur. Quæ autem in vtero habent, infantes nutriunt ex ſanguine. A

10 Quid differt ea quæ in totum non purgatur, ab illa quæ retentionem menſtruorum habet?

Quòd hæc res valetudinem oſtendit, non purgari autem etiam ſecundum naturam occurrere ſolet.

11 Quomodo probamus aliquas ſecundum naturam non purgari?

Ex eo quod ad impetum ſanguinis moleſtias ſuſtinent.

12 Quibus ſignis intelligimus primæ purgationis tempus adeſſe?

Purgatio primò venire à xiiij. anno incipit, alijs prius, alijs poſtea, & mammas inflatas habent, põdus ſuper pectinem cum quadam prurigine ſentiunt. Aliæ verò quæ iam frequenter purgatæ ſunt, adueniente die, purgationis conſtituto, pigræ efficiuntur, grauedinem habent in renibus, aliquando & dolorem ſentiunt ibi, & frequentius oſcitant, & omne corpus extendunt, ruboremq; in buccis habent non perſeuerantem, ſed inter aliquas horas ſe oſtendentem: aliquando & faſtidium patiuntur, & nauſeant. Vniuerſaliter mulieribus purgatio occurrit, ſi fortè futurus eſt conceptus, & vtiliter præparat locũ, B in quo ſemen hærere, & conglutinari poſsit. Sanitas autem earum gloria eſt, & ſi quid citò eas ſeneſcere facit, & in ſuperuacuo partu fortè periclitantium: anus, quæ purgantur, ſanæ ſunt.

Vide Græca. cap. 21.

DE RETENTIONE MENSTRVORVM: VEL quoties cum dolore & guttatim purgantur.

Ex Moſch. cap. 126.

CAPVT II.

MVltæ ſunt cauſæ quæ non purgari mulieres faciunt. Nam quædam primò ſunt, quæ nullam valetudinem habentes, naturaliter non purgantur: aliæ ætate impediuntur, ſicut anus & puellæ, aliæ exercitatione ſanguinem purgationis conſumunt, nihilq; eſt, quòd matrix propter purgationem accipiat, & ſeruet, & inexpleto menſe purgationem repræſentet: aliæ verò ſunt, quæ valetudine aliqua, aut vniuerſali corporis aut partium non purgantur: vniuerſo corpore, vt ſunt tenues & ſynhecticæ, vel contrà multum pingues, & craſſæ. Partibus verò impediuntur, vt quæ orificium matricis aliquando reclusum habent, aut calloſum, aut præcedente vulnere cicatrice induratum. Omnes ergo has prædictas C cauſas apprehendimus his ſcilicet ſignis. Si enim naturaliter in totum non purgetur, quæ ſana ſit, & ſine aliqua querela corporis & matricis viuat, hæc certè nunquam fuerit purganda. Quæ verò nõ purgantur anus & puella, interrogatæ à Medico ſi fuerint, annos ſuos ſimpliciter confiteri poſſunt. Valetudinariæ verò, (quæ ſint) vniuerſi corporis à Medicis videntur. Si verò matrix habuerit locaturæ impedimentũ, ab obſtetrice infeſta cauſa inuenitur, & quod illa purgatio, quæ ſemper fuerat, morbi impedimento iam non contingat. Non purgatas naturaliter non oportet curare, ne contra naturam faciamus, ſed neq; illis quæ aut exercitijs, aut cantilena non purgantur: At illis quæ propter aliquem morbum non purgantur, competentem diligentiam paſsionibus earum adhibemus. Si verò membrana fuerit clauſum orificium, aperiemus: ſi verò aliqua res aliena ibi fuerit inuenta, tollimus, calloſitatem malaxamus, feruorem ſoluimus, cicatricem in quantum poſſumus extenuamus, fatigatas & tenues reſumimus, multùm pingues & groſſas tenuamus. Harum omniũ prædictarum valetudinum, & ſigna & curas in ſequentibus ſpecialiter inuenies, vnde curare poſsis, & quoniam prima eſt retentio menſtruorum, ab ea initium ſumimus.

Strictura ergo & feruore in matrice poſito, aliquãdo retinentur menſtrua, aliquando cum dolore guttatim feruntur. Signa tibi occurrunt hæc. Grauedo cum tenſione & dolore lumborum, & ſupra pectinẽ & inguen, capitis etiam & ceruicis, cui & baſes oculorum * conſentiunt, frequentius & anorexia eis occurrit, ſonitus aurium, feruor, cum rubore vultus, mammillarum etiam inflatio, partiumq; muliebrium D ſiccitas, quæ omnia occurrunt diebus ſcilicet purgationis. Itaq; cum prædictis ſignis mulier iactari cœperit, & dolores occurrerint, iactanda eſt in cubiculo mediocriter calido, & lucido, ſtrato ſcilicet molli, & cooperienda ſtramentis nouis & flocçoſis, ita vt biduo nihil accipiat. Loca verò illa, quæ dolent, & tenſionem & grauedinem habent, omnibus vaporationibus, aut linteolis calidam (aquam) habentibus, vel ſaccellis vaporentur. Nam & veſicæ oleum calidum habentes ſemiplenæ benè partibus ipſis apponuntur: poſt vaporationes autem lanis mundis oleo calido intinctis & expreſsis, vniuerſa loca contegantur. Cataplaſmatibus etiam ex pollinibus in mulſa coctis cataplaſmamus, & occurrente tertia die, oleo ſimplici perungimus, & aqua calida fomenta faciemus, cibum calidum & ſimplicem damus. Cùm verò prædictæ querelæ creuerint, & dolor fuerit vaſtus, ſecunda vel tertia die phlebotomamus, & cùm mulier poſt phlebotomiam refecta fuerit, in encathiſma eam ponemus, quòd conſtet ex oleo dulci, & aqua calida, aut ex ſucco ſeminis lini, fœnogræci, & radicis blethæ, ita vt cùm illuc inſederit, ſuccis illis & interiores partes fomententur. Et cùm encathiſma digeſſerit, peruncta & fomentata, facies vt cibum ſimplicem accipiat. * Tertia die poſt phlebotomiam, ſubiungere etiam debemus cucurbitas, in aſcenſione quidem doloris lenes, in ſtatu autem valetudinis (&) in remiſsione cum ſcarificatione eas applicamus, ſuper pectinem ſcilicet & præcordia. Perſeuerante autem etiam adhuc valetudine, etiam ſanguiſugas venæ imponimus. Quod ſi parum ſanguinis tulerint, cucurbitas illuc ponimus, & ſic modum ſanguinis ſupplemus. Poſt vſum verò ſanguiſugarum, cerotum * imponimus, & ſi neceſſe fuerit, iterum cum prædictis rebus cataplaſmamus, ex ſpongijs in

In Græco, [illegible].

Cura.

In Græco plura, vbi quæ ad victus rationẽ ſpecialem enumerantur.

** In Græco, locis vbi ſanguiſugæ appoſitæ erant.*

A * aquæ ſuccorum tinctis,loca ipſa vaporamus.Nam & oleum dulce & calidum ad plenum hoc(acetabulum,in Græco)inijcimus. Vtimur & peſſarijs ſimplicibus, ex quibus primum eſt, quod ex oleo dulci & calido conſtat,ita vt intincta illic lana apponatur,aliquando & ſuccum fœnogræci & maluarum ei admiſcemus, poſſumus & paregorica peſſaria etiam hac diſciplina conficere: vt fœnogræcum diligenter obducatur,tantundem ſeminis lini accipiat,& radices altheæ vel bis maluæ, deinde ſupermiſſa aqua decoquatur. Cum verò pinguis factus fuerit ſuccus, adipes anſerini vel gallinacei illic miſsi & ſoluti, cũ penna deſuper tollatur,& ſic ſuccis admiſceatur.Poſſunt deinde cum his ſuccis & * palmulæ pingues coqui, ita, vt cùm madefacta fuerint, ſublati cortices, quos à foris habent, terantur, & ſic ſuccis admiſceantur. Nam & melilotum benè tunſum & cribellatũ frequentiùs illic admiſcemus,aut in linteolo ligatum decoquimus,& ſic palmulas ibi elixamus,& * cilium ipſarum conterimus. Hac ergo diligentia valetudine in melius proficiente, etiam ſella vel boſterna eas geſtari iubemus. Facta verò declinatione, purgatio ſe oſtendere ſolet,poſt cuius tranſitum,reſeruanda eſt lauacro,vario cibo,geſtatione,exercitijs,& fricatione,primò totius corporis, ſecundò & ipſius matricis, quæ fieri debet hac diſciplina: vt cum ad encathiſma mulier ſederit, vel in balneo deſcenderit, in ſolium, ibi mulieres ſpongijs vel penicillis ab vmbilico ad inferiora loca ſine quaſſatione defricentur, ita vt quotidie incrementum fricationis ipſius faciant, & poſt encathiſma vel balneum, cerotaria quæ de oleo liliaceo vel ſampſuchino fuerint, partes ipſas illini-
B ant,(& in orificium imponãt)* Cum verò plus cauſa proceſſerit,& exterioribus peſſarijs vti poſſumus, quæ accipiant ceram,terebinthinam,adipes taurinos,medullam ceruinam,& oleum cyprinum. Nam & malagma diachylôn ſolutum,facit peſſarium optimũ, & acopon diaſampſuchon bene apponitur, & nouiſsimè lutianum maius, ita tamen vt ſi hæc minus purgationem redintegrauerint, oleis embaſin eis faciemus,aut quod eſt verius & certius * cydo curemus.

* in aliquibus ſuccis.
In Græco palmæ ſurculi pingues.
ſurculos.
Ex Græco.
* In Græco, τῷ κατιῷ.

Ad prouocanda menſtrua.ex lib. Matricis.

Educere qui menſtrua volunt, ante tres vel ante quatuor dies venæ incidendæ ſunt ad tibias, aut de ambobus talis, aut poſt vnum diem de alio tollas. Item his tenues dabis cibos. Nam quinq; vel ſex dies curationes incipe,poſtea ſuſfortiris euacuationem, aut da caſtoreum cum pulegio,aut calamento bibere,euacuant verò fortiter. Educit autem menſtrua bene pulegium,aut calamentum, id eſt, mentaſtrum coctum in mulſa,& poſt tritum & ſiccatum, & ſic pulegium detur in mulſa. Calamentum autem fortiter eſt operatiuum, harum autem tempus * vſus eſt poſt balneum in ſabanis, ſic enim data potio plus operatur. Dictamnũ & ſabina ſimiliter datur:vtiliter ad hoc datur picra,quæ recipit aloes ℥.100. & alias ſpecies ana ℥.vj. Deducit autem menſtrua & ampeloprason,quando frigidis & pinguibus detinetur humoribus. Quando autem ex plenitudine excluduntur menſtrua, centaurij maioris & minoris radices apponantur,& malabatrum Aegypti. Quando autem glutinoſi & pingues humores conſtringunt,petroſelinum,apium,allium,ſmyrnis & ſtorax potata vel appoſita proſunt,& raphanus commeſtus, & adian-
C tum,& amomum. Aſcenſiones autem menſtruis hæc conueniunt,aqua vbi coquitur ſambuci folium,& arthemiſia,& dictamnum,laurus & * coriza.

* rationum,in textu.
* conyza.

Cataplaſma autem ad ſecundinas,& menſtrua cienda ex arthemiſia adhibetur.

Collyrium autem hoc fac, quod probatum eſt, ſine periculo educit menſtrua: Ter aut quater bulliat ſabina cum vino, pecus corrumpit, & mortuum educit, & centaurij maioris ſuccus, & radix idem operantur,& calamenthi ſuccus appoſitus.

Ad menſtrua prouocanda.ex priore lib. Cleopat.

Sic (vbi) oportet,menſtrua prouocabis,ſi ſuis temporibus compoſitiones dederis,quæ demonſtrantur,& dederis ab his diebus quibus ſolita erat purgari. Neq; vtile ſemper potiones dari,ſed ſubiectiones fieri, aut per calefactiones aut per cataplaſmata, vt remiſsionem corporis habeat, quo facilius medicaminis uirtutes proficiant Itaq; ſi menſtrua prouocare volueris,puſillum nitri floris,& farinę mundę aliquid,& oleum violaceum ſuppone ori matricis,quia humores omnes ſuperfluas educit.*Item.* Pulegium ſine fumo vel recens tritum, myrrham, & piper conterens, bene commiſce, & ſubige in peſſarium, & ſubijce.

De Potionibus menſes prouocantibus.

1 *Potio probata ad ſanguinem prouocandum.ex Cleop.1.*

D ℞.herbæ bethonicæ. polygoni ℥.ij aquæ cyathos ij. vini dulcis ℈.j. commiſce cum polline hordei & bethonicæ, & da bibere ieiunis, continuò ſentient beneficium. Sed his diebus quibus ſolita eſt purgari, dabis ita, vt ex balneo eam calefacias aut cataplaſmate, vt remiſsionem corpus habeat, & faciliùs medicamenti virtus proficiat Foris verò nitri modicum,& farinę mundæ aliquantulum,ex oleo tranſmarino ſubijce,& ſuperpone,celeriùs humorem & ſanguinem detrahes.

Potio ad conſuetudinem prouocandam.ex Priſc.

℞.myrrhæ ℈.j piperis grana xl.ſtaphidis agriæ ℈.j. da in vino poſt balneum, citò ſubuenit. ℞.caſtorei ℈.ij piperis grana xv.vini cochlearia tria, ſimul tere cum pulegio,& bibat. ℞.menthæ ſiccæ ℈.ij. & myrrhæ ℈.ij.

Potiones aliæ.ex Moſch.& Cleop.1.

Cyminum tritum cum mulſa da ad bibendum. Violæ ſemẽ & myrrham pari pondere commiſce cum vino,& in potu dato,& vt validius operetur,adde piperis grana quinq; aut vij.aut ix.

Ad idem potio optima.

℞.piperis nigri ℈.j.abſynthij tantundem,da in aqua.vt bibat.

Vt mulier purgetur potio.ex lib. Mat.

Baccas lauri xxxvj.cum vino tere,& bibat.*Item.*Staphidem agriam in aqua decoque,& ius bibat.

Potio alia.ex Cleop.1. A

Herbæ arthemiſiæ radices impari numero teres, adiecto vino veteri, & dabis ei bibere, faciliter expurgat.

De Peſſarijs menſes prouocantibus.

2 *Peſſarium menſes prouocans.ex Cleop.1.*

Helleborum nigrum & myrrham pari pondere commiſce, addens pauxillum vnguenti, vt lenia fiant, & feniculi modicum, poſtea facinde pillulas in modum nuclei oliuæ, & ſuppone.

Peſſarium hæmagogum.ex Cleop.1. & Moſch.

Moſch. habet cũ nardo.

R myrrhæ, aloes ana. ʒ.j. ſeminis violæ ʒ.j. croci ʒ.ij. caſtorei obol.ij. butyrum & oleum nardinũ, omnia ſimul tere, & cum oleo * nardino temperentur.

Peſſarium aliud ad idem, menſtrua prouocans Moſch. Cleop.1.

R. butyrum, reſinam, terebinthinam, & oleum roſatum, ana æquis ponderibus, commiſce, & vtere.

Peſſarium ad ſanguinem prouocandum. Cleop.1. Moſch.

** Moſc. obol vj.*
** Moſch obol.ij.*
** Moſch. in vinũ.*

R. caricarum pinguium ʒ. * v. myrrhæ ʒ.vj galbani. ʒ. * ij aphronitri, obol.iij. mellis obol.ij. tere, & cũ * vino miſce.

Peſſarium ſanguinem & menſes euocans. Cleop.1.

R. cedriæ ℈ j. laſeris ℈.iij. contere, & mel decoctum adijce, quod in modum auellanæ cum oleo nardino, vel lana collectum, ſubijce, quia ſtatim ſanguinem prouocat. B

Peſſarium aliud ad idem. Cleop.1.

Cleopat olei ſuccini legit.

R. floris æris ʒ.j. ſalis ℈.j. & s. ſimul contere, deinde olei * ſycionij aliquantum admiſce vt ſpiſſum ſit, & ſubijce.

Peſſarium menſtrua venire compellens. Cleop.1.

Herbam arthemiſiam cum ſucco fœnogræci decoctam ſimul teres, & lana illinies, & ſubijcies, & menſtrua venire compellit.

Suppoſitorium ad ſanguinem, & menſtrua prouocanda. Cleop.1. & 2.

Acaciam nigram lana modicè inuolue, & ori vuluæ impone, & accepto inunctorio, vt tegatur, mox prouocabis ſanguinem.

Peſſarium ad fluxum ſanguinis prouocandum. Moſch. Cleop.

R. ireos illyricæ quantum voles, & tundes, & puluerem facies, cum lacte humano miſcebis, & tepidũ ſuppones, experimentatum eſt.

Peſſarium aliud ad menſtrua prouocanda. lib. Mat.

R. croci obol.s. galbani obol.s. ſtoracis obol.s. in lana ſubige Item, ex ſucco abſynthij inijce peſſariũ.

Peſſarium adhibendum, quæ non legitimè purgatur. Moſch. & Cleop.

Cleop. cum vino colligantur.

R. opopanacis, rutæ viridis, myrrhæ trogloditicæ ana obol j. ſeparatim terantur, & póſt in vnum miſceantur, quibus admiſce mellis limpidi quantum ſufficit & ſuppone. C

Aliud ad menſtrua prouocanda eiuſdem.

Cleop. ceræ obol. iij.

R. ſulphuris viui, opopanacis, caſtorei, rutæ viridis, foliorũ, olei cyprini, terebinthinæ, & butyri ana obol.j. nitri rubei obol.ij. * ceræ obol.vj. medullæ ceruinæ obol j cũ oleo veteri cõmiſce quantũ ſufficit.

Peſſarium aliud menſes mouens. Cleop.1.

Herbam arthemiſiam coctam cum farina hordei ſubijcies, menſtrua deduces.

Peſſarium ad conſuetudinem prouocandam. Priſc.

Centaurium tere cum folijs in aqua, & fac pillulam, & impone ori matricis. Item rutam, & nigellam, & myrrham antè cum vino bibat.

Relaxatorium peſſarium, quod adhibeatur poſt ſecundum grauadium. Cleop.1. Moſch.

R. ceræ obol.ij. & s. adipis anſerini, taurini, olei roſati, ana obol.ij. terebinthinæ obol.j.s. ceroti œſypi, butyri, medullæ ceruinæ ana obol j. tere, & vtere. Poſt hæc reparata virtute, purgari oportet antidoto Theodoreto, & interiectis quindecim diebus picram accipiat. Poſt triduum vero adhibeant quæ menſtrua prouocent, & reuerſo tempore conſueto, ſic operare. D

Peſſarium aliud quod etiam ſtercus detrahit. Moſch.

R. elaterij ℈.j. ſcammonij ℈.s. cum ſucco porri virginis, contere & fac peſſarium, & ſubijce. *Aliud.* R. myrrhę ʒ.j. ſalis indici ℈ j. tere omnia, deinde oleũ liliaceũ quod ſufficit admiſce, vt ſpiſſum ſit & ſubijce.

Peſſarium mirificum & experimentatum. Cleop.1.

R. ſpicæ nardi, coſti, folij, myrrhæ ana obol ij. amomi ʒ iiij. medullæ ceruinæ, adipis, anſerini, ana ʒ. viij ceræ punicæ ʒ.iiij olei nardini ʒ.ix. olei roſacei ʒ iiij. commiſce, & vtere.

3 *De ſuffumigijs menſes mouentibus.*

Suffumigia quæ menſes mouent, quære in titulo, de medicamentis partum & fœtum ducentibus & abortum facientibus.

4 *Ad idem euaporatio. Cleop.1. Moſch.*

Altheam coque, exinde ſuperſedere & mulierem facito ad vaporem, menſtrua educit: hæc radix decocta in vino bibatur, difficultatem vrinæ ſoluit.

Ad menſtrua cienda. lib. Mat.

R. lupini, abſynthij, elaterij ana obol.j. ſagapeni, myrrhæ ana ʒ.xij. rutæ, ſimiliter tunde, & cerne, & cũ felle taurino collige, & ſuper vmbilicum impone.

DE FER-

DE FERVORE MATRICIS.

Ex Moſch.cap.128.

CAPVT III.

MAtricis feruor multis de cauſis fit. Aliquando enim ex nimia perfrictione emergit, aliquando ex intempeſtiuo labore, vel frequenti aborſu naſcitur, vel ſi ab imperita obſtetrice malè fuerit mulier obſtetricata, & aliquando omnis matrix eſt in feruore, aliquando partes eius. Quoties ergo omnis patitur, dolor eius occurrit cum duritia, & feruore, & ſiccitate, grauedo etiam lumborũ, totiusq; vicinitatis, & inguinum. Nam aliquando horripilationes, & punctiones ſentiunt: torpor etiam in inguinibus cum frigore occurrit eis, & pulſus minor, & ſpiſſus, ſtomachi conſenſus, aliquando cum preſſura pectoris. Cùm verò cauſa in peius ierit, & ſingultus ei occurrit, & dolor ceruicis, & occipitij, & oculorũ, vel maximè radicum. Nam & vrinæ frequentiùs & ſtercora impediuntur, ipſaq; loca grauiora ſunt, & extenduntur cum acutis febribus & deliratione, & ſpaſmo. Quoties autem orificium eius patitur, digito obſtetrix immiſſo, clauſuram eius apprehendat, & cum dolore contingat, quando & inguina eius naſcuntur, & ſupra pectinem tenſionem habent. Quoties autem collum matricis eſt in cauſa, poſt orificiũ vuluæ tumor cum feruore inuenitur, ita vt pes mulieris, qui huic tumori proximus eſt, conſenſum habeat doloris, & impediatur ad ambulandum. Retentio etiam vrinarum & ſtercorum, vel vtrarumq; rerũ fiat. Siquidem aliquando pars eius patitur, quæ longaoni ſuperiacet, & aliquando omne collum eſt in cauſa, & inde ambæ res impediuntur. Sed ſi capacitas eius, quæ ſinus dicitur, habuerit cauſam, hinc à foris dolor, inflatio, & tumor inuenitur. Si verò pars eius quæ in priore eſt, dolor, & inflatio, & vrina retinetur. Si verò poſterior pars, in renibus eſt dolor, & tumor, & ſtercora impediuntur. Si verò in lateribus, tumorem inuenies, & dolorem. Fundo verò matricis in cauſa poſito, & dolor, & tẽſio, & grauedo in ipſo vmbilico ſunt. Nam frequentius & ipſum orificium rugoſum eſt. & intus infuſum conducitur, vt obſtetricibus conductis nulla cauſa matricis eſſe dicatur. Vniuerſa ergo vulua in feruore poſita, æquè iam partium eius ſigna prædicta occurrunt, & omnium vicinarum partium ſenſus efficitur. Ipſius ventris cutis plus in tumore tenditur. Sed aliquando contingit, vt matrice cauſam non habente, ipſæ cutes patiantur, quam (ob) rem ſeparare nolui, ſiquidem vna diligentia, vtręq; res curantur. Quantum ergo ad curã pertinet, ipſa eſſe poteſt, quàm ordinauimus retrò, illis quibus menſtrua non veniunt, vel cum dolore purgantur, & has verò iubemus iacere in cubiculo mediocriter calido & lucido, ſilentiumq; habere, ita vt biduo cibum non accipiant. Manibus etiam calidis extrema earum cõtineantur, & lanis contegantur, vti etiam ex oleo dulci vel ex ſuccis encathiſmis. Similiter etiam & hæc tertia die, ſi feruor excreuerit, phlebotomandæ ſunt & ad encathiſmata collocandæ: Cataplaſmata etiam de ſeminibus ſunt apponenda. Si verò perſeuerauerit feruor, benè loca etiam ipſa ſcarificamus, vel ſanguiſugis vtimur. Spongijs etiã feruentibus ſuccis intinctis & expreſsis vaporamus, & prædicto ceroto, & peſſarijs vtimur. Et occurrente plena declinatione, & lauacro, & vario cibo cũ potione vini eas reſumemus. Si etiam febres huic feruori fuerint adiunctæ, etiã eas competenti diligentia emendamus, ſicut in cõmentario febrium inueniri poſſunt. Reprobamus aũt omnia, quæ antiquitas vana ſuſpicione quaſi ad feruorem ponebat, ſicuti ſuccum vuæ lupinę, vel oleum roſatum, vel rutę mixtum, & cum lanis ſuccidis appoſitum, panem etiam cum folijs apij contritum: hæc verò omnia acredine ſua, & feruorem duplicant, & periculũ laboranti nutriunt.

Margin: *Signa.* — *Curatio.*

*Ad matricis feruorem, vel duritiem, vel dedignationem, aut vulnera curatu * difficilia. Cleop.1.Moſch.*

Matrix quæ feruorem habet, aut duritiem, vel dedignationẽ, aut vulnera, quæ * difficilia ſunt ad purgandum, ſic curare incipies. Encolpiſmum conficies ſic: R. ſeminis lini, fœnogræci, & altheæ manipulos ſingulos, caricas v. coques ad ſpiſsitudinẽ, donec fiat ſuccus, cui ſucco admiſces ſuccum ptiſanæ, & vteris per triduum. Intermiſſo * triduo, conficies peſſarium, quod duritiem, feruorem, & tumorem, & conſtipationem tollat. Conficitur autem ſic: R. adipem gallinaceũ, & porcinum, adipem anſerinum, medullam ceruinam, ceram albam, ceram puniceam, thus maſculum, maſtiches, oleum lentiſcinum, * oleum commune, ceruſſam & butyrum, hoc totum æquali pondere miſces, & conficies peſſarium, & ſubijcies.

Margin: *Moſch habet, ad purgandum facilia.* — ** facilia.* — *Moſc. biduo.* — *Moſc. habet vel oleum.*

Peſſarium ad feruorem matricis. Cleop.1 Moſch.

Althea decocta, & adeps anſerinus, & vitulinus, reſina & terebinthina modicè addantur, quod appoſitum, plurimum prodeſt, etiam vteri præfocationi valde vtile. *Item.* Altheam coque, exinde ſuperſedere mulierem facito ad vaporem. *Item*, tolle radices, quas homines in vſu habent, & diligenter panno inducens, naturæ impone, & ſanabitur. Inuenies verò in eo panniculo vermes, & miraberis.

*Peſſarium ad nimium feruorem matricis, & ad cocturam, quæ ſemper naſcitur inter * renes. Cleop. priore. Moſch.*

R. croci * ℈.j. ceræ punicæ obol.j. & s. adipis anſerini, œſypi, medullæ ceruinæ ana obol. * ij. mellis ʒ.j. gelamina ouorum * ij. olei roſati quod ſufficit, confice & vtere.

Peſſarium de nouem ſpeciebus, quod facit ad feruorem, & vulnera matricis recentia. Cleop.1.Moſch.

R. ceræ tyrrhenicæ, reſinæ terebinthinæ, adipis anſerini, butyri ana obol.ij. medullæ ceruinæ, mellis, olei roſati, œſypi, adipis taurini, ana obol ij.

Margin: *Moſch. inter inguina.* — ** Moſchion. drag j.* — ** Moſch. obol. j.* — ** gleræ ouorum drag. ij.*

DE SATYRIASI. CAPVT IV.

Ex Moſchione. cap.128.

SAtyriaſis eſt commune vitium viris & mulieribus, ſed frequentius viris occurrit. Inde à Satyris nomen accepit, quod fabuloſa antiquitas procliues in Venerem ſcripſit. Mulierum autem ſatyriaſis

** ſiabili. * quæ fortè hæc.*

eſt, partium pudendarum prurigo cum dolore, ita vt impatienter manus ſuas illuc mittant, cum * inſatiabili virorum deſiderio, amiſſa ſcilicet omnis pudoris verecundia. Siquidem enim res * quæ matricis conſenſum habeat, & verecundiam eis confundat & tollat, & aliquantulum eas delirare faciat. Curam autem earum eandem adhibemus, quam in ſtrictura matricis & in feruore poſuimus. A

DE MATRICIS INCLINATIONE ſiue motu. CAPVT V.

Ex Cleop. priore. Moſchione cap. 141. & lib. Mat.

** Cleop. & frigidationem in corpore ſentit. * Moſ. ſtercora & ventoſitas nō exient. * Cleop. hæc omnia retro in mola diximus, vel ſicut in motione matricis curantur.*

MAtricis collum & orificium in quatuor partes inclinatur & torquetur, antè & retrò, ſurſum & iuſum. Si ad inferiores partes (inclinet) apprehenditur, & digito obſtetricis, & alijs quibuſdam ſignis: Si autem in latus ſe inclinauerit, pes eius qui contrà eſt contrahitur, tenſionem, & torporem, & * frigus ſentit, & ad ambulandum impeditur: Si verò in priora & ſurſum facta eſt inclinatio, tenſionem ſupra pectinē ſentiet, & vrina impeditur. Si verò rectò ſe plus iuſum (&) retrò inclinauerit, ſtercora cum * ventoſitate exeūt, & cum ingenti difficultate mulier ſedet, vel maximè ſi ad anum facta fuerit inclinatio. Sunt & hæc vniuerſa ſigna ſtricturæ, ſcilicet, collo matricis in feruore poſito, aut duritiem habente, & ideo ſic & has * curamus, ſicuti & illam valetudinem retrò curauimus. B

DE MATRICIS IN INGVEN INfuſione. CAPVT VI.

Ex Priſc. & Cleop. priore.

Priſc. dimiſſa nare.

SI in inguen matrix infuſa fuerit, in veſica magni dolores fient, vnde vrina concluditur, & eſt formicatio tibiarum, cuius curatio talis eſſe debet. Ad * nares quidem bene olentia adhibeas, vt eſt myrrha (.i. vnguenta fragrantia) & omnia ſuauiſsimi odoris quæ inueneris Ad matricem verò apones malè olentes ſuffumigationes, vſq; dum reſtituatur.

DE MATRICIS AD SVPERIORA MOTV, ſiue de ſuffocatióne ab vtero, vel ſuppreſsione vuluæ. CAPVT VII.

Ex Cleop. priore. Priſc.

Priſc in ipſa. Cleop. ad os.

QVando matrix mota fuerit, dolor & ſymptomata valida aderunt, & ſi citius non occurritur, vulnera fient in * locis eius, & quando ſub hypochondrijs poſita fuerit, ſuffocationem facit, ex qua dolor ſuperuenit ad cor * fortiſsimus, & vomitus ſubſequitur, aliquando etiam ſaliua uelut acetum, C & os aqua adimpletur, & tibiæ frigidæ fiunt, caput & lingua fornicant & vox deficit. Curatio talis eſt.

Subtus matricem lana ponenda eſt, in panno inuoluta albo, balſamo intincta, aut oleo amaracino, aut alio qualicunq; bene olenti Ad nares etiam offerimus aſphaltum, quod melius erit, ſi molle fuerit. Vomitum autem capræ nigræ cornu, aut tibijs ceruinis, aut pennis in aceto infuſis, mouebis. Offeres etiá naribus quæ ſternutationem moueant, & cùm ſolutum fuerit os & lingua ad loquendum, bibant caſtoreum cum vino, & vnctos digitos oleo naribus offer. Lana autem prædicta ſuppoſita maneat quouſque ſanetur, quoniam ſi tuleris, reuertitur paſsio. Debet verò imponi ſemel & iterum.

De præfocatione matricis. ex Moſchione. cap. 129. Cleop 1. & lib. Matricis.

Græcum exempl φλεγμονῇ omnes tres latini habent inflationem. Moſch. torquentur. Cleop. grauior thorax.

Vuluæ præfocatio quæ á Græcis hiſterice pnix dicta eſt, ab eo quòd mulieres præfocet, nomen accepit. Eſt autem retentio ſpiritus cum omni ſilentio. Ea fit quoties matrix ad pectus aſcendens mulierem præfocat, ita vt quaſi mortua iaceat Efficitur autem hæc valetudo, ex frequenti aborſu, vel crudo partu, viduitate etiam longa, menſtruorum retentione, & inflatione * matricis Signa autem occurrunt hæc, quod aſcendente ſurſum ad pectus matrice, patientes cadant, omnemq; ſenſum amittunt cum ſilentio, dentibus etiam fixis ſtrident, & aliquando eis manus & pedes * vrgentur. Aliquando in rectum iacent, præcordia inflantur, thorax & ipſum pectus * grandius fit, venæ etiam quę in fronte ſunt tumidiores videntur, ſudor frigidus per faciem & ceruicem deſtillat, pulſus aut nullus inuenitur, aut valde breuiſsimus, & aliquando citius ad ſe redeunt, & ſurgunt, & quæ paſſæ ſunt ſciunt, aliquando neſciunt, dolent & D capite & ceruice, aliquando & delirant. Aliquando propter ſilentium ſimiles ſunt caducis & apoplecticis, & lethargicis, & catalepticis, & quæ lumbricos habent: ſed in hoc ſeparantur, quod apud caducas, & apoplecticas, & quæ lumbricos habent, matricis nullę querelæ præceſsiſſent, & ipſa matrix ſuo loco inueniatur. Apud illas autem quæ hyſteticen pniga patiūtur, & in feruore ſit matrix, & cum ſurſum aſcenderit, tunc cadant, & ex eo, quòd caducæ in fine poſt ſpaſmum ſaliuas plurimas emittant, & pulſum maiorem habeant, & ſi euaſerint, paralyticæ fiunt. Hyſtericæ autem, aut nullum, aut breuem, aut ſpiſſum pulſum habent. Lethargicæ autem & catalepticæ ſeparantur, quod ſemper cum febribus ſunt, hyſtericæ autem nunquam. Illæ verò quæ lumbricis laborant, & in inteſtinis punctiones ſentiunt, & pulſus lumbricorum habent, & matricem ſanam: & hæc eſt à ſimilibus ſibi valetudinibus hyſtericarum ſeparatio.

Curatio. Eſt autem præfocatio paſsio quæ per ſtricturam occurrit, & aliquando fit acuta, aliquando chronica, ac propterea curam eius ordinabimus, vt quoties primò occurrent, paragoricè gubernentur, & cùm receſſerit. & frequenti interpolatione effecta fuerit chronica, metaſyncreticè curentur.

Cum ergo mulier ceciderit in ægritudiné, collocanda eſt in cubiculo calido & lucido, ita vt ſtramenta altiora fiant ad caput, & quaſi erecta ſedeat, & porrectis manibus, & pedibus eius, quæ de valetudine torqueri ſolet, mentum eius frequentius moueatur, & voce excitetur, & medianis partibus vniuerſas calefactiones admoueas, manibusq; calidis vniuerſa extrema eius iubeas cōtineri. Dein penicillo aqua

calida

A calida tincto faciem eius vapora. Si verò diutius taciturnitas * illa permanſerit, bene vteris & cucurbitis ſuper pectinē & inguen appoſitis, lanis etiā mundis vniuerſa extrema cōteges, & patefacto aliquantulum ore eius aquā calidam inſtilla. Deinde & mulſam ſubiungere, & in penſili lecto eam exagitare. Cùm verò ad ſe redierit, ſi nulla laſsitudo eius fuerit, vel ſi antè * modicè cibata fuerit, ſtatim phlebotomanda eſt. Poſt phlebotomiam enchymatiſmis ex oleo, & encathiſmate ſuccorum curanda, & perunctа tertia die, cibum ſimplicem accipiat, & vſque ad declinationem alternis diebus nutriatur. Quotidie tamen cataplaſmatis & fomentis curata, cum appoſitione prædictorum peſſariorum. Facta verò declinatione cerotarijs & * malagmate ſimplici vtimur, lauacro etiam & vario cibo, & uino * generoſo reſumimus. Si verò frequētiùs occurrendo, effecta fuerit valetudo chronica, interpolatione prædictis vtimur auxilijs, & competentibus exercitijs, & varia geſtatione reſumimus, cibis etiam ſecundùm periodum ordinatis. Poſt verò & metaſyncritica ſubiungimus, quæ conſtant ex ſalſa dropace, & metaſyncriticis cucurbitis, paropteſi, fricatione partium, epipaſmatis acerrimis, encathiſmate, & ſinapiſmo: Et ſi hæc minus profuerint, nouiſsimè & helleborum damus, præcedente ſcilicet frequenti reiectione, deinde peregrinari terra mariq; eas iubemus, vti etiam aquis calidis, quarum omnium vſus * matricis eſt ordinatus. Veterum autem medicorum errores, qui vniuerſas res putridas & grauiter olentes naribus applicabant, vt capillos combuſtos, & nidorem lucernarum: Caſtoreo etiam nares & aures illinibant, omnibus rebus malè

lib. Mat. eius.
Moſchion: vel ſi ante modicū datus cibus impedierit.
lib. Mat. & malo granatis ſimplicibus.
** lib. Mat. ſubtile.*
Græca aliter habent.
Græcè ἐν τῷ κοι ηματικῷ πόσει τῆς μήτρας.

B olentibus vſu vtebantur, & ad matricem inferiùs bene olentia peſſaria ex nardo & ſtorace, quæ antiqui apponebant, vt illa malè olentia matrix fugeret, & ad hæc quæ boni odoris erant, deſcenderet. Alij verò varios ſtrepitus cymbalarum & timpanorum ſonos adhibebant. Alij frequenti ptarmico concutiebant caput, & naribus acetū acre infundebāt, plurimasq; res faciebant importuniſsimas, quas prætermittere volui, ne rebus vanis, & nihil profecturis onerare potius lectorē viſus eſſem, quàm veri aliquid ſcribere.

De præfocatione matricis. ex Theod. Priſciano, capite ſecundo libri Gynæciorum.

Sunt variæ diuerſæ cauſæ matrices frequentius attentantes, quę ſub duabus pręcipuè principalibus paſsionibus conſtrictionis, vel relaxationis, etiam partiliter ſub certis accidentibus, alias cauſas efficiūt. Hæc ergo ſub definita lege profeſsionis quæ conſtricta ſunt ſoluo: reſoluta verò quibus quàm maximè defectus & laſsitudo ſociatur, ſtypticis, & mediocriter frigidis ſtringo. Quibus fortè repentina commotio matricis innaſcitur, hę muſculorum omnium contractione, & totius corporis dolore nimis quatiuntur: & hæ ſæpe per interceptum vocis officium ſub horrore caſus, veluti paralyſeos mentiuntur imaginem: quam paſsionem Græci hyſtericen pnigam appellant. Quo tempore ad illa duo præſidia principalia, omnis concluſionis neceſsitatibus ſubuenientia, recurrimus: phlebotomi præſens beneficium, & ventris purgationem: ſpecialia verò fomenta olei dulcis calidi, & aquarum chalaſticarum, & cataplaſmata

C de ſeminibus, vt dyachylôn, cerotaria ſimplicia ex ſalibus temperata & medullis, peſſaria ex melle & butyro & liuiano, cæteraq; quorum confectionem in * prędictis adiunxi. Encolpiſmi verò ex ſuccis, aut ptiſanæ, aut fœnogræci, aut olei dulcis. Articuli his & calefaciendi ſunt, & molliùs conſtringendi, ventoſis quoq; admotis inguinibus, vel femoribus recurſus vel inclinationes matricis recorrigimus, fumigijs bene olentibus ad interiora naturalia prouocamus, odoribus enim inſuauibus repercutitur. Minoratis verò ſuprà dictis accidentibus, plena quoq; declinatione manifeſta, conuenit iam exercitijs aptis ſexui commoueri, & aeris vel locorum mutatione iuuari. His cibi humaniores, his iam lauacra concedenda. Vini attamen ſemper ſub moderatione procurandæ ſunt.

Cap. de conceptione.

De Suppreßione vuluæ. ex Cleop. 2.

Frequenter eius lingua tenetur, vt non facilè loqui poſsit, & anguſtiam patiuntur.

℞ opobalſami modicum & * citrinorum ℈ v. galbani, piperis gra. x. picis liquidæ modicum, ſed prius galbanum in aceto acerrimo infunde, & poſt omnia miſce, & tempera in vino, vt molle ſit, & repone, & cum neceſſe fuerit, in carbonem pone, & odorem ſuſcipiat.

*forſi * Cytinorum.*

Suffumigia ad matricis ſuffocationem. Priſc.

Si ſuffocata ex vtero defecerit, & ad periculum mortis deuenerit, vt per os potionem accipere non poſsit, fumigationibus ſuccurre.

Rutam viridem frica & offer. *Item.*

D Sulphur cum aceto naribus offer, & appone. *Item.*

Aſphaltum in carbone pone, & nares ſuffumiga. *Item.*

Aſphaltum & caſtoreum impone carbonibus, & ſuffumiga.

Fumigium ad præfocationem matricis, quatenus & lingua ſoluatur & excitetur. Cleop. 1.

℞. peucedani ʒ. vj. galbani, caſtorei ana ℈. xij. piperis gra. xj. opobalſami modicum, galbanum in aceto optimo infunde, & cætera: tunde, & commiſce bene, vt molleſcant, & in pixidem conde, & ex carbonibus ſuppoſitum, naribus applica, vt euigilet.

Potio ad matricis ſuffocationem. Priſc.

Semen vrticæ tere, & da cum vino vel melicrato, mox iuuat.

Peſſaria ad matricis ſuffocationem.

Rutam cum melle bono tempera, & line os matricis. *Item.* Lenticulā infunde in vino & tempera poſt, & melle calefacto collige, & appone, mirificum eſt.

Peſſarium ad idem valde vtile. Cleop. 1. Moſch.

Althea decocta, & adeps anſerinus, & vitulinus, reſina & terebinthina modicè addantur, quòd appoſitum plurimum prodeſt.

 A

Peſſarium ad motam matricem. Priſc.

R.ceræ thyrrenicæ, medullæ ceruinæ ana ℈.vij.terebinthinæ, adipis anſerini ana ℈ iij. opij obolos ij. cum oleo cyprino vtere in peſſario.

Sternutatio ad idem. Priſc.

R helle bori albi,& caſtorei ℈ j.tere & offer naribus.

Ad eas quibus aphonia eſt facta de ſuffocatione matricis Priſc.

Picem in mollem lanam inuolue,& peſſario impone.

Ad eas quæ in pectine habent dolorem,quaſi veſpam mordentem. Priſc.

Apium tempera cum caſtoreo & adipe anſeris,& peſſario impone.

DE INFLATIONE ET TENSIONE matricis.

CAPVT VIII.

Ex Theod. Priſciano.

INflationem vel tenſionem, ſi longo tempore matrix ægra conceperit, omnibus ſuperioribus chalaſticis aptis conſtrictionibus imminebo, ſuperaddens cataplaſmatibus ficus tunſas, abſynthij puluerem,vel eius decoctionem: epithemata amyntica ex puluere lauri baccarum,pyretri caſtorei,nitri,& cæterarum ſimilium cerotario commixtarũ. Expedit frequenter polyarrhio vti. Encathiſmata verò vel vapores ex decoctionibus ſtaphylini,dauci, pulegij,vel cæteris ſimiliter diureticis procurabo. Inflationibus diu permanentibus,arthemiſiam miſceo,aut marrubium aut hyſſopum,aut baccas lauri, aliquando caſsiam & celticam, ex quibus etiam peſſaria conficienda erunt, nam & ruta viridi trita cum melle peſſario ſemper vtor temperato. Superaddo nitrum vel aphronitrum,pulegium, ficus pingues purgatas & contuſas,cuminũ,ſed earum ſenſum mordacem,calidum lactis temperabo commixtione. Si duritiem verò contraxerit, quàm alibi mylen appellauimus: hanc primò ſicut contra inflationem ordinando adiutorijs chalaſticis contexuimus, imminendo ſoluere laboro. Omnibus itaque ſupradictis conſtrictionum accidentibus minoratis, iam conuenit ex paruo leues attentare geſtationes: & ſub certa declinatione paſsionis appetere iam lauacra, cibos humectiores præſumere: & poſt reſumptionem corporis aneticis temporibus, omnes ex ordine cyclicas diſponere curationes, inguinibus adhibendo, has ſemper ſolicitabunt,& iam ad lauacrorum frigidorum conſuetudinem reuertentur. B

De tenſione & inflatione matricis.ex lib.Matricis.Cleopat.1.& Moſch.cap 130.

Tenſioni & inflationi matricis occurrere ſolent inflatio & tenſio ſub vmbilico aliquantulum dura, & C dolor etiam ventris & renũ cum ſenſu capitis & ſtomachi. Vrina enim impeditur,& vigiliæ ſubſequuntur punctionesq; concurrunt: frequentiùs autem imminente purgatione hæc occurrere ſolent. Quando etiam digitum obſtetrix immittit, orificium patens inuenitur. Curam autem eandem adhibemus, quam ad feruorem matricis adhibuimus.

De matricis inflatione,ex ijſdem Moſch.cap.131.

Matrix inflatur,adeò vt venter impleatur de frigore,vel aborſu,vel laborioſo partu, vel thrombo ſanguinis in orificio remanente: quæ inflatio, ſi digitis prematur, cedit, & ſtatim ſeſe iterum recolligit, & ſi
Signa. quis manu partes ipſas percuſſerit, vt tympanum ſonant. Aliquando etiam cum punctionibus & torſione ventus ipſe hac & illac decurrit,& quaſi foras exire quærit,& aliquibus inflatio perſeuerat interdum, & ſeſe oſtendit & iterum ſe tollit.

Cura. Curam autem eandem adhibemus,quam in ſtrictura & feruore frequentiùs inſinuauimus: ita tamen vt obſtetrix thrombum diligenter quærat, & ſine quaſſatione educat. Cùm verò chronica effecta fuerit
diaſycôn. hæc inflatio,metaſyncriticis quæ in præfocatione vuluæ poſuimus,vtimur. Poſt quorum vſum, epithema diaphenicôn dicitur vtimur, vel quod ex ſeminibus cõficitur, vel poliarrhiôn vel diadaphnidon im-
ſtaphidem fortè. ponimus.Encathiſma etiam malagmatibus ſimile adhibemus. * ſtaphylinum, daucum creticum, & pulegium. Cauſa perſeuerante, & arthemiſiam illuc miſcemus & marrubium, & faſces hyſſopi, laurum & D baccas eius,ita vt hæc omnia fuerint decocta, inde encathiſma facias. Peſſaria verò ſimilia rebus prædictis componimus,ſcilicet,quę accipiunt rutam,& nitrum,& pulegium,& fel taurinum,ita vt hæc omnia melle colligantur,& peſſarium faciát. Eſt etiam aliud peſſarium commodum,quod recipit ficus diligen-
drag.1.Cleop.& lib.Mat. tiſsimè tritas,ita vt ſemen non appareat ʒ j.cymini ʒ.j. aphronitri * ʒ.ij.s. Vniuerſa autem acerrima peſſaria cùm lana fuerint inducta,in oleo vel in lacte debent intingi, & ſic apponi. Cucurbitas etiam metaſyncriticas partibus illis benè apponimus, & hac atq; illac trahentes violenter adducimus. Aquis etiam calidis vtimur: nouiſsimè autem in frigidam deſcendere permittimus.

Ad inflationes & dolores matricis ex lib.Mat.

Encathiſmata iuuant,& decoctio arthemiſiæ vtriuſq;,lauri,ireos, caſsiæ,radicis centaurij maioris,foliorum ſiccorum violæ,& maximè in diuturnis maluæ,meliloti,foliorum ſiccorum lilij cum fœnogræci obtriſena,& lini ſemine. Suffumigationes quoq; expediunt ex agni ſemine,caſsia bdellio,lybano,ſmyrno. Apponantur autem ei iunci radices coctæ in mulſa,& malaxatæ cum adipe porcino, & terebinthina, & fœnogræci ſuccus, cum butyro recenti, lilij radices aſſæ cum oleo roſato & flores eius cum ceroto, & medulla,& axungia & œſypo & malis granatis.

Si matricis fuerit inflatio vel duritia,peſſarium chalaſticum adhibe,quod ſic conficitur.ex Moſchione.

R.cedriæ obol.j. adipis faſiani, butyri ana obol.ij. medullæ ceruinæ, terebinthinæ ana obol.iij. ceræ obol.vij.olei nardini obol.ij.olei liliacei obol.vj.axungiæ porci obol.iij.adipis anſerini obol.j & s.ſolues ſpecies

A ſpecies admiſcens oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis. Cleopatra autem lib. priore idem aliter deſcribit, vt R. cedriæ obol.j. adipis faſiani, butyri ana obol.ij. olei liliacei obol.vj. adipis porcini, & anſerini obol.j. & s. ſolues ſpecies, & admiſcebis oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis effectum.

Ad inflationes & apoſtemata matricis. ex Priſciano.

Butyrum cum roſeo optimo aduna, & in molli peſſario appone. Suffumiga ſic:

Et cæram tyrrhenicam, vel ſemen apij carbonibus appone.

Ad ventoſitatem matricis. ex Priſciano.

Præcedunt ſigna hæc: Dolor matricis, renum, inguinis ſtentinæ, concidit enim in ventrem, & clauſa dolorem concitat. Myrrham in vino nigro coctam, id eſt temperatam bibat. *Item.*

R. medullæ ceruinæ ℈.j. tere & miſce oui aſsi vitellum, & iterum tere, & miſce cum roſeo ad craſsitudinem mellis, & peſſario appone.

DE TVMORE MATRICIS. CAPVT IX.

Ex Moſch. cap. 132. Cleop. priore & lib. Mat.

Matrix cùm intumuerit, duritia ſub vmbilico cum quadam inflatione occurrit, ita vt ſi cum digito prematur, cedat. & poſtmodum iterum ſe recolligat. Cutis ventris colorem ſuum non * habet, & digitis adducta ſequitur. Et in hac paſsione ea adhibentur, quæ in inflatione matricis poſita ſunt,
B vt poſt encolpiſmum, * olei ſimplicis, etiam de oleo cyprino vel irino encolpizemus.

Græcus habet. περὶ φλεγμονῆς. Moſch. negationem non habet, alij duo habent.
** Cleop. & oleũ cyprinum encolpizamus.*

De tumore vuluæ. ex Cleop. 1. & poſteriori libris.

Si mulieris loci doluerint, aut vulua per coitum punctiones ſenſerit, ſciant ſibi vuluam in tumore eſſe, magis tamen in interiore parte quàm foris, huius rei ſignum eſt tale: oculorum anguli dolebunt & facies ignea pluſquam pallida, & hoc vitium erubeſcunt medico fateri. Curatio talis eſt. Mulieris lac quæ maſculum peperit, cum oleo roſato æqualiter miſce, & calefac, de hinc fac peſſarium de lana molli, & ex eo maceratum, induc uſq; ad caput vuluæ.

Signa. Curatio.

Item aliud.

Galbani modicum contunde, & cum oleo roſato commiſce, & fac vt ſuprà.

De tumore aut alio vitio in matrice. Cleop. 1. & 2.

Tumor autem vel aliquod vitium in matrice ſi fuerit, vel creſcere cœperit, mammillæ tument, & duriores ſolito * fiunt, color adeſt ſubliuidus, & ſi nõ curentur, ad finem male fiunt, id eſt, diſrumpitur paſſio matricis, & fit decurſus foras, & ſic dolor paulatim ſedatur, * vnde ſine filijs quædam earum ſunt, & tactum duriſsimum circa matricem habent, & ructant frequenter. Præterea, quando ſine cibo ſunt, odorantur aliqua, & graue ſubructant, à viro tangi nolunt, & putant ſe plenas eſſe * medicina. Curatio eis talis eſt adhibenda.

Signa. alias, & ſublimida. aliàs, inde grauida ſine filijs efficiuntur. aliàs omittitur hæc dictio. Curatio.

C Cupreſſo ex aqua, & oleo, & modico melle matricem fomẽta, & tunc poſt fomentationem, vino myrrhato, tenſis pedibus, fomenta, & ſubiunge adipem anſerinum Et lib. 2. ſic habet.

Succo cum * modica recente vtere, & peſſarium prædictum humoroſæ matrici ſubijce, quia ad omnia eius vitia facit.

De tumore vuluæ abſq; vulnere. ex Cleop. 1. & 2.

Si quando ergo vulua ſine vulnere intumuerit, hac compoſitione vteris: R. picis ſiccæ, * terebinthinę, adipis anſerini, & porcini recentis ana ℈.iij. ſolue ad ignem, & admiſce * olei * ℥.j. & acetum, donec omnia liqueſcant: ſed loca prius calefacias cum ſpongia ex aqua calida, in qua fœnogręcum decoxeris, & ſic hoc medicamentum in peſſario ſuppone.

terebint. ſcrup. iij. olei ſcrup. j.

Item aliud.

R. ceræ albæ * ℈ iij. medullæ ceruinæ ℈.iij. adipis anſerini vel porcini * obol.vj. (croci ℈ x. ex Cleop. lib. priore) oui cocti teſtam bene tere, & vitellum eius decoctum contere cum oleo roſato aut ſycionio, & coque & commiſce pariter omnia, & vtere.

alibi ſcrup j. aliàs, ſcrup. ij.

Peſſarium malacticum quod facit ad duritiem & tumorem vuluæ. Ibid.

Papauer viride cum ſuo fructu tundes diligenter, deinde exprimes ſuccum vſq; ad vnam heminam,
D & admiſcebis paſsi cretici ℥.j. & s. aut ſapæ bonæ duplum, & coque vſq; ad medietatem, deinde exprimes cum linteolo, & facies vt habeas paratum myrrhæ ℈.vj. cymini, galbani ana ℈ iij. hęc trita & cribrellata addes decoctioni, * deinde addes adipem anſerinum, medullam ceruinam & oleum poſt ſecundam decoctionem. Poſtq; ſucco paſſum admiſcebis. Deinde ſi fortè medicamen durum fuerit factum, iterum de eodem ſucco adijcito, & cùm bene temperatum fuerit, repones in vaſe * bono fictili, & aquam prius infunde, ſed melius in pyxide cornea ſeruabitur, & cùm volueris vti, cum oleo roſato temperabis.

ad. ſpiſsitudinẽ. aliàs, nouo.

Fortius peſſarium ad tumorem & impetum vuluæ, quod Eraſiſtratus fecit, quo vtebatur regina & laudabatur magnificè. Ibid.

Papauer viride cum * fructu ſuo ſume, vt ſuperius diximus, tunſum in dila lignea, & exprime ſuccum vſq; ad * ſext.j. deinde adijcito paſsi boni ſext.j. & immitte etiam vinum, dein excoque ad tertiam, & per linteum cola, & quod humoris expreſſeris, repone: deinde tere galbani * ℈.ij. hoc diligenter trito, adijce opij ℥.j. hoc iterum tere, & decoctioni adde, & iterum decoque, poſtq; in ſole tere, vbi ſiccando ſucci plurimum recipiat, donec ceroti fiat craſsitudo. Cùm autem vti volueris, ex eo cum oleo roſaceo diſtempera, & peſſarium illine, & ſubijce, quia omnes impetus tollit, & cumulat, & ſomnium facit. Eſt enim optimum, quia ego expertus ſum.

aliàs frutice. aliàs ſext. ij. aliàs ſcrup. iij.

Peſſarium aliud ad idem & acrius. Ibidem.

Herba ſtrignus, id eſt, vua lupina recens in marmore tunſa, vt lenis fiat, * adde aliquid polentæ,

** quantumcunq; polentam.*

& butyri quod ſufficit, oleumq́ue roſaceum, hæc ſimul mixta peſſarium inde illine. A

Peſſarium ad tumorem & impetum vuluæ. ex Cleop. 1. & 2.

Sić peſſarium meum confice, quo ego ſæpe vſa & experta ſum, & Arſenoes ſoror mea. fit autem ſic: R. ceræ * ℈. vj, olei roſ. obol. j. croci ℈. j. hyſſopi ℈. iij, caſsiæ, cinamomi, nardi, farinæ fœnogræci tenuiſſimæ, & myrrhæ ana ℈ j. meliloti cocti ℈, vj. bene tere, & ceram cum oleo roſato liquefac, & ſuſtine donec * ſtringat ſe, & ſic in eodem mortario miſce, & iterum partim tere cum butyro, hyſſopo, medulla ceruina & adipe quod ſufficit: cùm vti volueris peſſario induc, & ſubijce, & loca ipſa illine.

ſtrup. j.

al. frigeat.

Si vulua intumuerit, ac veſicæ quaſtio fuerit, vel ſi menſtrua defecerint, ſic curabis. phthyſicis, iliofis, & omnibus doloribus intrinſecis prodeſt hoc medicamentum. ex Cleopat. 1. & 2.

R. floris æris acetabulum j. in linteolo liga, & adipem totum in circuitu illine, ad ignem coque, donec * combuſtus fuerit totus adeps, deinde cum ipſo linteo in mortario tunde, & adde nucleorum perſicorum, & amygdalarũ vſtarum ʒ. j. galbani * ℈. iij. * anethi ſeminis acetabulum j. ſtoracis ℈. vj. opij ℈ j. & s. omnia tere, & cum vino bono miſce, & fac inde catapotia: catapotia ad menſtrua da ℈ j. ieiunis ante cœnam per partes commiſce vino bono. dum ita tamen, vt ſcrupularia ſint ſingula.

aliàs, conſumatur.

Peſſarium ad eas quæ tumorem habent & vrinam non faciunt. Priſc. B

R. andraginis ʒ. iiij. adipis anſerini ʒ. iiij. miſce in lana, & ſuppone.

Peſſarium ad tumorem & inclinationem matricu. ex Moſchione.

R. croci, œſypi ana ʒ. ij. medullæ ceruinæ ʒ. iij. reſinæ terebinthinæ ʒ. s. adipis anſerini, gelaminis ouorum elixi ʒ. j. oleum irinum & roſeum æquis ponderibus commiſce, & vtere.

DE PHLEGMONE MATRICIS. CAPVT X.

Ex Cleopat. priore & Priſc.

PEr phlegmonem matricis fiunt febres acutæ, eleuatio ventris & duritia, dolor renum, & ſtomachi anatrope, nauſea phlegmatica, aut quaſi acetum, aut cholerica, vrinæ detentio. ſtrictio ventris, faſtidium, ſitis, aſpera lingua, & nigra quaſi atramento tincta, dolor ceruicis, & inguinum, & tempora ſaliunt, oculi dolent, extremi digiti, & vngues: & ſi depoſitus fuerit digitus in naturam ipſius, ſentitur magnus calor, ſiccitas, duritia & ſtrictura oris matricis. Curatio talis eſt.

Curatio.

Butyrum & medullam ceruinam æquo pondere in vino miſce, & vtatur. *Item* ad eas quę tumorem habent & vrinã facere non poſſunt, aut * draginẽ, & adipem anſerũ æquè miſce, & lana inuolue, & appone.

Item peſſarium ad idem & omnem tumorem matricis. Axungiam ſcrophæ virginis, quæ non peperit, cum melle aduna, & in peſſario vtatur, & poſt balneum hoc faciat. *Item* ad eas quæ antè & retro patiuntur, & in coxa, & per totum ventrem, neq; ſurgunt, neq; dormire poſſunt. Butyri ʒ iij. medullæ ceruinæ ℈. iij. ceræ, commiſce & vtere. C

** andrachnem, id eſt, portulacã. Priſcianus habet andraginis drag. iiij. adipis anſerini drag. iiij. miſce.*

Ad apoſtemata matricis & inflationes. Priſc.

Butyrum cum roſeo optimo aduna, & in molli peſſario appone, ſuffumiga ſic: Ceram tyrrhenicam, vel ſemen apij càrbonibus appone.

DE COLLECTIONE IN MATRICE. CAPVT XI.

Ex Moſch. & Cleopat. priore.

Signa.

EX præcedente nimio feruore, aliquando in pinnaculis ipſis, aliquando in ſinu mulieris, aliquando in orificio matricis, vel intus in ipſa matrice collectiones emergunt cum febribus, vigilijs, dolore, horrore, & cum horrore punctiones, & grauedines pro locis in quibus emerſerit collectio, & nec vrina, nec ſtercora impediuntur. Pedes etiam cum corpore difficillimè mouentur: nam & aliquãdo magnitudine collectionis, tumor ſupra pectinem inuenitur digito obſtetricis. Illæ verò quę in alto ſunt, minus quidem doloris habent, & digito apprehendi nõ poſſunt, frequentiùs tamen organo patefacto, mulierum oculis videntur, & ſudores in fronte & in ceruice calidi & abundantes occurrunt. Omnes ergo collectiones, quæ hinc in proximo emergunt, ita vt in ſinu mulieris, aut in pinnaculis inueniuntur, cùm fuerint maturæ, aperiendæ ſunt. Si verò valde tenuatæ ſunt, circumcidantur. Si ſoliditatem habeant, quę conglutinari poſsit, ſimpliciter diuidantur. Poteſt illa etiam quæ in orificio matricis inuenitur, longo phlebotomo pungi. Poſt apertionem verò earum exiccato humore, linteolis in poſca intinctis contegantur. Omnis ſinus muliebris, ſpongia molli & noua poſca madefacta benè ſuppletur, vt linteoli qui ſecus ſunt poſiti illic contineantur, & non cadant. Sanè ſi volueris etiam à foris alteram ſpongiam poſca madefactam contra ſe opponere, melius facies. Tertia verò die, ſublatis omnibus medicaminibus, poteris apponere quibus vulnera curantur. Si verò feruores vulneris ibi inueneris, ſpongia ſublata, lanis in oleo calido & dulci intinctis ſinum complebis, foris etiam ijſdem lanis omnia conteges. Cùm verò ſordidum fuerit vulnus, melle deſpumato tetrapharmaco incocto benè vulnera purgamus. Quibus purgatis, ſi cõcaua fuerint, reſumptione corporis, & cephalico benè complebis. Æqualia verò vulnera, linteolis vino madefactis, ad cicatricem rapies. In collectione autem quæ in orificio matricis fuerit, ſolicitus eſſe debebis, ne plus caro excreſcens, aut ipſa cicatrix eam claudat. Signum autem inductę cicatricis eſt, quod & ipſa loca ſunt alba, & ſine dolore, nullusq́; horror ibi inuenitur. Si verò interiores partes matricis in alto collectiones habuerint, neq; digito obſtetricis apprehendantur, neq; organo patefacto mulieris oculis videri poſsint, & hac de cauſa ſectionem per chirurgiam nõ admittant. Efficiendum eſt, vt cataplaſmatis calidis iugiter & vaporationibus omnibus ſpongiarum, & enchatiſmate, peſſariorum etiam chalaſticorum, & malagmatum ſimplicium, ſicut eſt diachylõn * illæ collectiones, quæ in alto ſunt, &

Curatio.

maturentur

A maturentur & rumpantur. Sed ſi * prædictarum rerum vſu, feruor quidem receſſerit, & dolor minutus ſit, collectio tamen non fuerit rupta, cataplaſmatis illis, quæ de ſeminibus fieri ſolent, pollines ſcilicet hordei adhibere debemus, & orobi, & cuminum, ficumq; decoctam & tritam & terebinthinam & * nimincam cataplaſmatis benè ſupermittimus. Encathiſmata etiam ex aqua faciemus: in quibus hæc decocta ſint. Laurus, pulegium, marrubium, arthemiſia * ſatureia, centaurea, & mentha. Accelerare verò debemus, & maturitatem & ruptionem collectionis illius, ne diutius ibi in alto remanens humor, maximā partem matricis conſumat. Vtimur etiā peſſarijs, quæ maturent & rumpant, ſicuti eſt quod recipit.

** & m.enaſſe. Cleop.*
** Cleop. Si ſupra dictarum vium feruor non ſenſerit, & dolor no minuitur, vtimur, etc. Moſch.*
ſcopa regia.

℞. adipis anſerini, ficum diligenter tritam ana obol. ij. reſinæ, terebinthinæ ana obol. j. rutæ ʒ. iij iris illyricæ obol. j. nitri ʒ. ij. ita vt cum peſſarium in lana fuerit inductum, in cyprinum vel irinum oleum tingatur, & ſic apponatur. Cleopatra ſic conficit.

℞. adipis anſerini obol. terebinthinæ obol. j. rutæ ʒ. iij. ireos obol. ij. nitri ʒ. ij. fiat vt ſuprà. Eſt & aliud peſſarium exterius, quod recipit butyrum, ſuccum hyſſopi, adipes anſerinos & gallinaceos. Nam & nitrum cum vua paſſa exoſſata & ficum, ad rumpendam collectionem bene facit. Competenter etiam melinem diaphoreticam benè imponimus. Solent autem hæ collectiones aliquando intus ipſam vuluam rumpere, ita vt humor per partes muliebres foris excludatur, aliquando inteſtina rumpunt, vt humor per longaonem cum ſtercoribus exeat: aliquando in veſica, vt cum vrina ſanies feratur. Si vero in præ-
B dicta parte humor remanſerit, per cutem ventris exitum quærit. Quoties verò in matrice rumpitur, per ferramentum illud quod metrenchyta dicitur, vniuerſa medicamina poſſumus infundere. Si vero ad inteſtina ruperit, clyſtere per longaonem medicamina accipiat. Si verò in veſica, per catetherem. Si verò collectio caput foras fecerit, cataplaſmatis maturetur & ſcalpello diuiſa, facillime curari poteſt.

DE CONDYLOMATIBVS MATRICIS.
CAPVT XII.

Ex Moſch.

FRequentiùs in partu rugæ, quæ in orificio matricis ſunt, accepta ſoliditate condylomata faciunt, quę etiam ipſa, cùm in feruore fuerint, paragorizanda ſunt, dehinc commalaxanda, nouiſſimè chirurgia tollenda, ſic enim facillimè cicatricem recipere poſſunt.

DE RHAGADIIS IN MATRICIS ORIFICIO.
CAPVT XIII.

Ad Rhagadia in matricis orificio. ex Cleop. 1. Moſch.

C EX partu difficili, vel ex nimia * purgatione, rhagadia in orificio matricis emergere ſolent. Quæ ſi recentia ſint, & ſine feruore, rebus * chalaſticis paragorizari debent. Si verò iam etiam calloſum eſt, primò callus commalaxandus, & ſic ferro ſublatus, facillimè ſanari poſſunt.

** Cleop. labore.*
** Moſch. ſtatuunt.*

Ad eadem. Priſcianus.

℞. coronam ſpinæ, gallam & omphacium, tere & vnge rhagadia adipe anſerino, vt adhæreat puluis, & ſuper aſperge, facit & ad condylomata.

DE DVRITIE MATRICIS. CAPVT XIIII.

Ex Moſch. cap. 133.

PRæcedente feruore & neglecto, duritia matricis efficitur. Nam aliquando vniuerſa dureſcit, aliquando pars eius. Signa autem hæc ſunt. * Contra ſe foris duritia, reuolutus dolor ad renes & inguina, & grauedo ſuper pectinem ſentitur. Si verò in collo matricis fuerit duritia, à foris quidem nullus inuenitur tumor. Cùm aut obſtetrix in orificium matricis miſerit digitum, ibi duritiem & patens orificium inueniet, ita vt cum punctionibus & doloribus vſum viri mulier ſuſtineat. Nam hæc cauſa à callo in hoc ſeparatur, quòd callus in totum nihil ſentiat, ne corporis ſenſus habeat. Cura autem quæ in ſtrictura matricis poſita eſt, ipſam huc transferemus.

Signa.
** Pauca ſunt in Græco.*
Curatio.

Peſſarium aromaticum ad duritiam matricis. Cleop priore Moſch.

D ℞. reſinæ, * terebinthinæ ʒ. ij ceræ punicæ ʒ viij. œſypi, butyri, medullæ ceruinæ ana ʒ. iiij. olei * roſati ʒ iij. axungiæ porcinæ, ſpicæ nardi, pollini fœnogræci, & meliloti ana ʒ j. caſsiæ coſti ana ʒ. ij. * ceræ thyrrenicæ ʒ. xx. hyſſopi, maſtiches, adipis vitulini & anſerini ana ʒ. viij. mellis quantum ſufficit.

Peſſarium malaſticum. Moſch. Cleop. 1.

℞. ceræ thyrrenicæ obol. * iiij. adipis anſerini, œſypi ana ʒ viij. medullæ ceruinæ, croci ana ʒ. iiij. reſinę terebinthinæ ʒ. ij. mellis * cotylam j. olei roſati quod ſufficit.

** Cleop. diſtinguit: Moſch verò non.*
** Cleop. olei obolos iiij.*
** Sequentibus Cleop. caret.*
Cleop. drag. xx.
Cleop. quod ſufficit.

Peſſarium malacticum ad duritias & dolores. lib. Mat.

℞. lini ſeminis, fœnogræci ana obol. j cum melle & paſſo vtere.

Peſſarium malacticum ad duritiam matricis. Moſch.

℞ ceræ punicæ obol. j. adipis anſerini, medullæ ceruinæ obol. & s. œſypi ʒ. iiij.

Peſſarium malacticum quod facit ad duritiam & tumorem vuluæ.
Cleop. 1. & poſteriore.

Papauer viride cum ſuo * fructu tundes diligenter, deinde exprimes ſuccum vſq; ad vnam heminam, & miſce paſſi * cretici ſext. j. aut ſapæ bonæ duplum, & coque vſq; ad medietatem, deinde exprimes cum linteolo, & facies vt habeat paratum myrrhę * ʒ vj. cymini & galbani ana ℈. iij. hęc trita & cribrellata addes decoctioni, deinde adipem anſerinū, medullam ceruinam, & oleum quantum tibi videtur, mellis & œſypi acetabulum j. poſt ſecundam decoctionem addes. Poſtq; ſucco paſſum admiſce. Deinde ſi fortè

ſuo frutice.
** paſſi cretici drag. j. 1.*
** aliàs ſcrup. vj.*

Hæc in poſterio ri libro non habentur.

medicamentum durum fuerit factum, iterum de prædicto ſucco adijce & cùm bene temperatum fuerit, repones in vaſe nouo fictili, ſed prius aqua infuſa, ſed melius in pyxide cornea ſeruabitur, & cùm volueris vti, cum oleo roſato temperabis. A

Peſſarium chalaſticum ad matricis duritiam & inflationem. ex Moſch. & Cleop. 1.

Moſch. axungiæ obol. iij. () hæc in Cleop. lib. deſiderantur.

R. cedriæ obol. adipis faſiani butyri ana obol. ij. olei liliacei obol. vj. adipis * porcini & anſerini ana obol. j. & s. (medullæ ceruinæ, terebinthinæ ana obol. iij ceræ obol. vij. olei nardini obol. ij.) ſolues ſpecies & admiſcebis oleum, & temperato medicamine curabis, & miraberis effectum.

Peſſarium ad matricem emolliendam ex Moſch.

R. medullam ceruinam, adipis anſerini, nardi, ceræ punicæ, adipis gallinacei, olei cyprini, ana obol j.

DE ATRETIS SIVE MVLIERIbus clauſsis.

CAPVT XV.

Ex Moſch.

QVæ clauſæ naſcuntur, & appellantur ἄτρητοι, tribus modis naſcuntur clauſæ mulieres vel efficiuntur: aut enim pinnaculis his ſibi cohærentibus clauduntur, aut ipſis quidem patentibus in medio ſinu muliebri pulpa vel membrana innaſcitur: aut etiam in his ſinu patente, orificiũ matricis clauditur, ita vt mulieres aliquando ad vnum officiũ impediantur, aliquando ad duo, aliquando ad tria. Quoties ergo foris pinnacula ſibi cohærent, ad tria officia mulieres impediuntur, ad vſum virorum, ad purgationem, & ad cõceptum. Si verò pinnaculis patentibus, in medio ſinu muliebri fuerit clauſura, ad duo officia impediuntur, ad communicationem viri, & ad conceptum: ſiquidem (vt) menſtrua liquari poſſint, per cauernam qua etiam vrina concluditur. Quoties autem orificium matricis fuerit clauſum, ad officia duo impediuntur, * ſiquidem nec purgari nec concipere poſſunt, viri vero vſum ſine impedimento ſuſtinent. Si verò impedimentum illud, quod orificium non eſt pertuſum, ſic etiam purgatio fieri poteſt, conceptus tamen negatur. Si verò cauerna illa contra * officium matricis eſt poſita, poteſt etiam conceptus fieri, partus tamẽ in toto denegatur. Apprehenduntur tamen hæc omnia organo, patefactis mulieribus, vt & viſu videantur, & tactu probari poſsint. Si vero nunquam ibi in ipſis partibus vulneratio præceſſerit, cum hac valetudine natæ ſunt mulieres: ſi vero præceſſerit, ſic ibi prædictæ partes cohærere potuerunt, & cicatrice ſolidatæ ſunt. Si verò in pinnaculis fuerit clauſura, viſu videbitur: Si verò in medio eſt pulpa, vel membrana, poſt pinnacula, immiſsis digitis, in medio natura amittitur, ſeparantur autẽ cum pulpa, aut membrana preſſa & mollior ſit, & cedat. Nam & ipſa mulier relaxatione ſua inſtruere non poterit, ad quæ officia impediantur, ita tamen vt orificium clauſum non poſsit vel organo videri. Siquidem ſi cauernam modicam habuerit, & purgatio qualiſcunq; fieri poteſt, & conceptus, ſed cùm pariendi tempus (inſtat) tunc periculum mulier impinget, cùm exitus denegatur infanti, & propterea curioſiùs inſpicienda eſt & curanda. B

Abundat (vt)
** Poſſunt etiam per venas, quæ in matricis collum deſinũt purgari mulieres, te ſte Galeno.*
** fortè, orificiũ.*
Signa.

Curatio.

Ex omnibus autem differentijs quas prædiximus, facilè curari poſſunt, quæ in pinnaculis clauſuram habent, vel membrana clauſa eſt. Siquidem duriſsimæ pulpæ cum ingenti difficultate præcidantur, & moleſtè ſanguinent, & ſi non ſolicitè fuerint curatæ, citò renaſci poſſunt. Membrana autem & facillimè tollitur, & ſanguinationis meatum non habet, nec aliquando renaſci poteſt. Cùm ergo curari cœperint, componendæ ſunt ſupinæ, pedibus patentibus, & ſi in pinnaculis inuenta fuerit cauſa extenſis, ſcalpello medietas diuidenda eſt vſq; ad inanitatem: Si verò in medio ſinu impedimentum fuerit inuentũ, ſi cauerna eſt membrana illa infixis anciſtris rumpenda eſt. & tollenda. Si autem pulpæ fuerint inuentæ, in gyrum præcidendæ ſunt ferramento illo, quo polypos tollimus, & ita ſolicitè ſecandæ, ne aut veſicæ collum, aut longaonem tangamus, ne incipiat turpiter aut ſtercus, aut vrina exire. Si autem in orificio fuerit clauſura, & ſine cauerna fuerit, phlebotomo medietatẽ ſolicitè diuidimus, & infixo anciſtro extendentes, in rigoſthomo præcidimus. Si autem occurrente purgatione intus ſanguis remanſerit, ſiquidem clauſum orificium nihil foras emittat, poſt ſectionem thrombos illos purgationis, qui intus remanſerint, ſi fieri poteſt, ſtatim etiam illos tollere debemus. Si verò impedimentum aliquando occurrerit, altera die benè eos excludimus. Poſt ſectiones verò qua diligentia vulnera curanda ſunt, retrò frequentius ordinatum eſt, ita vt cùm ad cicatricem rapi cœperint, priapiſmo medicamine, quod ad cicatrices facit, illinimus vſq; ad plenam ſanitatẽ: non exinde recedat, ne iterum ſibi partes cohærere incipiant. Solent autem & melicerides & atheromata, & ſteatomata in ipſis partib. naſci, & quaſi prædictas clauſuras facere, quæ ipſa omnia apprehenſa ſimili modo curari poſſunt. Siquidem vbicunq; fuerint natæ vel inuentæ, vna diſciplina tolluntur, quam in chirurgia Cenis expreſsiùs habes ordinatã. C D

De clauſo orificio matricis. ex Moſch.

Clauditur orificium matricis aliquando feruore, aliquando cicatrice, pręcedente ſcilicet vulnere, aliquando duriſsimo callo, ob quam clauſuram mulieres neq; ſemen recipere poſſunt, aut ſi viris naturaliter vſæ fuerint, conceptum infantem parere non poſſunt. Organo ergo patefacto mulieris, videri poteſt cauſa, & digitis apprehendi. Quoties autem in feruore eſt, & ruborem habet inflatum, tunc oportet omnibus paragoricis vti, quæ in feruore matricis poſita ſunt. Recedente verò feruore, callum in medio diuidimus, & ex vtraq; parte initio tenente latiùs præcidimus, ne naturalibus cicatrix curata, iterum orificium claudat.

De Atretis Theod. Priſciani in Gynecijs capite 4.

Contingit interea certa & ſpecialis hæc paſsio fœminarũ: vt aut naturaliter aliquando clauſæ naſcantur. aut vulneribus præeuntibus, cicatrice interueniente, clauſæ fiant: vt præſentis indignationis inter-

uentu

A uentu penitùs concludantur. Quæ ergo cauſæ præſentis indignationis obductæ fuerint, omnibus chalaſticis adiutorijs ex lege ſoluendæ erunt. Sed ſi ex vulneris obducta cicatrice, aut neſcio qua illa peregrina naſcendi lege clauſæ fuerint, quod tamen aut digitis aut oculorum fide poſsit probari, tunc à chirurgicis conſiderata menſura reſecandæ erunt: adhibita tamen ratione, vt hæc patefactio linteolis, aut alijs adiutorijs patefacientibus diutiùs diſterminetur, ne obductæ in ſe identidem ſciſſuræ recentiores, occaſionem claudendi protinus ſortiantur.

De carne ſuperflua in matricis orificio. Moſch.

Et Phyloſenus affirmat, de orificio matricis carnem quandam emergere, & in tantum excreſcere, vt expleto orificio, & collo matricis, aliquando & foras hæc cadat. Et hæc quoque tribus digitis in initio apprehenſa, ferramento radicitus tolli poteſt. Vulnus (deinde) pari diligentia eſt curandum. *Philoxenus fortè.*

Ad concluſionem matricis ex Moſch. & Cleop. 1.

R. ſpicæ indicæ, adipis gallinacei ana ℥.iiij. &.s. adipis anſerini, axungiæ porci, adipis taurini, medullæ ceruinæ, olei nardini ana ℥.iij. ſucci hyſſopi ℥.iij. &.s. ceræ punicæ * ℥.iij. commiſce, & vtere. *Cleop. drag. ij. & s.*

Ad matricem clauſam ex Priſciano.

Bdellium tere, & appone, aut ſuffumiga.

DE ORGANO MVLIERVM.

B

Ex Moſchione.

CAPVT XVI.

Qua diſciplina organum mulieris aperiendum eſt?

SCIO me retrò ad inſpiciendam valetudinem mulierum frequentiùs organi mētionem feciſſe, quod Græci * raſdyatha vocant. Et quoniam niſi inſinuata fuerit diſciplina, quatenus hoc ipſum fieri poſſit, occurrente neceſsitate, obſtetrices facere non audent. Idcirco placuit nobis, vt etiam hoc Gynæcijs adderemus, vt ex rebus huic corpori neceſſarijs, nihil prætermiſiſſe videamur. Itaque ſupinam iactantes eam, qui inſpici habes, faſciam longam accipies, & medijs partibus eius, duobus laqueis ipſis manibus mulieris miſsis, medietatem, quæ intra eſt, * ceruici eius traijcies. Deinde reliqua faſcia ſub axillis miſſa, ad manus alligabis, vt patefacti pedes eius, ventri cohæreant. Deinde accepto organo, & * vncato priapis, quem Græci thalaſton dicunt, in aliquantum ad prunas calefacere, vinum ſine quaſſatione priapis inijcere, ſuo ſcilicet axe poſito. Iube etiam miniſtro, vt ad aperiendum organum axem torquere incipiat, vt paulatim partes ipſæ aperiantur. Cùm verò plus ſuſum tollere organum nolueris, miniſtro iube, non iterum axem torqueat, * quò organum iterum claudi poſſit: ita tamen dum adhuc patet, ſic auferatur, ne vniuerſa clauſura aliquas teneat, & nocere incipiat. *ān Catoptron.* *vici eius.* *al. quò organo iterum claudere poſſimus.*

DE CLAVIS MATRICIS.

C

CAPVT XVII.

Ex Moſch.

VT in pinnaculis, & in ſinu muliebri, & in orificio, vel in collo matricis claui naſcuntur, ſic ſunt ſine affecti loci dolore: aliquando ruſi, aliquando albi, facillimè autem hi foris viſu deprehenduntur. Intus verò aperto organo videri poſſunt, & hi ſarco collabo apprehenſi, benè præciduntur & curantur. Interiores autem qui tolli non poſſunt, medicaminibus commalaxari debent.

DE SYMPTOMATE TVRPITVDINIS.

CAPVT XVIII.

Ex Moſch.

QVAM Græci * num vocant, turpitudinis ſymptoma eſt grande nimis. Nam aſſuerant quædam pulpam ipſam erigere, ſimiliter vt in viris, & quaſi vſum coitus quærere. In cura autem ſic facies. Supinam iactam mulierem, pedibus clauſis, & in initio quod foras eſſe plus videbitur, tenere oportet, & ſcalpello præcidere, deinde curare vulnus competenti diligentia. *nymphotomia.*

DE DOLORE MATRICIS.

D

CAPVT XIX.

1 *De dolore matricis ob abſtinentiam viri. Priſc.*

COntingit ſæpe viduis, virginibus & quarum viri diutiùs abſunt nauſea, ſaliua quaſi aceto os plenum, tibiæ frigent, & quæ in matricis ſuffocatione contingunt, patiuntur. Vnde prior & eadem cura adhibenda eſt, quam in ſuffocatione diximus, cætera, vt in Gynæcijs Cleopatræ de prurita legitur, adhibeantur.

2 *Ad eas quæ dolorem patiuntur quando cum viro dormiunt. Priſc.*

Si hæc paſſio perſeuerauerit, cholericæ fient: vultus autem earum altas venas habent & libidinoſas, natura tumeſcit plus intus quàm foris, palpebræ oculorum patent quando cōcumbunt. Curabis autem ſic. Lac mulieris, quæ maſculum lactat, & roſeum miſce, & calefac, & pone peſſariū in ore matricis. *Item:*

Galbanum cum roſeo ſimul tere. *Item:*

Oui aſsi vitellum cum myrrhæ modico, & roſeo in peſſario impone.

3 *Ad eas quæ in pectine habent dolorem quaſi veſpam mordentem. Priſc.*

Adipem tempera cum ſtacte, & adipem anſeris, & peſſario impone.

4 *Peſſarium ad magnum dolorem matricis, & ſcabiem, probatiſſimum. Cleop.1.& Moſch.* A

R. thuris maſculi, maſtiches, ceruſſæ, galbani ana ℥.iij. ceræ punicæ ℥.ix. pompholyges ℥.viij. hæc omnia tere ſine pompholyge, & cum modico vini albi commiſce, poſtea mitte pompholygen, & ſolue ceram, & olei liliacei obol.j. admiſce, & vtere.

5 *De dolore matricis caput proprium habet exemplar Græcum, in Latino deſideratur. 1. numero. 134.*

DE VALETVDINIBVS MVLIERVM quæ per fluxum fiunt, & primò DE HAEMORRHAGIA, SIVE SANguinis fluxu à matrice.

CAPVT XX.

Ex Theod. Priſciano cap. 7. Gynæciorum.

FRequenter, ita rebus circa abortum faciendum geſtis, vi & vapore adhibitarum ſpecierum, hæmorrhagiæ prouenerunt, per quas exulcerationes penè incurabiles curſus, læſas fœminas occupauerũt. B Ad hæc, quibus valemus tandem adiutorijs ſalubrib. obuiamus. Hæmorrhagiæ matricis, licet etiam ex alijs fieri ſoleant, attamen quia omnes ſub vna lege curandæ ſunt, ſubiectis earum cauſis, adiunctis omnibus vt arbitror, ſub conſtrictione paſſionibus prætactis, ad reſoluta ac ſub effuſione laborantia deſcendemus: quæ quàm maximè ſæpe chronicarum more cauſarum difficiles liberati ſunt. Vaporibus conſtringendæ ſunt, ex decoctione ſpecierum omnium ſtypticarum, quas etiam nunc ſubiungo: myrti viridis flos, mali granati cortices, & arboris pini cortices, & ſiliquarum folia, vel baccæ lentiſci. Similiter roſa ſicca, galla, ros ſyriacum, &c. & encolpiſinis imminere conuenit ex croco, hypociſthide, acacia, omphacio, lapide hæmatite, lemnia ſphragitide, omnib. tunſis, & mixtis decoctionibus ſuprà dictarum ſpecierum, aut ſuccis polygonij, vel arnogloſsi temperatis: poſt verò ſpongia infuſa in poſca ſuppoſita, muniendæ erunt, inguinibus verò lanas infuſas ſuccis ſupradictis impones. Expedit interea omnibus ſuperioribus locis, vſque ad mammillas cucurbitas ſtalticas imponere: ſic etiam inter ſcapulas diu perſeueraturas, ſed molliter detrahendas. Epithemata verò omnia ſtaltica, quæ dyſentericis ordinaui, imponenda ſunt, quàm maximè ex dactylis thebaicis in vino vel aceto decoctis, ex cerotario, commixtis ſpeciebus quoque, quas noſti competenter poſſe conſtringere.

De fluxu ſanguinis à matrice ex Moſchione, cap. 136. & lib. Mat. & Cleop. priore. C

Ex difficillimo partu, vel ex aborſu, vel ex vulnere in matrice poſito, aut quoquo modo ruptione venarum, ſolet plurimus ſanguis per loca muliebria effundi. Subſequitur autem laboranti laſsitudo corporis, & tenuitas, fœdus * color, & faſtidium. Eſt autem periculoſa valetudo, ſiquidē cum ingenti difficultate ſtringitur & ſiccatur. Aliquando tamen non de matrice, ſed de ipſo ſinu mulieris, ſanguis occurrit. Oportet autem eas cùm curari cœperint, iacere in cubiculo breui & obſcuro, & mediocriter refrigerato, & firmo. Inferiores pedes altiores capite habeant, cum omni ſilētio & quiete corporis. Omnis verò motus fluxum prouocat, ita vt pedes cōtortos ſupra inuicem habeant, & * ſpongijs magnis in aqua frigida vel poſca intinctis, partibus ipſis applicare, hoc eſt, pectori, renibus, & ad inguina, ita vt frequētiùs etiam mutentur, ne temperie corporis caleſiant. Extrema etiam vniuerſa ſtrictiùs tenere, & faſcijs ligare oportet, aut aqua frigida ſubmittere faciem, etiam de aqua recenti * fomentare, omneque corpus eius ventilare flabellis. Quin & caput eius oleo frigido & * ſpanno perungimus, & per interualla acetum ſorbendum damus. Encathiſma & ex * aqua in qua decocta ſint myrta, lentiſci, celſa agreſtis, coria mali granati, * & eius frondes, & bitumen, ita vt cùm hæc ebullierint, refrigeſcant, & ſic ibi mulier ſedeat. Si verò propter motum, qui fluxui contrarius eſt, encathiſinatis vti non poteris, ipſam aquam intus infunde, vel ſuccum plātaginis, aut rubi, aut intyborum, aut vuæ lupinæ, vel policariæ herbæ, in peſſarium impone. Perſeuerante valetudine hypociſthides, & acaciam, & opium in aceto ſoluta, & diligēter trita in lana alba in peſſarium impone, quibus rebus & omphacium interdum admiſcemus. Nam & penicillus mollis aceto tinctus bene orificio matricis apponitur, vt fluentem ſanguinem ſuſcipiat, ne coagulando ibi, partes ipſas vrat, frequentiùs autem penicillus ipſe mutandus eſt. Cucurbitæ etiam ſtalticæ cum abundanti igne partibus ipſis à foris bene apponuntur, ita vt ibi diu remaneant, & leuiter tollantur. Epithema etiam quod è Thebaicis palmulis conſtat, aut malis cydonijs, ſupermiſſo alumine ſciſſo, galla, aloe, hypociſthide & acacia, & omphacio, ita vt hæc omnia ceroto ex oleo roſato, vel myrtino, & lentiſcino facto, colligantur. aut de herbis his epithemata fiant, hoc eſt, portulaca nigra, * herba policaria, intybo, vua lupina, & de plantagine ibi ſit, * aut cum polenta & aceto miſceantur, aut cum palmulis in aceto decoctis vtantur. Vtimur etiam * exercitationibus, peſſarijs quæ habent gallam, mannam * thuris, & chalcitidem, & terram aſteram, ita vt ſucco aliquo prædictarum herbarum pulueres immiſceantur, vel cineres illuc ſpongiæ combuſtæ adhibe, quæ hac diſciplina comburitur. Spongia noua * pice liquida madefacta, in cacabo nouo pones, & argilla cooperta illinies, & in furno mittes tamdiu, quoad areſcat, vt puluerem facere poſsis. Ex hoc cochlearium plenum cum prædictis ſuccis immittes, * aut cum albumine oui * penſas. Sed ſi forſitan aſsiduitate ſanguinis aut vſtio ibidem emerſerit, aut vulnus fuerit factum, non valde timeamus. Siquidem trochiſcis illis, de quibus dyſentericos curamus, etiam has ſanare poſſumus, dum ea quibus periclitantur euadere poſſunt, & ſic paulatim curari. Semper autem cibos ſtalticos damus, hoc eſt, * orizina, lenticula, polenta in aceto decocta, & oleo hiſpano condita. D

Pallidus in Græco.
Curatio.
Cleop. linteolum.
** lib. Mat. recenti aſpergant, fortè, repentè, & fomētentur.*
** σπαvνᾷ In-frà. hiſpanico,*
** Cleop ex poſca frigida facimus, & ex aqua, &c.*
** Cleop. vel.*
** Cleop. ſtrignus.*
** Græc ita vt.*
** Videtur abundare.*
** Cleop. thus maſculum.*
Cleop. pinguedine.
Cleop. habet &c.
** λεuὸς.*
** In Græco. ὀρύζινον, lib. Mat. orizas Cleop.*

Dabimus

A Dabimus etiam & intybum, lactucas, & oua * hapala. Ex volatilibus etiam palumbes, atagenam, ita vt poſca, & baccis myrtæ, & oleo hiſpano coquantur, & nouiſſimè autem vinum damus, & ad integrum confirmatam tardiùs lauari permittimus.

** in Græco. [illegible]. Cleop. in ſartagine frixa.*

De fluxu ſanguinis mulierum (vbi alij humores ſimul erumpant, vt quaſi alborum menſium fluxus videatur). ex Moſchion. cap. 137. lib. Matricis. Cleop. 1.

Hæc valetudo ex abundantia humoris occurrit diuturni temporis, quæ ex matrice effunditur, ita vt varij coloris ſit mulier quæ patitur, & fœdum colorem habeat, & maciem corporis & faſtidiũ inferat: & cum ambulare cœperit, infletur, & tumorem in pedibus habeat. Differt autem à ſe hæc valetudo in hoc, quod fluxus eius eſt aliquando cum dolore, aliquãdo ſine dolore, & qui cum dolore eſt, occurrit aliquando cum vulnere, aliquando ſine vulnere, aliquando ſordidus, quandoq; limpidus. Ille ergo fluxus qui ſine dolore & vulnere eſt, vt ſolus humor feratur, prædictis omnibus auxilijs curari poteſt, quæ in ſanguinatione matricis poſuimus. * Sanè ſi voluerit aliquis etiam ſimplices potiones dare, non vetamus, & iuuant, ſicut eſt coagulum leporis, vel vitulinum, vel agninum, vel ceruinum, ſi fuerit inuetum, vel * vinacia cum baccis myrtæ, vel gallas, aut corticem pini. hæc omnia tũdat & terat, & ex puluere horum * ʒ.ij. in potione det cum aqua vbi mala cydonia cocta fuerint. Melius tamen facit, ſi palmulas & mala cydo-
B nia decoquat, & in ipſam aquam puluerem mittat, & ſic bibere tradat. Quoties autem cum * dolore fuerit fluxus, encolpizanda eſt cum ſucco * ſalicis vel ptiſanæ, & omnibus feruentib. & laxatorijs vtendum cataplaſmatis, & calidis & boni ſucci cibis. Nam his rebus & in feruore poſitum vulnus curatur. Si verò ſordidum fuerit vulnus, quòd probatur, quando cum fæculento humore excluditur, vel limpido, illis vtemur, quibus in dyſenteria ſordida & limpida vulnera curantur. In priore tamen cùm cœperimus de vulneribus in matrice poſitis tractare, ibi plenam curam eorum inuenies. Cùm verò chronicus fuerit affectus, * cyclica diligentia miſera mulier reſumi poteſt, & priſtinum ſuccum corporis accipere, & omnibus rebus metaſyncriticis pernicioſum fluxum ſiccare, & bonam valetudinem recipere.

Signa.

** Cleop. habet. Mane ſi ſimplices potiones dantur, iuuant, vt coagulum, &c.*
** vel vinum è malis punicis.*
** lib. Mat. habet ſcrup. ij.*
Cleop. calore.
Cleop. alica lib. Mat.
** [illegible].*

Peſſarium ad profluuium ſang. lib. Mat.

℞. acaciæ, coralli, amyli, mannæ thuris, croci, gallæ, aloes, aluminis ſciſsi, maſtiches ana ʒ.iiij. vtere cum albumine oui.

Ad profluxum ſanguinis. Cleop. 2.

Lini ſemen vſtum, & ſeſamum ana, contere & manducet mane vel ſerò cum caſeo caprino.

Ad profluuium mulierũ matricis. lib. Mat.

Mammillas ſibi de licio aut corrigio caprino liga.

Ad effuſionem ſanguinis matricis. Priſc.

C Grana vuæ ſicca, & da cum vino, aut folia viridis maluæ cum vino.

Potio ad menſtrua conſtringenda. Cleop. 1. Moſch.

Sunt aliquæ mulieres, quæ volunt menſtrua ſua differre. Piper album contuſum, & fœnumgræcum * æquali pondere, tere vt puluerem facias, & miſce in conditum, & da in balneo, cùm ipſa in balneo ſederit, die inter diem intermiſſa.

Cleop. drag. j.

Aliud menſtrua ſtringens. Cleop. Moſch.

Capra cùm peperit, antequam hœdus eius ſurrexerit, & lac ſugere incipiat, mulge, & ex eo fac caſeolum, & in ſiniſtro brachio in linteo ligatum ſuſpendito, vt iugiter illum portet mulier, menſtrua ſtringit. Sed cùm in balneo ire voluerit, tunc domi illum innodatum dimittat & reponat, reliquis verò horis omnibus ſecum habeat.

Peſſarium ſtegnoticum ad fluxum. Cleop. 1. Moſch.

Thus maſculum, & amidum, quod de tritico infuſo conficitur, & cymini albi ana obol. j. tunde & cribrella, * albi guttam ammoniaci tere obol. j. poſtea commiſcens vtere, & miraberis. *Item:* Lycium ſuper carbones pones in vaſe, & mulier deſuper ſedeat, vt fumum in matricem recipiat, expertum eſt.

Cleop. alibi.

Peſſarium ad ſanguinis fluxum, qui ex partu contingit. Priſc.

* Arion baſilicum incende, & tere, & eum aceto inuolue, & impone in peſſario. *Item:*
D Lapatij ſucco intinctum peſſarium appone.

Aridum fortaſsis.
Corion baſilicon in lib. Galeno inſcripto de Gynæcijs.

AD HAEMORRHOIDES IN COLLO vel orificio matricis.

CAPVT XXI.

Ex lib. 1. Cleop. & Moſch.

HAemorrhoides quidem rarò in mulieris ſinu inueniuntur, ſed frequentiùs in collo matricis, & eius orificio naſci ſolent. Signa autem occurrunt mulieribus, quæ eas habent, hæc: Sanguis plurimus rarò quidem ordinabiliter, frequentiùs tamen ſine ordine fertur, palloreq; eas tenet cum laſſitudine corporis, aliquando tenſio & grauedo, & rarò apprehendi poſſunt. Siquidem verò nos abundantiam ſanguinis cohibere velimus & ſiccare, omnibus illis auxilijs, quæ in ſanguinationis matricis cura, & in fluxu muliebri poſuimus, vtemur. Differunt autem inter ſe hæmorrhoides naturaliter, quòd quædam ſunt ſimplices & humidæ, quæ ſcilicet, & molles, & lenes ſunt, & magnitudine * breues. Aliæ verò ſunt duriſsimæ, & doloroſæ, & dolore omnem vicinitatem percutientes, & magnitudine grandes ſunt, & aſperæ: quæ & propter difficultatem ſymptomatum, difficillimè curari poſſunt, & quia in alto ſunt, & non videntur. Illæ verò, quæ ſimplices & breues, cum leuitate inueniuntur, & facillimè curantur. Antiqui ergo, quibus tollere eas placebat, aut chalaſtico eas illinibant, aut lino conſtringebant, aut baſes

Signa.

Cleop. habet febris.

Curatio.

earum ſcarificantes, ſic puluerem apponebant, vt paulatim emortuæ ibi caderent. Quæ omnia nos re- A
probamus, quòd feruor exinde nimius emergat, & ex conſenſu vicinitatis periculum naſci poſsit. Nos ergo in acceſsione, ſi dolor nimius fuerit, ea quæ ad feruorem matricis apponi iuſsimus, etiam nunc apponimus. Dolore verò recedente, ſi plurimus ſanguis fluxerit, ea quæ conſtringere poſſunt, & encathiſmata ſtaltica adhibemus, ipſasque hæmorrhoides puluere qui accipit gummi de prunellis, coria mali granati, & gallas, & ſphragitida tangimus: vel acaciam & hypociſthidem vino ſoluentes illinimus. Dialimmate verò ſuperueniente, reſumptis antè viribus laborantis, cùm integrum ſuccum corporis acceperit: pridie quàm ad chirurgiam accedat, modicum cibum accipere debebit, & competēti ſchemate collocata, ſicut frequenter inſinuauimus in initio: vel ſarcolabo hæmorrhoides tenuantur, ita vt aliquantum extenſis ex ſcalpello, prius radices earum ſcarificet, & in aliquantum artifex ſarcolabum conuertat, qua cùm ſit omnis retentus in aliquantū ſanguis, ne plurimus, poſteaquam tolluntur, effundatur. Dein curam adhibe, quam in recenti vulnere frequentiùs habeo ordinatam. Poſt ſectionē autem earum, puluerē imponat, vt & reliquiæ, quæ ſunt, tollantur, & ſanguis cohiberi poſſit. Nobis autem ille non placet quo antiqui vtebantur: ſiquidē acerbam virtutem pulueris feruor ſubſequitur, vnde duplicari fluxus ſanguinis poſſet: vel ad tempus (ſi) fuerit retentus, iterum cùm venerit fluxus ſanguinis, cohiberi poſſit.

Ad hæmorrhoides in ore matricis. ex Priſc.

Coronam ſpinæ tere, & ſuper aſperge. *Item:* B

Balauſtiæ folia & mala cydonia ſicca tere, & ſuper aſperge.

DE MATRICE HVMOROSA. CAPVT XXII.

Ex Cleop. 1. & 2.

Curatio. QVANDO autem in matrice humores multi ſunt, oculi dolent, caput calidum habent vel languidum, & vertiginem patiuntur, curatio harum hæc eſt:

Adipem anſerinum, & butyrum cum aniſo trito & cribrellato miſce, & in lana vel linteo tenero ſuppone. Hoc purgat omnia vitia matricis.

1 De humoribus à matrice ad vuluam fluentibus. ex Cleop priore & poſteriore.

Quibuſcunq; matricis humor ad vuluam reſpondet, harum corpus frigidum eſt, nec poſſunt aliquo modo maſculi coitum gratum habere. * frigidum verò intrinſecus habent corpus, vſque in extremas partes. Curatio hæc eſſe debet. *firmum alibi.*

Pini * arboris corticem & gallas pari pondere tere ſimul, inde corpus ſuum aſpergant omni die, deinque coque lentiſcum & myrtum in vini rubri hexagio vno, & fomentetur veſpertinis horis, vt poſsit caleſieri, & protinus ſe in veſtimentis recipiat: Sed ſi cum viro coire voluerit, medicamento, * vnde ſe expurget, non vtatur. Item aliud ad malos humores matricis & ventris abſcindendos. Ferri æruginem cum aceto tritam peſſario inijce. C

Lini aliàs. ** alibi non ſe expurgat.*

2 Ad rheumaticam matricem. Priſcian.

Fit effuſio matricis aliquando alba & aquoſa, vel rubea, & ſanguinea, & nigra ſine dolore, aliquando cum dolore. Curabis autem ſic. Papauer cum vino nigro bibat, & teſtam oui cum vino nigro tere, & appone. *Item:* Capræ fimum tere, & appone cum libano. *Item:*

Acaciam tere cum acri aceto, & appone in lana.

3 Ad matricem plenam humoribus. Priſc.

Vlceribus minutis implentur extrema oculorum, ſanguinea ſunt, febris aſſidua & acuta. Cyperum & rutam cum vino albo temperato, ieiuna bibat ad corylam j. non plus.

4 Ad curſum mulierum. ex lib. Matricis.

Folia fici ſex cum vino nigro bibat.

Ad fluxum humoris matricis & vitia. Cleop. 2.

Ligni myrti cinis vel puluis: ſi verò ſuccus cum vino fuerit potatus, prodeſt. Deinde æruginem tere cum aceto, & ſubijce in peſſario. D

Ad humores malos & libidinem. Ibid.

Radices quæ in vſu habentur tere, & panno induc, & naturæ appone, & ſanabitur. Inuenies verò vermiculos, vt mireris.

Peſſarium deſiccatorium ad rheumatizantem vuluam & omnem ſcabiem. ex Moſch.

R. ſtybeos ʒ. ij. plantaginis ſuccum adhibebis, & pones aduerſum alborem oui, & vtêris. ex ſtybea & thure facto puluere, de ſucco plantaginis conſperges, & ſiccetur: quando volueris vti, teres cum albore oui, & vtêris.

Alibi ſic. ex Cleop. & Moſch.

R. ſtybeos lapidis ʒ. ij. thuris maſculi ʒ. iij. ſuccum plantaginis cum albore oui miſce.

Aliud ad rheumatizantem matricem & vuluam. Moſch.

R. thuris, maſtiches, geſaſte ana ʒ. iij. ceræ tyrrhenicæ, pompholygos ana obol. j. iſta omnia tundes, & cribrellabis præter pompholygen, & poſt pompholygen tritum miſcebis, & facies cerotum, & mittes olei ſuſini obol. j. olei myrtini ʒ. j.

De fluxu rheumatis, ex Theod. Priſciano.

Si fluxus perſeuerant ſanguinis, vel humoris cholera variãtem moleſtiam fecerit, quem nos ῥοῦν appellamus, omnibus ſuperioribus imminendo conſtringendus erit, vel ſiccandus. Si quis verò etiam potionibus

A nibus curare velit, habet has potiones ſimiliter à nobis ordinatas. In his autem quæ ſanguinem vomuerint, aut dyſenteriæ vitio laborarint, ſi humaniùs res profecerit, vt veluti in chronicis mos fuerat, aliquando commoueantur, aliquando ſub blanda dimiſsione releuentur, quo tempore cycli nobis iam omnis ordo intendendus erit, & arripiendus vomitus, prius frequentiùs adhibendo, quam maximè poſt radicum acceptionem, exercitijs paulatim imminendum eſt, aeris mutationibus appetendis locis: iiſdem pſilotron, paroptesin, dropaces, ſynapiſmon appono: quibus omnibus perſeuerando, vim magnam rheumatis magnis valeamus adiutorijs ſuperare. Si ſanguineus & cum dolore fluxus fuerit, etiam phlebotomo eas expedit releuare, omnibus his ſupradictis ſtypticis imminendo.

DE MATRICIS HYDROPE.
CAPVT XXIII.

Ad matricem hydropicam. Priſc.

SIgna his ſunt hæc. Nares mucoſæ, oculi ægri, loca & corpus calidum. Cyminum, vuam paſſam, ſed modicum ſtacten, quod miſcens & peſſario appones. *Item:*
Rubi radices coque & bibat ieiuna.

B

DE MATRICIS FRIGIDITATE.
CAPVT XXIIII.

Ad matricem frigidam. Priſc.

SI matrix frigida ſit, dolet, & ſanguinem profert, & frigidus ſudor ſuperuenit.
R. terebinthinæ ʒ.ij. mellis. adipis anſerini ʒ.iiij. miſce, & vtere. *Item:*
Arthemiſiam, & adipem anſerinum, cum oleo roſato miſce & impone.

DE LVMBRICIS MATRICIS.
CAPVT XXV.

Ex Priſc. & Cleop. 1. & 2.

SI vuluæ brachia doluerint, ſcias hanc lumbricos rotundos habere, qui frequenter in ipſa vulua per inteſtina decurrunt: harum ergo prurit natura, & venter, & corpus, humor circa naturam, vt putent ſe rheumaticas factas, ſudor ſpiſſus eſt, & venter earum importunus. * Iris illyricæ radices tere, & rubi radices tunſæ & cribrellatæ, cum mali granati ſucco commixtæ, & ex eo maceratum peſſarium ſuppone, antea verò ex ipſo ſucco fomentabis. *Aliud:* *alibi Vlmi.*
De ſucco hederæ fomentetur, poſtquam vrinam fecerit.

C

DE GONORRHOEA MVLIERVM.
CAPVT XXVI.

Ex Theod. Priſciano.

ALiquando etiam ſpermatis ſpontanei & importuni fluxu fœminæ fatigantur, quod & Græci gonorrhœam appellant. Hæc quæ in viris hoc vitio laborantibus ordinantur, etiam fœminis conuenit adhiberi.

De eadem. ex Moſch. cap. 138. & lib. Matricis.

In hac valetudine quam Græci gonorrhœam appellant, ſemen per interualla mulieribus ſine aliqua viri cupiditate effunditur, ita, vt cum pallore & laſsitudine corpus earum tabeſcat. Eſt autem valetudo, quæ per fluxum occurrit, & fit ſemper chronica: Idcirco omnia, quæ conſtringere poſſunt, adhibenda ſunt. Nam & lamina plumbea renibus earum apponatur, & ita faſcientur, & ſtramentis * paucis & æſtiuis cooperiantur, ita vt ſpecioſos vultus hominum non videant. Nec de partibus venereis fabulæ cum ipſis miſceantur. In dialimmate vero metaſyncriticis ſolidandæ ſunt. Quorum omnium curationes habeo frequenter ordinatas. *Moſch. pauis.*

D

DE PVNCTIONE ET PRVRITV matricis.
CAPVT XXVII.

Cleop.

SI mulieri viduæ vel puellæ virgini dolor aliquis circa corpus compunctionem ac pruritum faciat, vt videatur virum concupiſcere, his periculum eſt, ne vitium incurationis incurrant. Vidua autem ipſa manum inijciat, & leuius habebit. Virgini autem ſuccurrendum eſt ſic: Fac illi ſimilitudinem virgæ naturalis de cera, & nitro, & cardamomo, ſecundum ætatis eius magnitudinem, ſed hæc diligenter tere & ſubijce, vt molle fiat, & ſit illic quandiu pati poterit, & carebit vitio. *Item:*
Fæces vini commixtas cum vino ſuaui decoque, & tepefacto, exinde ea foueatur, & ſanabitur. *Item:*
Herbam hellebori fac cum vino ſuaui decoquere, & tepefacto, exinde ea foueatur, quam herbam ſuis, a[illegible] * lucerti dicũt: deinde corticem de ſpina tinctum in puluerem redige, & ſuper ipſum locum aſperge. *forid lacerti.*
[It]em: Aqua marina tepefacta eam fouebis. *Item:*
Nitrum coctum cum * lotio, in quo adijcies lapides ardentes, & exinde fouebis. *Item:* *lycio, alibi.*
Frumentum vetus decoques in aqua, & exinde mulier ſe foueat.

Ad pruritum matricis. ex lib. Mat.

Reprimit pruritum matricis acaciæ ſuccus, aut lentiſci, aut mali granati, & violæ folia, aut mala granata [illegible] apposita, & ariſtolochiæ ſuccus, & aliqua ſtyptica, ſi ex eis fiat encathiſma. Sic fomentatio g[illegible]æ, aut pſidiæ, aut lentiſci decoctionis.

DE PARALYSI MATRICIS. A

CAPVT XXVIII.

Ex Moſch.cap.140.lib.Mat.& Cleop.1.

Cleop. coacta tamen ab vltimo concipit.

QVoties matrix paralyſin patitur, orificium eius cum frigore pannoſum & ſolidum fit,& ſine ſenſu, vt obſtetricis digitũ non ſentiat,ipſaq; mulier vſus venereos odit & fugit, & ſi * coacta fuerit,non concipit. Præterea ad deambulandum impeditur:menſtrua etiam aut retinentur,aut non ordinabiliter occurrunt. Curantur autem ſicut illæ quæ cum ſtrictura laborant,aut quæ cum dolore purgãtur.

** laxitate περὶ χαυνώσεως.*

DE MATRICIS LASSITVDINE*.

CAPVT XXIX.

Ex Moſch.cap.139.Cleop.1.& libro Matricis.

** laxam.*

MVlieribus * laſſam matricem habẽtibus,menſtrua abundanter & frequenter in menſe occurrunt cum faſtidio viri,ita vt ſæpius ſemen retentum,foras excludatur, & aborſus occurrat, & ad legitimum tempus pecus non perferant. Eſt autem excluſio ſeminis, vt id quod in communicatione viri ad conceptum matrix acceperat, id poſt primum, aut ſecundum, aut tertium diem foras excludat: aborſum autem ſecundo,vel tertio menſe,etiam formatum,ſed ſine anima & gracile pecus emittat. Crudus autem partus eſt quoties ante legitimum tempus, aut iam proximè ante legitimum diem, imperfectus effunditur infans. B Ad hanc valetudinem, benè hanc transferimus curam, quam in ſanguinatione matricis & in fluxu ordinauimus. Hæc * verò & per fluxum occurrit,& chronica eſt.

** enim.*

DE CASV MATRICIS SEV EIVS procidentia.

CAPVT XXX.

Ex Moſchione.

Signa.

MAtricis caſus fit, cùm infantem mortuum embriulcis adducimus, vel obſtetrices imperitæ cùm ſecundinas indirectum adducere conantur,vel aliquo ictu cùm ibi mulieres percutiuntur,ob hęc cadere ſolet:Aut relaxatis membranis illis,quibus ex omni parte continetur,& aliquando partes, aliquando omnis effunditur. Si verò orificium eius tantummodo cadit, cum dolore eſt: ſi verò tunica quæ intus eſt cadit,rugoſum corpus ſine dolore inuenitur. Si verò omnis matrix conuerſa effuſa eſt, ad ſimilitudinem oui,in muliebri ſinu inuenitur. Si autem omnis non conuerſa eſt,magnitudo quidem maior eſt,ita vt integrum ſchema matricis ſeruet: & ſanguinolenta quidem cum integro ſenſu, quoties ruptis crinibus qui eam continent,effunditur. Pallida verò & propè ſine ſenſu,quoties de paralyſi neruorum cadit.

Curatio. *Sinum fortè.* *al. euacuanda.*

Oportet ergo ſupinam iacere mulierem apertis pedibus, & ſi modò ceciderit, & adhuc ſan- C guinolenta eſt,& ſine feruore:aqua frigida vel poſca diligenter lotam, digitis vel ſpongia rotunda retrorſum eam repellere,& loco ſuo reuocare. Dehinc lanis vel ſpõgia poſca madefacta, * fœtum muliebrem implere,& competenter ligare, pedem etiam ſupra pedem obuoluere, & ceruicali renibus ſuppoſito,altiores partes ipſas faſciare,vel inferiores partes grabati fulcire,vel altiores renes mulier habeat. Deinde cibum ſimplicem dare. Si verò iterum ceciderit ſine feruore,primò * initianda eſt mulier, vt exinanitis ſtercoribus,ſic matrix reuocetur. Deinde ſtatim encathiſma adhibendum eſt,aut ex poſca frigida,aut ex aqua in qua decocta ſint lentiſcus, myrtus, celſa agreſtis, coria mali granati & roſa. Poſt quod encathiſma,illineda eſt matrix acacia vino ſoluta, vel * folio marino trito,& gallarum puluere, & geraſtam ſicut ſuperiùs dixi,cum vino illinenda & ſic reuocanda, ita vt & lanæ & ſpongiæ eodem humore madefactæ, ſinum mulieris compleant.

al. effecta.

Si verò hic diu remanendo pallida fuerit * poſita, ita vt exteriùs doleat, aqua quidem calida vel cum oleo dulci fomentanda eſt, vel ſucco fœnogræci, ſeminis lini, & maluarum, & ſic reuocanda. Aut ſi grandis fuerit feruor,phlebotomanda eſt mulier, & omnibus rebus chalaſticis ſicut paralyſis curanda eſt. Cùm autem frequentiùs reuocata ceciderit, & effecta fuerit chronica, benè tunc reuocauerimus,etiam ſtalticas cucurbitas lumbis & vertebris imponimus. Epithemata etiam diaphenicôn,vel diatheonôn emplaſtrum inducimus,deinde cibo curamus:primò analeptico reſumentes, dehinc & metaſyncritica coniungimus, in quo etiam metaſyncritica peſſaria apponimus, quæ conſtant ex nitro,vua paſſa & ficu infuſa. Si verò frequenti caſu alienata fuerit,vt nigreſcat,vtèris medicamentis, D quibus cancrum tollere conſueuimus, vel ferro nigredinem ipſam alienatam & mortuam præcidimus. Si verò omnis matrix fuerit nigra totum præcidimus. Nec mirum videatur & incredibile,quia dixi pręcidimus, ſiquidem antea paulatim valetudine alienatur & moritur: ſic eam tollimus, * aſſerunt, quòd frequenti caſu eſt vulnerata, aut in ſinu muliebri cohærere ſolet, aut in pinnaculis ipſis conglutinari. Quam rem ſapere & difficile & moleſtum. Nobis autem placet ſic eam dimittere, ſiquidem mulieres plurimas diutiùs vixiſſe antiquitas affirmat.

Si matrix exierit & tardauerit, foris & vlcerata ſit,hoc peſſario curatur. Priſc.

al. roſacei.

R. ceræ tyrrhenicæ ʒ. viij. medullæ vitulinæ ℈. xvj. opij, croci ana ℈. j. * roſei ciathum j. peſſario impone.

Peſſarium ad declinationem & tumorem. Moſch.

R. croci,œſypi ana ʒ ij.medullæ ceruinæ ʒ.iij reſinæ terebinthinæ ʒ.s.adipis anſerini,gelamina ouorum elixa ʒ.j.oleum irinum & roſeum æquis ponderibus commiſce,& vtere.

Peſſarium ad idem,& ad durities matricis. Moſch.

R. ceræ punicæ obol.j.adipis anſerini,medullæ ceruinæ obol j.& s.œſypi ʒ.iiij.

DE

A DE VVLNERATIONE MATRICIS.
CAPVT XXXI.
Ex Moſch. Cleop. 1. & lib. Matricis.

HAec valetudo aut de vulneribus in matrice poſitis fit, aut difficili partu, aut cùm pecus adducitur, vel inciditur, matrix ſcilicet vulnerari ſolet. aliquando in acredine medicaminum inuritur. Subſequuntur autem hæc ſigna: * Dolor partis illius vbi vulnus eſt poſitum, humor etiam fertur odore & colore varius: & aliquando plurimus, aliquando modicus, ſcilicet propter differentiam vulneris. Si vero in feruore fuerit vulnus, * dolor grandis efficitur, vel maximè ſi in orificio vel in collo matricis vulnus fuerit poſitum, feruor, & tenſio, & pulſus ibi ſentitur, humor autem modicus, & ſanguinolentus, & fæculentus fertur. Si verò ſordidum fuerit effectum, dolor quidem aliquantulum minuitur, humor autem liuidus, & quaſi cum raſuris, & purulentus abundans fertur. Si verò & cancerari cœperit, odor putridus ibi naſcitur, quem ſuſtinere non poſſis, frequentiùs etiam ſanguinatio fit, ſanies nigra fertur, dolor capitis & ceruicis cum conſenſu oculorum & * inguinum, febres * acutæ, tabes corporis, ita vt illa quæ laxare poſſunt malè accipiant, & ea quæ conſtringant vtiliter apponantur. Cùm verò * limpidum vulnus fuerit effectum, & dolor & * tumor minuuntur, odorque malus recedit, ipſaque ſanies limpida & coagulata erit. Cùm verò cœperis his vulneribus curam adhibere. In feruore (quidem) poſitum
B in vulnus ita curabis, ſicuti habes curam matricis in feruore poſitæ. Ad ſordidum autem vulnus, ſuccum ptiſanæ cum abundanti melle frequenter encolpizas, & tetrapharmacum in oleum liliaceum ſolutum apponis, vel mulſa in aqua, vbi decoctum eſt fœnogræcum, & tritici furfures excoriatos, bene & lenticula ex eadem mulſa encolpizas. Si verò diutius ſordidum remanſerit vulnus, benè illuc ad mulſam & marrubium admiſces. Nam & orobi pollines, & ireos illyricæ cum melle bene appones, & à foris de pollinibus orobi cataplaſma in orificium imponis. Cùm verò vulnus cancerauerit, ſi locus ipſe hic in proximo fuerit poſitus, vniuerſa medicamina, quibus ad cancrum vtimur, illuc benè apponis. Si verò intus fuerit nimium canceratio, difficilis & periculoſa cum effectu eſt. Non enim poſſumus ad locum medicamen apponere, & cùm inijcere quærimus, etiam ſanas partes vexamus. Quare oportet nos intus quidem leuioribus vti medicamentis, foris verò * calidis cataplaſmatis ex plurimo melle & modico oleo, & fœnogræco elixato & cum palmulis terere, & admixto modico vino vel aceto, tepidum cataplaſma imponere, vel in orificio frequentiùs vtaris. Intùs autem ſuccos herbarum, plantaginis & zonzur, vuæ lupinæ & intyborum, vel ſolos ipſos, vel cum vino modico admixto vel aceto, & ſic inijce. Si vero nimietas cancri * affuerit, coria mali granati cum folijs roſæ, & turionibus oliuæ & oleaſtri, cupreſſi, etiam melia & mala cydonia in vino coquimus, & ſic aut ſolum encolpizamus, aut ipſi humori admiſcemus alumen ſciſſum, vel acaciam, vel lycium indicum, vel hypociſthiden. Melius autem faciemus, ſi
C ex ipſo humore & encath ſima adhibeamus. Releuata vero in aliquantulum cauſa, poſſumus & diacardon cum aquata poſca inijcere, vel antheram ibi ſoluere, & omnibus vti iniectionibus, quas in dyſenteria habes poſitas. Sanata verò canceratione, quod vſu probari poteſt, iuxta proxima loca ſi omnis ægritudo ceciderit, ex eo quòd & dolor minuitur & feruor receſſerit, febres etiam trãquillitatæ ſunt, conuertere debebis (curam) ad vniuerſa, quæ feruorem laxare poſſunt, cibiſque humidioribus vti, in remiſſione ſcilicet febrium aut doloris. Cùm verò limpidum fuerit vulnus, iam poſſumus & varios cibos & vinum dare, & lauacro vti. Vniuerſo reſumpto corpore, poterit vulnus ad cicatricem peruenire. Quo tempore benè vtimur humectatione illa vini, in qua decocta ſint roſæ folia, & cydonia mala, & meſpilla, vel ſorba, vel lenticulæ, ita vt ſuperiùs dixi, ex ipſis rebus encathiſmate vtantur. In peſſario verò diamorôn bene apponitur, aut diacadmia vel dialadanôn oleo competenti ſoluta, quæ medicamenta, etiam foras ad vmbilicum, & inferiùs neceſſariò inducimus, ſicuti cataplaſmata, vel his quæ à foris ſunt impoſita. Altitudinem ſic poterit penetrare, & emplaſtrorum virtus à foris inductorum, & intus poſita vulnera ad cicatricem (peruenire) quoniam cum inueterata fuerint vulnera, vel non competenter fuerint curata, cancrum in matrice facere ſolent. Idcirco curam huius ſubiungemus.

Signa.
* Cleop. 1. dolor capitis fit, vbi vulnus eſt.
feruor.
* Cleop. ceruicis.
lib. Mat. legit vnguium.
* lib. Mat. habet fœtor oris.
* lib. Mat. lapideum.
* humor lib. Mat.
Curatio.
Cleop. tepidis.
Moſch. excreuerit.

Peſſarium de ix. rebus, quod facit ad vulnera matricis recentia & feruorem. ex Moſch. & Cleopatra priore.

℞. ceræ tyrrhenicæ, reſinæ terebinthinæ, adipis anſerini, butyri ana obol. j. mellis, medullæ ceruinæ,
D olei roſati, œſypi, adipis taurini ana obol. ij. miſce.

Peſſarium ad vulnera matricis, & omnes eius infirmitates, & dolores. Moſch.

℞. ſeui taurini, æruginis campanæ, reſinæ, oſtreæ vſtæ & in puluerem redactæ ana obol. j. adipis anſerini ʒ. ij. ſucci mali granati quantum ſufficit, de his omnibus peſſarium conficies, & vteris.

Peſſarium ad omnia vulnera, & calefactiones, & tumorem, & dolorem matricis. Cleopat. 1. Moſch.

℞. ceræ punicæ, butyri ſine ſale ana ʒ. x. œſipi, ſeui ceruini ana ʒ. viij. adipis anſerini ʒ iiij. olei roſati quod ſufficit miſce: facit verò & ad dolorem lumborum, & ad tumores, & omnes infirmitates.

*Peſſarium deſiccatorium ad * vulnera rheumatizantia, & ad omnia vulnera, & ad omnem ſcabiem. Cleop. priore & Moſch.*

* Moſch. ad vulnam rheumatizantem.

℞. ſtybeos ʒ. ij. thuris maſculi ʒ. ij. plantaginis ſuccum accipies & appones, de ſtybea & thure facto puluere ſucco plantaginis cõſperges, & ſiccetur, quando volueris vti, teres cum albumine oui & vtêris.

Peſſarium magnum ad vulnerationem, & ad omnem ſcabiem nimium probabile. Moſch.

℞. thuris maſculi, maſtiches, ceruſſæ, galbani ana * ʒ. iiij. ceræ punicæ obol. j. pompholygos * ʒ. viij.

Cleop. drag. iiij.
* Cleop. drag. ix.

hæc omnia tere ſine pompholyge, & cum modico vino albo commiſce & tere, poſtea mitte pompholygen,& ſoluens ceram & olei liliacei obol j.immittes,& vteris. A

DE VLCERIBVS MATRICIS.

CAPVT XXXII.

Ex Priſciano.

R. adipem porcinum,& in molli lana ſuppone. *Item:*

R. oui teſtam,& ſeſeleon cum roſaceo miſce,& impone.

Ad vlcera matricis à peſſarijs, menſes aut abortum cientibus. Theod Priſc.

Si vlcerata ex his matrix fuerit, quibus vlceribus internis putredo frequentiùs ſociatur, aduertes ex egeſtionibus,quatenus debeas cauſæ ſuccurrere,adhibendo diachartum,Athenen trochiſco ex auri pigmento,calce viua,ſandaracha & charta combuſta,& cæteris ſimilibus ita confectu & temperato ex ſuccis omnium ſpecierum in capite de hæmorrhagia ſupradictarum.

Ad vlcera matricis ex partu. Priſc.

R. olei ℈.iiij & butyrum vetus,miſce & fac peſſarium & ſuppone.

Ad matricem quæ exierit,& tardauerit foris,& vlcerata ſit. Priſc.

R. ceræ tyrrhenicæ ʒ.viij medullæ vitulinę ℈.xvj opij,croci,ana ℈ j.roſei cyathum j peſſario impone. B

Ad vlcera in corpore (matricis) à prurigine. Cleop.2.

Fæces vini cum vino ſuaui coque,& eo tepido foue. *Item:*

Nitrum coctum tere cum lycio,& immitte lapidem ardentem,& inde foue. *Item:*

Frumentum vetus coque in aqua,& inde foue.

Ad vlcera & vitia vuluæ ſordida vel putrida. Cleop.2.

R. arſenici obol.j.chartæ combuſtæ obol j.& s.elaterij obol.j. lathyridis obol.j ſulphuris viui obol.j. teres & illines,aut in peſſario ſubijcies bis in die & nocte,& curaſti eam. *Item:*

Styracem contere cum oleo roſato,& in peſſario ſubijce. *Item:*

Cyminum,& nitrum,& œſypum ana contere,& paſſi modicum mitte,vt ſit mellis craſsitudo,& in peſſario ſubijce.

Ad tumorem vlceris & inflationem,& ſi vrinam non fecerint. Cleop.2.

R apij ſeminis obol.j anethi obol ij. piperis longi obol.j. caſtorei obol.iij opij obol.vj. tere, & cum melle confice,& in peſſario ſubijce. Dein ſi opus fuerit, da ad magnitudinem auellanæ cum aqua calida, ieiuna bibat,vel ſerò poſt interuallum cœnæ,vel iuxta virtutem,ſi febrierit,ſine periculo dabis.

Potio ad idem. R. tragacanthæ aut myrrhæ ℈.iij,cum aquæ cyathis iij tere,& ex eo da mane ieiunæ quandiu oportuerit. *Aliud:* C

R petroſelini cribrellati ℈.v.cum calidæ cyathis tribus,da cum aqua mulſa.

DE CVRATIONE CANCRI MATRICIS.

CAPVT XXXIII.

Ex Moſchione & lib. Matricis.

Signa cancri. Cancro in matrice poſito,aliquando cum vulnere eſt,aliquando ſine vulnere, & cum punctionibus dolor occurrit omnem vicinitatem pulſans, ita vt ad renes & ad vertebras, & ad vmbilicum dolor perueniat,& cùm * ambulare voluerint, tunc maximè contingit vniuerſi corporis inæqualitas cũ horripilatione,dolor capitis (adeſt) & neruorum cum oculorũ baſibus, ſudores frigidi, animi defectio, languor & difficilis reſpiratio,ſomnus modicus,& cibi faſtidium. Si verò vulnus habuerit,& humor putridus & fæculentus fertur frequentiùs, & ad tactum duritia quædam ibi inuenitur. Habet autem hæc valetudo acceſsiones,& dialimmata, vt quoties in acceſsione eſt, cibus quem acceperit, aut corrumpatur,aut in totum reijciatur, ventrem etiam ſolutum faciat, tuſsicula quoque ſicca occurrat. *Curatio.* Cùm verò dialimmata ſunt,id eſt cum leuiantur prædicta omnia,aut ex parte cedunt, aut tranquillantur. Quoties ergo in acceſsione inuenitur, rebus paragoricis curandus eſt, ita vt ſi cum abundantis humoris affluxu fuerit,ſtalticæ res apponantur: ſi cum feruore chalaſticæ: ſolicitè tamen omnia hæc facienda ſunt,ſiquidem omnibus rebus, quæ apponuntur citò in peius prouocari conſueuit. Quare ergo ſi cum fluxu fuerit,benè oleum roſatum tepidum inijcitur,vel herbæ canicularis,aut plantaginis aut iptyborum ſuccus, ita vt aut ſoli ſucci inijciantur, aut admixto modico vino, in quo decocta ſint roſæ folia, & melilotus & crocus, * quibus intincta peſſaria apponi poſſunt. Si verò feruor fuerit, & illa ſigna acceſsionis occurrerint, oleum dulce, ſed non valde calidum, inijciendum eſt, aut ſimplex cum modico melle apponendum peſſario, quod etiam aliquando adipes recentes anſerinos vel gallinaceos accipiat, & ſic apponatur,quin & fomento,& encathiſmate,& vaporationibus,& cataplaſmate à foris bene vtimur. Cibus ipſius cum palmulis teratur. Cùm verò dialimma venerit,analeptico cibo primò reſumenda eſt. Dehinc & paulatim latenter metaſyncritica ſubiungenda ſunt: ita enim omnes ex nimietate exceſſus huic valetudini ſunt contrarij, vel maximè tamen cibi indigeſtio, quæ hanc valetudinem ad periculum applicare conſueuit. Hac verò diligentia,& ſi mulier in totum curari non poterit, vel non grauiſsimis doloribus torquetur,& ſine tormento diutius viuere poteſt. Multi autem cùm temporibus ſeruire non nouerint, & rebus acerrimis in ipſa acceſsione vtantur,aſſeuerant quod nullis medicaminibus hæc valetudo conſentit,cùm imperitia eorum,quicquid appoſitum fuerat reprobari videatur. D

Moſch. anhelare.

Mat. liber, quæ etiam in peſſario apponi poſſunt.

Ad eadem. Priſcian. & Cleopat.1.

Si quæ cancrum in matrice habuerit, ſit dolor in ventre & ſede,vt putet ſe ſpinam,vel lignum habere in ventre,aliquando fit effuſio ſanguinis cum vrina.

* Vitem

A * Vitem ſyluaticam,& alumen ſciſſum,& nitrum in ligno tere, & cataplaſma impone,facit ad omnem paſſionem,& vlcera,& carcinomata mulierum tam in matrice,quàm in toto corpore. *Cretam ſilicaticam. Priſc.*
Præterea impone ſuccum ſolani cum adipe anſerino æquali menſura,& vtatur in peſſario. *Item:* Raphanum tere cum melle,& appone,& vtere hiera & myrrha.

DE FISTVLIS MATRICIS.
CAPVT XXXIIII.
Ex Moſch.

SVbſequitur cancri curationem ſchema de fiſtulis in matrice poſitis, quod transferre nolui,ſiquidem obſtetricibus ſuperuacuè hæc inſinuauerimus,cùm & peritiſſimos Medicos ad inſpiciendum & curandum hæ fiſtulæ turbare poſſint.

DE VARIIS PESSARIIS MATRICI ſeruientibus.
CAPVT XXXV.

HActenus de his ſatis dixiſſe videor. Nunc quem ad modum peſſaria fiunt, quæ etiam vocabula habeant,quàsve differentias & ad quam rem proſint,demonſtrabo. Primum peſſarium quod dicitur B * colops,quod & tyridon dicitur,quaſi collyrium medicinale,ſed longius atque plenius nimirum trium vel quatuor digitorum,maximè ad eas,quæ aborſum facere feſtinant,& intrinſecus loca attingere poſſint. Deinde aliud peſſarium eſt,quod vocatur * ſplendonis,quod ex lana fit, & in latitudinem modicam deducitur,lateribus ſcilicet collectis,& fit denſus. Dehinc in medicamento linitur parte vtraque, & cum ſubiectum fuerit,ſupplicatur, ita vt caput eius foras dependeat,quo facilius auferri poſsit. Balanum,quod & ſcyanus Aegyptius dicitur, aliud peſſariorum genus eſt, aliuæ * maioris magnitudinem habens, & de quocunque medicamento illiniatur, in lana inuoluitur, quæ & ipſa quoque vnctionis remedio tacta,in ſe inuoluta pariter, ſubijciatur: ad dolorem vuluæ, aliquando etiam ſinguli medicamento,quod ad vitium vniuſcuiuſque rei oportebit,illinitur. Scyanus qui dicitur,ſiccus inijcitur,& facit ad ſiccitatem quæ conceptui reſiſtit: formatur autem eodem modo vt balanus, minor quidem, ſed eadem ratione: aliquando ſiccus ſubijcitur antè vt dixi ad os vuluæ. Aliud verò croceus dicitur, hoc ita lana molli colligendum eſt, vt capacitatem vuluæ ſupplere poſſit, & prodeſt eis, quæ ab oppreſsione vuluæ vexantur. Aliquando etiam huiuſmodi mulieres lanam ſibi ſubijciunt,quoties maſculum in concubitu ſuſcipere volunt,& ſæpe nocet, ſi caput vuluæ à lana ſtipatum prematur. Quo facto, vulua ſine vulnere intumeſcit,cuius remedium capite de * tumore vuluæ ſupraſcriptum eſt. Nunc etiam neceſſariò adiungimus peſſariorum compoſitiones, quæ ad diuerſas valetudines facere poſſunt, & ab antiquis diligen- C ter ſcripta ſunt.

Col. p. al. alias — *al. ſplendonius.* — *al. minoris.* — *ex Moſ. h. 120.*

Peſſarium ad infrigidationem matricis,& quæ ſub vmbilico dolet, purgat,relaxat,& menſtrua deducit ſine dolore,& facit ad eas quæ non purgantur,ad conceptum.ex Moſch.& Cleop priore.

R. ſpicæ nardi ʒ.x. * facis gallici ʒ.ij.aluminis iudaici ʒ.ij.xylobalſami ʒ.iiij. Calami aromatici * ʒ. vij.croci ʒ.j.libani,iris Illyricæ,ana * ʒ.iiij.coſti, bdellij ana ʒ.iij. (ʒ.iiij.) myrrhæ trogloditicæ ʒ.ij. terebinthinæ ʒ.xv. (xvj.) ſtaphis agriæ heminam j.mellis tantundem,confice ſimul & vtere. *Cleop ſaſces gallicos.* ** Cleop. viij.* ** Cleop. al. drag. ij.*

Peſſarium conceptorium,ad tumorem & calloſitatem matricis,& ad duritias matricis. ex priore lib.Cleop.& Moſch.

R. ceruſſæ,medullæ ceruinæ,ceræ punicæ, butyri,olei glaucini,& nardini ana ʒ.j. (ʒ.ij) reſinæ,terebinthinæ,maſtiches,thuris maſculi, ſpumæ argenti, æquis ponderib. vt ſuprà ſcripta ſunt, quæ ſicca ſunt tundes,& cribrellabis,& ſolues ſupradictas ſpecies,& vtèris,permagnum eſt & probatiſsimum.

Peſſarium ad omnia vulnera,& calefactiones, & tumorem, & dolorem matricis.ex priore lib. Cleop. & Moſchione. Facit etiam ad dolorem lumborum, & ad tumores, & omnes D *infirmitates.*

R. ceræ punicæ,butyri ſine ſale ana ʒ.x. œſypi, ſeui ceruini ana ʒ.viij.adipis anſerini ʒ iiij. olei roſati quantum ſufficit.

Peſſarium ad eas,quæ tumorem habent in matrice,aut pars eius euulſa eſt,aut vexata de ſtrictura,aut de feruore laborant,aut quæ non purgantur.
Ex Moſchione.

R. adipis gallinacei,adipis anſerini,adipis taurini deſuper renes,adipis porcini recentis,medullæ ceruinæ,ceræ punicæ,olei glaucini, olei irini,olei cyprini,olei nardini, ſucci hyſſopi ana obol.iij. reſinæ terebinthinæ,reſinæ frixæ ana obol.j.

Peſſarium aliud chalaſticum, ſi dolor fuerit in matrice,aut impedimentum ad ambulandum. ex priore lib. Cleop.& Moſch.

R. ouorum gelamina elixata * ij.croci ʒ.iiij. hyſſopi,farinæ tritici ʒ iiij.medullæ ceruinæ obol.ij.ceræ punicæ obol.ij. &.s.adipis anſerini, terebinthinæ ana obol.j. Medullam, & ceram,& adipes coques: ſpecies verò tunſas & in puluerem redactas,cum gelamine ouorum miſces, & illud quòd coctum eſt tepidum immiſcebis,& vteris. ** Moſchion. drag. ij.*

Peſſarium ad matricis motionem,& apoſtema, & ignem ſacrum,& febres,& apoſtaſim, & caligines,& punctiones doloris mirè iuuat.ex Cleop.lib. priore.& Priſciano. A

R. ceræ,medullæ ceruinæ ana ʒ.vij.terebinthinæ,adipis anſerini,ana ʒ.iiij.olei cyprini obol.ij. vtatur in peſſario.

Item ad pectinis dolorem, & dorſi, & ventris, & frontis, & quæ ſtare non poſſunt. Priſc.

Adipem anſerinum & myrobalanum cum vino mellino tere,& in linteo appone.

Peſſarium ad omnes matricis dolores,& infirmitates,& vulnera ex Moſch. & Cleop.1.

* Cleop.ceruini. R ſerui * taurini,æruginis campanæ, reſinæ, oſtreæ vſtulatæ,& in puluerem redactæ ana obol.j. adipis anſerini ʒ.ij.ſucci de malis granati quantum ſufficit.De his omnibus peſſarium conficies,& vteris.

Peſſarium aromaticum ad eas quæ difficile impregnantur,& ad duritiem & conſtrictionem matricis.ex Cleop.lib.1. & Moſchione.

* Taurini. R. adipis * anſerini,olei veteris,ceræ punicæ,olei nardini,terebinthinæ, medullæ ceruinæ,ſucci hyſſopi,butyri ana obol.j.ſolue hæc omnia lento igne,& appone thuris maſculi in mortario triti obol.j.ſpumæ argenti,ceruſſæ ana obol.j per ſe in alio mortario trita,poſtea commiſce omnia & vtere. B

Peſſarium paragorizatiuum,hoc eſt,quod mitigat omnes dolores & omnes inflationes. ex lib priore Cleop.& Moſchione.

R. fœnogræci,ſucci ſeminis lini, olei dulcis ana obol,j. coque ſuccum & oleum ad conſumptionem ſucci, deinde adde ceræ punicæ obol j. depone ab igne vt frigeſcat, & appone adipis paſſerini obol j. (Moſchion.adipis de paſta)gelet,& vtere(Moſch.cola,& vtere.)

Peſſarium relaxatorium. ex Moſch.

R. adipis paſſerini, axungiæ, adipis anſerini, ceræ punicæ ana obol j. olei cyprini obol. iij. miſce ſimul,& vtere.

Peſſarium malaſticum.ex Cleop.1.& Moſchione.

R. ceræ thyrrenicæ obol.iiij. (ʒ.ix.) adipis anſerini, œſypi ana ʒ.viij. medullæ ceruinæ, croci ana ʒ. iiij.reſinæ terebinthinæ ʒ ij.mellis cotylam vnam(quantum ſufficit) olei roſati quantum ſufficit miſce.

Peſſarium malacticum ad durities,& ad declinationem matricis. Moſch.

R. ceræ punicæ obol.j.adipis anſerini,medullæ ceruinæ obol.j.& s.œſypi ʒ.iiij.miſce.

Peſſarium Libianos. Cleop.1.Moſch.

R. ſtyracis,maſtiches,adipis gallinacei, medullæ ceruinæ, olei cyprini ana obol.j. ceræ tyrrhenicæ obol.ij.miſce. C

Peſſarium quod duritiem, feruorem, tumorem & conſtipationem tollat. ex Cleop.1.& Moſchione.

R. adipis gallinæ, porci,medullæ ceruinæ,ceræ albæ & punicæ,thuris maſculi, maſtiches,olei lentiſcini,olei communis,ceruſſæ,butyri ana partes æquales,hæc omnia compones & peſſarizabis.

Peſſarium relaxatorium.ex Cleop.1.Moſch.

R. ceræ obol.ij. & s.adipis anſerini,taurini, olei roſati ana obol.ij. terebinthinæ obol.j. & s.ceroti, œſypi,butyri,medullæ ceruinæ ana obol.j.tere & vtere.

Peſſarium chalaſticum ad duritiem & inflationem matricis ſic conficies. ex lib.Cleopatræ priore.& Moſch.

R. cedriæ obol.j. adipis faſiani, butyri ana obol.ij.olei liliacei. obol.vj. axungiæ porci obol iij. adipis anſerini obol.j & s.medullæ ceruinæ, terebinthinæ ana obol.iij. ceræ obol.vij. olei nardini obol.ij. ſolues ſpecies & admiſcebis oleum , & temperato medicamine curabis , & miraberis effectum. Primò encolpiſinum parabis,& ſic curabis de iſto medicamine.

R. ſucci fœnogræci, ſucci ſeminis lini, ſucci ptiſanæ ſingulos calices minores , & mellis merum j &

* hoc. * ſic pertriduum facies,& ſic medicamen adhibebis vt nullum ſit impedimentum. D

Peſſarium aromaticum ad duritiem matricis. Cleop.1.

R. reſinæ terebinthinæ ʒ.ij.ceræ punicæ ʒ.viij œſypi, butyri,croci, medullæ ceruinæ ʒ.iiij olei obol. iiij.adipis porcini,ſpicæ nardi,pollinis fœnogræci & meliloti ʒ j.caſsiæ,coſti ʒ.ij,

Ad eas quæ antè & retrò patiuntur,etiam in coxa, & per totum ventrem, neque ſurgunt,neque dormire poſſunt.

R. butyri ʒ.iij.medullæ ceruinæ ℈.ij.tere,commiſce,& vtere.

DE MAMMILLARVM AFFECTIBVS. CAPVT XXXVI.

Ad mammillarum dolorem,vel ſi doluerint ad partum.ex Cleop.lib.2. & lib.Matricis.

OVorum,vnde pulli excluduntur,teſtam, & ouorum coctorum vitella tria tempera diligenter,& aliquantulum olei roſati,& ceræ quantum ſufficit,& fac cerotum & in linteo inductum impone.

Item: Ceram & adipem porcellæ virginis recentem ſimul tere, & olei roſati quantum ſufficit, & in linteo inductum impone. *Item:*

Fœnogræcum ex aqua decoctum,& appone.

A *Ad tumorem & dolorem mammillarum. ex Cleopat.2.*

Ammoniacum tritum cum aqua frigida, mammillis illine, & ſuperpones folia lactucæ aut cauliculi, ſtatim iuuat. *Aliud:*

Folia perſici tunde, & impone, aut fœnogræcum coctum tere, & vt cataplaſma impone.

Ad tumorem mammillarum. ex Priſciano.

Ceram cum oleo coque donec ſoluatur, & ſic tere & ſimul cum cera ſolue, & cataplaſma impone.

Ad cancrum mammillarum. ex lib. Mat.

Pulegium tritum in lana ei ſuppone.

Ad duritiem & vlcera mammillarum, & ſi vermes habeant. ex lib. Mat.

Ariſtolochiam rotundam cum melle impone, vel ſuccum radicis eius illinito. *Item:*

Symphoniacæ folia cum axungia tere & impone. *Item:*

Quinque folia tere, cum axungia impone. *Item:* Cerotum ad idem.

R. ceruſſæ obol.j. adipis anſerini obol.ij miſce, & in linteolo impone.

Ad vbera vlcerata. ex Priſciano.

Portulacam tere cum oleo roſaceo, & in linteo impone.

B *Ad duritiem vberum, & inflationem, & carcinomata, & omnem paſsionem. Priſc.*

Caulem viridem tere, & cataplaſma fac. Succum autem eius ſpiſſum illinas.

Ad vlcera & cancrum, hoc eſt, diathesin.

Folia hederæ coque fortiter, & ex apozemate fomenta.

Vt virgini mammillæ non creſcant. ex lib. Mat.

Ceram cum oleo lentiſcino ſolue & ſuperliga. Policariæ ſemen & cicutæ ſemen miſce. In aqua papaueris decoctum ſit, & in linteo inductum ſuperpone, & liga per dies tres, quarto verò die ſolue ex aqua frigida.

Vt puellæ vbera non creſcant, nec pueris teſticuli. ex Priſciano.

Herbam meliſſam tere, & emplaſtrum fac, & impone. *Item:*

Semen papaueris coque, & in aqua pluuiali tere, & in linteo impone diebus tribus & faſcias. *Item:*

Ex cinere cataplaſma tribus diebus.

DE PARERGIS QVIBVSDAM.
CAPVT XXXVII.

C *Ad vitia quæ iuxta anum naſcuntur. Cleop.2.*

R. ceruſſæ obol.ij. medullæ ℈.ij. ad prunam ſolue, & in ſpuma argenti pari pondere tempera, & miſce, & adde vini & olei quantum ſufficit. *Item:*

Oeſypum cum roſaceo tere, & vtere.

Ad condylomata quæ in ano naſcuntur. ex Cleop.2.

Marrubium combure & aſperge, vel roſam ſiccam cum vini quartario, vt ſit ſicut mel, tere, & poſt miſce & lentiſci aliquantulum in vaſe nouo coque cum roſa in vini ſex.j. ad mellis ſpiſſitudinem, & ſi vis cum micis panis, & in linteo impone.

Ad dyſenteriam. ex lib. Mat.

Rore radices palo ligneo effoſſas excoria, & cortices in vino nouo coque, & da ieiunæ per triduum.

Potio ad ſomnum. ex Cleop.2.

Apij ſeminis ℈.ij. opij ℈.j. in vino dulci da bibere, donec vadat dormitum. *Item:*

Iuſquiami ℈.iij mandragoræ ℈.s. & vini vel aquæ ſext. da maximam potionem ℈.j. & s. mediam verò cum ℈.s.

Si aſſellare non poterit. ex Cleop.

Mellis cochlearia quinque, & pauca ſalis grana in pultario coque, donec fiat nigrum & ſpiſſum, & fac

D collyria, & in anum mitte. *Item:*

Stercoris ſoricis grana viij. vel xxj. & aluminis modicum cum melle tere, & lanam in eo macera, & in anum ſubijce: aut ſpiſſum ſit, collyria ſingula fac, & ſubijce.

Ad vrinæ difficultatem. ex Moſch. & Cleop.1.

Altheæ radix in vino decocta ſi bibatur, vrinæ difficultatem ſoluet.

Potio ad ſomnum. ex Cleop. priore.

R. caſtorei mundi ℈ iij. opij ℈.j.s. hæc ſimul in mortario trita cum melle commiſce quouſque malagma fiat, poſt conde. Vnde dabis pillulas in modum fabæ minoris in hemina dulcis vini, doloribus maximè prodeſt, facit etiam ſomnum grauiſſimum tandiu donec eadem hora perueniat, qua illud medicamentum acceperint, & ſic à dolore liberantur.

Vt candidæ fiant manus & collum. Priſc.

Farinæ orobi obol.ij. nitri ℈ iiij. ptiſanæ obol.j tere, & cum aqua laua.

Parergon etiam hoc, cuius titulus eſt, Ad inciſionem faciendam. ex Cleop. libro priore.

R. ſymphoniacæ radices, fella de tribus pullis, ireos, aloen hepaticum, maſtichem & parietariam, hæc puluerizata & cum melle confice, & panno inductum fronti ſuperliga.

F I N I S.

EROTIS MEDICI LIBERTI IVLIAE. A

Quem aliqui TROTVLAM *ineptè nominant,* MVLIEBRIVM LIBER, longè quàm ante hac emendatior.

HOC libro, fœminei ſexus morbi & paſſiones ante & poſt partum, cum reliquis partui item inſeruientibus: ac ſimul infantium & puerorum à partu cura, nutricis delectus, ac reliqua huiuſmodi: & affectiones quadam vtrique ſexui contingentes, experimenta denique variarum ægritudinum, cum quibuſdam medicamentis decorationi corporis inſeruientia, edocentur. B

Prologus, qui eſt de natura muliebri, & menſium fluxu.

CVM auctor vniuerſitatis DEVS, in prima mundi conſtitutione, rerum naturas ſingulas,
iuxta genus ſuum diſtingueret, naturam humanam ſupra cæteras creaturas ſingulari di-
gnitate condidit. Huic enim, ſupra aliorum animalium conditionem, rationis & intellectus
libertatem dedit. Propterea volens eius generationem perpetuò ſubſiſtere, in ſexu diſpa-
ri, maſculum & fœminam creauit, vt eorum fœcunda propagatione nunquam deſineret e-
mergere futura ſoboles. Quorum quidem complexiones grata quadam commixtione, contemperans,
naturam maſculi calidam & ſiccam, fœmellæ verò frigidam & humidam conſtituit: quò cuiuſque alte-
rius complexionis exceſſus, mutua qualitatum contrariarum repugnantia coerceretur: adeò, vt viri con
ſtitutio calida & ſicca, mulieris frigiditatem & humiditatem: & econtrà, huius natura frigida & humida,
illius complexionem calidam & ſiccam remulceret. Similiter vt maſculus qualitate fortiori dignus, in
mulierem tanquam in agrum ſemen effunderet, & mulier qualitate debiliore prædita, tanquam viri of-
ficio ſubdita, ſemen effuſum in gremium natura ſuſciperet. Quoniam ergo mulieres natura ſunt viris de-
biliores, hinc eſt quòd in eis ſæpius abundant ægritudines, maximè circa membra operi naturæ debita:
quæ cùm in loco ſecretiori accidant, ipſæ propter verecundiam, & conditionis fragilitatem, non audent
anguſtias ſuarum ægritudinum medico reuelare. Quapropter ego, miſeranda illarum calamitate, præ- C
ſertim cuiuſdam matronæ inſtigatione, compulſus, incœpi diligentius contemplari de ægritudinibus,
quibus fœmininus ſexus ſæpiſſimè moleſtatur. Cùm itaque in mulieribus non tantus abundet calor,
qui prauos & ſuperfluos, qui in eis quotidie congregantur, ſufficiat conſumere humores: nec tantum la-
borem valeat earum debilitas tolerare, vt per ſudorem poſsit ad exteriora illos natura expellere, ſicut in
viris: ideo ipſa natura, propter defectum caloris, eis præcipuam quandam purgationem deſtinauit, ſcili-
cet menſtrua, quæ vulgus flores appellat. Nam ſicut arbores non producunt ſine floribus, ſic mulieres
ſine proprijs floribus, conceptionis officio defraudantur. Hæc autem purgatio contingit mulieribus,
ſicut de nocte viris pollutio. Semper enim natura grauata quibuſdam humoribus, ſiue in viris, ſiue in
mulieribus, iugum ſuum nititur deponere, & laborem minuere. Solet prætereà huiuſmodi purgatio mu
lieribus contingere circa decimumtertium, vel quartumdecimum annum, vel paulo citiùs, vel paulo
tardiùs, ſecundum quod in eis magis, vel minùs abundat caliditas vel frigiditas. Durat autem vſque ad
quinquageſimum annum, ſi eſt macra: quandoque vſque ad 60. aut 65 ſi eſt humida in mediocriter pin-
guibus vſque ad 45. Si autem debito tempore & ordine contigerit talis purgatio, exonerat ſe compe-
tenter natura à ſuperfluis humoribus. Si verò menſtrua plus vel minùs exierint, quàm debent, plures æ-
gritudines inde emergunt. Quoniam inde minoratur appetitus tam cibi quam potus. Quandoque fit D
vomitus & quandoque appetunt terram, carbones, cretam, & ſimilia. Quandoque ex eadem cauſa do-
lor ſentitur circa collum, dorſum, & in capite. Quandoque adeſt febris acuta, cordis morſus, hydrops,
vel dyſenteria. Hæc autem contingunt, vel quia tempore longo deficiunt menſtrua, vel quia prorſus
non habent: vnde non ſolùm hydrops, vel dyſenteria, vel morſus cordis accidunt, ſed & aliæ peiores æ-
gritudines. Aliquando enim accidit diarrhœa, propter nimiam frigiditatem matricis: vel quia venæ eius
ſunt multùm graciles, vt in extenuatis mulieribus: quia tunc humores ſpiſſi & ſuperflui non habent li-
beros meatus, per quos poſſint erumpere: vel quia humores ſunt ſpiſſi & viſcoſi, ideo propter conglu-
tinationem, eorum exitus impeditur: vel quia deliciosè comedunt, vel quia ex aliquo labore multum ſu
dant, ſicut teſtatur Galenus. Mulier quæ ſe non exercet multùm, neceſſe eſt quòd abundet in multis
menſtruis, ad hoc vt ſana exiſtat. Aliquando mulieribus deficiunt menſtrua, quia in corpore earum co-
agulatus eſt ſanguis: vel quia ſanguis per alia loca emittitur, vt per os, aut per nares, per ſputum, aut hæ-
morrhoides. Aliquando deficiunt menſtrua ex nimio dolore, vel ira, vel motu, vel timore. Si autem diu
ceſſauerint, ſuſpicationem grauis ægritudinis futuræ arguunt. Nam vrina earum vertitur in ruborem,
vel in colorem loturæ carnis recentis: quandoque in viriditatem, vel humiditatem, aut
in colorem, qualis eſt color graminis, facies earum
mutatur.

A DE RETENTIONE MENSTRVORVM.

CAPVT I.

SI igitur deficiunt menſtrua,& mulier ſit corpore extenuata, tunc phlebotometur ei vena quæ eſt ſub cauilla pedis interius,quæ dicitur Saphena, primo die de vno pede, ſequenti die de altero: & extrahatur ſanguis ſecundum quod virtus expoſtulauerit. Quia in omni ægritudine generaliter cauendum & reſpiciendum eſt,vt non nimis debilitetur ægrotans.Refert enim Galenus de quadam muliere, cui defecerant menſtrua per nouem menſes, & in toto corpore conſtricta fuerat & extenuata, cui etiam penitus defecerat comedendi appetitus: vnde ipſe extrahebat ei ſanguinem de prædicta vena per tres dies,de vno pede primo die lib.j.ſecundo die lib.j.de altero pede,tertio die de primo pede iterum ℥.viij. & ita in breui ſpacio redijt color & calor viuificus, cum debita totius corporis habitudine. Cùm autem venter fuerit conſtipatus,ſicuti frequentiſsimè reſtrictis menſtruis accidit,tunc accipe pilulas de quadã medicina competenti, & acue eas prout ipſum acumen poterit ſuſtinere: & ei tribue. Poſtea phlebotometur de Saphena. Deinde balneetur: & poſt balneum bibat de calamẽto,vel de nepeta,vel mentha cocta cum melle: ita tamen,vt ſeptem partes ſint aquæ,& nouem mellis. Et ſæpe balneum eſt intrandum. Et poſt balneum bibat de diateſſaron, cum decoctione mellis & aquæ. Conferunt etiam omnia diuretica,vt fœniculum,ſpica,apium,cyminum,ami,caros,petroſelinum,& ſimilia.Hæ omnes herbę,vel ſingulæ,in vino coctæ,vel cum melle,& potatæ conferunt.Galenus ſic docet. Artemiſia trita cum vino,vel in eo cocta & potata multum confert. In balneo non modicum iuuat, ſi bibatur nepeta, vel in ipſo balneo coquatur:vel viridis trita ligetur ſuper ventrem,vel ſub vmbilico,vel ſuper vmbilicum. Vel decoquatur in olla, & mulier ſupponat ſellam perforatam, & deſuper ſedeat cooperta vndiq;, & per calamũ,vel embotum fumus exeat: vt is introceptus penetret ad matricem. Valet etiam artemiſia cum his herbis admixtis,thapſia,ſeſeli,ſaluia,origano,cymino,ami,ſauina, meliſſa, pulegio, anetho, betonica, aniſo, ſatureia,leuiſtico:quæ omnes,vel quædam ex eis decoquantur in aqua:& impleatur ſacculus vnus lana minutiſsime carpinata,vt ſit in modum puluinaris:& intingatur in illa aqua, & calidus ventri apponatur:& hoc fiat frequenter. Item puluis optimus ad prouocanda menſtrua: ℞. flammulæ, cicutæ, caſtorei, artemiſiæ,betonicæ,myrrhæ,centaureæ,ſaluiæ ana,fiat puluis,& detur ʒ.j. cum aqua decoctionis ſauinæ,& myrrhę.& in balneo bibat,& detur vna vice ℈.j.Si matrix induruerit,adeo vt iſtis adiutorijs non poſsint educi menſtrua: ℞.fel tauri, aut aliud fel, & puluerem nitri, & cum ſucco apij vel hyſſopi miſceantur: & intingatur ibi lana carpinata: & pòſt premat ur vt ſit dura,rigida,& longa,vt in vuluam poſsit immitti:& intromittatur. Aut fiat aliud peſſarium in modum virgæ virilis: & ſit concauum, ibiq; imponatur medicina,& injciatur.

DE PAVCITATE MENSTRVORVM.

C CAPVT II.

MVlieres autem quædam ſunt,quę cùm veniunt ad tempus menſtruorũ, nulla,vel modica habent. Quibus ſic ſubuenias:Accipe radices ſalicis rubeas,de quibus ligantur dolia,& bene ab exteriori cortice munda, & piſta: & eas piſtatas cum vino vel aqua decoquendo diſtempera, & mane de iſta coctione da ad potandum hauſtum tepidum.Si verò grauius laborat,tunc dabis ei cibum iſtiuſmodi factum.Rubiam maiorem,& maluam teras,& cum farina hordei,& albumine ouorum miſce:& inde fac criſpellas. Valent etiã huiuſmodi herbæ ſuffumigatæ ad prouocanda menſtrua.Vel ad idem accipe verbenam,rutam & piſta fortiter, & coque cum larido: & da patienti ad comedendum. Poſtea radicem ſalicis ſubtilis,& radicem rubiæ maioris tere,& da ſuccum patienti cum vino. Mulieres item ſi pauca habẽt menſtrua,& cum dolore ea emittant,℞.betonicæ,pulegij,centonicæ(ſantonici)artemiſia ana M.j.decoquantur in aqua vel in vino vſq; ad conſumptionem duarum partium. Poſtea fiat colatura per pannum, & bibatur cum ſucco fumiterræ. Si verò diu defecerint menſtrua, ℞.reupontici ʒ.ij. artemiſiæ ſiccæ,piperis,ana ʒ j.& fiat inde puluis:de quo bibat mane & ſerò per tres dies, & cooperiat ſe ita vt ſudet. Item ℞.menthæ,pulegij,rutę ana M.j.ſalis gemmæ ʒ.iij.plantę caulis rubei M.v.& tria capita porri.Hæc omnia coquantur ſimul in olla rudi:& bibat in balneo. Aliud,℞.radicem ireos,leuiſticum,herbam nepitam,
D colloquintidam,fœniculum,rutam: coquantur in vino, & illud vinum potui detur. Vel decoquantur in vino ſauina,apium, fœniculum,petroſelinum, leuiſticum,nepita: & bibatur.Item ℞.tanacetum,trifoliũ, artemiſiam: frixa cum butyro, & pone ſuper vmbilicum. Medicus quidam in regione Franciæ ſic fecit: ℞.zinziber,folia lauri,& ſauinam: trita ſimul in olla rudi ponantur ſuper carbones viuos in ſede perforata,& deſuper ſedeat mulier, & fumum recipiat per inferiora. & ſic menſtrua redibunt, ſit ter, vel quater, vel pluries. Mulier autem quæ huiuſmodi fomenta frequentat, vuluam ſuam ab intra inungat vnguentis frigidis ne nimis calefiat. Valet etiam ad prędicta fumigatio de cymino,fœniculo,anetho,calamento, mentha,vrtica,omnibus ſimul commixtis,vel ſimplicibus. Valet ad idem ſcarificatio,& ſimiliter coitus. Nocet autem minutio facta in manu. Comedat,ſi ſit ſine febre,porros,cepas,piper,allia,cyminum,piſces ſquamoſos:& vinum forte bibat,ſi ſit ſine dolore capitis,& ſine defectione neruorum,& ſine febre: quia in omni febre nocet vinum.

DE NIMIO FLVXV MENSTRVORVM.

CAPVT III.

SVnt & aliæ mulieres prædictis cõtrariæ: quæ habent menſtrua inordinatè fluentia:quibus hoc modo ſuccurras. Accipe ſoleas veteres,& pulueriza:& folia lauri fac decoqui: & his decoctis, fiat ſuffumigiũ.Vel accipe cineres calidos & miſce cũ vino rubeo calido,& cõfice in modũ paſtę & malaxa,&

inde accipe ad modum cunei mediocris, & inuolutum panno lineo nouo impone, adhuc tepidum. Vel A
accipe ſaluiam, & camphoram: piſta fortiter, & fac ſcripellas (ſcriblitas) cum vino, & coque ſuper tegu-
la: & da patienti ad conſtringenda menſtrua. Poſtea accipe ſemen vrticæ, & cornu cerui, & da patienti
puluerem inde factum, ad bibendum cum vino. Reſtringit etiam hoc aliud remedium, quod ſic fit: Acci-
pe cornu cerui pulueriza tum cum cinere vrticæ mortuæ, & diſtempera cum aqua pluuiali: & da bibere,
non omittendo prædictum ſuffumigium, quod confortat matrices frigidas. Confortantur etiam iſto fu-
migio: ℞. ſpicæ nardi, carioph. nucis muſcatæ ana puluerizata proijciantur ſuper prunas. Valent & cæ-
teræ purgationes quas diximus. Abundant quoq; menſtrua præter naturam. Quod contingit, quia venę
matricis ſunt amplæ & apertæ. Vel quia quandoq; crepantur: & fluit inde ſanguis in multa quantitate: &
apparet ſanguis fluens rubeus, & clarus. Quia ex multitudine cibi & potus generatus eſt ſanguis mul-
tus, qui cùm non poſsit intra vaſa contineri, prorumpit extrà. Vel contingit quandoq; propter nimiam
ſanguinis calefactionem, ex cholera redundante ex felle, quæ facit ſanguinē ebullire: adeo vt non poſsit
in venis contineri. Vel quia phlegma ſalſum admiſcetur ſanguini, & ipſum attenuat, & à venis facit pro-
rumpere extrà. Si ſanguis, qui egreditur, ſit citrinus, aut vergat ad citrinitatem, ex cholera contingit: Si
ad albedinem, ex phlegmate: Si ad ruborem, ex ſanguine. Huiuſmodi ægritudines emergunt propter
humores interius corruptos, quam corruptionem natura dedignatur ſuſtinere. Quandoq; cōtingit pro-
pter diabroſim: ex qua ſæpiſsime ſequitur mors. His de cauſis mulier diſcoloratur, & macreſcit: & ſi diu B
durauerit, in hydropem de facili conuertitur. Hepatis enim ſubſtantia infrigidatur propter ſubtractionē
ſanguinis, per quem deberent membra in ſuo calore naturali conſeruari. Vel quandoq; accidit propter
defectum caliditatis ſuccoſitatem digerere nequeuntis, & debito modo humores commutare nō valen-
tis. Si ergo ſanguis eſt in cauſa, minuendus eſt de manu, vel brachio, vt ſanguis ſurſum prouocetur. Su-
mendum eſt etiam aliquod leue catharticum. Si cholera ſit in cauſa, quæ à felle redundat, detur trifera
Sarracenica, & roſata nouella cum ſucco violarum, & ſcariolæ. Si contingat ex abundantia phlegmatis
& choleræ nigræ, detur aliqua hierarum cum aqua calida, vel vino ſecundum alios, & bibat. Poſt purga-
tionem verò apponenda ſunt quædam conſtrictiua exterius & interius, quæ conſtringant. Potet ergo
aquam in qua coctæ ſint cortices mali granati, pſidiæ, flores roſarum rubearum, gallæ, nux muſcata, folia
quercus, bedegar, rubus, agrimonia, plantago. Hæc omnia immixta, vel ſimplicia iuuant. Poſt cibum, vel
inter cibaria detur eis puluis lapidis hæmatitis cum aqua pluuiali diſtemperatus ad potandum: vel pul-
uis coralli, & gummi balauſtiæ, ſeminis myrti portulacæ, boli armeni: & puluis de cornu cerui, plan-
taginis, centinodij, ſanguinis draconis, ſpodij, ſeminis citoniorum. Comedat gallinas coctas in pane, pi-
ſces recentes in aceto coctos, panem hordeaceum. Bibat ptiſanam de hordeo factam, in qua primitùs
coquatur radix plātaginis, & bulliat cum ptiſana, & melius erit. Poſtea bulliat in aqua marina donec cre- C
pet, & corrugetur: & apponatur acetum, & coletur per pannum, & detur ad potandum. Bibat etiam vi-
num rubeum cum aqua marina lymphatum. Ponátur quoq; ventoſæ ignitæ inter mammillas, quæ ſan-
guinem ſuperius trahant. Inijciatur ſuccus plantaginis per peſſarium. Valet etiam ſuccus ſemperuiuæ, ſi
cum vino bibatur albo. Similiter ſuccus perſicariæ valet ſuper ventrem linitus. Item accipe duo fruſta
laridi lata cum ſale, & deſuper aſpergatur ſuccus coriandri cum ſemine eius, & puluis abſynthij, & vnum
fruſtum ligetur ſuper vmbilicū, & alterum ſuper renes. Fiant etiā duo emplaſtra de abſynthio cum axun-
gia, & ligentur ſuper renes & ventrem: quibus ſi addantur folia myrti trita, melius erit. *Aliud.* Accipe te-
ſtas nucis maioris, & fac puluerem, & da in potu cum aqua marina. Poſtea fac emplaſtrum de ſtercoribus
ouium, vel cati cum axungia, & ſuperponatur ventri & renibus. Vel fac puluerem de teſtis ouorum, &
da in potu per tres dies cum aqua tepida, quantum poteris leuare cum duobus digitis,

DE SVFFOCATIONE MATRICIS.
CAPVT IIII.

QVandoq; ſuffocatur matrix: quandoq; videlicet ſurſum tollitur, vnde prouenit ſubuerſio ſtoma-
chi, & appetitus debilitatio ex debilitate cordis. Quandoq; patiuntur ſyncopen, & ita euaneſcit
pulſus, quòd penitus non ſentitur, ex eadem cauſa. Quandoq; mulier contrahitur, ita quòd caput D
iungitur genibus, & viſu caret, & vocis officium amittit, naſus diſtorquetur, labia contrahuntur, & den-
lib. 6. de loc. aff. tes ſtringit, & pectus ſurſum præter ſolitum eleuatur. Galenus refert de quadā muliere, quę ita patieba-
cap. 5. tur, & amiſerat pulſum & vocem, & erat quaſi defuncta: quia exterius nullum ſignū vitæ apparebat: ſed
tamen circa cor natura adhuc parum caloris retinuerat. Vnde quidam iudicabant eam mortuam. Gale-
nus verò lanam bene carpinatam naribus & ori eius appoſuit, cuius motu eam viuam recognouit. Con-
tingit autem hoc mulieribus, quia ſperma nimium corruptum abundat in eis, & in venenoſam naturam
conuertitur. Et præcipuè accidit illis, quæ viris non vtuntur, maximè viduis, quæ antea conſueuerunt
vti carnali commercio. Virginibus etiam ſolet euenire, quæ ad annos nubiles peruenerunt, & viris vti
non poſſunt: cùm in eis maximè abundet ſperma, quod per maſculum natura vellet educere. Ex hoc au-
tem ſemine ſuperabundante & corrupto, quædam fumoſitas frigida diſſoluitur, & aſcendit ad partes
quaſdam, quæ à vulgo Collaterales dicuntur: quia cordi & pulmoni ſunt vicinæ, & cæteris inſtrumen-
tis vocalibus, vnde ſolet fieri impedimentum vocis. Huiuſmodi morbus ſolet etiam principaliter oriri
ex defectu menſtruorum. Ideo cùm deficiant menſtrua, & ſemen ſuperabundet, tanto moleſtior & pro-
lixior eſt ægritudo, maximè quando partes occupat altiores. Summum igitur remedium eſt, vt manus
& pedes mulieris moderatè fricentur cum oleo laurino, & naribus applicentur ea quæ ſunt grauis odo-
ris, vt galbanum, opopanacum, caſtoreum, pix, lana combuſta, pannus lineus combuſtus, & pellis com-
buſta, & aſſa fœtida. Sed tamē oleis & vnguentis, quæ ſunt odoris aromatici, debent vuluæ earum inun-
gi intus & extrà: qualia ſunt oleum muſcellinū, & oleum nardinum, ſed ſuper omnia melior eſt inunctio

A facta cum zibeto. Hæc enim menſtrua attrahunt & prouocant. Præterea apponantur ventoſæ in inguine,& pectine. Itē in ſero accipiat diacyminū cum ſucco apij, vel nepitæ, vel cū ſyrupo de calamento. Vel recipe caſtorei, piperis albi, coſti, mēthæ. apij ana ℨ.j. terantur, & diſtēperentur cum vino albo vel dulci, & da ſero ℨ.iij. Iuſtianus medicus contra hunc morbū præcepit cyminū deſiccari, & in potu dari ℨ.j. vel cochlearia duo. Præcepit etiam vulpis priapū, vel capreoli accipi, & inde fieri puluerē, & per peſſarium inijci. Ad idem multùm valet radix leuiſtici cocta & trita cum axungia, & ligata ſuper vmbilicum.

DE DESCENSV MATRICIS.
CAPVT V.

SI contingat poſt partum matricem nimis de loco ſuo deſcendere inferiùs, calefiat auena prius humectata, & ſaccellata apponatur. Mouetur autem quandoq; matrix de loco ſuo, & quandoq; deſcendit, & quandoq; per vuluam egreditur foras. Et hoc contingit propter neruorum remollitionem, & frigidorum humorum abundantiam. Huiuſmodi verò remollitio & infrigidatio contingit ex aere frigido per orificia matricis ſubintrante, vt quando mulier detecta ſe directè oppoſuerit aeri frigido. Vel ſi ſuper lapidem frigidum diu ſedeat. Quandoq; contingit ex balneo aquæ frigidæ, quia per hoc debilitatur matrix, ideo exit de loco ſuo. Interdum etiam contingit per conatum pariendi. Si deſcendit, & non exit
B foras, apponenda ſunt naribus aromatica. vt balſamus, muſcus, ambra, ſpica, ſtorax, & ſimilia. Sed inferiùs fumigetur rebus fœtentibus, vt eſt pannus lineus combuſtus, & ſimilia. Fomentetur vmbilicus, lana vino & oleo infuſa. Si verò matrix exierit, diſtemperentur aromatica cum ſucco abſynthij: & ex eis inungatur venter cum penna. Poſtea recipe rutæ, caſtorei, artemiſiæ ana partes æquales, & decoquátur in vino vſq; ad conſumptionem duarum partium: deinde da in potu. Saccelletur venter & vmbilicus de frumento cocto. Poſtea matrix egreſſa manu appoſita reſtituatur vſq; ad locum ſuum concuſſa. Poſtea mulier intret aquam, in qua cocta ſint balauſtia, roſæ, cortices mali granati, gallæ, ſumach, myrtilli, glandes, folia & cortices quercus & nuces cupreſsi, & lenticula. Deinde fiat ſtupha, quæ multum valet, quia Galenus præcepit eis facere ſtupham de buxo poſito in olla ſuper carbones viuos: & mulier ſedeat deſuper cooperta, & fumum intra ſe recipiat. Diæta ſit frigida & ſtyptica ſine cymino, pipere, & ſine omni acumine. De fructibus comedat coctana, meſpila, ſorba mala acria, & ſimilia. Bibat vinum temperatum ſtypticitate participans. Experimentum probatiſsimū ad matricem egreſſam. ℞. pulueris de corde cerui, foliorum lauri ana ℨ j. myrrhæ ℈.j. diſtemperentur trita cum vino & dentur potanda: & ſic matrix reuertetur in ſuum locum.

DE MOTV MATRICIS EX SVO LOCO, QVAE tamen non eleuatur, neq; deprimitur.
CAPVT VI.

C ALiquando mouetur matrix de loco ſuo, non tamen ſurſum eleuatur verſus ſpiritualia, nec per orificium egreditur foras, neq; deſcendit. Cuius ſignum eſt, quòd mulier ſentit dolorem in ſiniſtro latere, menſtruorum retentionem, diſtorſionem membrorum, difficultatem mingendi, tortiones & rugitus ventris. Accipe ergo econtrà apium, & fœnumgræcum, & trita cum vino da potui. *Aliud.* ℞. agaricum, ſemen plantaginis atq; ſatureiæ: pulueriza, & da in potu cum vino, vel melle cocto. Ad hoc vt vulua nō moueatur de loco ſuo, & vt nulla duritia moleſtetur. ℞ medullæ cerui, adipis anſerini, ceræ rubeæ, butyri ana ℥.ij. quibus addendo fœnumgræcum, ſemen lini: coquantur in aqua ad lentum ignem vſq; ad plenam decoctionē, & inijciatur per peſſarium. Iſtud enim eſt vtile contra plures morbos oris matricis.

DE NIMIA CALLIDITATE MATRICIS.
CAPVT VII.

COntingit quandoq; matricem diſtemperari in caliditate, ita quòd maximus ardor & calor ibi ſentiatur. Cura hoc modo: ℞ opij ℈.j. adipis anſeris ℈.j. ceræ, mellis ana ℈.iij. olei ℥.j. albumina duorū ouorum, & lac mulieris: commiſceantur, & inijciantur per peſſarium.

DE APOSTEMATE MATRICIS.
CAPVT VIII.

D QVandoq; naſcuntur in matrice inflationes & apoſtemata diuerſi coloris. Si à felle exiens cholera cauſa eſt apoſtematis, tunc febrem habet & cancrum. Si à frigidis humoribus cauſa fuerit, tumidum & durum eſt apoſtema, & ſentit mulier in coxis, anchis, & tibijs grauedinem cum multo dolore. Aliquando naſcūtur ibi apoſtemata ex ventoſitate, vel ictu, vel alijs læſionibus, vel ex eo, quod nōnunquā menſtrua deficiūt. Si naſcuntur in eminentiori, vel anteriori parte matricis, dolor ſentitur circa vuluā, & inde naſcitur ſtrāguria. Si apoſtema fuerit interius in orificio matricis, dolor ſentitur circa vmbilicum & renes. Si in parte poſteriori, dolor ſentitur in dorſo ſub coſtis, & venter conſtipatur. Si de ſanguine, vel cholera rubea ſit natū apoſtema, febris adeſt continua, vel acuta ſitis, & dolor nimius. Si ergo ſit de calida cauſa, expedit vt vngantur muliebria, & trahatur ſanguis à vena quæ cadit ſub pede (ſicut aſſerit Galenus) non de manu. Quia nociuum eſſet in paſsionibus matricis ſurſum trahere ſanguinē: auferrentur enim menſtrua, propterea ab inferiori parte trahatur ſanguis iuxta virtutē patientis. Et ſi fortis fuerit mulier vt poſsit ſuſtinere, bis in die minuatur. Poſtea accipiat in potu aquam eorum quæ mitigant caliditatem, vt eſt ſuccus morellę, plantaginis, ſemperuiuę, hyoſcyami, caſsilaginis, mandragorę, & ſimilium. Fiat etiam emplaſtrum quod mitiget dolorem & confortet virtutē. vt de ſucco portulacæ, ſemperuiuæ, pſidiæ, plantaginis, ſcariolæ, & oleo roſato. Poſtea apponantur maturatiua, vt ſemen lini cum butyro, malua, & fœnugræcum, cocta cum adipe anſeris, vel gallinæ, albumen oui, melilotū. De his ſimpli-

bus, vel compoſitis fit peſſarium. Item dicit Galenus, quòd multum prodeſt ſedere in aqua, vbi cocta ſit ſpica. Paulus docet fieri peſſarium ad duritiem matricis, & inuerſione eiuſdem, & inflationem, & ventoſitatem à corpore eijciendam. ℞. medullæ vituli, adipis caponis, meliloti, taxonis ana ad pondus xij. denariorum, medullæ cornu cerui ℈.iij. adipis anſeris, gallinæ ana ʒ.ij mellis ʒ.ij. œſypi, hyſſopi, ceroti ad pondus vij. denariorum. Omnia terantur, & commiſceantur, & diſtemperentur cum lacte mulieris, & oleo roſaceo, & inijciatur per peſſarium, & fiat inde emplaſtrum. Si frigidum ſit, & generatum ex groſsis humoribus: ℞. fœnumgræcum, melilotum, ſemen lini, & rutam: coquantur in aqua, & de ſubſtantia fiat emplaſtrum, & ſuccus peſſarizetur. Sæpe vtatur balneis & emplaſtris. Diæta ſit ſubtilis, vt groſsities humorum attenuetur. Et ſi ad ſaniem volueris apoſtema ducere, apponatur maturatiua, & cutem rumpentia, vt ſanies effluat, ſicut ſemen lini, fœnumgræcum, farina hordei cocta ſimul cum farina tritici, vel fabæ cum fimo columbarum ſylueſtrium coctæ. Si autem apoſtema crepuerit, & ſanies inde effluxerit in veſicam, bibat lac caprinum, vel aſininum: & fiat peſſarium de ptiſana & melle, & inijciatur in matricem. A

DE VLCERIBVS MATRICIS.

CAPVT IX.

VLceratur quandoq; matrix de acumine medicinæ, vel materiæ. Quandoque ex aborſu, quod cognoſcitur per ſaniem egredientem, & dolorem, & punctionem matricis. Si vulnera ſint ex ſanie, vel corroſione venæ, ſanies vergit aliquantulum in nigredinem cum fœtore horribili. Primò ergo debent apponi mundificatiua ſaniei, & dolorem mitigantia, vt eſt ſuccus morellę, & plantaginis, cum oleo roſaceo, & albumine oui, cum lacte mulieris, & cum ſucco protulacæ, vel lactucæ, quæ ſint frigidæ naturæ. Diæta ſit frigida. Balneetur in aqua vbi cocta ſint, roſæ, myrtus, fœnogræcum, pſidia, lenticula, galla, balauſtia, & ſimilia. Si verò venæ putrefactæ ſint, detur ſanguis draconis, vel myrrha, vel bolus, vel thus, vel ariſtolochia longa, & de his ſimplicibus, aut compoſitis fiat clyſter, vel peſſarium. Nec minus valet acacia, cum lino per peſſarium iniecta. B

DE PRVRITV VVLVAE.

CAPVT X.

PRuritus vuluæ ſi fuerit, accipe camphoram, lithargyrum, baccas lauri, & albumen oui, & fiat peſſarium vel clyſter. Galenus dicit, quòd puluis fœnogræci cum ſanguine anſeris valet ad duritiem matricis, ſicut teſtatur Hippocrates.

DE IMPEDIMENTO CONCEPTIONIS, ET DE his quæ faciunt ad imprægnationem: & quæ eandem impediunt.

CAPVT XI. C

QVædam mulieres ſunt inutiles ad concipiendum: vel quia nimis tenues ſunt & macræ, vel quia ſunt nimis pingues, in quibus caro circumuoluta orificio matricis, conſtringit eam, nec permittit ſemen viri in ipſam intrare. Quædam habent matricem ita lenem & lubricam, quòd ſemen receptum nequeat in ea retineri. Quod contingit quandoq; vitio viri, qui habet ſemen nimis tenue, quod infuſum matrici, liquiditate ſua foras labitur. Quidam etiam viri teſticulos habent valde frigidos, ſiccos: illi rarò, aut nunquam generant: quia ſemen eorum eſt inutile generationi. Manifeſtum eſt igitur quòd conceptio impeditur tam vitio viri, quàm mulieris. Si vitio mulieris, hoc dupliciter contingit: vel ex nimia matricis caliditate, vel humiditate. Matrix enim quandoq; ſua lenitate præter naturam ſperma iniectum retinere non poteſt. Et quandoq; præ nimia ſui humiditate ſperma ſuffocat. Et quandoq; ex nimia caliditate matricis ſemen comburente, nequit concipere. Si ergo præ nimia caliditate & ſiccitate matricis mulier non poſsit concipere, hæc erunt ſigna: Labia vuluæ apparent vlcerata, & tanquam Boreali vento excoriata cum maculis rubeis: adeſt & ſitis aſsidua, & caſus capillorum. Hæc ergo cùm videris, & mulier 30. annos habuerit, incurabilem iudicabimus. Si autem fuerit iuuencula, neq; paſsio diuturna, ſic ei ſubuenias: Accipe maluam, artemiſiam, & in aqua decoque, & cum tali decoctione ter vel quater fumiges patientem: inter quas fumigationes, ſuppoſitoria: & etiam peſſaria vuluæ cum oleo muſcellino, & modico muſco facies, vt matrix confortetur. Sed in die ſeptimo poſt purgationem, vel fumigationē factam, accipe de trifera magna ad modum glandis, & inuolue in bombace, & inde ſuppoſitorium facies vuluæ, vt beneficio talis ſuppoſitorij, & tot fumigationibus recipiat aliquam confortationem, lenitatē, & ſanguinem. In ſequenti verò die eam facies cum viro coire. Eadem quoq; cura ſequenti ſeptimana, ſi expediat, vtaris, faciendo ſuffumigationes prędictas, & alia, vt diximus, beneficia adhibendo. Hoc facies quouſq; prædicta ſymptomata remittantur: & eam bis, vel ter facies coire in hebdomada, quia ſic citius poterit imprægnari. Si verò præ nimia humiditate matricis concipere non poſsit, hæc erunt ſigna: Oculos habebit lacrymoſos aſsiduè. Cùm enim matrix cerebro per neruos alligata ſit, neceſſe eſt vt cerebrū matrici compatiatur: vnde ſi matrix nimiā in ſe habet humiditatē, ex ea cerebrum impletur, quæ ad oculos redundans, eos inuoluntariè cogit emittere lacrymas. Et quòd cerebrū matrici compatiatur, ſignum eſt alienatio mentis ex menſtruorum retentione. Purgetur ergo inprimis cum Theodorico eruptio. Tumq; tres vel quinq; pilulas de eodem Theodorico vel Paulino præcipimus fieri etiam in bombace, ne diſſoluantur, inuolui, & quantū prudenter poſsibile per pudenda intromitti. Si verò matrix nō bene purgata fuerit, in alio die eodem modo peſſarium de trifera cum modico muſco ei facies. Et hoc tandiu continuabis, donec à ſuperfluitate humiditatē euacuatam cognoueris. Et poſtea accipe parū de muſco D

cum

A cum oleo muſcatellino, vel alio odorifero: quod iterum per vuluam intromittatur. Et ſi bene purgata fuerit, ſentiet odorem in ore: vnde ſi quis eam oſcularetur, crederet eam muſcum in ore tenere. Item ſi ſitum propter hanc purgationẽ habuerit, ſcias eam bene purgatam eſſe: quare ita purgata frequenter coëat, & concipiet. Quòd ſi vitio viri impediatur cõceptio, fit hoc aut defectu ſpiritus ſperma impellentis, aut defectu ſpermaticæ humiditatis, aut defectu caloris. Si ex defectu caloris, ſignum eſt quod non appetit coitum. Vnde oportet talibus renes inungere cum arrogon. Vel accipe ſemen erucæ, & euphorbium, & in puluerem ſubtilem redige, & cum oleo muſcatellino & pulegino miſceas, & inde renes inungas. Si autem fiat defectu ſpirituum, ſignum eſt, quia appetit, ſed non erigitur virga. Cui ſuccurrimus cum vnguento multorum ſpirituum generatiuo. Si verò defectu ſpermatis, ſignum quia cum coit, nihil aut parum ſeminis emittit. Huic ſubuenimus cum augmentantibus, & generantibus ſpermata, vt ſunt cepæ, paſtinacæ domeſticæ, & ſimilia. Si mulier fuerit ſterilis, aut vir, hoc modo percipies. Accipe duas ollas, & in vtranq; pone cantabrum, & in vnam earum cum cantabro infundas de vrina viri, & in alteram de vrina mulieris: & ſic ollæ permittantur per nouem vel decem dies. Et ſi ſterilitas ſit vitio mulieris, inuenio vermes multos, & cantabrum fœtidum in eius olla, & econtrà habebis indicia ſimilia ex altera vrina, ſi ſterilitas ſit vitio viri. Si verò in neutra vrina talia ſigna videris, neuter erit in cauſa ſterilitatis: ideo tũc poterunt medicinæ beneficio adiuuari vt concipiant. Vnde ſi volunt concipere maſculum, vir accipiat
B matricem & vuluam leporis, & faciat exiccari, & puluerizatum diſtemperet cum vino, & bibat. Similiter mulier faciat de teſticulis leporis, & in fine menſtruorum iaceat, cum viro ſuo, & tunc maſculum concipiet. Aliud remediũ eſt. Accipiantur hepar & teſticuli parui porci, quem ſolum ſcropha edidit, & ſiccentur; fiat inde puluis, & detur in potum maſculo vel mulieri nõ potentibus generare, & concipient. Item ſi mulier vult imprægnari, accipiat teſticulos verris vel apri, & faciat deſiccari, & in puluerem redigi, de quo mulier cum vino bibat poſt purgationem menſtruorum: deinde coeat cum viro, & concipiet. Nota, dicit Galenus, quòd mulieres, quæ habent vuluas anguſtas, & matrices ſtrictas, non debent viris vti, ne concipientes moriantur. Sed cùm non omnes illæ poſsint abſtinere, indigent noſtro auxilio. Ideo ſi illarum quædam ob periculum mortis non auderet concipere, illa ſecum carne nuda ferat matricem capræ, quæ nunquam habuit fœtum. Inuenitur lapis quidam dictus gagates, qui geſtatus in collo, vel etiã guſtatus, prohibet conceptionem. Item accipe muſtellam maſculum, & auferantur ei teſticuli, & relinquatur viuus: hos teſticulos ferat ſecum mulier in ſinu ſuo, & liget eos in pelle anſerina, vel in alia pelle, & non concipiet. Si autem læſa fuerit in partu, & præ timore mortis non vult amplius concipere, ponat in ſecundina tot grana cataputiæ, vel hordei, quot annis vult ſterilis permanere. Et ſi in perpetuum vult ſterilis permanere, plenam manum imponat.

C DE FORMATIONE SEMINIS CONCEPTI. CAPVT XII.

PRimo menſe fit purgatio ſanguinis: ſecundo fit expreſsio ſanguinis & corporis: tertio, vngulas & capillos producit: quarto, motum, & ideo nauſeant mulieres: quinto accipit fœtus ſimilitudinem patris vel matris: ſexto, neruorum constrictionem: ſeptimo, oſſa & neruos confirmat: octauo, mouet natura, & infans rerum beneficio repletur: nono, à tenebris procedit in lucem.

DE SITV FOETVS IN VTERO MATRIS. CAPVT XIII.

REfert Galenus, quòd ita ligatur fœtus in matrice, ſicut fructus in arbore: qui cum procedit à flore, tenerrimus eſt, & ex qualibet occaſione corruit: ſed cùm adultus fuerit, & aliquantulum maturior, & firmatus adhæſerit arbori, non de leui occaſione corruet. Cum autem totaliter maturior fuerit, per ſe, & non alia occaſione decidet. Sic cum primò educitur infans ex ſemine concepto, tenera & non firma ſunt eius ligamenta quibus alligatur matrici, & ideo de leui emittitur per aborſum. Vnde mulier propter tuſsim, diarrhœam, vel diſenteriam, vel motum nimium, vel iram vel minutionem ſanguinis poteſt fœtũ amittere. Cum verò infuſa eſt anima in puero, paulò firmius adhæret, neq; citò labitur. Sed
D cum puer maturauerit, naturæ officio citò educitur. Vnde Hippocrates dicit, quod ſi mulier indigeat purgatione, uel minutione, hæc non facias ante quartum menſem: ſed in quinto vel ſexto poteſt purgari, vel minui, ſi neceſſe fuerit: ſed tamen moderatè cum cholagogo, vel apozemate, cum cautela prout virtus patientis poterit pati: vltra verò & ante hoc tempus, periculoſa erit euacuatio. Maturato tandem tempore partus puer mouet ſe vehementiùs, & nititur ad egreſſum: cum ipſius temporis natura vuluã aperiri facit: vt fœtus inueniat ſui exitus libertatem; & ita fœtus de cubili ſuo, ſcilicet de ſecundina naturæ vigore expellitur.

Super aph. 1. ſect. 4.

4 aph. 1.

DE SIGNIS IMPRAEGNATIONIS. CAPVT XIIII.

AD cognoſcendum vtrum mulier geſtet maſculum vel fœminam, accipe aquam de fonte, & mulier extrahat duas vel tres guttas ſanguinis, vel lactis de dextro latere, & infundantur in aquam: & ſi fundum petant, maſculum gerit: ſi ſupernatent, fœminam. Vnde dixit Hippocrates, mulier quæ maſculum gerit bene colorata eſt, & dextram mamillam habet groſsiorem: ſi pallida eſt, gerit fœminam, & ſiniſtram mamillam habet groſſiorem.

5. Aph. 42. Auic. lib. 3. F. 21. Tr. 1. cap. 13.

DE REGIMINE PRAEGNANTIVM. A

CAPVT XV.

MVlier quando incipit imprægnari, cauendum eſt ne nominetur coram ipſa quod non poſsit ha-
beri. quia ſi poſtulauerit, & non detur ei, dat occaſionem abortiendi. Quod ſi appeteret argillam,
vel cretam, vel carbones, dentur ei fabæ coctæ cum zuccharo. Inſtante autem tempore partus ſę-
pe balneanda eſt mulier: & inungatur venter eius cum oleo oliuarum, vel cum oleo violarum: & come-
dat cibos leues, & digeſtibiles. Si verò pedes eius tumuerint, inungantur cum oleo roſaceo, & aceto. Et
poſt cætera cibaria comedat volatilia, cydonia, mala granata. Et ſi venter eius ventoſitate diſtendatur,
accipe ſeminis apij, ameos menthæ ana ʒ.iij maſtiches, caryophyllorum, cardamomi, radicis rubiæ ma-
ioris ana ʒ iij. caſtorei, zedoariæ, ireos ana ʒ.ij zuc ʒ.v. fiat puluis ſubtiliſsimus, & conficiatur cum mel-
le: & dentur ei ℈.iij. cum vino, hoc enim materiæ aufert ventoſitatem, & aborſum prohibet, ſi prout de-
cet recipiatur.

DE REGIMINE PARTVRIENTIVM.

CAPVT XVI.

TEmpore partus imminente, paret ſe mulier, vt mos eſt: obſtetrix ſimiliter. Fiat quoq; cum magna
cautela ſternutatio, conſtrictis naribus & ore: vt maxima pars virtutis ſpirituum tendat ad matri- B
cem. Deinde detur ei decoctio fœnigræci, muſcilago lini, & pſyllij, vel parum theriacæ, vel diateſ-
ſaron cum decoctione artemiſiæ in vino. Item de galbano cum aſſa fœtida, & myrrha, vel ruta fiant tro-
chiſci, & inde fiat fumigium ad nares. Super omnia caueat ſibi à frigore. Et non fiat ſuffumigatio aroma-
tica ad nares, ſed ad orificium matricis tutius poteſt opponi: quia matrix ſequitur odorifera, & fugit fœ-
tida. Ad hoc valent ſpecies odoriferæ, vt muſcus, ambra, lignum aloes, & ſimilia pro diuitibus: item &
herbæ odoriferæ, vt mentha, pulegium, calamentum, origanum, & ſimilia pro pauperibus. Notandum
quòd ſunt quædam phyſica remedia, quorum virtus eſt nobis obſcura, quæ ab obſtetricibus facta pro-
feruntur. Teneat ergo patiens magnetem in manu dextra, & confert. Item raſuram eboris bibat. Item
corallus in collo ſuſpenſus prodeſt. Similiter album illud quod inuenitur in ſtercore accipitris, datum
in potu confert. Item in ventre hirundinis, ſiue in nido inuenitur lapis primogeniti, cuius lotura ad idem
valet, & ad alia multa.

DE DIFFICVLTATE PARTVS.

CAPVT XVII.

SVnt autem quædam mulieres ita anguſtioſæ in officio partus, vt vix, vel nunquã ſe expediant: quod
ex diuerſis cauſis ſolet prouenire. Quandoq; enim calor extraneus ſuperuenit circa interiora: vnde
ipſę nimis anguſtiantur in partu. Quandoq; nimis paruus eſt exitus matricis. vel quia nimis pinguis C
eſt mulier: vel quia fœtus eſt mortuus, non iuuans naturam in ſuo motu. Et hoc multum contingit mu-
lieri iuueni parienti in hyeme: cùm naturaliter habeat orificium matricis ſtrictum, quod propter frigidi-
tatem temporis & aeris plus conſtringitur. Quandoq; ab ipſa muliere calor totus exhalat, vnde ſine vi-
ribus relinquitur, ideo deficit in expediendo ſe à partu. Primò ergo ſi acciderit difficultas partus, ante
omnia recurrendum eſt ad Deum: Deinde ad inferiora deſcendendo expedit mulieri difficile parienti
balneari in aqua, vbi coctæ ſint maluæ, fœnogræcum, ſemen lini, & hordeum. Inungantur latera, venter,
coxæ, & ilia cum oleo violarum, vel roſarum. Fricetur fortiter, & detur ei in potu oxyzaccara, & pulue-
re menthæ, & abſynthij ʒ j. Prouocetur ſternutatio cum puluere thuris, naribus impoſito, vel cum pul-
uere candidi piperis, vel euphorbij. Ducatur mulier lento paſſu per domum. Et qui aſsiſtunt, non reſpi-
ciant eam in vultum: quia mulieres ſolent inde verecundari in partu, & poſt partum. Si autem puer non
egrediatur eo ordine quo debet, vt ſi prius tibiæ, vel brachia exeant, adſit obſtetrix cum parua & ſuaui
manu humectata in decoctione ſeminis lini, & fœnogræci, reponendo puerum in locum ſuum, ordine
recto. Si verò puer ſit mortuus, accipe rutam, artemiſiam, abſynthium, piper nigrum: & hæc tria da in
vino, vel aqua vbi cocti ſunt lupini. Vel teratur ſatureia, & ligetur ſuper ventrem: & exibit fœtus ſiue vi-
uus, ſiue mortuus. Idem facit verbena potata cum vino, vel aqua, vel aceto. Vel accipiatur aqua ſalſa, vel
roſata, & lac aſinæ ana, & detur ad potandum. Vel accipiatur butyrum cum melle, & vino, & detur ad bi-
bendum. Quòd ſi adhuc tardetur partus, vel ſi fœtus mortuus ſit in ea, & non liberetur: accipe rutam, D
artemiſiam, opopanacum, abſynthium cum modico oleo, & pauco zucc. terantur, & ponantur ſuper in-
guina, vel ſuper vmbilicum: & melius valet. Item cingatur mulier de ſpolio ſerpentis, de quo ſerpens
exiuit. Idem operatur lapis Aetites ligatus ad femur. Vel alligetur radix cucurbitæ renibus eius, & aufe-
ratur quam citò fœtus exierit, ne matrix exeat poſt egreſſum pueri. Præterea difficulter parturientibus
ſubueniendum eſt hoc modo. Paretur balneum, & intromittatur mulier: & poſt exitum fiat fumigium
de ſpica, & ſimilibus aromatibus, ad confortandum, & aperiendum. Fiant etiam ſternutatoria de helle-
boro albo in puluerem bene redacto. Dixit enim Copho: conquaſſentur membra, & rumpantur cotyle-
dones, & ſic fœtus egredietur. Item his quæ multum laborant pariendo fœtum mortuum, ſic ſuccurren-
dum eſt. Ponatur patiens in linteamine, & tendatur à quatuor fortibus hominibus per quatuor angu-
los, capite patientis aliquantulum eleuato huc & illuc, ab oppoſitis angulis fortiter trahatur linteamen,
& ſtatim pariet, DEO fauente. Si autem ſecundina intus remanſerit, properandum eſt vt exeat. Prouo-
cetur ergo ſternutatio ore clauſo, & naribus. Aut fiat lixiuium de cinere facto de fraxino, cui admiſcen-
do pulueris ſeminis maluæ ʒ.j. detur ei ad bibendum: & ſtatim vomet. Vel detur ipſe puluis de ſemine
maluæ cum aqua calida: & ſi vomat, bonum eſt. Et ſuffumigetur ſubtus oculis de oſsibus piſcium ſalſo-
rum, vel de vngula caballina, vel ſtercore cati, vel agni: iſta enim ſecundinam educunt. Valet etiam de-

coquere

A coquere ſemen lini in aqua calida,& dare ad bibendum. Idem facit bdellium cum vino. Si verò ſanguis non exierit poſt ſecundinam, fiant ea quæ dicta ſunt ad menſtrua prouocanda. Quòd ſi contingat difficultas partus ex conſtrictione orificij matricis,cuius cura grauior eſt inter omnes, ideo tale ſubiúgimus conſilium: Prouideat ſibi mulier in tribus vltimis menſibus in diæta, ita vt vtatur lenibus cibis & digeſtibilibus,vt per ea membra dilatentur:qualia ſunt vitella ouorum,carnes,& iuſcula pullorum,& minorum auium,ſcilicet perdicum,phaſianorum, & piſcium ſquamoſorum cum bono condimento. Fiatq; ei balneum ſæpius de aqua dulci,in qua ſi apponantur herbæ mollificatiuæ,ſicut maturæ,& huiuſmodi: & melius erit. Sed fugiat balneum aëreum,& ſtupham. Et cùm de balneo exierit, inungatur vnguentis calidis,vt oleo laurino,& oleo de ſemine lini,& axungia anſeris,vel anatis,vel gallinæ.& hæc inunctio fiat ab vmbilico inferiùs cum prædictis vnguentis calidis.

DE REGIMINE INFANTIS.
CAPVT XVIII.

INfantis aures premendæ ſunt ſtatim: & hoc multotiens eſt faciendum. Poſtea obſeruandum ne lac ſubintret aures, aut nares, cùm ablactatur. Et ligetur vmbilicus tribus digitis à ventre menſuratis. Quia ſecundum retentionem vmbilici erit virga virilis maior,vel minor. Et vt rectius loquatur, vnge B palatum cum melle,& nares cum aqua calida: Et factis vnctionibus,ſemper mundificetur, & muſcilagines ſemper emungantur & emundentur. Puer præterea ſæpe eſt fricandus, & quælibet eius membra in vnaquaq; parte faſcia ſunt retinenda, & iungenda: & rectificanda ſunt eius membra, caput videlicet, frons,nares, venter,& renes temperentur,ne multa ex eis exeat vnctuoſitas,vel humiditas. Quòd ſi aliquid iſtorum appareat, diutius à ſolita faſciatione cogatur abſtinere, & diutius dormiat. Poſtea verò in aqua calida balneetur, & ad ſuam conſuetudinem reducatur: & ſi opus ſit, de medicinis ſoporiferis parum detur, vt dormiat. Cutis eius æqualiter eſt mouenda: quod etiam conſueuit fieri poſt mamillarum ſuſceptionem. In principio natiuitatis oculi cooperiendi ſunt: & ſummopere cauendum eſt ne ſit in loco lucido. Ante ipſum ſint diuerſæ picturæ panni diuerſi coloris, margaritæ. Coram eo cantilenis, & facilibus utendum vocibus,nec aſperis vocibus cantandum, neq; raucis, ſicut bombardis. Poſtquam hora loqnendi appropinquarit, nutrix eius linguam frequenter cum melle & butyro vngat. Et hoc maximè faciendum eſt,cum loquela tardatur. Ante eum frequenter eſt loquendum,& facilia verba proferenda. Cum verò tempus natiuitatis dentium venerit, gingiuæ ſingulis diebus cum butyro & axungia gallinæ ſæpe fricandæ ſunt,& aqua hordei liniendæ.gula & ſpondilia inungenda. Quòd ſi venter eius laxabitur, ſuperponatur emplaſtrum quod fit ex cymino & aceto: & admiſceatur zuccarum, gummi arabicum, bolus armenus, & ſimilia. Cùm tempus aduenerit in quo comedere incipiet, dandi ſunt infanti C magdaleones ad modũ glandis facti de zuccaro,& ſimilia,ac lacte, quos poſsint in manu tenere, & cum eis ludere & de eis ſugere, & aliquid tranſglutire. Caro, quæ eſt in pectore gallinarum & phaſianorum, & perdicum,eſt ei tribuenda. Et poſtquam bene capere cœperit, mamillarum ſubſtantiam maturè incipiens, eas in nocte ſugere permittas. it. & in die ordinatè ducendus eſt, bene obſeruando ne tempore calido à lacte remoueatur. Si vnum membrum pueri ſit maius alio, ad bonam habitudinem ſic poteſt reduci, ſi talis diſpoſitio fuerit recens, quia inueterata, nullo modo reducitur. Fomentetur ergo primò cum decoctione brancæ vrſinæ,radicis altheæ,foliorum apij, petroſelini,& marathri, diutius bulliendo in aqua, & membrum patientis ponatur ſuper vas, & cooperiatur panno lineo, vt ſudet. Poſtea chamæmelum & althea incoquâtur, & in illa viſcoſitate malaxetur cera, & totum membrum inde cooperiatur. Poſtea ligetur faſcia linea ſtricte,& ita membram patientis ſudet per noctem unam: manè verò fricetur, vt ſpiritus excitentur,& fluant ad locum doloroſum. Quo facto, fricetur ſtatim cum dialthea ita compoſita,vt ſint duæ partes dialtheę,& tertia de oleo laurino: commiſceantur,& vngatur membrum prędicto modo ter vel quater in die. Tunc quoq; accipe diaceraſeos, ceroneum, oxycroceum, & adinuicem puluerizentur. Deinde decoquantur althea, & puluis ille malaxetur cum illa viſcoſitate, quouſq; bene adhæreat: & membrum totum patientis cooperiatur,& faſcia ligetur. Et ſic fomentando, & emplaſtra ponendo poterit alleuiari. Quibus factis iniungatur requies & otiũ,& vtatur calida, & humida diæta, optimo vino,& mediocriter rubeo,quod bibat quouſq; curetur. Inſuper & balneo aquæ dulcis utatur.

D

DE ELECTIONE NVTRICIS.
CAPVT XIX.

IVuenem oportet eſſe nutricem,clarum colorem cum albedine & rubore permixtum habentem,quæ non ſit partui vicina, neque multum à partu remota. Non ſit maculoſa: nec infirmas, neque nimis groſſas habeat mammillas: pectus groſſum & amplum: pinguis ſit mediocriter. non comedat ſalſa, nec acuta, nec ſtyptica, nec porros aut cepas. neq; cæteras ſpecies quæ admiſcentur cibarijs pro ſapore, vt piper,allium,erucam: & præcipuè vitet allium,ſolicitudinem: ac ſibi à menſtruorum prouocatione caueat. Et ſi lac minuatur, pultes de farina fabarum, & ſimiliter riſi, & de pane ſimilæ cum lacte & zuccaro facto dentur ei ad ſorbendum: quibus augmentetur lac, in quarum decoctione parum de ſemine fœniculi admiſceatur. Si autem lac eius fuerit groſſum, nutrimentũ ipſius ſubtiliandum erit, & ita etiam cogatur laborare. Cui inſuper dandus eſt ſyrupus acetoſus, & vinum ſubtile. Si verò lac eius fuerit ſubtile, nutrimenta ſint groſſa & fortia,& ſomnis vtatur longioribus. Quòd ſi venter pueri ſolutus ſit,dentur nutrici quæ conſtipant.

DE HIS QVAE MVLIERIBVS SAEPE poſt partum accidunt. A

CAPVT XX.

ACcidit mulieribus ſæpe dolor poſt partum. Matrix tunc tanquam fera ſylueſtris, propter ſubitam euacuationem quaſi vagando huc & illuc declinat. Vnde vehemens efficitur dolor. Accipe ergo cimas ſambuci, & tere: ac ſucco extracto, cum farina hordei, & albumine oui diſtempera & inde fac ſcripellas cum ſanguine ad comedendum: & vinum calidum in quo cyminum bullierit da ad bibendum. Vel ſi poſt partum matrix doleat, Accipe ſtoracis, calamenthæ, thuris, ſemen apij ana ℥.j. ſemen racemorum nigrorum ℥.ij. ponantur ſuper carbones viuos, & ſuffumigetur: quia multum confert. Sunt quædam quæ ex grauitate partus inciduntin rupturam pudendorum. Vnde ℞. radicem conſolidæ maioris exiccatam, cyminum, & cinamomum: fiat puluis, & inijciatur in vuluam, & conſolidabitur. Item quibuſdam mulieribus in pariendo male accidit, propter defectum aſsiſtentium. Sunt enim quædam, quibus vulua & anus fiunt vnum foramen, & idem curſus: inde iſtis exit matrix, & indureſcit. Quibus in reponendo ſic ſubuenimus: Matrici vinum calidum apponimus, in quo bullierit butyrum: & diligenter fomentamus, quouſque matrix efficiatur mollis, & tunc ſuauiter eam reponimus. Poſtmodum rupturam intra anum & vuluam tribus locis vel quatuor ſuimus cum filo de ſerico: poſtea pannum lineum vuluæ imponimus ad quantitatem vuluæ. Deinde pice liquida linimus: hoc enim facit matricem retrahi, propter ſui fœtorem. Demum ſanamus rupturam cum puluere facto de conſolida maiori, & minori, & cymino Huiuſmodi autem puluis ſuper aſpergendus eſt. & collocetur mulier in lecto, ita vt pedes altiores ſint, & ibi omnes operationes ſuas per octo vel nouem dies faciat: & quantum neceſſe fuerit, manducet: ibi egerat, & omnia aſſueta faciat. Hanc præterea oportet abſtinere à balneo, vſque quo viderit quòd balneum ſuſtinere poſsit. Debet quoque abſtinere ab omnibus quæ tuſsim faciunt, & ab indigeſtibilibus. Ad prædictum igitur periculum euitandum, eis in partu diligentiſsimè ſic prouidendum eſt: Præparetur pannus in modum pilæ oblongæ, & ponatur in ano, ad hoc vt in quolibet conatu eijciendi puerum, illud firmiter ano imprimatur, ne fiat huiuſmodi continuitatis ſolutio. Sunt quædam, quibus poſt partum retinetur ſecundina. Ad illius expulſionem accipimus ſuccum porri, & diſtemperamus cum oleo pulegino, vel muſcatellino. Vel damus ſuccum boraginis ad potandum, & ſtatim educitur: quia fortaſſe vomet, & ex conatu vomendi educitur: quia ſuccus ille vim habet talem, qua ſufficit ad eius expulſionem. Sunt quædam, quibus muliebria ventum ſuſcipiunt, qui incluſus dolorem & tumorem facit. Iſtas fomentamus cum decoctione ſinapis, vel cepæ. Quibus quandoque partes illæ pruriunt, quas ſcalpendo excoriant: vnde quandoque oriuntur puſtulæ, quæ maximam inferunt læſionem. Ideo partes illas vngamus cum vnguento, quod valet contra vſturas ex igne vel aqua calida factas. Vnde ad huiuſmodi excoriationes: ℞. pomum vnum, bolum armenum, maſtichen, libanum, oleum, vinum calidum, ceram, & ſepum. Et conficiamus ſic: Pomum mundatum ab interioribus & exterioribus corticibus, tritum ponimus ad ignem in olla cum oleo, cera, & ſepo: & cum bullierit, maſtichem & olibanum puluerizata imponimus. Poſtea facimus colari per pannum. Notandum quòd ſi aliquis propter vſturam hoc vnguento vnctus fuerit, loco inuncto folium hederæ coctum in vino vel aceto, vel gladioli folium debet ſuperponere: hoc enim remedium eſt honeſtũ. Idem ventus per vuluam ingreſſus, vt ſupra diximus, & receptus in dextram partem vel ſiniſtram matricis, tantam generat ventoſitatem, quòd quaſi ruptæ vel iliacæ appareant. Vnde communiter TROTVLA vocata fuit, quaſi magiſtra operis. Cùm enim quædam puella debens incìdi propter huiuſmodi ventoſitatem, quaſi ex ruptura laboraſſet: cùm eam vidiſſet Trotula, admirata fuit quamplurimum. Fecit ergo eam venire in domum ſuam, vt in ſecreto cognoſceret cauſam ægritudinis. Qua cognita, quòd non eſſet dolor ex ruptura, vel inflatione matricis, ſed ex ventoſitate: fecit hoc modo ei fieri balneum, in quo coquebantur malua & parietaria: & eam intromiſit: ac eas partes frequenter & ſatis planè tractauit mollificando: & diu fecit eam in balneo cõmorari: & poſt exitum à balneo faciebat ei emplaſtrum de ſucco tapſi barbati, & rapiſtri, & farina hordei: & totum illud ad ipſam ventoſitatem conſumendam calidum appoſuit: & iterum balneo prædicto inſiſtere fecit, & ſic curata remanſit. Quibuſdam poſt partum accidit immoderatus fluxus ſanguinis. Quibus ſubueniendo extrahimus ſuccum artemiſiæ, ſaluiæ, pulegij, perſicariæ, & aliarum herbarum huiuſmodi: & facimus criſpellas, damus ad comedendum: & collocamus eas frequenter ad balnea: & hoc modo reſtringendo ſanguinem eis ſubuenimus. Vel aliter. Accipe argillam, & diſtempera cum aceto: & fiat emplaſtrum ad hepar in dextro latere. Etſi fluxerit ſanguis per nares, de hoc emplaſtro ponimus ſupra frontem & tempora, ex tranſuerſo tempora & frontem attingendo. Et nota, quòd fluxus per nares non fit, niſi quando peperit filium. Sunt & aliæ quæ laborant exitu matricis poſt partum. Quibus bene ſuccurrendo: ℞. artemiſiam, pulicariam, iuniperum, camphoram, abſynthium; decoquantur in aqua, & fiat balneum, in quo ſedeat uſque ad mamillas. Poſtea ſuauiter ponatur ad lectum: & iaceat ſuſpenſa pedibus, vt matrix conuertatur in locum ſuum. Intromiſſaq; matrice: ℞. puluerem pulegij: galangæ, ſpicæ nardi, nucis muſcatæ, caryophyllatæ: miſce, & diſtempera cum oleo muſcellino, vel pulegino. Et accipe pannum lineum veterem, rarum, & ſubtilem, & intus liga hos pulueres, formando ad modum pilæ. Et matrice intromiſſa, os vuluæ cum dicta pila obſtrue, vt matrix iterum nõ exeat: & pilam ibi cum faſcia ſuperliga, vt non poſsit exire: & facias tranſire retrò vſq; ad renes & intra ilia, & ibi ligetur. Sed antequam ibi ligetur, fiat tale emplaſtrum ſuper renes. ℞. naſturtij, baccharum lauri, thuris, cinnamomi, ana q.ſ. omnibus pulueriza tis, & ad ignem calefactis diſtemperatiſq; cum melle fiat emplaſtrum, quod adhuc calidum ſuper renes ponatur, ligando faſcia,

cum

A cum qua ligata eſt pila vulgæ, firmando emplaſtrum & pilam fortiter, vt moueant. Et ipſa iaceat ſupina per nouem dies & amplius,ſi fuerit neceſſe. Neq; ſe moueat,niſi cauſa magnæ neceſsitatis. Et da ei talem diætam, vt per decem dies non eat ad ſellam, vel ad vrinam faciendam ſæpe. Item in exitu vuluæ poſt partum imponimus plumaceolum, comprimendo vt non exeat, niſi cùm mingit. Tertio vero die facimus balneum: & in poſterioribus facimus inſufflari frequentes pulueres ne tumeſcant ℞. zinziber, pyrethri, cinnamomi ana: fiat puluis. Ad hæmorrhoides innatas vitio partus. ℞. abſynthium, abrotanum, caſsiam ligneam, corticem caſsiæ fiſtulæ: coquantur fortiter in vino: & inde fiat balneum. Et cùm exierit de balneo, accipe puluerem aloes: confice cum oleo muſcelllino, vel pulegino, & intinge bombacem, & ſuppone. Quibuſdam accidit dolor mamillarum ex lacte: Accipe argillam, diſtemperetur in aceto, & fiat emplaſtrum: dolorem ſedat, & lac conſtringit: ſed prius locum aqua calida fomentabis. Item nota quòd dolor, qui accidit in mamillis puellarum, de facili tranſit. Quoniam hæc paſsio menſtruis erumpentibus ſanatur, quòd in quibuſdam puellis morbo caduco laborantibus fit ex ſuffocatione matricis, compreſsis ſpiritualibus. Contra apoſtema autem mamillarum fac emplaſtrum de malua, viſco, abſynthio, artemiſia, & cum axungia diſtemperetur. Et cum caput apparuerit, contere nucleos, & appone: & ſi non rumpitur, cum phleboromo aperiatur: & exprime paruum in principio, ne ex ſubita euacuatione fiat peius. Et tunc impone licinium ſingulis diebus bis vel ter illinitum vitello oui, aut & melius vn-
B guento facto ex butyro Maij, vitello oui, & terebinthina: quod eſt mirabile, & benignum. Quòd ſi locus iſte fuerit fiſtulatus, cum cura hac poterimus ſubuenire. ℞. radicem mundatam ellebori nigri, & intinctam oleo, vel melle impone, & puluerem de lappa combuſta ſuperaſperge: id enim omnem fiſtulam inundat & mortificat, dummodo inter oſſa non fuerit. Ideoq; ibi debet poni, quouſq; mortificetur, & deſiccetur. [Po]ſtea vulnus curetur.

DE MALA COMPLEXIONE CALIDA, & frigida matricis.

CAPVT XXI.

VT igitur à nobis de curatione mulierum compendioſa fiat traditio, notandum eſt, quòd quædam mulieres ſunt calidæ, quædam frigidæ. Ad quod tale fiat experimentum. Licinium cum oleo pulegino, vel laurino, vel alio oleo calido inungamus: & illud in quantitate parui digiti vuluæ intromittamus de nocte, quando vadit dormitum: & ligetur cum filo forti circa crura. Quòd ſi intus attractum fuerit, datum eſt nobis indicium, quòd laborat frigiditate. Si verò expulſum fuerit, ſcimus eam laborare caliditate. Sed in vtraque cauſa ſubueniendum eſt hoc modo. Si de cauſa laborat calida, ſuppo-
C natur ſuffumigium de herbis frigidis in hunc modum. Quoniam contraria contrarijs curantur. Ponamus igitur maluas, violas, & roſas in aqua, & iſtarum decoctione fumigemus. Si verò frigiditate laborat, quòd melius eſt, de pulegio, folijs lauri, & perſicaria mulieri faciamus fumigium, ſimiliter peſſarium: & ſic abundantia humorum mundificata, habilis erit ad concipiendum. Poſtea faciamus fumigium fœminis, quod miro modo confortat. ℞. caryophil. ſpicæ nardi, ſtoracis, calaminthæ, nucis muſcatæ, & ponantur in teſta oui ſuper carbones viuos paucos, & paretur ſella perforata, vt totus fumus ad interiora redundet.

DE DOLORE MATRICIS.

CAPVT XXII.

AD dolorem matricis prouenientem ex duritie ipſius: Accipe ſaxifragiam, cretam marinam, caules veteres, artemiſiam, maluam, radicem aſparagi: omnes herbas coque in aqua fortiter, & fac in his ſedere patientem vſque ad mamillas. Et cum exierit, piſta maluam, artemiſiam, camphoram, & eas piſtoratas in olla calefacias: & informa magdaleones cum pauco oleo laurino, vel pulegino: & ſuppone. Contingit & dolor matricis ex aborſu, vel ante tempus ex retentione menſtruorum. Quòd fit ſæpius ex frigiditate, raró autem ex caliditate. Si ex frigiditate, ſignum eſt dolor & punctura ſiniſtri lateris. Tunc accipe pulegium, origanum, nepetam, lauri frondes, vel grana, & maluas, in aqua bene fac bullire: & in-
D de patientem fomenta. Poſtea accipe caryophyllos, ſpicam nardi, nucem muſcatã, galangam: & fiat ſuffumigatio, & per embotum fumum recipiat. Deinde triferam magnam, vel potionem S. Pauli in modum auellanæ, ſuppone cum bombace. Si autem ex calore fit, tunc vſu Veneris matrix deſiccatur, & calefit. Signum huius eſt, quod dolor nimius circa partes illas eſt. Ideo accipe maluam, herbam violarum, flores roſarum, radices iunci: coquantur fortiter in aqua, & in eis fomentetur patiens, & eidem trifera Saracenica omni die ſupponatur.

DE FLVXV MATRICIS.

CAPVT XXIII.

SVnt quædam mulieres, quæ fluxum patiuntur matricis inſtar ſpermatis, vt ſunt quædam vetulæ fluxum ſanioſum emittentes. Quibus prouocando menſtrua ſubueniendum eſt, cùm ſunt ſteriles. Sunt & aliæ ſteriles, ſimili modo ſaniem educentes. Hoc itaq; eſt in cõſueto tempore eis aduenientе. Cum enim eis mẽſtrua negantur, loco menſtruorũ, propter earum frigiditatem ſaniem emittunt, ac ſi ab hepate fluxus deſcenderet. Quibus ſic ſubueniendũ eſt. Faciamus eis fumigium ex vino vel aqua, in qua coctæ ſint herbę calidæ, quales ponemus infrà de ſtranguria & lapide. Poſtea diſtemperemus triferã magnã in oleo pulegino vel muſcellino, & in panno lineo, vel lana ſuccida, vel bombace inuoluamus, & vuluæ imponamus. Sunt & aliæ iuuenes, quæ eodem modo laborant, propter defectum menſtruorum, ſed iſtæ liberantur menſtruis prouocatis. Et notandũ quòd quędam mulieres calidæ, ſteriles factæ ſunt, *cap. 41. & 42.*

nec laborant huiuſmodi fluxu,ſed ſiccæ tanquam viri permanent. Sunt item quædam quæ fluxum ſanio ſum habent ſimul cum menſtruis. Quas facimus ſedere ſuper maſſam erucæ agreſtis coctæ in vino, panno lineo interpoſito: dummodo ſit calida. Ad idem recipe pulegium pulueriżatum, & in ſacculo ponatur, qui in tantum longus & latus fiat, vt vtraq; pudibunda ligari poſsint, quem patiens ferre debet ſuper vuluam ad fluxuum prohibitionem. Et priuſquam ligetur, debet ad ignem calefieri, vt confortetur tam anus, quàm vulua. A

DE CARNE IN MATRICE exorta.

CAPVT XXIIII.

SVnt quædam mulieres quibus fruſta carnis pendent in matrice. Et nota, quòd hoc eis contingit ex ſpermate intus retento, & infuſcato: quia poſt coitum ſe mundificant. Has igitur ſemper cum decoctione calida herbarum fomentamus.

DE TVSSI ACERRIMA puerorum.

CAPVT XXV.

PAſsioni puerorum, quæ eſt quaſi tuſsis acerrima ſic ſubuenimus. Accipe hyſſopum, ſerpillum, & in vino decoque, & da ad bibendum. Vel grana iuniperi diſtemperamus cum vino, & damus ad bibendum. B

DE SVDORE FOETIDO.

CAPVT XXVI.

SVnt quidam, qui habent ſudorem fœtidum vltra modum. Iſtis facimus pannum in vino intinctum in quo bullierint folia myrtilli, vel ipſa herba, vel ipſi myrtilli.

DE DOLORE OCVLORVM.

CAPVT XXVII.

COntra dolorem oculorum accipe maluam, herbam violariam, ſummitates rubi, roſas ſiccas, verbenam, ſilerem montanum: & oculos inde fomenta in ſero, & fac emplaſtrū de eiſdem herbis cum albumine oui, & ſuperpone.

DE TELA OCVLORVM.

CAPVT XXVIII.

SI tela ſit in oculo, accipe concham marinam, & olibanum, ana æqualibus partibus: combure, & os ſepiæ non combuſtū pulueriza: & oculis impone bis vel ter in hebdomada. Si de phlegmate fuerit, accipe polium montanū, pulegium, folia lauri, origanum, carui: & inde oculos foměta. Vnguentum ad idem: Accipe aloes hepatici duas partes, olibani, gypſi, ana de his duobus quantum de aloe hepatico pulueriza ſubtiliter, & confice cum axungia recenti, & locum inunge. C

DE MACVLIS OCVLORVM.

CAPVT XXIX.

AD maculas oculorum, quæ remanent poſt ruborem, ℞. carnis marinæ ℥.ij, libani, oſsis ſepiæ ana ℥.v. carnem marinam, & olibanum in puluerem redige, & os ſepiæ ſubtiliter rade: fiat puluis, & oculis imponatur. Si patiens eſſet puer, diſtemperetur cū aqua roſacea, & oculis immittatur. Vnde quæ oculis præcipuè valent, his verſibus habes:

Fœniculum, verbena, roſa, chelidonia, ruta:
Ex hu fiet aqua, quæ lumina reddit acuta.

DE EXITV MATRICIS PROPTER diſproportionem virgæ virilis. D

CAPVT XXX.

SVnt & aliæ mulieres quibus matricem contingit exire alia de cauſa: vt ſunt illæ, quę non poſſunt pati virgam virilem propter ſui longitudinem, vel magnitudinem, coactæ tamen patiuntur: ſed matrix poſtea exit de loco, & indureſcit. Quibus ſubuenimus, vt dictum eſt ſuprà Ca. 20. Vel accipe pannum, & intingatur oleo calido, & pulegino, vel muſcellino, & imprimatur, vel illinatur, vel imponatur vuluæ: & ligetur quouſque matrix calefacta receſſerit per ſe. Sed caueat ab omnibus quæ tuſsim inducere poſſunt.

DE INFLATIONE VVLVAE.

CAPVT XXXI.

VVlua mulieris quandoq; inflatur ex coitu. Tunc ſedeat in aqua decoctionis maluæ, altheæ, & pulegij, & liberabitur. Vel accipe pulegium, pulicariam, folia lauri: bulliant in aqua, in qua ſedeat mulier: deinde fiat ex prædictis ſuffumigatio.

DE RVPTVRA VVLVAE.

CAPVT XXXII.

AD rupturam inferiorum partium poſt partum, accipe radicem conſolidæ maioris: deſicca eam bene, & pulueriza: & puluerem cymini ſubtilem, & cinnamomi etiam in vuluam inijce: & conſolidabitur.

A

DE DOLORE VVLVAE.

CAPVT XXXIII.

AD dolorem vuluæ poſt partum, accipe rutam, arteiniſiam, camphorá: piſta benę, & cum oleo muſcellino vel pulegino conficiantur: & madefacta in olla inuoluantur panno, & ſuperponantur.

DE MVLIERIBVS MINGENTIbus in lecto.

CAPVT XXXIIII.

MVlieres quædam ſunt, quæ nocte in lecto, velint nolint mingunt: quoniam meatus naturales paralyſim patiuntur. Has igitur cum herbis calidis fomentamus.

DE MODO COARCTANDI MATRICEM, vt etiam corrupta appareat virgo.

CAPVT XXXV.

NIſi de reſtrictione amplitudinis vuluæ propter honeſtâ cauſam liceret tractare, nullam de ea mentionem faceremus: ſed cum per hác impediatur aliquando conceptio, neceſſe eſt tali impedimen-
B to ſic ſubuenire: ℞ ſanguinis draconis, boli armeni, corticis mali granati, aluminis, maſtiches, gallarum ana ℥ j vel ℥.ij. vel quantum vis ſingulorum, & in puluerẽ redige: & omnia ſimul in aqua calefacta conficiantur: & de hac confectione pone in foramen tranſiens in matricem. Vel, ℞ gallarum, ſumach, plantaginis, conſolidæ maioris, aluminis, cimoliæ, chamelææ ana ℥.j. decoquantur in aqua pluuiali: & cum iſta decoctione fomententur pudibunda.

DE CRASSIS MVLIERIBVS & gracilibus.

CAPVT XXXVI.

SVnt quædam mulieres, quibus non committitur carnale commercium: tum quia voto, tum quia religione tenentur, tum quia viduæ ſunt. Nam quibuſdam mulieribus non licet ad ſecunda vota tranſire: quæ cùm voluntatem habeant coëundi, & non coëunt, ideo incurrunt grauem ægritudinem. Illis igitur fiat tale remedium: Accipe bombacem, & oleum muſcellinum, vel puleginum, & inunge, & vuluæ impone. Quòd ſi tale oleum non haberes, accipe triferam magnam, & cum modico vino calido reſolue, & cum bombace vel lana ſuccida vuluæ impone. Hoc enim bene caſtigat & refrænat luxuriam,
C dolorem eius & pruriginem ſedans. Nota quod in hoc caſu nullum peſſarium eſt adminiſtrandum, ne matrix longa abſtinentia reſtricta lædatur: quoniam os matricis vuluæ coniungitur vt ori labia: niſi fiat conceptio: tunc enim retrahitur matrix. Alia enim eſt cura, qua reddimus matricem aptam ad cõcipiendum. Sed quoniam quędam ſunt craſſæ quaſi hydropicę, & quædam graciles: tam illæ quàm aliæ ineptæ ſunt ad concipiendum. Vtriſq; ergo diuerſo modo ſubueniẽdum eſt. Vnde ſi fuerit phlegmatica & craſſa, faciamus ei balneum de aqua marina & ſalſa. Ad moderationem tamen aquæ imponimus iuniperũ, nepetam, pulegium, laureolam, abſynthium, artemiſiam, hyſſopum, huiuſmodiq; herbas calidas. In hoc balneo faciat moram, quouſq; ſatis ſudet. Poſtea recipiatur cautè in lectum, & bene cooperiatur. Et ſi aliquando cibum petierit, detur ei in principio roſata nouella. Detur etiam cibus bonus, calidus, ſani nutrimenti, & vinum optimum modicum ſumptum. Sic ter vel quater in die fac ei balneum, & in craſtino die ſimiliter. Tertio verò die fiat fumigium optimum, & odoriferum, quod ſuprà diximus. Hanc etiam curã viris frigidis facimus. Sed loco fumigij damus etiam confortatiua calida. Si verò ſit craſſa, & quaſi hydropica, diſtemperamus ſtercus vaccinum cum vino optimo, & inde illinimus eam: quæ ſic linita intret ſtupham uſq; ad collum, quæ ſtupha multum caliditatis habeat ab igne facto ex ſambuco, & ebulo: & in ea cooperta multum ſudorem emittat, & in ſtupha moretur, donec quaſi aliquantulum per inferiora ſe purget. Et erit quaſi viride illud quod exibit. Quæ poſtquam ſatis ſudauerit, abluat ſe cum aqua prioris balnei, & ſic cautè intret in lectum. Et hoc fiat bis, vel ter vel quater in hebdomada, & ſatis gracilis in-
D uenietur. Iſtam cibabis, & bonum quoq; & odoriferum vinum potet. Viros etiam craſſos hac cura reddimus graciles. Curamus etiam aliter viros craſſos multum ieiunando & balneando. Similiter & faciendo eis ſepulchrũ iuxta littus maris in arena, modo dicto illinimus eos: & cùm calor eſt fortiſsimus, tanquam poſitos in ſepulchro, ſuffundimus arena calida, & inibi facimus multùm & copioſè ſudare: & poſtea cum aqua prioris balnei optimè lauamus.

DE RETENTIONE SECVNDINAE.

CAPVT XXXVII.

AD difficilem partum, & educendam ſecundinam, Accipe radicem petroſelini, folia porrorum, & extrahe ſuccum, & admiſce pauco oleo, & da bibere patienti: & miſce acetum in vuluam, & liberabitur.

DE ABORSV. CAPVT XXXVIII.

COntra aborſum aſſuetum fieri quibuſdam mulieribus in ſeptimo menſe, vel nono, Accipe oleum, ceram, puluerem thuris & maſtiches: miſce, & inde vngatur mulier antè & retrò in hebdomada bis vel ter: quia multum confortat matricem & cotyledones.

DE EXITV ANI. CAPVT XXXIX. A

ANi exitus eſt morbus communis, tam viris quàm mulieribus: & facit ſanguinem fluere. In reſtringendo igitur ſanguinem, & anum reponēdo, ſubuenimus hoc modo: Primò fomentamus patientem cum decoctione vini, in quo bullierit abſynthium: & cum hac decoctione bene fomentetur anus, & liniatur per totum cum atramento encauſto ad reſtringendum. Poſtea cineres de ſalice, & eius radice, & * ariſta alicuius piſcis ſalſi facti, ſuperaſpergantur, & reponatur anus cum panno lineo. Et hoc fiat tribus diebus bis in die, & ſaluabitur. Sunt & alij, quibus non exit anus, tamen maximum dolorem patiuntur: & illis taliter ſubueniendum eſt: Puluerizetur aloë hepatica, & cum vino calido diſtemperetur: & cùm adhuc eſt tepidum, intingatur in eo linum, vel lana, vel cotum, & ano imponatur: id enim dolorem mitigat, & inflationem ani aufert.

DE DOLORE ILIORVM. CAPVT XL.

DOlor iliorum quibuſdam accidit: quibus ſic ſubuenire ſolemus. Solanum decoquimus in aqua cũ cinere, & loco dolenti apponimus. Ad idem valet ſeſaminum crudum decoctum cum ſemine, & loco dolenti applicatum. B

DE STRANGVRIA. CAPVT XLI.

STranguriam patiuntur tam vir, quàm mulieres. Viris autem ſuccurrimus decoquendo naſturtium aquaticum: facimus cataplaſma, & decoquendo naſturtium aquaticum: facimus cataplaſma, & pectini ſuperponimus: & in eius decoctione iubemus ſedere patientem. Mulieribus verò eadem paſsione laborantibus, facimus ſuffumigium ex mentaſtro, nepita, & pulegio. Item tam viris, quàm mulieribus facimus ſtupham, in qua bullierint iuniperus, nepita, pulicaria, mentaſtrum, folia lauri, pulegium, abſynthium, & artemiſia: & in balneo damus benedictam ſimplicem: & ſic liberabitur patiens: niſi fiat impedimentum per lapidem confirmatum eijciendo arenulas, & ſe purgando per urinam.

DE LAPIDE. CAPVT XLII.

SI autem lapis adeſſet, decoquimus ſaxifragiam cum radice graminis in aqua ad conſumptionem medietatis: de qua decoctione damus lapidoſis ad potandum. Et ſi vinum appetunt, concedimus eis ipſum lymphare cum huiuſmodi aqua. Et hoc facimus bis vel ter in die, continuando per quatuor vel quinq; dies. Quòd ſi tunc non minxerit, erit ſignũ lapidis confirmati. Tunc ergo ſi fuerit in collo veſicæ accipe maluam, cretanum, cauliculum agreſtem, ſaxifragiam, parietariam, naſturtium aquaticum, ameos, & ſemen vrticæ: & decoque iſta in liquore, cuius tertia pars ſit vinum, & tertia oleum, & quarta aqua marina, vel ſalſa. Cum hac ergo decoctione fomentetur patiens bene, maximè circa partes illas, apponendo herbas. Hac cura fuit quidam liberatus habens lapidem in veſica, quem poſt longam fomentationem fecit ſugendo extrahi per foramen factum circa periton æon, & fecit inungi virgam, & maximè caput virgæ cum oleo laurino, vel vnguento aureo. C

DE DYSENTERIA. CAPVT XLIII.

FIt dyſenteria quandoq; ex cholera, quandoq; ex phlegmate. Cura igitur dyſenteriæ phlegmaticæ eſt, vt primò ſuffumigemus cum thymo, epithymo, vel colophonia: poſtea fomentemus cum eruca agreſti. Contra dyſenteriam verò ex cholera, ℞. flores roſarum rubearum, decoquantur in aqua pluuiali: in qua decoctione intingatur cotum, ſeu bombax, & ano imponatur.

DE PEDICVLIS NASCENTIBVS in pectine, & ſub aſellis, & circa oculos.

CAPVT XLIIII.

AD pediculos qui in pectine, & ſub aſellis naſcuntur, diſtemperamus cineres cum oleo inungentes illa loca. Contra pediculos verò generales circa oculos facimus vnguentum ſatis valens ad expulſionem eorum, & ruborem oculorum, & ad mitigationem doloris eorum. ℞ Aloes ℥.j. ceruſæ, olibani ana ℥.v. laridi quod ſufficiat, larido minutim contrito, cætera puluerizata imponantur, & fiat vnguentum. D

DE SCABIE COXARVM, ET aliarum partium.

CAPVT XLV.

AD hanc infectionem cutis valet tale vnguentum: ℞. Radicem enulæ, aceti, argenti viui, olei ana ad placitum, cum axungia ſic conficiendo: Radix enulæ mundetur, & incidatur minutim: & poſtquã ſatis decocta fuerit in aceto, teratur in mortario cum axungia: poſtea argentum viuum ponatur cum oleo & cum aceto, in quo cocta ſit enula, diſtemperetur. Valet hoc vnguentum illis, qui per pruritum ſe ſcalpendo excoriant. Notandum tamen, quòd ſi quis hoc vnguento ſe vnxerit, aquam frigidam in ore teneat, ne dentes lædantur ab argento viuo, quod circumquaque fluit.

DE

A

DE CANCRO. CAPVT XLVI.

CAncrum vbicunque ſit in corpore, mundamus, & puluerem factum de cymino, & viridi ære ſuperaſpergimus, vt decet. Poſtea locum infirmum deſiccatum inungimus hoc vnguento: ℞. Olibanum, maſtichen, ceram, oleum, picem Græcam, galbanum, aloen, abſynthium, artemiſiam, parietariam, rutam, ſaluiam. Conficiantur ſic: Terantur herbæ, & infundatur oleum, & miſceatur ſuper ignem: & cùm fuerit in ſupremo calidum, oleum coletur, & iterum igne apponatur hoc vnguentum. Signum autem decoctionis eſt, cùm gutta ſuper marmor poſita reſederit, & indurauerit. Et nota, quod loco cancroſo folia hederæ ſylueſtris ſatis valent, in vino decocta, & ſuperpoſita.

DE CANCRO NASI. CAPVT XLVII.

AD Cancrum naſi: ℞. Pallam marinam, ſaluiam, colophoniam, hermodactylos, atramentum, id eſt, terram Campaniæ, omnia æqualiter: & pulueriza. Sed antequam puluerem iſtum ponas, ablue locum cum vino calido, in quo coctum ſit abſynthium: poſtea pone deſuper puluerem prædictum.

DE FORMICATIONIBVS ET SYronibus. CAPVT XLVIII.

B AD Formicationes & ſyrones vbicunque ſint in corpore, maximè in facie, & in fronte, frumentum diſtemperamus cum vino, puluere libani appoſito: & ad modum emplaſtri loco apponimus.

DE INFLATIONE PEDVM. CAPVT XLIX.

COntingit aliquando pedes inflari ex dolore matricis: tunc accipe tribulos marinos, & coque in aqua marina vel ſalſa, & fumiga ſæpe pedes: & poſt fumigium cum fomentum erit tepidum, lauabis pedes.

DE INFLATIONE VIRGAE VIRILIS, & Teſticulorum. CAPVT L.

SVnt quidam qui in virga virili patiuntur inflationem, ſub præputio foramina multa cum excoriatione: quibus ſic ſubuenimus: Maluam in aqua bullimus, & bullitam exprimimus, vt nihil aquæ remaneat, poſtea piſtamus cum ſanguine calido, vel butyro ſine ſale, vel oleo, & igni apponimus, ac calidum ſuper foliis caulium, & ſuper pannum lineum poſitum, membrum virile circundamus. Et hoc tale ſit remedium ad inflationem tollẽdam Deinde præputio euerſo, cum aqua calida lauamus collum præputij vlceroſum, & puluerem de pice Græca, & carie lignorum, vel vermium, & roſarum, & de radice ta-
C pſi barbati, & myrtilli ſuperaſpergimus. Quòd ſi deeſſet myrtillus, alia quatuor ſufficiunt. Et hoc ſic fiat bis vel ter ſingulis diebus, donec ſanetur. Ad teſticulos verò inflatos fiat talis fomentatio: Accipe maluã, abſynthium, verbenam, biſmaluam, caſſilaginem, artemiſiam, & caules: hæc omnia coquantur in vino forti, vel veteri, & inde fomentabis bis vel ter in die: & eas herbas piſta, & miſce cum melle, & bulliant: & hoc totum cum vino ſuperpone.

DE PVSTVLIS PARVIS PVERORVM. CAPVT LI.

QVando puſtulæ naſcuntur pueris paruæ, tunc illæ cum ſale trito ſolui debent, & cum faſcia ligari, vt reſoluantur: quibus pueris nec vnctuoſa, neque dulcia dari debent. Si verò in corpore pueri anthrax apparuerit, detur nutrici aqua hordei, & quandoque ſcarificetur. Similiter & ipſa neque dulcia, neque ſalſa comedat. Quo caſu lac nutricis hoc modo debet cognoſci: Si gutta vna diſtillata ſuper vnguem, nec nimis ſubtile, nec nimis liquidum, nec nimis groſſum, nec nimis coagulatum apparuerit, habens bonum odorem, & puram dulcedinem. Salſum autem lac, aut malè redolens, infantis nutrimento non eſt conueniens.

DE FOETORE ORIS. CAPVT LII.

AD fœtorem oris vitio ſtomachi, ſummitates myrtæ terantur & coquantur in vino vſque ad medietatem: & ſtomacho mundato tale vinum propinetur.

D

DE CASV VVVLAE. CAPVT LIII.

HIs qui caſum vuulæ patiuntur, ſic ſubuenimus. Puluerem zingiberis, pyrethri, & cinnamomi decoquimus in vino, & facimus gargarizare, & puluerem horum calidum vuulæ apponimus.

DE VERME MANVVM ET PEDVM. CAPVT LIIII.

AD eiiciendum vermen de manibus & pedibus, ſcilicet ſyronem. Accipe laterem calefactum, & aliquod vas plenum aqua: & poſtea ſuper laterem cãdẽtem ponatur ſemen iuſquiami: & patiens teneat pedes ſuper fumum, & videbis vermes quaſi pilos in aquam cadentes. Item ad idem: Accipe paleam auenæ, & combure in cineres: poſtea apponatur aqua calida quantum patiens poterit ſuſtinere, & in ea teneat pedes quouſque infrigidentur: poſtea coletur, ita quòd nihil aquæ remaneat, & ſtringãtur bene cineres, vt aqua exeat, & ſeparetur paulatim, & inuenies vermes inſtar fili (per fumum iuſquiami) expulſos. Sic ſimiliter cadunt ſyrones manuum. Nota, quòd ſi locus corrodatur à vermibus: accipe paleam, & incinera, & poſtea ponatur in aquam calidam: & in illam aquam, quantum calidam ſuſtinere poterit, collocet patiens membrum, & exibunt vermes, poſtea curetur locus, vt aliud vulnus.

DE SVRDITATE AVRIVM. A

CAPVT LV.

AD ſurditatem aurium accipe pinguedinem anguillarum recentium, quæ apparet poſt decoctionem illarum,& ſuccum caprifolij, & barbæ Iouis,& ouorum formicarum plenam palmam: tere,& cola:& hæc omnia ſimul cum oleo miſceantur,& decoquantur. Poſt decoctionem admiſceatur ei acetum,vt magis ſit penetratiuum,vel vinum quod ſufficit,& auri ſanæ infunde:& obturetur auris infirma,& ſuper ſanam iaceat partem:& manè caueat ne vento appropinquet. Et fac illum per aliquantulum tempus ſuper aurem ſanam iacere:& iterum ſuper infirmam.

DE GLANDVLIS. CAPVT LVI.

AD glandulas artemiſia calefacta, ſimul trita & ſuperpoſita,glandulas diſſoluit. Quæ etiam in vino trita,& in melle cocta,glandulas faciei ſuperpoſita mollificat,maturat,& attenuat.

DE HAEMORRHOIDIBVS. CAPVT LVII.

AD hæmorrhoides innatas vitio partus accipe abſynthium, abrotanum, caſsiam ligneam, caſsiam fiſtulam:coquantur fortiter in vino,& facias mulierem ibi balneari: & cùm exierit de balneo,accipe puluerem aloes,confectum cum oleo muſcellino,vel pulegino:& intinge bombacem,& ſuperpone. Aliter,Accipe ſotulares veteres,& pineam herbam,& coquatur ea in vino, & inibi fac ſedere eam, B quàm diu pati poterit:& cùm exierit de fomento, accipe alumen album puluerizatum, & ſuppone. hoc enim ita conſolidat,vt reddat violatam plus quàm virginem.

DE DOLORE DENTIVM.

CAPVT LVIII.

AD dolorem dentium,& eos confortandos,ſi moti fuerint: ℞. Salis armoniaci ʒ.xj.coſti ʒ.xiiij.melon,piperis ʒ.iiij folij ʒ ij. confice ſic: Sal & furfur in ollam dimitte, donec carboneſcant: & cùm infrigidatum fuerit,cum cæteris ſpeciebus tere,& in puluerem ſubtiliſſimum redige, & inde dentes & loca vlceroſa frica.Item aliud,& eſt pimpinella,vel ſuccus eius:dentes enim optimè dealbat. Similiter herba eius trita,& appoſita tumorem gingiuarum emendat.

DE FISTVLA. CAPVT LIX.

EXperimentum probatum ad Fiſtulam: Accipe foliorum caulis rubei,& ſeminis eiuſdem, radicis rubiæ maioris ana partes æquales: terantur,& in vino optimo decoquantur vſq; ad tres partes,fiat colatura,& addito melle coquatur ad ſpiſſitudinē: dentur quotidie duo cochlearia manè & ſerò patienti. Nota,quòd ſi fiſtula fuerit in aliquo loco,cuius canalis penetret ad oculos, vt iuxta naſum,incurabilis eſt, quia nec inciſionem, nec aliquam medicinam ibi adminiſtrare poſſumus, propter teneram ſubſtantiam oculorum. Quidam tamen teſtantur, quòd talis fiſtula poſſit curari per ſolam agrimoniá,ex multo C vſu habitam,ſiue in potu,ſiue in puluere. Ad idem valet filipendula,& grana in fine radicis eius inuenta.

DE SCABIE MANVVM.

CAPVT LX.

AD ſcabiem manuum ſanandam accipe lapatium acutum, & fumum terræ, confice in modum vnguenti cum axungia porcina,& butyro facto in Maio,quo inunge manus.

DE ORNATV FACIEI, ET PARTIVM EIVS: adque faciem dealbandam: item de ornatu capillorum.

CAPVT LXI.

RAdicem accipe draconteæ, & munda, & radicem iari,ana,tere in mortario cum axungia, & diſtempera cum aqua calida,& cola per pannum,& poſtea bene moueas,& ſic ſtet per noctem: & in manè aquam ſuauiter remoue, aliam infundendo aquam: ad cuius linimenti confectionem optima eſſet aqua diſtillationis florum caprifolij.& hoc reiterando continua per 5 dies,ad reprimēdam malitiam eorum,quæ poſſent inferre faciei læſionem. Sexta verò die, abiecta aqua expone,vt deſiccetur. Poſtea accipe prædictæ confectionis ℥.ij.ceruſæ ℥.j.camphoræ ℥.v.boracis,gummi Arabici ana ʒ j. Diſſoluatur borax in aqua roſacea,fricando inter manus:& poſtea diſtemperentur hæc omnia cum aqua roſacea.De quo faciem dealbando,accipe ad quantitatem fabæ, & diſtempera cum pauca aqua frigida inter manus D. fricando,& cum ambabus manibus faciem illinias,prius facie lota cum aqua & ſapone:deinde cum aqua frigida aſpergatur, & pannus ſubtilis ſuperponatur, ſiue manè,ſiue ſerò hoc fiat: & talis decoratio faciei per 3. vel 4. dies durat. Vnguentum ad faciem dealbandam: ℞. Ceruſæ optimæ ℥ ij.teratur,poſtea cribrelletur per pannum, & quod in panno remanebit, abiiciatur: & aqua pluuialis admiſceatur, & coquatur vſque ad conſumptionem aquæ.quod poteſt cognoſci,quando videbimus id coctum ferè eſſe deſiccatum:tunc infrigidetur,& huic infrigidato & deſiccato addatur aqua roſarum:& iterum bulliat,quouſque fiat durum & ſpiſſum,ita quòd inde poſſint formari pilulæ minutæ. & cùm volueris inungi, accipe pilulam vná,& liquefiat in manu cum aqua, & inde fricetur facies benè,vt deſiccetur: deinde cum aqua pura abluatur,& hoc durabit per 8.dies. Secundò ad faciem rubificandam, accipe radicem viticellæ, & munda,& incide minutim,& deſicca.Poſtea pulueriza,& diſtempera cum aqua roſacea,& cum bombace,vel panno lineo ſubtiliſſimo illinendo inducit ruborem faciei. Mulieri autem ſatis albæ, ſi rubore careat,facimus colorem rubeum,vt ſubmentita vel palliata ſpecie albedinis color rubeus, quaſi naturalis appareat. Item ad rugas faciei vetularum: Accipe ſpatulam,id eſt gladiolum,& ſuccum extrahe, & cum illo ſucco in ſero faciem inunge,& in manè erit cutis eleuata,& rumpetur. Quam rupturá curamus cum prædicto vnguento,in quo radix lilij recipitur,& puluere cutim extrahendo, quæ poſt rupturá lota ſatis

apparet

A apparet ſubtilis. Item ad lentigines faciei,quæ ſunt ex accidenti: Accipe radicem draconthеæ,& in pul-
uerem redige,& oſſa ſepiæ,& libanum,& de omnibus iſtis fac puluerem,& cum pauca aqua miſce,& in-
de manus illinias fricando in manè cum aqua roſata,vel aqua furfuris, vel cum mica panis fricando, do-
nec remoueas. Aliud:Pone in acerrimo aceto oua ſeptem integra, & tandiu dimitte ibi,donec exterior
teſta in modum interioris pelliculæ molleſcat, & cum eis admiſce pulueris ſynapis ℥.iiij. & ſimul tere,&
inde faciem inunge frequenter. Item ad tollendos rubores faciei, ſanguiſugas, quæ variæ ſunt,apponi-
mus in calamo, loco prius loto cum vino,cui debent adhærere ſcilicet circa nares & aures ex vtraq; par-
te:aut ventoſas ponimus ſuper ſcapulas. Item ad venas,quæ apparent in facie,vel in naſo: Accipe de ſa-
pone partes quatuor,& quartam partem de pipere,& puluerizata apponimus loco,& pr̨dicto modo cu
ramus. Item ad aſperitatem faciei ex Sole vel vento,& ad eam dealbandam & clarificandam: Accipe ſe-
pum ceruinum,bulliat in aqua,deinde in aliam aquam coletur,& colatum diu manib. malaxetur, & tunc
adde puluerem cryſtalli & vermis. Nota ſingulare vnguentum valens ad Solis aduſtionem,& quamlibet
fiſſuram,maximè ex vento,& contra puſtulas faciei ex aere:ſimiliter contra maculas,& excoriationes fa
ciei,quo vtuntur mulieres Salernitanæ: ℞. Radicis lilij ℥.j.ceruſæ ℥.ij.maſtiches,olibani ana ℥ v.câpho-
ræ ʒ.j.axungiæ ℥.j.aquæ roſatæ,q.ſ. Conficiantur ſic:Radix lilij mundata decoquatur in aqua,& hæc ex-
tracta bene teratur:axungia verò liquefiat ad ignem,& bene colata, & à ſale mundata: ſimul hæc duo di-
B ſtemperentur prius,addendo ceruſam in aqua roſacea diſſolutam : deinde reliqua ſecundum artem pul-
uerizata,& fiat vnguentum. Hoc igitur vnguento ſolent prædictæ mulieres ſe ad ignem inungere,in ſe-
ro,vt in mane à prædictis,ſcilicet à Solis aduſtione, & fiſſuris, & puſtulis , & huiuſmodi , tam per aerem
quam per Solis ardorem,illæſæ de die permaneant. Id enim eleuat cutem,& pulchrè colorat. Neq; ma-
ne lotionibus,vel aliquibus aliis eſt opus ad remouendum à facie:quoniam non derogat colori quoquo
modo. Valet etiam ad repreſsionem puſtularum in leproſis, & ſatis mundificatiuum eſt. Quoniam hu-
iuſmodi ornatus mulieribus in frequenti vſu eſt. quia ſi fuerint deformes, paleat eas. Ideò notandum,
quando ſe voluerint ornare,primò abluant faciem cum ſapone gallico, & cum aqua calida, & cum cola-
tura furfuris: & hoc fiat in balneo : poſtea inungant faciem prius deſiccatam cum oleo de tartaro, conti-
nuando per ſeptem noctes,& totidem dies, vel etiam per quindecim, ſi vultus multum fuerit pannoſus,
& lentiginoſus. Et quando verecundantur inungere faciem de die, tunc ſolent ſe inungere de nocte, &
manè lauare cum aqua tepida,in qua reſoluta fuerit pinguedo amidi ad mitigationem. Volens ergo mu-
lier faciem ſuam decorare,vadat ad balneum,& intret ſtupham, ibique faciem inungat cum oleo tartari-
no,& ſic inuncta ſudet optimè, poſtea lauet faciem,vt patet ex ſupradictis. Et ſi voluerit tollere pilos in
facie, tunc poſt balneum faciem ſuam bene deſiccatam cum panno illiniat hoc pſilothro. ℞. Colopho-
niam & ceram,& in vaſe fictili reſolue:& his reſolutis addatur parua gutta galbani, & diu coquantur,mo
C uendo cum ſpatula. Deinde accipe maſtichen,olibanum, gummi Arabicum,& cæteris commiſceantur.
hoc facto,ab igne deponatur:& cùm fuerit tepidum,faciem ſuam liniat,ſed non tangat ſupercilia. Dimit
tat per horam,donec ſit infrigidatum,poſtea remoueat illud: ſubtiliat enim cutem, & pulcram reddit fa-
ciem,& pilos remouet,& omnem ſpurcitiam reddit coloratam & lucidam . Item ad pannum remouen-
dum poſt partum,illinias faciem cepa,vel ſquilla,& inde cutis eleuabitur.eleuata autem cute,ſepum hir-
cinum recens faciei ſuperpone,& poſtea eleuatam cutem remoueas. Aliud ad pannum faciei remouen-
dum: Accipe tartarum de vino albo fortiſſimum, & cum vrina pueri madefactum ſtupis inuolue,& cum
panno lineo per noctem ſub cinere calido dimitte:manè verò proiicias pannum, & tartarum tere, & di-
ſtempera cum melle & vnge faciem,vt ſuprà diximus. Item ad cutem in facie ſubtiliandam:Accipe dra-
conteam,vel maluam tere,vel bryoniam, piſta fortiter, & poſtea miſce cum melle albo, & fac bullire per
duas horas,& in fine decoctionis adiunge puluerem, camphoræ, boracis, ſalis gemmæ,cum ſpatula diu
mouendo,& vſui reſerua,& vtere facie lota in aqua tepida,vel ſulfure,ter in hebdomada, & in die Domi
nica de hoc vnguento inunge: ℞. Camphoram, radicem lilij in aqua elixam, & axungiam porcinam re-
centem, hæc omnia confice cum aqua roſacea, & vtere. Item ad vermes faciei delendos , qui depilant.
Accipe lapathi acuti,libani,draconteæ,oſſis ſepiæ,ana partes æquales: fac puluerem,& ter in hebdoma-
da frica, prius tamen facie bene lota in aqua furfuris, & in die ſabbati faciem bene laua cum albumine o-
D ui,& amido,& per vnam horam in facie remaneat:prius laua cum aqua recenti,& illine eam.Item ad ſer-
piginem faciei : Accipe lapatium paruum,id eſt acutum, piſta fortiter, & frica locum patientem diu: po-
ſtea accipe furfur, & infunde in aqua bullienti, & inde laua locum patientem, & poſtea deſiccetur, & fiat
tale vnguentum: ℞. Enulam campanam bene inciſam , & in aceto diu deeoque : poſtea piſta fortiter, &
immiſce puluerem libani, maſtiches, lithargyrij, aloes, auripigmenti, cymini, argenti viui extincti cum
ſaliua ana ℥.iij. oſsis ſepiæ ℥.j.ſaponis & axungiæ ana q.ſ. Confice cum aceto, in quo cocta ſit radix enu-
læ. Mulieres Salernitanæ ponunt radicem viticellæ,id eſt,bryoniæ in melle,& cum tali melle inungunt
faciem ſuam,& miro modo rubeſcit. Aliter mulieres ornant facies & labia ſua,accipientes mel deſpuma-
tum,cui addunt parum bryoniæ,ſeu viticellæ, cucumeris agreſtis, & parum aquæ roſaceæ. Hæc omnia
vſque ad medietatem bulliant:quo vnguento inungantur labia in nocte, & manè lauentur cum aqua ca-
lida : conſolidat enim cutem labiorum , & eam ſubtiliat , & reddit tenerrimam , & ab omni vlceratione
præſeruat:& ſi vlcerationes in eis fiant,ſanat. Si verò mulier voluerit ſe colorare, tunc optimè fricet la-
bia cum cortice radicis arboris nucum, & ſuper dentes & gingiuas habeat bombacem, & intingat in co-
lore compoſito , & cum tali bombace inungat labia & gingiuas interius . Color autem compoſitus ſic
fiat : Accipe herbam marinam , de qua Sarraceni tingunt pelles in colore viridi. hæc bulliat in vaſe fi-
ctili nouo cum albumine vſque ad tertiam partem : colaturæ addatur breſilium fruſtatim inciſum , &
iterum bulliat , & iterum dimittatur infrigidari. Et cùm tempus fuerit, apponatur puluis aluminis,
& tunc in ampulla aurea vel vitrea ponatur, & vſui reſeruetur. Hoc igitur modo tingunt mulieres

Sarracenæ facies ſuas, quibus vnctis deſiccatis, ponunt ad dealbandam faciem aliquid prædictorum, vt A
cerotum, vel aliquid aliud, & apparet color pulcerrimus admixtùs rubori & albedini. Item ad guttam o-
ris lauamus os cum vino tepido, dentès benè fricando: & hoc in mane, & idem facimus in ſero: poſtea
oleum roſatum circundamus per noctem, & liberabitur in breui. Item ad dentes nigros & malè colora-
tos: Accipe cortices nucum maiorum benè mundatos ab interiori cortice, qui eſt viridis, & fricamus ter
in die dentes: & cum bene fuerint fricati, alluimus os cum oleo calido, & cum ſale admixto, ſi placet. Si-
militer dentes ſic dealbantur: Accipe marmor album combuſtum, & oſſa dactylorum cōbuſta, & vitrum
album, & tegulam rubeam, ſal, pumicem: & de his omnibus fac puluerem, in quo lana ſuccida inuoluta,
in panno lineo ſubtili dentes interius & exterius frica. Aliud ad idem, quod dentes emundat, & albiſsi-
mos reddit: Patiens poſt prandium os lauet vino optimo: deinde bene exiccare debet, & abſtergere cum
panno albo nouo: poſtea maſticet quotidie fœniculum, vel leuiſticum, vel petroſelinum, quod melius
eſt maſticare, quia bonum reddit odorem & bene gingiuas èmundat, & dentes facit albiſsimos. Puluis
item ad dentes nigros dealbandos, & confirmandas gingiuas corroſas, vel comeſtas, & ad os malè olens
optimè facit: ℞. Cinnamomi, caryophyllorum, ſpicæ nardi, maſtiches, thuris, frumenti, abſynthij, pe-
dum cancrorum, oſsium dactylorum & oliuarū ana partes æquales, terantur omnia, & in puluerem ſub-
tilem redigantur, & inde loca fricentur. Ad idem: ℞. Pumicis vſti, ſalis, ana ʒ.x. cinnamomi, antofali, an-
tifolij ana ʒ.ij. * micellis q.ſ. pumicem, & ſal cum ſufficienti melle commiſce, & in patella rudi ſuper car- B
bones pone, donec incendantur, & aliæ ſpecies in puluerem redigantur, & cùm opus fuerit, dentes inde
fricentur. Linimentum ad manus dealbandas, & leuigandas: Aſphodeli decoquantur in aqua vſque ad
conſumptionem aquæ, & bene mouendo tartarum admiſce, & poſtea duo oua: & fiat linimentum, quo
manus fricabis. Item ad fœtorem oris. Nota, ſi mulier habeat os fœtidum, cauſa putredinis gingiuarum,
illi ſic ſubueniendum eſt: Accipe calcem viuam, ſulphur viuum, & auripigmentum de calce & ſulphure,
& puluerem cucurbitæ combuſtæ, & piperis. Et habeas peciam vnam ſcarletæ, vel alicuius panni rubei,
eamq; minutim incidas, quanto plus poteris, & adde prædictis Tunc habeas acetum fortiſsimum, & po
nas in alio vaſe fictili, & aliquantulum dimitte bullire: & poſtea pone auripigmentum, deinde ſulphur,
poſtea puluerem cucurbitæ & piperis per interualla, ad vltimum ponas peciam panni, & remoueas ab i-
gne: & tunc remoueas ab olla, & ponas ſuper tabulas diuiſim per paſtilla ad Solem, & dimittas ſiccari: de
his autē ſiccatis fiat puluis, & ponatur ſuper gingiuas cancroſas & putridas: eis tamen prius ablutis cum
aceto tepido, in quo bullierit radix tapſi barbati. Putredine conſumpta, deſuper ſpargatur puluis cinna-
momi, & roſarum rubearum. Ego autem vidi quandam Sarracenam cum hac medicina multas liberare,
quę accipiebat parum de foliis lauri, parum de muſco, & iubebat mulieres tenere ſub lingua, ne percipe-
retur ab eis grauis anhelitus. Id ego quoque laudo, vt mulier teneat hoc medicamen ſub lingua die & no C
cte, & maximè quādo debet coire cum alio. Si autem fœtor oris fuerit cauſa ſtomachi, vel inteſtinorum,
ſic curetur: Fiat puluis dè meliori aloe quod inueniri poterit, & diſtemperetur in modum ſyrupi cum ſuc
co abſynthij, de quo accipiat quotidie, Sole oriente, quatuòr cochlearia: quib. acceptis, accipiat totidem
de melle, & ſanābitur. Item ad remouendas labiorum fiſſuras, debent ipſa perungi cum oleo roſato, vel
ſemine lini decocto in ciclamine concauato, & etiam ex ſemine ſaxifragiæ, cum ſucco centaureæ, vel a-
riſtolochiæ rotundæ trito, liniantur. Ad idem valet ſuccus abſynthij. Contra fiſſuras autem labiorum,
propter nimios amplexus, & oſculationes amantium, valet inunctio facta de muſcilagine ſeminis pſylli,
vel vnguento de lilio. Si verò tales fiſſuræ fierent ex vento, vel aere, & ſimilib. cauſis, tunc liniantur labia
cum melle, & poſtea ſuperaſpergatur puluis colophonię. Vel accipe nucem magnam, & decoquatur ſub
cinere calido, & nucleus teratur, & fiſſuris apponatur, admixto oleo tartarino, & ſanabitur. Item ad labio
rum groſsitiem fiat eorum attenuatio cum vnctione mellis, aut aqua, in qua bullierit radix dracontex,
ireos, vel ſcrophularia, vel etiam amidum, in mulſa diſſolutum, & puluis marmoris, & puluis pumici aſsi,
& oſsis ſepiæ, miſceantur, & vngatur locus, mixto puluere algithiræ (id eſt draganthi) cū maſtiche ſicca-
tæ. De his ergo bene ſiccatis fiat puluis, & ponatur ſuper gingiuas cancroſas & putridas, prius bene ablu
tas cum aceto tepido, in quo bullierit radix tapſi barbati. Putredine autem conſumpta, habeat puluerem
cinnamomi, & roſarum, & deſuper aſpergat. Item ad ſubitam inflationem faciei ſufficit ſola aquæ calidæ D
ſuffumigatio. Similiter ad inflationem eiuſdem, & oculorū, accipiatur axungia recens, & cum ſenecione
teratur, & ſuperponatur. Et hæc de ornatu faciei & eius partium ſufficiant. Vnguentum ad capillos au-
reos faciendos: ℞. medianum corticem ſambuci, flores geniſtæ, crocum, vitella ouorum. hæc coquātur
in aqua, & quod ſupernatauerit, colligatur, & inde capilli inungantur. Item ad capillos candidos facien-
dos: Apes quàm plures in olla noua include, & ita incēde, & cum oleo tere, & inde caput vnge. Ad idem
valet agrimonia trita cum lacte caprino. Item vt capilli creſcāt vbi vis: Accipe panem hordeaceum cum
cruſta, & ſale, & adipe vrſino: tere, ſed prius combure panem hordeaceum, & ex tali mixtura vnge locū,
& creſcent capilli. Item vt capilli fiant flaui: ℞. corticem nucis exteriorem, & corticem interiorem ipſius
arboris: & coque in aqua, & cum ipſa aqua alumen diſtempera, & gallas: & cum iſtis diſtemperatis caput
prius lotum linias, folia ſuperponendo, & cum faſcia ligando per duos dies poteris ſic colorare. Et pe-
ctina caput, vt quod capillis adhæret, tanquam ſuperfluum recedat. Poſtea appone tincturam, quæ fit de
croco orientali, ſandalis, alcanna, cuiùs maior erit pars diſtemperata cum decoctione breſilij, & ſic rema
neat per tres dies, & quarta die abluatur cum aqua calida, & nunquam de facili remouebitur. Vel accipe
radicem chelidoniæ, agrimoniæ, & raſuram buxi, & ſuperliga ſtramen auenæ: deinde cineres auenæ, vel
vitis, & fac lixiuium, & caput laua. Vel recipe radicem chelidoniæ, & rubeæ maioris, ana partes æqua-
les, tere, & cum oleo in quo diligenter cyminum, raſura buxi, chelidonia, & parum croci ſunt cocta, di-
ſtempera: & caput vnge, & vnctum maneat die ac nocte, & laua cum lixiuio facto de cinere caulis & pa-
leæ hordei. Item fæcem vini albi coque ad ſpiſſitudinem ceroti cum melle, & vnge capillos. Si vis eos
habere

A habere flauos, prius prædicto modo parentur, vt inueniantur habiles ad tincturam. Poſtea gallæ cum
oleo ponantur in teſtam, & comburantur, deinde puluerizentur, & imponantur aceto, in quo poſitum
ſit atramentum, quod fit in Gallia, & ſimul diſtemperentur. Item ad idem: Puluerem galangæ cum ſucco
nucis miſce, & fac bullire, & inde fiat inunctio ad tincturam capillorum. Item flores myrthæ, & gallitrici
coquantur in aceto, & vngatur caput. ſed caueat à vino forti, & à nimis forti lixiuio, quia capillus cor-
rumpit, & corrodit. Item ad capillos criſpandos: Teratur radix ebuli cum oleo, & inde caput vngatur, &
cum foliis eiuſdem ſuperligetur caput. Item vt capilli fiant ſpiſsi: Accipe agrimoniam, & corticem vlmi,
radicem verbenæ, radicem ſalicis, abrotonum, ſemen lini combuſtum & puluerizatum, radicem cannæ.
hæc omnia decoque, cum lacte caprino, vel aqua, & ablue inde locum prius raſum. Item ſtipites, & radi-
ces caulium puluerizentur, & cum eis admiſceatur raſura buxi, vel * eboris puluerizata, & ex iſtis pul- ebeni.
ueribus fiat lixiuium, quod facit capillos aureos. Item ad capillos longos faciendos, teratur radix altheæ
cum axungia porcina, & diu bulliant in vino: poſtea apponatur cyminum bene tritum, & maſtix, & vitel
la ouorum, bene cocta, parum ſimul miſcendo: & poſtquam cocta fuerint, fiat colatura per pannum li-
neum, & dimittatur donec infrigidetur, deinde pinguedo ſupernatans accipiatur, & inde caput bene ab-
lutum vngatur. Item ad ſyrones capillos rodentes: ℞. Flores myrtæ, geniſtæ, gallitrici: coquantur in ace-
to vſque ad aceti conſumptionem, & inde extrema capillorum aſsiduè fricentur. Hoc idem remouet fiſ-
ſuram capitis ex eo bene abluti. Item lupini amari puluerizentur, & in aceto bulliant, & inde capilli fri-
B centur intra manus: hoc enim ſyrones expellit & occidit. Cùm autem ſingulare ſtudium ſit mulieribus
ornare capillos, & poſt ornatum capillorum ornare faciem (cuius ornatus ſi fuerit pulcer, deformes pa-
leat mulieres) pro illarum explenda voluntate recurre ad proximè narrata. Quòd ſi mulier velit habere
longos capillos, & nigros, accipiat lacertam viridem, & remotis capite, & cauda decoque in oleo com-
muni. & tali oleo inungat caput. reddit enim capillos longos, & nigros. Experimentum Sarracenicum
ad denigrandos capillos: Accipe corticem mali granati, maximè dulcis: teratur, & bulliat in aceto, vel a-
qua, coletur: & huic colaturæ addatur puluis gallarum, & aluminis in multa quantitate, vt fiat ſpiſſum in
modum pultis, & hoc tali quaſi quadam paſta capillos inuoluat. poſtea furfur diſtemperetur cum oleo,
& ponatur ſuper ignem in aliquo vaſe, quouſque furfur totum fiat ignitum, hoc tale aſpergat radicitùs ſu
per caput, poſtea madefiat, & iterum caput in eadem colatura prædicta inuoluat, & dimittat per noctem,
vt melius inungatur, poſtea abluatur, & erit totum nigrum. Ad idem: Si mulier multos & nigros capil-
los habere velit, accipe pomum coloquintidę. abiectis carnibus, oleo lauri impleatur, addito ſemine iuſ-
quiami, & modico auripigmenti, & adiungantur ſæpe cineres. Si verò molles & lenes, & ſubtiles habere
voluerit, abluat eos ſæpe cum aqua calida, in qua ſit puluis nitri & orobi. Sed vt mulier ſuauiſſima, & pla
niſſima fiat, & ſine pilis à capite vſque inferius, in primis eat ad balnea: & ſi non conſueuerit, fiat ei ſtu-
pha hoc modo: Accipe tegulas & lapides candentes, & eis in ſtupha poſitis, ſedeat mulier in ea. Vel ali-
ter: Accipe tegulas calidas, vel capillos nigros calidos, & ponas in ſtupham, vel foueam factam in terra:
C tunc ſuperinfundatur aqua calida, vt fumus reſoluatur, & ſuperſedeat mulier bene circundata pannis, vt
ſudet. Cumque bene ſudauerit intret aquam calidam, & abluat ſe optimè, & ſic exeat à balneo, & abſter-
gat ſe bene cum panno lineo. Poſtea inungat ſe totam hoc pſilothro: ℞. calcem viuam bene cribrellatam
& de ea pone in vaſe figuli ℥. iiij. & decoque in modum pultis: poſtea accipe auripigmenti ℥ j & iterum
coque, & proba cum penna an ſit ſatis coctum: caue autem ne nimis coquatur, & ne nimis ſuper cutem
moretur, quia maximum faceret ardorem. Sed ſi ex pſilothro accidat cutem vri, accipe populeon cum
oleo roſaceo, vel violarum, vel cum ſucco ſemperuiuæ, diſtempera applicando, donec ſedetur calor, po-
ſtea inungatur vnguento albo, donec ceſſauerit ardor. Aliud depilatorium: Calx viua, & auripigmẽtum
in ſacculo lineo poſita bulliant, donec decocta ſint: hanc decoctionem probabis vt ſuperiorem. Si autem
depilatorium ſit nimis ſpiſſum, appone aquam recentem vt rarefiat, & attenuetur. Nota quòd puluis e-
iùs deſiccatus valet ad carnes malas corrodendas, & etiam ad capillos reparandos in capitibus tineoſo-
rum. Sed prius cum oleo vel melle capita inungantur, deinde puluis ſuperaſpergatur Item vt fiat perpe-
tua ablatio capillorum: ℞. oua formicarum, auripigmentum rubeum, & gummi hederæ, cum aceto: mi-
ſce, & inde locum depilandum fricabis. Vnguentum pro nobilibus quod pilos remouet, cutim ſubtiliat,
& maculas aufert: ℞ ſuccum foliorum cucumeris agreſtis, & lac amygdalarum: his in vaſe poſitis admi-
ſce calcem viuam, & auripigmentum, ſubtiliter puluerizata: poſtea galbanum contuſum diſtemperatum
D cum modico vino per diem & noctem, & cum ipſo decoque. quo bene decocto remoueas ſubſtantiam
galbani, & addas parum olei, vel vini, & argenti viui. facta decoctione, remoueas ab igne, & puluerem i-
ſtarum ſpecierum appone: ℞. maſtiches, olibani, cinnamomi, nucis muſcatæ, caryophyllatæ omnium i-
ſtorum ana partes æquales. Iſtud vnguentum ſuauiter redolet, & lene eſt ad mitigandum. Hoc pſilothro
nobiles Salernitanæ vti conſueuerunt. Cùm mulier ſe totam hoc pſilothro inunxerit, ſedeat in ſtupha
multum calida: nec fricet ſe, quoniam excoriarentur membra eius: ſed cùm parum ſteterit, tentabit pi-
los euellere à pectine: ſi verò leuiter non cadant, aquam calidam faciat ſuper ſe infundi, & abluat ſe to-
tam, trahendo palmam ſuauiter. ſi enim cum impetu fricaret, cùm cutis ſit tenera ex pſilothro, citò exco-
riatur. Hoc facto intret aquam tepidam, & benè abluatur, deinde exeat: & tunc accipiat furfur diſtempe-
ratum cum aqua calida, & poſtea colet, & ſuper ſe fundat. Iſtud carnem mundificat, & lenit. Deinde la-
uet ſe aqua tepida, & ſtet parum, vt cutis aliquantulum deſiccetur. Poſtea accipiat alcannam cum albu-
minibus ouorum, & inungat omnia membra. hoc enim carnem lenit: & ſi qua fuerit vſtura ex pſilothro,
hanc remouet, & lucidam reddit, & ſuauem. & ſic vncta ſtet parum, & tandem cum aqua calida abluat ſe,
& poſtremò panno lineo albiſſimo inuoluta vadat ad lectum. Poſt exitum quoque balnei ornet capillos
ſuos, & in primis abluat eos cum tali lixiuio: ℞. cineres vitis combuſtæ, nodos paleæ hordei, & lignum
liquiritiæ, vt melius liniant, & panem porcinum, paleam & panem porcinum bulliant in aqua, de pane,

palea & cinere repleatur olla,habens in fundo duo foramina,vel tria parua.aqua in qua panis porci & palea prius decocta ſint,ſuperducta fundatur in olla,vt per foramina coletur. Tali lixiuio mulier abluat caput ſuum:poſt ablutionem dimittat ſiccari per ſe,vnde capilli flaui & lucidi fiunt. Cùm autem pectinauerit ſe,habeat hunc puluerem. ℞. Roſas ſiccas,caryophyll.nucem muſcatam,cardamomum,galágam. Hæc omnia pulerizata diſtemperētur cum aqua roſarum,& tali aqua aſpergat capillos,& pectinet illos pectine eadem aqua intincto,vt melius redoleant:& faſciculos faciat, & prædictū puluerem ſuperaſpergat,& miro modo redolebunt. Nobiles, tam viri quàm mulieres,ferant muſcum in capillis ſuis,aut caryophyllos,aut ytrunque: cautè tamen,ne ab aliquo videatur: peplum etiam cum quo caput ligatur,ponatur cum caryophyllata,& muſco,& nuce muſcata,& aliis redolentibus. A

PRO CONSERVATIONE CORPORIS HVMANI ab aliquod infirmitatibus,aqua mirabilis effectus.

CAPVT LXII.

Recipe aquæ vitæ de vino meliore diſtillatæ ℔.iiij.ſalis vſti ℔.ij. ſulphuris mortui ℔.ij. tartari albi ℥.iiij.de carbonibus ligni auellanæ ℥.iiij ſalis petræ ℥.iij.Hæc omnia terantur & cribrellentur,& miſceantur inuicem:& ſuperinfunde aquam vitæ ſupradictæ:& ponatur totum ad diſtillandum.

Operatio eiuſmodi diſtillationum. B

Diſtillatio prima attrahit virtutes omnium ſpirituum, vt nullum animal venenoſum poterit appropinquare ei. In ea conſeruantur carnes,piſces,ſicut in balſamo. Facit etiam recedere omnes lentigines, necnon & omnes maculas faciei,ipſamque clarificat.Expellit etiam omnem ſcabiem corporis:mundificat quoque omnes lacrymas oculorum.

Secunda diſtillatio expellit apoſtemata, & ſuperfluitates corporis. Dentes inualidos expellit, & ſanat.Expellit etiam inflaturam hepatis.

Tertia diſtillatio expellit omnes maculas,& omnem lepram. Anhelitum fœtidum,& omne phlegma ſtomachi purgat,vtputa cibum indigeſtum.

Quarta diſtillatio expellit ſanguinem coagulatum in corpore,ſimiliter & ſanguinem refrigeratum.

Quinta diſtillatio expellit morbum caducum à corpore humano.

Sexta diſtillatio expellit omnes languores & infirmitates ex parte guttæ accidentes.

Septima diſtillatio expellit podagram.

Octaua diſtillatio præualet balſamo,quòd bene reſerues.

Nona diſtillatio valet,& reſeruat hepar,ſi aurum in ea ſoluatur.

Decima diſtillatio. Si vna gutta iſtius aquæ ponatur in ſcyphum, in quo ſit vinum,& quòd ſcyphus ſit deauratus:inuenitur ibi ſpuma natans ſupra vinum, quod eſt purum aurum. Et omne illud quod tingitur cum eo,eſt aurum pulcrum. C

Notandum tamen,quòd poſt quálibet diſtillationē,fæces debent teri,& cribrellari,ſicut in principio.

Aqua alia, ſeu Balſamum ad idem fermè.

℞ terpentinæ tribus vicibus diſtillatæ,vltimò coniunctim ℔.j ligni aloes ſimiliter tribus vicibus diſtillati ℔.j.ambræ crudæ ℔ j muſcatæ tritæ ſuper lapidem ad modum liquidi vnguenti,cum eiſdem, ſuperaddito oleo,vt fiat vnum corpus.Et diſtilla nouem vicibus.Balſamum hoc conſerua:quoniam ipſum eſt perfectum,& ſuſtinet: Primò,omne iudicium ignis & aquæ: ſecundo,manum penetrat:tertiò,vngendo faciem iuuentutem conſeruat: quartò, omnem inciſionem conſolidat: quintò oculos mirè purificat: ſextò,vngendo cum ea totum corpus,nunquam putreſcere ferunt,nec vermes ipſum aſcendere.

Hermes Philoſophus poſuit.& ego feci,& probaui,& eſt veriſſimum.

Aqua alia,per quam Medicus mirabilia facit, & quaſi Propheta reputabitur.

℞. limaturam auri,æris,ferri,plumbi,chalybis,auri, ſpumæ argenteæ & aureæ,ſtoracis, ſecundum diuitias & paupertates patientis.Ponantur primò in vrina pueri virginis primo die:ſecundo die in vino albo calido: tertio die in ſucco fœniculi: quarto die in albumine oui:quinto die in lacte mulieris lactentis puerum:ſexto die in vino rubeo:ſeptimo,in ſeptem albumina ouorum. Et hoc totum ponatur in capellam ad lentum ignem·& quod diſtillauerit,ſerua in vaſe aureo,vel argenteo.

De laude aquæ huius eſt ſilendum,quia emi non poteſt: virtus enim eius palliat leproſos. Lepram enim puram ſanat,& deſtruit,omnem maculam delet,conſeruat iuuentutem,oculum pulcrum facit. Super omnia taceo de ſecreto huius aquæ,quia timeo,ne habentes ſuperbia extollantur. D

PVLVIS AD CONSERVATIONEM VISVS.

CAPVT LXIII.

Recipe betonicæ,rutæ,chelidoniæ,ſaxifragiæ,leuiſtici,pulegij,aniſi,cinnamomi,euphraſiæ ana M.j. cardamomi,zingiberis, fœniculi, petroſelini,hyſſopi,origani, ſileris montani ana ʒ.j. galangæ ℥.j. zuccari ℥.j.Ex iſtis fiat puluis,& cum cibo continuè ſumatur:& viſus recuperatur & ſeruatur.

Puluis prædictus ordinatus eſt per Magiſtrum Geraldum : cuius probam ſenex expertus eſt, qui annis duodecim vſus fuit ſpecillis vitreis,ita quòd groſſas literas ſine ipſis videre nō poterat:ſed poſtquam vſus eſt hoc ipſo puluere,ſola vna quadrageſima liberatus eſt:in tantùm quòd toto tempore vitę ſuæ vidit,& legit literas minutiſsimas.

Ad viſum item.

℞. tutiæ præparatæ ʒ.j.maſtiches ʒ.v.charabe ℈ j.camphoræ ℈.v.vitrioli albi ℈ ij.Fiat puluis omninò ſubtilis,vt alcohol ponatur in quartam partē aquæ roſatæ optimè diſtillatę ad Solem tribus aut quatuor diebus,ſerua in vitro bene obturato:& mane j.vel ij. guttas in hirquos oculorum impone.

FINIS.

NICO-

A

NICOLAI ROCHEI MEDICI DE MORBIS MVLIERVM CVRANDIS LIBER,

partim ex veterum Græcorum, Latinorum, & Arabum monumentis, partim experientia propria confectus.

Multò nunc quàm antehac emendatior, quòd ad Orthographum ſimul & ſententias, collatis permultis, quos citat, Autorum locis.

B

NICOLAVS ROCHEVS LECTORI BENEVOLO S. D.

EN Lector Candide, libellus de Mulierum morbis, quem partim ex Græcorum Arabumq́ monumentis decerpſi, partim ex ea quam experientia didici arte medica, deſcripſi, in vnoquoque capite ordinem obſeruaui, quem probatiorem iudicaui, incipiendo ſcilicet à definitione, cauſas, notas, prædictiones, nutricatum, & tandem curandi rectam rationem proſequutus ſum Hunc dicaui nomini Dominæ meæ Catharinæ Ambaſianæ, ne acephalos in lucem prodiret: quanquam liber de Semine genitali, & meatuum, membrorumq́ ſeminariorum morbis iſtum præcedere debeat. Tertium tenet ordinem libellus de Natorum & educatione & eorum morbis. Quartus liber Capillorum affectus, ipſorumq́ infectiones amplectitur. In quinto narrantur Cerebri neruorumq́ pathemata: hos quatuor propediem prælo mandandos curabo, modò bono gratoq́ animo hunc ſuſcipias. Vale feliciter.

DE MVLIERVM MEATIBVS SEMINARIIS.

C

CAPVT I.

DE fœminarum genitalibus membris, ac ipſorum morbis deſcribere par eſt. Venæ igitur humoris, quem prolificum plerique Medici prædicant, eandem fermè in fœmella, quam in viris originem habent, ac flexuoſis orbibus in teſticulos deriuant, inde ad vuluæ oſtium tendunt, vnde ſemen tanta voluptate prorumpit, quod vanum atque inutile philoſophorum princeps Ariſtoteles aſſeuerat, cui & Arabs Auerroes ſubſcribit. Verùtamen (fateor) ex renibus, ſpina, coxis, lumbis, venæ ac arteriæ multæ, quæ ſparſim funduntur in fibras per vuluam tenuiſſimas, tendunt, ex quibus genitalis humor, craſſus, albus, oui albori ſimilis intus colligitur (vt bilis quotidie in ſtomacho) ad conceptum neceſſarius: quod in ouis contigit, in quibus quod candidum eſt ac luteum à fœmina prodit, ſemine maris tantum conſtituente: ex ea materia mēbra quæ ſpermatica vocamus generantur, at ex menſibus rubentia, qualis caro eſt nutrienti ſimilis, fiunt. Ariſtoteles de piſcib. hæc refert. Quo autem rupto, fœtus veluti nucleus conſtat, qui primum nullum accipit cibum, ſed oui humore iam hauſto increſcunt, pòſt nutriuntur aquis dulcibus fluuiorum, vſque dum ſatis augeantur. Idem author: An id verum, non dicitur, alimentum omne eſſe extrinſecus, ſed protinus vt in plantarum ſeminibus ineſt aliquid tale primùm quod lacteum vocatur, ſic in animalium materia excrementum conſtitutionis alimentum eſt, incrementum verò fœtui per vmbilicum contingit, eodem quo plantas modo

Alex. Benedictus lib. 20. cap. 23.

Ariſtot. lib. 6. de hiſt. anim. cap 3.

D

per radices, atque etiam animalibus ipſis, vbi abſoluta iam ſunt, ex eo (quod continetur) alimento idem accidit. At quod fœminis in Venere prorumpit, non per ſaltus exit ſicut virile: quoniam inutile eſt & vitiato ſimile, omnino differens ab eo, quod intra vuluam ſine libidine quandoque reſtagnat. Ex vtriſque itaque maris & fœminæ fœtus membra figurantur, ac ſpiritalis vita producitur: verùm ex virili ſemine principalia membra, ex fœmineo cætera ignobiliora conſtituuntur, ex puriori veluti materia, ſicut & ſpiritalis vigor. Maris enim ſemen in medio genitalis fœminei alboris colligitur, vt generandi poteſtatem in materiam vniuerſam diffundat, ex Galeni ſententia, atque ita membra formantur menſtrui ſanguinis non indiga, donec exhauſta materia, maiori corpus indigeat nutrimento, quod ex vmbilico poſtea quæritur A conceptu enim ad ſeptimum vſque diem ſeminis prolifici fluxiones ſimplices apparēt, quo tempore & vmbilicus inchoari & ſecundæ videntur. Decimo die cordis bulla tumet, ſpiritu intus ebulliente, & calore extrinſecus exiccante, ſecundarum materia firmatur: quoniam & planta, & cortex, eodem generantur tempore. Poſt eos dies cætera membra deſcribuntur, nec vno tempore principalia generantur membra, quoniam diuerſæ ſunt naturæ. Cor enim primùm progeneratur, exinde reliqua deſcribuntur membra, poſtremò replentur pictoris imitatione, circiter diem 30. maſculina figurantur membra ex Hippocrate. Alij tamen (inter quos Ariſtoteles) mari 40. diem ſtatutum pronunciant, fœminæ trium menſium vel poſt: quoniam figura in humido poſt abortum non permanet, ſed ſtatim diſſoluitur. Mas ſi in

aquam frigidam diffunditur, cogitur conſiſtitque in membranula, qua rupta, fœtus ipſe apparet magnitudine formicæ maiuſculæ, & membra iam inde diſcreta tum cætera omnia, tum genitalia conſtant, & oculi (vt in cæteris animantibus) prægrandes.

Teſtes fœminarum.

Teſtes in fœminis ab vtraque parte reſimi ſunt, leporinis ſimiles, ex quibus (vt alij arbitrantur) mea-

Alex. Bened. tus alij ad vuluæ cauum exeunt generationi apti, quæ ſententia reſectione ipſa facilè oſtenditur. Habet *Melanthon lib. de Anima.* & mulier (inquit Melanthon opinione Galeni) teſticulos ſitos iuxta cornua matricis vtrinque, minores virilibus & frigidiores, ſed tamen ſemen quoddam generantes, quod eſt quidem tenuius virili & ſubaquoſum, ſed tamen in procreatione fœtus miſcetur virili ſemini, eique velut alimentum eſt, vt augeat virile ſemen, & fœtus ex vtroque procreetur. Nam vtrunque ſemen & actiuè & paſſiuè ſe habet, in generatione fœtus, multum in vtroque ſpirituum ineſt, ſed virile quum ſit calidius & minus rarum, magis ſe actiuè habet. Quum autem mulieris teſticuli ſint extra matricem, & tamen ab ipſis muliebre ſemen in matricem tranſmitti oporteat, vt iungatur virili, ſciendum eſt. vt in viris vaſa ſpermatica vehunt ſeminis materiam ad teſtes, deinde teſtes tranſmittunt per quaſdam ambages in paraſtatas, ita propemodum fit in mulieribus. Nam vaſa ſpermatica materiam ſeminis muliebris vndique ex corpore muliebri attrahunt, deinde teſtes excipiunt, exceptum & coctum tranſmittunt in paraſtatas, quæ ſunt vaſa amplectentia matricem, quæ quum a teſticulis recedunt, incipiunt fieri paulo latiora, donec ingrediuntur matri- B
cem. Per hos ramos (quia in concubitu aperiuntur propter motum) illabitur muliebre ſemen in cauum matricis. Differunt autem viriles paraſtatæ à muliebribus, quia viriles per longas ambages perueniunt ad virgam, ſed in muliere amplectuntur matricem non longo ductu.

De mulierum locis.

Lib. 11. cap 37. Vterus in fœminis (inquit Plinius) loci vocatur, in reliquis animalibus vulua.

Gal. lib. defin. Loci ex duabus venis, totidemque arterijs conſtant.

Alex. Bened. Oſtium vuluæ in muliere ac in cæteris animalibus naturam, atque os genitale vocari vidimus. In medio tunicula vtrinque apparens nympha (νύμφα) & cletoris (κλειτορίς) dicitur: ea intus natura ita cuſtoditur, vt in maribus glans præputij tergore, vt hoc primo munimento aer arceatur. Interior pars ceruix vocatur, in cuius medio ferè neruoſa exilitas eſt, venulis diſperſa tenuibus virginitatis teſtimonium affert. Eugion vel hymen vocatur, primo enim coitu ſcinditur. Naturalia interdum adeo compacta ſunt à natura, vt chirurgi opera indigeant. Partem interiorem matricem locoſque appellamus, qui deſiderio coitus ſæpe deſcendunt in ijs, quæ acetabula κοτυληδόνες ſunt, vocantur, quibus per vmbilicum fœtus augetur. Vulua nullam vim immutandi ſeminis, ſed conſeruatricem tantùm poſſidet. Locorum oſtium internum natura glanduloſum eſt ad glandis virilis ſimilitudinem mucronatum, foras in ceruicem prominens ſuo turbine. In ceruis triplex oſtium eſt, ob eam cauſam grauidæ (quia dolent) coitum refugiunt, mulieres vero adamant, vnde & quandoque ſuperfœtant. C

Vuluę acetabula non omnia perfecta animalia poſſident, ſed cornigera & vna parte dentata, dum partum gerunt: ex vtraque parte dentatis lepus, mus, veſpertilio habent acetabula. Sus vuluam leuem habet, & conceptus vuluæ non acetabulis adhæret. Semen itaque trahi à locis vteri, atq; ob eam rem multa generari, pro numero locorum & acetabulorum: ſæpe enim eodem in loco vteri gemini conſiſtunt.

Acetabulis vuluæ ex ſecũdis robuſtior adhæret ea parte, qua confuſa quædam fibrarũ multitudo eſt.

Vmbilici orificia acetabulorum orificijs reſpondent, vnde alidicimus.

Aſperitas enim vtrinque fibrarum orificiorumque tenacitatem facit, vt in parietibus fieri ſolet. Scalpunt enim prius, vt cementum ſuper inductum magis hæreat aſperitati.

Vmbilicus cum inuolucro, hoc eſt ſecundis, functus officio, ab acetabulis abſcedit, veluti pomi pediculus iam maturi à ramo ſponte cadentis Ex ijs acetabulis à partu menſtrua profluuut: ſimilis in marib. materia eſt, quæ in ſemen genitale per concoctionem vertitur. Locorum oſtium in conceptu aperitur, & exinde clauditur, nec amplius recluditur, niſi mulier ſuperfœtet, vel fluxionibus laboret, vel ſi menſes fluant: os id adeo occluſum eſt, vt aer ſubire nequeat. Loci ipſi poſituram habent inter ſpinæ imæ partem, quam os ſacrum vocamus, ſupra veſicam, contra mediam poſiti aluum, inde paulum ad dexteriorem coxam conuertuntur, poſtea ſuper rectum inteſtinum progreſſi, ilijs fœminibuſque latera ſua annectunt, rectam cum veſica continuatamque ceruicem habent, quem canalem vocant, qui ceruici veſicæ D
ſuppoſitus, carnoſus cartilaginoſuſque admodum eſt: is in prægnante contrahitur.

Alex. Bened. ex Celſo. lib 4. cap. 1. Vulua in virgine exigua eſt, in muliere (niſi vbi grauida eſt) non multo maior, quàm manu comprehendi poſſit. Ea cordi, arterijs, neruis, cerebro, ſpinæque medullæ committitur, præcordijs item, mammis, renibus, ventri, ilijs, coxis, pubi, quæ omnia in vuluæ ſtrangulationibus percipiuntur: quibus anima ſubducitur, vertigines ſentiunt, capillos in vertice vel occipitio conuelli arbitrantur, lumbos præterea, femora, inguina & ſtomachum dolent, quædam obmuteſcunt, aliquibus mentes ſoluuntur. Ilijs præſertim adalligatur neruulis quibuſdam retortis, qui grauidis protenduntur. Nulla vena de maiore recta via ad vuluam pertinet, de aorta verò multæ frequenteſq; veniunt. Eius materia neruoſa eſt, rugoſa, pelliculoſa, pollicaris craſſitudinis, quæ ad conceptus magnitudinem extendi poſſit. Qui eo tempore acetabula vuluæ inquirunt ad magnum vulgi deſiderium, digna fruſtratione fruſtrantur: videri enim minimè poſſunt, nec primo conceptus tempore, cùm inuolucra (quæ ſecundas vocant) robuſtius vuluæ adhærent: tum enim euidentius membrana valentior per vmbilici radices acetabulis (quę κοτυληδόνας Græci vocant) committitur, quales in polyporum ſirrhis videmus, qui ſuctu cùm aliquid capiunt, continent. Hæc accreſcente fœtu conſpicua ſunt, cum vtero cauo autem ad fœtum cõuerſa ex Ariſtotele. In ipſo inuolucro ex ſecundis quædam carnoſa extantia fibris referta minimis acetabulis affixa, quæ ſanguinem & ſpiri-

A & ſpiritum veluti radicum fibræ exugunt, digeruntque per venas, & ad vmbilicum vſque defertur ſanguis ſpiritusque, per quem alimentum haurit fœtus.

Matrix μήτρα. partes duas habet, receptaculum factum vt fœtum continere poſſit, idque vocatur ὑστέρα. Altera pars eſt anguſtior, quæ eſt aditus longiuſculus, ideoque collum matricis dicitur. Et quoniam receptaculum amplius eſt, qua parte verſus collum tendit, ſunt addita cornua, vt quaſi lunæ creſcentis figuram referat. Nam hæc cornua ſunt ligamenta, quæ matricem alligant coxis. Eſt & matrix intus vndique conſperſa tanquam punctis. Sunt autem hæc puncta orificia venarum vndique tendentium ad matricem, & hæc orificia vocantur ideo κοτυληδόνες, quia vt amplecti poſſint fibras, quibus fœtum in vtero & retinent & alunt, ſunt ſimiles extremis polypi pedibus, qui appellantur cotyledones, propter cauam figuram & aptam ad prehendendum. Triplex vtilitas eſt cotyledonum. Sunt enim canales, per quos ſanguis menſtruus effluit: ſuppeditant etiam ſanguinem puriorem alendæ matrici & alendo fœtui, & figura ſua fibras apprehendunt, vt retineri in vtero fœtus poſſit. Oriri autem cotyledones alij putant à vaſis ſeminarijs, Galenus etiam à caua vena: aliquæ haud dubiè rami ſunt venarum, quæ à mamillis ad vterum tendunt: attrahunt enim mamillæ partem aliquam ſanguinis ex vtero, quæ mutatur in lac, quemadmodum Hippocrates ait, lac menſtruo fraternum eſſe. Gemini matrici ſinus ſunt ab vtraque laterum parte (l[illegible]ter diſcreti in dextra maſculinum, in ſiniſtra fœmininum concipi volunt) geminis in mare teſtibus

Melanth. lib. de Anima.

Lib. 2 Epid. ſect. 3. propè fin & Gal lib. 14 de vſu part. cap 8.

B reſpondentes, in vacca veluti cornua plurimùm diſcreta ſunt.

Fœminis vulua ſcroti conuerſi ſimilitudinem refert, extrinſecus neruoſa, intrinſecus autem carnoſior, & eſt receptaculum fœtus. Muliebris pudendi ſinus pilis decoratus, Græcum nomen κτεὶς obtinet. At quæ ſinum ambiunt alæ vocantur. Inter has autem caruncula, quæ bifariam excreuit Græcorum lingua νυμφὴν. noſtra colliculum appellare licet, quem quòd multo promineat, Aegyptij in virginibus excidere conſueuerunt. Porrò in ipſius naturalis collo muſculus eſt, quo vrinam cum lubet retinemus, anulus à figura, ab officio fibula vocatus eſt. Venæ in partem eius inferiorem plurimum aperiũtur, per quas ſanguis expurgatur, qui grauidis retinetur, ceditque in alimentum fœtus & formationem. Nam à venis quæ ſecundas implicant binæ aliæ prodeuntes venæ, ab arterijs indidem ſitis binæ arteriæ, & à neruis vnus neruus mutuo in vnum congreſſu, meatum quendam ab anatomicis Græcis οὐραχὸν appellatum abſoluunt, qui infantis vmbilico inſeritur ex quo & enaſcitur & ſuſpenſus eſt, vel alueus eſt fœtus, locus cui poſt ſuppeditat nutrimentum.

DE MENSIBVS, SIVE MENSTRVA PVRgatione. CAPVT II.

C MEnſtrua quum plurimùm lunæ motu ſingulis menſibus profluunt, quo profluuio virginibus vox mutatur, vt in maribus primo coitu, mammæ inde tumeſcunt. Hæc non niſi ſemen inconcoctum ab Ariſtotele appellantur, ex partibus quæ ſupra infraque renes ſunt, & à lumbis, minimis venis prodeunt ad vuluæ acetabula, quibus fœtus in vtero alitur (vt dictum eſt) vel à puerperio iuxta naturalium ora: ex venis quoque duabus ſecundum os pubis iuxta vrinæ exitum erumpunt. Ex ea parte & fœminarum non prolificum ſemen in coitu (vt dictum eſt) effunditur, tanto in pleriſque impetu, vt maſculorum more longius exiliat, diuerſæ quidem naturæ ab eo, quod in vuluæ cauo prolificũ reſtagnat. Menſtrua contingunt mulieri, vt ſanitatem tueantur. Retenta enim in conceptione fœtui fomentum miniſtrant: facta quidem ad conceptionem & lactis generationem. Alterum (inquit Galenus) noſtræ generationis principium, ſanguis menſtruus videlicet, humidum natura eſt. Galenus in comment. j. lib. aph. ſententia 14 Qui creſcunt, &c.

Alex. Bened.

Lib. 4. de gener. anim. cap. 5.

Gal. lib. 2. de ſem. cap. 5.

Pleriſque ſane puellis anno 14. menſium expurgatio primum incipit, paucis admodum ante annum tertium & decimum, aut duodecimum muliebria proueniunt: plurimis verò poſt annum decimũquartum tandem prorumpunt. Tempus autem vnicuique purgationi ſtatum non eſt: pleriſq; etenim per biduum aut triduum, maximæ vero parti quinque dierum ſpatio menſes excernuntur, aliæ vſque ad ſeptimum: paucæ raræque ſunt, quæ ad duodecimum vſque diem huic profluuio iugiter obnoxiæ expurgantur. Siſtuntur autem huiuſmodi muliebres deniq; expurgationes, partim quidem anno ætatis ſuæ quin-

Aegineta lib. 3. cap. 60.

D quageſimo, partim verò, quanquam ea rara ſit auis, non ante annum ſexageſimum, nonnullis à ſeptimo ſtatim ætatis, (vt ita dicam) luſtro, & potiſſimè bene curata cute, ac præpinguibus deſinere atque omnino ceſſare menſes cœperunt. Quando igitur lentè ægreque ea purgatio procedit, circa protheſimiam certum menſtruorum terminum laua, potionatoq; vel ſiſanno, aut porro capitato, cum pipere & ruta in hoc ipſum decoctis, reliquus potus ex paſſo fiat cretico: bibens autem huius potionis ea a[illegible]ectione oppreſſa cotylam, deambulando commouebit menſtrua. Manducet verò loligines, ſepias, polypodas, & quæcunque id genus ſunt: nam ſanguinem turbandi proliciendique potentiam habent.

De menſium facultate. Ex Plinio.

Plin. lib. 28. cap. 7.

Iam primùm abigi grandines turbineſque, contra fulgura ipſa in menſe connudata: ſic auerti violentiam cœli: in nauigando quidem tempeſtates, etiam ſine menſtruis. Ex ipſis vero menſibus monſtrificis aliàs, dira & infanda vaticinantur: è quibus dixiſſe non pudeat, ſi in defectu lunæ ſolisve congruat vis illa, irremediabilem fieri. Non ſegnius & ſilente luna, * coitus ſuos maribus exitiales eſſe atq; peſtiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui: tanto vim eſſe maiorem. Quocũque autem alio menſtruo, ſi nudatæ ſegetẽ ambiant, erucas ac vermiculos ſcarabeoſque ac noxia alia decidere. Metrodorus Sceptius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua, retectis ſuper clunes veſtibus. Alibi ſeruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctuque diſſoluto. Cauendum vero ne id oriente ſole faciant, ſementem enim areſcere. Item nouellam vitem eius tactu in perpetuum lædi, rutam & ederas res medicatiſsimas ilico mori. Sed præter illa certum eſt, tactis aluearijs apes fugere,

Aliàs, coitus ſuos.

linaque, quum coquantur, nigreſcere, aciem in cultris tonſorum hebeteſcere: æs contactum graue virus A
accipere & æruginem, magis ſi decreſcente luna id accidat: equas, ſi ſint grauidæ, tactas abortum pati.
Quin & aſpectu omnino, quanuis procul viſas, ſi purgatio illa poſt virginitatem prima ſit, aut in virginea
ætate ſpontanea. Nam bitumen in Iudæa naſcens, ſola hac vi ſuperari, filo veſtis contactæ, docuimus. Ne
igne quidem vincuntur, quo cuncta: cinisque etiam ille, ſi quis aſpergat eum lauādis veſtibus, purpuras
mutat, florem coloribus adimit, ne ipſis quidem fœminis malo ſuo inter ſe immunibus. Abortum facit
illitus, aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur. Quæ Lais & Elephantis inter ſe contraria prodidère de
abortiuis, carbone è radice braſſicæ vel myrti, vel tamaricis in eo ſanguine extincto: item aſinas non con
cipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quæq; alia nuncupauère monſtrifica, aut inter ipſas
ſe pugnantia, quum hæc fœcunditatem fieri iiſdem modis, quibus illa ſterilitatem pronunciaret, melius
eſt non credere. Bythus Dyrrhachinus hebetato aſpectu ſpecula recipere nitorem tradit, iiſdem auerſa
rurſus contuentibus, omnem talem vim reſolui, ſi mullum piſcem habeant ſecum.

Multi verò ineſſe etiam remedia tanto malo aiunt: podagras illini, ſtrumas & parotidas, panos, ſacros
ignes, furunculos, epiphoras, tractatu earum mulierum leniri. Lais & Salpe canum rabioſorum morſus,
& tertianas quartanasque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo.

Diothemus Thebanus, veſtis omnino ita infectæ portiuncula ac vel licio brachiali inſerta. Sotira ob-
ſtetrix, tertianis quartanisque efficaciſſimum dixit, plantas ægri ſubterlini, multoque efficacius ab ipſa B
muliere, & ignoranti.

Sic & comitiales excitari, morboſque ſanari. Icetidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus
duntaxat menſtruis, ſpopondit. Inter omnes verò conuenit, ſi aqua potusque formidetur à morſu canis,
Id eſt, menſtruo tincta. ſuppoſita tantum calici lacinia * tali, ſtatim metum eum diſcuti, videlicet præualēte ſympathia illa Græ-
corum, cùm rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium
vlcera ſanari certum eſt, addita caminorum farina & cera: maculas autem è veſte eas non niſi eiuſdem v-
rina elui. Cinerem per ſe roſaceo miſtum, fœminarum præcipuè capitis ſedare dolores, illitum fronti: a-
ſperrimamque vim profluuij eius eſſe primis annis virginitate reſoluta. Id quoque conuenit, quo nihil
equidem libentius crediderim, tactis omnino menſtruo poſtibus, irritas fieri magorum artes, generis va
niſsimi, vt æſtimare licet. Hæc Plinius.

Solum animal menſtruale mulier eſt, & nihil verò facilè reperitur mulierum profluuio magis mon-
ſtrificum. Aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, moriuntur inſita, exuruntur hortorum
germina, & fructus arborum quibus inſedère, decidūt. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, acies
ferri præſtringitur, eborisque nitor, aluei apum emoriuntur, æs etiam ac ferrum rubigo protinus corri-
pit, odorque dirus aera. Et in rabiem aguntur guſtato eo canes, atque inſanabili veneno morſus infici- C
tur. Quin & bituminum ſequax alioquin & lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Aſphaltites) certo
tempore anni ſupernatans, nequit ſibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquam filo quod
tale virus infecerit. Etiam formicis, animali minimo, ineſſe ſenſum eius ferunt: abijcique guſtatas fruges,
nec poſtea repeti. Et hoc tale tantumque, omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit, & trimeſtri
ſpatio largius. Quibuſdam verò ſæpius menſe, ſicut aliquibus nunquam: ſed tales non gignunt, quando
hæc eſt generando homini materia, ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerante: quod dein-
de tempore ipſo animatur, corporaturque. Ergo cum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus e-
Lib. 7. cap. 15. duntur, aut ſanioſi, vt autor eſt Nigidius. Hæc omnia Plinius.

DE MENSIVM MORA SEV SVP-
preſſione, cauſſæ.
CAPVT III.

Aegineta lib. 3. cap. 61. QVæ ſingulis quibusque menſibus mulieres repetit purgatio, ſupprimitur quandoque vniuerſo
quidem corpore incommoda valetudine affecto, interdum verò locellis modo earundem priuata
ægritudine vexatis, propter loci illius frigiditatem, aut plagam, aut diſtemperantiam oborta, vel
acquiſititiam afflictionem, vt plurimùm verò ex abortionibus, & propter principem aliquam corporis D
partem, propria paſſione afflictam, verbi cauſa, iecur, aut ventriculum, aut pectus quem Græci θώρακα di-
cunt, aut aliquid huiuſmodi, quæ in diuturno accidunt morbo.

Gal. lib. 3. de ſympt. cauſis. cap. 4. Neque menſium ſuppreſsionem, neque prauas expulſiones, omnium quæ ex vtero profluere ſolent,
difficile fuerit inuenire, ſi ſimiles tibi ſcopos propoſueris. Etenim nonnunquam vteri ipſius corpus, ſi ſo
lidum fuerit aut durum, cauſa eſt cur menſes ſupprimantur: detinentur etiam nonnūquam ob materiam
ipſam, quum vel craſſum fuerit excrementum, vel viſcoſum, ſupprímuntur etiam nonnunquam, licet v-
tile fuerit excrementum, obſtructis ob huiuſmodi humores vaſis, quæ ad vterum deſcendunt. Præter-
ea vniuerſi corporis occaſione, mulier interdum nihil expurgat, interdum plus iuſto, interdum minus,
nonnunquam etiam deprauatum. Nihil omnino excernit, ob multas exercitationes, & victum tenuem,
& quum ad alias partes repunt humores. Minus excernit, eaſdem ob cauſas, ſed remiſſiores quàm pro
naturali conſuetudine. Plus autem ob diuturnum otium, & victum opiparum. Cæterum deprauatæ
per vterum fluxiones (nominatur verò quicquid huiuſmodi eſt fluxus muliebris) fiunt expurgato per
hanc partem vniuerſo corpore. Atque talem ſemper refert ſpeciem id quod excernitur, quale eſt id
quod in animante redundat: quippe rubrum excrementum ſanguinis ſaniem declarat, album pituitam,
pallidum bilem amaram. Præter iam dicta, eſt aliud ex vtero deprauatum profluuium, ob affectum ali-
quem ipſum infeſtantem eueniens. Inſuper menſes interdum ſupprimuntur, non ob ſanguinis penu-
riam, quam vel multa exercitatio (vt dictum eſt) vel tenuis victus induxit, neque ob affectum in vtero
conſiſtentem, ſed propter robuſtas vires, ſanguine ad alias partes irruente. Etenim neminem latet, quod
nonnun-

A nonnunquam aut maior menſium copia fluit quàm antea, aut minor, aut omnino nihil fluit: aut prauum eſt quod affluit, ob proprios vteri morbos, ſiue ipſius cornua, ſiue ceruix, ſiue totum ſpacium afficiatur, atque ſub hac diuiſione ſteriles quoque comprehendi poſſunt.

Menſtrua poſſunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menſtruam purgationem comprimuntur, vel obſtruuntur ob craſſitudinem ſanguinis vel frigiditatem, & robur ipſorum quæ ſunt in vtero vaſorum, adeo, vt quod influit non admittant. [*Gal. comm. Aph 7. ſect. 5.*]

Mulieribus quibuſdam menſes ſupprimuntur, vel naturaliter, vel præter naturam. Si naturaliter, hinc colligere licebit, quòd mulier nulla inde moleſtia vel totius corporis, vel vteri afficiatur. Aetatis itaque rationem iam deſcripſimus. Steriles etiam mulieres, in vtero habentes & ſaltatrices naturaliter non purgantur. Nam quicquid in eis recrementi eſt, nimia exercitationis vehementia abſumitur, & vt ſummatim dicam, mulieres calidioris temperaturæ, validisque exercitijs vtentes & agreſtes, parum aut nihil per menſtrua purgantur Nonnunquam autem præter naturam menſes nimia vel pinguedine, vel gracilitate ſupprimi ſolent. Pingues enim exanguiores reliquis ſunt, minimasque venulas habent: quique illis ineſt pauciſſimus ſanguis, ferè in pinguedinem tranſit. Graciliores verò ob diuturnum aliquem morbum extenuatæ, nihil prorſus ſuperuacui ſanguinis continent. Præterea menſes non defluunt, quibus ſanguis vel craſſus, vel lentus, vel per alia loca delatus fuerit: ſicuti per nares, aut ſedem: alijs etiam quòd
B è thorace ſanguinem eiectauerint, aliis quòd è diſſecta vena vltimam ſanguinis inanitionem tolerauerint, menſes ſuppreſsi ſunt: ſed & reliqua excretionum genera idem effecerunt, vt ſudoris multitudo, aſſidui vomitus, alui profluuia, ac puſtularum omne genus, quæ in cute effloreſcunt. Sic præter has omnes cauſas menſes ſupprimuntur ob acutos maximosque morbos, & ob alimenta quæ vel paucitate, vel multitudine ſua excelſerint. A pauco enim alimento paululum quidpiam confeſtim expirat, à multo verò meatus obſtruuntur, & excretio intercipitur: ſæpe etiam in ore vteri calli obtorti, aut carnis excreſcentiæ, aut pinguedinis copia purgationem menſtruam impediunt. Quibuſdam etiam cicatrices vlcerum quæ in vtero præceſſerunt, vaſorum ora à quibus ſanguis in vterum ferebatur, obſtruxerunt. Nonnullis poſt abortum vteri ore exulcerato, ac deinceps ad cicatricem ducto, obſtructio ac compactio ſuperuenit, quæ ſanguinis per vterum excretionem aufert: curæ quoque pertinaces, formidoque immodica, & ingens mœror menſes intercipiunt, frigida deniq; aut alia vteri intemperies menſes remoratur. [*Fuchſius lib. 3. de med. morb. cap. 53. ex Paulo lib. 3 cap. 61, & Aetio, Tetrab. 4. ſerm. 4. cap. 51.*]

Notæ.

Accidentia quæ ob aſtricta menſtrua infeſtare ſolent, nunc enarrare aggredior, ſumpto initio ab his quæ ab Hippocrate in aphoriſmis ſcripta ſunt, præcipuè verò quum dicit: Si mulier neq; prægnans, neque puerpera lac habet, menſtrua eius defecerunt. At nullo in mammis apparente lacte, menſtrua ſuppreſſa hiſce notis deprehenduntur. Grauitas totum corpus moleſtat, item faſtidium quoque, vt nulla ſit cibi cupiditas, horror inæqualis: quòd ſi citra horrorem, inæqualitas aliqua fuerit, atque faſtidium, cupi-
C atque mulier quædam aliena, iube vt obſtetrix vteri ceruicem tangat. Nam ſi citra duritiem clauſa inueniatur, eam prægnantem eſſe coniicies. Nonnullæ preterea cibum euomunt, ac terram, aut extinctos carbones, aut alia quædam huiuſcemodi edūt. Si verò clauſum fuerit os ceruicis vteri, ac duritiem quoque habeat, affectum aliquem in vtero eſſe portendit. Oportet itaque ſpeculari obſtetricem ad quam partem vel declinet, vel retrahatur: nam in ea parte affectam vteri ſedem eſſe coniiciendum eſt. Atque in quibuſdam fœminis, eius partis dolor cum grauitate nonnihil ſignificare poteſt: quin etiam in coxá dolor tranſit, ac crus ipſum, quod è regione eſt, per inceſſum claudicat. Quòd ſi longiori tempore ſupprimantur menſtrua, nullamque Medicus mulieri vacuationem promoueat, tumor aliquis preter naturam in ilibus interdum exoritur, oſtendens nimirum ex internis partibus quampiam eſſe inflammatam. Nonnullis panus in extrema ilium parte excitatur: veluti viris quoque eodem in loco nonnunquam oriri ſolet, qui vbi ſuppuratus aliquádo fuerit, longo temporis ſpatio vix finitur. Huiuſmodi accidentia ſuppreſſa menſtrua ſequi conſueuerunt, ac præterea lumborum, & colli, & ſincipitis dolor, qui etiam oculorum fundamenta infeſtat: item febres ardentes, & vrinæ nigricantes, cum rubra quadam ſanie, perinde ac ſi aquæ, ex qua nuper mactatæ carnes ablutæ fuerunt, fuliginem quis immiſcuiſſet, quibuſdam vrina, aut difficulter redditur, aut omnino ſupprimitur. Quum ergo horum aliquid in muliere conſpexeris, vterum veluti radicem ipſorum coniicere oportet. Quòd ſi per alium quempiam corporis locum ſanguis effluxerit, aut inflammatio, aut eryſipelas excitatur, an menſtrua purgentur interrogare debes; ſiquidem ni-
D hil horum accidere ſolet integrè purgatis. [*Gal. lib. 6. de locis aff. cap. 5. ante fin.*]

Frigidioris autem temperaturæ fœminas ex iis potiſſimùm dignoſcemus, quòd ſomnolentiores, ad omnemque motum ſegniores ſunt, ac colore candidiores, ſeu plumbeæ, vrina aquoſa, pituitam quoque iugiter excreant, & interdum etiam pituitoſos humores euomunt. [*Fuchſius, vbi ſupra.*]

Calidioris autem temperaturæ notæ, iam commemoratis prorſus contrariæ ſunt.

Prædictiones.

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio fit. [*5. Aph. 32.*]

Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens, bonum. [*5. Aph. 33.*]

Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tēpus venientes, purgationē indicant eſſe neceſſariā. [*5. Aph. 36.*]

Si mulier neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. [*5. Aph. 39.*]

Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi, & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt. [*5. Aph. 57.*]

Menſtruorum retentio ſequentes morbos gignit, conceptum impedit, corpus calefacit, venas implet atque diſtendit, veſicam premit, vrinam prohibet, dolorem lumborum & ſuffocationem excitat, coxendicem moleſtat, interdum putreſcit & ſuppurat. [*Hippoc. lib. de Fœtu. §. 7.*]

Dictis addunt Arabes deliria, comitiales, locorum ſtrangulationem, eorundem abſceſſus, corporis grauitatem, inappetentiam, concoctricis facultatis debilitatem, nauſeam, ructus, tuſſes, anhelationes,

aquas cutem ſubeuntes febres, morbos articulares, animi anguſtias, capitis & radicis oculorum dolores, oletulorum exitum inhibet. A

Aegineta lib. 3. cap. 61. Suppreſſa muliebris purgatio multarum & diuturnarum ægritudinum cauſa fieri conſueuit.

Vrina lactis modo alba & denſa, aut obſcura, liuensque, menſium ſuppreſſorum, aut locellorum affectorum argumento eſt.

Vrina albeſcens, ruffeſcénsve, cum ſquamoſis reſolutionibus nigricátibus eadem arguit, modò menſium ſuppreſſorum reliquæ adſint notæ.

Nutricatus conueniens ſuppreſſis menſibus.

Fuchſius. Si à frigidis ac craſsis humorib. menſes ſupprimuntur, cibos calidos & extenuantes exhibebimus.

Vinum etiam fuluum, odoratum, & antiquum, vt bibant, præcipiemus. Exercitia quoque, & alia, quæ corpus calefacere, craſſosque ac lentos humores incidere & extenuare poſſunt, præſcribemus.

Fuchſius. Cæterùm calidiores & plurimum exiccatæ mulieres curantur, ſi quàm maximè humectentur vberiore humidioreque cibo & potu, quales ſunt, qui è carnibus agni, hœdi, è piſcibus teneras carnes habentibus, auibus altilibus, & ſimilibus parantur.

Vino vtendum candido, non admodum antiquo & diluto: balneis item dulcium aquarum, & vt in paucis rem contraham, victus ratione ea vtendum, quæ hecticis adhibetur.

Aegineta. Alimenta porrò congruunt bellè inſtructa, riteque diſpoſita, & humida olera, ac dulciora cuncta. Piſces ſaxatiles, aues teneriores & lactis potatio, confectiones ex melle, quæ μελιτώματα Græcè dicuntur. B

Vinum tenue, colore candido, non admodum vetus.

Non probantur carnes, neque legumina, excepta ptiſana.

Vbi autem pręfinitum purgationis tempus pro foribus iam conſtiterit, deſquamatos piſces marinos, & ceu dictum eſt, molliores, quæ μαλάκια vocantur, & quæ cutis modo integuntur teſta, vnde illis Græcè nomen ὀστρακόδερμα eſt inditum, necnon porra capitata, cum ruta ac pipere elixa ſumant, ius quoque eorundem bibant.

Regulæ curandi menſes ſuppreſſos.

Quibus ex corporis ariditate menſes ſuppreſſi ſunt, denegabis ea, quæ calefaciendo ſiccant.

Aperientibus medicamentis leuioribus in curæ aggreſſu vtendum, ſubinde ſenſim exhibenda ſunt, quæ validius aperiunt.

** 5. Aph. 28.* * Hippocratis ſententia eſt, calefactione ex aromatis muliebria educi.

lib. 28. de regali diſp. Galen. comm. Aphor. 35. ſect. 5. Aegineta. Hæc emplaſtri modo vmbilico admoueri debere aſſerit Haly.

Intentio ſanationis in ipſis eſt, ora quidem aperire vaſorum, quæ pertingunt ad vterum, ſanguinem verò extenuare.

Sectio venæ. C

Quum igitur ob aliquam interaneorum primariam affectionem abſcinditur aut remoratur muliebris purgatio, nihil neque præſtantius, neque vtilius, quàm membri ſtatim peculiari vitio mederi, atque poſt hæc vuluam ſui muneris admonere per potiones. At vbi nihil horum quidem adfuerit, perſpicuum eſt per ſe, & non per conſenſum matricem affici. Si itaque neque ætas, neque habitudo corporis, neque aliud id genus prohibuerint, ſanguis per venam detrahendus eſt, non ante tamen præſcriptum menſium diem. Progreſſu verò temporis adiiciantur dies decem.

Aegineta & Galeni tempore fiebat. Auferatur verò non plus duabus libris cum dimidia, neque etiam minus vna, ſiue venam ſecabimus.

Quòd ſi febris pariter infeſtarit, in primis ſtatim diebus febris ſanguinem detrahere oportet.

Fuchſius. Si plenitudine laborauerit mulier, & nihil aliud prohibeat, à ſanguinis miſſione curandi ratio inchoanda erit.

Secanda verò vena malleoli aut poplitis, idque non ante ſtatum menſium tempus.

Gal. lib. de ratione cur. per ſang. miſſ. Quæ ex cubito fiunt euacuationes, purgationes menſtruas comprimunt, ſanguinemque ad ſuperiores corporis partes retrahunt.

Quæ verò fiunt ex cruribus, tantùm abeſt vt retrahant, vt etiam menſes promoueant, ac vbi id facere volueris, tempus conſueti mulieris circuitus tribus quatuórve dieb. anteuertas, aut vena inciſa, aut ſcarificatis talis cruris vnius pauculum euacuato: deinde poſtero die ſimiliter facito in crure altero, vt tamen etiam iſtis diebus, in quibus vacuas, & ante eos quatuor aut quinque extenuantem victum procures. D

Potiones.

Galen. in 5. Aphor. 26. Epotandæ medicinæ, quæ incidunt, & humorum craſsitudinem extenuãt, quale eſt quod ex calamento fit, quo nos aſsiduè vtimur, ſæpius enim ciere ſolent tardantes menſium purgationes. Mulierib. menſes abundè prouocant & nepita & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, ſed antea contuſa, arida, cribroque ſubtili diſcreta, ac rurſum trita, vſque dum pollinem tenuitate referant: ita denique melicrato inſperge. Porrò conuenientiſſimũ potui tempus eſt à balneo inuolutis adhuc linteo. Atque hæc quidem medicamenta mitia ſunt. Valentiora ſunt ſauina & dictamnum, cæterùm vſus antedictis ſimilis.

Gal. lib. de Curandi rat. per ſang. miſſ.

Aegineta. Auſpicáte iam ſtata muliebrium hora, adimat quidem compedes, & potetur myrrhæ obolus, aut fabæ quantitas, aut caſtorium ex paſſo, vel melicrato, artemiſiæúe decoctum: aut ſaluię poſt balneum ex paſſo & abſynthio. Vinum verò abſynthite ad omnem curationem propinetur. Verùm ſi validiora vehementioraque res ipſa poſtulat rémedia, hæc fuerit eorundem materia: Iris Illyrica (quam vulgò Romani Gladiolum dicunt) pota cum vino, cyperi radix, Græcè cyperis nuncupata, ari radix, & caſia, rotundi odorati iunci (quem Græci χοῖνον dicunt) flos, nardus, heleniique radicis decoctum, & myrrhæ fabuli Græci magnitudo, cum paſſo in dimidiato cyatho poſcæ, & dictamni elixationis cyathi duo, & gutta ammoniata, & ſagapenum. Cæterùm quæ nimia anxietate ſtomachi torquentur, opopanacis exiguum in pilulas redactum,

A redactum,& in cocto melle irrigatum,& eliquatũ. Conſueta quædam nobis ſemina muliebria ciere nata
ſunt. Cæterùm inferiora & minoris efficaciæ ſunt fœniculum, cyminum, apium, daucus Creticus, ſeſeli,
aniſum, ciceres, & cercides, & omnia quæ ad mingendum cient.

Potui dentur radices circa tertium ordinem aperientes, ex vino albo aut decocto quopiam menſes
ciẽte, verbi gratia: radices apij, graminis, fœniculi, oreoſelini, aſparagi, rubiæ paſsiuæ, petaphyllon, ruſci.

Artemiſia, nepeta, calamentum, ſcolopendrion, ſemen ruſci, acorum, abſynthiũ, perpenſa, radix iridis,
lupini, ſemina apij, oreoſelini ſatiui & Macedonici, origanum, mentaſtrum, meum, valeriana, ſiler monta-
num, ammi, ſeſeli, cyminum, dictamnum, caſia, enula, ſatureia, abrotanum, allium, ſmyrnium.

Fortiora prędicti ſunt ruta, gitti, ſynapi, caſtorium, veratrum atrum, colocynthis, ſtaphiſagria, myrrha,
ammoniacum, fel tauri, ſuccus cucumeris ſylueſtris, fel gallinæ, opopanax, piper, pyrethrum, papauer
luteum, aſphodelus.

Quæ menſes cient ſimplicia. ex Plinio.

Apij & oreoſelini ſemen lib. 20. cap. 11. Cyminum Æthiopicum, ſiue regium lib. 20. Gith lib. 20. cap. 17.
Sinapi ſatiuum lib. 20. cap. 22. Marrubium lib. 20. cap. 22. Hippomarathri ſemẽ & radix lib. 22. cap. 23 Lilij
radices in vino decoctæ lib. 21. cap. 19. Centumcapita herba lib. 22. cap. 8. Oleum ſampſuchinũ, ſiue Ama-
racinum lib. 22. cap. 22. Anthemis, ſiue chamæmelon pota lib. 22. cap. 21. Bulbi rad, pota lib. 22. cap. 22. Sion
B latius apio, in aqua naſcens lib. 22. cap. 22. Lupini ſylueſtres lib 22. cap. 25. Cortex rad. lauri lib. 23 cap. 8.
Chamædrys, quæ & trisfago lib. 24. cap. 15. Ampelopraſon, ibid. Stachys, ibid. Chryſocomes radix lib. 21.
cap. 20. Thymum vtrunq; lib. 21. cap. 21. Anemone cum ptiſana ſumta, aut vellere appoſita lib. 21. cap. 23.
Elichryſum, ſiue chryſanthemũ è vino pota lib. 21. cap. 25. Eatis lib. 21. cap. 27. Vrtica cum ſale lib. 22. cap.
13. Caucalis lib. 22 cap. 22. Chondrilla habet proximam terræ maſtichen tuberculo fabæ, quæ appoſita
fœminarum mẽſes trahere dicitur lib 22. cap. 22. Laſer è ſilphio fœminis datur in vino: & lanis mollibus
admouetur vuluę ad menſes ciendos lib. 22. cap. 23. Hordeum murinũ, ſiue herba Phœnicia trita, ex vino
pota, præclarè ciet menſes lib. 22. cap. 25. Phacos ſylueſtris lib. 22. cap. 25 Cicercula, ibid. Vitis nigra lib. 23:
cap. 1. Fici ſuccus lacteus appoſitus cũ luteo oui, aut potus cum amylo lib. 23 cap. 7. Caprificus pota men-
ſes ciet cum luteo oui, ibid. Baccæ lauri appoſitæ tritæ, vel potæ lib. 23. cap 8. Cupreſsi ramenta pota lib.
24. cap. 5. Styrax potus lib. 24. cap. 6. Viticis ſemen lib. 24. cap. 9. Ederæ corymbi appoſiti lib. 24. cap. 10.
Arundo Indica Syriacaq; admota lib. 24. cap 11. Erythrodani, ſiue Rubiæ radix & ſemẽ lib. 24 cap 11. Roſ-
marini ſemẽ, ibidẽ. Peoniæ radix lib. 26. cap. 15. Radix callę lib. 27. cap. 8 Onopordon lib. 27. cap. 12. Smyr-
ni folia & radix lib. 27. cap. 13 Tlaſpi alterum genus, ibid Impubium puerorum vrina ſi decoquatur ad di-
midias partes cum porro capitato nouo fictili, vaporatio ea menſes fœminarũ ciet lib. 29. cap. 6. Fel tau-
rinum lana ſuccida appoſitum lib. 28. cap. 14. Olympias Thebana addidit hyſſopum & nitrum, ibidem.
C Teſtes Caſtorij duabus drachmis ex aqua cum pulegio poti lib. 32. cap. 3.

Potiones compoſitæ.

Radicum acori, iridis, oreoſelini, aſparagi ana ℥. j. ſeminum apij. fœniculi, aniſi, dauci, ammi, vrticæ ana
℥ j. calaminthæ, abſynthij ana ʒ. ſs. origani, abrotoni, artemiſiæ, pulegij, aſari ana M. j hyſſopi M. j. s. Bul-
liant ſingula in aqua iuſtæ quantitatis, quoad tertia pars abſumpta fuerit, dein excolentur, & ſaccharo
ſufficienti adhibito, adijciantur ſerapia ex calamintha, & hyſſopo, & ex marrubio ana ℥. j. s. miſce, fiat po-
tio proterna portione propinanda à cubili ieiunæ.

Caſtorei ʒ. j. mentaſtri in puluerem redacti ʒ. s. Vini antiqui, aut mulſæ ℥. iij miſce, & à balneo calidũ
propinato: Potio Serapionis Medici danda mulieri, cui ſuppreſsi ſunt menſes, hæſitaturq; an vtero ge-
rat: ſi prægnans eſt, fœtui vires calefaciendo præbet, alioqui menſes ciet, locellos aperiendo.

Caſtorij, aniſi, ſeminis apij ana ʒ. j trita ſecerniculo traiice, & ex vino potui dato, Potio Galeni menſes
deducit fœminis, ciet vrinam, & omnino admiranda confectio eſt hydropicis, hepaticis & nephriticis:
Aloes ʒ. * maſtiches ℥. j. croci. ℥. j. nardi Indicæ ℥ j. cinamomi ℥. j. carpobalſami ℥. aſari ℥. j. tundito, & an-
guſtiſsimo cribro excernito, atq; aridum, vt ne tranſpiret ſeruato, & cum vino potui dato cochlear vnũ.
Menſes porrò puluis iſte valentius ducit, artemiſiæ decocto dilutus.

Si ex pituita comprimuntur menſes, potiones.

Chamæpityos, chamædryos, origani, ſaluiæ, roſmarini, ſiſymbrij, calamenti, mentaſtri, thymi ana M. j.
D radic. ruſci, aſparagi, apij, oreoſelini, raphani ſylueſtris, rubiæ & valerianæ ana ℥ j. s. ſeminis iuniperi ℥. iij.
ſeminis vrticæ, dauci Cretici, ammeos, aniſi, fœniculi, coſti ana ℥. s. phaſeolorum rubeorũ, cicerum arie-
tinorum p. j. terantur parum, & decoquantur, & ex decocto colo ſecreto cum ſacchari libris tribus confi-
ce ſerapium, qui aromatizetur cum cinnamomo electo & caſia, probè coquendum curato. Portio exhi-
bitionis eſto ſeſquidrachmæ, cum ℥. iij. decocti ſequentis quolibet manè, ieiuno ore ventriculi. Phaſeo-
lorum rubrorum, cicerum rubrorum ana p. s ſeminis iuniperi ℥. j. s. radicum valerianæ, radicum ruſci, ra-
phani ſylueſtris, aſparagi, apij, & oreoſelini ana ℥. s. chamædryos recentis M. j. dauci, ammeos, aniſi, fœni-
culi ana ℥. ij. radicum rubiæ ℥. j. conterito paululum, & coquantur.

Oxymelitis compoſiti ℥. iij. ſerapij ex artemiſia ℥. ij liquoris ſtillatitij artemiſiæ, quinq; radicum com-
munium, aperientium calidarum, vel bipinnellæ, aut betonicę, vel florum ſambuci, aut apij ana ℥. iij. lim-
pidum facito. Omnia ſimul miſta pro triplici portione, poteris aromatis cõdire, puta cinnamomo aut ca-
ſia. Diebus octo ante menſium naturale profluuium, hanc curandi rationem aggreditor.

Si ex flaua bile.

Artemiſiæ ʒ. ij. adianti, oxalidis, intybi erratici, ſcolopendrij, betonicæ, eupatorij, apiaſtri, mercurialis
ana ʒ. j. quatuor ſeminum, vulgò refrigerantium dictorum maiorum, ſeminis vticis, ſeminis bauciæ, ſe-
minis peonię, ſeminum aſparagi, ſeminum abrotoni, intybi erratici, baſilici, & litoſpermatis ana ℥. s. radi-
cum valerianæ, ruſci, aſparagi, oreoſelini & apij ana ℥. ij. iuniperi, fœnugræci ana ℥. j. s. cyperi, ſpicę nardi

f 4

ana ℥.ij.s.cicerum rubrorum,phaſeolorum ana par.j.trita parum omnia in aqua coquantur,confice ſerapium cum tribus ſacchari libris, quod odoratiorem cinnamomo electo facies. Huius ſumito ſeſquiunciam,quam immiſce liquorum ſtillatitiorum intybi erratici,cichorij & abſynthij ana ℥ j. ſimili eſto ponderis quælibet portio, perſeuerando ad menſium debitum tempus vſq;, vel quo ad alteratum fluxuiq; vicinum percipias humorem nocentem. Serapij acetoſi ſimplicis ℥ j. oxymelitis ſimplicis ℥.s. liquoris ſtillatitij,intybi,cichorij,& abſynthij ana ℥.j.miſce. A

Si ex atra bile,potiones.

Scolopendrij,adianti,chamedryos,origani, calamenti, artemiſiæ, ſtœchadis, eupatorij. florum geniſtæ,boraginis,bugloſſæ, & violarum,vniuſcuiuſq; M.s.radicum aſparagi, fœniculi, apij & capparum ana ℥.j. thymi in fine decoctionis iniecti ℥ j. prædictis potes addere glycyrrhizæ, vuarum paſſarum ana ℥.s. coquantur,& ex decocto colo traiecto cocinna ſerapium cum ſacchari libris iij. & aceti ℥ iiij.quod odoratius ſit cinnamomo ſibi miſto, cuius portio eſto ℥ j.s. cum liquorum ſtillatitiorum fumariæ, bugloſsi, & artemiſiæ ana ℥ j.detur à cubili & veſpere,quotidie ad humoris ſolutionem vſq;. *Vel*

Oxymelitis ℥ ij.ſerapij acetoſi ex radicibus ℥.j.liquorũ ſtillatitiorũ,florũ ſambuci,pimpinellæ & aſparagi ana ℥.ij.ſunto duæ portiones,quibus clarificatis nonnihil cinnamomi commodè addere potes.

Purgationes humorum per aluum. B

Galen in 5. Aphor. 36. Et quidem purgatio totius corporis, quando craſsi euacuantur humores,tales ſanat diſpoſitiones. Si verò decolores ſcriptum ſit,multo magis purgatio ſanabit,ita ſe habentes mulieres. Neq; enim propter humorem pituitoſum tantummodo,ſed & propter melancholicum & bilioſum menſes fiunt decolores. *Gal. lib. de Curat per ſang. miß.* Datur ſuppreſsionis menſium tempore medicamentum,quod propriè amarum dicitur,centum habens drachmas,mixtis aliorum medicaminum cuiuſcũq; ſex. Optimum eſt vbi cinnamomum acceperit,poſt diem ſeptimum, ſiue octauum, purgatione cum hiera vtendum. Hiera quidem ex colocynthide purgabimus duarum drachmarum pondus in melicrati cyathis ſex potui præbentes. Quòd ſi febris pariter *Hiera picra.* infeſtet,hiera quidem vtendi locus non eſt Hiera picra,eclegma diaphœnicon,eclegma Indum.

Catapotia ex agarico,ex benedicta,fœtida.

Subductio pituitæ.

Medullæ caſsiæ fiſtularis extractæ cum decocto chamædryos,glycyrrhizę,caſſuthæ,vuarum paſſarũ, polypodij querni, & adianti ℥.j. eclegmatis Indi ʒ.iij. ſerapii de radicibus cum aceto ℥.j.miſceto, dato ieiunæ à cubili. *Vel*

Agarici ℥.s.zingiberis ℈.ij.ſalis gemmæ ℈.s.diluantur ſero caprillo addita oxymelitis ſcillitici ℥.j.immergantur ſimul horis duodecim,& compreſſum,coloq; traiectum ius potui à cubili ieiunæ dato.

Catapotia fœtida voranda noctu exhibeto.

Turpeti ʒ j zingiberis ʒ.s. ſalis gemmæ gr.vj. ſacchari candidiſsimi ℥.ij. omnia leuigato, & cum ſero caprillo aut iure pulli,vel iure cicerum arietinorum propinato. C

Roſarum rub.zingiberis,cinnamomi an.ʒ.ij.ſantalorũ alb.& rub.ana ʒ.j. hermodactylorum ʒ.iij.turpeti ʒ.iiij diacrydij ʒ.ij.s.maſtiches ℈.j. ſachari ℔.j.quod ſoluatur in liquore ſtillatitio artemiſiæ,confice quadras pondere ℥.s.dato vnam ieiunæ à cubili.

Bilis flauæ purgatio.

Medullæ caſiæ fiſtularis decocto communi extractæ,aut mannæ ℥ j.eclegmatis ex ſucco roſarum ʒ.j.s.confectionis hamech ʒ j.ſerapij violacei ℥.j.potui dato.

Rhabarbari electi ʒ.ij ſpicæ nardi gr.vj.aut cinnamomi tantundem.Vino optimo dilue,& horis xij in ſero caprillo immerge, ſubinde valenter traijciendo comprime. Colamento adde mannæ, aut medullæ caſiæ fiſtularis cribro ſecretæ ℥.j.ſerapij violacei ℥.j.

Propinato demum ea quæ bilem per ſedem educere valent,quæ te edocebunt alij Medici.

Bilis atræ eductio.

Adianti,florum vtriuſq; bugloſsi & violarum,lupi ſalictarij.ſtœchadis,chamædryos ana. M.s.polypodij ʒ iij glycyrrhizæ,vuarum paſſarum ana ℥.s.terantur paululum,& coquantur in aqua ſufficienti,in fine decoctionis adde epithymi ℥.s. & cum hoc decocto, cribro extrahatur medullæ caſsiæ fiſtularis, aut mannæ ℥.s.confectionis hamech ʒ.j.s.diaphœnicon ʒ.ij.ſerapij violacei ℥.j.detur à cubili.

Cortices myrobalanorum Indorum ℥.s.luteorum ʒ.ij. diluantur horis duodecim in ſero caprillo, colo valenter deinde traijce, colamento adde medullæ caſiæ fiſtularis, aut mannæ ℥.j. epithymi friati ℈.ij. zingiberis grana vj.mellis roſacei ℥ j.fiat potio,detur,&c. D

Globuli Indi vorandi ſunt.

Balnea & inſeſſus.Si ex pituita.

A ſuccorum ſubductione balnea ſunto ex chamæmelo, artemiſia, mentaſtro, & aliis, quæ in decocto pituitam profligante memorata ſunt. *Vel*

Sabinæ herbæ,origani,calamenti,apiaſtri,pulegij,mẽtaſtri,ſertulæ cãpanæ,chamæmeli ana M.ij.chelidonij,peucedani,praſij,abſynthij ana M.j. foliorũ lauri,lauendulæ,mercurialis, roſmarini,ocymi, florũ ſambuci,ana M.ij. artemiſiæ M.vj.radicis valerianæ libras ij. conterantur paulũ omnia ſimul, dempta artemiſia,quæ ſeorſum in ſacculo includatur, deinde omnia ſimul coquantur. Ex his rebus ſacculus vnus impleatur,ſuper quẽ in balneo ſedeat mulier,& ſuper femur ſacculũ artemiſiæ calidũ teneat,& bis in die ieiuna balneum intret,& pro arbitrio in eodẽ ſtet. Cubile ſubinde petat,& vnguento vngatur,quod inter ſequentia vnguenta offendes.

Si ex flaua bile.

Subducto humore bilioſo,tertio die tale confice balneum,quod accipit.

Altheæ cum radice M.vj. artemiſiæ M.iiij.florum ſambuci, foliorum ſalicis,foliorũ violarum,polytrichi ana

A chiana M.ij valerianæ ſeſquilibram, fœnigræci ℔.ij. ſeminis lini ℔.j. s.terantur parũ,artemiſia ſeorſum reconditur in ſacculo.Ex alijs impleatur ſacculus vnus, & coquantur omnia ſimul, artemiſiæ ſacculum in balneo ſuper femur teneat,altero ſacculo inſideat,dein petat cubile: tuncq; pubes & os ſacrum inungantur vnguento quod deſcribemus Si ex atra bile,balneum eſto tale,quale ex pituita.

Vnguenta.Si ex pituita.

A balneo in lecto hoc vnguento vngatur antè & retrò.Olei lilini,olei amygdal dulcium,medullæ cruris vituli ana ℥.j.mucoris altheæ, fœnigræci & ſeminis lini ana ℥.s.ceræ parum.Poſt inunctionem bibat pulueres,& edat confectiones deſcribendas.

Si ex bile flaua.

Olei amygdal.dulcium ℥ j. s.medullæ cruris vituli ℥.j. butyri recentis, pinguedinis gallinæ, mucoris fœnigræci,& ſeminis lini ana ℥.s.ceræ parũ,concinnato vnguentũ, quo os ſacrum & pecten inungatur.

Ex atra bile.

Vngatur vnguento,quo pituitoſæ inungendæ ſunt.Poſt quartũ diem à purgatione,dropace vnguento circa pectinem,lumbos ac femora ægrotans illiniatur. Olea quibus inungi debet mulier, cuius menſes ſuppreſsi ſunt:Oleum lilinum,rutaceum,ſpicatum,oleum ex ſabina herba.

B *Pulueres,eclegmata,& paſtilli.Si à pituita.*

Inunctione peracta exhibeto cochlear pulueris ſequentis ex vino decoctionis pituitam profligantis; Cinnamomi electi reiecto cortice exteriori, corticis caſiæ fiſtularis ana ʒ ij. caſiæ ʒ.j.s.croci ℈.ij ariſtolochiæ rotundæ,perpenſæ,calami odorati,corticis radicum capparum,coſti,dictamni,rad.tormentillæ, rad iridis,eryngij,laccæ ana ℈.ij.chamæpithyos, chamedryos,foliorum lauri,origani, polij, zingiberis, calaméti,thymi,ſeminis ſinyrnij,ſeminum rutæ ſylueſtris,dauci,naſturtii & hyſſopi,carpeſiorum, nigellæ,ammis, aniſi,marathri, baccarum lauri, ſagapeni ana ʒ.s. ſacchari quod pondere omnia æquet, friato & tere vt dictum eſt. *Vel*

Accipe pulueris prædicti dempto ſaccharo ℥.s. ſacchari candidi liquati in decocto menſes ciente ℔. s.pange quadras,quarum pondus eſto ℥.s. detur vna poſt inunctionem, dein bibat decocti menſes prolicientis ℥ ij

Paſtilli ex myrrha, triphera magna ſine opio proſunt Accipe fructus ſabinæ ℥.j.s. rutæ ſiccæ ʒ ij.s.ſeminis rutæ agreſtis ℈.ij. laſerpicij, ammoniaci, rubiæ paſsiuæ ana ʒ.s. confice ex his ſimul friatis globulos ſerapio ex artemiſia exceptos, exhibeto ægrotæ ʒ ij. ex vino decocti menſes cientis, à balneo, aut à ſuffitu,vel ab euaporatione. *Vel*

C Cinnamomi, ſucci Cyrenaici, fructuum ſabinæ,piperis nigri ana ʒ.ij.myrrhæ,caſtorij ana ℥.s.excipe melle ſufficienti, in eclegma exhibeto ʒ.ij ex vino decocti menſes proritantis, à ſuffitu, aut balneo, vel ab æſtuatione.

Si ex flaua bile.

A balneo dato cochlear ſequentis pulueris cum ʒ ij. decocti menſes ſuppreſſos ob flauã bilẽ cientis. Corticis caſsiæ fiſtularis,cyperi ana ʒ.j.s.radices tormentillæ,radices peonię,cinnamomi reiecto ſuperiori cortice ana ʒ ij.croci,ſeminis bauciæ ſylueſtris,ſeminis peoniæ ana ʒ j.ſeminis viticis, ſeminum apij,ocimi,oreoſelini,mercurialis,aſparagi & milij ſolis ana ʒ.s.adianti, polytrichi, chamemæli, betonicæ,eupatorij.ſpicæ nardi,ſchœnanthi,lupi ſalictarij,ſeminis endiuiæ ana ℈.j.ſacchari ad pondus omniũ, leuigato & miſceto.

Reiecto ſaccharo,ex puluere prędicto pange rotulas aut quadras,in quibus concinnãdis pro ℥.j.friamentorum adde ſacchari(quod in decocto bilioſos iuuante liquetur)libram vnam.

Si ex atra bile.

Ex his quæ atram arcent bilem pulueres & placentas confice.

His peractis ſaphena vena aperienda eſt,hinc ad ligaturas veniendum eſt.

Ligatura.

D Probatur item inferiorum corporis partium arctior cum ligaminibus ad treis vel quatuor dies conſtrictio:auſpicãte verò iam ſtata muliebrium hora,adimat quidem compedes,ſed potetur myrrhæ obolus,& propinentur reliquæ portiones menſes cientes. *Aegineta.*

Fotus,euaporationes & ſuffitus.

Abrotoni,anethi,artemiſiæ, chamæmeli,callitrichi, apiaſtri mercurialis, florum ſambuci ana M.j. fœnigræci,ſeminis lini ana lib.s.ex his contritis & in vino coctis in vaporario aut ſolio,balnei loco vaporetur mulier.Huius loco talem facito ſuffitum.Seminis viticis ℥.j.s anethi M.j. carei,coſti ana ℥.j. terantur parum,& per infundibulum fumum mulier in locellos veſtibus tecta ſedensq; recipiat. *A bile.*

A pituita.

Para æſtuarium ex pharmacis quibus confectum eſt balneum.

* Amoni galbani ana ʒ.iij.ſucci cyrenaici ʒ.j s. frangantur parum, & in carbones inijciantur, ſuffiantur q; locelli.fumus tamen non pertingat ad nares. *Ammoniaci forte.*

Suffitibus etiam ex ſtyrace,galbano,thure,bdellio,radice ariſtolochiæ, artemiſia, nigella, caryophyllis,cinnamomo & ſimilibus paratis vtendum erit.Fouendus quoq; vterus odoratis fomentis,maiorana, ſerpyllo,calamintha, chamemælo, ſertula campana, pulegio, artemiſia,radice iridis, & ſimilibus in olla decoctis,quam operculo perforato operire oportet,arundinemq;,aut alium canalem foramini inſertum vndiq; circumlinere,vt deinde ſedens mulier excepto canali foueatur. *Fuchſius.*

Proderit etiam vt mulier huic decocto vſq; ad vmbilicum inſideat,& inde peſſos ſibi admoueat.

Cucurbitulæ. A

Neq; inutile erit cruribus cucurbitulas affigere.

Iniectiones.

Fuchſius. Metrenchytes, Gallicè *Vne ſonde:* Arabicè argalia.

Metrenchytis etiam vtendum, in quem vſum vtero infundimus olea calida, irinum, liliaceum, laurinum, &c In ſinum porrò ipſum infundatur ſuſinum, aut amaracinum.

Succi mercurialis & abſynthij, artemiſiæ ana ℥.vj. poteris addere ʒ.ij. puluerem vl. vim ciendi menſes habentium, & inijcere in locellos.

Peſſi & Proſtheta.

pexa vel pectinata. Eſt autem peſſulus lana * pectita, & quodcunq; aliud teres, digiti humani ſpeciem præferens, in quo medicamenta ſuſtinentur. Peſſus ergo apponatur ex medicamento è nouem rebus conſtante, & ob id *Aegineta.* ἐννεαφάρμακον nomen obtinente, aut olibanius.

Aegineta. Proſtheta præterea (ſunt autem ea medicamenta quæ molliore lana excepta, mulierum naturalibus ſubijciuntur & condiuntur, barbari naſtalia vocant) quæ menſes ciendi munus ſubeunt: ex his conſtãt, myrrha, abſynthio, aut lupinorum elixatione eliquata, ſeu rutæ ſucco contrita, bdellioq́; non abſimiliter. Styrax item & ſylueſtris oleæ gummi, ſuccoſue rutæ compari modo, vel ariſtolochia longa in collyrij, hoc eſt, glandis formam affabrè facta, & concinnata. Conſimili præterea eodemq́; modo centaurij grandioris radix aut veratri, aut liquor ſcammoniæ, & colocynthidos medulla per ſe, & artemiſia cataplaſmatis modo illita, cùm ruta, galbanumq́; facto inde ſuffitu & fotu. Quæ vtiq; ipſa & fœtum etiam conceptũ vtero elidere, atq; eijcere naturæ ſuæ aptitudine poſſunt. Peſsis etiam in vterum demiſsis, neceſsitate ſic exigente vtendum, ex quorum numero hic eſt, qui ℞. Trypheræ magnæ citra opium ʒ.j. farinæ erui, nigellæ, rubiæ tinctorum, artemiſiæ, pulegij ana ℈.j. s. ſucci rutæ ℥.ij. miſce, fiat peſſus, qui cum lana, vel œſypo ſupponatur. *Vel* Myrrhæ, bdellij, ſtyracis ana ʒ.j. calaminthæ, abrotoni, abſynthij ana ʒ.j.s. radicis acori, radicis rubiæ tinctorum ana ʒ.j. ſeminis nigellæ, rutæ, aridæ, baccarum lauri ana ℈.ij. ſabinæ ℈.j. caſtorij ℈ s. redigantur ſingula in puluerem, & cum melle, aut triphera, aut mithridati antidoto quod ſatis eſt, formentur peſsi. B

Si menſes ſupprimantur ex pituita, valentioribus peſsis ciendi ſunt, vt theriacæ electæ ʒ. s. caſtorij, ammoniaci ana ʒ j. miſce, & coto in mercurialis ſucco immerſo excipe. *Vel,* Nigellæ, ſtaphiſagrię, centaurij minoris ana. ʒ j veratri candidi, vitri friati, ſalis gemmæ, piperis nigri, diacrydij ana ℈.j. aloes, ladani, galbani, terebinthinæ, ſtyracis ana ʒ.j s. ambaris ℈.s. omnia cum piſtello calido miſceantur, demum in panno lineo cum mercurialis ſucco immerſo, include. *Vel,*

Theriacæ, mithridati aut opopanacis ℥.j. caſtorij, ammoniaci ana ʒ j. ſucco mercurialis excipe in peſſulos. C

Si ex flaua bile.

Ex cuiuslibet pharmaci ſequentis friamentis, peſſulos conficere potes, aut ipſorum ſucco. Mercurialis, artemiſiæ, ſampſuchi, abſynthij, chamædryos, chamæpityos ſucco. Pulueres ſunto ex nitro, amomo, myrrha, ariſtolochia rotũda, calamo odorato, caryophyllis, maiorana Eclegma ex ſucco roſarũ cum ſaccharo in canulam immittitur, vt peſsi ſolidam formam recipiat, & peſſus filo appenſus & in locellos immiſſus, filo femori alligatur. Ex radicibus oleo tinctis concinnantur peſsi. Verbi cauſſa: Ex radicibus rubiæ paſsiuæ, phlomi, vtriuſq; maluæ, iridis, apij acori.

Olea ſunto, ex lilio, ex caſtorio, ex ſucco cyrenaico, & ex coſto. Pulueres quibus peſſuli aſpergendi ſunt, ex ſucco cyrenaico, coſto, caſtorio, euphorbio, myrrha, turpeto, ſcammonio, veratro candido, ſabina herba, nigella, & galbano.

NIMIA MVLIEBRIS EXPVRGATIO, HAEMORrhagiaq́; locellorum, & muliebre profluuium.

CAPVT IIII.

Paulus Aegineta lib. 3. cap. 60. Fuchſius lib. 3. de med. morb. cap. 54. DIſtillatio (quam [illegible] Græci nuncupant) eſt muliebrium locellorum fluxus, vniuerſi corporis expurgati. Redundare menſes in mulieribus dicimus, quando vltra conſuetum tempus purgationis magna copia effluxerint. Tempus autem vnicuiq; purgationi ſtatum & ordinatum non eſt: multis enim ad duos treſve dies, haud paucis uſq; ad quintum profluit, alijs etiam ad ſeptimum vſq;, rarò ad duodecimum purgatæ ſunt. D

Aegineta. CAVSAE hæmorrhagiæ, & fluxus muliebrium locellorum. Cæterum immodicè & plus iuſto expurgantur non rarò mulieres, interdum quidem menſibus auctis, atq; cumulatius quàm par ſit, impetuq; procedentibus, interdum verò iniuſtæ & integræ ætatis nouæ nuptę partub. Nonnullæ magna quidem ex parte ſua quoq. ſponte ceſſant. Continuè verò in [illegible] fortiter ſanguinis fit profluuium, ita quidẽ vt plerunq; inferat periculum cauſæ fluxus muliebrium locellorum.

Aegineta. Eiuſcemodi verò ideam ac ſpeciem præfert id quod euacuatur, cuiuſmodi eſt humor, qui in corpore redundat. aliud rubrum quidem inſtar ſaniei, aquoſiue humoris, quem ἰχῶρα Græci vocant: alterum verò candidum à pituita proueniens, aliud autem pallidum luridumq́;, aliud pirrocholon, id eſt, amaræ bilis inſtar. Nonnunquam aqueum, deniq; ſanguinem eijciunt, quemadmodum in phlebotomia aufertur atq; procedit. Animaduertere interim accuratiſsimè oportet, ne qua anabroſis, id eſt, eroſio in locellis enata conſtiterit, ſit ob fracta, aut aperta vaſa, vel magna vel parua.

Fuchſius. Gal. in 5. Aph 57. Poſsibile eſt ſi ora vaſorũ quæ pertingunt ad vterũ vltra modum aperiantur, & ſi ſanguis vel calidior, vel tenuior fiat, & totum corpus propter malum habitum aliquẽ aggrauetur ſanguine, & ſi modum naturæ conuenientẽ ſua multitudine nõ exceſſerit, quare ipſum expellit ad venas quæ in vtero ſunt, vt in fluctionibus accidit, aliàs ad aliam partem immodicas fieri menſtruorum euacuationes.

Redun-

Opinio Arabū.

A Redundantibus humiditatibus ex venis opplentur locelli, quæ ex alijs ſæpe membris in ipſos deferuntur, quos humores natura per vuluam eijcit: nam duæ venæ magnæ, caua ſcilicet & porta, in venulas tenuiſsimas plurimasq; diſperſæ, locellos intrant, à quibus nonnunquam diuturni ſucci diſtillationis modo, interdū rubri, quandoq; pallidi, ſæpe etiā albi, aquoſiq; interdū defluunt. Quorū cauſa eſt, locellorum, iecinoriſue, aut alicuius alterius membri, vel concoctricis eorundē facultatis imbecillitas.

Arabes.

Cauſæ externæ ſunt, percuſsio, caſus, vulnus, curſus, ſaltus, cibi ſanguinē extenuantes, vel ipſum acutiorem vel ardentiorem facientes. Verbi cauſſa, aromata calida, vini albi, clari potus.

Cauſæ internæ ſunt locorum calor exuberans, ſanguinis redundantia, facultas expultrix valens, retentrice imbecilla. *Nota.*

Aegineta de muliebri profluuio.

Notanda autem ac deprehendenda fluxus ſpecies eſt, ex perpetuo locorū madore, diſsidentibus colore humoribus. Laborans autem plærunq; ſolet palleſcere, cibū auerſari, & inediam ſuſtinere, in deambulationibus quoq; ſpiritus difficultatē ſentire, oculos inſuper habere tumeſcentes, interdum quidem cum dolore, interdum verò citra dolorem, & id quidem vel cum exulceratione, vel abſq; exulceratione, ſiue vulua inflammante: ſordidè, ſiue purè.

Fuchſius.

Amplioribus vaſis ruptis aut apertis confertim ſanguis profluit, minoribus verò apertis, ſenſim, nec magna copia promanat. Ab eroſione ſi accidit, tum non ſolùm paulatim, verùm etiam cum maximo dolore effluit. Porrò quum immodicè promanant menſes, color fœdus conſequitur, pedes molli tumore

B attolluntur, corporis robur proſternitur, vitiatur ciborum tum appetitus tum concoctio.

Præſagia.

5. Aph. 57. *5. Aph. 39.*

Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt. Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam. Menſium fluor redundans iuuenibus moleſtiſsimus, ſenioribus aūt ut plurimùm mortalis. Si longo tempore fluxerint menſes, tandem aquas cutem ſubeuntes inducunt, & animam ſubinde agere cogunt.

In fluxu muliebri ſi conuulſio & animi defectus aduenerit, malum. *5. Aph. 56.*

Fuchſius.

Non confeſtim ſanguinis impetum localibus remedijs reprimere conandum: nam multa ſequerentur incommoda, nempe hydrops, neruorum, aut oris ventriculi, aut capitis pathemata.

Victus.

Aegineta, Fuchſius.

Chondrus lotus è poſca, aut oriza, aut alica, cibi loco ſunt adhibenda. Vino ita habentes abſtinere expedit. Cibis & potionibus auſteris & aſtringentibus vtendum. Aſsis autem potius quàm elixis veſcatur ægra, carnibus potiſsimum, quibus ſuapte natura deſiccandi facultas ineſt, vt auium montanarum, & agreſtium animalium: motu verò abſtinendum, & pro eo aſtringenti potione vtendum. Lac in quo extincti ſint lapides fluuiales candentes, aut ferrum ignitum, potui detur. Oryza, chondrus, portulaca eſitantur: rubi item ſurculi cum carnium iure decocti, braſsicæ probè coctæ, lens paluſtris ex aceto cocta.

C Singulare præſidium in ſequenti ferculo eſſe aſſerit Gaynerius.

Libro de affectibus matricis cap. 16,

Accipe folia plantaginis, & flores phlomi, terito: his adde nonnihil radicis ſymphyti probè coctæ, & ſecerniculo traiectæ, parum item caſei recentis pinguitudine referti, & pinguedinis renum caprarū aut arietis momentum, dein paſtæ non fermentatæ cum luteis ouorum piſtatę, aut farinę tenuiſsimæ ſupradicta immiſce, & rapiolas ſeu formulas certas confice, easq; in iure carnium coquito, & ægrotæ exhibeto. Aſsis carnibus veſcatur potiùs quàm elixis, quæ infartiātur rhoe, fructu oxyacanthæ, & alijs vim ſanguinem arcendi fluentem habentibus. Nocēt aromata, maximè crocus. Si ob vires ficulneas vinum potui dare cogaris, eſto nigreſcens, vtcunq; aſtringens, craſſum, aqua cæleſti, aut aqua in qua ferrū candens extinctum fuerit, aut puteali aqua dilutum: quiete fruatur. Somno indulgeat, gaudio non afficiatur nimio. Venerem fugiat. Aer eſto temperatus, fructus maturi non aſtringentes & calidi nocent. Potus nimius crapulaq; obſunt.

Curandi ratio.

Aegineta de muliebri profluuio.

In defectu verò & interualli ſpatio (habet enim circuitum nonnunquam) ſedulò vtendum fuerit geſtationibus præſtantibus, diuerſiq; generis deambulationibus, vociferationibus, vnctionibus, cucurbitulis, dropace vnguento, aut leuigationibus, frictionibus, vnguentis depilatorijs, quæ pſilothra dicūtur, ſmegmate, ſinapiſmis, vomitibus cum radiculis prouocatis, curatione recreandis defectibus reſtituen-

D disq; uiribus facta, lauacris, viniq; omnifaria educatione & alimento.

Fuchſius.

In menſium profluuio nimio, neq; balneis, neq; calefactionibus vtendum. Menſium fluor ex repletione, aut ex matricis humorū abundantia factus, non eſt aſtringendus, præſertim ſi colore tingatur aſſueto mulier, niſi ipſius vires proſternantur.

Sanguinis miſsio è vena.

In rubro fluore primū, ſi ætas & alia permiſerint, ad ſanguinis miſsionem vertimur. Ablationem verò ſicut in ijs qui ſanguinem excreant, partiri oportet, vt paulatim prolixiori tempore auerſio fiat. Secanda vero ſi erit in cubito vena, aperiatur vena axillaris.

Potus.

Aegineta de muliebri profluuio. lib 3. cap. 26.

**Cap. 63. ad fluorem muliebrē.*

Hydromeli auſterum, aut omphacomeli. Propinandum inſuper in poſca balauſtiū, hypociſthidis, ſiue acaciæ cremor, aut lycium, aut Samius aſter, aut omphax aridus, aut rheum quod rha quidam nuncupant, aut lentis in Italico vaſe fictili crematæ cinis, aut ſeſamum in poſca maceratum ad mollitiem uſq; & teneritatem manducandum. * Ea quoq; quæ vrinam cient porrigito. è quorum numero habetur aqua in qua elixa ſint aſarum & apiū. Ad hæc portulaca etiam manſa, atq; ſuccus eiuſdē herbæ potus, ad hunc modum affectis ſubuenit. Balauſtium item rubiq; cum fructus tum flos, & ea quæ inter quercum & corticem ſuum interiacet pars trunci membranoſa, & id quod ſub exteriore glandis cortice contine-

** Hippuris herba ſimpliciter.* tur. * Hippuris potiſsimè (quæ conus ex cauda equina eſt) rubentem fluxum pota ex aqua aut vino, ſi- A
ſtit: aut hypociſthis, fructusq́; lentiſci frictus & in vino potus, Samius aſter, Lemnium ſigillum: coagu-
vinacea. lum leporinum, aut hœdinum, aut agninum, aut vitulinum, aut ceruinum: gigarta, id eſt, * acini myrta,
omphax aridus, piceæ cortex, acacia, corallium, lycium, galla, polygonum, ſymphytum vtrunq;, hæmati-
tes, calyces glandium, plantago, oxyacantha.

Cornu ceruinum cum acacia & tragacanthæ lachryma maceratum potui dato his quibus ex locellis
humor defluit, ieiunis.

Spica item nardi dicta, lapis gypſeus, cornu ceruinum vſtum & roſacea lotum, roſæ rubeæ, rhus co-
riarius, nymphea ſemen & flos: hæc ſunto, quorum in pollinem tenuiſsimũ redactorum drachmam ex
vino dabis potui. Præterea hypociſthiden, ſuccinum, lachrymam arabicam, achilleę ſuccum concretum,
glebam armeniacam, flores & ſemina cotoneorum, ſidium, balauſtium, malicorium, vniones, mumiam,
myrtorum fructus libanum, iunci rotundi odorati florem, cinerem teſtarum ouorum, friato, potui ex vi-
no dato: friamenti picis naualis vncia cum ſucco plantaginis bibitur. Fimi caprilli drachma aqua cœleſti
macerata commodè bibitur.

Rubigo ex Dioſcoride. Stercoris item aſinini pari pondere. Succus porri potus. Ferri * & ſi ſterilitatem inducat pota, menſiũ
tamen fluorem compeſcit ſubdita.

Paulus Aegineta. Si albus ſit fluor, medicamenta quoq; craſſos & pituitoſos humores extenuantia, vrinamq́; ducentia B
bibantur vt aſarum, fœniculum, apium, &c.

Simplicia ex Plinio.

Pulegium ex melle & aceto mẽſes ſiſtit lib.20.c.14. Xenocrates tradit rem miram, ſi vera eſt, menſtrua
contineri vno die ſi vnum granũ coriandri biberint fœminæ; biduo ſi duo: & totidem diebus, quot gra-
na ſumpſerint lib.20.c.20.

** quæ extenuãt, ea promouent potius quam ſiſtũt.* Hippocrates menſtrua ſiſti cibo bliti putat lib.20. c.22. Violæ albæ & luteæ * extenuant menſtrua lib.
21.c.19 Nardum gallicum menſtrua ſiſtit lib.21.c.20. Leucanthemum impoſitum lib.21.c.22.

Eliochryſi folia trium obolorum pondere in uino albo lib 21.c.25.

Centumcapita herba mulierum menſibus ſiue abundant, ſiue ſubſidant lib.22 c.8. Fex aceti lib 23 c.2.
Foliorum olearum ſuccus exprimitur tuſis, affuſo vino & aqua cœleſti, ſiccatusq́; in paſtillos digeritur.
Siſtit menſes, in lana admotus vuluæ lib.23.c.3. Palma quæ fert myrobalanum in vino auſtero lib.23 c.5.
Balauſtium, cytini floſculos lib.23.c.6. Ramenta ligni loti (quam fabam Græcam nuncupant) decocta in
vino lib.24.c.2. Gallæ crematæ & aceto ſalſo extinctę, fotu lib.24.c.4. Vlmi folia, cortex & rami illita lib.
24.c.8. Spina Arabica lib.24.c.12. Rhamnus candidior in lacte bibitur lib.24.c.14.

** Biſtorta noſtra vt Geſnerus interpretatur.* Dracunculus * ſi ferro non attingatur lib.24.c 16. Menſes nimios ſiſtit achillea impoſita, & decoctum
eius inſidentibus lib.26.c.15. Idea herba lib.27.c.11 Leucographis lib.27.c.11. Medij radix drachmis dua-
bus cum melle ecligmate per aliquot dies ſumpto lib.27.c.12. Succidana lana impoſita ſubditaq́; lib.29.
cap.2. Ouorum lutea cocta, & ex vino pota lib.29.cap.3. C

Ferri rubigo impoſita velleribus lib.34.cap.15. M.ſy lib.34.cap.12.

Synopis quæ magis cæteris rubet, pota denarii pondere, fœminarum profluuia ſiſtit lib 35.cap.7.

Potiones compoſitæ & ſerapia.

Serapium roſaceum. S. myrtinum. Serapium mirabile & certum quo frequenter menſium fluorem ſi-
ſti coegimus: Accipe fimi aſinini ſuccum quantum vis, & ex eo arte, & igne ſaccharoq́; ſerapium confi-
ce, propinabis ipſum myrtino ſerapio & aquæ plantaginis miſtum ad cubile.

Labri Veneris ſuccus aut friamentum datum in ouo ſorbili.

Si ex eroſione, aut vlcere profluant menſes, ſumito lapilli hæmatitis, achilleæ ſucci cõcreti, quem ſan-
guinem draconis vocant, ſuccini, corallij, balauſtiorum, glebæ armeniacæ, terræ lemniæ, ſeminis portu-
lacæ partes æquas, trita omnia ſecerniculo traijce, potui dato ℥ j. cum ſucco, aut liquore ſtillatitio myr-
torum aut plantaginis.

Si ex acuitate ſanguinis aut aliorum humorum menſtrua defluant, auxiliabuntur ſerapia ex cotoneis
S myrtinum S. roſaceum.

Paſtilli ex ſuccino. Paſtilli ex oxyacantha Paſt. ex terra lemnia. D

Purgantia per aluum.

Fuchſius. Fluore albo infeſtante in principio quidem reſiſtendum non eſt, vt aliena è corpore excernantur,
Si ex pituita. neq; præter rationem erit, ſi quod pituitam purgat medicamentum adhibeas.

Accipe polypodij querni, aniſi, fœniculi, epithymi ana ℥.s. coquantur, in decocto macera horis decem
corticis myrobalanorum, deinde cepulorum tritæ ʒ j. colo traijce & adde pulueris diaturpeti ʒ j potui
dato à cubili ieiunæ.

Eclegma aut rotula diacartami eadem efficit.

Si ex bile flaua, eclegma ex ſucco roſarum, medulla caſsiæ fiſtularis, rhabarbarum, myrobalani lutei
accommodantur.

Globuli vorandi, καταπότια.

Globuli ex bdellio maiores & minores ex monumentis Meſuæ Arabis, cuius portio eſto ʒ.j aut ſeſ-
quidrachmæ.

Fuchſius. Accipe terræ lemniæ, glebæ armeniæ, thuris, maſtiches, gallarum an. ℈.ij. ſucci achilleæ concreti, hæ-
matitis ana ℈.j. cornu cerui vſti ʒ.j hypociſthidis, acaciæ, corallij rubei ana ʒ.s. balauſtij, roſarum rubra-
rum ana ℈.ij. ſuccini ℈ j cum ſerapio myrtino formẽtur catapotia de quibus ʒ j. aut ʒ.j.s. propinabimus.

Mumiæ, thuris, maſtiches, cornu ceruini vſti & loti ana ʒ.j. coaguli leporini, aut hœdini ℈.ij. excipian-
tur in

A tur in globulos ſucco polygoni, quorum portio eſto ʒ j. Vorentur a cubili & ad cubile, prædictis potes addere nonnihil caphuræ.

Conſtrictiones.

Primum igitur atq; præcipuum eſt vt membra ab alis & pube conſtringantur,& extrema. *Aegineta.*

Cucurbitulæ.

Cucurbitulæ inanes ſpatioſæ plerunq; ſub mammis acglutinatæ, tantum vt deſideres in contraria reuellunt. *Aegineta.*

Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone Gal.in commentario inquit melius nõ ad ipſas mammas, ſed ſub ipſis partibus inferioribus firmare cucurbitulam, vbi maximæ ſunt hæ quæ ad ipſas venæ de ſubter veniunt. *5. Aph. 50.*

Encathiſmata,ſiue inſeſſus.

Encathiſma inſuper hoc, his qui ſanguinis menſium eruptiones patiuntur, apprimè conducit. Oxyſchœni, quod eſt, iunci acuti vel marini, capitum myrti, foliorum rhamni, roſarum, virgultorum rubi tantundem coquantur in aqua, qua inſidentibus muliebria loca fœminis vtiliter fouentur. *Aliud.* *Aegineta. lib. 3. cap. 62.*

Sumantur corticis mali punici dulcis, radicis myrti, corticis cupreſsi, ſingulorum medimni tres, gallæ medimnus vnus, aquæ quantum ſatis eſt.

B Hippuris, lentiſci, foliorum mori, foliorum pirorum, prunellorum, ſorborum, meſpilorum, ſymphiti, corticum internorum quercus, roſarum, labri Veneris ana M. ij pſidij, biſtortæ, gallarum fructuum, myrti ana lib. j. radicis vlmi, radicum filicis, meſpilorum, & ſorborum, calicis glandium ana ℔. ij. ex his omnibus confractis & decoctis in aqua cœleſti in ciſterna capta, ſeu in aqua in officina fabri ferrarij hauſta, quantum ſit ſatis, fiat inſeſſus, in quo inſideat mulier mane ieiuna & ſero ſaltem horam vnam.

Suffitus.

Si inſeſsibus ſuffitus præferat, per infundibulum fumum recipiat in locellos, pannis tecta ſedens in ſede perforata.

Accipe colophoniæ ℥.s ſpodij, glebæ armeniacæ, papaueris nigri, hyoſcyami ana ʒ.ij. parum trita in carbones ardentes inijciantur.

Eadem facito ex blatta bizantina, & ex ſymphyto, fiant etiam ſuffitus ex corijs, quæ è domo eijciunt ſartores calceorum, coriariorum, & ex gallis & ex vinaceis, dein præbe ex ecligmatis nonnihil. Si ex pituita menſium fluxus, fiat ſuffitus ex ladano, maſtiche, galla, mentha, galbulis cypreſsi, ſampſucho, &c.

Eclegmata, & placentæ, rotulæq;.

Conſeruæ roſarum antiquæ ℥ j. diacitonit, ſiue ſpeciebus ſacchari conditi ℥.iiij. vel diacodion cõcinnati per quadras tantundem, corallij rubei tenuiſsimè triti ℈ iiij. margaritarum, ſpodij, lap. hæmatitis, mumiæ ana ʒ.s. condiantur omnia ſimul ſaccharo ſufficienti, & ſerapio ex malis cotoneis, quibus poteris addere momentum ex bracteis auri, confice eclegma, detur ex eo manè & veſpere pro qualibet portione, quod caſtaneæ craſsitudinem æquet, per duas horas ante cibi ſumptionem, ſuperbibatq; vini meri cyathum. *Vel* *Ex Arabibus.*

C

Sumantur radices vtriuſq; ſymphyti, coquantur, & piſtillo tundantur, cribroq; traijciantur. Eadem facito ex plantaginis radice. Ex traiectis radicibus ſume ℥.ij. radicis plantag. ℥ j.s. ſachari ℔.j. ſoluatur ſaccharum aqua cæleſti ex ciſterna, aut liquore ſtillatitio plantaginis, in ea fricato hæmatitem quouſque rubeſcat, ſubinde lento igne ſenſim coquantur, addendo radices: concoctione probè facta, decocto perfrigerato immiſce frumentorum ſucci achilleæ concreti, acaciæ, rhois obſoniorum, terræ lemniæ, ſuccini, cornu ceruini vſti & loti ana ʒ j margaritarum. ℈.iiij. corallij rub. ʒ.j.s. ſpodij. lap. hæmatitis, ſeminis apij ana ℈.ij. concinna eclegma ſolidum ſectum in rotulas aut in quadras, vel ſi mauis eclegma confice non ſolidum, ex quo mane à cubili dato ℥ s deinde bibat vini meri cyathum.

Hæc quidem exhibenda cenſeo mulieribus, quæ ſumere ea renuunt quæ palato grata non ſunt.

Si ex pituita, exhibeto theriacam magnã, dialibani: vel dato cochlear eclegmatis ſequentis, ſi proſtratæ ſint vires: Accipe conſeruæ roſarum antiquæ ℥.j. dialibani ℥.ij. corallij rub. ʒ j. margaritarum ʒ.s. cymini & interdiu aceto macerati ʒ j s. mentæ ſiccæ ℈.iiij libani ℈.ij ſpicæ Indicæ ℈.j. fiat miſtura deaurata, detur craſsitudo caſtaneæ à cubili.

D

Epithemata & cataplaſmata.

Foris autem egregiè ſubueniunt epithemata, quæ aſtringendi & ſtipticandi naturam habent, & ex dactylis palmæ cotoneisq; cataplaſmata, quæ malicoria continent, aut pruuobalanij, aut rubi virgulta, aut folia lentiſci, balauſtium, acacia, hypocyſthis, gallæ parum, alumen. Sed omnium maximè illud, taurinũ glutinum, quam taurocollam dicunt, tantiſper dum eliqueſcat, & diſſoluatur, poſca maceratur, deinde in linteolum pannúmue alium robuſtum emplaſtri more impingitur, & illinitur lumbis affectæ. *Vel*, Accipe ſucci ſymphyti, ſuccorum plantaginis, pentaphylli, quinqueneruiæ ana, aceti parum, pannos duos in talibus ſuccis unà miſtis immerge, quorum alter ab vmbilico ad pubem, alter oſsi ſacro imponatur.

Fruſta linteoli aceto electo dilue, & vtriq; mammæ admoue, ſubinde pubi & oſsi ſacro aliquod vnguentorum impone.

Vnguenta.

Accipe Olei myrtini ℥.iiij. olei maſtichini, ſucci plantaginis ana ℥ ij. maſtiches friatæ ʒ.ij. rhus coriarij, hypociſthidis, myrti fructus, terræ lemniæ, glebæ Armeniacæ ana ʒ.ij.s. ſpodij ana ʒ j. hordei vſti ℥.s. ceræ quantum ſit ſatis pro concinnando vnguento, quo inungantur etrum & os ſacrum. Vnguentum Comitiſſæ accommodatiſsimũ eſt, quod etiam inceptum abortum inhibet, & calore viribus deſtitutos renes refrigerat robur addendo.

Emplaſtra. A

Aegineta. Efficaciter quoq; ac ſtrenuè admodum ad hoc faciunt emplaſtra etiam, quæ glutinandi vim retinent, verbi cauſſa: Compoſitio Iceſij, Iceſios appellata, emplaſtrum Atticum, Melinum, Indicum, atq; id genus cætera. *Vel,* Accipe acaciæ, hypociſthidis, ſidij, terræ lemniæ, paſtillorum ex ſuccino, colophoniæ ana ℥.s. leuigato omnia, & liquore ſtillatitio plantaginis excipito in emplaſtrum, quod bipartitum pubi & oſsi ſacro imponatur. *Vel,* Maſtiches, libani, mumiæ, ſucci achilleæ concreti ana ℥.j. friato, dein oui albugine mentæq; ſucco & artemiſiæ excipito, & emplaſtri modo vtrinq; admoueto. *Vel,* Accipe herbæ pulicaris ſeminis vſti, aluminis, arrillorum immaturorum, glebę Armeniacæ, ſucci concreti achilleæ, radicis ſymphyti, ſidij, balauſtiorum partes æquales terito, cribroq; ſecernito, & in emplaſtrum oui albore excipito, dein oſsi ſacro pubiq; imponito.

Anus noſtrates fuliginem aut calcem friatam ſumunt, & oleo myrtino ouiq; albore excipiunt in emplaſtrum, pauco aceto addito, & prædictis duobus imponunt locis, ſicq; menſes ſupprimunt, fœtumq; ne aborſu pereat ſeruant.

Peſſi.

Aegineta. Peſsi quoq; vtiliter, vel plura alioqui vellera locis ipſis apponuntur ex vino & oleo, ſiue roſaceo, ſiue melino, ſiue myrtino leuigata. Peſſuli præterea (ſic enim πρόσθετα interpretor) qui naturalibus fœminarum admouentur, muliebrium ſanguinis eruptiones compeſcũt, ex hypociſthidis ſucco concinnati, aut B acacia cum manna aceto eliquata. Poſt hæc opis plurimum, & admiratione dignum confert auxilium in eiuſmodi profuſione, ſpongia vino aut liquida pice irrigata & appoſita, vel deuſtę ipſius cinis cum aceto poſcáue applicatus. Pari etiam modo corticis ſuberis (qui Græcè φελλὸς appellatur) Italico vaſe teſtaceo combuſti cinis. Ad ſanguinis porrò eruptiones peſsis vtitor, gallæ interaneum tritum, & thus irrigatum aqua apponito, aut cytinos, aut dulcia mala punica cõſimiliter applicato, aut ſeminalem leuigatam. Cæterùm compoſitionem ad eandem rem peridoneam ita contexere conuenit: Accipe aluminis ſciſsilis, medullæ gallarũ, ſucci acaciæ, mannę. ſingulorum ʒ.iiij. ouorũ aſſatorum putamina quatuor arida friantur, atq; eliqueſcant in cremore plantaginis, atq; tum miſceantur. Cùm autem vſus atq; res ipſa monet & exigit, peſſo laneo excipiantur, & intingantur etiam in roſaceum, atq; admoueantur.

Fuchſius. Accipe thuris, balauſtiorum, gallarum ana ʒ.j. gummi Arabici, acaciæ, ſuccini, cornu ceruini vſti ana ʒ.ij. glebæ Armeniacæ ℈.ij. ſingula redigantur in pollinem tenuiſsimum, & lana roſaceo intincta excepta, in mulieris pudendum immittantur.

Accipe tripheræ, mieletæ, athanaſiæ ana ℥.j. hypociſthidis, acaciæ, glebæ Armeniacæ, ſucci achilleæ concreti, radicum ſymphyti maioris, plantaginis, gallarum, ſidiæ ana ʒ.j. trita omnia in peſſulos digerãtur ex coto, & immittantur ſucco aſtringentium excepta. *Vel.*

Colophoniæ, caphuræ, ſcoriæ ferri præparatæ, hoc eſt, in pollinem tenuiſsimum redactæ, & in aceto & roſacea interdiu maceratæ, & coctæ vſq; ad aceti & aquæ abſumptionem ana quantum vis, ſucco ſolani excipe, & in peſſulos digere. *Vel* C

Cornu ceruini vſti, acaciæ, hypociſthidis, glebæ Armeniacæ, mumiæ, maſtiches, gypſi, partes æquas excipe ſeuo caprillo, & concinna peſſulos. Ex pharmacis item, quibus emplaſtra concinnata ſunt, potes peſſulos condere. Ex magnæ ranæ cinere peſſulos facias exceptos aceto, aut fimi aſinini ſucco.

Metrenchyta.

Aegineta. Iam verò & per metrenchyten inſtrumentum ad eam rem factum locellis ſuccum plantaginis, aut ſe- ** Polygoni.* reos, aut * ſeminalis, aut ſtrychni, aut perdicij, aut pſyllij, aut hypociſthidis, aut acaciæ infundito, atque hæc eadem per lanam, aut digitum, aut malam organum, calamùmue in longitudinem formatum, uſque ad os vteri indantur, inſeranturq;. Et Andronis denique paſtillus cum metrenchyte infuſus cum prædictorum ſucco aliquo, aut vino aſtringente, efficax & præſentaneum eſt remedium.

Portanda.

** Corneolum.* Ægra portet aſsiduè iaſpidem, * cornelium lapillum, ſapphirum, pilos dextrę auris aſini, magnę ranæ cinerem lineo panno inuolutum, hirundinem friatam in dextra manu.

HISTERICA, SIVE VTERI SVFFOCATIO.

CAPVT V. D

Aegineta. SVffocatio, ὑστερικὴ πνίξ, ſpirationis ob vterum ablatio, ſtrangulatio vteri, ſuffocatio matricis. Strangulatus vteri, in ſuperiorem partem aſcenſus vuluę eſt, in ſocietatem afflictionis principes corporis partes ducentis, veluti carotidas, cor panniculos cerebri, quos Græci μήνιγγας appellant.

Cauſa.

Gal. lib. 6. de Locis aff. cap. 5. Conuenit inter omnes Medicos hunc affectum magna ex parte viduis euenire, idq; maximè, ſi antea probè purgarentur, ac parerent, atq; virorũ concubitu gauderent. Quibus rebus omnibus priuatæ, quid probabilius excogitare quis poſſet, quàm quod ob retẽta mẽſtrua, vel ſemẽ cohibitũ huiuſmodi mulieres vteri diſpoſitionibus cruciẽtur: ſiue eas apnœas (id eſt nõ ſpirationes) ſiue ſuffocationes quis vocauerit, ſiue etiã * fortuna cõtractiones ſint mẽbris. Idq; fortaſsis magis à ſemine contingere poteſt, vtpotè magnam vim obtinente: vt eſt enim mulieribus humidius, ita etiam frigidius, proinde ipſum excernĩ oportet, pręſertim ſi naturaliter multo ſemine exuberat mulier. Id verò viris quoq; euenire ſolet, quippe non parua eſt horum differẽtia. Igitur vteri peruerſiones eo quem diximus modo, ad ſuppreſſa ſequuntur menſtrua, eas tamen ob hoc, accidentium, quę in animalis corpore apparent, cauſas eſſe nequaquam putandũ eſt: quippe quæ communem habent cauſam plenitudinem à ſuppreſſa mẽſtruorum purgatione euenien-

A ne euenientem, quæ vero citra peruerſionem, aut menſtruorum retentionem viduas moleſtant noxæ,
hæ ob retentum ſemen euenire putantur.

Retenta menſtrua & ſemen cohibitum, flatuoſam quandam refrigerationem in vtero excitant, quæ *Aetius*
ſubinde cordi & cerebro communicantur, contingit etiam refrigerato vtero, quo tempore menſtruæ
purgationes effluunt, vel ob difficilem quempiam abortum, vel vbi quis ſanguinis eruptionem ab vtero
repentè ſiſtere properauerit.

Nota.

Ego verò (inquit Galenus) multas vidi mulieres hyſtericas, alias quidem ſine ſenſu immobiles iace- *Lib. 6. de Locis*
re cum obſcuro paruoq; pulſu, adeo vt in quibuſdam ne percipi quidem pulſus poſſet: alias ſentientes *aff.*
quidem, & moueri potentes, abſq; integra ratione, ſed tamen animi defectione, & difficili ſpiratione la-
borãtes: alias etiã crura & brachia cõtrahentes. Ex quibus coniecturã feci, multas eſſe vteri affectuũ dif-
ferentias, vel pro cauſæ efficientis magnitudine, vel pro ſpecierũ quarundã varietate inter ſe differẽtes.

Quod autem ad hos affectus excitandos retentum ſemen maiorem, menſtruũ verò minorẽ vim obti- *Gal. ibid.*
neat, facilè intelligitur ab his mulieribus, quibus cũ non ſint viduæ purgationes ſupprimũtur: quamuis
enim pluribus infeſtentur accidentibus, ſpiratione tamen nõ priuantur, neq; animi defectione, neq; alijs
vtrumq; accidentibus laborare videntur. Præterea ex eo quòd ſunt viduæ quædam, quæ licet æquè vt an-
B te, aut paulo minus purgantur, nihilominus ſimilibus corripiuntur accidentibus. Quippe medicæ quæ
eas exquiſitè tetigerunt, fatentur circa vterũ notas quaſdã apparere. Nã ceruix eius inclinata videtur, in-
terdũ quidẽ veluti ſurſum retractus ſit totus vterus, interdũ verò veluti ad latus trahatur, nõ veluti ani-
mal errabundum alias ad alium locum diſcurrit in mulieribus vterus, ſed ab extenſione retrahitur.

Accidit autem languentibus, imminente quidem tam paroxyſmo tarditas mentis, ſegnities, infirmi-
tas crurum, pallor vultus, ſpecies luminũ percraſſa, inſtante verò iam ſtrangulatione in ſomnum delatio,
quam [illegible] vocant, dementia, catalepſis ſenſuum ſedis cum mutitate, crurum contractio, deinde in-
cipiunt rubefieri genæ & vultus vniuerſus plenus fit. Relaxationis vero tempore promanat quædam è
muliebribus locellis humiditas ad tactum, & borborygmus, hoc eſt, ventris ſtrepitus, & progreditur ali-
quid inteſtinũ, & ipſa quoq; vulua paululum flacceſcit, & langueſcit, tum deniq; ad ſe redeunt, ſenſumq;
recipiunt. Mouetur porro morbus ille quodam circuitu, quemadmodum & morbus comitialis, fracta
ſcilicet vulua, vel ſeminaria, vel alia quapiam materia, aut materia in eadem marcida & putrefacta.

Arteriæ motu reſpirationeq; priuata mulier, manum vtero admouet, vt vaporum aſcenſum inhibeat,
caruа manet, aſtantium voces audit, quanquam reſpondere non poſsit: colore, ſenſu, motuq; orba mor-
tem gelidam præfert. Comitiali correpta ſpumans os habet, contra vteri ſtrangulatu affecta: nõ priuatur
C tamen omni ſpiratione vt in attonito. Præter dicta præfocationem vteri præcedunt cordis tremor, ca-
pitis dolor, ſeipſam alloquitur mulier, aliquando ſitit, vultus, oculi & labra quandoq; rubore ſuffundun-
tur, oculis conniuet, nec ipſus aperire poteſt: præſentit item aliquid aſcendere à pube per aluum & vm-
bilicum uſq; ad os ventriculi & ſtomachum, deinde dentibus ſtridet, ſtringit maxillas, quandoq; manus,
brachia & tibias mouet, animam demum egiſſe putares. Si ex ſemine corrupto ſcitur, quoniam à longo
tempore nõ futuit, quamuis paſsim icta fuerit Cupidinis ſagittis, aut virgo eſt ferre iugum apta, vel mu-
lier in delitijs ocioſeq; viuens, quæ Cereri, temulentoq; Deo indulget, ſobrijs Nymphis reiectis, atq; ſi-
bi deeſt, in quod eijciat tenera brachia collum. Huic obnoxia morbo, eorum, quæ in morbi tempore au-
diuit, memor eſt, contrà in comitiali.

Præſagia.

Plures quidem relatæ & priſtinæ ſalubritati reſtitutæ ſunt, nonnullæ verò in ipſo paroxyſmo vitam
in mortem ſubitò commutãrunt: pulſibus quidem crebreſcentibus, ac denſatis, inordinatimq; diffuſis,
deinde & aſphixia (id eſt, nulla venarum pulſatione) ſequuta, exiguo vero humore ſuperficiẽ irrorante,
reſpirationem autem primùm quidem ad nihilum redigente & obſcurante, poſtea verò omninò ampu-
tante. Cæterùm hic languor hyeme atq; autumno ingruit iuuenibus procliuis ad libidinem, ſterilibus, *Aetius Tetrab.*
& potiſsime ſi propter medicationem infœcundæ fuerint, & alijs refrigeratis. *4. ſerm. 4. cap.*
Igitur prima ſpecies (hoc eſt, in qua immobiles ſine ſenſu iacent: cum obſcuro paruoq; pulſu) cuius *68.*
D Heraclides Ponticus in ſuo Commentario mentionem fecit, multã exhibet de ortu ſuo ambiguitatem. *Gal. lib. 6. de loc. aff. 5.*
Ait enim ſub hac ſpecie, neq; pulſum, neq; ſpirationem mulieris deprehendi poſſe: atq; ob id duntaxat
non videri mortuam, quod exiguum in medijs corporis partibus calorẽ haberet: ac aſtantes quoq; Me-
dicos quęſiuiſſe ait, an nondum ſit mortua. Rurſus nonnulli Heraclide poſteriores credentes ſeruari ali-
quid ſpirationis, quamuis ipſa non appareat, carptæ lanæ flocculos coram naribus ſuſpendi iubent, vt
exactè deprehendatur, num ſpiritus aliquis inter ſpirandũ tum intrò, tum foras rurſum deferatur. Sunt
qui poculum aquę plenum, ori ventriculi imponere pręcipiunt, quippe immotũ omninò ſeruari humo-
rem, aiunt, ſi tota perierit ſpiratio. Itaq; ſi omnes ita affectæ mulieres interijſſent, ſimplex eſſet quæſtio:
quũ vero nonnullæ ſeruatæ videantur, geminã oriri quæſtionẽ neceſſe eſt, inueſtigantibus nobis, tum
diſpoſitionem ob quam ſpirationis munus deperditur, tum vel magis, quomodo viuere poſsint, quę ni-
hil omninò ſpirant. Quippe in confeſſo eſt, & ſpirationẽ à vita, & vitã à ſpiratione ſeparari nõ poſſe, adeò
vt viuentem non ſpirare, & ſpirantem non viuere ſit impoſsibile. Atq; hæc quæſtio, quanquã ſuperiore
difficilior videtur, non eſt tamen perinde difficilis: quippe facilè ſuſtinebitur, ſi latebris incluſa animalia
conſideres, nulla apparente in ipſis ſpirationis nota. Hoc enim cognito, perſpectisq; animalibus, vtpotè
frigidis, atq; in eo demonſtrato, quod maximus reſpirationis vſus eſt, vt intimus calor & refrigeratio-
ne & ventilatione ſeruetur: haud ita difficile fuerit perpendere exiguũ illum calorem in ipſis derelictũ,
arteriarum cordisq; officio conſeruari, quę actio à quibuſdam Medicis tranſpiratio, veluti ea, quæ à tho-
racis pulmonisq; officio prodit: reſpiratio vocatur. Itaq; pereunte ob vteri affectum ſpiratione, quoniã

vniuerſum corpus refrigeratur, id enim manifeſtè videtur, fieri poteſt, vt nulla prodeat ab ore ſpiratio, A quamuis ea, quæ in arterijs fit, nequaquam intercipiatur. Verum poteſt adeo eſſe exigua, vt ſenſum omninò effugiat.

Si ex ſemine corrupto fiat, & ſpuma ex ore defluat, imminet exitium, demum vteri ſtrangulatus qualis qualis ſit, exitio eſt, niſi auxilium præbeatur. Quæ locellorum pręfocatione corripiuntur ſi futuerint, facilè vtero gerentes efficiuntur.

Victus.

Fuchſius lib. 3. de med. morb. cap. 56. Cibo interea & potu paucis admodum cõtenta ſit mulier, totaq; victus ratio exiccatoria ſit, & hæc ad acceſsiones proficiũt. Si malum diuturnum fuerit, nõ parum etiam recta victus ratio opitulabitur: nempe deambulationes matutinæ, geſtationesq; vel in curru, vel naui, vel iumento. A geſtationis motu vociferatio & lectio clara, modulata, cõcinna vtilis eſt. Vnctio præterea frictio & exercitatio ex cõgruis interuallis repetita, eiſdem conueniet: balneum aquę dulcis rariùs, & non niſi ſordium abſtergendarũ gratia adhibendum: balneis verò naturalibus vti optimũ eſt. *Aegineta.* Inclamet aũt quiſpiam illis altiore horrendaq; vociferatione, atq; appellet & accerſet: Si virgo ſit nubat, & futuat.

Vinum nequaquam potui dato, quoniam aqua ipſis eſt accommodatior, nec carnes concoctu edat difficiles, neq; his veſcatur, quæ ſemen augent genitale.

Curandi ratio.

Auicen. fen. 21. 3. Tract. 4. cap. 18. Vtendum cenſeo clyſtere, ſanguinis miſsione, conſtrictione extremorũ membrorũ, frictione, odoramentis aluũ cientibus, cucurbitulis, glandibus, cataplaſmatis, ſternutamentis, vomitibus potionibus, inſeſsibus, peſsis, dropaciſmis, rubrificationibus, acopis, exercitationibus, vociferatione & l[illegible]uacris. B

Clyſter & glandes, ſuppoſitoria vocant.

Aegineta. Acceſsione protracta, & ea quæ peditus agunt, ſunt vtilia, cuiuſmodi ſunt ſacculi dactylio, id eſt, ſedi appoſiti: exempli gratia Cyminum, nitrum, cum melle, & ſtercus cum latione prolicere ac ſubducere, ne torqueant in accumulatione ſua.

Venæ ſectio.

Aegineta. Cæterùm ad vniuerſi corporis inſtaurationem à detractione ſanguinis auſpicandum, præcipuè ſi menſtruæ purgationes detineantur. Inprimis ſecanda eſt vena axillaris, ſubinde ſaphena, modò viſcidi humores hunc morbum non excitarint. Si ex ſemine corrupto, caue ne venam tangas.

Potus.

Aegineta. E caſtorio potione vtamur, quandoq; quidem cum decoctione artemiſiæ, interdum verò cum aqua mulſa. In quibuſdam enim expedit illud, atq; vnicum ad exactam & numeris omnibus abſolutam curationem ſatis eſt. Bibat decoctum, aut ius calamenti, aut mentaſtri, vel rutę, aut viticis. Dandum eſt caſtorij ʒ.j. ſingulis diebus vt dictum eſt, vel cum vino tenui. C

Humores noxia ſubducentia.

Poſt ſeptimũ autem diem purgandum, quæ è colocynthide contexta ſit hiera. Poſt ſanguinis miſsionem ad expurgationem cum hiera proficiſcere: deinde ex aloe confectam picram porrigito ʒ.j. cũ aquæ mulſæ cyathis ſex.

Catapotia ex agarico voranda ſunt.

Eclegmata, pulueres, & confectiones aliæ.

Diamarthæ, diacymini, diatrium pepereon potui dentur cum radicum aperientium decocto, vel ſaccharo, excepta digerantur in rotulas aut quadras, vel eclegmata confice.

Conſtrictiones frictionesq;.

Quocirca in paroxyſmis extremas corporis partes vincire oportet, & tota crura fricare, atq; vniuerſum etiam corpus, perinde atq; eos, qui animo defecerunt, reducere & refocillare. Alta voce vocetur, pedes manusq; doloroſè fricentur, tibiæ & genu cum funiculis, & aliquando coxæ ſuper genu ſtrictiſsimè vinciantur. Cum aceto item & ſale extrema aſperè fricentur.

Odoranda.

Aegineta. Grauè olentia odoramenta olfactanda naribus admouere: verbi cauſa, ellychnium extinctum, caſtorium, picem liquidam, cedriam, vellera & lintea combuſta: quidam verò amida queq; adhibuerunt è lotio veteri, ſiue oletulo. D

Accipe caſtorij, galbani in aceto ſolutorũ ana ℥.s. ſulphuris ℥.j. miſce, & naribus fumum recipiat mulier. Par ſuffitus fiat ex aſa fœtida, ſagapeno, ammoniaco. Animalium plumæ in carbones iniectæ ad ſuffitum pertinent, præſertim perdicis, capillorum hominis, canis & hirci capillorum, corium quodlibet, vngulæ brutorum, & quodcunq; cornu.

Suffitus, linimenta, & per metrenchyten iniectiones.

Aegineta. Atqui in vterum odoratiſsima fragrantiſsimaq; vnguenta infuſa, detrahere vuluam naturę aptitudine poſſunt: veluti amaracinum, malabathrinum, ſpicaceum, irinũ. Hæc etiam obſtetrix digitis capiens vſq; ad os vteri immittat, leniter ac multum defricans, vt eo irritamento craſſus humor excernatur.

Ægra pannis tecta, cauendo ne fumus nares ipſius attingat, odoratiſsimis ſuffiatur: verbi gratia, ladano, alipta moſchata, gallia moſchata, cinnamomo, caryophillis, xyloaloe, calamo odorato, caſia, lauendula, libano. *Vel*

Fuchſius. Accipe moſchi ℈ j. galliæ moſchatæ ʒ.j olei lilini ℥.ij. miſce in mortario, hoc linimento vngat manus obſtetrix, & leniter os vteri fricet, & ipſius interanea, tũc enim corruptus exibit humor, & proſpera fruetur valetudine mulier. *Vel*

Accipe paſtillorum galliæ, & aliptæ moſchatę ana ʒ.j ſtyracis ʒ.iij. caryophyll. maceris ana ʒ j. agallochi ℈.ij. cinnamomi, foliorũ lauri ana ʒ.ij. ladani ʒ.ij.s. redactis ſingulis in pollinem tenuiſsimũ cum ſtacte, ſtyracem

A ſte,ſtyracem liquidam appellant,fiant trochiſci, inijciendi in carbones pro ſuffitu recipiendo per infundibulum.

Rubiſicationes & cataplaſmata.

Sinapi pedibus cataplaſmatis inſtar imponatur. Nec inutiliter ſinapiſmi & dropaciſmi ex euphorbio, pyrethro,pipere & ſinapi confecti applicantur. *Aegineta.*

Sternutatio.

Porrò quæ ſternutationem proliciunt,adhibenda ſunt è caſtorio videlicet & ſtruthio (condiſi barbari vocant)lunariâue,& pipere temperata. *Aegineta.*

Vomitio.

Mali verò elapſo acumine atque inſultu,ad vomendũ cogito:omnes enim vomitus leuat,ſed eas præſertim,quæ à cibo infeſtantur. *Aegineta.*

Encathiſma.

Neq; inutile erit,ſi inſeſsiones ex decocto baccarum lauri,foliorumq́;, pulegij,calaminthæ,artemiſię, marrubij,ſabinæ,altheæ,chamæmeli,ſerpilli,iridis,ariſtolochiæ & fœnugræci parentur. *Fuchſius.*

Aſpergines.

B Inſeſsionum tempore cerebri curam non omittemus,ſed roſaceo & aceto caput irrigabimus.

Peſsi.

Poſt ſeptimum diem inſeſsionibus & peſsis mollientibus ex adipe anſerino,ſtyrace,maſtiche,ammoniaco,& ſimilibus cõfectis vti licebit. Vterusq́; etiam ijs,quæ calefaciendi ſtatumq́; educendi vim obtinent,ſufficiendus.Menſes ſuppreſsi ſi vteri præfocationem genuerint,curato vt menſes ciere poſsis. *Aegineta.*

PROCIDENTIA VTERI. CAPVT VI.

PRocidere vterum dicimus,quando ita euertitur,vt exterius emineat: neq; enim vterus, vt imperiti ſuſpicantur, à ſuis ſolutis propaginibus totus decũbit: nam ſi ita procideret, reſtaurari minimè poſſet. Quòd ſi progreſſu temporis id quod procidit putrefiat, auferendũ eſt ipſum citra omnem futuri periculi ſuſpicionem: totam etenim vuluá ablatam fuiſſe memorant putrefactá, & ſuperſtitem manſiſſe mulierem Si igitur prolapſa pars diuturnitate temporis propter incuriam putruerit, ob aſsiduamq́; vrinæ irrigationem & ſordem inhærentem exulcerata fuerit, amputandum aut vtendum quod inutile fuerit,nullius metu periculi erit. *Fuchſius. lib.3. de med. mor.cap.57. Aetius Tetrab. 4.ſerm.4.cap. 76 Aegineta lib.3.cap.72.*

Cauſæ.

Procidit ſanè fœminis vulua rariùs,ſed plures ob cauſas, aut enim ex alto delabetur, & in coxendices quaſi radices agit,ruptis membranulis,quæ inteſtinũ continent, aut vterũ vicinis partibus connectunt, C aut propter ſecundæ muliebres locellos ambientis ſibiq́; adnatæ extractionẽ, quemadmodũ in difficili partu contingit,aut ob inertẽ & imperitã fœtus extractionẽ, aut propter ſterilitatẽ,aut propter plagã vel ictum, aut immenſi ponderis eleuationẽ, aut ob animales affectiones, puta amiſsionẽ liberorũ, triſtem ſcytalem,aduerſumq́; aliquod nunciũ, aut hoſtiũ inſultũ, aut ob nauigationẽ periculoſam, aut aliquã id genus aliã cauſam,omni eo quod concretũ eſt ſoluto,collapſa vulua, aut propter paralyſim,& imbecillitatem partium,quemadmodũ in ſeneſcentibus & deficientibus frequenter accidit.Procidit ſępe ob humoris plurimi ac tenacis defluxũ, partiumq́; frequentiã laxatis ac ſolutis appendicibus, procidit autem ſecundum os eius maximè Nonnulli verò vniuerſum vterũ procidere affirmant, quod ſanè ineptũ eſt, ne dicam abſurdum.Quo enim pacto reducta in ſuam ſedem collocaretur. *Aegineta.*

Fit etiam ob curſum velocem, aut ob inſeſsionem rei frigidæ, aut ob diuturnã moram in aqua frigida, aut ob gelidæ potum,vel ob tuſsim vehemẽtem,vel propter ſternutationem, aut vociferationem demũ ob menſium ſuppreſsionem,nonnunquam etiam ob teneſmum.

Notæ.

Signa ſatis manifeſta ſunt, & cauſarum diuerſitas facilè de ægrotantis, aut aſsidentiũ ſermonibus cognoſcetur.Notæ internæ ſunt,ſi ſine locellorum ſtrangulatu vterus aſcendere exiſtimetur,comite dolore ab vmbilico ad os vſq; ventriculi, tactuq́; rotundum quicquam deprehenditur, putat interdum ægra ſe manu prehenſam, fereq́; tunc ſuffocata iacet, non ſine gemitu. Adſunt vertigo, capitis dolor, nauſea, D ructus,præſertim ſi flatus huius morbi ſit parens. *Arabes.*

Vbi vterus procidit,grauedo tumorq́; percipitur, quòd ſi vir hanc futuendi gratia aggrediatur,genitali ſemini ad locellos interiores nullum patebit iter, & hæc accidunt ſi ad ſuperna repat vterus : ſin autem vterus ad ima deſcendat, dolent renes & pecten. In pectine rotundum quid tumens graueq́; tactu percipitur. Inteſtinum nempe rectum ſæpiſsime veſicaq́; ita comprimuntur,vt neq; lotium, neq; oletulum quoquo modo exire poſsit.

Quòd ſi lotium emiſerint, albeſcens & denſum erit, in cuius ſedimẽto hypoſtaſis reſidebit liuens aut nigricans,arteriæ item motus erit mollis paruusq́; & inæqualis.

Si ob neruorum, tendonum, aut ligaminum reſolutionem is morbus euenerit, vel ob putrefactionẽ, procidet vterus inſenſibiliter indoloroſeq́; vt plurimum,putris humor vbertim ex locellis defluet. *Auic.21.tertij.*

Sciſcitari deniq; oportet,an mulier pituitoſa deſidioſaq́; diutius ſteterit,& ſi recentibus fructibus aut piſcibus aſsiduè veſcatur,ſiq́; inter concumbendum locelli humiditate ſcaturiant.

Accidentia porrò procidentis vteri ſunt, autore Auicẽna,pectinis, & oſsis ſacri vertebrarumq́; dolor validus, quandoq; febris adeſt, ſupprimuntur & vrina & oletulum. Adſunt item conuulſio, tremor, timorq́; inſolitus. Si nihil rotundi in pectine percipiatur his quæ vteri procidentia laborant, totum vterum procidiſſe ſignat.

Prædictiones. A

In principio facilè repoſitioni paret,& rectè locatus perſeuerat,præſertim ſi ætas nō impedierit.Nam in prouectioribus vterus quidem reponitur,ſed rurſus qualibet leui cauſa relabitur. Si ſurſum eleuetur, aut ad latera tendat vterus,facilè curatur:ſi extra os vuluæ exierit,vix curabitur. Si à lōgo tempore prociderit vterus,nunquam releuabitur.Si ex corruptis ſuccis aut putrefactis ipſam connectentibus procidat vterus,curæ nulla danda eſt opera.

Victus.

Fuchſius. Toto curationis tempore mulier motum, & ea quæ ſternutamenta excitant, euitet: vt autem naribus odoratiſsima ſunt adhibenda,ſic vterus ab infernis fœtidis rebus ſuffiendus eſt.

Vrina & ſtercoribus vacuatis,ęgram ſupinam figurare oportet,vt coxas habeat ſublimiores,poplites flexos, cruribus inuicem dilatatis ac diuaricatis, tuncq; foueatur locus fomentis aptis. Extrinſecus autem pubem ſpongia in poſca expreſſa operiemus.Mulier iacebit extenſis adaptatiſq; inuicem cruribus, vt alterum alteri incumbat: tutius tamen erit pedes ſimul vinciri,faſciam vſq; ad genua deducendo, deinde cucurbitæ infigendæ ſunt,&c.

Clyſteres.

Aegineta. Oportet itaq; in huiuſmodi curatione ſtercus ante omnia clyſtere euacuantes, & lotium excernētes, B quo vndiq; ab omni anxietate libera ſit vulua,laborantem ſupino corpore componere,in altum protendentes coxendices & deuſtos poplites,cum diuaricatis cruribus,dein accipito ſyſtremma.

Venter leniendus,ne ſi cum difficultate ſit egerendum,ſimul vterus procidat: obſeruandum tamē,ne nimium venter ſubducatur: exoluitur enim, relaxanturq; propinquæ partes, & vteri loca procidunt. Si ex flatu vterus procidat,inijcito clyſterē qui ſtatus diſcutiat, cui nonihil eclegmatis benedictæ addatur.

Venæ ſectio.

Si adſit plethora,ſanguiniſq; detractione egeat ægra,modò duntaxat ad ſuperna aut ad ilia repat vterus,tunc oppoſiti pedis ſaphena ſecanda eſt:porrò ſi ad inferna deſcendit vterus, axillaris aperienda eſt.

Syſtremma ex lana conuoluta.

Aegineta. Quum ſita fuerit ægra diuaricatis (vt dixi) cruribus,accipito ſyſtremma ex lana,forma & craſsitudine ſinui muliebri reſpōdens, ſyndoneq; illud circumuoluito,& in cremorem acaciæ intingito, aut hypocyſthiden vino in hunc vſum immergito, ſubijcitoq; vuluæ,& abſq; violentia omne id quod procidit ſurſum torqueto,dum ſolidus & integer in ſinu tumor excitetur,& vterus in proprium reponatur locum.

Obſtetrix item præcipitatum vterum manu oleo maſtichino intincta,in proprium reponat locum.

Cucurbitula. C

Aegineta. Ex Arab. Repoſito vtero, muliereq; decubante, ita vt crus alterum alteri incumbat, poſt hæc cucurbitulæ ſunt adglutinandæ,cum flamma plurima vmbilico,& vtriſq; ilijs ſeu lumbis,Quòd ſi repat vterus in latus, lateri oppoſito affigenda eſt cucurbitula magna ſine ſcarificatione,cum extremorum eiuſdem lateris ligaturis dolorem inferentibus, ſicq; quieſcat ægra. Mammarum radicibus in vteri procidentia admouere cucurbitulam proderit.

Olfacienda.

Aegineta. Cum cucurbitulis odoramenta item offerenda ſunt perodora.

Pulueres,inſeſſus & fotus.

Aegineta. Cæterum tertio die lana ſinui impoſita, mulier in vinum atrum & auſterum deſcendat aliquantulum tepefactum,ſiue in decoctione myrti,aut rotundi iunci odorati,rubi,malicorij.Poſt hęc autem impoſita lana tollatur,& altera imponatur eodem madefacta medicamento.

Fuchſius. Prolapſam vteri partem oleo tepido, vel butyro,vel maluæ,altheæ,fœnigræci,ſeminis lini,aut ſimiliū decocto fouentes,cōuolutam lanam præparabimus, vt diximus in ſyſtremmate. Decocto foliorum lauri,mentaſtri,abrotoni,artemiſię & ſimilium fomentatione calefiat vterus,ſubinde obſtetrix gallinæ adipe manus inungat: vterus autem ſeminis cotoneorum mucilagine inunctus tali inſpergatur polline, ℞. acacię ʒ.ij. myrti fructus,balauſtiorum,roſarum rub.ana ʒ.j.s.friato.Vtero in propria ſede repoſito ægra ſequenti decocto inſideat.℞.roſarum rub.myrti fructuum,rhoi coriarij,foliorum meſpilorum,& cornorum,corticis querni glandium, origani,ſaluiæ,rutæ, ſymphyti grandioris ana M.j. confracta in aqua cæleſti coquantur,& in decocto per horam mulier inſideat. D

Cataplaſmata.

Foris cataplaſmata inſpergentur circa epigaſtrium, diaphœnicon ſcilicet ex farina hordei,aut lente & corticibus mali granati,cum oxymelite,atq; hæc denuo fiant vſq; ad exactam curationem.

Cerata & emplaſtra.

Fuchſius. Cerata etiam ex maſtiche, agallocho, ladano, thure, iunco odorato, acoro, nuce moſchata, lachryma arabica,tragacantha,& eiuſmodi medicamentis parata conueniunt. *Vel*

℞.Thuris,maſtiches,opopanacis,terebinthinæ,galbani,ſagapeni,reſinę pini,ſtactes, colophoniæ ana ʒ.ij. ceræ luteæ ʒ.iij. concinna ceratum, quod corio extenſum rotundo ſuper femora à muliere deferatur. *Vel*

℞.Galbani ʒ.s.gallinæ moſchatæ ʒ.j.caryophyllorum ʒ.s.confice ceratum vtiliſsimum. *Vel*

℞.Ladani ſordis expertis ʒ.j.s.thuris,maſtiches ana ʒ.s. agallochi, caryophyll.ſpicæ nardi & celticæ, ambaris ana ʒ.j.moſchi ʒ.s.confice ex omnibus oleo ex ſpica exceptis emplaſtris rotundum,quod panno lineo admotum noctu & interdiu aſsiduè deportetur.

Vnguenta,

A

Vnguenta.

Inunctiones in pube fiant ex oleo lilino compoſito. *Vel,*

Accipe olei nucum ℥.iij.ſeminis oxylapathi ℥.j. thuris, maſtiches, cornu ceruini vſti, ſtrobilorum vſtorum ana ʒ.ij.cera excipe in vnguentum,quo inungatur pubes. *Vel,*

℞. olei ex lilio ℥.s.mellis ℥.ij.pulueris cymini ℥.j.parum omnia ſimul feruere ſinito, & hoc linimento illine pubem calidè,præſertim ſi ob flatus procidat vterus.

Suffitus.

Suffiatur vterus tauri aut bouis fimo, colophonia, maſtiche, laſerpitio, dictamno in aceto decocto, hypocyſthide.

℞. Acaciæ,oſsis ſepiæ,balauſtiorum,gallarum,nucum cypreſsi, fructuum aut foliorum myrti ana ℥.s. maſtiches,libani ana ʒ.iij.laſerpitij ℥.j.ex his contritis cochlear in carbones ignitos inijciatur, & per infundibulum fumus vterum intret mulieris ita veſtibus tectæ, quòd vapor ad nares quoquo modo peruenire non poſsit,ſubinde vterus aliquo ex præſcriptis fotu foueatur.

Peſſus.

℞. Aſæ fœtidæ ℥ j.maſtiches ʒ.ij.ſeminis myrti,thuris, gallarum,galbulorum cupreſsi ana ʒ.j. s.oleo myrthino excipe,& peſſulum confice.

B

Potus.

Si vterus ad latus repat, ore ventriculi ieiuno potui detur ex mero vino calido cochlear friamenti ſequentis ℞. florum & baccarum lauri,cornu ceruini vſti ana ʒ.ij fructuum myrti ℈.ij.leuigato. *Vel,*

Accipe ariſtolochiæ rotundæ ʒ.ij. dato ex vino.

Si vterus ad exteriora procidat,à balneo aut ab inſeſſu propinato potionem ſequentem. ℞. Rutæ, artemiſiæ ana M.s.terenda trita ſimul feruere parum ſinito in vino, adde nonnihil confectionis Mithridatis,potui dato.

DE MOLA. CAPVT VII.

MOla, μύλη, vteri induratus eſt tumor,interdum quidem iuxta locellorum oſtium, quandoque verò per vniuerſam eorundem molem apparens,ad tactum ferè lapidoſus,Gallis, vng amus. *Aegineta.*

In mulieribus molæ in vtero geſtatio:Ita verò appellant informem carnem. *Gal. lib.14.*

In mulieris vnius vtero, quas appellarunt molas, ea eſt caro informis , inanima, ferri ictum & aciem reſpuens:mouetur,ſiſtitque menſes vt partus, aliâs letalis, aliâs vna ſeneſcens, aliquando aluo citatiore excidens. Simile quiddam & viris in ventre gignitur,quod vocant ſcirrhon,ſicut Oppio Capitoni prætorio viro. *meth.med.c.13. Plinius lib.7: cap.15. Scirrhus in viris.*

C

Sunt porrò qui molam aſſerant carnem eſſe informem in ipſis locellorum tunicis conſiſtentem, & quod abortione editur,quemadmodum fœtus, quæ embrya dicunt. *Aegineta.*

Cauſæ.

Molas gigni putant,vbi mulier non ex mare,verùm ex ſemetipſa tantum conceperit, ideo nec animari,quia non ſit ex duobus:altricemque habere per ſe vitam illam,quæ ſatis,arboribusque contingat. *Plinius lib.10. cap.64.*

Fit à ſeminis muliebris, & plurimi ſanguinis menſtrui in vtero retentione & affluxu , quem calor immodicus cogit,ac in carnis formam tranſmutat. *Notæ.*

A locellorum mola lapidoſus tumor cum diuulſione contractioneque ſuperiacentium particularum & hypochondriorum,& gracilentia,palloreque,& cibi horrore,menſium retentione,& mammarum tumore, tanquam ſuſpicionem conceptionis in quibuſdam ab initio ſtatim inducunt, poſtea verò tempore diſcernuntur:molam enim punctionis ſenſum inferens dolor ſubſequitur,nec in ea motus vllus,ſicut in conceptione percipitur. Nonnullæ verò aquæ intercutis ſuſpicionem præferunt. Cæterum hoc ex tumoris duritia dignoſcẽdum, nec ſicut in hydrope manus aut digitorum impulſui cedat, & ex eo quòd ſonitus non redditur dum digitis pulſatur,tympani modo. *Aegineta.*

Mola & imprægnatio conueniunt, quod in vtraque ſupprimuntur menſes, tumeſcit aluus moueturque,mammæ tumeſcunt,vertigo & oculorum hebetudo ſequitur,cordis tremor adeſt,nauſea & cibi inappetentia cum ſuccorum variorum vomitione, cutis defœdatur ei, quæ mola correpta eſt, palpebræ molleſcunt,oculi cauantur,pupillæ graciles cunt,toruos habet oculos. *Ex Arab.*

D

Vix tandem ab vtero gerente diſtinguitur,quæ mola laborat, diſcrimina tamen ſequentia te certiorem reddent.Menſibus debitum ordinem ſeruantibus vtero gerens fit mulier,aliquando mola laborans etiam.Intra trimeſtre mouetur mola in locellis,contrà fœtus in locellis vtero gerentis.

Mola citiſsimè tumeſcit aluus,fœtus dextrorſum ſiniſtrorſumque mouetur:contrà mola niſi comprimatur,aut mulieris motu excitetur,non mouetur.

In mola durior tactu aluus percipitur,quã in fœtus geſtatione.Prægnans agilior eſt,quàm molã gerẽs.

Quanquam in mola aluus tumeſcat,non tamen ſemper mammæ tumeſcunt:molliores enim & graciliores efficiuntur, quàm in vtero gerente. Aequaliter molleſcunt maxillæ, manus, pedesque in mola, contrà in prægnante.

Vtero gerens parit ſaltem in vndecimo menſe, mola verò laborans ſæpe in 14.etiam interdum in 4. anno aut quinto,&c.In hydrope,pedes tumeſcunt,contrà in mola.

Molæ motus eſt ab alto ad infernum.

Præſagia.

Mola in quibuſdam re vera in hyderum tranſit ob iocinoris refrigerationem. *Aegineta.*

Nonnunquam verò incurabilis magna ex parte morbus naſcitur, quibuſdam ſanè ſanguis quoque effertur.

Mola omnis & pauci & multi temporis vix curatur. A

Humoroſa difficiliùs curatur quàm flatuoſa, porrò carnoſa difficillimè.

Molæ ſymptomata colicæ paria eſſe putantur.

Mola innumeros aberrare medicos coegit.

Victus.

Aegineta. Primum omnium alimenta boni ſucci offerenda, ac vini potione vtēdum moderata: mulier motu non vtatur vehementi, is enim fluxionem commouet: ſed geſtationibus & deambulationibus, pedes etiam decumbendo elatiores habeat.

Communis igitur decubitus ipſis in domo minimè ampla & opaca confert, & modicè refrigerante circa lectum immobilem: ſublimiora ſint quæ pedes earum in quiete fulciunt: efficax quippe ad prouocandum omnem fluxum motio.

Sex rerum non naturalium temperies eſto calefaciens & humectans.

Regulæ curandi.

Aegineta. Tumoribus quidem duritiiſque ea ratione, qua in ſcirrhis vteri ſcleromatiſque medebimur: ſed aquoſas parenchyſes, per ea quæ de hyderis dicemus.

Eruptiones item ſanguinis vuluæ, perinde atque fluxiones ſanguinis alias, fluxumque curabimus. B

Corpore vacuato cataplaſmata, fomenta, inſeſſiones, peſſi, vnguenta, & cerata quæ relaxandi vires habent, adhibenda, & ea quæ fœtum mortuum & ſecundas trahunt Humor concoquendus perinde atque in menſtruorum ſuppreſsione ex pituita dictum eſt: euacuandus item.

Venæ ſectio.

Principio in plenitudine vena cubiti incidenda.

Purgatiò per aluum.

Sanguine miſſo fiat purgatio per catapotia fœtida.

Potus.

Accipe, hyperici, ſabinæ, mentaſtri, vtriuſque calaminthæ, ſmyrnij, artemiſiæ, rubiæ paſsiuæ, pulegij ana M.s. aniſi, fœniculi, ſcœnanthi, ſeminis dauci & oreoſelini, calami odorati, galangæ ana ʒ j. acori, raphani Gallici ana ℥.j. aceti ℥.iij. mellis lib.j. fiat decoctio, cuius portio ℥.iiij. detur cum ʒ.ij. paſtillorum ſequentium.

℞. Cinnamomi, myrrhæ ana ʒ j. & ℈.j.s. rutæ, ſabinæ, calamenti, pulegij ſiccatorum, radicis rubiæ, ſagapeni, opopanacis ana ʒ.s. cardamomi, ſeminis iuniperi, mentaſtri ana ℈.ij. confice ex his friatis paſtillos pond. ʒ.ij.

Inſeſſus & balneæ.

Accipe altheæ radicis folia, caulis & florum M.iij. maluæ, brancæ vrſinæ, perdicij, chamæmeli, ſertulæ campanæ ana M.j. fœnigræci & ſeminis lini ana lib.j. confracta coquantur, & decocto inſideat ægra, tenendo ſacculum ſuper * plenum his quæ decocta fuere. C

Vnguenta, cerata & emplaſtra.

A balneo os ſacrum & pubes hoc vnguento inungantur, quod ℞. ol amygdal. dulcium ℥.j.s. olei lilini, adipis gallinæ, mucilaginis ſeminis lini & fœnogræci ana ℥.s. ceræ albæ parum, confice vnguentum. Cerata quæ vires relaxandi habent adhibenda, qualia ſunt quæ ex althea, malua, chamæmelo, meliloto, fœnogræco, ſemine lini & ſimilibus parantur. Conueniet in hunc vſum vnguentum dialtheæ, aut emplaſtrum de meliloto, diachylon ſimplex admouere.

Vel hoc.

Fuchſius lib. 3. de med. morb. cap. 58. ℞. Olei amygdal. dulc. ʒ.iij. liliacei ʒ.ij.s. pinguedinis anſeris, & gallinæ ana ʒ.j.s. mucoſitatis ſeminis lini, fœnogræci ana ʒ.j. ammoniaci, bdellij ana ʒ.ij. radicis altheæ, ſeminum nigellæ, dauci ana ℈.ij. ceræ quod ſatis eſt, fiat vnguentum, gummi diſſolutis prius in vino.

Inunctiones itē & emplaſtra fiant ex oleo rutaceo, oleo benedicto, oleo ex caſtor. & alijs oleis calidis.

Vtile erit vnguentum Agrippæ, ſi flatibus vterus ſit infarctus.

Confectiones.

Accipe diacumini, diagalangæ, diacinnamomi ana ʒ.s. diambaris ℈.j. dialaccæ ℈ s. cinnamomi electi, hyperici, calami odorati, perpenſæ, radicis acori, ſeminis aniſi ana ℈ j. ſeminis rutæ, zingiberis, artemiſiæ, marrubij, dictamni, ſaluiæ ana ℈.s. ſacchari ʒ.vj. ſoluatur ſaccharum artemiſiæ & hyperici ſucco, fiat confectio in morſulis ponderantibus ʒ.ij. aut tres, detur morſellus quotidie à cubili. D

Poſt inunctionem rotulam ſequentis confectionis comedat, deinde bibat momentum vini in quo dilutum ſit aſarum. ℞. Cinnamomi ʒ.j caſiæ, ariſtolochiæ rotundæ, corticis caſiæ fiſtularis ana ℈.iiij. aſari, laccæ, rutæ ſylueſtris, ſeminis ſabinæ, croci ana ℈.j. ſacchari ℥.iij. liquetur ſaccharum roſmarini ſucco, & rotulas concinna pond. ʒ.ij.

Peſſi.

Peſſi quoque ſubijciendi ex butyro, adipe porcino, medulla ceruina, paſſulis, caricis, ſeminibus lini & fœnigræci confecti.

Accipe rad. aſari, acori, rubiæ tinctorum ana ʒ.ij. ſeminum rutæ, nigellæ ana ʒ.s. maioranæ, nucis myriſticæ, caryophyl. baccarum lauri ana ʒ j. ſabinæ ℈.j. caſtorei, euphorbij ana ℈. s. redigantur ſingula in puluerem tenuiſſimum, & cum terebinthina reſina formentur peſsi. *Vel,* ℞. Aſphalti, nitri, caſtorij, centaurij grandioris, dictamni, veratri candidi, galbani, gentianæ, opopanacis, ſabinæ, ſagapeni, ſcammonij ana ʒ.s. omnia friata porri ſucco excipiantur, & in peciam raram indantur, digerantur in peſſos, qui immiſsi filo cruribus ſuſpendantur.

Suffitus.

A *Suffitus.*

Suffiatur vterus vngula equi aut aſini,& omnia tandem fiant quę in menſib.ſuppreſsis deſcripta ſunt. Mirificè etiam confert vti balneis naturalibus,potiſsimum ſi malum diuturnum fuerit.

INFLATIO VTERI QVAM GRAECI ἐμπνευμάτωσιν dicunt. CAPVT VIII.

Cauſa.

INflatur vterus frigiditatè,aut corruptione,aut incommodo partu oſtiolo conniuente,ſanguineq́ue in exiguos globulos concreto,in eodem cunei modo obſtructo, quandoque ſanè in concauitate loculamenti ſinuoſi flatibus relictis,nonnunquam verò in laxationibus totius corporis vuluæ.

Aſsidua comeſtio ciborum qui flatus gignunt, vt raporum,caſtanearum,panis ſiliginei, &c.

Notæ.

Hanc comitatur tumor pectinis, atque ventris circa vmbilicum hypogaſtrij appellati, cum duritia & dolore punctuoſo,vſque ad ſeptum tranſuerſum, & ſtomachum,& inguen pertingente ac tranſeunte: & ad digitorum pulſationem ſonitus tympani inſtar editur. A tympanite diſcrimen habet, quod ægrotæ hoc flatu correptæ non ita ſiti premuntur,neque corporis ſupernæ partes ſenſim liquantur,vt in tympa- B nite aquarum cutem ſubeuntium genere. *Aegineta.*

Adſunt ructus,& flatus per os exeunt,qui has leuant.

Prædictiones.

Flatus in cauo locellorum ſinu contentus faciliùs diſcuti digeriq́ue poteſt,quàm ille qui in angulis ipſorum conſiſtit.

At qui locellorum villis & ſubſtantiæ hæret difficillimè curatur.

Nutricatus.

Quæ flatus gignunt cibaria vitanda,comedenda autem ſunt quæ flatus diſcutiunt.

Clyſteres.

Clyſteres conficito ex his quæ flatus diſcutiunt,cum hiera picra,Gal.

Venæ ſectio.

Medendum itaque,primò quidem detractione ſanguinis,ſi nihil impedimento ſit.

Purgatio per aluum.

Inueterata autem affectione picra purgandum atque hiera. *Aegineta.*

C Hieram Archigenis exhibeto cum decocto eorum quæ flatus diſcutiunt.

Irrigationes & epithemata.

Mox circa paroxyſmos inedia & irrigationibus, ex oleo rutaceo factis medendum. Epithemata præterea quæ emolliendi potentia regnant, puta polyarchium & diaſpermaton & diadaphnidon,applicanda ſunt. *Vel,* Filtrum nouum ferueat in aqua cum cineribus, & aniſo & marathro, & calidum imponatur pubi & oſsi ſacro,ſudorem prouocando. *Aegineta*

Decoctiones ſunto ex perdicio,ruta,abſynthio,artemiſia,hedera terreſtri, abrotono,nepeta,folijs viticis,origano,calamento,pulegio,ſampſucho,thymo,ſerpyllo,ex quibus etiam potiones propinabis.

Inſeſſus.

Lucathiſmatis medendum ex decocto rutæ,pulegij,artemiſiæ,caſiæ,& id genus alijs. Fiant etiam inſeſſus ex herbis calefacientibus & ſiccantibus, & ſeminibus flatus diſcutientibus. *Aegineta.*

Cataplaſmata.

Cataplaſmatis item vtendum,quæ ex ſeminibus,apio,cymino,fœniculo,aniſo,ammi,hordeacea farina conficiuntur.

Cucurbitulæ.

Cucurbitulis quoque leuibus inanibuſq́ue,& inciſa cute ſcalpello vtere. Cucurbitulæ (inquit Auic.) D ignitæ ſine ſcarificatione matricis regioni admouendæ ſunt. *Aegineta.*

Obſtetricis munus.

Cæterum obſtetrix digitum antea illitum inſerens, incumbentem ſanguinem in fruſtula conglobatum ſi aſſequatur, auferat clementer ipſum reſoluens, deinde rurſus cataplaſmatis modo imponenda ficus,nitrum,& abſynthium. *Aegineta:*

Per metrenchyten iniịcienda.

Origani,foliorum viticis,rutæ ana M.s.carei,aniſi,ameos ana ℥.s.coquito in olei & vini ana lib.j.ferueat vſque ad conſumptionem vini,in colamento ſolue hieræ picræ ℥.s.& inijce. Hiera Archigenis pari modo inijcienda eſt.

Peſſuli.

Peſſuli denique ex ruta,& melle nitroq́ue formentur, cum primis autem ille accommodatus eſt, qui faberrimè è ficuum pinguium concuſſarum ʒ j.cymini ʒ.ij.ſpumæ nitri ʒ j. concinnatur, ſed propter acrimoniam in lacte prius macerentur. *Aegineta.*

Peſſuli poſtremò cuncti,qui emolliendi virtutem habent,ad eam prouinciam ſunt perquàm idonei.

Accipe bdellij ℥ j s.xylobalſami, carpobalſami, coſti ana ʒ.j.origani, cymini ana ʒ.s.confice peſſulos cum oleo nardino & rutaceo,qui nocte integra in locellis perſiſtant.

Placentæ,morſuli,& eclegmata.

Vtilia ſunt dianiſon,diacymini,hiera Logadij,diacalaminthę,diaſpermaton,diamarthæ,diacucumæ.

Detur ʒ.j. eclegmatum aut placentarum prædictarum ieiunæ ex decocto radicum aperientium & ſeminum flatus diſcutientium. A

℞. Specierum diacucurmæ, ſpecierum diacymini ana ʒ.iij. ſacchari albi lib.s. liquetur ſaccharum ſucco rutæ limpidiori, & in morſulos digerito, à balneo exhibeatur vnus morſulus cum vino tenui meraciſſimo, in quo dilutum ſit aſarum.

Potus.

Accipe malorum perſicorum nucleos viginti, piſtillo tunde cum ouorum duobus luteis, quibus adde galangæ, cinnamomi, piperis longi, zingiberis, caryophyll. croci, nucis myriſticæ ana obolum vnum, adde demum ſaccharum & vinum tenue meraciſſimum, feruere paulum omnia ſinito, & calidum mulieri propinato.

Inunctiones.

Inungendus eſt aluus oleis, flatus diſcutientibus, puta oleo liliaceo & rutaceo.

Emplaſtra.

Accipe bdellij, guttæ ammoniacæ ana ℥.j. ſeminis viticis, centaurij, abrotoni, origani, calamenti, caſiæ, ameos ana ℈.ij. terebinthinæ quantum ſit ſatis, fiant duo emplaſtra, quorum alterum admoueatur oſsi ſacro, alterum pubi. B

Suffitus.

Suffiatur ladano, myrrha, gallia moſchata, & euphorbio.

INFLAMMATIO LOCELLORVM.

CAPVT IX.

Cauſæ.

Aegineta. PHlegmone vteri è pluribus ſanè cauſis originem trahit. E plaga namque, ictúve, ac menſium ſuppreſsione: à frigore item & inflatione, neque minus etiam abortione, pariter & ex partu, propter malam fœturam. Gignitur item vlceratione, concubitu metas rationis excedente, ſellæ nimis duræ inſeſsione, longiſſima intentiſſimaque deambulatione, ſæpe & tranſpiratione ob frigus prohibita. Ex ſanguine demum, pituita, bilis flaua & atra gigni poteſt.

Notæ.

Galen. libro Definit. Inflammatio in vulua eſt, quæ fit cum dolore ventris inguinumque, in qua cum febribus accidit ſincipitis dolor, & oculorum cruciatus. Abſceſſus autem in vulua eſt, quum dolor intẽſus eſt, pulſus fiunt, *Aegineta.* cruciatus ad inguina vſque & lumbos pertendit, febres accedunt. Comitatur autem locellorum inflammationem, pubis & lumborum dolor, febris acuta, dolor capitis & radicis oculorum & ceruicis, volæq; C ſeu iuncturarum manuum & digitorum, necnon colli conuulſio, & inclinatio in contraria, affectionesq; ſtomachi, quæ per conſenſum exuſcitantur, oſculi matricis ſuffocatio, pulſus parui & denſi. Et ſi quidem obſcurior fuerit inflammatio, haud validè ſanè, aut crudeli dolore vuluam afficit: ſin verò ſtrenue & fortiter inflammetur, tum & ipſa quoque ab omni parte quanta eſt, pulſatoriè dolet: tota quidem inflammata, per totam pariter ipſam, parte verò modo inflammatione affecta, iuxta hanc potiſsimùm ſignificatur. Poſteriore quippe ipſius particula phlegmone infeſtata, dolor circa lũbos excruciat, ſcybalum, hoc eſt, ſtercus ſpecie oleti canini, in anguſtum redacto, atque oppreſſo recto inteſtino, moratur. Partibus verò prioribus inflammatis, dolor circa pectinem, vrinæque ſtillicidium, aut lotij difficultas oritur, ſtricta atque in arctum redacta veſica. Si autem latus locellorum inflammatione tentetur, non tam bubones intenduntur, quàm crura etiam aggrauantur. Quòd ſi poſterior vteri pars inflammetur, partes vmbilico circumiacentes dolore potiſsimùm cum tumore moleve infeſtantur. Vbi autem circa oſculum inflammatio occuparit, graui languentes ſecundum omnem ventris partem vmbilico finitimam, quam epigaſtrium Græcè appellant, dolore afficiuntur, digitoque immiſſo atque impreſſo durè ac grauiter ſubſidet oſtiolum, atque ſuccumbit. Si ex ſanguine lingua nigreſcit, ſequitur delirium, vrina rubens, aut ſubru- *Arabes.* bens eſt cum liuore, arteriæ motus magnus, plenus & vndoſus, oculi citrij mali corticem colore referunt cum aliqua rubedine, venæ omnes tument. D

Prima igitur inflammationis differentia, ſecundum quam hanc quidem humidam, hanc verò ſiccam. Humidam quidem, quæ ex calida fluxione membrum occupante contingit: ſiccam verò, quando nullo humore influente calor naturalis efferueſcit, hoc autem vſque ad aliquid quidem veluti febris eſt membri, &c. Nam fluente ſanguine altera, flaua bile altera, ambobusque ſimul humoribus alia tertia. Et quidem in earum ſingulis vel iam putruit id quod influxit, aut in membro conſtrictum putreſcit, & vel craſſum eſt, vel tenue, & vel optimum, vel acre. Vide cætera lib.2 Artis curatiuæ ad Glauconem, cap.1.

Omnino eius fluxus, qui inflammationem efficit, vel flauæ bilis eſt, vel atræ, vel pituitæ. Significat verò verbum inflammari, velut ſi peruri, ſuccendi, ignirique proditum ſit. Si ex pituita inflammatio, pituitoſi ſucci notæ adſunt. Si ex bili atra aut flaua, propriis notis deprehendes.

Prædictiones.

Auicenna. Apoſtemata vteri ex quacunque oriantur materia difficilimè curãtur, ſi in imo locellorum cauore aut profundo abſceſſus ſit, aut inflammatio, vt plurimum nunquam curatur. Acutorum morborum albo lo- *Arabes.* cellorum abſceſſus, aut inflammatio depingẽda eſt: diebus etenim decretoriis iudicatur. Omnis inflammatio, aut abſceſſus, aut reſoluitur, aut per halitum diſiicitur, aut in ſcirrhum tranſit, quod fit, ſi tumor diſcutiatur, ſymptomataque quieſcant, inflammationis aut abſceſſus reſolutionem propediem futuram ſignant: quod ſi in pus deſinat inflammatio, dolor pulſatilis, & cætera ſymptomata ſenſim augebuntur. *2. Prædictionum 46.* Cæterum ſi pus exierit leue, album, æquale, ac boni odoris, bonum: ſin autem varium in colore fuerit, & diuerſum in ſubſtantia cum tetro odore, animam aget propediem ægra. Pus optimum eſt, ſi candidum, leueque,

A leueque,& quam minimè fœtidum eſt,maximè verò contrarium huic deterrimum eſt. Ex inflammatione & abſceſſu gignuntur ſæpe ſcirrhus,cancer,rimæ vteri. In inflammatione aut abſceſſu locellorum, ſi percipias ſudorem gelidum, vocis amputationem, animi deliquium, ſcito morituram actutum ægram. Maior inflammatio minore deterior. Vrinæ aut alui fluor in inflammatione bonus eſt.

Victus.

Cibi quoque commendatur abſtinentia per vniuerſum triduum, medendum verò chondro ex melicrato,aut pane,aut ouorum ſorbitione tertio die. In declinatione porrò vteri victus ratio principio quidem tenuis,facta autem morbi relaxatione pauca. Aegram in domicilio obſcuro,& moderatè tepido collocabimus, quietem imperantes, ac crura eius ab omni motione prohibentes, deinde artus & extrema fricabimus. In cibo qui quantitate modicus ſit,vtatur ægra ptiſanæ cremore,& ouis ſorbilibus. Potus ſit decoctum cinnamomi,aut hordei. Veſcatur iure pulli,atriplice,malua,cremore hordei & cicutæ. *Aegineta.* *Fuchſius lib. 3. de med. morb. cap. 59.*

Venæ ſectio.

Poſt abſtinentiam triduanam,ſecta vena cubiti,ſanguis(niſi quid impediat) detrahendus eſt. In principio itaque curationem aggreſsi, ſi neque ætas, neque habitus corporis, neq; anni tempus obſtiterint, neque inflammatio poſt abortum, aut immenſam ſanguinis euacuationem ſuperuenerit, venam poplitis ſecabimus ex Galeni decreto,qui in libro de Curandi ratione per venæ ſectionem, inflammationem vteri à venis in crure ſectis iuuari ſcribit. Incipiendum à venæ axillaris inciſione,poſtridie ambæ ſaphenæ ſecandæ ſunt,aut altera ipſarum. *Aegineta.* *Fuchſius.* *Arabes.*

B

Serapia & potus.

Serapium violaceum, zulapia conficiantur ex refrigerantium herbarum decocto, aut liquore ipſarum ſtillatitio.

Purgatio.

Per aluum ſubducendus humor,qui morbum genuit,caſia fiſtulari, dactylis Indicis (quos thamarindos vocant) manna,fructuum cordialium decocto,&c.

Fotus.

In curatione itaque ante omnia quidem irrigatione ex œnelæo, ſiue œnorhodino femitenus, & circa ilia,ſeu lumbos vtendum,per obſtructiones è lana pura abſque illigatione confectas. *Aegineta.*

Cataplaſmata.

Quinto autem die cataplaſma imponatur ex polline, ſemine lini, fœnogræco, mulſo maceratis compoſitum: capita quoque papauerum decocta ſorbeantur,& ex oleo eadem applicentur. Si autem inflammatio eryſipelatoſa exiſtens,calefactiones moleſte ferat, illiſque magis irritetur, ſertulam campanam in paſſo elixans,atque conterens, adiicito ouorum coctorum putamina cum roſaceo, aut melino, aut croceo,cataplaſmatiſque modo applicato,aut palmularum dactylos vino temperato coquens, cum tenuiſſimo farinæ polline leuigato,& cum quopiam vnguine,factoque cataplaſmate impone. *Aegineta.*

C

Cerata,emplaſtra,& inunctiones.

In inflammationis aut abſceſſus aggreſſu emplaſtra epigaſtrio & vmbilico admoueantur, confecta ex roſis,lentibus reiecto cortice,balauſtiis,plãtagine,mucoſitate herbæ pulicaris,ſolano,labro Veneris,ſedo,ramento cucurbitæ ſatiuæ,ſantalis,fructibus aſtringentibus,quæ omnia aut ſimilia excipiantur hordeacea farina,& oleo roſaceo,oleo myrthino,ouiſque albumine. In vigore inflammationis,aut poſt ſeptimum diem acopa aſtringentibus miſceantur, puta,lini ſeminis pollen,& fœnigræci,farina volatilis,chamæmelum & ipſius oleum,roſaceũ,violaceum,& ouorum lutea. Vel tunc impone emplaſtrũ Haly,quod *Arabes.*

℞. farinæ hordei & fabarum,maluæ, violarum ana ℥.s. caphuræ ʒ.s. diluantur omnia, & macerentur liquore ſtillititio,aut ſucco corianni & labri Veneris,confice emplaſtrum,addita cera. Dolore ſedato pubi & pectini impone emplaſtrum ſequens.

℞. Chamæmeli,ſertulæ campanæ,radices altheæ,ſeminis lini,fœnigræci ana ℥.j caricarum pinguium octo numero, dactylos ſex, friantur terenda, & ouorum luteis quinque excipiantur, quibus adde violarum decoctum cum roſaceo,concinna emplaſtrum,quod ſedabit dolores,molliendo maturandoque.

Malo remittente ceroma nardina, aut cyprina inſerenda adglutinanda eſt. Cæterùm aduerſus ardentiores inflammationes, emplaſtrum διὰ χυλῶν in diplomate vaſe cum roſacei liquefactione commiſce cremorem plantaginis,aut ſereos,aut cichorij aut intybi,vel ſi mauis ſequente vtere,conſtante adipe anſerino ſuillove recente,pondo ʒ.iij.cerota roſacea,aut ſuſina pondo ℥.ij. ouorum aſſatorum lecythis pondo ℥.j.croco pondo ʒ j.myrrha pondo triobuli,opij obolis duobus, vel opij loco capillis papauerum decocto. In declinationibus matricis, quas παρεγκλίσεις vocant, ſecundum paroxyſmos quidem perinde atque inflammationibus medelis ſuccurrendum. Verùm in quietis tempore & remiſſionibus morbi vehementioribus mollificatiuis, ſed inueteratis, cum his quæ aſſimilandi virtutem obtinent: foris autem duritia exiſtente, malagmatis vtendum, puta eo quod è ſertula campana conficitur, διὰ μελιλώτου appellatur, necnon malagmate Mnaſei,Iceſio,nigro Serapionis,aut pyrino. *Aegineta.*

D

Inſeſſus.

Cæterùm per omnem medicationem encathiſmatis quoque ex decoctione fœnugræci aut ſeminis lini,maluæ,artemiſiæ,& oleo concinnatis vtendum: atque in his,quæ hoc non ſuſtinent,ex calida aqua eiuſdem qualitatis roſaceo infuſo fiant. At vbi inflammatio declinare cœperit,ad ea veniemus,quæ quadantenus remittendi diſcutiendique vires habent, ægrotam igitur in fœnugræci, altheæ, ſeminis lini, maluæ,interdum artemiſiæ,marrubij & ſaluiæ decoctæ vſque ad lumbos ſedere iubebimus.

Dilutiones per metrenchyten.

Cæterùm ſi ægra nodum ſoluerit herculeum, iniice decoctum ſequens in locellos in morbi aggreſſu,

Accipe roſarum rub.lentium cortice reiecto,plantaginis, labri Veneris, ſolani,endiuiæ ana M.j.coquito ad tertias,& cum metrenchyto in locellos proiice huius decocti ℥ vj.tepidè. *Vel,* ℞. decocti gallarum, balauſtiorum,lentium cortice exutarum,rhus coriarij.roſarum & ſeminis myrti ℥.vj. iniice cum metrenchyte. Virginem porrò inſidere facito decocto dictorum & dicendorum, quæ cum metrenchyte in corruptæ vterũ immittenda ſunt.Secundo demũ aut tertio die addes chamæmelũ,ſemen lini & fœnigræci. A

In morbi vigore ſume maluæ,altheæ,chamæmeli, ſertulæ campanæ,fœnogræci,ſeminis lini ana M.j. caricas 20.coquantur, decoctum in vterum iniice,vel ex ipſo fiant encathiſmata,aut cataplaſmata.

In vteri inflammatione ℞.ſampſuchi,aut ſiſymbrij ℥ iiij.olei liliacei,aut de enula ℥.ij.iniice. *Vel,* ℞.liquoris ſtillatitij ſiſymbrij,aut ſampſuchi ℥.iij.pinguedinis gallinæ,aut anſeris ℥.j ſtactes,galbani ana ʒ.j. olei liliacei ℥ j.miſta iniice. *Vel,* ℞. liquoris ſtillatitij ſampſuchi ℥.iij. medullæ cruris vituli, pinguedinis gallinæ ana ℥.j.ſtactes ℥.s.ladani ʒ.iij.liquantur vnà,& iniiciantur.

Peſſi.

* *aſype.* *Aegineta.* Peſſi præterea enchymatiſmiq́ue ſumendi ſunt, ex * hyſſopo nempe & butyro, medullaq́ue ceruina, necnon adipe anſerino,& vnguento ſuſino,& cera Tyrrhenica. In his quæ caliditatem ferre nequeunt, aureus etiam quem vocant peſſulus conuenit,& ennea pharmacum. Sed quæ ne hæc quidem ſuſtinere poſſunt,his ex ouo & roſaceo,adipeq́ue anſerino,ſeu gallinaceo conficiantur. Quòd ſi vehementiſſimus ac nimius infeſtet dolor,ſucci papaueris lentis quantitatem, cum lacte muliebri, & ſucco fœnigræci, ad ſubiiciendum in vellere peſſuli modo porrige. B Porrò ad eas,quibus duritia ac ſcirrhus coniunctus eſt inflammationi,medicamentum roſaceo diſſoluens, vel modo iam dicto ſubiice, vel infunde. *Vel,* ℞. ladani ℥.s.ſtyracis,galbani ana ʒ.j.pinguedinis anſeris ʒ.ij.fiat peſſus.

Vnguenta.

Vngantur hypogaſtrium & os ſacrum oleo chamæmelino,roſaceo,violaceo.

Epithemata.

Primis morbi diebus tale pubi & oſsi ſacro imponendum eſt epithema: ℞ ſucci plantaginis,ſucci ſolani ana ℔ s.aceti ℥.j.ſanguinis draconis, glebæ Armeniæ ana ℥.s.miſce, prædictis addere potes oleum roſaceum,ſuccum labri Veneris,ſedi,intybi:quibus calidis diluere potes pecias,& eas madefactas dictis locis imponere.

Vomitio.

Arabes. In incremento,vomitus ciendus eſt.

ABSCESSVS. CAPVT X.

ABſceſſus dicitur foris impetentia.De abſceſsibus vide Gal.lib.2. Artis cur.ad Glauc. Abſceſſus eſt mutatio corporis ex inflammatione in materiam purulentam.

Nota.

Aegineta. Poſtquam inflammatio matricis maturuit,inq́ue abſceſſum tranſit exitq́ue,intendi ſigna, quæ memo C rauimus videas, ad hæc indicia quanquam inconſtanter cum horrore proferunt ſeſe, principio quidem intenſis cum doloribus,poſtremò verò ad ſuppurationem perducto apoſtemate,impetus aliquantulum remittitur. Cæterùm in eo quo diſrumpitur tempore,cruciatus ſæpenumero acriores ſtimulosè,& quaſi cum aculeis incidere videntur, caloresq́ue vehementiores moleſtant, atque nonnunquam quidem vrina ſupprimitur,interdum verò oletum,facto iuxta affectam vteri partem impedimento: aliquando verò tumor circa pubem apparet,& tanquam exundationis ſenſus, cùm abſceſſus grandior fuerit. In obuiis verò quaſiq́ue ad manus locis,dioptriſmo inſtrumento,aut digitorũ attactu deprehenditur, vnde etiam dolores acerbiores infeſtare ob neruoſum ipſius os conſueuerunt. Quod ſi igitur id, quod in fundo, atque ſecundum ſinum dolore magis vacat, & digitorum attactu tumor minimè ſuccumbit, oſtiolum verò matricis gracilius videtur,ei quæ ſtatim aut paulò antè inducta eſt ſuppuratio, cataplaſmatis ſequentibus vtitor.

Prædictiones.

Prognoſtica lege libro 3.criſium Gal.cap.9. & 24. prædictionum lib. ſententia 34. Qui tenuem crudamq́ue, &c.

Victus. D

Victus eſto,vti earum,quæ vteri inflammatione laborant.

Cataplaſma.

Aegineta. Cataplaſmatis ex fœnogræco, ſemine lini,hordeacea aut triticea farina, admixtis interim ipſis ficubus elixis,opitulandum aliquando etiam columbæ ſtercore.

Inſeſſus.

Aegineta. Encathiſmatis præterea,vti in inflammatione,iugiter vtendum.

Peſsi.

* *aſypo.* Peſſuli item quum ita ſe res languentis habet, ex reſina terebynthina,myrrha, * hyſſopo, atque butyro concinnati laudantur.

RVPTO VTERI APOSTEMATE QVAE facienda. CAPVT XI.

DVm pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto 2. Aphor.47. Hippocr. Si pus (inquit Galenus) ex ſanguine ortum habet,qui ſeminalem,vt quiſpiam dixerit,habet tranſmutationem: nam mala ſimpliciter cum putrefactione fit olida, ſicuti quæ ſimpliciter optima eſt ipſa nutritio partium animalis:at quæ pus generat medium inter has obtinet locum, neque à ſolo calore

extra

A extra naturam, neque à ſolo ſecundum materiam facta. Mixtus enim quodammodo ex vtriſque eſt calor inflammationis. Fit autem dolor extenta ſimul, ac calefacta præter naturam inflammata particula. Febres vero ſequuntur, principio calefacto, & hæc ambo contingunt ex quadam veluti ebullitione ſanguinis, qui vbi ex toto exuſtus fuerit, reſiduum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum exuſtione cinis: atque ideo tempore illo dolores ſedantur, ac febres, præſertim quum pus fuerit excretum, vtpote iam conſumpta materia, extincta autem ignea caliditate. Perlege Commentarium Galeni in 2. Prædict. Hippocr. ſententi. 46. Pus optimum, &c.

Potus.

Rupto porrò abſceſſu, ſiquidem pus in veſicam deferatur, quod ſcitur ex pure vrinæ miſto, lactis potationibus vtendum, cucumeriſque ſemen potandum. Potanda item ſunt decoctum hordei, & quatuor ſeminum refrigerantium communium maiorum mucilago, ſerapiumque violaceum. *Aegineta.*

Clyſteres.

Si in inteſtinum rectum pus confringatur, lentium corticumque malorum punicorum elixatione colluendum. *Vel*, ℞. decocti hordei ℔ j. duo lutea ouorum, olei roſacei ℥. iij. mellis roſacei ℥. j fiat clyſter.

Per metrenchyten iniicienda in vterum.

At ſi apoſtema ſinum verſus, quem Græci κόλπον nuncupant, ruptum defluat, ſiquidem pus imminiſtum, purumque exiſtat, roſaceum infundito, aut amygdali cortice exuti atque dealbati oleum, aut tetrapharmacum regale, recens denique butyrum, ſerum caprillum melli roſaceo miſtum iniiciantur. *Vel*, ℞. hyſſopi, abſynthij ana M. j. vini albi, lactis ana ℔ j. mellis roſacei ℥. iij. coquito ad tertias, & decocti ℥ vj. iniicito. Sed vbi ſanies aquoſa ſiue ſanguis, quem Græci ἰχῶρα dicunt, eruperit, quemadmodum ex vlcere paſcendo repente noma, maiorem tunc conſtringendi vim immittendum enema habeat, expedit: id autem fiet, ſi ex myrtis, palmularũ dactylis, lenticulaq; componatur. *Vel*, ℞. Arnogloſſi, ſolani ana M. j. coquantur, cuius decocti ſume ℥ iiij. lactis ℥. ij albuginem vnius oui, rudiculæ motu miſceantur & iniiciantur.
B

Quomodo manu medendum, ſi abſceſſus non ſponte rumpatur.

Quum autem in muliebrium locellorum ore natum apoſtema fuerit, neque illud confringatur, poſtquam extenuaueris circumiacentia puri corpora, ad puris excretionem chirurgica manu vtamur.

EXVLCERATIO LOCELLORVM.

CAPVT XII.

Cauſæ.

Exulceratur ſubinde vulua mulierum, vel ob difficultatem partus, vel embryulciam, vel corruptionem fœtus, vel ex medicamentis acribus, vel ex fluxu, vel ex ruptis denique abſceſſibus. Cauſæ vlcerum, quæ in vulua ſerpunt, interdum abſceſſus, nonnunquam etiam peſſus, id eſt, caſus vel callus corruptus, tabidúſve, aliquando in vulua durities aut varix. *Aegineta.* *Gal. lib. Definit.*

C

Nota.

Si in promptu quidem & expedita fuerit exulceratio, per dioptriſmum deprehenditur: at ſi ex profunditate, ab excrementis, liquidum namque excernitur & diuerſum: inflammato quidem vlcere exiguum, ſanguinolentum, aut feculentum cum ingenti dolore. Si ſordidius fuerit vlcus, & ichores, cum minore negotio atque labore: at ſi depaſcendo ſerpat, teterrimi odoris fluxum emittit atrumque, nec ſine doloribus vehementioribus, aliisque, quæ inflammationem ſubeſſe inſinuant, indiciis eſt. Irritatio ſequitur ad laxantia medicamenta, contrariis lenitur. Mundo autem exiſtente, humor exiguus, leuis & æqualis, inſipidus, craſſus, albicans, cum facilitate quadam promanat. *Aegineta.*

Per metrenchyten iniicienda.

Inflammato quidem vlcere, eis quæ ſuperiùs ad inflammationem conducere docuimus, remediis vtendum. Quum ſordidum fuerit, ptiſanæ cremore, adiecto melle, colluendum, ſiue tetrapharmaco cum ſuſino, ſiue mulſo, in quo elixa ſint fœnugræcum, aut malua, aut furfures, aut lens denique pelle detracta. Cæterùm quo exactius ad viuum, vt aiunt, expurgetur, etiam marrubium, aut eruum, ſiue mel, admiſta erui farina, aut iri, aut alumine rotundo, vel non abſimile quiddam immitte. *Aegineta.*

Si noma fuerit cum inflammatione, immittendus ſuccus plantaginis, ſtrychni, polygoni, ſereos, primitus quidem per ſe, deinde verò cum vino auſtero, ſiue aceto. Noma verò citra inflammationem vrgente, immittenda ſunt efficaciora: exempli gratia, decoctum malicorij, roſarum, * thalliæ, cupreſſi, malorum cotoneorum, rubi, myrtorum, lentiſci arboris virgultorum, rhu, quo vtuntur Coriarij, è vino ſtipante: poſtremò verò aluminis quoque & acaciæ, lycij, hypociſthidiſque elixatio. Porrò ex iiſdem decoctionibus inſeſſus etiam conſtituatur. Quòd ſi nihil proficiatur, primò quidem compoſitionem è charta cum poſca primùm immitte, deinde cum aceto, aut antheram, aut chalcitim, aut atramẽtum ſutorium cum iiſdem liquoribus, & ea quæ dyſentericis quoque congruunt. *Aegineta.*
D

* *ſurculorum oleæ.*

In exulcerationes vteri principio immittenda ſunt, quæ vlcus mundant, & abſtergunt, deinde exiccantia: & demum quæ carnem deperditam recuperant, deterguntque vlcera locellorum. Vtile erit hydromeli iniectum cum iridis, abſynthij & mellis decocto, aut agrimoniæ: vel mel roſaceum cum hordei decocto. Quòd ſi vlcus in locellorum profundo inſideat, cum putrefactione aut corruptione, accipe vini albi ℔. ſ. aluminis vſti, viridis æris ana ʒ. ſ. macerentur tribus horis ante iniectionem, in incremento. Decoctum balauſtiorum, ſidij, gallarum, aluminis & agrimoniæ iniiciatur. Si vlcus comitetur venarum eroſio, Aſclepiadis ſuccus concretus, myrrha, thus, gleba Armenia, crocus & ariſtolochia frientur, & liquore ſtillatitio plantaginis, & roſacea diluta immittantur.

Sarcotica immittenda.

Accipe lactis vaccini ℥. vj. thuris, aloes, myrrhæ, glebæ Armeniæ, ſarcocollæ, corticis cannæ vſti, cine-

ris cucurbitæ vſtæ ana ℥.s.friato terenda,huius ſemuncia ramenti lacti prædicto immiſce, & iniice tepidè quotidie à cubili,& ad cubile. Tandem ſi pus multum defluat, ter aut quater interdiu iniice ſequentem confectionem,quæ accipit ceruſſæ,lithargyri,ſanguinis ʒ.glebæ Armeniacæ,lachrymæ Arabicæ ana ℥.j.fracta in olei roſacei ℥.vj.& lactis ℔.iij. fiat ebullitio ad tertias,cuius colo traiecti ℥.vj.iniice in locellos,prædictis addere potes ceræ luteæ ℥.ij. A

Vnguenta.

Accipe lithargyri, ceruſſæ, ſarcocollæ ana ℥.s. excipiantur ſufficienti quantitate roſacei olei & ceræ. Quòd ſi vlcus ſordidum fuerit, addes nonnihil rubiginis æris. Iiſdem porrò ipſis extrinſecus quoq; cataplaſmatis modo vlcera illinito, quæ in ſordido vlcere dicta ſunt à Chirurgis, mulſo tuſis & maceratis. Mundato vlcere, Accipe tutiæ ablutæ partes duas,cadmiæ argenti, ſarcocollæ ana partem vnam,in pollinem tenuiſſimam redacta,excipe in vnguentum,addita pauca cera.

Peſſi.

Peculiarius proximum ſordido vlceri opitulatur medicamentum: Crocus optimus leuigatur lacte muliebri,deinde cerata roſacea excipitur cum adipe anſerino,floccoque illinitur. Exquiſitius autem fuerit,induſtriumque magis,atque ad ingentes dolores competens illud: capita papaueris in paſſo diluto irrigantur per triduum, mox decoquuntur vſque ad ſubactionem, deinde teruntur foliorum roſarum ʒ.v.croci ʒ.iij. admixta capita papaueris elixatione,poſtea macerans,perfundito cum roſaceo,ceræque ʒ.ij.& illiniens roſaceo in peſſo ſubiice. Confert verò & id,quod ex ouis crocoque ac roſaceo,adipe anſerino,medullaque ceruina contexitur. Necnon Aegyptia ſine rubigine ad vteri vlcera mirificè conducit.Noma verò vbi fuerit cum inflammatione quidem panis tepida maceratus,& tritus,ex hydromelite, oleo,althea,fœnogræco,palmularumq; dactylis pinguibus,cataplaſmatis modo illinendus eſt. B

Emplaſtra.

Aegineta. Expurgato vlcere foris epigaſtrio atque coxendicibus, emplaſtrum nullam cicatricem inducens imponendum. Quemadmodum enim cataplaſmatum,ita & emplaſtrorum potentia per abditos & obſcuros transfertur meatus.

Vena ſectio.

Arabes. In vlcerum locellorum principio mittatur ſanguis ex vena axillari, perendie autem ex ſaphena, iudicio oculati medici.

Nutricatus.

Aegineta. Alimenti porrò perexiguum miniſtrato, expurgato verò iam vlcere,lauare crebrius, alere item, & vinum præbere,quo incarnatio fiat ocyus,expedit.

Prædictiones.

Quanto altiùs in locellis inſederit vlcus, præſertim ſi vteri ſubſtantiæ hæreat,tanto exitialius. Si id quod ex vlcere profluit ſpiſſum eſt,bono eſt,maximè ſi tunc leuetur æger.

Virus,& ſuccorum crudorum redundans fluxus,ſordidi vlceris ac putridi indicio eſt. Facilius curatur in puellis,& ætate florentibus,quàm in ſenio confectis. Si huiuſmodi vlcus probè curatum non fuerit,vt plurimum in aquas cutem ſubeuntes definit. C

ABSCESSVS VTERI PITVITOSVS, οἴδημα, œdema.

CAPVT XIII.

Cauſæ.

Aegræ victus fuit pituitoſus,puta, eſitauit fructus recentes, piſceſque, & reliquos cibos pituitam gignentes,&c.

Notæ.

Tumet epigaſtrium cum ponderoſitate & pauco dolore,temperies corporis pituitoſa eſt,cum oſcitatione aſſidua & pandiculatione,anni temperies & victus pituitoſus, ætas item,&c. accidētium remiſſio.

Curandi ratio.

Victus eſto qui pituitam exterminet,& arceat.Potiones & pharmaca exhibeantur,quę pituitam profligandi vim habeant. Non vtaris repellentibus neque refrigerantibus,quoniam ex ipſis ſcirrhoſus redderetur abſceſſus:ſed digerentibus incidentibuſque,& euacuantibus pituitam,craſſuſque ſuccos. Emplaſtra calida concinnentur ex diſſoluentibus & concoquentibus diſijcientibuſque. D

Inijcienda cum metrenchyte.

Immitte decoctum ſertulæ campanæ,chamæmeli,ſabinæ,origani, artemiſiæ,fœnigræci, ſeminis lini, cui immiſce axungiam gallinæ,anatis & coturnicis,oleumque lilinum & nardinum,& inijce.

In principio primis,hoc eſt,in morbi aggreſſu: Accipe lycij,thuris,aloes, cyperi,acaciæ,croci,ammoniaci ana ℥.s,quæ omnia braſſicæ ſucco diluta cum pauco aceto inijce.

Si abſceſſus reſoluendus ſit, in vigore & inclinatione ſequentia inijce. Aluminis, ſulphuris, myrrhæ ſalis ana ʒ.s.roſacei ℥.iij pauco aceto excepta inijce. Si abſceſſus maturus ſit neque diſrumpatur,ſeminis lini,& ficuum decocto macera fimum columbinum & fermentum,& inijce.

Emplaſtra.

Radices lilij,cepas aſſas, limaces,fermentum & ſemen lini piſtello tunde,& axungia butyroque conſice emplaſtrum,quod epigaſtrio imponatur.

Si in oſculo aut colliculo fuerit talis abſceſſus,manu ſecetur.Rupto abſceſſu detergentibus prædictis vtere,quibus addes nonnihil ſucci apij.Demum (vt diximus) ſarcotica admouere debes.

SCIR-

A
SCIRRHVS ET SCLEROMA VTERI.
CAPVT XIIII.

SCirrhus durities eſt vix ſentiens, ſcirrhum nominamus tumorem durum, qui ſine dolore eſt, non tamen omnino ſine ſenſu. *Vel,* Scirrhus exquiſitus eſt tumor præter naturam, ſenſu priuatus durusque: non exquiſitus vero non omnino inſenſibilis eſt, difficulter tamen omnino ſentitur. *Vel,* Scirrhus tumor corporis cum duritie & grauitate, & mouendi difficultate cum inſenſibilitate.

Gal. lib. 2. de morbis curandis, cap. 2. Gal. lib. 14 de morbis curandis, cap. 6.

Cauſæ Scirrhi.

Fit autem ex humore lento & craſſo ſcirrhus inſolubiliter induratis partibus infixo: interdum itaque ſtatim à principio congregatur paulatim & augetur, crebriùs verò medicorum imperitia paratur, quum vehementer eryſipelata, & inflammationes aſtringunt, & infrigidant. Si quis igitur medicamenta vehementer diſſolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifeſtam faciant ſcirrhi diminutionem, breui tempore non ſperauerit perfectam curationem.

Gal. lib. 2. art. cur. ad Glauc. cap 4. Gal lib. defin. Gal. art. curat. ad Glauc. lib. 2

Obdureſcit vterus, quandoque ſane derepente nulla perſpicua occaſione, plerunque verò ex inflammatione quæ præceſſit, & ſoluta non eſt, neque diſſipata, neque in abſceſſum permutata.

Aegineta.

SCLEROMA conforme eſt ſcirrho, circa vuluæ ceruicem magna ex parte conſiſtens, tumorem quidem habens eodem pacto, ſed minùs durum, cum dolore mediocri.

Aegineta.

B
Nota.

Comitatur autem hæc declinatio ad contraria & oppoſita, tumor ad magnitudinem morbi fortiter, comparatus cum grauedine, & difficili motu, non crurum modo, ſed vniuerſi corporis, deſidiaque ad exequenda opera. Accidit enim non rectè tractatis, malus corporis habitus aquoſus.

Aegineta.

Venæ ſectio.

Principio igitur in huiuſmodi curatione ſanguis ſecta vena auferendus eſt.

Aegineta.

Humorū noxij ſubductio.

Eligenda purgatio cū Archigenis hiera: Si verò corpori robur non deſit, etiā helleboriſmus probatur.

Aegineta.

Cataplaſmata, malagmata, & emplaſtra.

Si quis medicamenta vehementer diſſolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifeſtam faciant ſcirrhi diminutionem, breui tempore non ſperauerit perfectam curationem. Nam verè ignorat quód reſiduum paſſionis hoc curationis modo incurabile redditur, tenuiori enim ex eo diſſoluto humore, reſiduum exiccatum lapidis duritiem aſſequitur. Non igitur curandæ ſunt partes induratæ medicamento immodicè ſiccante, ſed cum eo quod calorem habeat tepidum, humiditatem verò nec multam, nec omnino minimam. Quod enim ſuperfluum humorem habet, nihil omnino diſſoluit: quod verò minimum, pluſquam oportet exiccat. Oportet autem induratum corpus à medicamento quod auxilio futurum ſit, ſimile quid pati his quæ ſub ſole funduntur. Vocantur autem mollificantia huiuſmodi medicamenta, de quibus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de ſimplicium medicamentorum viribus inſcribitur. Exempla quoque (vt dictum eſt) ex ſimplicibus ſunt omnes medullæ atque adipes, ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina, ex adipibus autem, adeps anſeris in volucrum genere, leonis vero in pedeſtrium cæteris præſtat: at verò qui ex gallina ſumitur, anſerinum, & qui ex pardo, leoninum ſequitur, ac deinde vrſinum atque taurinum: at qui ex capris accipitur & craſſior & ſiccior prædictis eſt, idque magis ſi ab hirco accipiatur. Hæc Galenus in 2. lib. artis curatiuæ ad Glauconem. Vide ibi hiſtoriam curæ Cercyllij pueri, cap 4.

C

Cataplaſmata ex ficubus aridis, hyſſopo, nitro & abſynthio: Malagmata, nempe polyarchion, & diaſpermaton, & diadaphnidon.

Aegineta, lib. 3. cap. 68.

Ceratum quod ſequitur, epigaſtrio, aut loco tumenti, modó non adſit cancer, imponatur.

Accipe inſceratum ficuum immaturarum coctarum ℥. j. s. adipis ſuillæ, œſypi ana ℥ j. picis naualis, ceræ luteæ ana ʒ. x olei liliace: ℥. s. diachylon ℥. ij. liquantur ſimul, quibus adde radicis iridis friatæ ʒ. iij. cinerum corticis ſalicis ʒ ij. concinna cerotum, quod extenſum panno bombycino, aut corio imponatur.

Vnguenta.

D

Locus durus hoc inungatur vnguine. Accipe olei chamæmelini ℥. iij. olei ſpicati ℥. j s. medullæ crurium vituli ℥. j. ceræ quantum ſit ſatis, adde radicis iridis tuſæ ℥. j. *Vel,*

℞. olei liliacei, olei ſambucini, adipis cuniculi & coturnicis, medullæ coxarum vaccæ & cerui, olei amygdalarum dulcium, butyri ana ℥ j. conficiatur vnguentum, quo internæ & externæ locellorum partes inungantur.

Cucurbitula.

Cucurbitula imponatur poſt purgationem cum ſcarificatione.

Inſeſſus.

Encathiſmata facta ex elixatione ficuum iſchadum, artemiſiæ, pulegij & altheæ vtilia ſunt. *Vel,*

Aegineta.

Accipe chamæmeli, ſertulæ campanę ana M. j. s. altheæ cum rad. M. iij. fœnigręci, ſeminis lini ana lib. j. terantur & coquantur, decocto inſideat ægra.

Cum metrenchyte immittenda.

Decoctum fœnigræci, ſeminis lini, cum oleo anethino & ſambucino, & chamæmelino & lilino, inijce in locellos. *Vel,*

Accipe olei liliacei, olei chamæmeli ana ℥. ij. adipis anatis, medullæ cruris vituli aut cerui ℥. ij. bdellij in vino liquati ʒ. iij. luteum oui aſſati, quibus adde poſcam, quantum ſit ſatis, inijce ℥. vj. tepidè. *Vel,*

℞. thuris ammoniaci ana ʒ. j. maſtiches, caſtorij, ſtactes, adipis anatis, olei chamæmelini ana ʒ. ij. gummi melle ſoluantur & poſca, & omnia liquata & tuſa inijciantur.

Peſſi. A

Peſſuli componantur è reſina terebinthina,galbano,myrrha,iri,hyſſopo,dropace.

Peſſulus vim habens molliendi. Accipe ceræ ponticæ,vnguenti nardini ana ℥ iij.irini,glaucini,cyprini,ſingulorum ℥.ij.adipis agnini,& anſerini,butyri,hyſſopi, medullæ ceruinæ, reſinæ terebinthinæ ana ℥ iij.confice peſſulos. *Vel,*

Aegineta. ℞. polij ʒ.ij.myrrhæ ʒ.iiij.cum vino Mendeſio conterens, irinoque immergens ad ſubijciendum exhibe. *Vel,*

Ceræ Tyrrhenicæ, adipis vitulini, reſinæ terebinthinæ, medullæ ceruinæ, mellis Attici,olei veteris æquas portiones miſce.Sequens peſſus metaſyncriticus eſt,& ad inflationes valet.

℞. Vuæ paſſæ candidæ demptis acinis ʒ.iij. foliorum rutæ viridis ʒ.ij. aquæ marinæ ℥ j. s.cymini ʒ. iiij.mellis quantum ſatis eſt,illiniens autem peſſum immerge oleo cyprino,atque ſubijce.

Cæterum aureus peſſulus atque libanius, nec non enneapharmacum accommodata ſunt huic effectioni:verum peculiarius,qui Titianus dicitur.

CANCER VTERI. CAPVT XV.

Aegineta. EX cancris quæ in mulierum locellis oboriuntur, partim quidem cum exulceratione, partim verò ſine vlcere proueniunt. B

Cauſa.

Gal. lib. de morbor. diff. cap.12. Ab atra bile oritur cancer:etiam ex ſcirrho gignitur.

Nota.

Aegineta. Quocirca quæ citra exulcerationem emergunt, in his vtique tumor circa hyſteræ oſtium durus, varius,tumens, colore feculentus, rubicundulusque deprehenditur, interdum verò etiam ſublividus. & pergraui dolore tentantur ſecundum inguina,quæ Græci bubonas appellant,& epigaſtrium, ſumenque & lumbos: ſtomachanturque & exacerbantur manuum attrectationibus & vario magis medicamento. At ſi cum vlcere cancer eſt, præter dolores & duritias, tumoresque, exeſa ac aſpera ſpeculantur vlcera, magna quidem ex parte ſordida,ponderoſa,& albicantia:quòd ſi labores humore concreto turgidos habeant,& quæ oculis vſurpantur,pura,feculēta,lurida,rubentia & cruenta apparent,continuè inde ichor tenuis,aquoſus,ater,aut pus tetri graueolentiſque odoris excernitur: nonnunquam verò etiam ſanguis profluit,cæteraque indicia,quæ in ſermone de vtero inflammato enumerata ſunt.

Prædictiones.

Aegineta. Hic ſanè morbus immedicabilis eſt,ceu alibi ipſe quoque aſſerit Hippocrates.

6. Aph.36. Cancros occultos omnes melius eſt non curare:curati enim citò pereunt,non curati verò lōgius perdurant. Galenus in gloſſemate inquit: Occultos cancros dixit,vel eos qui ſunt ſine vlceratione,vel abſconditos,hoc eſt, non apparentes, quod rurſus idem ſignificat ac ſi diceretur, qui in profundo corporis ſunt. Sed & curare duplex eſt. Vnum quidem omnia agere,vt particula patiens ad ſalutem perducatur. Alterum autem eam adhibere prouidentiam quæ paſſioni congruat, hoc eſt, ipſam mollire ac mitiorem facere,& tum præcipuè,quum adeſt exulceratio. Tunc enim eſt neceſſarium,vt ſi non aliud agamus,ſaltem ſaniem abluamus, humido aliquo vtentes, non quocunque, ſed vel per experientiam, vel per indicationem inuento,quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem ſit natura aptum. Ab hac igitur curatione,neque abſiſtere conuenit, neque illi qui ſunt ſine vlceratione cancri indigent ea: aliam verò quæ fit per ſectionem, vel vſtionem (quæ ſola ſunt remedia cancrorum) conſulit vt in cancris occultis non adhibeamus.Quòd igitur illi,qui ſunt in partibus penitioribus,talia remedia non deſiderant, etiam experientia docet.Equidem ſcio omnes qui huiuſmodi cancros curare tentarunt,magis illos irritaſſe,& breui homines interemiſſe. Nam & qui cancrum in palato conſtitutum, & in ſede, & in ſinu abſcondito muliebri,vel vſſerunt, vel ſecuerunt, non potuerunt vlcera ad cicatricem perducere, & homines in cura afflictos ac maceratos vſque ad mortem colliquarūt, qui ſi nullam curationem adhibuiſſent, longiori tempore vitam cum minori moleſtia tranſegiſſent.Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis verò qui in ſumma parte corporis hærent,illos tantummodo quos poſſumus vnà cum radicibus ipſis,vt quiſpiam dixerit,reſecare. Neque enim malum eſt,veluti radices quaſdam cancri,nominare eas quæ plenæ ſunt ſanguine melancholico venas,& vſque ad loca circunſtantia diſtenduntur.Multi enim magnæ autoritatis Medici,neque hos manus opera curari permittunt,ſed illos tantum qui exulcerati,ſimulque laborantes moleſtant, adeo vt ipſi vltro manu curari deſiderent, & ſimul ſunt in talibus partibus ſiti,quas poſſumus vnà cum radicibus reſecare & exurere. Quidam neque hos amoliri permittunt,ſed omnino abſiſtendum conſulunt à remedijs potentibus in omni natura cancri. C D

Quòd verò Hippocrates nunquam conſuluiſſet curare potenter cancros, in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipſa paſſionis natura licet coniectari, ſed & eos qui in ſumma parte corporis hærent abſque vlcere incertum eſt,quantum ex verbis aphoriſmi conijci poteſt.

Eum autem ſcripſerunt Artemidori & Dioſcoridis ſectatores,vſq; ad ea verba: Non curare melius eſt.

Victus.

Aegineta. Alimenta porrò ritè beneque diſpoſita, & inculpati ſucci,ſunt exhibenda: verbi cauſa, paucisſimum aquoſum,fugiētes acriores cibos omnes,& cibi ſatietatem: promptisſimè namque ipſis cibaria corrumpuntur.Quæ item bilem atram gignunt fugienda ſunt. Potiones purgationesque propinentur, quibus atra bilis profligari arcerique poſsit.

Smaragdus,ſapphirusque ſi potentur iuuabunt.Gamari ſi eſitantur proderunt.

Sanguinis miſsio è vena.

Vtile erit venam humeralem aut ſaluatellam incidere.

Enca-

A *Encathiſma.*

Placandus eſt ipſarum mulierum dolor inſeſſibus quidem ex fœnogræco maluaque paratis, atque id genus cataplaſmatis. *Aegineta.*

Potus.

Theriaca ex vino albo potui detur, paſtilli item ex viperis.

Cataplaſmata & cerata.

Cæterum valde conſolantur in exacerbationibus malua, aut althea in mulſo ſubacta, colliquataque cum pauco roſaceo, & multis cataplaſmatis adglutinata: nec non compoſitio ex ficubus aridis, & ſertulis campanis, ruta, thure, napique herba accuratè cum oleo contuſa. Lenit item cataplaſma ex palmarum dactylis in paſſo decoctis, adiectis ouorum putaminibus, atque farina, aut ex papauere cum coriamno, aut ſeminali, aut ſereos. Hæc quidem in ipſo cruciatus tempore. Poſt hæc verò abſtergitur cerotâ ex roſaceo, aut myrtino, aut œnanthino, aut melino cum palmulis in paſſo elixis. Peculiariter vero huic negotio quadrat cataplaſma ex * fece officinarum fabrilium, quæ affricta leuigatur, ceratoque roſaceo excipitur, tantiſper dum craſſitudinem emplaſtro idoneam induat. Hæc quidem extrinſecus adhibentur. *Aegineta.* *ſedimento.*

Vnguenta.

℞. ſucci granorum ſolani veſicarij ℥ iiij. olei roſacei ℥ viij. ceræ citrinæ ℥ vj. liquentur vnà in mortario plumbeo, addendo triamento ſequentium pharmacorum. ℞ ceruſſæ lotæ ℥.ij plumbi vſti & loti, tutiæ præparatæ ana ℥ j.s thuris ℥ s. æris vſti, antimonij, bi ... radicis chelidonij, ſanguinis drac. cadmiæ argenti, pulueris vermium terreſtrium ana ʒ.ij ita tundantur in mortario quoad vnguinis ſpiſſitudinem induerint, quo inunge cancri locum internum. *Vel,*

B ℞. lithargyri & ceruſſæ partes æquas, & cum roſaceo in mortario tam diu tunde quoad vnguenti formam ſuſceperint, eoque inunge partes cancri proximas, aut ipſummet cancrum. Ex dictis vnguentis potes conficere iniectiones quas per metrenchyten inijcies.

Ex lithargyro, oleo roſaceo & aceto, confice vnguentum, pro cancro vlcerato.

Intrinſecus per metrenchyten adhibenda.

Interius verò mitigat locos oleum. Vbi autem exulcerati fuerint, hic quoque muliebre infuſum tepidusque plantaginis cremor leniunt. Si ſanguinolenti fuerint, ſuccus ſeminalis herbæ cum pauco thure commulcet. Omnium vero efficaciſsimè operatur, aduerſus etiam ſedis affectiones, illud, quod accipit ſpumæ argenti Italicæ lotæ ℥ vj thuris maſculi, * hyſſopi, adipis porcelli recentis, butyri recentis, ceræ thyrrenicæ, ſingulorum ℥.ij. roſacei ℥.iij. ſpumam argenti contritam, in cremore ſereos liquefactis reliquis inijce. *Aegineta.* * *œſypi,*

Vt non vlceretur cancer, & ſi vlceratus fuerit, ne vicinas depaſcatur partes. ℞. ſucci ſolani purioris

C limpidiorisque, aut ipſius liquoris ſtillatitij ℥.vj. tutiæ præparatæ, plumbi vſti ana ʒ j. caphuræ ℈.j. moueantur cum piſtillo in mortario diutiſſimè, & inijciatur in locellos.

Ad vlceratum cancrum expertiſſimum. ℞ herbæ Roberti, phlomi, ſcabioſæ, caprifolij, anethi, oletuli humani æquas partes, vrantur, quorum cineris ʒ iij. excipiantur ℥. vj. liquoris ſtillatitij ſolani, & ducantur piſtillo in mortario, & inijciantur.

RHAGADES, CONDYLOMATA ET hæmorrhoides vuluæ. CAPVT XVI.

CIrca fœminarum naturalium oſtium, rimæ (quas Græci ῥαγάδας vocant) proueniunt, aut ſciſſuræ. *Gal. lib. definit.*

Condylomata tubercula ſunt ex inflammatione naſcentia. *Vel,* ſunt rimæ inueteratæ in callum tranſeuntes. *Aegineta.* *Gal lib. defin.*

Hæmorrhois eſt * eneruatio vaſorum quæ ſedem ambiunt, aut protegunt. * *[illegible], dilatatio.*

Cauſæ.

Rhagades quandoque ex laborioſo partu & violento proueniunt. *Aegineta.*

Nota.

Rhagades primùm quidem recentibus etiam dum ex puerperio doloribus deliteſcentes fallunt, poſtea verò paulatim ſenſu percipiuntur, nonnunquam manu etiam admota deprehenduntur, interdum vero & in congreſſu venereo, dum ex attritu polluuntur cruore, arguuntur. Præterea & ſinu adaperto

D deprehenduntur: rupturæ nanque in corona oſtij oculis patent. Hæmorrhoides præterea in mulierum naturalium oſtio ſiue ceruice exurgunt: quæ quidem partibus dioptriſmo tentatis, ex eo deprehenduntur: quia in paroxyſmis quidem ſanguinolentum, ſubrubrum, dolorificum quiddam eximiè apparet. In relaxationibus verò fluxus dolore vacans, ſubliuidus & ſtranguloſus. *Aegineta.*

Peſſi & epithemata.

In rhagadis ſanè chirurgia, erodendi mordendique virtute prædita medicamina abhorrenda: mitioribus vero & ſimplicibus epithematis atque peſſis vtendum. Peraccommodatum porrò habetur eiſdem ſciſsionibus tetrapharmacum diſſolutum, quòd ſi calloſis labris fuerint rimæ, compoſitione ex charta cum roſaceo vtendum. Quum autem vehementiam eius laborans non tolerat, irim Illyricam reſina terebinthina excipiens imponito. Vlcuſculis verò pereuntibus euaneſcentibusque, magno cum emolumento adhibetur medicamentum è cadmia, aut eorum aliquid, quod ad ſedis affectus placandos & perſanandos eſt compoſitum, & ob id hedricum appellatum, cuiuſmodi eſt ea, quæ ex ſpuma argenti contexitur confectio. *Aegineta,*

Poſtquam autem eiuſmodi diuiſiones inueteratæ in callum (quem cōdyloma dicunt) tranſeunt, conſimilibus atque eiuſdem planè facultatis medicaminibus vti expedit. Callus emollientibus quidem diſcutiendus, & in cicatricem redigenda ſunt condylomata. *Aegineta.*

In hæmorrhoidibus curandis, ſi opus eſt & fieri poteſt, in remiſsione exectione vtitor, Mydio apprehendens: ſin minus medicamētis ipſas aſtringito: nunc quidem aridis mali corijs, adiecta galla, aut quopiam eiuſmodi applicatis: nūc verò his quæ in ſanguinis vteri profluuio poſita ſunt adhibitis, quæ etiam diarrhœis & hæmorrhoidibus vteri congruent: quæ quidem inde maximè diſcernuntur, quòd non in menſtruo expurgationis tempore ſolùm, ſed aliàs etiam ſubinde per interualla cruore manant. A

MVLIEBRIVM CLAVSVRA LOCORVM, φιμὸς, φίμωσις. CAPVT XVII.

Aegineta. FIt anguſta quædam interdum circa muliebrium locorum os præcluſio, quam φιμὸν appellant.

Cauſæ.

Aegineta. Id fit aut propter exulcerationem quæ præceſsit, aut duratam inflammationem.

Inſeſſus & cataplaſmata.

Aegineta. Medendum igitur eſt encathiſmatis mollificantibus, quæ conſtituuntur ex hydrelæo & fœnigræci elixatione. Cataplaſmata conſimiliter ſunt applicanda.

Peſſi.

Aegineta. Peſsi item qui emolliendi vim habent adhibendi. Diſcutit præterea eiuſmodi nexum etiam peſſulus ex * hyſſopo, nitro, reſinaq; terebinthina contextus.

** æſypo,*

Suffitus. B

Aegineta. Quòd ſi inueterauerit id malum, ſuffimentis vaporibusque aromatum vtendum.

Fotus & lotiones.

Conniuentes porrò & clauſas mulierum vuluas aperire conuenit, fragrantibus lauando, & fouendo confectionibus ex malua & ſemine lini, fœnigræci, & oleo, interdum etiam melle. Vehementioribus item artemiſia, videlicet, * monyza & nepita & pulegio, & anthemide (quam chamomillam vulgò vocant) ad hæc reſina quoque terebinthina, nitro, cucumere ſylueſtri, elaterio, caſsia, oropiſſa.

HIATVS OSTII VTERI. CAPVT XVIII.

QVibus oſtium vteri hiat, his diæta quidem & fotus, & medicamenta aridiora, & conſtringentia, cytini malorum punicorum, & rotundus iuncus odoratus, & rubi radices, & myrta, & breuiter quæcunque in humidiore vulua expediunt, accommodatiſsima cenſentur. Ad vuluam adſtringēdam: ℞. rad. ſymphyti, aluminis, balauſtiæ, myrrhæ, libani, maſtiches, colophoniæ, glebæ Armeniacæ, galbulorum cypreſsi, cornu ceruini vſti ana quantum volueris, in pollinem tenuiſſimum friato, potui detur ex vino adſtringente ʒ.ij. ex reliquo decocto adſtringente miſto calidè foueantur locelli. *Vel*, Ex dictorū decocto fiat epithema. Vel ſi mauis lana aut coto excipere, confice peſſos, qui ad cubile indātur. Foueantur etiam locelli decocto ex vino & aceto, maſtiches, lachrymæ Arabicæ, pilularum cypreſſi, gallarum, aluminis ſaccharini ana ℥.j. Vel confice peſſos, aut ſuffitus, &c. Aluminis, myrrhę, agallochi, pilorum leporis, tenuiſsimè inciſorum, rutę, baccarum lauri, doronici, pilularum cypreſsi ana ℥.s. ſtyracis ʒ.ij. ambaris ʒ.j. moſchi ℈.s friato, & oleo myrtino excipe in peſſos: vel frangito, & cum infundibulo vterus ſuffiatur. C

CONTORSIONES PERVERSIONESQVE vuluarum. CAPVT XIX.

FOmentationibus, quas pyrias dicunt, dirigito & corrigito, & quæ vim habent emolliendi cathetis.

DE STERILITATE. CAPVT XX.

Cauſæ.

Galen. lib. definit. CAuſa ſterilitatis duplex, vna à viro, altera à fœmina prodit. Ab hac, vel propter humiditatem nimiam, aut pinguedinem vuluæ: à mari autem quando ipſe eſt ſpado factus, & teſticulis caret, vel alio quouis pacto ægritudine detentus. Quæcunque frigidos & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt Et quæcunque præhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunque ſiccos magis & adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunque verò ex vtriſque mediam habent temperaturam, hæ fœcundæ ſunt.

5. Aph. 62.

Galen. ibi in comm. Benè temperati vteri ad conceptionem ſunt idonei: malè autem temperati, ſi parum à bonitate recedunt, difficulter concipiunt: ſi verò nimium mulieres ſteriles fiunt, ita quod ſimul datur intelligi, vnde viri ſint ſteriles: ſed hoc multos latet. Qui verò ea, quæ dicta ſunt diligentius conſiderat, primum quidem ſciet, quam ob cauſam, & quinam viri omninò ſteriles ſunt: Secūdo loco, poſt hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, quod ſemper generabunt, etiam ſi cum malam habentibus coeant. De habentibus autem malam temperaturam, quòd cum ſolis his, qui contrariam habent coeuntes, gignent. Prius autem dicetur de mulieribus ſterilibus, quarum vterus ſtatim ab initio eſt malè temperatus: exuperante ſcilicet vel vna duarum qualitatum, vel duabus, quemadmodum in Commentariis de Temperaturis determinauimus. Vbi igitur frigiditas immodica exuberat, adeò quòd vterus ſpiſſior efficiatur, anguſta quidem ſunt ſupra modum ora vaſorum, quæ ad ipſum pertingunt, mulieres verò ſteriles, quum ſecundæ non poſsint adnaſci ad ora vaſorum, neque ſi hoc fiat aliquando, poſſit benè nutriri conceptus: vel enim nullo modo fiunt hiſce mulieribus purgationes, vel omninò paucæ, & hæ ipſæ vitioſæ, ſolo tenuiore, atq; aquoſiore ſanguine perlabente. Sed & hæc quoq; ora facilè obſtruuntur, & propter natiuam anguſtiam, & quoniam magna ex parte hæ mulieres humorem aggregāt pituitoſum, ſiquidem & corpus totum vt plurimum eſt vteris ſimile. Contingit & maris ſemen in talibus vteris refrigerari, niſi ſit natura calidiſsimum. De prima itaque frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem, inquiens: Quæcunque frigidos & ſpiſſos vteros habent: Non per Iouem volens ſimul coniungere in ipſis D

A in ipſis cum frigiditate denſitatem, veluti ſi ſiccitatem aut humiditatem addidiſſet. Harum enim neutra ſemper conſequitur frigiditatem, & præterea ipſi, modò vna, modò altera adiungitur. Denſitas verò ex neceſsitate valde frigidos vteros comitatur, ob quã cauſam poſſunt concipere, vt diximus, quare ita ſermonem totum huius aphoriſmi audiemus. Quæcunq; frigidos vteros habent, non concipient, propter ſubſtantiæ ipſorum ſpiſsitudinem: Cur verò ſpiſsitudo aduerſetur cõceptioni, dicere prætermiſit, vt nobis potentibus intelligere. Et quæcunque vteros nimis humidos habent, non concipient: extinguitur enim genitura, quemadmodum in terra paluſtri cerealia ſemina. Et quæcunq; ſiccos ſiue adurentes habent vteros, propter defectum alimenti non concipient. nam in ſiccis vteris tale quid accidit, quale vbi aut arenæ, aut argilloſæ terræ, aut petroſæ mandantur ſemina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale vbi valde calidæ terræ ſemina committuntur, quemadmodũ in æſtibus ſub cane contingit. Sic quidem quatuor qualitatũ Hippocrates meminit, ſingulorum ſeorſum facultatẽ exponens, vt ſi quãdo inuicem miſceantur, manifeſta ſit earum commiſtio. Poſt hæc autem inquit: Quæcũq; verò ex vtriſq; modicè temperatæ ſunt, fœcunditatem habent, ex vtriſq; autem nõ qualitatibus ſcilicet (ſunt enim quatuor) ſed quæ ſunt ſecundum ipſas oppoſitionibus. Vna quidem eſt bona temperatura, miſtis modicè inuicẽ calido ac frigido: altera verò, humido ac ſicco: & fieri poteſt, vt ſit aliquis vterus ſecundum vnam quidem oppoſitionem, bene temperatus: ſecundum alteram, malè. Sed vt e mulier concipiat, poteſt altera efficere temperatura. Mulierem verò eſſe fœcundam ſine ambabus bonis temperaturis eſt im-

B poſsibile.

Hippocrates quidem, ſicuti totum ſermonẽ anteriorem de mulieribus ſcripſit, ſic & nuper dictum de his, quas habent vteri temperaturis, non tamen etiam addidit de viris ſermonem, vel quia promptum nobis ſit ex his, quæ dicta ſunt, eaſdem intẽperaturas ad ſemen transferre, vel quia diſtulit ad ſequentia, ſed poſtea oblitus eſt. Licet nobis ad viros tranſcendentibus dicere, quòd propter temperaturæ frigiditatem non bene ſemẽ concoquitur, atq; ideo ſi mediocris quidem ſit intemperatura, in ipſo indiget vtero calido ſufficiẽter Si verò immodica ſit, eſt omnino ſterile, vel propter humiditatem, rurſus neq; concoquitur, & hoc etiam indiget, ſi modica ſit intemperatura vtero calidiori, ac ſicciori: ſi verò immodica ſterile eſt, eodem modo & propter excedentem calorem ſemen ſit toſto ſimile. Ob ſiccitatem verò vbi primùm excidit, neq; extendi poteſt, quòd maximè ſit neceſſarium, ſi mulier debeat cõcipere. Oſtenſum eſt enim in ſermone de ſemine, quòd niſi per vteri capacitatem parte plurima ſemen extendatur, mulierem non concipere.

Sterilitas aut viri, aut mulieris ratione accidit. A viro eſt, quum ſemen eius vel feruidum, & veluti torrefactum: vel frigidum, tenue, aquoſum, languidum, quale decrepitorum eſt: vel craſsius quàm oportet, emittitur: vel quòd viri ſemiſpadones ſint, penemq; breuiſsimum habeant, vt in vuluæ receſſum ſemen iaculari nequeant Quod etiam interdum nimia obeſitate contingit: obeſi enim tam ventricoſi euadunt, *Hactenus Galenus.* *Fuchſius lib. 3. de med. mor. cap. 63. ex Aetij Tetrab. 4. ſerm. 4. cap. 25.*

C vt ſemen ad profundiores vteri partes iaculari non poſsint. Mulier verò ſua ipſius ratione non concipit, quòd vterum habeat vel calidum & igneũ, vel frigidum & humidum, vel ſquallentem & aridum. Hippocrates: Quæcunq; frig. &c. Cęterùm craſſæ admodũ & obeſæ haud concipiunt Hippocrates: Quæcunq; præter naturam non concipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit, & priuſquam extenuentur, nõ concipiunt Graciles deniq; & macilentæ nõ concipiunt: aut ſi concipiunt, abortiunt, eodem Hippocrate teſte. Quæcunq; præter naturam tenues exiſtentes vtero gerunt, abortiunt ſecundo menſe, priuſquã craſſeſcant. Quædam etiam non concipiunt, eò quòd vterus earum debilis eſt, vel anguſtus, vel breuis, aut quod vaſa eius obſtructa clauſaq; ſint, aut cicatricis ſuperuentu excœcata, aut quòd vteri ceruix in obliquum ducatur, aut quòd os eius vel nimis anguſtum, vel nimis amplum ſit. *5. Aph. 46.* *5. Aph. 44.*

Cauſæ internæ ſterilitatis fiunt, aut teſtium vitio, aut colis, aut alicuius membri organi, vt oris ventriculi, renum, iocinoris, &c. Teſtium vitio fit, quum peculiari eorũ calore ſemen vritur: vel ita in teſtibus concretum eſt, quod ineptum prorſus generationi redditur. Teſtium item abſceſſus, vel ſimile quippiã ſterilitatem gignit: vlcus etiam factum in calculi renum, aut veſicæ extractione: colis item longitudo, aut breuitas, foraminis obliquitas, penis mollities, conuulſiòue aut vlcus, &c. Venarum poſt aures inciſio. Ætas etiam ſterilitatis eſt cauſa: nam (autore Ariſtotele lib. 4. de Partibus animal.) viri poſt 70 annos nullum genitale ſemen generationi aptum emittunt. Mulieres poſt 50 annũ ſteriles omninò ſunt, quan-

D quam & viris & mulieribus (vt vidimus) aliquando contrarium accidat. Hermaphroditæ non vtero gerentes efficiuntur.

Cauſæ externæ viris mulieribusq; cõmunes ſunt, aer plus quàm par ſit aut calidus, aut frigidus, exercitiũ, quies, ſomnus, vigilia, animi accidentia, mœror, gaudium, coitus ſuperfluus, inanitio, repletio, aquę frigidæ potus non conſuetus, frigidorum aut calidorum vſus nimius, ebrietas. Quædam peculiari temperatura ſterilitatem faciunt, aut geſtata, aut ore ſumpta: verbi cauſa, caphura, ſquama ferri, vermes noctu lucentes. Teſtium item illinitiones ex validè refrigerantibus, vti hyoſcyamo, opio, &c. Alicuius etiã anus, aut præſtigiatricis ſorte. Amore coniugum vehementiſsimo ſæpenumero impeditur conceptio.

Nota.

Signa quibus diuerſitas cauſarum diſcernitur hęc ſunt: Calidius ſiquidem temperamentum viri facilè deprehenditur ex pilorũ copia, potiſsimùm verò nigrorum in partibus genitalibus, & omnibus quæ circumſtant, ſuprà quidem vſq; ad media femora. Petulca etiam eſt hæc temperatura, & ad libidinẽ prona: ſtatim verò ſatiatur. Vteri caliditas ex reliqui corporis caliditate cognoſcitur, quodq; pauca mẽſtrua, & cum dolore deferuntur, vt genitalia interdum mulieris exulcerentur, ſed & quæ educuntur, nigriora ſunt. Hanc etiam temperaturã inſignis ſalacitas, & totius corporis ſiccitas ſequitur. Tactu calor deprehenditur, & in ſeminis emiſsione, calidũ ſentit mulier. Teſtium temperatura calida coitum ſummè deſiderat, coire incipit ab adoleſcentia, vel ſaltem Venere ſtimulatur. *Fuchſius.* *Fuchſius ex Aegineta lib. 3. cap. 74.*

Frigidius temperamentum monſtrant partes compoſitæ teſtibus glabræ. Neq; etiam hoc tempera- A
mento præditi ad libidinem proni ſunt. Viri frigiditatem arguunt ſemen genitale frigidum ſentiunt, tardeq; exit pauca cum voluptate, nulla coitus appetentia, in mulierum cœtu rubore ſuffunditur, arteriæ motus tardus, lotium colore remiſſum, coles vix tumet, aut erigitur.

Aegineta. Frigidiores igitur vteros propriè arguit menſium retentio, victus ratio gelidioris potentiæ, & craſsi ſucci: quoniam ſtuporem inducit cùm circa ſumen, ſeu pectinem, tum lumbos, tum etiam crura. At quædam ſunt ad ſummum perfrigeratæ, neq; in Venerem admodum procliues feruntur, nec appetunt.

Fuchſius. Humiditatis vero vitio fœcunditatem fruſtrari indicat, ſi in coitu humore admodum perfundantur, & ſi ijs fuerint tenuia copioſaq; menſtrua, pili molles, Venus ſopita, quæ ſi conceperint, in incremento fœtus aborſum patiuntur.

Arabes. Siccitas vteri contrarijs planè deprehenditur notis: paucus etenim menſium fluxus, os ſiccum, labra ſciſſa, coitum appetunt vti ſicca terra rorem, facilè iraſcitur, corpore tenuis eſt, in actu venereo fere nihil ſeminis emittit.

Fœminis ſatisfacere non poſſunt viri, qui natura timidi actus exercent muliebres, voceq; feminas referunt, pudenda pilis nudata ſunt, barba exiles paucißimosq; alit pilos, huiuſmodi quum gelidam teſtium habeant temperaturam, nunquam generationi inſeruiunt. Is etiam ſterilis cenſendus eſt, qui cum pluribus mulieribus aut puellis coit, nullus tamẽ ex eius concubitu ortus eſt fœtus. Mulier item ſterilis B
dicenda eſt, cuius craſſa vox eſt pilisq; multi & duri rigidiq; pubem obſepiunt, myſtacẽ mentumq; barba circundat: quæ etiam plurimorum virorum amplexus experta eſt, nec vtero geſsit.

Locellorum vitio ſobole priuatur, ſi callus, aut carnis excreſcentia, aut tuberculum, aut acrochordon, aut pinguitudo nimia, aut reſolutio, aut conuulſio, aut vlcus, aut aliquid id genus vtero inſideat.

Quibus os vteri hiat, aut clauditur plus quàm par ſit, aut meatus ſeminarij in obliquũ tendunt (nam talia viſu tactùue deprehendes) ſteriles, aut difficulter gignentes efficiuntur. Suppreſsione menſiũ, ſi id
Gal. com aph. 62. ſect. 5. mali acciderit, mulieris querimoniam noſces. Si ſortilegio contigerit, aliqui cacodæmonum famulis has
remittunt, vel quod ſanctius iſtiusq; eſt, Chriſtũ inuoca, ac precare nodum hunc vt ſoluat. Plato inquit
Pronubabarum officium. hoc eſſe maximum opus obſtetricum, ſcire coniũgere inuicem corpora apta ad conceptionem, & ſimul poſſe diſcernere, qui viri ſint infœcundi, & quæ mulieres ſteriles immodicæ, nam intemperaturę horum ſunt cauſæ. Modicæ verò ſi ſunt, & contrarijs coniunguntur, tunc concipient mulieres: ſi verò ſimilibus, non concipient. Neq; enim fieri poteſt, vt frigidum ſemẽ in vtero frigidiore ſit fertile, neq; ſiccum in ſicciore, & aliorum vtrunq; eodem modo: ſed indiget ſemen quidem frigidius vtero tanto calidiore, quãto ipſum deficit ab optima temperatura, & humidius ſicciore, & in alijs eodem modo. Cognitio autẽ om-
5. Aph. 59. Ariſtot. lib. 2. de gener. anim. cap. 5. in ſ. edit. Le. nium immodicarum vteri intemperaturarum eſt, quam paulò antea dixit Hippocrates in ſuffitu, qui per aromata fit: frigiditas enim ſpiſsitudinis ratione non permittit vſq; ad os & nares ferri aromatum exha- C
lationem: eodem modo & ſiccitas. Humiditas vero, ſicuti ab ipſo dicta eſt, extinguit geniturã, ſic & aromatum qualitatem: reliqua eſt vehemens caliditas, ſiquidem ea ratione quod vincit aromatum facultatem, alterat atq; corrumpit, ac propterea non permittit ipſa ſeruantia ſui naturã ſynceram circa os & nares referri. De hiſce autem naturis ex ſuffitu aromatum ſufficiens cognitio pręſtabitur. Si verò nõ poteſt hæc ſufficienter haberi, ex alijs indicijs nobis erit talis natura inueſtiganda, hoc ipſum cognoſcentibus, quòd rara admodũ eſt huiuſcemodi temperatura in mulieribus. Siquidem fœmina eſt mare fridior, vnde ob hoc ea quam facit Hippocrates ex aromatũ ſuffitu dignotio in ſterilibus mulieribus vtiliſsima ęſt, vel quia omnis immodica intemperatura iſti ſubijcitur, vel quia rariſsimè vna ipſam ſubterfugit in mulieribus illis, quæ tenues apparent, & nigræ & hircæ, ita quod ex his ſignis percipitur earum immodica intemperatura ſine ſuffitu aromatum.

Prædictiones.

Neq; craſsi pinguesq; progignendis pueris ſatis ſunt idonei, tũ quòd inepti ſunt pudendis, tum quòd eiuſmodi pauculum genitalis ſeminis emittunt. Neq; ſanè admodum macilenti ſupraq; modum exte-
5. Aph. 46. nuati, procreandis liberis prouinciæ ſufficiunt. Quæcunq; pręter naturam craſſæ non concipiunt vtero, his omentum os vteri comprimit, & prius quàm extenuentur, non concipiunt.

5. Aph. 59. Si mulier non concipit, ſcire autem velis, an conceptura ſit, pannis circumtectam deſubter ſuffias, & ſi D
Gal. in Commentarijs. odor videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito quòd ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt. Verbum, ſuffias, materiam indicat quæ naturã habet, vt ſuffiri poſsit, thus videlicet & myrrham, & quæcunq; alia talia, quæ
5. Aph. 62. calidam habent temperaturam, & ſunt ſatis odorata. Quæcunq; frigidos & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt: & quæcunq; præhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; ſiccos & magis adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunq; verò ex vtriſq; mediocrem habent temperaturam, hæ fœcundæ ſunt.

5. Aph. 63. Similiter autẽ & in maribus: Aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extrà fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os, vel propter ſpiſsitudinem humor nõ exit foras, vel propter frigiditatem non concaleſcit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatẽ hoc idem accidit. Galenus in Commentario
Hipp. lib. de Genit. §. 3. damnat hunc Aphoriſmũ, aſſeritq; non eſſe Hippocratis. Quibus ſecundum aures ſecantur venæ, coeũt
Ariſt. 3. lib. & 7. de Part. animal. & 7. de Gener. animal. Et Auic. 21. tertij. quidem, ac emittũt: ſed paulum quid, & minimè fœcundum. Semen generationi aptum ſit album, ſplendidum, globoſum, florum ſambuci modo odorum, quod in aquam iniectum, fundum petat.

Coti flocco in peſſum excipe melle friamentũ ariſtolochię, & ad cubile immitte in locellis, ſi oris ſputum dulceſcat, fœcũda iudicatur, aliàs ſterilis eſt. Mulieris lotio aſpergatur malua viridis, aut lactuca: pari modo fiat ex viri lotio, & cuius malua arida fuerit, hunc vel hanc ſterilem dicito. *Vel*, Vterq; habeat vas furfure plenum, in quo nouem diebus ipſum furfur utriuſq; lotio diluatur, & in cuius vaſe vermes affue-
Auicenna. rint ſimiliter putato. Similiter fit ex fabis aut hordeo. Mulier quæ vtero gerens ſæpè ſit, minùs ægrotat

quàm

A quàm ſterilis,corpus tamen valentius habet ſterilis vtero gerente,nec ita citò ſenio conficitur,quanquã innumeris obnoxia vtplurimum ſit morbis.

Si à menſium fluore madeant locelli,ſemen iniectum tanquam per lubricum iter à locellis labitur.

Victus.

Sine itaq; diſcrimine vtriq; ſexui tam mari,quàm fœminæ congruit,corpus vniuerſum in media & inculpata temperie conſeruare,& ſine omni exceſſu in ſymmetria laborum,ciborum,lauacrorum, atq; reliquorum omnium Hoc quippe maximum neutiquam deſpicere,vt præpinguem ſibi comparet habitudinem. Conferũt opis plurimùm ita affectis cũcta quæ calefaciendi paululumq; inflandi vim obtinent. *Aegineta.*

Vinum itaq; calidæ naturæ cum modo, & ne quid nimis accipito. Et ex oleribus erucam & naſturtiũ ſyluestre,quod eryſimon Græcè nominant, & herbam geminalem, & id genus alia. Ruta verò & nepita manibus pedibusq; (quouis alio) ſunt fugienda. Quum autem propter malos humores & cacochymiã quandam impeditur conceptio,eoſdem expurgare,aut vtili victus ratione temperare expedit: priuatim vero mulieribus competit,vuluam magna induſtria conſultoq; aggredi,& abſq; vllo impedimento moliri euacuationem. Pro foribus igitur iam exiſtente purgatione, eſculentorum, quantacunq; fieri poteſt mediocritate curato: & quippiam eorum,quæ ad purgationem ſtimulant,ac prouocant,ſteriles ſumere nequaquam detrectent: cuius farinæ ſunt cùm olera odorata,tum quæ acrimoniam præferunt,puta,ſcan-

B dix,betis,fœniculum,apium,ſmyrnium. Cæteram prauam vuluæ temperaturam emendato, & in viam, vt ita dicam,reducito.

Calidioribus mulierum locellis ſuccurrito,rebus mediocriter humectãtibus & perfrigerantibus: cuius generis ſunt olera,lactucæ,maluæ,blitũ,cucurbita ſatiua,cucumis & pepon, atriplex, portulaca,atq; id genus eſculenta. Si propter humiditatem muliebriũ locellorum infœcundæ partum nõ concipiant, victus ratio accommodata eſt aridior,pariter & labores frictionesq; infernarum partium,ſimul & vomitiones,ariditasq; & frugalitas cibi.

Hyſteram aridiorem curato hordeaceo nutricatu,vino præterea mediocri, neq; admodum peruerteri. Si quis cum craſsioribus humoribus mordax humor infeſter,amicum præſidium eſt,victus rationem exquiſitiorem & commodiorem diſpicere. Pituitoſos humores laboribus euacuare expedit. Quando autem emendatio,menſibus commodè & ſuauiter progredientibus,perſpicua conſpicitur,tum ceſſante purgatione in Venerem congredi expedit. Medendum flatui ac peditui vteri, primùm quidem prætenuem, neceſsitatiq; vix ſufficientem præſcribendo diætam. Coitus poſtremò qui fit à tergo, plurimum vtilitatis ad partus conceptionem conferre videtur.

Sterilitatem mulierum aiunt emendari hyenæ oculo cum glycyrrhiza & anetho ſumpto in cibo, pro- *Plin. lib.28.*

C miſſo in triduum conceptu. Conceptus adiuuari vaccini lactis potu aiunt: Sterilitatem ob partus vexa- *cap.8.*

tionem fieri,certum eſt: Hanc emendari Olympias Thebana affirmat felle Taurino,& adipe ſerpentum, *Idē lib.28. cap. 19.*

& erugine,addito melle medicatis locis ante coitum.

Thelygoni potu fœminã concipi narrant: Arſenogonon ab ea ſemine oleæ,nec alio,diſtat: huius potu *Idē lib.28.cap.*

mares generari perhibentur, ſi credimus. Sunt qui florem cratæogoni bibentes mulieres intra quadra- *15.*

geſimum diem concipere tradant. Tradunt facilius concipere eas,quæ odorentur ammi, quod & cumi- *Idē lib.27.cap. 8.*

num Æthiopicum & regium dicitur,per coitum. *Idem lib.20.cap.*

Si vterus frigidior,huius rei gratia potare expedit caſtoriũ, & fragrantia ſemina, & cyminum, & ani- *15.*

ſum,& pulegij comam,& iuniperorum baccas,ſeu fructum,vnicuiq; interim pipere commiſto. Oportet *Aegineta.*

præterea in pharmaco,ſi humor mordax cum pituita infeſtet, epithymum, euphorbium,piperis ſemen, dauci ſemen & petroſelini, omnia inquam contrita & macerata pond.ij. ʒ. potui dare. Hoc per ventrem etiam pulcherrimè deducit, vuluamq; calefacit, quemadmodum ſæpe iam numero menſes diſſoluit & rupit his,quæ non erant purgatæ.

Vbi flatus ac peditus in vtero mulieris contenta, conceptioni obſtaculo ſunt, conducunt cyminum, anethum,& apij ſemen,rutæq; & aniſi,& eſculenta multa potui exhibita.

Si pituita ſterilitatis parens eſt.

D ℞. Rubiæ paſsiuæ ℥.ij rad ruſci, aſparagi, graminis, cyperi ana ℥.j. artemiſiæ, ſabinæ, apiaſtri,mentæ, callitrichi,adianti,ſcolopendrij,ſampſuchi,origani,calamẽti,rad.phu ana M.s. ſeminis ſeſeleos ʒ.vj. aniſi,carei,fœniculi,ammeos, ſpicæ nardi ana ʒ ij xylobalſami, carpobalſami ana ʒ.j glycyrrhizæ, vuarum paſſarũ ana ℥.j.florũ roſmarini & ſtichadis Arabici ana ℥.s.ramenti eboris,calami odorati,ſantal.rub.ana ʒ.s.terantur parum,& coquantur,ex decocto confice ſerapium cum ſacchari candidi ℔.iij. & aceti ℥.iij. quod odorum reddatur cinnamomo probo, & caſia,moſchiq; granis iiij. Sume dicti ſerapij ſeſquiunciã, decocti cicerum arietinorum, aut liquoris ſtillatitij artemiſiæ,bipinnellæ,& florum ſambuci ana ℥.j. miſceto, exhibeto quotidie à cubili ieiunæ quoad pituita attenuata ſit. Serapia officinis communia ſunt, hyemis præſertim tempore,oxymeli ſcilliticum & diureticum, ſerapia ex abſynthio, ſerapium ex radicibus acetoſum,ſerapium ex artemiſia.

℞. Oxymelitis ſcillitici ſerapij ex radicibus acetoſi,ſerapij ex artemiſia ana ℥.j.s.decocti,* bipinnellæ, ** Pimpin*

radicis fœniculi & artemiſiæ ℥.iij. immiſce. Sunto tres portiones à cubili potui dandæ, quælibet portio eſto ℥.iiij.s.

Si bilis flauà.

℞. Serapij acetoſi ſimplicis, aut oxyſacchari ſimplicis ℥.ij.ſerapij ex lactuca ſyluestri (quam endiuiam vocant) ℥.j.decocti vtriuſq; cichorij,lupi ſalictarij,& bugloſsi ſatiui ana ℥ ij.miſce.bina * eſto portio. ** Doſis pro duabus vicibus.*

Serapia quibus profligatur bilis potui dato: verbi cauſa,zulapium roſaceum, violaceũmue, ſerapium acetoſum ſimplex, oxyſaccharũ ſimplex, ſerapium ex lactuca ſyluestri. ℞. Florum vtriuſq; bugloſsi,ro-

ſarum rub.ana M.s.violarum,lactucarum,foliorum papaueris candidi, vtriuſq; intybi ana M j. ſeminum A
lactucæ ſatiuę & ſylueſtris ana ℥.s.quatuor ſeminum communium refrigerantium maiorum ana ʒ.s fiat decoctio,quæ colo traiecta,vt palato arrideat, dulcis efficiatur ſacchari ℔ ij.aceti albi ℥.iiij vini granati ℔.j s.cum citrinis ſantalis aromatizando:ſicq; confice ſerapiū,quo vtere cū decocto bilem proſligante.

Si atra bilis conceptionem impediat.

℞ Serapij ex radicibus acetoſi ℥.ij.ſerapij ex fumaria ℥.j decocti buglosſi vtriuſq;, aſplenij & artemiſiæ ana ℥.ij.bina eſto portio,quibus addere poteris nōnihil cinnamomi. *Vel*,vt volunt Arabes,℞ Liquoris ſtillatitij buglosſi vtriuſq;,pimpinellæ,fumarię,ſcolopendrij & artemiſiæ ana ℥.iij. ſacchari albi ℥.iiij aceti ℥ j.addito cinnamomo confice zulapium pro bina portione. *Vel* ℞.Calamenti,origani,ſtœchadis, eupatorij, florum vtriuſq; buglosſi, querculæ,artemiſiæ ana M.s. ſcolopendrij M.j. corticum geneſtæ & fraxini mediani ana M.s.vuarū paſſarum ℥.j. fiat decoctio, in fine decoctionis adde epithymi ℥.j & cum ſacchari ℔.j.& mellis ℔.s.& aceti paſſulati ℥.ij.cōfice ſerapium cinnamomo conditum, cuius quælibet portio eſto ſeſquiuncia cum decocto eorum,quæ bilem arcent atram.

Potiones purgantes.

Si pituita,℞ Medullæ caſiæ ſiſtularis ℥.j. quæ ſecerniculo traiecta ſit decocto chamædryos,caſſuthæ, hyſſopi,ſtichadis,artemiſię,aniſi,glycyrrhizę,& vuarum paſſarum,cui addantur diaphœnicon ʒ iij ſerapij ex radicibus ſine aceto ℥ j.fiat potio Addere prędictis potes eclegmatis Ind ʒ.j.agarici electi ʒ.j zin- B
giberis ℈ j.ſalis geminæ gr.vj.Macera agaricum,zingiber & ſalem in ſero caprillo,addita ℥ j mellis roſacei horis duodecim:deinde fortis fiat expreſsio,cui adde caſiam fiſtularem,& eclegma.*

* videtur aliquid deſiderari.

Si bilis flaua.

℞.Medullæ caſsiæ fiſtularis, ſeu mannæ ℥.j excipiatur decocto adianti,florum buglosſi, violarū,prunorum & tamarindorū, adde eclegmatis ex roſarum ſucco, vel confectionis ex rore ſyriaco ℥ ij s ſyrupi viol.℥.s . confice potionem. Loco eclegmatis roſarum potes addere rhabarbari immerſi in ſero caprillo cum vini albi momento ʒ ij ſpicæ nardi grana ſex,immerſio eſto ſex horarum.

Ab atra bile.

℞.Adianti, florum vtriuſq; buglosſi & viol.chamedryos, ſcolopendrij ana M.s. vuarum paſſarum ℥ s. coquantur in fine decoctionis,adde epithymi ℥.s.colamento ſolue medullæ caſsiæ fiſtularis aut mannæ ℥.s.confectionis hamech ʒ.ij.ſerapij violacei ℥.j.

Catapotia. Si pituita.

Aegineta. Si craſſus humor mordaxq; ſobolem arceat, familiare atq; amicum præſidium eſt, maximè ex aloe contexta picra.

Si viribus valeat mulier. ℞.globulorum fœtidorū ʒ j.ſcammonij grana ij.excipe in globulos, qui erui C
magnitudinem æquant ſerapijs pituitam deſtruentibus. *Vel*

℞.hieræ picræ Gal.ʒ.j s. benedictæ ʒ.ij. ſcammonij , interioris farcti colocynthidis ana ℈.s. digere in globulos excipiendo ſerapijs pituitam attenuantibus,detur incœnatæ ad cubile.

Si bilis flaua.

Catapotia aggregatiua,globuli ex rhabarbaro.

Si bilis atra.

Pilulæ ex lapide cyaneo,quem lazulum vocant.

Catharcticus bolus buccellatus,& eclegmata aluum ſubducentia.

Si pituita,diaphœnicō,eclegma indicū,eclegma diacnici,hoc eſt,cartami,hieralogodion,hiera ruſini.

℞.diaphœnicon, vel eclegmatis indici ℥.s. ſacchari electi quantū ſit ſatis, cōfice buccellatū quod auri bracteis tegatur. ℞.Roſarū,cinnamomi,zingiberis ana ʒ.j ſantalorū alborū & rub.ana ʒ.s. hermodactylorū ʒ.j.s.ſcammonij,rad.tripolij elect.ana ʒ.ij maſtiches ℈ j.ſacchari candidi ℔.s.liquetur ſaccharū artemiſiæ limpidiore ſucco,& buccellatos purgantes ℥.s.ponderantes confice,exhibeto aliquando vnum à cubili . Ex dictis pharmacis friatis nonnihil cum cicerū arietinorū decocto, aut vino calido potui dare potes.Delphini friati,quod puluerem ſenæ vocant ʒ.ij s,cum vino,aut cicerum decocto dato. D

Si bilis flaua.

℞.eclegmatis ex roſ.ſucco , aut confectionis de manna ʒ.iij.s. ſacchari quantum ſit ſatis, buccellatum confice catharticum auro bracteato velatum.

Si vitellina bilis,confectio ex palmulis,quam διαφοινικὸν vocant,eclegma indicum.

Si atra bilis.℞.confectionis hamech ʒ.s.ſacch.q.ſ confice buccellam purgantem.

Venæ ſectio.

Si ſanguis redundans ſterilitatē inducat,ex duabus ſaphenis ad pedis malleolos multus detrahendus eſt ſanguis,at ſi bilis flaua paucus.nam bilis flauæ frenum ſanguis eſt.

Balnea,inſeſſus & fotus.

Aegineta. Expedit perfrigeratis cùm alia quædam faciendo,tum pyrijs omnibus,tum ijs quæ è vaporibus fiunt calefactionibus reuocare calorem.Ipſarum verò uuluarum fotus,partim quidem vapores ſedentibus in ſede conſtituūt,partim verò calida aqua alluendo fiunt,in qua elixa ſunt ſaluia, artemiſia, ruta cyperum, pulegium,acorum,& quæ bonum emittunt odoris fluxum ſemina.

Aegineta. Si propter humiditatē muliebrium locellorum,ex re vſuq; haud mediocriter ſanè fuerit,ipſam quoq; vuluam medicaminibus acerbis tueri, è quorum numero habetur lentiſci elixatio, & myrtorum & roſarum,& rhu,præterea mali punici floris,& rubi ſurculorum tenellorum atq; gallæ. Hyſteram contrà aridiorem,lauacris curato.Si ex craſsiori humore mordaciq; poſt purgationem ex picra,ſero lactis vuluam eluere amicum præſidium eſt.

A *Si pituita.*

Purgata pituita,ſi præſtet vi[illegible] mulier,lauacris naturalibus lauetur,à cuius egreſſu Mithridatis cõfectionis ℥.j.potui detur, talibus balneis lauetur diebus decem aut quindecim. Balneorum naturalium loco,tale lauacrum confice,quod: ℞.artemiſiæ,betonicæ, chamædryos,chamæpityos,chelidonij,callitrichi,foliorum lauri, maluæ,maioranæ, apiaſtri,origani,ocymi,pulegij, roriſmarini,zingiberis, ſabinæ, vtriuſq; ſtœchadis,vitis albæ,hyperici,hyſſopi,chamæmeli, ſertulæ campanæ ana M.ij. carei, cymini, ſileris montani,aniſi,ſeminis anethi ana ℥.iij.ſeminis lini,fœnigræci ana ℥.ij.rad.ſymphyti,rad valerianę, rad.petroſelini ana ℔.j. ex his confractis fiat decoctio, & ex pharmacis decoctis ſacculus impleatur,cui in balneo mulier inſideat,lauetur mulier bis in die,à cubili ſcilicet & ad cubile,diebus decem ſaltem,renouando pharmaca & decoctionem.

Si bilis flaua.

℞.Maluæ vtriuſq; cum radicibus ana. M.iij. foliorum violarum, ſalicis, vitis vuas albas ferentis, roſarum, nympheæ ana M.ij . foliorum malorum cotoneorum M.iij . foliorum vlmi M.j . fœnigræci ℔.j . coquenda curato:decocto tepido inſideat mulier ieiuna,& ad cubile,diſcooperto ſolio cauendo ſudorem. Ex decocti herbis ſacculus repleatur,cui inſideat mulier.Ex dictis herbis euaporatoriũ conſtitui poteſt.

Si atra bilis.

B Chamæmeli,ſertulæ campanę,chamædryos,chamæpityos,hyſſopi,foliorum lauri,lauendulæ ana M. ij.artemiſiæ M.iiij.altheæ cum rad. M.s.ſeminis lini,fœnigræci ana ℔ j rad.valerianæ ℔.j.s.conterantur, & in ſacculum indantur,coquantur,decocto lauetur,& ſacculo inſideat mulier.

Si ex ſola ſiccitate.

Arietum plura capita in vaſe æneo, quoaduſq; caro ab oſsibus ſponte ſeparetur, decoquenda curato, quibus decoctis adde, vt coquantur, foliorum vitis, ſalicis, violarum, chamæmeli, meliloti ana M.ij.altheæ cum rad.M.s. fœnigræci, ſeminis lini ana ℔.ij. rad. valerianæ ℔.j.s. In tali decocto ſæpiſsimè mulier balneetur.

Eclegmata.Si pituitâ.

A balneo Mithridatij ʒ.j ex vino detur. ℞.Trypheræ magnæ ſine opio, pliris cũm moſcho, diambaris, diaſatyrij ana ʒ.s. ramenti eboris, ſeminis mercurialis ana ℈.ij. coaguli leporini & matricis eiuſdem ana ʒ.s.ſeſeleos ℈.s.ſacchari albi ℔.s.ſaccharum ſolue liquore ſtillatitio apiaſtri,quumq; ſaccharũ probè coctum fuerit, adde conſeruæ corticum mali citrij ℥.j. conſeruæ florum roriſmarini ℥ s. & id in quadras digere pond.℥ ij.s.dato à balneo vnam.

Si bilis flaua.

Purgato humore noxio hora ante cibi ſumptionem exhibeatur mulieri quadrarum ſequentium vna.

C ℞.Friamenti trium ſantalorum ʒ.ij. ramenti eboris, viſci querni,friamenti pudendi tauri, vuluæ leporis ana ʒ.ij.ſacchari candidiſsimi ℔.s.ſaccharũ roſaceâ liquetur,& inde quadrę conficiantur pond.ʒ.iij. *Vel,*

℞.Conſeruæ roſarum ℥.j conſeruæ florum nympheæ,& florum vtriuſq; bugloſsi ana ʒ.iij.diarhodon ex abbate,conf.trium ſantalorum,confectionis manus Chriſti cum perlis ana ʒ j.s fragmentorum lapillorum communium, qui in precio ab officinis habentur, ℈.ij ſeminis mercurialis ʒ j.s. ramenti eboris, viſci querni,friamenti pudendorum tauri,matricis leporis ana ℈.ij.confice confectionem,quam ſerapio adianti exceptam auro tege,dato cochlear ante prandium & tantundem ante cœnam,& etiam à balneó.

Si ex ſanguine.

Poſtquam lota fuerit mulier in aqua, in qua coriarij coria parant, quæ huic negotio accommodatiſsima eſt,ſumat quadram aut orbiculum eclegmatis,quod:

℞.Cinnamomi , ſeminis mercurialis, roſarum rub.ramenti eboris, margaritarum ana ʒ j. corallij rub. fragmentorum lapillorum precioſorum communium ana ℈.ij. omnium ſantalorum ʒ.s.ſacchari ℔.s. liquetur ſaccharum aqua, in qua extinctum ſit aurum aut chalybs cum ℥ j. conſeruæ roſ. confice quadras aut orbiculos pond.ʒ.iij. Vel ante cibum quemlibet ſumat eclegmatis ſequentis cochlear:

℞ conſeruæ roſ antiquæ ℥.j.conſeruæ florum vtriuſq; bugloſsi ana ʒ.ij,trium ſantalorum, diarhodon

D abbatis ana ℥.ij.prædictorum puluerum ʒ.iij.pannos auri xij.miſceantur cum ſerapio viol.

Si atra bilis.

A balneo exhibeto mulieri melancholicæ orbiculum aut quadram vnam eclegmatis ſequentis:

℞ eclegmatis ex gemmis ʒ.ij.ſeminis mercurialis,ramenti eboris ana ʒ.j.pudendi tauri,coaguli leporini & eiuſdem matricis ana ℈.ij. ſachari ℔.s. ſaccharum liquore ſtillatitio liquetur, adde conſeruæ bugloſsi ℥ j.miſce,adde etiam cinnamomi friati ʒ.j.digere in quadras aut orbiculos.

Si ex ſola ſiccitate.

A balneo quadram eclegmatis ſequentis dato:

℞.ſpecierum diarhod.abbatis ʒ.ij.ſeminis mercurialis, raſuræ eboris ana ℈ ij. matricis leporis ʒ.ij ſeminis coti,tragacanthes,gummi an.ʒ.s.ſacchari in liquore ſtillatitio,bugloſsi ſoluti ℔.s. conſeruæ florũ vtriuſq; bugloſsi ana ʒ.ij.digere arte & igne in quadras pond.ʒ.iij.

Peſſi. Si pituita.

℞.Artemiſiæ,ſabinæ,maioranæ,dictamni,abſynthij ana ʒ.s.aniſi,ammeos, rutæ,corticis thuris ana ℈. j.interioris farcti colocynthidis ℈.ij.in tenuiſsimũ pollinem redacta ſucco mercurialis aut chamædryos excipe & in raro panno indatur: noctuq; in locellos immitte : quotidie recentem peſſum indere potes, quoad redundantes ſucci exhauſti fuerint,quibus ſiccatis talem intromitte peſſum,ne rurſus ad vterum defluat pituita.

℞.Acaciæ,balauſtiorum,calycũ glandium,ſcoriæ ferri,lycij.mentæ,corticis arboris ex qua deſumitur A maſtiches, corticis libani, ſeminis roſ. rhus coriarij,fructus ſpicę ana ʒ.j. friato,& labri Veneris aut oxalidis,aut millefolij ſucco excipe,& in peſſos redige,qui cõtinuè aliquot diebus ſunt deferendi: prædictis tartari friamentum addere potes,cui vis mira doctorum teſtimonio ineſt,etiam ſi ore ſumatur.

Si ex bile flaua.

℞.Medullæ cruris vituli,cerebri cerui,butyri vaccini,adipis caprarũ, ſeminis mercurialis ana ℥.s.acaciç,hypociſthidis,ſaltal,rub.ſtactes,cornu cerui vſti ana ʒ.ij.oleo roſaceo & lanę floccis in peſſos excipe.

Si ex ſanguine.

℞.moſchi grana ſex, ſantal.moſchell. roſarum rub.ana ʒ.s. olei: roſarum ℥.j.s. diù in mortario piſtillo ducantur,& cotum teretis modo formatum his illinatur & indatur.

Si ex atra bile.

Peſsi fiant ex coſto friato,oleo roſaceo, fœnigræco, anatis adipe, ſemine aſparagi, anſeris adipe, oleo violaceo,moſcho,&c.

Si ex ariditate ſola.

℞.Medullæ cruris vaccini,adipis gallinæ ana ℥.s.ſtactes ʒ.ij. cum lana cõfice peſſos,quibus potes addere olei amygdal.dulcium ℥.iiij.& immittere aut inijcere.

Inijcienda per metrenchyten.Si ex bili flaua. B

℞.rerum in peſſo pro cholericis deſcriptarum ℥.j. aquæ roſarum, & olei roſacci ℥.iij. miſceantur & inijciantur.

Suffitus.Si ex pituita.

℞.pilularum cypreſsi,maſtiches,thuris,ladani,myrrhæ,chalbanes, baccarũ lauri, bdellij, ſtyracis,ſtactes ana ℈.ij.ambaris ʒ.s.frangantur,& his miſtis ad cubile per infundibulum mulier ſuffiatur. *Vel*

℞ ladani puri ℥.j.ſtyracis ℥.s.caryophyllorũ agallochi,ſabinæ ſiccæ ana ʒ.j s. ambaris ʒ.s.moſchi grana iiij. cum piſtillo calido fiant paſtilli, ex quibus vnus in prunas ardentes iniectus, per infundibulum ſuffiatur mulier.

Si diues ſit.

℞.ſtyracis gabalitæ ℥ s.agallochi,ambaris ana ʒ.ij balſami ʒ j.moſchi ℈.j. digere in paſtillos, & ſuffiatur mulier,orbiculo vno in carbones candentes iniecto. *Vel*

R.roſarum rub.thuris,maſtiches, myrrhæ,ſanguinis draconis,glebæ armeniacæ, fructuum myrti ana ʒ.ij.ſtyracis ℥.j.ladani ℥.s.ambaris,moſchi, agallochi,caryophyllorũ,balſami, ſpicæ nardi ana ʒ.s.terantur in pollinem tenuiſsimum terenda, & cum piſtillo calido digere in paſtillos, quorũ vno in carbones iniecto ſuffiatur ſterilis,poſt ſuffitũ roſacea,in qua maceratũ ſit moſchum, os vteri illine,ſubinde coeat.

Vel

℞.agallochi,cinnamomi ana ʒ.j.s caryophyllorum,cyperi,zingiberis,nucis moſchatæ ana ʒ.j.rad.biſtortæ,gallarum , aluminis rochæ ana ℥.ij. moſchi ℈.s. confringantur, & inde fiat ſuffitus. Sagzenea ſine opio Auicennæ,aut Serapionis accõmodatur,ſi ex ea fiat ſuffitus. Alipta itẽ moſchata. Gallia moſchata. C

Si ex bile.

℞.omnium ſantalorum ana j.roſarum rub. florum nympheæ & violarum ana ℥.j ſtyracis ℈.ij.ambaris ℈.j terantur,& roſacea excepta in paſtillos,digerantur pro ſuffitu.

Emplaſtra & cataplaſmata.

Extra balneum aſsiduè deferat hoc emplaſtrum pubi admotũ, quod recipit emplaſtri ceronei ℥.ij. ladani puri ℥.j s.galliæ moſchatæ,aliptæ moſchatæ ana ℥.s. excipiantur omnia oleo nardino, & inde concinnetur emplaſtrum rotundum. *Vel*

℞.ladani puri ℥ j.thuris,maſtiches ana ʒ.ij.ſpicæ nardi,caryophyllorũ, ambaris ana grana xv. cera excipiantur ſufficienti & oleo nardino in emplaſtrum, quod extenſum in panno ſerico rub. epigaſtrio imponatur: locellos enim confortat,& eos conceptui parat.

Cataplaſmate mederi expedit harum rerum quæ bonum emittunt odoris fluxum * vnicuiq; pectinẽ. Conducit non minus polyarchion epythema.

** forte, impoſito ſupra pectinẽ.*

Frictio porrò pectinis atq; coxendicum,nulli alij medicamento bonitatis honore & vtilitate cedit. D

CONCEPTIO, FOETVS GENERATIO, imprægnatio.

CAPVT XXI.

Conceptio eſt attracti à locellis ſeminis commiſtio,in ſanguinis menſtrui puriori parte,in quam locellorum calor natiuus ita agit, quòd viuificato ſeminis genitalis calore, demum fœtus generatio ſequitur.

Fœtus generatio, eſt virilis ſeminis cum mẽſtruo ſanguine tam diuturna actio, quoad materia illa formam recipiat humanam.

Ita auidè iniectum ſemen vterus retinet,vt os ipſius internũ ita aſtringatur, quòd nec minimum quidem ſeminis aut ſanguinis menſtrui exire poteſt.

Sex primis diebus lactis ſimilitudinem ſemen vtero detentum refert, nouem diebus ſequentibus in ſanguinem vertitur.

Duodecim alijs diebus caro efficitur. Decem tandem & octo diebus reliquis, membra omnia formantur.

Aegidij verſus.

Sex in lacte dies,tres ſunt in ſanguine terni.

Bis ſeni

A *Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant.* Vel,
Iniectum ſemen ſex primis certè diebus
Eſt quaſi lac, reliquiſq́; nouem fit ſanguis, & inde
Solidat duodena dies bis nouenaq́; demum
Effigiat, tempusq́; ſequens producit ad ortum.

Formato fœtu (inquit Auicenna) duplicato tempore mouetur, & ſubinde duplicato tempore motus, fœtus ad ortum venit.

Auicenna li. 9. de Animalibus, imprægnationis tempus in ſeptem ęquales partes diuidit: Prima quarum formationi, duæ motui, & quatuor aliæ partui correſpondent. Tempus enim motus contra tempus informationis prorſus condiſtinctum ei duplum fit, verbi gratia: Si in 30. die fœtus formatus ſit, eo duplicato 60. continuè, cui ſi triginta addideris 90. habebis, quibus 90. diebus tres perficiuntur menſes: & tunc fœtus moueri incipit, deinde duplicato motus tempore, quod 60. conſtat diebus, ſeorſum à formationis tempore ſi ſumas, dies 120. erunt, qui menſes quatuor conſtituunt: & his præcedentibus additis, fœtus ad ortum veniet. Ex quibus ſequitur in 30. die formatus in 7. menſe naſci, pari modo de alijs dicendum. Ex dictis ſequitur naturalem partum decimo aut vndecimo menſe ſæpe fieri poſſe.

Aſtrologi moram fœtus in vtero aliter ſcrutati ſunt, autore Ptolemæo in centiloquij propoſitione 51.
B Locus (inquit) lunæ in natiuitate ipſius gradus aſcendentis eſt hora caſus ſpermatis, & locus lunæ in hora in qua cecidit ſemen eſt gradus aſcendentis in hora natiuitatis: & quia tẽpus incluſum inter aſcendentem natiuitatis, & lunæ, caſus ſeminis, horam & locum lunæ, hora natiuitatis variationem quandam recipit iij. in vtero moras fœtus diſtinctas inuenerunt pręd ictis temporib. menſuratas, maiorem ſcilicet, mediam & minorem. Maior ſiquidem dierum 288. exiſtit, qui menſes nouem, & dies 18. conſtituunt. Media dierum 173. exiſtit, quibus perficiuntur menſes nouem, & dies 3 Minor dierum eſt 258. menſes 8. & dies 18. perficientium. Cognita hora infuſionis ſeminis genitalis in vtero, natiuitatis hora cognoſcitur.

Aſtrologorum ſomnijs ne ſis pluſquam par ſit intentus. nam eorũ ſententia ſequeretur ſeptimi, octaui & vndecimi menſis partum præter naturam exiſtere: ſicque natum non viuere, quoniam talis partus fit influxu ſupercœleſti obuiante, qui (vt notum eſt) tanquam vniuerſale agens plus in cauſatum, quàm in particularia agentia influit. Octauo menſe natus aliquando vixit autore Ariſtot. lib. hiſtoriarum animalium. Fœtus formationes peculiares ita partiuntur Aſtrologi. Quanquam Saturno totum tribuant imperium ſecundum materiæ diuerſam diſpoſitionem, planetas tamen ad talem actionem concurrere affirmant, nam (vt dictum eſt) in conceptione materia ſimul adimatur, conſtansque fiat oportet, talis operatio Saturno tribuitur, cuius eſt ſiccitate & frigiditate materiam cogere, coactamque conſtantem facere, hocque ita protenditur, quoadusque à locellorum calore, ſeminis genitalis calor valens in generationis *Lib. 7. cap. 4.*
C agat materiam. 2. operatio Ioui attribuitur, cuius eſt mediate ſpiritu hominem viuificare. 3 Marti, cuius caliditate & ſiccitate membrorum vires roborantur, præſertim materiam illam firmat, qua tria membra principalia gignũtur in ſecunda, & hæc operatio 7. diebus definit. Subinde ſol influit in illam materiam, vt fœtus ad locum conceptionis materiam illam talem ac tantam attrahat, quàtum ſatis ſit ad principum membrorum augmentationem, & inde animam recipere valeat, quod in triduo perficitur.

Veneri operationem quintam adſcribunt, cuius eſt, externa membra formare, quæ lunę influxu variè diſponuntur, & hęc operatio dieb. nouem perficitur. 6. Mercurius proinde oculos, aures, nares, & vocis inſtrumenta procreandi facultatem miniſtrat: tuncque caput & in ipſo capite contenta finguntur, & ſenſus inſtrumenta recto ſituantur ordine, caput ab humeris ſeparatur, & hæc omnia dies expetunt duodecim. 7. Luna quæ humidis præeſt, talem influit facultatem, vt ad conceptionis locum humiditas tanta trahi poſsit, quòd membra omnia formam debitam recipiant, huius operatione fœtus completur. Hæc diffuſius ſcripta offendes in aſtrologorum libris.

A caſu ſeminis in vterum, vſque ad fœtus ortum, planetæ in hunc ab aſtrologis aliter influere dicuntur, quum quilibet peculiari dominetur menſi, quemadmodum & plantis. Primùm menſem Saturno tribuunt, & ſeriatim reliquis planetis menſes ſequentes dicant. Saturnus enim frigore & humore peculiari materiam cogendo conſtantem facit, naturamque tribuit vegetatiuam. Concreta coactaque materia à Ioue, cuius eſt viuificare omnes ſpiritus, formandi membra vigorem recipit, & hoc ſecundo menſe. Tertius Marti, qui tria principalia membra ſuo calore formando, caput à cæteris ſeparat membris,
D brachia quoque & crura formando, ab inuicem diuidit quum in ipſis adhuc nullus (vt volunt phyſici) exiſtat vitalis ſpiritus.

Spiritus vitalis à Sole in cor defluit, cor autem alijs membris vitæ ſpiritum miniſtrat, ſicq́; fœtus mouetur ſentitque. In quinto menſe Veneris virtute membrorum externorum lineamenta quædam perficiuntur ac formantur, puta, nares, os, virorum mulierumve pudenda, pedum manuumque & digitorum ſecretio. Sextus menſis Mercurio dicatus eſt, qui facultatem habet fabricandi vocis inſtrumenta, ſupercilia & oculos, augendique capillos & vngues. Septimo Luna præeſt, quæ innata humiditate corporis fœtus vacua replet loca, tuncque perfectus eſt fœtus. 8. menſi dominatur Saturnus, qui hoc menſe natos interimit fœtus: nam quidam planetæ ſecundum ambas qualitates vitam amicabiliter largiuntur, vt Venus & Iupiter. Quidam ſecundum vnam tantum, vt Luna, Mars. Et quidam vtraque qualitate vitæ contradicunt, vt Saturnus. Si tamen fœtus natura fortis valentiſque virtutis fuerit, matre etiam viribus valente (autore Ariſtot. hiſtor. animalium lib. 8) in octauo natus viuet. Nono menſi Iupiter præeſt iterum, qui vtraque qualitate vitæ amicus, fœtum viuificat, ipſiusque vitæ principia fouendo, vitalem auget ſpiritum, quamobrem partus ille laudatiſſimus cenſetur. Mars decimo dominatur vna qualitate amicus vitæ: natus igitur in hoc menſe puer interdum viuit. Sol vndecimo præeſt, vitam nato in fluit, ſicque in ipſo natus viuit. *Lib. 7. de hiſt. anim. cap. 4.*

Si ad duodecimũ menſem pueri natiuitas protendatur (quanquam rara ſit auis, nec vnquã vidi, neq; legi) viuet puer, cum tunc Venus vitæ amica dominium reſumpſerit. A

Cẽſorinus de die natali cap. 12. ex Pythag.

Docere cupio quid Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium ſenſerit. Primum generaliter eſſe partus omnino duos dixit: alterum minorem, quem vocant ſeptimeſtrem, qui ducenteſimo & decimo die poſt conceptionẽ exeat ab vtero: alterum maiorem decimeſtrem, qui edatur die 274. Quorum prior ac minor ſenario maximè cõtinetur numero Nam quod ex ſemine conceptum eſt, ſex (ut ait) primis diebus humor eſt lacteus: deinde proximis octo ſanguineus Qui octo quum ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam ſymphoniam, diateſſaron Tertio gradu nouem dies accedu[illegible] iam carnem facientes. Hi cum ſex illis primis collati, ſeſcuplam faciunt rationem, & ſecundam ſymphoniam diapente, tum deinceps ſequentibus duodecim diebus fit corpus iam formatum. Horum quoque ad eoſdem ſex collatio tertiam diapaſon reddit ſymphoniã duplici ratione ſubiectam. Ii quatuor numeri 6. 8 9 12. coniuncti faciunt dies trigintaquinq;. Nec immeritò ſenarius fundamentum gignendi eſt. Nam eum τέλειον Græci, nos autem perfectum vocamus: quòd eius partes 3 ſexta & tertia & dimidia, id eſt vnus, duo, & 3. eundem ipſum perficiunt: Sed vt initia ſeminis & lacteum illud conceptionis fundamentum, quod eſt quinq; & triginta dierum, ſexies ductum, cum ad diem 210. peruenerint, maturum procreatur. Alter autem ille partus qui maior eſt, maiore numero continetur, ſeptenario ſcilicet, quo rota humana finitur: & vt Solon ſcribit, & Iudæi in dierum omnium numeris ſequũtur, & Hetruſcorum libri Rituales videtur indicare Hippocrates quoq; alijq; medici in corporum valetudinibus non aliud oſtendunt: nam ſeptimum quemq; diem criſimon obſeruant Itaq; vt alterius partus origo in ſex eſt diebus, poſt quos ſemen in ſanguinem vertitur, ita huius in ſeptem: & vt ibi quinq; & triginta diebus infans membratur, ita hic proportio eſt diebus ferè 40. Quare in Græcia dies habent quadrageſimos inſignes: nanq; prægnãs ante diem 40. non procedit in fanum, & poſt partum 40. diebus pleræq; fœtæ grauiores ſunt, nec ſanguinem interdum continent, & paruuli ferinè per hos dies morbidi ſine riſu nec ſine periculo ſunt, ob quam cauſam cum is dies præterijt, diem feſtũ ſolent agitare, quod tempus appellant τεσσαρακοσταῖον. Ii igitur dies 40 per 7. illos initiales multiplicati fiunt 280. id eſt, hebdomades 40 Sed quoniã vltimæ illius hebdomadis primo die editur partus, ſex dies decedunt, & 274 obſeruantur. Qui numerus dierum ad tetragonum illum Chaldæorũ conſpectum ſubtiliter congruit. Nam quum ſigniferum orbem diebus 365. & aliquot horis ſol circumeat, quarta neceſſe eſt parte dempta, id eſt, diebus 72. aliquotq; horis 3. quadras reliquis diebus 274 non plenis percurrat, vſq; dum perueniat ad id loci, vnde conceptionis initiũ quadratus aſpiciat. Vnde autem mens humana dies iſtos commutationis ſpeculari, & arcana naturæ rimari potuerit, nemo miretur. B

** Huc.*
** medicorum.*
** eiusq; eiectio ἀμβλωσμός, id eſt, abortus.*

* Hæc enim frequens * medicatorum experientia peruenit: Qui quum multos animaduerterent ſemen non retinere conceptum, compertum habuerunt, id quod intra ſex dies ſeptẽmue dies eijciebatur, eſſe lacteum, & vocari γόνον: quod poſtea autem, ſanguinem, * idq; ἔκτρωμα appellatur. Qui verò ambo partus videntur * paribus dierum numeris contineri. Pythagoras imparem laudat, tamẽ à ſecta non diſcrepat. Duos enim impares 209. dicit expleri, ad quorum conſummationem aliquid ex ſequentibus accedere, quod tamen diem ſolidum non afferat, cuius exemplũ videmus tam in anni quàm menſis ſpatio, ſeruaſſe numerũ, quum & anni imparem dierum 365. numerũ aliquanto cumulauerit, & menſi lunari ad dies vndetriginta aliquid addiderit. Nec verò incredibile eſt ad noſtros natales muſicam pertinere. C

Galen. lib. Definit.

Non eſt pars parentis fœtus ipſe Nam hoc pereũte neceſſe eſſet illum quoq; emori: vel edito, functionum offenſam capere, tanquam deficiẽte aliqua parte ſuo corpore priuata. Nutritur fœtus in locis comprehenſus & inuolutus atq; coactus, nutrimentum nunquam per os, ſed per vmbilicum capit. Quidam autem animal. alij autem minimè dixerunt. Qui animal eſſe dixerunt, ex motu ipſo ita eſſe coniectarunt: nam mouetur fœtus, & delectari videtur, quum mater gaudio afficitur: eademq; affecta, contrahitur triſtitia, & cogitur vt animal ſenſibile. Hæc enim ſenſibilitas cui alteri eſt, quàm animali? Alij autem nõ animal eſſe dixerunt: nutriri verò & augeri volunt vt ſtirpes, aut arbores, neq; aut motum voluntarium, aut inuoluntarium habere, quemadmodum animalia. Non enim ſuapte voluntate mouetur, ſed vt arbores & plantæ. His autem motus cauſa ſanguinis expers eſt: fœtibus autem ibi contenta humiditas & lapſus, atq; figura vuluæ. Quum enim plena eſt, rotundæ inſtar pilæ agglobatur, rotunda quidem ad omnẽ motum nata & idonea, ſtare neſciens. Aſclepiades autem neq; animal, neq; non animal eſſe fœtum in vtero matris declarat, ſed dormientibus ac ſopitis ſimile. Quemadmodum hi ſenſus habent, ſed nõ vtuntur, ſic qui in vtero ſunt. Gignitur quidẽ maſculus ſecundũ aliquos, quum id, quod ex dextra quidē parte vulſum ſemen eſt, deſcendit in vuluã aut locos: fœmina verò quum id, quod à ſiniſtra Alij aũt dixerunt propter propriam ſeminis commiſtionẽ, vel propter caliditatem, aut frigiditatem gigni. Calidius enim ſemen marem progignit, frigidius fœminam. Gemelli & tergemini, ſecundum aliquos, propter calidũ ſemen in locos contractum, atq; ibidem deciſum. ſic enim gemellos & tergeminos fieri aiunt. Alij autem comprehenſiones cauſantur. nos verò dicimus, quòd ſi deciſum ſperma defluxerit in locos binos, tunc gemellos: ſi in 3 tunc tergeminos naſci. Sed qui ſeptimo menſe nati ſunt fœtus, viuũt, octauo nequaquã. Octo, numerus * recens eſt coniunctus, non autem iudicatorius, Septem numerus, * ſuperfluus, & non coniunctus, ſed iudicatorius. D

An fœtus ſit animal.

** par eſt & coniunct.*
** i. impar.*

Cauſæ conceptionis.

Gal. lib. Definit.
5. Aph. 40. Gal. ibid.

Cauſæ conceptionis ſunt, moderata locorum caliditas, necnon recens menſtruorum purgatio, & appetitus libidinis: quum enim hæc concurrunt, ſemen continetur. Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis. Quod propter temperaturam, quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur, in Cõmentarijs de ſemine eſt demonſtratũ: calidior verò temperatura fœtibus aduenit non minimè ob locũ, qui eſt dextra vteri pars. Hîc autem ipſe calidior exiſtit, propter hepatis vicinitatem,

A nitatem. Confert autem aliquid ad conceptus caliditatem & muliebre ſemen, profuſum quidem ex proprijs teſticulis per utrunque corniculum, pars vna in dextrum vteri ſinum, pars altera in ſiniſtrum. diſſimiles autem ambæ, vt & hoc ipſum oſtendimus. Siquidem ſeroſior eſt atque frigidior, quæ in ſiniſtro teſticulo continetur, & iuxta hoc conceptus in læua parte vteri conſtitutus, non abſque ratione eſſet frigidior.

Nota.

Si mulieri ceſſent purgationes, neq; febris, neq; rigor ſuperueniant, & faſtidia incidant, iudica ipſam in vtero habere. A conceptu decimo die, dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræq;, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Melior color marem fereti, & facilior partus, motus in vtero 40. die Contraria omnia in altero ſexu: ingeſtabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Primus autem 90. die motus. Sed plurimùm languoris in vtroque ſexu, capillum germinante partu, & in plenilunio, quod tempus editos quoq; infantes præcipuè infeſtat, adeoq; inceſſus, atq; omne quicquid dici poteſt in grauida, refert: vt ſalſioribus cibis vſæ, carentem vnguiculis partum edant. Fœminas vtero gerentes eiuſmodi magna ex parte caſus affligunt: corporis ferè totius redundantiarũ moles, iugis vomitus, ſputatio, eroſiones ſtomachi, & horror deniq; cibi. *5. Aph. 61.* *Plin. lib. 7. cap. 6.* *Aegineta.*

Si in coitu vterus ſugendo, glandem valenter traxerit, vir mulierq; ſimul ſemen emiſerint, nec mulier quomodo viri ſemen abiecerit, ſed intra locellorum aliquem ſinum detinuerit, indica hanc vtero gerere,
B proinde ſi pigra ſemiſopitaq; ſit mulier, dolorem item ſi ſentiat inter vmbilicum & femur, paruoq; horrore afficiatur, hæc vtero gerit. Procedente tempore coire renuit, vel non ita libenter rem colit venereã. à coitu paucum ſentit in epigaſtrio dolorem, neq; ſemen emittit, menſes ſtatuto tempore non defluunt, adeſt vertigo, & viſus hebetudo, palpitatio, ac tremor cordis, pica vomitio, nonnunquam color mutatur, panni & lentigines in vultu, & aliæ cutis defœdationes ſequuntur, palpebræ molleſcunt, oculi concaui, pupillæ attenuantur. coniunctiua oculi augetur, quamobrẽ atrocibus oculis cernere dicuntur: dorſum quandoq; & ilia dolore afficiuntur, prædicta ſymptomata mulieres ad quartum uſq; menſem torquent, ſubinde ſenſim minuuntur. Si velis noſcere an conceperit mulier, quum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da: & ſi alui tormina patietur, concepit: ſi minus, non concepit. Tormina fiunt quidem, & propter mordacitatem, fiunt autem & propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitum, quæ etiam tormina fieri nunc eſt arbitrandum in mulieribus, quæ conceperunt, propter eam, quę fit ex vtero anguſtationem. Dat autem aquam mulſam mulieri dormituræ, crudam videlicet, quoniam qualitas flatuoſa, ſi noſcere volumus, eſt neceſſaria, volens & quieſcere ſimul, & plenam eſſe cibis mulierem. Hæc enim ambo conferent ad torminum generationem. *5. Aph. 41.* *Galen comm.*

Miſce igitur ℥ ij. mellis aquæ portioni aquę cœleſtis, & potui dato: tunc enim ſi matrix fœtu plena, inteſtina compreſſa tenet, dolore pungente mulieris aluus afficitur. *Auicenna.*

C Vt certo ſcias an vterũ gerat, an maſculum, aut fœminam conceperit, ſumito vrinam mulieris collectam in vaſe mundo obturato, ne aer ſubintret triduum. deinde panno lineo mũdo hanc traijce: & ſiquidem in panno inſecta quædam pediculorum quantitate appareant, concepit, quòd ſi inſecta rubeſcant, maſculũ: ſi albeſcant, fœminam. Acus polita madeat noctu in mulieris lotio in æneo vaſe quod ſi maculis varijsq; coloribus tingatur acus, * peperit mulier maſculum ſi maculæ rubeſcent, quòd ſi vtero non gerat, acus nigra æruginoſaq; eſt. ** concepit.*

Mola & fœtus geſtatio talibus diſcernuntur notis: Menſibus ordinatè fluentibus conceptio fit, mola non ita. Mola ante menſem tertium mouetur, in conceptione nunquam. In mola ſtatim aluus tumeſcit, contrà in vtero gerentibus. Fœtus ſæpiſsimè à loco in locum mouetur. at mola ſine compreſsione, aut mulieris motu, non mouetur, aut raro. Manus compreſsione violenta mouetur mola, deinde ad propriã tendit ſedem: ſed fœtus ex tali compreſsione aliquando mouetur, & aliquando non. Aluus durior eſt in mola, quàm in fœtus geſtatione. Velocior eſt vtero gerens, quàm mola vexata. Et ſi aluus in mola tumeſcat, mãmæ tamen gracileſcunt, molleſcuntq;, contrà in prægnante. Mola aliquando in vtero manet vſq; ad annum quartum, at vtero gerens parit ſaltem in vndecimo.

Nota conceptionis ex lotio.

D Sunt qui negant de vteri geſtatione certi quicquam ex lotio cognoſci. At Auicenna tradit, vrinam in imprægnationis principio citrinã eſſe, ac ſubalbeſcentẽ, in cuius medio flocci quaſi coti reſidere videantur. Vrinam puram limpidamq;, ac ſubtilem, in cuius ſummo nubes perſiſtit, cum atomis aſcendentibus & deſcendentibus, vtero gerere mulierẽ ſcribit Auicenna ſignificare Refert item quòd moto vaſe ſi turbetur vrina, imprægnationis finem notat: contrà, principium. In fine conceptionis rubor ibi apparet, vbi primùm albedo inerat. Alij aſſerunt vrinam vtero gerentium tribus primis menſibus ſanguinis colorem referre, & in ſe quaſi quaſdam nebulas, & ſedimentum album habere. Cæterum in quarto menſe, & deinceps, viridis ac cerei eſſe coloris cum liuenti ſedimento.

Nota ex pulſu.

Prægnantis pulſus arteriæ in principio validus ac magnus erit, autore Conſtantino: ſed circa finem * pariens ac ſpiſſus tactu percipitur.

Nota ſexus.

Si mulier maſculum gerat, coloratior eſt, ac moderati vultus, læta quoq;, agilis, velox, ſine ciborum, vt plurimùm, faſtidio, & reliqua vtero gerentiũ minima adſunt. ſi ſtans ambulare velit primò dextrum pedem mouet, oculus quoq; eius dexter lætus magis, ac motus eſt velocioris ſiniſtro: aluus rotunda eſt, mamma dextra tumidior, cuius papilla boni eſt coloris, à qua lac defluit. Si in Sole lac dictæ papillæ ſpeculo aut rei bene politæ imponatur, rotundum cernitur margaritarũ aut argenti viui modo. quòd ſi inij-

ciatur lac ipſum in aquam, aut in ipſius mulieris vrinam, fundum petet: grauedo ponduſq́. ſentitur A
à muliere in latere dextro, in quo & ſæpiſsimè mouetur. Contraria accidunt, ſi mulier fœminam vtero gerat.

Anicen. 213. 2. c. de Cauſis geminorum. Nati venam vmbilicalem inſpice, quot enim rugæ ſeu nodi in ea fuerint, tot iterum fœtus mulier cōcipiet: & ſi nulla, nullum. Quòd ſi rugarum vna ab alia diſtans multū fuerit, inter illos fœtus naſcituros longa erit temporis intercapedo: ſi vicinæ ſint, cito vtero geret. Rugæ item nigræ, aut rubræ maſculos, albæ fœminas arguunt.

Prædictiones.

4 Aphor. 1. Gal. ibid. Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe, & vſq; ad ſeptimum, ſed has minus. Iuniora autem & ſeniora vereri oportet. Ad vteros fœtuum connexus eandem habent proportionem, quam fructus ad plantas. Hi ſiquidem in prima generatione debilioribus capitulis continentur, & ideo facilè decidūt, quando vehementior ventus ipſos concuſſerit: poſt hac aucti difficilem habent à plantis diſſolutionem: ſicuti rurſus quum perfecti ſunt, ſponte ſua ſine vi extrinſeca decidunt. Eodem modo & conceptus, in primo quidem tempore ſeminis iniectionis, ſi aliquando ſaltare contigerit mulierē, aut in lubrico cadere, ſiue quouis alio modo, vel ſecundum animam, vel ſecundum corpus moueri vehementius, facillime diſrumpuntur: ſic quando & iam perfecti ſunt. Tempore verò intermedio firmiorem habent coalitum, quare mulier vtero gerens poteſt fortiores motus ſuſtinere, ſine fœtus offenſione. Quæ B
omnia Hippocrates noſcēs, rectè inquit: Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe vſq; ad ſeptimum, quod eſt in medio tempore fœtationis, quum fœtus vtero firmiter alligatur. Non tamen omnes quæ hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari: ſed ſi materia turget, inquit, hoc eſt, cogat accelerare, tractum enim vocabulum ab animalibus ad coitum concitatis, quum ſuperabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nōdum in aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente, &c.

Soranus, Hippocrates lib. de fætu. Certo tempore mulier concipit, aut incipiente ſanguine, aut deficiente. Saltus in primis ſeptē diebus perimit ſemen in locellis, & eijcit. Infans niſi latum locū habeat, quo nutriatur, agitetur, creſcat, macilentum fieri neceſſe eſt, vtpotè qui ſatis amplum locū ad incrementū non habeat. Eadem ratio eſt, cur modo parui modo magni naſcantur infantes. Semper fere ſani & integri ex mutilis generantur. Quemadmodum cucumeres & arbores, & alia quædam germina, ſi comprimantur, & in anguſtis creuerint locis, partim mutilæ, partim tortuoſæ proueniunt. Ita & fœtus in vtero, iuxta ea quæ matri contingūt, vel mutilatur, vel non rectè creſcit.
Hippoc. lib. de Natura pueri. §. 5. Mulier quum concepit, ſemen extra locellos nō exilit. Fœmina quū conceperit, menſes non defluunt, ſiquidem fœtus ſanus futurus eſt, præter quàm puſillum quibuſdam primo menſe.
5. Aph. 30. Galenus. Mulierem in vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale eſt. In hoc enim duplex eſt periculum. vnum quidem propter febrem ipſam fœtum occidentem: alterum verò quòd ex longo interuallo cibum dantes ex alimenti defectu fœtum deſtruemus: ſi verò vt ſeruemus hunc, non verebimur crebrò cibum exhibere, febres continuas victu intempeſtiuo augentes, mulierem grauidam occidemus. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, cōuulſio, diſtentio, propter magnitudinē morbi & acutiem impoſsibile eſt laborantē euadere. C
5. Aph. 31. Galenus. Mulier vtero gerens ſanguine miſſo è vena abortit, & magis ſi fœtus ſit maior. Ex defectu alimenti fœtus deſtruitur, non modò miſſo ſanguine è vena, ſed etiam ex longiori inedia. Non abſq; ratione autem & maior fœtus magis deſtruitur, miſſo ſanguine ex vena mulieris, quia plurimo indiget alimēto.
5. Aph. 34. Mulieri vtero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.
5. Aph. 37. Galenus. Mulieri vtero gerenti ſi mammillæ graciles repentè fiant, abortit. Hic pariter aphoriſmus ex illorum numero eſt, quos diximus defectum alimenti fœtui ſignificare. Communes enim quædam venæ ſunt mammis ac vteris, quæ vbi parum habuerint ſanguinis, graciles quidem mammas oſtendunt, inedia verò nonnunquā fœtum perimunt, nonnunquā verò ad excretionem excitant, illam ob cauſam, quam ipſe in libro de Natura fœtus per hæc verba explicat. Alimentū atq; auctio à matre veniens, non adhuc eſt ſufficiens infanti, quando decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit: trahit enim à ſanguine ad ſe id quod dulciſsimū, ſimul autem & lactis parte aliqua fruitur. Vbi verò hęc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens quàm illud, D
quod adeſt, calcitrat, & membranas diſrumpit. Liquet igitur, quòd & ante decem menſes fœtus eſt indigens alimento, & calcitrans, & membranas diſrumpens initium partus matri affert.
5. Aph. 38. Mulieri vtero gerenti ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti alterū abortit: & ſiquidem mamma dextra gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.
5. Aph. 43. Galenus. Mulier ſi marem cōcepit, bene colorata eſt: ſi verò fœminam, malè colorata. Vt ad ſeipſam muliere collata videlicet, non autem ad alterā dictum eſt ab Hippocrate indicium, quod ex bono colore ac malo ſumitur. Nam quæ fœminam cōcepit, minus ſeipſa colorata apparet, quoniam frigidior eſt fœmina mare: nunquā verò talem concepiſſet, niſi viri ſemen vel vterus mulieris frigidior eo tempore fuiſſet, in quo concepit: quare quod dicitur, ex eorum numero eſt, quæ ſæpius eueniūt. Contingit enim ita omnia rectè agere mulierem poſt tempus conceptionis, quòd bene colorata fiet. Liquet autem, & quod alia ſigna ſunt marem eſſe conceptum, ſicut ipſius cōceptus plurimæ ac validæ motiones, quę neq; ipſæ ſigna perpetua ſunt. Contingit enim aliquando, licet ſit rarū, quòd concepta fœmina ſit mare robuſtior, & multis ac validis motibus moueatur: & aliquādo mas ſit debilior fœmina, ac paucioribus debilioribusq́; motibus cieatur.
5. Aph. 43. Si mulieri grauidæ in vtero ſit eryſipelas, lethale.
5. Aph. 44. Quæcunque præter naturā tenues exiſtentes vtero gerunt, abortiūt ſecundo menſe, priuſquā craſſeſcant.
5. Aph. 45. Galenus. Quæcunq; mediocriter corpora habentes abortiūt ſecundo aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur. Sine manifeſta occaſione ait, febre vehemente, & alui fluxu, vel profluuio ſanguinis, vel eryſipelate in ipſo vtero conſtituto,

A conſtituto,vel ſaltu grauidæ mulieris vehementiore,vel clamore, vel ira, vel timore, vel victu parciore, vel tali aliquo actu,ſeu paſsione. Fit enim veriſimile in his eſſe plena mucore ora vaſorũ venientiũ ad vterum,ex quibus ſecundæ patent: quę ora acetabula nominauit,non ſicuti quidã arbitrantur adnatas ipſis carnes adenoſas. Nam vti ipſe inquit in 1. de Paſsionibus muliebr. Si acetabula plena fuerint pituita,mẽſtrua fiũt pauciora.& Praxagoras in 1. de Natura lib. Acetabula autem ſunt ora venarum & arteriarũ,quæ ferunt ad vterum. Quæ vtero gerunt,his vteri os comprimitur. Maximum hoc eſt, mulieris quæ concepit indicium, ſi obſtetrix potuerit immiſſo digito os vterorum tangere. Statim enim quum ſemen intra ſeipſos acceperint, totum ſui interius contrahunt ſpaciũ, & claudunt os. Videtur aũt & propter durum tumorem & inflammationem os vteri comprimi. Diſtinguitur autem ab eo, qui in grauidis ex duritie vteri. Mulieri vtero gerenti,ſi lac multum è mammis effluat,fœtum imbecillem ſignificat: ſi verò mãmæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem. Quæ corrupturæ ſunt fœtus, his mammæ extenuantur. Si verò rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent. Vide Commentarios Galeni. Quæcunq; vtero gerentes è febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt ſine occaſione manifeſta,difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

5. Aph. 51. *Galenus.* *5. Aph. 52.* *5. Aph. 55.*

Accidit quibuſdam grauidis, in quibus vitioſi humores priuſquam conceperint, ſint aceruati, nonnunquam à febribus vehementibus corripi,ita quod ex neceſsitate abortiant. Nonnunquã verò mediocribus, ſed hæ quũ num purgentur ſufficienter, aliquid ſupereſt reliquiarũ humorum in corpore vitioſorum,ex quibus febres ab initio ſunt cõſtitutæ,vtpotè nõ potentibus Medicis mulieri grauidæ aliquod forte auxilium adhibere, neq; exquiſita victus ratione in ipſis vti. Ob hanc igitur cauſam febris in ipſis frequenter reuertitur, & magna temporis parte grauiter ſe habent. Nõ ſine ratione igitur fœtus aliquando nequit obſiſtere, ſed ex febre,& vitio humorum corrumpitur, nonnunquã verò perdurat quidẽ vſq; ad tempus * partus: ſed quum & ipſe valetudinarius ſit, vt qui longo tempore laborauerit, & quum matrem habeat imbecillem, non ſine periculo patitur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore eſt opus,& grauidæ mulieris,& infantis.

Galenus. B (margin) — ** fœtus pariendi.*

Si mulieri vtero gerenti purgationes eant,impoſsibile eſt fœtum eſſe ſanum. Mulieri vtero gerenti, ſi tentio ſuperuenerit, facit abortũ. Circa inteſtinũ quod rectum nominatur tentio fit,eandem habẽs cauſam ac diſpoſitionẽ,quam in * difficultatibus inteſtinorũ ſuſcipit aliquod ex his, quæ ſuperiùs iacent inteſtinis. Hæc aũt paſsio nomen accepit,vt inquiunt,ab illa,quæ fit in ea tentione,ob quam quum cacare vehementer appetant,continuè exurgunt. Ob talem igitur tentionem atq; moleſtiã,& totum aliud corpus laborat,ſed præ cęteris vterus,qui cognatus eſt recto inteſtino. Nihil autem mirum,ſi propter vehementes atq; frequentes exurrectiones ac tentiones, conceptus * abortitur, quando & ex alijs omnibus C fortibus motibus atq; doloribus mulieres grauidæ ſolent abortire.

5. Aph. 60. *7. Aph. 27.* *Galenus.* ** dyſenterijs.* ** abortitur.*

Infans in vtero ſic cõtinetur. Summa pars clunibus continuatur,genua oculis ſunt appoſita: unde & concaui exeunt,& genæ dicuntur.

DE ABORTV. CAPVT XXII.

Vide etiam in ſeq. cap. quædam abortum facientia.

SI hyems auſtralis & pluuioſa,& ſerena fuerit,ver autem ſiccum & aquiloniũ,mulieres quibus partus ad ver ineſt,ex quacunq; occaſione abortiũt. Quæ verò parient,imbecilles & morbidos infantes pariunt: quare vel ſtatim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuunt. Corpora ſiquidem humida, ac mollia & laxa facta,hyeme ſerena ad intimas ſui partes aeris ambientis frigiditatem facilè admittunt. Ita quod quicunq; infantes longo tempore calori ſunt aſſueti, percuſsi vehementer à frigore,nõ abſq; cauſa, hi quidem iam mortui in ipſo vtero ſunt.hi verò in ipſo partu morientur.Qui verò viui in lucẽ educuntur, non ferentes ſubitam ad contrariũ tranſmutationẽ,vel breui poſt tempore moriuntur,vel exiles atq; inſalubres creati,vix in vita perdurant.

3. Aph. 13. *Galenus.*

Aborſus triplex eſt cauſa,aut moles nimia,aut pondus aliquod, aut morſus. Moles,vbi amplius diſtẽdi vterus non tolerat: pondus,quũ ſupra vires eius ſit,quod continet. Morſus,vbi vel humores qui prius in membranis continebantur,his ruptis in ipſum vterum ſunt effuſi,vel etiam totus partus corruptus & D putris,ac in noxiam ſaniem diſſolutus,vteri tunicam eius occaſione irritat,ac mordet.

Gal. lib. 3. de Natur. facult. cap. 12.

Simplicia abortum facientia,ex Plinio.

Elaterium grauidis abortum facit, Plin. lib. 20. cap. 2. Olympias Thebana, maluas abortiuas eſſe cum adipe anſeris, Plin. lib. 20. cap. 21 Cypero fœtas fœminas quidẽ abortus facere non dubitat Apollodorus lib. 21. cap. 18 Polio abortum fieri poto, lib. 21. cap. 20. Portentũ eſt,quod tradunt cedri ſucco abortiuũ fieri in Venere,antè perfuſa virilitate, lib. 24. cap. 5. Tantũ ineſt ſemini dracunculi virus,vt olfactum grauidis abortum inferat, lib. 24. cap 16. Prægnans ſi edat onoſma,aut ſupergrediatur, abortum facere dicitur, lib. 27. cap 12. Viperam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortum faciet, lib. 30. cap. 13. Si caſtoreum fibrumve ſupergrediatur grauida, abortum facere dicitur, & periclitari partus ſi ſuperferatur, lib 32. cap. 10. Si prægnans radicem cyclamini tranſgrediatur,abortum fieri tradunt, lib 25 cap. 9. Neutra filica danda fœminis, quoniam grauidis abortum, cæteris ſterilitatem facit. Plin. lib. 87. cap. 9.

GRAVIDIS QVAE CONVENIANT,vel non.

CAPVT XXIII.

Nutricatus quo alendæ ſunt grauidæ.

VTantur grauidæ à varijs ſymptomatis ſe præſeruandi cauſa præſenti commoditate, in ambulationibus,alimentisq́. haud nimium ſuauibus,vino giluo & odorato, inprimis aũt quinquenni. cæte- *Paulus lib. 1. cap. 1.*

rùm potationi perpetuò non niſi mediocri indulgeant. Quippe hæc omnia tum ſuperfluitatũ ſaburram, A tùm crebram quoque vomitionem non dico compeſcere, ſed arcere etiam conſueuerunt. Atqui medicamentorũ in eadem affectione prouinciã pulcrè ſubeunt, ſanguinalis herbæ, quæ πολύγονον Græcè vocatur, in aqua elixæ decoctũ potum: pariter & anethũ, radixq́ pontica proſunt. Hæc indiſcriminatim tam antè, quàm à cibo, cùm prima, tum ſecunda menſa ſumi vtiliter poſſunt.

Aerem vtero gerens colat temperatum, pauco tribus primis menſibus vtatur exercitio, ſomno indulgeat modeſta, aluus ſit probè cita.

Clyſter.

Sin aluus aſtricta ſit, inijce clyſterem pulli iure, medulla caſsiarum ſaccharo & oleo concinnatum.

Purgatio.

A quarto menſe vſq; ad ſeptimum ſi materia turgeat, autore Hippocrate, medicamento non violento purgetur, verbi cauſa, caſsiæ fiſtularis medulla pulli decocto macerata, aut manna. Vel ex his addito ſaccharo & auro buccellatum catharcticum conficere potes.

Vena ſectio.

Quanquam Hippocrates Galenusq́ dixerint, abortum pati mulieres vtero gerentes, ſi ſanguinem è vena miſerint: paſsim tamen video Medicos quarto, quinto & ſexto menſe axillarem venam, interdum medianam, & quam ſaluatellam vocant, audacisſimè incidentes his quibus opus eſt: nec propterea perit fœtus. B

Cataplaſmata & emplaſtra.

Aegineta lib. I. cap. I.

Forinſecus autem præcordijs œnanthem, ſyluestris punicæ florem, balauſtium, cytiſi (aliàs cytinum) ac ſmyrnij comam, fœniculiq́ ſemen cataplaſmatis modo applicare expedit. Neq; vel tantillum intereſt vtrunq; miſceas, cum palmulisne, an vino veteri, modò loco prædicto imponas. Oſtioli præterea ventriculi lancinationibus (quos καρδιωγμοὺς Græci nuncupant) aquæ calidæ potio, deambulationes tranquillæ, præcordiorumq́, quòd è molliori lana cõficitur, * ſceparnon, ſæpenumerò ſuccurrunt. Si ex debilitate renum & ligaminum abortum metuas, poſt inunctiones ceratum iſtud deferat, quod ℞. Maſtiches ℥.s. ladani ʒ.iij. ceræ citrinæ ʒ.ij biſtortæ, galbulorũ cypreſsi, hypocyſthidis, acaciæ, ſanguinis drac. terræ lemniæ, roſarum rub. glebæ Armeniacæ ana ʒ.j.s. concinna ceratum oleo myrtino & terebinthina exceptum, corio imponatur.

** ſcepaſma id eſt, tegumentũ.*

Cæterùm ſi renes viribus ex frigore deſtituantur, loco prædicti cerati ſequens admoue. ℞. Maſtiches ʒ.vj. ladani ʒ.iij.s. ceræ citrinæ, colophoniæ, picis naualis, ſtyracis ana ʒ.j.s. galbulorum cypreſsi, menthæ, galangæ, galliæ moſchatæ, thuris, galbanes, gummi, myrrhæ ana ℥.j.s. fiat ceratũ, addendo vbi opus eſt terebinthinæ, quantum ſit ſatis.

PICAE SEV MALACIAE ET FASTIdij curatio. C

CAPVT XXIIII.

FAſtidioſas & ab edulijs appetitus auerſione laborantes, diuerſi generis dapibus veſci, amylo arido, hoc eſt, placentis, aut alijs nonnullis ex tritico eſculentis, genioq́ liberiùs indulgere hortando reſtitues. Peculiariter verò & magnificè hæc grauidis conferunt, quę telluris glebã deglutire geſtiunt, quemadmodũ in malacia, quàm Græci κίσσαν, id eſt, pican indigetan: quæ circa tertium à conceptu menſem ideo plerunq; ingruit, quod nequeat tum partus ob imbecillitatem, omne quod à locellis nutriméti cauſa recipitur, neq; conficere, neq; conſumere ſuperuacanea, ob eam cauſam, ac varia in ſtomacho retrimenta (quibus περιττώματα Græcè nomen eſt inditum) veluti ſtrues congeruntur, vnde tam diuerſarũ, tanquam portentoſarũ rerum naſcitur prægnantibus appetitus. Verbi gratia, carbonum extinctorum, cretæ cimolię, & id genus innumerorum fermè: ex qua ratione nomenclaturam hanc id malum inuenit, ob picturatã illam ſcilicet eius auis varietaté, vel quod iſtiuſmodi affectus illam ſubinde auem impetat. Eſcæ porrò deſideriũ, exercitationes, & longiuſculæ peregrè profectiones reſtituunt. Quòd ſi quæ citra laborem in ocio degere aſſueuerit, hæc ſubitas motiones grauida haud commodè ſubierit. Prodeſt præterea cibum abhorrentibus nonnunquam acria quædam, præſertim ſinapi, deguſtare.

Gal. lib. I. de ſympto. cauſis. cap. 7.

Prauas qualitates appetunt, quibus ventriculi tunicæ prauo aliquo excremento ſunt imbutæ. Atque D conſueuit huiuſmodi affectus mulieres vitioſis humoribus refertas infeſtare, idq́ quum vtero geſtant: vocatur pathos ipſum citta (id eſt, pica, ſiue malacia.) Appetunt autem maximè per hunc affectũ & acida & acerba, nonnunquã acria quoq;. Interdum vel cimoliam terram, vel teſtas, vel extinctos carbones, aut alios huiuſmodi cibos abſurdos. Atq; complures earum huiuſmodi vitio laborant vſq; ad ſecundũ, ad tertium menſem. In quarto verò quieſcũt partim quòd vomitione vitiati humores expurgantur, partim quòd concoquuntur, vtpote exiguũ cibi tum ſumente muliere ob faſtidium, partim etiã quòd multitudo vacuatione ſit imminuta. Quippe primis duobus menſibus fœtus paucum ad ſe ſanguinem attrahit, eo quòd parũ adhuc auctus ſit, adeò vt ne fœtus quidẽ nominari tum debeat, ſed * cyema potius (id eſt, conceptus.) Vbi verò iam increuit, tum plurimo indiget alimento, atq; tum nõ id quod optimũ eſt è venis allicit: verumetiã quia maiorem alimenti copiã requirit, aliquid vitioſi ſimul attrahit. Ita fit, vt vniuerſum corpus & plethoricon (id eſt, plenum) eſſe deſinat, & minori humorũ vitio crucietur. At fœtus ipſe excreméta quæ ab attracto redundãt alimento, ad duas reponit membranas. Quò fit vt ipſe quoq; & maiori humorũ vitio, & maiori intemperie infeſtetur, quandoquidẽ à vitioſo ſanguine alimentũ ſumit: niſi grauida mulier reſiduo, quo vterũ gerit tẽpore, optimis vtatur cibis. Malacia viris etiam nonnunquã accidit, quando ipſis quoq; vitiati humores ad ventriculi oſculum defluũt. Huiuſmodi ſymptomata circa alimenti appetentiã euenire ſolent. Fit faſtidium eadem, qua pica, ratione, læſo ore ventriculi in mulieribus

** κύημα.*

A lieribus grauidis. Contingit autem propter vitioſos humores totum corpus occupantes tale aliquid accidere: verùm hoc cum horrore & febre patiuntur, & his diſtinguuntur à grauidis. Hæc Gal. in commentario 61. ſententiæ, quintæ ſectionis: Si mulieri ceſſent purgationes, neq; febris, &c.

Vnguenta.

Ventriculi in malacia ante prandium hoc inungito vnguine, pannum calidum ſuperponendo: ℞. olei ſpicati ℥ j. maſtichini, olei ex cotoneis ana ℥. s. friamentorum corallij rubei, caryophyllorum, mentæ ſiccæ, calami odorati, galliæ moſchatæ ana ʒ. s. cera excipiantur in * vnguentum. Si diſcutere cupis flatus, ilia & aluum inunge oleo lilino compoſito. Si renes ex calore debiles fuerint: ℞. olei myrthini ℥ j s. olei roſacei, olei maſtiches ſucci plantaginis aut ſedi ana ℥. s. friamenti glebæ armeniacæ, terræ lemniæ, hordei vſti, ſantalorum rub. acaciæ, fructuum myrti, hypociſthidis, fructus oxyacanthæ ana ʒ. s. cera excipiantur in vnguentum, addito pauco aceto. * *vngentum.*

Eclegmata & pulueres.

Diamargariton vtraque confectio. ℞. conſeruæ roſ. conſeruæ vtriuſque buglosſi ana ℥. s. diamargariton ℥ iiij margaritarum ʒ. ij fragmentorum lapillorum precioſorum communium ʒ. j. corallij rub. ℈. ij. trita ſubtiliſſimè miſce, & cum ſerapio roſaceo addito auro fiat confectio, dato cochlear.

Si adſint flatus.

℞. Cinnamomi electi ℥. j. caryophyll. nucis moſchatæ, cardamomi ana ʒ ij. zingiberis ℥. s. piperis ʒ. j.
B croci ʒ. s. friato, & friamento ſaccharo miſto vtitor cum cochleari.

VICTVS CONVENIENS GRAVIDIS contra abortum, & aliàs.

CAPVT XXV.

ARnaldus Nouauillanus hanc vini confectionem pro fœtu retinendo in vtero deſcripſit. ℞. Zingiberis, caryophyl. ana ʒ. j. ſpicæ, piperis albi ana ʒ s. galangæ, aniſi, carei ana ʒ. ij. fiat vinum aromaticum addito ſaccharo, quod diluatur aqua decoctionis vuarum paſſarum aut glycyrrhizæ.

Caueat vtero gerens à labore, exercitio vehementi, ſaltu, tuſsi, coitu, balneo, frigore externo, ira, triſtitia, timore, vomitione forti, rebus acutis & amaris, vt ſunt cappares & oliuæ acerbæ, ab his quæ menſes cient, & abortum faciunt.

Si aliquid tamen ardenter deſideret, id non eſt prorſus denegandum, & ſi non conueniat.

Cibi boni ſucci exhibeantur, vinum propinetur odoratum, maturum, non album, ſed parum tendens ad fuſcum.

Vtatur fructibus maturis aſtringentibus, cuiuſmodi ſunt cotonea & pira, mala punica, nuces ponticæ toſtæ, caſtaneæ, limonium pomum, malum aureum, quod arangiam vocant Galli.

C Vitet porrum, allium, cepas, ſinapi, cicera arietina, petroſelinum.

Deferat precioſos lapillos, verbi gratia, ſapphirum, hyacinthum, corallium, * corneliam, adamantem, * turſeciam, &c. * *Corneolum.* * *Turciam, vel, Turceſiam.*

CONTRA PEDVM TVMORES PRAEGNANTIVM.

CAPVT XXVI.

ADuerſus pedum tumores, præſentiſsima cum vtilitate, ſolaſtrum, quam authyllidem vocant, in aceto maceratum & braſſicæ latioris folia, nec non & creta cimolia ex aceto illita, alumen pariter ex aceto, adhibentur. Proſunt item mala medica ſiue citrea, in aqua lauandis pedibus elixa. *Aegineta.*

Braſsicas in æquali vini & aceti quantitate coquito, & eo pedes tumentes foueto, aut emplaſtri modo imponito, vel cimoliam fabrorum ferrariorum aqua macerato, addito pauco aceto, & illinito. Vel roſaceo, aceto & cimolia ſimul confuſis pedes illine. *Arabes.*

Papyrus aceto ſoluta imponatur. Dracontij folia etiam admota vtilia ſunt. Vel foueantur pedes decocto ramenti cornu cerui aceto & vino macerati.

DIFFICVLTAS PARTVS, δυςοκία.

CAPVT XXVII.

D *Cauſæ.*

PArtuum difficultates tribus modis eueniunt, in prægnante, in fœtu, & in exterioribus. In prægnante, quum iraſcitur, zelotypia laborat, vel moleſtijs, vel alio affectu. Si meatum plus iuſto anguſtiorem habet, aut pinguiorem, tum primum parit, aut minimè amplam habet vuluam cõparatione partus. In pariente, quando abortum parit, aut gemellos, aut monſtruoſum quippiam: extrinſecus hyeme, aut æſtate ſupra modum vehementi torrentive, pariendi difficultas naſcitur, vel culpa parentis, vel culpa fœtus, vel chorij vitio (eſt autem chorion inuolucrum, quo partus in vulua parentis inuoluitur) vel per ea quæ foris accidunt parientis quidem culpa, aut propter craſſitiem & pinguedinem; aut ob arctam & exiguam matricem vniuerſam, aut ſi dolorum imperita ſit, aut timidiuſcula, aut ob animum puſillum, aut inflammationem matricem occupantem, aut aliud membrum, aut quocunque alio morbo affectam, aut ſuapte natura valetudinariam, vel viribus deſtitutam, extrudere fœtum non valentem; aut ante legitimum parturitionis punctum parientem. Item ſi os ceruicis vteri obliquum fuerit, aut eidem caro aliqua ob vlcus quod præceſſit adnata ſit. Vel quia puella citiùs quam par ſit parit, aut non conſueuit vtero gerere, vel quia annoſa anùsve eſt: nam annis confectæ difficillimè pariunt. *Gal. lib. defin. medic.* *Aegineta, lib. 3. cap. 76.* *Arabes.*

Culpa verò fœtus, vel quum ſupra modum ingens eſt, aut nimium puſillus, & nec magnopere ponderoſus, aut ampliſſimi capitis, aut monſtrum: verbi cauſa, biceps, aut mortuus: aut viuens quidem, ſed imbecillis, neque potens in lucem progredi; aut quòd complures partus ſortita ſit; quinque nanque ſimul *Aegineta.*

à quadam in lucem editos aſſerit Herophilus: aut quod non naturaliter diſpoſitus ſit fœtus, neque ad A
Partus figura. exitum quadrans corporis figura. Eſt enimuero naturale fœtus in lucem edendi ſchema: primum quidem & præcipuum embryi ſchema in caput, manib. in femora diſpoſitis, porrectis & extenſis, & ne paululum quidem perperam declinans, ſed rectà os verſum caput porrigens. Secunda vero fœtus forma, rectà in pedes, ne tantillum quidem ab eo tramite declinans, probatur. Præter hæc duo, omnia cætera in lucem edendi partus, præter naturam, ne monſtroſa dicam, exiſtunt ſchemata: vt ſi caput in dextram aut ſiniſtram vteri partem inclinat, vel ſi altera, aut vtraque manus exeritur, cruraque interius à ſe inuicem diducuntur: aut ſi fœtus altero pede prodit, altero interius retento: aut ſi duplicatus alicui vteri parti innititur. Vitio autem membranæ chorij puerperij difficultas fit, vel quum non auellitur propter craſſitiem, vel quum, antequam conueniat, auellitur, ob tenuitatem & macilentiam: humore ſiquidem qui in vtero collectus fuit, vacuato, ægerrimè delabetur embryon propter ariditatem. Si quæ extrinſecus occurſant, in cauſa ægræ parturitionis ſunt, ſiue frigore condenſante, ſiue calore immodico diſijciente potentiam, aut alio quopiam euentu incurſante: cauſæ externæ ex parientis & aſsiſtentium ſermonibus cognoſcuntur.

Nota.

Debilitas quoque parientis, veluti etiam pinguedo, ex habitu corporis deprehenditur. Ex morbis e-
Fuchſius ex Philonio. Valeſci de Thar[illegible] en practica. lib 6 cap 20. tiam præcedentib. facilè in imbecillitatis cognitionem veniemus. Fœtus imbecillitas ex debili ac tarda B
motione cognoſcitur, qui ſi mortuus fuerit, à motu prorſus ceſſat, ventris frigiditas adeſt, atque dolor iuxta vmbilicum grauis, ſpiritus exhalatur fœtidus, faciei color prauus. Magnitudo fœtus ex parentum corporis conſtitutione, ac ventris parientis mole conijcitur. Craſsities ſecundę inde colligi poteſt, quod prædictorum ſignorum nullum adſit, & parturiens robuſta, facilisque fœtus motus ſit.

Præſagia.

Cap.21. Vide prædictiones in capite de conceptione fœtus prę ſcriptas. Mulier poſt annum quintum & vigeſimum primo concipiens, difficulter pariet. Pinguis mulier ſicut difficile concipit, ita & ęgerrime parit. Si dolor ventris imas partes tentat, cum parientis virium robore, & nulla adſit anhelandi difficultas, in muliere temperaturæ & ætatis mediocris, bono eſt. Si dolor ad ilia & os ſacrum tendit, difficillimè pariet.

5. Aphor. 35. Mulieri quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio, bonum.

Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, &c.

Vide in capite de conceptione. Mulieres quæ in nauibus pariunt, mutos edunt Primiparæ, & quæ rariùs pariunt, plurimùm in partu & puerperio laborant: quæ verò crebrius pariunt, minus. Oſcitatio in enixu lethalis eſt. Plin. lib. 7. cap. 6.

PARIENDI RATIO. CAPVT XXVIII. C

Aegineta. OBeſam mulierem in lectulo pronam, hoc eſt, in caput propendentem, & vultu in terram deiecto figurare oportet, flectentem inclinantemve genua ad femora, quo vterus ad abdomen tendens, è directo oris ſit. Digitis verò pinguedinibus, verbi gratia, butyro, oleo, axungia anatis, gallinæ & ſimilium, delinire os oportet, & ſenſim dilatare. Quòd ſi igitur aſtrictioni aut denſitati quaſiq; cuneationi difficultatis pariendi culpa imputatur, laxatione primitus ſuccurrito, infundens iugiter oleum dulce, & calidum, & elixationem fœnigræci, aut maluæ, aut ſeminis lini, aut etiam oua, laboris mitigandi gratia. Deinde pubem cum epigaſtrio & lumbis cataplaſmatis modo illinito cum ſemine lini, aut melicrato, aut hydrelæo, encathiſmatis præterea conſimilibus. Inſuper laxationes balneis aquarum dulcium moliri oportet, præterquam ſi febris, aut alia quæpiam prohibeat ocaſio: mouereque parientem lectica ſellave, in aere temperatè calido. Nonnulli verò concuſſionibus vehementibus ac violentis vtuntur, & ſternutamenta adhibent. Animo pauido exiſtentem, quaſique detrectantem hortari & animare decet. Inexpertam doloris partus admonere expedit, vt conſtanter ſpiritum contineat, & validiore niſu conceptionem ad os vteri protrudat. Porrò ſenſum non tentantibus odoramentis animo deficiens recuperanda & re-
Syncope. creanda eſt. refocillata vero mediocriter nutrienda eſt alimento haud multo, &c.

Quod ſi inflammatio, aut alius quiſpiam morbus vterum infeſtarit, huic etiam ex proprijs capitibus ſuccurrendum, ac proſpiciendum erit. Vbi infans prægrandis fuerit, ea adhibenda quæ dilatare & laxare os vteri poſſunt. Vbi autem præter naturam conformatum embryon eſt, ſchematiſmũ naturalem reddito: nunc quidem impellendo, nunc verò adducendo, nunc flectendo, nunc verò dirigendo. Et ſiquidem manum prætendit, aut pedem, membrum apprehenſum arripere minimè oportet: magis namque obſtruitur, aut debilitatis artubus impotens euadit, aut etiam frangitur interdum. Sed digitos ad hume- D
** ſphenoſi, id eſt, obſtructione vel impactione.* rum aut coxendicem fœtus trahendo, denuò prominentem infantulum in locum ſuum reducito. Porrò ſi cum oris vteri * compreſſione, totius infantis indecora fuerit figura, rurſum ab ore vteri in ſuperiora quamprimùm eundem attollito: deinde comprehenſum denuò in os ipſum dirigito. Si autem gemini
** abſque offenſione facito. Cornarius: ſenſim, ac leniter, citra compreſſionem.* aut terni, pluresve fuerint, ac ceruicem vteri obſederint, reliquos propellere ad fundum vteri oportet & cum qui magis paratus videbitur, prius educere, verùm cuncta paulatim, & * abſque partus ruptura facito, oleo perfundens locos. Oportunum porrò tempus ad collocandum in ſella eſt, vbi matricis oſtium apertum digito ſe offert, ac pars eius prominet.

*Fuchſius. Aegin. lib. 6. Aetius lib. 16. * de qua Tetrab 4. ſerm. 4. cap. 23.* Porrò ſi fœtus tunica, ſeu ſecunda craſſior fuerit, ac ſolidior quàm vt rumpi poſsit, diſſecãda erit. Quibus autem humor in tunicis contentus, ante congruum tempus effluxerit, ita aut loca exaruerint, ouorum albuminibus cum maluæ aut fœnigræci decocto excolato, aut ptiſanæ cremore tepido perfundemus. Verùm ſi non procedat, quod infans mortuus ſit, aut caput nimis magnum, vel etiam aliam ob cauſam ad fœtus extractionem ſeu ſectionem, quam Græci * ἐμβρυουλκίαν appellant, veniendum eſt.

PARTVS

A
PARTVS IVVANTIA. Ex Plinio.
CAPVT XXIX.

PArtus putant ſemine cucumeris ſylueſtris iuuari, ſi in arietis lana alligatum inſcientis lumbis fuerit,
ita vt protinus ab ea eximatur & rapiatur extra domum ipſam, lib.20.cap.1. Bulbi hortenſes partum
accelerant cum ſapa, aut paſſo ſumpti, lib.20.cap.9. Secundos partus ciet apij ſemen, lib.20.cap.11.
Seſeleos folia vtilia ſunt, vt quæ partus adiuuent etiam quadrupedum, lib.24. cap.5. Suffitu allij ſecun-
dos partus euocari exiſtimauit Hippocrates, libro 20.cap.6. Cunilago mollis, montana, ſerpillo ſimilis,
purgat à partu mulieres lib.20.cap.16. Dalion herbarius parturientibus ex aniſo cataplaſmata impoſuit
cum opio, lib.20.cap.17. Parere quoque facilius aniſum olfactantes Pythagoras docet, & ſtatim à partu
dandum potui * polenta aſperſa, ibidem. Conſtat parturientes folijs maluarum ſubſtratis celerius ſolui, * inſperſum potui polentæ inſtar.
protinus à partu reuocanda, ne vulua ſequatur. Dant & ſuccum maluæ bibendum, parturientibus ieiu-
nis, in vino decocta hemina, lib.20.cap.21. Caulis & folia œnanthes herbæ cum melle ac vino nigro po-
ta, facilitatem pariendi præſtant, ſecundasq; purgant, libro 21.cap.24. Sonchi ſuccus trium cyathorum
menſura, in vino albo & oleo calefactus, adiuuat partus. ita vt à partu ambulent grauidæ, lib.22. cap.22.
Palma ſuffitu partus extrahit, lib.23.cap.5. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent, radice lau-
B ri acetabuli menſura pota in aqua, efficacius recentem, quàm aridam, lib.23.cap.8. Laurus Alexandrina
ſiue Idæa partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus, ſecun
das etiam pellit. Ibidem. Galbanum bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho, vuluaſ-
que conuerſas corrigit, lib.20.cap.5. Chamædaphne partus difficiles ciet in lana appoſita, lib.24.cap.15.
Cribro in limite abiecto, herbæ intus extantes decerptæ adalligatæque grauidis, partus accelerant, lib.
24.cap.19. Diocles difficile parientibus ſemen fœnigræci dedit acetabuli menſura tritum in nouem cya-
this ſapæ, ad tertias partes bibere, vt qui biberint in calida lauarentur. Et in balneo ſudantibus dimi-
dium ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquum, pro ſummo auxilio, lib.24.cap.19. Betonicæ drag-
ma bibitur in vini cyathis tribus contra omnia vuluarum vitia, aut quæ à partu fiunt ſecundas moran-
tes, vel partus emortuos, radices panacis appoſitæ extrahunt. Polemonia pota ex vino ſecundas pellit.
Centaurij maioris radix deraſa & appoſita extrahit partus emortuos. Præcipua dictamno vis eſt, partus
emortuos vel tranſuerſos eijcit: bibitur ex aqua foliorum obolo, adeò ad hæc efficax, vt ne in cubiculum
quidem prægnantium inferatur: nec potu tantum, ſed & illitu & ſuffitu valet. Pluribus autem modis &
ariſtolochia prodeſt: nam & menſes & ſecundas ciet, & emortuos partus extrahit, myrrha & pipere ad-
ditis, pota vel ſubdita. Secundas pota ciſſanthemos pellit. Mandragoræ ſuccus appoſitus menſes ciet, &
emortuos partus. Daucum & menſes & ſecundas potum facillimè pellit. Emortua ſcammonium pellit,
C potum vel appoſitum. Radix è geranio peculiariter ſecundis inflammationibusque vuluarum conue-
nit. Artemiſiæ radix pota in tãtum purgat, vt partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas ciet ramorum
artemiſiæ decoctum inſidentibus. Item foliorum pota dragma: Ad eadem omnia proſunt vel impoſita
ventri imo cum farina hordeacea. Anthyllides duæ vuluis vtiliſsimæ, torminibusq́. & ſecundarum mo-
re, in vino potæ. Radix verbenacæ pota ex aqua, ad omnia in partu, aut ex partu mala, præſtantiſsima eſt.
Partus accelerat ſcordotis pota, dragma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor. Dictamni folia præclarè
dantur ex aqua: conſtat vnius oboli pondere, vel ſi mortui ſint in vtero infantes, protinus reddi ſine ve-
xatione puerperæ. Similiter prodeſt pſeudodictamnum, ſed tardius. Cyclaminos adalligata: Ciſſanthe-
mos pota. Item betonicæ farina ex aqua mulſa. Plinius, libro 26.cap.15. Anagyri, quam aliqui acopon vo-
cant, folia difficulter parientibus adalligantur, ita vt à partu ſtatim auferantur, quòd ſi emortuus hæreat,
& ſecundæ menſesque morentur, dragmæ pondere bibantur in paſſo folia, lib 27.cap.4. Paſtilli ex peri-
clymeno, reſoluti dati in vini albi cyathis tribus, partum iuuant, ſecundasque pellunt, libro 27. cap. 12.
Smyrnij radix partus adiuuat, & ſecundas pellit, lib.27.cap.13. Axungia è ſue quæ non peperit ſyncera,
partus in abortum vergentes nutrit, collyrij modo ſublita, lib.28.cap.9. Tradunt ceruas cum ſenſerint ſe
grauidas lapillum deuorare: quem in excrementis repertum, aut in vulua (nam & ibi inuenitur) cuſto-
dire partus adalligatum. Inueniuntur & oſsicula in corde & vulua perquam vtilia grauidis parturienti-
busque, lib.28.cap 19. Tota oua adiuuant partũ, cum ruta & anetho & cymino pota ex vino, lib.29.cap.3.
D Partus euocat mẽbrana è canum ſecundis, ſi terram non attigerit. Cinis herinaceorum cum oleo perun-
ctorum cuſtodit partus contra abortus. Faciliùs enituntur, quæ fimum anſerinũ cum aquæ cyathis duo-
bus ſorbuere, aut ex vtriculo muſtelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni grauidis ſecundas
pellunt in paſſo poti. Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum, detra-
huntur autem ſub partu, aliàs eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terram ponantur. Cochleæ in
cibo ſumptæ accelerant partum. Amphisbæna viua in pixide, etiam ſi mortua ſit, atque aſſeruata, partus
faciles præſtat. Anguium ſenectus adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus à puerperio remo-
uenda. Dant & in vino bibendã cum thure: aliter ſumpta, abortum facit Baculus quo angui rana excuſſa
ſit, parturientes adiuuat. Lapis aetites in aquilę repertus nido, cuſtodit partus contra omnes * partuum * al. abortiuum.
inſidias. Penna vulturina ſubiecta pedibus, adiuuat parturientes. Ouum corui grauidis cauendum con-
ſtat, quoniã tranſgreſſus abortus aſperos facit, lib.30.cap.14. Cancri fluuiatiles ſi partus ſtranguletur, poti
ex aqua auxiliãtur. Eoſdem recentes vel aridos bibunt ad partus continẽdos. Hippocrates ad purgatio-
nes mortuoſque partus vtitur illis cum quinis lapathi radicibus, cum ruta & fuligine tritis, & in mulſo
datis potui. Ad ſecundas vti caſtoreo prodeſt, cum panace in quatuor cyathis vini. Mirum & quod de tor
pedine inuenio: ſi capiatur, cùm luna in Libra fuerit, triduoque aſſeruetur ſub diuo, faciles partus facere,
poſtea quoties inferatur adiuuare. Et paſtinacæ radius adalligatus vmbilico exiſtimatur idem facere,
ſi viuenti ablatus ſit, ipſaque denuò in mare dimiſſa, Plin.lib.32.cap.10. Crudus braſſicæ caulis ſi edatur,

partus quoque emortuos pellit,lib.20.cap.9. Cichorium mulierum purgationibus quidem decoctum in aqua adeò prodeſt,vt emortuos partus trahat,lib.20.cap 8. Ruta fœminarum etiam purgationes,ſecundasque,etiam emortuos partus,vt Hippocrati videtur,ex vino dulci nigro pota pellit,lib.20.cap.13. Mentaſtrum potum fœminas purgat à partu,ſed partus necat,lib.20.cap.14. Pulegium ſecundas & defunctos partus eijcit, lib.20.cap.12. Siſymbrium non edendum grauidis, niſi mortuo conceptu, libro 20. cap.22. quippe impoſitum etiam eijcit. Si emortui ſint in vtero partus, thymi decoctum in aqua ad tertias prodeſt,lib.21.cap.21. Anthemis pellit mortuos partus,lib.22.cap 21 Silphij folia ad expurgandas vuluas pellendosque emortuos partus decoquuntur in vino albo odorato, vt bibatur mẽſura acetabuli à balneis, lib.22.cap.23 Noſtri herbarij partus emortuos ſaluia appoſita extrahunt,lib.22.cap.25. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto donec tertia pars ſuperſit: ex albo hoc melius: ſecundas, partusque emortuos trahit cum bulbis potum, lib.32.cap.2. Galbanum abortus non exeuntes trahit appoſitu vel ſuffitu,lib. 24.cap.5. Chamæpitis mortuos partus,ex aceto cocta potaque,eijcere protinus dicitur, libro 24. cap.6. Herba ſabina partus emortuos appoſita extrahit & ſuffitu,libro 24.cap.11. Aron partus omnium animalium extrahit,lib.24 cap.16. Leporis iecur illitum cum croco & porri ſucco, vellere appoſitum, abortus mortuos expellit,lib.28.cap.19. Si mortuus partus ſentiatur, equi lien ex aqua dulci potus eijcit, lib.28. cap.19. Succida lana compoſita ſubditaque mortuos partus euocat,lib.29.cap.9. A

Ex monumentis Arabum. B

Eligatur obſtetrix habens digitos protenſos gracilesque,quibus oleo lilino illitis in debitum ſchema fœtus exitui paratus reponatur. Vtero gerens aliquot dieb.ante partũ crebriori exercitio vtatur,aliquando gradus deſcendat aſcendatque,ſaltationes ante cœnam colat, deinde ieiuna tali luatur encathiſmate.

Inſeſſus.

℞. Altheæ cum rad. M.vj.maluæ,chamæmeli,ſertulæ campanæ,apij ana M.iiij.foliorum lauri,lauẽdulæ ana M.ij.ſem.lini,fœnigręci ana ℔.ij.coquantur,quotidie dimidia hora huic decocto inſideat mulier.

Vnguentum.

A balneo aut inſeſſu epigaſtrium & os ſacrum tali inungito vnguento: ℞. Olei amygdal.dulc.℥.j pinguedinis gallinæ,olei lilini,mucoris altheæ ana ℥.s.cera alba excipiantur in vnguentum.

Potus.

Ab inunctione duo ouorum lutea ſpeciebus aromaticis ſequentibus conſperſa calidè potui dentur. Sunt item qui vinum aromaticum partui proximis propinant.

Species aromaticæ.

℞. Cinnamomi ℥.s.caſiæ,aut croci,corticis caſſiæ fiſtularis ana ʒ j.ſabinæ, betonicæ,adianti, dictamni,fœnigræci,baccarum lauri,menthæ ana ʒ.s.oſsis ex corde cerui ℈.s. ſacchari ℥.s.in pollinem omnia reducito.

Eclegma. C

℞ Pharmacorum in ſpeciebus deſcriptorum & friatorum ʒ j. ſacchari ℔.s.ſaccharum artemiſiæ, apiaſtri ſucco,aut liquore ſtillatitio liquetur, & inde quadras pond. ℥. s. confice, dato quotidie quadram ieiunæ,ſubinde decocti præſcripti,aut vini aromatici cyathum dimidiatum propinato.

In hora parturitionis quid faciendum.

Aer parientis eſto calidus & humidus,pira domo(ſi quæ fuerint)abiiciantur. Lapillos precioſos portet,quibus vis ineſt iuuandi parientes, puta Aetites ſiniſtro lateri adalligatus, Magnes in ſiniſtra manu detentus. Sortilegæ cacodæmonibus deuotæ ablegentur. Partum accelerant doloremque mitigant Iaſpis, ſmaragdus,coralliuin, ſtyrax tritus & lana ſubactus, & peſsi modo immiſſus, cor gallinæ adhuc ipſa palpitante impoſitum,radix ocymi ſimul cum penna hirundinis,radix cyclamini,artemiſia,dracontium genibus alligatum,penna ſiniſtra aquilæ, ſeu tota ala,aut penna vulturis parituræ pedibus impoſita, vnguis milui ſub laborantis interula portata. Ex roſtro porcino ſertum capiti imponitur. Quum dolores vehementiſsimos cum graui pubis pondere paritura crudeliter ſenſerit, retentum ſpiritum ſæpe inferiùs deprimat.

Cataplaſmata & emplaſtra.

Auicenna. Pedes cum contrito polypodio emplaſtrandi ſunt,venter totus artemiſia emplaſtrandus. Farctum internum colocynthidis ſucco rutę,& momento myrrhæ exceptum toti aluo emplaſtri modo imponatur. D

Per metrenchyten inijciendа.

Chorio rupto ſæpe humores,qui partum ad exitum iuuant,defluunt,partu in locellis ſiccis remanente, tunc iniice decoctum ſequens: ℞. Altheæ cum rad. M ij artemiſiæ M.j. fœnigræci, ſeminis lini ana ℥. iij.decem ficus ſiccas,coquantur,decocti ℥.iiij.adde olei lilini ℥.ij.moſchi gr.j.

Potus.

Potui dato colamentum aquæ, in qua hirundinis nidus maceratus ſit, verbenacam cum aqua frigida, adiantum cum vino,aut ſyrupo roſaceo,mentham,betonicam,chamæmelum cum aqua & melle,ramentum nucleorum dactylorum, fimum anſeris, falconis, aut accipitris cum dulci vino. *Vel,* ℞. Corticis caſsiæ fiſtularum ʒ.j. aut ij. pulueris dictamni, cum ſeminis lini decocto, quibus nonnihil cinnamomi ſemper adde. Medicamentum verò quod in vniuerſum omnes difficulter parientes iuuat, eſt hoc: ℞. cinnamomi electi ʒ.ij.myrrhæ,caſiæ ana ℈.j. ſuccini albi ʒ.j.s.vnà friato, de quo friamento in potu cum vino aromatico potui dato ʒ.j.

Catapotia & orbiculi.

Globulos ſequentes ex eorum quæ partus accelerant decocto potui dabis ʒ.ij. ℞. Sabinæ ʒ.ij. rutæ

℈ iiij

A ℈.iij.rutæ ſylueſtris ʒ.j.laſerpitij, ammoniaci, rubiæ paſſiuæ ana ℈.ij.rutæ ſucco excepto digere in catapotia. *Vel*, ℞. Ariſtolochiæ longæ, piperis, myrrhæ, æquas partes, rutæ ſucco, excipe in orbiculos.

Eclegmata.

℞. Myrrhæ, caſtorij, ſtyracis ana ℥.s. cinnamomi & ſabinæ ana ʒ ij. melle deſpumato excipiantur, & cochlear vnum cum ſeminis lini & iuniperi decocto ex vino calidè dato. Sternutamenta proſunt.

SECVNDAE RETENTIO.
CAPVT XXX.

SEcunda, ſiue chorion, eſt membrana totum fœtum inuoluens, venis & arteriis contexta, duas habẽs tunicas, vel, vt alij volunt, tres, matricis venis arteriiſque cohærens, per venas etenim illas ſanguinẽ, quo fœtus alitur, attrahit, per venam vmbilicalem ipſum adminiſtrando, per arterias item vmbilicales ad cor fœtus refrigerandum aerem tranſmittit. Mediante enim radice, & qui ab ea oriuntur villis capillaribus, planta ſolo connectitur, à quo alimentum per ipſos villos ſibi trahit, pari ratione fœtus per venulas in ſecunda ſparſas & arterias, quibus locellis hæret, ſuctu ſibi alimẽtum fœtus capit. Eſt & ſecunda membranula à filio Albohali Arabe biles dictus. Item ab vmbilicali vena ac vaſe quodã, per quod ſibi fœtus vrinam mandat, ortum trahit, quod plicas (rugatæ veſtis figura) plurimas habẽs, ac anfractus, in quibus vrina fœtus ad ipſum miſſa reconditur, ab vmbilico infra, fœtum ipſum totum inuoluit. Eſt & membrana tertia tenuiſsima, quæ fœtui proximior prorſus ipſum circundat, & intra ſe vniuerſum fœtus ſudo rem receptum ſeruat. Prima igitur membrana & extima humores in locellis collectos à cõceptione, qui neque auctioni, neq; nutritioni fœtus, ne fœtui noceant, arcet, ſed inter locellos & hanc membranam ad partum vſque ſeruantur. & hæc ſecũda, ſiue chorion dicitur, quæ natura aut obſtetricis digitis hora partus diſrumpitur. Secunda membrana biles dicitur, qua ab vmbilico partes fœtus interiores teguntur, rugoſa eſt, cauitates receptulaque habens, quibus detinetur humor erodens & aſper: verbi cauſa, lotium, ſudor. quandiu enim fœtus in matris vtero eſt, vrinam emittit, per venam ab vmbilico pertingentem dictam membranam, & non per vrinæ meatus aſſuetos, ſiue naturales. Tertia membrana vniuerſum fœtum tegit, & vrinam in bile membrana contentam, ne puſioni noceat, arcet, mollior quàm ſecunda membrana eſt, ne detrimentum fœtui inferat: hanc obſtetrices pueri armaturam, Auicenna abgas, vocant.

Gal. lib. 1. de Sem. cap. 7. — *Arabes.* — *Eucharius. Rodio de partu hom. cap. 1.*

B

Secundam extrahendi modus.

Porro fœtu excuſſo frequenter accidit, vt ſecunda in vtero firmiter adhæreſcat, quod vbi euenit, tum interdum os vteri apertum, interdum clauſum reperitur, ſecundinaq; ipſa nonnunquam vteri fundo adhuc coniuncta, nonnunquam ſeiuncta eſt. Si itaq; os vteri diductum fuerit, & ſecunda, quæ inibi relicta eſt, alicui parti vteri orbiculatim ac pilæ modo conuoluta inhæſerit, facilè educitur, manu ſiquidem ſiniſtra calida pinguique illita in fundum demiſſa, ſecundam ſubalbentem extrahere oportet. Si autem fundo vteri ſit connexa, demiſſa ſimili modo manu calida, & pingui inuncta apprehenſam ſecundam trahemus, non tamen in rectum, ne vterus procidat, neq; violenter admodum, ſed leniter ac placidè primum in obliquum diducemus, huc atque illuc circumagentes: deinde paulò validius attrahemus, hoc enim pacto obſequuntur, & à connexu ſoluuntur. Quod ſi vuluæ os clauſum fuerit, perfuſionibus vtemur, & ſiniſtræ manus digitis leniter aperire, & paulatim dilatare conabimur. Quòd ſi non ſucceſſerit, mulieris pubi fomenta, perfuſiones, vnguentaque emollientia & relaxantia adhibere conuenit. Si robuſta fuerit, eo tempore etiam ſternutamenta ex caſtorio, pipere & ſimilibus confecta naribus admouẽda ſunt. Hinc eſt quod Hippocrates 5 Aphor. 49. ſic ſcriptum reliquerit: Vt ſecunda procidat, ſternutatoria apponito, & nares & os apprehendito.

Fuchſius lib 3. de med. morb. cap. 64.

C

Eclegmata quæ cerebrum & cor confortant exhibeto: verbi cauſa, diamargariton, dianthu, pliris cum moſcho, potio moſchata.

Encathiſmata.

Inſeſſus ſunto ex foliis & ſurculis allij: aut ex chamæmelo & chamæacte. Linimenta, inunctiones, & portanda. Vide in capite de Difficultate partus. Os vteri illinitur croco & leporis coagula. Inungatur vterus oleo lilino, aut * ſambucino calido. Aegra cingatur ſenecta anguium. Coxæ adalligabis artemi- D ſiam aut abſynthium tritum.

Cap. 27. — ** ſambucino per a. in antepenultima.*

Potiones.

Potiones deniq; aliquæ earum, quæ menſes prouocant propinandæ. Quæ quidem omnia primo, aut altero die peragenda ſunt. Vide potiones ſcriptas in capite de Difficili partu, & de Suppreſsis menſib.

Cap. 27. & cap. 3.

Bibendæ item decoctiones roſarum recentium, allij, artemiſiæ, faſeolorum rub. praſsij, altheæ, pulegij, dauci, mentaſtri, petroſelini, polytrichi, mercurialis, rubiæ qua tingitur, dictamni, artemiſiæ, polytrichi petroſelini, marrubij mercurialis, abſynthij, pulegij, verbenæ, porri, rutæ, hyperici. Ad ſecundas, & partus emortuos extrahendum, ex Haly Abbate. ℞. Sabinæ, ariſtolochiæ, perpenſæ, acori partes æquas, trita melle excipito, portio eſto).ʒ.ij. ex lupinorum, mentaſtri & ſabinæ decocto. *Vel*,

Lib. 8. pract. cap. 27.

℞. Opopanacis, galbani, fellis bouis ana ʒ.ij. caſtorij ʒ j detur potui cum maratri & ſabinæ decocto.

Vir ſi colem iuniperi lachryma inungat, & coeat, exibit ſtatim fœtus & ſecunda. ℞. Sabinæ, lupinorum ana ʒ.j. myrrhæ opopanacis ana ʒ s. caſtorij ℈.s. in tenuiſſimum pollinem redacta potui dato cum braſsicæ & pulegij decocto.

Haly.

Suffitus.

Præterea ſuffitu vtẽdum, decoctis in olla artemiſia, iride, ſabina, pulegio, calamintha, & ſimilibus, olla ſellæ ſuppoſita, cui mulier veſtimentis vndiquaque circumſepta inſideat. Quia verò grauitate odoris & caput replet, & ſtomachum euertit, odoramenta iugiter ſuffigienda ſunt, quæ poſſint his malis aduerſari, & ſecundam ſubducere. Ad quos vſus excellunt cardamomum, bdellium, cum ſabina, thus, ſtyrax,

Fuchſius.

Auicenna. ladanum, agallochum, & huiuſmodi. *Vel,* Suffiatur ægra vngulis equi, aſinæ, capræ, ſtercore bouis, equi, columbarum fimo & aquilæ, porri ſemine, allio, picea, veratro candido, nigella, ariſtolochia longa. *Vel,* Rutam, praſium, & abrotonum, trita parum dilue oleo lilino, ferueant paululum, & mulier pannis tecta vaporetur. A

Peſſi.

Peſſos concinnato ex allio, aſphalto, laſere, balſamo, ſtercore accipitris, galbano, gentiana, ſagapeno, ſcammonio, bryonia, iride, nitro, dictamno, excipiendo ſucco artemiſiæ. ℞. Ariſtolochiæ vtriuſque, ſabinæ, naſturtij partes æquas, trita in pollinem bouis felle excipe in peſſos. At ſi ſecunda non obediat, dilaceranda non eſt: haud multis enim poſtea diebus putrefacta, & in ſaniem ſoluta excidet.

PVERPERAE CVRA. CAPVT XXXI.

SI peperit maſculum, 30. diebus lecto iacet: ſi fœminam, 40. Nonnullæ tamen ſtatim à partu reſurgũt. Cuius enim crudelis partus eſt, & cubilis exitus tardus, inprimis tenuem victum huic exhibere oportet. Symptomata à partu mulierem torquent, quæ proueniũt è ſanguinis ſuppreſſione, aut ipſius fluxu nimio, aut adſunt vlcera ex ligamentis ruptis. Ex ſanguine retento ſequuntur vertigines, animi deliquia, febres, & tandem omnes morbi, qui ſuppreſſos comitantur menſes. Si prædicta puerperam torquent, tunc ſtatim à partu ſaphena vena ſecanda eſt, modò vires adſint minimè ficulneæ. Sãguinis fluor ſiſtendus, vti dictum eſt, in menſium nimio fluxu: febres profligandę his, quæ de febribus libro peculiari dicentur. Dolores ſedãdi ſunt acopis, anodynis, cataplaſmatibus inunctionibus. Danda etiam potui tryphera magna cum opio ex vino. Si crudeliſſimo tentetur affectu, ſequentis eclegmatis ℥.s. aut ℥.j. potui dato cum artemiſiæ decocto ex vino calido. nam ſtatim dolorem ſedat: ℞. Piperis longi, ſeminis herbæ Apollinaris candidæ ana ℥ v. opij Thebaici, croci ana ℥.ij.s. pyrethri, caſtorij ana ℥.s. ammeos, baccarum lauri, cymini, fol. rutæ ſic. calamenti ana ℥.j.s. margarit. hyacinthi ana ℥.s. moſchi electi ℈.s. excipiantur melle deſpumato in eclegma, & ſeruetur ſex menſibus antequam quicquam detur. B

MONSTRA. CAPVT XXXII.

Galen. libro definit. MOnſtra, vt aliquibus placet, fiunt propter inclinationem vuluæ. ſemen enim effuſum inæqualiter, mõſtra facit: ſic & plumbum calefactum, poſteaquam inæqualiter fuſum eſt, inæqualia facit ſimulacra. Monſtra autem defecta fiunt, quædam magnitudine, vt quæ magno ſunt capite prædita: alia paruitate, vt quæ parua habent capita: nonnulla abundantia, vt quæ ſex digitos in altera manu habent.

Marcel. Virgil. in Dioſc. lib. 4. cap. 142. in lauro Alexandrina. Vidimus aliquando (inquit Marcellus) ex Gallia in Italiam aduectum hominis in natura Monſtrum, quod per vrbes ad ſpectaculum quæſtus cauſa à pleriſque circumferebatur. Id puer nondum plenæ pubertatis erat, cui ab interiore parte inter imum pectus & vmbilicum eiuſdem ſexus paulò minus quàm integer alius pendebat homo, alterius illius & integri, ex quo pendebat, tertia ferè pars, caput illi tantùm & ſuperiores humerorum partes deerant, quæ veluti inſitione quadam in integro illo latentes, tam apta quo diximus loco coaluerant, vt ſine labore, vitæque tædio, duo ſimul paulominus quàm tota corpora in vno homine viuerent. Brachia incepta illi tantùm videbantur, reliquum vndique integrum corpus erat, quod ad alterius ſenſus neceſſitateſque omnes etiam moueretur. hactenus Marcellus. Hoc ego etiam vidi in Pandocheo quodam in oppido Caſtauarienſi Pictonum, quum tertium decimum ætatis annum agerem, anno à Chriſto nato, aut paſſo 1516. C

Octauo die Februarij, anno Domini 1541. in caſtro diui Amandi Alliferi in ſolo Borbonico, ex iuuencula quadam mihi notiſſima natum eſt monſtrum, hominis effigiem à capite ad vmbilicum vſque referens, ab vmbilico infra, crurum pedumque, ac digitorum pedis loco ſubſtituta erat cauda ſirenum modo, pyramidali figura, in latum tamen pedis magnitudine deſinebat. Tinctum fuit hoc monſtrum Chriſtianorum lauacro, horamque à partu duntaxat vixit.

Alex. Bened. in Anatome. Vidimus (inquit Alexander) mulierem ſine brachiis natam, pedes pro manibus, ad nendi ſuendique artem habuiſſe. Eandem nos quoque vidimus in caſtro Amandino Alliſero, anno Chriſti 1540. nentem, ſuentem, pedibus (manuum vice) cyathum vini apprehendentem, & cultello panem ſcindentem, & bellantium more pedibus arreptis baculis tympanum bellicum pulſantem.

Plin. lib. 6. cap. 30. Ferunt ab orientis parte intima gentes eſſe ſine naribus, æquali totius oris planicie: alias ſuperiore labro orbas: alias ſine linguis: pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantùm foramine ſpirat, potumque calamis auenæ trahit, & grana eiuſdem auenæ ſpontè prouenientis ad veſcendum. Quibuſdam pro ſermone nutus, motuſque membrorum eſſe. Quibuſdam ante Ptolemæum Lathyrum Regem Aegypti ignotus fuit vſus ignium. Quidam & Pygmæorum gentes prodiderunt ante paludes, ex quibus Nilus oritur, Nomades cynocephalorum lacte viuentes, Olabi, Syrbotæ, qui octonum cubitorum eſſe dicuntur. Cynamolgi caninis capitibus. D

Plin. lib. 7. cap. 1. Iam in facie vultuque noſtro, quum ſint decem, aut paulò plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere, quod ars nulla in paucis numero præſtet affectando.

Iuxta eos, qui ſunt ad Septentrionem verſi, haud procul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuque eius dicto, quem locum Geſclitron appellant, produntur Arimaſpi, vno oculo in fronte media inſignes, quibus aſſiduè bellum eſſe circa metalla cum Gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate, & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus, multi, ſed maximè illuſtres Herodotus & Ariſteas Proconneſius ſcribunt. Vide cætera apud Plinium lib. 7. cap. 2. Perlege librum cui titulus eſt, Omnium gentium mores, &c.

FINIS.

LVD.

A

LVD. BONACIOLI ENNEAS MVLIEBRIS,

A D

Lvcretiam Ferrariæ Duciſſam.

Nunc primùm ex vetuſto exemplari à mendis innumeris integritati & ordini reſtituta.

De Vteri partiumq; eius confectione.

Capvt I.

B

MVNDVM in abſoluti orbis ſpeciem conglobatum, æterno ac irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, atque incredibili concentus ſuauitate circumactum (quem vocula alia cælati argumento vetuſtiſſimi cœlum appellauêre) iure ſapientiores pluſquam ſatis admirari, nemo quiſquam ibit inficias. Animantium autem in eodem natura, nullius propè partis contemplatione inferior cẽſetur. At omnium admirationem nouiſsima hominum compago, ſtructuraque inſigniter præcellit. Quos cùm ſummo illi Opifici omniumque optimo Conditori indiuiduorum immortalitate impartire minimè placuerit, eoſdem tamen (generis miſertus humani) ſucceſsione quadam propagationeque ſpeciei æternitate donauit. Idipſum verò ſimilium procreatione humana fragilitas, auidaq; nunquam deſinere mortalitas (virilibus à Saturno cœli patris iamiam abſciſsis, in mareq. proiectis) maribus fœmellas ineuntibus aſſecuta eſt. Vt verò mulierum vterus, ex quo tam mirãda humani generis machina faberrimè ortum traxit, in ſupremam omnium admirationem animum non agat, fieri qui poteſt? Enimuerò natura rerum parente, ſexuum diſcrimine, alterum ab altero, quoad eius fieri quid interſtinguente. alter maris, fœminæ alter, nomenclaturam ſibi vendicat. Quandoquidem quæ animal gignere queunt, aut in ſe ipſa prolificam genituram, (qua ingeſta animalia conſtituãtur) mittere operæprecium ſit, fœminam quod in ſe, marem quod in alterum profundit, antiquitas proculdubiò nuncupauit. Quò fit, vt rationis quidem diſcrimen ita exultet. At cùm & fa-

C cultate & munere quodam hæc, præter id, diſtinguantur: accommodato autem ad omnem officij functionem inſtrumento opus ſit, corporiſque partes facultatibus, earum inſtrumenta, accommodentur: ad prolis quoque procreationem & initium, partes aliquas eſſe accommodatas, easque inter ſeſe, quib. à fœmina mas differat, diſſentientes oportet. Nam & ſi de animali toto, mas aut fœmina dicatur, attamen non quauis ſui parte potentiaque, quin certa quadã virtute & parte, idem mas fœminàve cenſetur. Eiuſmodi verò partes, fœminæ quidem vteri & vuluæ, mari colei colesq; ſunt. Quæ in humano ſanè genere formæ inter ſe longo interſtitio abſcedunt. Colis namque à vulua tantùm abeſt, vt eidem nihil contrarium magis eſſe videatur. Etenim contrà quàm colis planè formata eſt. Siquidem caua hæc, pubi ſubditaſſe foris propenſus ac prominens exiſtit Cæterùm homines aſsiduè (haud perpetuò) ſuos ſibi ſeruaſſe ſexus dilucidè liquet. Contrà nonnunquam conuariare ex fœminiſque in mares mutari (tametſi rarenter) neque dubitatum, neque fabuloſum eſt Probatiſsimorum namq; conſenſu mouemur. Proindeque puerilium hæc deliramentorum commenta eſſe (quanquam nihil adeò mirum aliud, quàm hæc placuiſſe Diis conſpicio) neutiquam exiſtimanda ſunt. In annalibus ſiquidem, Licinio Craſſo, Caſsio Longino Coſs. Caſini puerum ex virgine ſub parentibus effectum, in deſertamque aruſpicum iuſſu inſulam delatum, digniſsimos autores lectitaſſe compertum. Atqui Licinius Mutianus Argis viſum à ſe Ariſtontem, cui Areſtuſæ nomen prius fuiſſet, nupſiſſe etiamnum, mox & barbam & virilitatem ſuperueniſſe, vxoremq; fauſtè (vt fas eſt credere) duxiſſe, prodidit. Eiuſdem ſortis & Smyrnæ puerum ſeſe nouiſſe re-

D fert. Quin etiam illud ſatis mirari non queo, quod Plinius in Africa in marem commutatum, qui pridie fœmella fuerat, nuptiarum die, Lucium Coſsitium Tiſdritanum ciuem vidiſſe ſe affirmat. Eſſent & fabuloſa quoque nonnulla hac de re, quæ veluti expedientia præfari nos oportere, quiſpiam exiſtimabit, etiamnum ſi fide careant, quandoquidem admirationem impleant, multumque etiam quod vero ſuperſit confiteri cogant: ſed ea conſultò atq; ex induſtria prætermittimus, tum ne in fronte polita, modum excedere videantur: tum etiam quia haud cuncta (quanquam maxima quidem, & ſi rara, circa hæc exiſtunt) miracula inſtituti noſtri deſcribere fuit. Quibus omiſsis, tanquam longo poſtliminio ad muliebria, quæ hominis inchoandi (cuius rationem aſsignaturi ſumus) domicilia ſunt, genitalia reuertamur. quæ ideò prætulimus, quia iis commemoratis, non vteri tantùm, ſed & conceptionis pariter dignitas ac claritudo adſtruetur: quorum nobis partes partiumq; nomina, non vulgari modò, verùm & vetuſtis, & poſtea inuentis omni cura perquiſitis, cauſaq; ac rerum ratione ſimul eruta nunc tractabuntur. Nam eorum reſectionibus ad integrum perpenſis, eo perduci videbimur, vt ſpectatæ illius procreationis cauſas & modum, ac denique quicquid de hac ipſa, quam quærimus re, edoctum nobis deprehenſumque ſit, in medium nos auſpicatius promulgaturos arbitremur. Principiò autem concinna ſerie, contemplatione hac nobis pars illa, quam pudendam appellant, tractanda ſeſe ingerit, offertque: quæ non vel à valua porta; vel a volendo, eò quòd inſatiabiliter coitum velit, atq; deſideret (vt vulgus retur) quãtum mea fert opi-

Colis propriè haſta & fuſtis ipſius membri.

Fœminas in mares mutari, & contrà.

Plin. lib. 7. cap. 4.

A. Gellius lib. 9. cap. 4.

Auſonius Epigram. 72.

Vulua.

nio, vulua vocanda eſt. at eam paulò altius (vt perpenſio hæc barbarorum offenſam deprecetur) rerum A
luce repetita pandendam duximus: quando nihil quidem mihi vnquam potius fuerit, quàm vt huiuſce
obſcœnæ rei & ſingulas partes, & Latina illarum quæque nomina aperirem, quarum, vt aiunt, apud Græ
cos voculæ & tolerabiliùs ſe habent, & acceptæ iam viſu ſunt: at obſoletiora fœdioraque apud nos omni
fermè Medicorum volumine famineque verba inſolentiùs iactitantur, ne verecundius quidem loquen-
tium aſſuetudine quapiam commendata. Quò fit, vt explanatio hæc, & pudorem ſimul, & artis præce-
pta ſeruantibus, difficilis euadat. Neq; tamen ea res à ſcribẽdo me deterrere debuit, quandoquidem hoc
Os genitale. mihi curæ fuerit, vt vel omnia, quæ frugi accepi, comprehenderem. Porrò muliebrem naturam, genitale
muliebre, os genitale, partem hanc pudendam nuncupari vidimus, cui carnis tuberculum hiulcum bifi-
duinq; pubcribus maturitatis indicio, pube intectum honeſtatumq; prominet: in cuius medio tunicu-
κλειτορίς. lam vtrinq; adeſſe luce clarius eſt (hæc ipſa & Nympha & Cletoris vocitatur) qua equidem vulua intus,
Penis. ita vt in maribus pars penis, quæ glans dicitur, præputij tergore tuetur ac cuſtoditur. Quamuis Ariſto-
Lib 1. de hiſt. anim. cap 13. teles cutem eam, quam modò præputiũ diximus (etenim eo vocamento Iuuenali in Iudæos occentãte:
Satij. 14.

Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.

nulla, vt reor, verborum nouitate, cognominaſſe fas fuerit) nomine vacare, totum quod ex ea cute glan-
deque cõſtat, præputium appellitans Theodoro interprete crediderit. Quòd ideo primum aures percu- B
Plinius. lit, in erroriſq; ſuſpicionem animum pepulit: quoniam Plinium totius latinitatis parẽtem, eam membri
partem nominitantem principia genitaliũ, non præputia appellitaſſe conſtat, iis verbis: Lino vel papyro
principia genitalium, femur medium, ad cohibenda vrinæ profluuia, quãdo ei quippe qui breuitati ſum-
moperè indulſerit, præcipua peculiariq; vſu vocula, id cùm facillimum, tum etiam, vt exiſtimo, elegãtiſ-
Hipp. lib. 6. Aphor. 19. ſimum admodum fuiſſet. Dein quia Hippocrates ſententiarum verbis in Latinum ſermonem eodem au
tore verſis ſcribitur: Quum præciſum os eſt, & cartilago, aut genæ particula tenuis, aut præputium, nec
augeri, neq; coaleſcere poteſt. Qua de re, tametſi apud Graios vocabulo ea pellicula careat, quid ni apud
Latinos æquè vacare haud ſatis conſtat? In hac quoque parte verenda atque femoribus Veneris ſedem
poni in aperto eſt: pudendæ namq; partis attrectatione, vehemẽtem excitari libidinem quem latet? Hęc
Fœminarum cadauera prona, virorum ſupina in aquis fluitant. adeò aſpectu horrenda obſcœnaq; viſu cenſetur, vti defunctarum etiam fœminarum cadauera (earun-
dem alioquin pudori parcente natura) prona fluitent, quando virorum contrà ſupina, quippe quorũ na-
tura prona haud pudeat. Cui ſanè rei phyſicam (me iudice) rationem oppidò quàm ſuffragari patrocina
riq; clariſſimè dilucet. Nam mulierib. ventris alueum intercapedinemq. amplam, atue vaſtiorem admo-
dum, cùm ob viſcera, tum etiam ob grandiorem fœtum (ſi quando eas vtero graues fieri obtigerit) conti
nendum, prouidam conceſſiſſe naturam, vel re ipſa quiſq; (modò ne mente captus) compertum habere
poteſt: qui quum aqua per muliebre potiſſimùm genitale ingrediẽte, expleatur, turget, extuberat, ac de- C
niq; ad ſummum faſtigiatur. Et ob eam rem ſupinam partem, prona impedio grauiorem effectam, ſuopte
ingenio ſuoq; nutu, perinde ac ſi in lancibus æquato examine penderet, deorſum trahi, pręſertimq; præ-
ponderantibus ſubinde mammis eôdem decumbentibus, iure obſeruatum eſt. Contrà, viris ampliore
ſpacioſitate caueaq; neutiquam indigis, anguſtus perexiguuſque venter eſt, qui etiamnum aqua ſupra
modum oppletus, & in certiorem faſtum erigat, & ſpinæ coxendicumque oſſibus (iis quidem validiſſi-
mis) minus proculdubiò liberet: quandoquidem nec prominens extet, neque mammillæ, quæ iis tan-
tillæ ſunt, ponderis quicquam penitùs afferant. Ex quo euenit, vti eorundem cadauera ſupina (vtpotè
quæ reſupina parte inſigni tantiſper pondere præſtent) præpote naturæ vi vrgente, fluitent.
Nympha. Mulierum verò ori genitali nympham vtrinq; admotam, rerum naturam eò progenuiſſe, quò primo
hoc munimento aera, ac cætera quæque extrà officere valentia, arceantur, credi par eſt. hæc itaque exti-
ma, ac omnium prima pars vniuerſæ plebis conſenſu ita diſpoſita eſt. Nobis autem intima penitioraque
diligentius admodum ſcrutantibus, ceruicis os aliquantò præſtantius, intra cletorem muliebri genitali
annexũ obiter occurrit: ſubinde ceruix ipſa, ceu pars finitima, quæ vuluæ canalis, & ab Ariſtotele etiam
matrix dicitur. Ab intimo qua vterus deſinit ore prolifico maris ſemini acceſſum præbens, aduſque mu-
liebrem naturam recto tramite protenſa ceruicula hæc inchoat efferturque. Verùm ob ſui conſtrictio-
nem in nonnullis mulieribus ad dexterum, in nonnullis ad læuum magis collabitur. At quoniam humi- D
di excrementi ſuo genitali ſexus vterque exitum ſubminiſtrandum habet, huic veſicæ foramine directo
peruius meatulus neruoſus cartilaginoſuſque parte ſupera annectitur: quæ lotij à renib. ad veſicam per
venas, quas vreteres Græci, vrinarios meatus Latini cognominant, delati fiſtula, intra muliebrem natu-
Mulierum vrina cur cum ſtrepitu excernitur. ram ſita, nympha fatiſcente viſitur. hinc muliercularum lotium occurſante impetuque colliſa clerotide,
tunica magis quàm virorum inter mingendum perſtrepit. Etenim iter idem eſſe humidis excrementis
& menſtruis, vt fœmellæ omnes propè dixerim ſciolæ exiſtimant, quemadmodum lotio ac ſeminali ſe-
cremento, quadantenus in maribus minimè opinandum eſt.
Iis ſiquidem foramina duo, quorum alterum ad teſtes, alterum ad veſicam tendat, intra eandem ſemi-
tam conuia eſſe deprehenduntur. Sed veſicæ fiſtulæ foramen humidis recrementis, menſibus verò vteri
ceruix illi contermina in mulieribus, egreſſum ſuppeditat: longitudo cuius palma communi vſu conſu-
mitur: palmam hercule quatuor digitorũ ſpacium intelligi volo, vt ex Vitruuio architecto tertio: Homo
ex ſex pedibus, cubitus ex ſex palmis & digitis vigintiquatuor, quæ ſanè magis minuſve ſecundum cor-
poris molem corrumpitur, atq; protrahitur. Amplitudo verò, quæ colem capiat, carnoſa admodum, car-
tilaginea, vt partus tempore fatiſcat, dilatetur plurimùm, atq; contrahatur, modicè obdura, ne tranſmu-
tationibus iis, paſsioni cuipiam obnoxia (quod alioquin facilè contingeret) euadat: proindeque vt con-
cubitus tempore genituram excipiens, tantiſper opportunè attollatur. Quandoquidem immodica mol
litie, partibus quibuſdam eleuatis, alteris concidentibus, anfractus ſinuloſq; prolifici ſeminis ſitum ad
vuluæ

A vuluæ grandiorem ſinum tranſitum prohibentes, molitum iri cognitum ſit. Quod ſi non celerrimè hauſtum fuerit, longiorem in ceruice moram trahens, ſpiritu gignitiuo ocyſsimè halante, genituraque tempore ſuo prorſus priuata, haudquaquam concipi poſſe ecquis dubitat? Incommoda ferè totidem immodica duricie acciderent. Huic ſphærica cauitas, irrugoſa eſt, vt penis ſub ingreſſu tentigine, oblectamenti cauſa, afficiatur: in cuius confinio neruoſa exilitas colligationibus, venulisque tenuibus ex adiacentib.
particulis exortis diſperſa contextàve, minutiſsimis maculis interſtincta, inuenitur. quæ integræ virgi- *Hymen.*
nitatis teſtimonium affert, hanc eugion, vel hymena vocitant, è qua coitu primo ſciſſa, cruorem emanare apertiſsimè conſtat. Quæ tamen membranula non minus perinde atque cancellus quidam vuluæ o-
ſtio obtenditur, quod poſt ceruicem mox ordinatur. Porrò nonnullæ ſubdolæ fallacioſæque ſunt, quæ *Virginitatem*
viciatæ genitalia ex pulicaria, pulegio, agno caſto, æquis portionibus, diſcocta aqua foueant: demũ con- *corruptam*
tritum ex vino auſtero alumen, in lana naturæ ſublabient. Atque ita præſentaneis iis medicaminibus, *corrigentia.*
poſt multos concubitus eas partes ſurrugantes, adeò callidè exilitates illas effingunt, vt inuiciatę rudio-
ribus admodum appareant. Vteri itaque os (internum illud oſtium, qua loci deſinunt, & ceruix inchoa- *Vteri os.*
tur intelligo) eatenus neruoſum exiſtit, quo excellentiori ſenſu coitus tempore ſummè oblectetur: modica duritudine affectum (ſimul atq; vterus ſeminis iaculationem intra ſe ſuſceperit, vniuerſum alueum contrahere, atque os ipſum ſigillare opus eſt) vt ob immodicam duritudinem vuluæ os haudquaquam
B connilieat, planè conſtat. Quin etiam immodica mollitia partibus aliis ſuper alias concidentibus in vterum oportuna genituræ ſubitio iaculatioque inhiberetur. Glandoſum inſuper eſt inſtar glandis penis mucronatum, foras in ceruicem inæquabili ſua turbinata facie, ad modum oris catuli recens editi prominens. Cæterùm vuluæ oſtij atq; ceruicis creandæ ſoboli, nimia ſagina plurimùm obeſſe apertum eſt. Nam pinguedine iis, quæ ſupra modum vberes & impendio curatiores habitioresque ſunt, vuluæ os
comprimitur, atque ſtipatur, quod Hippocrates ita prodidit: Quæ præter naturam craſſæ concipere ne- *Lib.5. Aph.*
queunt. iis vteri os ab omento comprimitur, itaque impleri donec extenuentur non poſſunt. Quorum *46.*
Poeta non ignarus de equino genere ita cecinit:

Sæpe etiam curſu quatiunt & ſole fatigant, *Virgilius.*
Cùm grauiter tonſis gemit area frugibus & cùm
Surgentem ad Z:phyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit gi nitali aruo, & ſulcos oblimet inertes:
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiusq; recondat.

Licet alias quoq; cauſas, quibus idipſum inhiberi queat, quas etiamnum obſeruatio cumulatè depre-
hendit eſſe non ambigam, quas ſecuturus ſermo attinget. Deinceps verò vterus curioſius introſpicien- *Vteri appella-*
C dus eſt: quem nominibus aliis, vtriculum, vuluam, mulierúmve locos, ac matricem, meliorum conſenſu *tiones variæ.*
appellare liceat. Quod ſic Columella prodidit: Nam & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix & *Plin. lib. 11. cap. 37.*
item: Igitur cui placebit ſequi noſtra præcepta, conſideret oportet, primum quàm multas, ſecundum cu- *Matrix.*
iuſmodi parare debeat matrices. rurſum: Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Quibus per matricem, fœminam, quæ fœtus gratia teneatur, nõ vterum ſignificaſſe videtur. neutiquam tamen Columellam nomen id eam habere ſignificationem pernegaſſe exiſtimãdum, vtpotè à probatiſsimo autore Macrobio conceſſum. At pro toto partem poſuiſſe credẽdum, quod frequen
ter ab autorib factum fuiſſe reperies. Vter etiamnum pro vtero apud Ceciliũ legitur: *Nunc vter creſcit, non* *Vter.*
poteſt celari. Sed de iis vocabulis hactenus. De re ipſa ita differendũ: oſsium quorundam prius digeſtione
atq; poſitura conciſim commemoratis. Porrò ima ſpina (quam caudam appellitant) in coxarum oſſe de- *Ima ſpina.*
ſinit, quod tranſuerſum longeque valẽtiſsimum, vuluam, veſicam, ſubrectum inteſtinum (quod longao- *Subrectum*
nem, plerique aluum vocitant) tuetur: ab exteriore parte gibbum, ad ſpinam verò reſupinatum, à lateri- *inteſtinum.*
bus, id eſt, in ipſis coxis, ſinus orbiculatos obtinet, à quibus os (quod pectinem Latini, os ſacrum iunio- *Os ſacrum.*
res, me iudice, cognominant) ſuboritur: quod ſuper inteſtina, ſub pube tranſuerſum ventrem cõformat, in viris rectius, in fœminis in exteriora magis (quo ſecius partui impedimento ſit) recuruatum conſpici
tur. Vteri itaque poſitura inter imam ſpinam & ſumen vltra veſicam, infra mediam aluum habetur. Ab *Vteri poſitura.*
vmbilico enim paululúmve ſuprà ad ſuæ ceruicis initium vſq; extẽditur. Quare infra aluum ſitus. Tum
D à parte priore veſica eidem iuncta, præſertim verſus ceruicem: quandoquidẽ vuluæ amplitudo veſicam (tametſi hominis proportione, quàm cæterorum animalium amplior ſit) ſupereminet, qua parte ab eadem minimè tegitur, lateraliter coxarum oſsibus recuruatis, poſticè ima ſpina, ſubrecto intercedẽte inteſtino, circuitur: quod, ne facilè, homine iam inchoato, cùm intumuerit duriori materiei innixus, oblæde-
retur, veluti ſtramentum eſt, ſuper quod (ſpinæ, ilibus, * femoribusque validioribus vinclis annexum) ** fœminibusque.*
non ad exteriorem magis ſiniſterioremve coxendicem conuerſum progredi, plerique renturat diligentiores, paulum ad dexteriorem coxam conuerti ſcriptitaſſe in aperto eſt. Quam illi regionem (vtpotè ad exercendam Venerem commodiorem) primam rerum cauſam ſummumque Deorum Iouem delegaſſe æſtimandum. Quin etiam vulua arteriis cordi: iecinori venis: cerebro dorſalique medullæ neruis: præ-
cordijs item mammis, renibus, ventri, coxendicibus, pubi, cunctis iis vna committitur. Hæc in virgine *Vteri quanti-*
admodum exigua viſitur. In euirginatis autem mulieribúsve, atq; viciatis (niſi vbi vterum gerunt) non *tas & natura.*
multò maior quàm manu comprehendi queat Verùm quantitas hæc ambigua indiſcretaque, ætate, temperatura, venereorum vſu, muliebrium profluuio, fœtura, & adhuc fœtuum vnà conceptorum numero, corporis proceritate conuariantibus, cenſetur. Atqui neruaceæ materia perſimili, pelliculoſa, quippe
quæ ad puerperij vnius vel plurium magnitudinem extendi poſſet, verrucoſa cauitate, pollicari craſsi-
tudine, conſtat. Locos etiamnum partibus duabus, extera ſcilicet membrana (iis operimento) obducta, *Vteri membrana.*
atque interna tunica contineri, cuique vel ignaro obuium cognituque facile eſt. Tunicæ huic villi per *Vteri fibra.*

longum porrecti, quos medicæ rei Profeſſores longitudinales vocitant, inſunt: qui admodum pauci exi A
ſtunt, eò quòd illis viri dũtaxat genituram, facillimum quidem attrahere, irripereq; neceſſum erat. Sunt
& villi per tranſuerſa ducti, tranſuerſales appellati, quos ſanè in hac ipſa redundare operæprecium fuit,
quandoquidem iis ipſis & iam rapta genitura detentum itura foret, ſimul & fœtus toto temporis tractu
à conceptione ad partum vſque. Quin etiam & illi in latum deductos (qui latitudinales nominitentur)
ineſſe liquet: quibus partus fœtura abſoluenda eſt. Etenim excretiua expulſoriaq; vis illis inſidens tan-
tiſper exercetur. Et ob eam rem ſi vterus duas eas partes complexus, in vniuerſum ſpectetur, quadran-
gularem orbiculatam figuram præ ſe feret: amplitudo cuius ad ceruicem coanguſtatur, qua ſui parte ima
canalis effertur: ob id cucurbitæ vtrinque paulum depreſſæ ſarctè ſpeciẽ repræſentant. At extima mem-
branula exempta, internam tunicam obſeruanter multoque vigilantius deliberare libet: cui ſinus Gemi
ni, alter dextra, læua parte alter, leuiter diſcreti ſunt, ad vnam vtriſque communem ceruicem coeuntes,
quo planicies quædam intus, ſemitæ perquàm ſimilis, ſeparat. Ij in animalibus cæteris, foras animal e-
dentibus, papillarum numero reſpondent: hinc antiqui vterum, matrices, perinde ac ſi duæ forent, ap-
pellauêre. In ſinu autem quolibet exigui tres ſcrobes, tum in medio vnus, rugoſitatibus duntaxat qui-
Vteri cellulæ. buſdam interſtincti, quę cellulæ à recentioribus cognominantur, triſtiùs confoſsi comparent. Vnaquæ-
Puerperij numerus. que inſuper foſſula, decem rugoſitates: ſeptuaginta conſurgent hinc puerperia, totidem ſimul concipi
poſſe plerique autumant. Nulla de caua ſeu ventrem habente (quam chilim vocant) recto viæ itinere ad B
Venæ vteri. vuluam vena obrepit: de aorta verò (quam corrupto vocabulo adhortam nominant) cõplures frequen-
ἀορτή. *Vteri teſtes.* teſque pertendunt. Cæterùm extrinſecus canalis parte ſuperna, qua vulua præfinitur, & ceruix inchoa-
tur, vtrinque teſtis conſpicuæ magnitudinis cohæreſcit, vnus dextro, alter læuo lateri æqua ſorte credi-
tus, non minores multò iis, qui virorum ſunt, duriores tamen. Materia iis glandoſa eſt. Non etiam perfe-
ctè ſphærici, at ſicuti ſphæra ex vtraq; parte leuiter compreſſa extant, à marium teſtibus diſſidentes, eò,
quia intus matricis ceruici hærent. ex aduerſo maribus foris propenſi demiſſique geruntur, ij in conce-
ὄσχεον ceptaculum vnum (quod ſcortum ſcrotumve noſtri, oſcheon Græci, imperitiores plerique perparam di
Scortum. dimum vocitant) coniectos gerunt. Illæ duobus diſtinctis inuolucris obductos habẽt, quos ſolertiſſima
rerum natura eo procreauit, vt ſaliualem quendam ſuccum, qui mulierib. oblectamini eſſet, molirentur.
Vteri cornua. ſupra hos deinceps binæ antennæ, lateri dextro vna, altera læuo admota, perinde atq; additamenta duo,
tenduntur, quæ matricis cornua nuncupant, propterea quòd cornua duo ſuis proceſſibus dilucidè effi-
giare videntur. Etenim qua parte vtero annectuntur, pleniora ſunt atque craſſiora: tum ad ilia coxendi-
ceſque procedentia, minuuntur ac attenuantur. Quæ etiam dum venerea exercentur, vt ceruix & loci,
prolificæ genituræ helluones, inſigni tantiſper amplitudine ad eandem vorandam dehiſcant, protinus
Vaſa ſpermatica. ab initio extenduntur. Poſtremò ſeminarij pori fœmellis omnibus ad hunc modum digerendi ſunt. Ve-
nales gemini meatus de aorta vena, flexuoſis orbibus ad teſtes pertẽdunt, alij totidem à renibus eôdem C
deueniunt, ſed ij ſanguinolenti, illos quos mittit aorta exangues comparent. Qui omnes circùm duos
iam dictos teſtes progreſſi, ſeſe flectũt, mox cornua ſubeunt, ſubinde paſſim in tenuiſſimas fibras ſindun
tur, fruſtranturque: quarum pars maior, ramorum ſerie ſparſa, ad vterum deueniunt, ſubſtantiam pene-
Κοτυληδών. trant, vti oribus earum acetabula efficiantur, quæ Græci cotylidones appellitant, quibus partus per vm-
Acetabulum. bilici radices (vt infrà monſtrabimus) vtero valentiſſimè committitur. E quib. genitalis quidam ſuccus,
Semen ſamineum. craſſus, albus, oui candido liquori quàm ſimillimus, ad conceptum neceſſarius omnem plerunque citra
libidinem, partim in dextrum vuluę ſinum, partim in læuum profuſus intus colligitur: nec minùs ex eiſ-
dem menſtruæ purgationes prodeunt. Ex iis quidem rubentia membra, qualis caro eſt, ex illo verò, ma-
riſque genitura, ſolidiora, quę ſpermatica nuncupantur, conſtruuntur. Pars altera vuluæ internũ oſtium
adeunt: vnde inutile virus, ac viciato ſimile, quem ſuprà ſaliualem ſuccum vocabamus, incredibili (vt fa
ma eſt) voluptate exiliendo, ac per ſaltus haud ſecus quàm virile, prorumpit, tanto in pleriſq; impetu, vt
marium more longius proſiliat. Adeo quòd intra vuluam omni quandoque voluptate intercepta, reſta-
gnat, magno naturæ abſcedens interſtitio. Hoc vtile, & ad prolis creationem neceſſarium Galenus, illud
inexpediens atq; irritum Philoſophorum princeps Ariſtoteles, cui Cordubenſis annuit Auerroes, aſſe-
uerat. Mox è tenuiſſimis his fibris, cùm per vterum, tum per vteri oſtiolum paſſim confuſis, geminę alte-
ra dextrorſum, altera ſiniſtrorſum, venæ repullulãt, quæ internam abdominis membranulam (quam pe- D
ritoneum Græci, mirach Barbari nominant) ſubeuntes ad mammas, ſingula ad ſingulam ſeſe attollunt,
Obiectio. menſtruum ſanguinem concoctione in lac vertendum iis ſuggerentes. Cur autem vuluas mulieres om-
Cur vterus mulieribus intra corpus ſit: teſtes viris extra. nes intus gerant, viri contrà coleos foris, fortè ambiges. Cauſa eſt, quoniã cùm quod gignitur, vtero con
tineatur, idque cuſtodiam, operimentum & inſignem concoctionem deſideret, quibus interior locus a-
ptiſsimus cenſetur, exterior verò corporis locus & algidus, & cuique offenſioni expoſitus, atque ob-
R. noxius magnopere extet, hinc vteri non modò mulieribus, verùm & animalibus omnibus intus ſunt.
Teſtes extrà in propatulo viris habentur: an propterea, vt rei venereæ impetum magis ſuſtinerent, mi-
nuſque proni fierent? an quia cùm iis quoque genitale ſemen perficere, atq; foras profundere opus fue-
rit, meatui per quem excernitur, perquàm proximi ſint oportet, quò minùs longiori itinere gignitiua ab-
oleatur, oblitereturque, ac prorſus irrita reddatur? At quoniam vt frigentes & gelidi retrahi, ac remittere
genituram queant, haud fieri poteſt. hinc operimento indigos cuteum velamen contegit. Eæ à nobis ho
rum cauſæ aſsignatæ ſint, omiſſis quæ præter hæc ab Ariſtotele in ambiguitate iſta altius exordiẽdo ex-
cutienda reſponderentur. Non enim omnia Philoſophiæ penetralia in propoſito nobis eſt, in præſentia-
rum explicare. Sed peroportunè penis prius quam vterus nobis contemplandus protinus ab initio oc-
curriſſet, ne tanquam nimium curioſi aliena prius quàm noſtra exquiſiuiſſemus. Attamen quia non niſi
de mulieribus (vtpotè quibus celebrãda generatio deſtinetur) inſtituti noſtri tractare fuerat: idcircò in
hunc vſque locum de ipſo verba facere diſtulimus. Cuius equidem reſectionem recenſere, conſulto (ne
verborum

A verborum impuritate atque obſcœnitate caſtis ac pudicis aurib. execrabilis videretur) prætermiſimus.
Et vt cætera reticeamus, hoc tamen vnum minimè prætereundum, ſilentioque inuoluendum duximus, *Penis.*
ipſum quoq; expediens atq; neceſſarium ad auſpicaciorem generationem fore. Atq; ob id quum plura
homini ad vitam etiamnum neceſſaria membra inſint, hoc nihilominus ſolùm vſque eò huic gignendi
vis inoleuit, membri nomenclaturam obtinuit, adeò quòd quum abſolutè dicatur, membrum virile in-
telligi volumus, hoc ob fœcunditatem ei antiquitas iure tribuit. Vnde haud immerito Priapo hortorum
curam aſsignauère: quandoquidem horti (irrigui præſertim) cæteris agris perpetuo fœcundiores ferti-
lioresque exiſtant. Qui ergo vulue reſectiones ac pleraque cognitu ſpectatiſsima diximus: idem quid in
ipſo homine ad ſufficiendam prolem inſit, ceu in notitiam noſtram venit, ſubticebimus? quid ni? mini-
mè. Quin omnem, quando ita decretum ſit, minorem gratiæ quàm ſcientiæ procreationis reſpectum ha-
bere, licet faſtidij periculum vrgeat, operam inſumemus. In quibus quidem fides tantùm autores appel-
let. Quanquam & nos ipſi proprij iudicij conſenſu ita eligere laborauerimus, potiusq; rerum curæ, peri-
tiorum more, quàm copiæ inſtiterimus. Magnus tamen hic profectò, ac longis anfractibus ambiguitati-
busq; fœtus in tempore nos locus inuitaret. Principio ex mulieribus, ex virisque: cur nonnulli prorſus
improles exiſtant, adeò vt priuatim quædam corporum diſſociatio & inter ſe ſterilis compareat: mox v-
bi ſeiuges cum aliis iunxère, & qui modicè quoque tum viri tum fœminæ conſtent, quamuis cum malè
temperatis ſocientur aſsiduè gignant? & cur qui immodicè accommodetur, cùm obuerſis duntaxat co-
B euntibus ſobolem præſtent, alioquin minimè: cur etiamnum pleriſque iuuenta ſterilis: cur aliis quibuſ-
dam ſemel in vita gignere detur? demum ſterilitatis difficilisve conceptionis cùm cauſæ & indicia, tum
potiſsimùm præſentiſsima præſidia commemoranda forent, ni id in eo volumine, quod de ægrotationi-
bus à vertice ad vſque pedes per ætates accidentibus (quippe cuius locus ille ſit, edere quum iam cœpe-
rimus) conſtituimus munus ordinatius cohibiliusque aſſequi nobis reliquerimus. Atque quadantenus
procedente famine obiter quoad opus fuerit, pertingemus. Illud quoque admonuiſſe perquàm neceſ-
ſarium mihi videor. Neutiquam ſingulis mulierum, vel etiam enixarum puerperarumque languoribus,
quemadmodum apte occurratur, inſtruere curæ fuiſſe, quo ſecius ob inſcriptionem admodum feſtiuio-
rem, gallinacei, vt aiunt, lactis hauſtum in opuſculo ſperare poſſe fortaſsis tibi tute ſuadeas. At præ-
gnantium non vndique, quinimò quàtum res ipſa popoſcit, à partu omnibus pene intactis (vtpote quæ
alienis implicanda locis haudquaquam ſint) valetudinis auxilia, pariterq; perquàm multa prorſus omit-
tens, contraxi, ac ceu breuiario collegi. Qua in re ego nempe, non quæ vulgo populatimq; agreſtis quiſ-
que mouerit: ſed quædam (haud omnia veritus, ne admodum quàm externa, aut fortè inefficabilia fi-
dem derogent) paulò obſoletiora nouitate in præſidiis præualente, ex locupletioribus impendiò ſoliti-
tiore diligentia hæc ſecuti paſsim excerpſi huc pertinet illa Hippocratis admonitio. Quæ longo tempo- *2. Aphor. 50.*
re aſſueta ſunt etiam, ſi deteriora ſint, minus infeſtare ſolent, quàm quæ non ſunt aſſueta. Igitur ad inſue-
C ta quoq; mutaſſe conueniat, inquit. At proculdubiò, quæ quotidie in vſu ſunt, prodeſſe quum opus eſt,
æquè quàm nocere deſinunt. Maximum autem in iiſdem naturæ reſtat opus: quandoquidem prouentus
tantùm adhuc quaſdamque ſuminas tractare in animo ſit. Ne verò ſingulis, medica ſingula ſerie digeſta
rebus contexeremus, iuſta præmonuit ratio. quoniam ad alios medendi deſideria pertinerent, longis v-
triuſque dilationibus, ſi admiſcuiſſemus futuris, idq; facillimè affuturum ambigi potuiſſet, nec tibi au-
guſtiſsimæ Duciſſæ, nec illis ad amuſsim ſatisfactum. At quo minus omnib. horum omnium ignari ex-
pertesque videamur, poſt hæc prima annuente cauſa, ſecundante, aſpirante, ſuis quæq; partibus conſta-
bunt, poteruntque a volentibus iis, illa conferri, iungique. Sed iam cœleſtibus hinc auibus, ac felici affla-
tu, conceptionis reliqua inſtituto congruentia aggrediamur, à confeſsisque, hoc eſt genituris & menſi-
bus, vt obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur, exordiamur.

1 *Quónam vſu in abſentibus etiamnum Venus citetur.*
2 *Quid, quale, vndeq; prolificum ſemen.*
3 *Vnde menſtrua, quot annos mulieres, quotq; mares nati hæc emittere incipiant, deſinántve.*
6 *Quibus virginitas deprehendatur.*
4 *Qua poſitura concumbendum.*
D 5 *Quibus præſidiis violatis ſuccurratur.*
7 *Qua digeſtione fœtus procrectur.*

CAPVT III.

NVNC de hominis generatione diſſerendum eſt. Quonam igitur pacto gignatur, quo etiam primo
mouente, & quali materia id efficiatur procedendo explicare conabimur. Generationis namque
(quippe cuius gratia ſint) marem & fœminam, vt retulimus, illa potiſſimùm principia quis ſtatue-
rit. Marem, vt quod motus ac generationis originem magna ex parte obtineat: fœminam, vt quòd mare- *Mas.*
næ. Hercule cum hac illum ad generationis officium iungi, idq; ambobus commune eſſe in confeſſo eſt. *Fœmina.*
Quam rem ita ſe habere præcipuè credes: ſi quid, quale, quemadmodum vndeque genitale ſemen fiat,
intellexeris. Atqui quònam etiam tempore modoque ex mare ac fœmina prodeat, neutiquam latere o-
portet. Enimuero quòd pars ea de fœmina mareque ſecernatur, & in iis, atque ex iis ſecretio hæc fiat, ac
ideo marem & fœminam generationis principia conferre, perſpicuum eſt.

Quæ quidem ſecretio, vtrotumq; coitu, in quo ſexuum permiſcentur confunduntúrque virtutes, pla- *1.*
nè abſoluitur, tanta tamque admirabili vtriuſque plerunque voluptate, vt etiam ſolo rei concupitæ con- *Voluptas in*
ſpectu vir mulierque (voluptatis qua olim geſtirent memores) mirum in modum in Venerem agantur. *Venere.*
Hæc autem a natura ita inſtituta ſunt, ne humanum genus periret. Namque ſi propter id, quòd mulieres
vterum gerentes grauantur, parturientes perdolent, puerperij ſolicitudine enutrientes occupantur, ini-

tum abhorrerent, genus profectò hoc terris ocyſſimè adimeretur. Ab anima autem hæc ipſa prodire nemo diffitetur. A *Accedunt 4. ad concubitum.* Et ob id quatuor in cócubitu neceſſaria fore aſſeuerant. imaginariam cupidinem, affluentiorem ſuccum, ſpiritalem ſubſtãtiam, ac flatuoſam materiam. Primum à iecinore: à cerebro potiſſimùm atque corpore toto ſecundum: tertium à corde, à calore humidum in flatum demutante, ad genitaliaque dirigente, quartum prodire nonnulli tradunt. Quocirca cupedia ex deprehenſo rei concupitæ ac delectabilis ſimulacro concitata (quod inchoans primum eſt) protuberat vehementerq; gliſcit: demum inanem ſpongioſitatem, quæ in medio glandis colis comparet, cupidinis ſpiritus confeſtim ſubit: deinceps verò vis alia, quæ huic obtemperat, genitalis ſeminis materiam deſcindens, ad ſeminarios meatus (peculiari titulatu excitatos) expellit: quò quum tetenderit, humoris portio calorifica cauſa fumigans, in flatũ vertitur, quo genitalia extenduntur, virorum ſanè intumeſcunt, rigeſcuntque, fœminarum verò latiſcũt, atque extuberant. At mulierum minus quàm virorum genitalia afficiuntur multo enim flatu exiſtente, penis perinde ac ſi eſſet oſſeus obdureſcit, quæ omnia etiamnum inuiſis abſentibusque euenire luce clarius eſt. II. Seminis verò (cuius ſanè cognitio cùm ad plura loca, tum vel præcipuè ad hunc pertinet) materia, vltimi atque vtilis alimenti excremẽtum eſt. quum enim ex digeſto vlteriusque modo quodam concocto ſanguine pars quæque alatur, illud quidem ex eo quod membris apponitur, vnitur, atque prorſus aſsimilatur genitura eſſe nequit: at quod ex eo iis membris ſuperfluit, quod vltimum in membra digeritur: expediens tamen, quandoquidem ſubſtantifici roralis ſucci ſuperuacaneum ſit, quod in membrorum ſubſtantiam B (tametſi aptiſsimum foret) demutatum non ſit, ob eam rem quod particulæ nullæ eo indigæ extent, quippe quæ redundantem alimenti quantitatem hauſerint: id inquam iis opiparè altis, quod ſupereſt concoctum recrementum, ſemen appellamus, quod à ſanguine nihilominus ſecernitur. Incoctum verò aut vi emiſſum, quopiam venerea re ſupra modum abutente, cruentum admodum iam huic prodiit, vt plerunque nos ipſi, ac præſertim dum hæc ſcriberemus & vidimus, & recurauimus. Ob id corporis ſuperuacaneum alimentum eſſe planè conſtat, craſſum glutinoſumque generationi neceſſarium, quod ſolidiorum membrorum materia efficitur. Illud tamen primum de genitura maximę quæſtionis, ac penè incertæ quiſpiam dubitauerit. Craſſa albaque de homine prodit, mox refrigerata humens ad aquæ tum ſpeciem, tum colorem redditur. Etenim ea vel aqua, vel terra, vel vtriſque conſtat. Porrò terra, aut aquæ terræque mixta, probabili ratione eſſe nequit: quandoquidem algore propè tota dixerim in humorem & aquam reſoluatur, atque à veritate eminus aquam duntaxat eſſe putaueris, maximo argumento, quòd aqua calore minimè craſſeſcit, frigore promptè congelaſcit. Ex aduerſo, ſeminale recrementum, è calido loco craſſum proficiſcitur, refrigeratum humeſcit. Verùm quoniam & quæ ſpiritu aquaque cõnſtant, ceu ſpuma, non modò quæ prætulimus, & craſſantur & albeſcunt, quod in pleriſque concuſſu attrituque, veluti oleo & id genus multis, conſpicere licet: ſemen quod neque aqua tantùm, neque terra aquæ terræq; mixtum extitit craſſeſcere nemo quiſquam miretur. Nam & ſpiſſum & albore ſuffuſum, interno calore multum ſpiritus calidi continens exeritur: at egreſſum extemplò C calore euaneſcente, aereque inalgeſcente, humidum aereumq; euadit, quippe quum aqua, etſi quid parùm terrenæ portionis obtinet, aere nihilo ſecius algidiore introcluſo remaneat. Igitur quatenus ſpiritus & aquæ commune eſt, inſtar eorum, quibus aeris plurimum imminiſcetur, calore & albedinem dilucidè aperit, & craſſitiem contrahit: contrà algore, tepore ipſa halante, humeſcit ac liqueſcit. Neutiquam congelaſcit aere incongelabili contento. Proindeq; huius geminas eſſe partes, diligentiores concordes conceſſerunt: vna ſpirituoſa eſt, altera craſſa & tenax. Quæ ſanè (vtpote quę alimentaria ſit) ab ea potiſsimum parte, quæ alimoniæ principium exiſtat, quale iecur eſt, præcipueque ab caua eius vena (quippe quæ materiæ illius inſignem atq; impendio maiorem copiam obtineat) proficiſcitur: quæ ſi aliquam ob cauſam in ea defuerit. ex alijs, quæ abſcedunt, partibus trahitur, indicio eſt, emiſsionis tarditas. *Oculi.* Ex corde quidem per arterias, ex iecinore per venas, ex cerebro (quãquam vberius) per venas arteriasque, ſed ex oculorum ſede potiſſimum, quæ omnium capitis locorũ maximè ſeminalis exiſtit: quod hinc diſcas licebit, quum per venereum coitum ipſa dũtaxat immutetur, ac rei venereæ immodico vſu ocelli apertè langueant ſubſideantque, quando nondum cæterarum partium vires flaccent. Ex ijs, inquam, omnib. ad ſeminarios meatus, & ad coleos tandem defertur, in quibus diuinam illam generandi vim ſuſcipit. Etenim vitalis genituræ ſpiritus à corde deciſus teſtium virtute gignitiuus ſit, ex quib. in viris ad colis fiſtulam, D in mulieribus ad vuluæ ſinus ſuprà explicatos illa delabitur. Plurimá corporis proportione homo emittit. At qui natura humidiores, nec admodum carnoſi, candidiores etiamnum quàm fuſci, vberiorem reddunt. Illud quoq; æquè perpetuum eſt, protinus à coitu hominum virus, geniturámq; omnibus albam eſſe. *Herodotus, in Thalia; fine lib. 3.* Nec audiendus Herodotus, qui Aethiopes genituram atro colore promere, prodiderit: quandoquidem genitale ſemen album & craſſum (ſi integrum ſit) egrediatur. At tenue nigrumque totum foris efficitur: *Ariſtot. lib. 3. de hiſt. anim. cap. vlt.* nunquam id gelu concreſcit, imò admodũ extenuatur, atq; (vti modò diximus) aquæ cùm ſubſtantiam, tum etiam colorem contrahit, calore contrà coit craſſeſcitque. Et quod de vtero iam aliquandiu in eo immoratum defluxerit, id craſsius prodit. *Fœcundi ſeminis probatio.* Cuius in aqua rectà ratione experimento fœcunditas ita probatur. Quod enim infœcundum eſt, quàm ocyſsimè diffuſum per ſumma innatat atque exoleſcit, fœcundum in imum deſcendit, delabitur atque ſubſidit. *Semen duplex vtriq; ſexui.* Quocirca cùm & maribus & fœmellis duplex habeatur: ſaliualem ſuccum vnum appellant, inutile atque improle, ad oblectamen duntaxat à natura molitum, quod in viris eodem propè dixerim itinere, quo & fœcundum progreditur: in fœminis vteri ceruicem per tenuiſsimas fibras adit, quod quum emittunt, mira voluptate afficiuntur, quod non perpetuò in prolifici emiſsione ſed plerunque euenit: hinc complures & vidimus & audiuimus, quæ omnem citra libidinis voluptatem oblectationemque conceperunt. Alterum ſemen Galenus cognominat tale, quale anteà diximus, quod ad vuluæ ſinus deuenit. Sed quonam viris mulieribusque ætatis ſuæ anno hæc accidant exponendum eſt. Mares primùm parte plurima anno ſuæ ætatis bis ſeptimo peracto, genitale

A nitale ſemen ferre ſimul & pubeſcere incipiunt, non ſecùs profectò quàm ſtirpes ſemen laturæ, primum florentes, quos hirquitallos iure vocitauere. Vox etiam per tempus id in aſperiorem inæquabilioremq; ſonum (quanquam nondum grauant) demutari perpenditur, neq; enim acuta, neq; tota æquabilis, ſed incontentis & aſperis fidibus (quod caprire denominant) perquam ſimilis exiſtit, idq; ijs qui venerea exercere incipiunt potiſsimùm incidit, ijs nanq; in virilem ſonum vox tranſit. Mamillæ etiamnum eo tempore exurgunt, & genitale nó modò magnitudine, verùm & ſpecie proficit. Fœminis inſuper per id tempus genitura, & qui menſes vocantur magna ex parte erumpunt. Vox in grauiorem mutatur. Deniq; quũ acutioris vocis quàm mares ſint, tum natu minores acutius elidant, vt puellæ quàm pueri acutius, ac præterea, quàm viri, & mulieres quoq; viris acutius, perpetuò ſequitur. Eodē tempore ijs mammæ protinus extuberant: quas vbi perpetim ſtare deſideraueris, leporini grana nouem fimi propinabis. *Ne mamillæ excreſcant.* Coagulum eundem pręſtat vſum. Eaſdem fœminæ ſuis ſanguine circumlitas minus creſcere autumant. Si etiamnum per id tempus (vt plerunq; fit) doleant, aſinini lactis potu efficaciſsimè mulcentur. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & cæræ ſtantes mammas ſeruat. Perdicisq; ter ouo circundatas (ridiculo quo nullum reperiri poſsit maius) plerique nequicquam inclinari putant. Squatinæ illitæ creſcere mammas non patiuntur. Cicuta à virginitate illita eoſdē pręſtat effectus. Vtriſq; infœcundum nempe ſemen ad annum vſq; ter ſeptimũ eſſe proditum eſt, mox prolificum exiſtere. At exigua im-

B perfectaq; iuniores gignunt. Simul atq; ter ſeptimũ annum adimpleuerint, oportuna ijs generatio eſt: quanquã natu minores (tametſi parturitione uehementius laborent) facilius concipiũt. Non increſcere etiã poſt tertium partũ tradunt. In Indiæ gente fœminas ſeptimo ætatis anno peperiſſe, & itē alias quinquennes cõcepiſſe lectitaſſe meminimus. Sed in Italia eo quē diximus anno parte plurima & concipiũt *III.* & menſtruæ purgationes prodeunt, quæ ſanè ex partibus quæ ſupra infraq; renes, ex lũbis etiamnũ per minimas deductas venas ad vuluæ acetabula permeãt: Ex venis quoq; duabus ſecundũ os pubis iuxta vrinæ exitũ, ac parte ea qua improlis fœminarũ genitura mittitur, erũpunt. Duabus nanq; venis, maiore atq; aorta fiſsis, tenuiũ multitudo venarũ in vterũ deſinit, quibus vberiore alimonia expletis, naturaq; præ ſua frigiditate concoctricis facultatis indiga, eam concoquere copiã nequit, ob id in venis excremētum fiat, quod per tenuiſsimas venas exundando ſuperet, neceſſe eſt. Idipſum verò ex venis, quippe quę ob ſui tenuitatem atq; anguſtiam, exuperantiam continere non valeant, in vterum transfunditur: itaque affectus hic veluti mariſcę, aut alia quævis ſanguinis profuſio eueniet. *Menſtruum excrementum.* Paucis menſibus ſingulis, vno intermiſſo, plurimis menſtrua mouentur. Cum ijs etiam quibus breui temporis tractu (hoc eſt biduo aut triduo) profluunt facilius: quibus in longum protrahitur difficiliùs agitur, quippe quę tantiſper grauiter laborent, alijs nanq; vniuerſim, alijs paulatim, cunctimq; perpurgatio hæc fit. *Ariſtot. lib. 7. de hiſt. anim. cap. 2.* Attamen omnibus æquè, quandiu virus defluxerit, corpus grauatur, ſanguine, tum ob diutinã in vuluę riuulis labem, ſatis ſuperq; noxio, tum ob integri menſis affluentem exaggerationē, vberè ſupraq; modum excreto. Hinc vtero gra-

C ues, tametſi ad vtriculum, nihilo ſecius quam in illis menſes permeent delabanturq;, quia tamen nec viciatus admodum coinquinatusq;, nec cumulatus: at ſenſim & in horas pedepreſsim (quo fœtui alimento ſit) ſecernitur, torqueri cruciariq; natura non patitur. Inter omnes verò conuenit, aſperrimam eius profluuij primis annis virginitatis reſoluta vim eſſe. Compluribus etiã coitus cupidine, qua vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tẽporis ſpatio Venere abſtinuerint, tenentur, ſæpe ter menſe donec cõceperint, menſtrua citantur, vteri deſcendunt, quo peracto aſcendũt, & ſuo ſitu conſtituuntur. Concipere autem mulieribus à muliebriũ profluuio auſpicatius ſuapte natura contingit. Quę verò ijs carent, ſteriles propemodu degunt. Verùm fieri nil prohibet, vt etiam citra eorum profluuiũ nonnullæ concipiãt, quibus tantum humoris colligitur, quantum ijs quæ purgentur intus reſtare aſſolet: licet ijs non tanta copia, vt & foras proluere queant, adſit. Sunt etiamnum, quæ dum menſes prorumpũt (poſtea concipere nequeuntes) conceptioni obnoxiæ ſint: vtpote quibus vulua cõtinuò à purgatione adobruta concretaq; perſtet. Nec deſunt quibus etiam vtero grauibus vſq; in poſtremum diem menſtrua prodeant, quæ & paruã & minùs vitalem & imbecillam, atq; valetudinariã proculdubio prolem edunt: quandoquidem puriore eorum parte puerperium ali, nemo quiſquam inficiatur. Etenim cùm duæ horum partes ſint altera quæ expediens cenſetur, eo potiſsimùm, quo mulier vterum gerit tempore, quæ in partus altionē, partim abſumitur, partim ad mammas pro lactis generatione tendit: *Menſtruus ſanguis, & eius virtus.* pars altera, inutile (eo quo anteà di-

D ximus modo erumpens) excrementum eſt, quo nil facilè monſtrificũ (vti ad noxiam res medicatiſsima transferatur) magis reperitur: quandoquidem illius ſuperuentu muſta aceſcant, fruges contactæ ſterileſcant, nouella vitis in perpetuum lædatur, ruta, hedera inſitaq; illico emoriatur: hortorum germina exurantur: fructus arborum, quibus inſedere, decidant: floribus colos adimatur: *Plinius & Solinus Polyh. cap. 4.* & quod nos ipſi diligenter obſeruauimus ad prodigiorum miracula accedens, rubri fuci, quo mulieres propè omnes vtuntur, eximia claritudo, à fœmina in mẽſtruis, vaſe in quo aſſeruatur tacto cominus, perturbatur. Quinimò ab eadem lapideo, in quo conditum iturus eſt vaſe, quum penè deferuere cœperit, vix contacto turbidiorem admodum prodire, nullumq; in poſterum claritudini locum fore, quotidiano experimento compertum habemus. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetetur. Ferri acies, vti in tonſorum cultris, eborisq; nitor præſtringatur. Apum aluei (ijs namq; tactis has fugere certum eſt) intereant. Æs etiamnũ ac ferrum rubigo & graue odoris virus cõtactu prorſus corripiat, ac eò magis, ſi decreſcente luna id acciderit. Æraq; dirus odor protinus corrumpat. Atqui in rabiem eo libato canes agãtur, inſanabiliq; veneno morſus infigatur. Proinde aqua potuq; à canis morſu formidato (vt aſſolet) tali lacinia menſtruo tincta, calici tantum ſuppoſita, eum metum (illa Græcorũ ſympathia pręualente) inter omnes confeſtim diſcuti conuenit: *Συμπάθεια.* cuius etiam tanquã exitialiſsimi formicis minimo animali ſenſum ineſſe ferunt. Fila quoq; contactæ feſtis ne igne quidem, quo cuncta, vinci, vina concoquantur nigreſcere. Bitumen in Iudæa naſcens vna hac vi vltrò ſuperari. At quanquã de hac violenti multa diximus, alia non minus ex ipſis menſibus dira

& infanda priſci vaticinantur. E quibus commemoraſſe non pudeat, in lunæ ſolisue deliquio ea vi congruente, irremediabilẽ fieri. Nec ſegnius & ſilente luna fœmineos maribus exitiales atq. peſtiferos coitus eſſe. Purpuras ab ijs eo tempore pollui. Et ne ipſæ profectò fœmellæ ſuo malo immunes euadant, abortum illiti menſes, aut omninò prægnante ſupergrediente, cieunt. Equæ vterum gerentes [ta]ctæ, quin & aſpectu prorſus quamuis procul viſæ, ſi purgatio illa à virginitate prima ſit, in virgineâue ætate ſpontina, abortum ocyſsimè perpetiuntur. Aſinas etiamnum tot annis non concipere, quot contacta hordei grana mulieribus adederint, prodidêre. Attamen & tanto malo remedia ineſſe pleriq; aiunt, quæ hoc loco recenſuiſſe venia fuerit. Podagras, ſtrumas, parotidas, panos, ſacros ignes, furunculosq;, & epiphoras illini earum mulierum tractatu, leniri, compertum eſt. Rabioſorum canum morſus, & tertianas, quartanasq. febres, menſtruo in nigri arietis lana, argenteo brachiali incluſo, aut veſtis omnino ita infectæ portiuncula acu vel licio brachiali inſerta, diſcuti. Demum tertianis & quartanis ægri plantas ſublini, multoq; efficaciús ab ipſa muliere etiam ignoranti, efficacisſimum eſſe. Quartanas coitu, incipientibus duntaxat menſibus finiri nonnulli ſpopondêre. Quorum cinere iumentorum omnium addita * caminorum farina ceraq; vlcera ſanari in confeſſo eſt. Ea etiamnum roſaceo mixta fronti illita capitis, fœminarum pręcipuè, dolores interſedare. Et quod dictu admodum mirum eſt: Mulieribus in menſe connudatis, iam primum grandines turbinesq; contra fulgura abigi, ſicq. cœli violentiam auerti, autumant. Menſtruo non ſilente luna, nudatis ſegetem ambientibus erucas, ac vermiculos ſcarabeosq;, & noxia quæque arceri atque decidere. Proindeq; ob cantharidum numeroſitatem, eas retectis ſuper clunes veſtibus per media arua ire, in Cappadocia inuentum. Alibi nudis pedibus capillo cinctuq. diſſoluto ſeruatum. Cauendum verò ne id ſole oriente (ſemente alioquin areſcente) moliantur. Id quoque conuenit, quo nil equidem libentius crediderim, tactis menſtruo poſtibus, irritas magorum artes (van[iſsimi] vt æſtimare licet generis) factitatum iri. Cæterum nullo perpetuo circuitu menſtrua deſcribuntur. Quibuſdam enim ſæpius menſe, quibuſdam omnibus tricenis diebus, alijs trimeſtri ſpatio, ſicut aliquibus nunquam fiunt. Attamen menſe (veluti decreto exonerandæ mulieris veſtigali) decreſcente (iuſta re[c]ta ratione) aſsiduè (vtero nulla vi ſeminis prorſus occupato) moueri tendunt. Mulierum nanque corpora, continente aere frigidiore effecto inalgeſcunt magis, menſium autem coitus ob lunæ defectum, algidiores eſſe ecquis dubitat? Itaque vt menſium fines quam media frigidiores euadant fit. Igitur poſteaquam alimentum in ſanguinem mutatum eſt, menſes eo quem modo diximus circuitu moueri contendunt. At ſi illud haud concoctum ſit, ſenſim aliquid ſubinde ſecernitur. Quamobre[m …] menſes vocitantur, paruis adhuc & puellulis proueniunt. Porrò vterque hic recrementorum ſeceſ[sus …] modicè fit, integra ſeruat corpora, vtpote quæ ab excrementis exquiſitius perpurgentur, quæ ijs, vt ægrotent, cauſæ efficiuntur. Sed ſi vel non fiat, vel immodicè fiat, grauior apprimè iactura euenit: aut enim ægrotationes ſuperueniunt, aut emarceſcit extenuatq; corpus, Hippocrate tradente: Si menſtrua immodicè fiunt, morbi accidunt: & ſi non fiunt, morbi matricarij accidunt. Ad ſexageſimum ſanè mares plurimi gignunt, quem ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimum vſq; procedunt. Et iam apud quoſdam adusque annos ſeptuaginta, & ſeptuaginta & quinq; (quanquam ignobiles) vulgaris reperitur generatio. Alios, perpaucos tamen, & non niſi valentiſsimos, annos octoginta natos ſobolem procreaſſe repertum eſt. Quin etiam Maſiniſſam regem poſt octuginta ſex annos filium quem Metymathinum appellauerit: Catonem Cenſorium octogeſimo exacto è clientis ſui filia Salonij, generaſſe clarum eſt. Mulieres verò ad quadrageſimum quintum magna ex parte fœtificant: at paulo ætate progredientes eff[œ]tæ degunt. & ſi nonnullæ annos ſexaginta natæ, validiores tamen, pepererint. Inuentam nihilominus mulierem, cuius primò genitus vltimò genitum, quadraginta annorum ſpacio exceſſerit proditum eſt. Quare quum ætatum diſcrimina ad ſobolem congignendã nonnihil (vt retulimus) conducere aperta ratione conſtiterit, nihil tamẽ quicquam adeò conducibile aliud, quam vterum ad modicum redactum modum, corrogata Hippocratis ſententia, in hunc modum præſcripta, liquidò perſpectũ habebis. Mulieres quæ præhumidos habent vteros concipere nequeunt: quæ etiam frigidos ſpiſſosq; habent nõ concipiunt: fœtus enim extinguitur: nec non ſicci & admodum calidi concipere non poſſunt, genitale enim ſemen corrumpitur ob inopiam alimenti. Quæ autem ex vtriſq; modicè temperatos obtinent vteros, eæ valent fœcunditate. Ob has quippe cauſas nonnullæ partus haud vnquam perferũt, quales ſi quando medicina & cura (quæ multiformis eſſe quit) vicère, fœminam ferè gignere eas compertum eſt. Pleriſq. ſemel in vita munus hoc conceſſum eſt: quę ſi, cùm parere deſierint, leporis conceptum vtero exemptum manderint, reſtibilem fœcunditatem afferre tradunt.

Quæ in ſanguine menſtruo remedia.

** foriè ciminorum.*

Quo tẽpore mẽſes incipiant.

Menſtrua alba.

5. Aph. 57.

Quãdiu prolificũ ſemen maris.

Plinius lib. 7. cap. 14

Mulieres quãdiu fœcundæ.

5. Aph. 61.

Conceptus accelerant vaccinum lac potum: aut quini ſepteniue vermes terreni epoti: cochleæ cum croco impoſitæ: fimum accipitris in mulſo potum: & à purgatione fel caprinum inſperſum, & perd[i]cis oua ſi ea ſorbeantur. Setæ ex cauda mulæ ſi vincti inter ſe in coitu colligantur, inuitas concipere c[ogũ]t. in Arcadia vinum quod fœcunditatẽ fœminis importet fieri dicitur. At, quod admodum ſpectatius eſt, ſi leporum vuluæ in cibis ſumantur, mares concipi putant: hoc & teſticulis eorum & coagulo profici.

Conceptum accelerantia.

Plinius lib. 30. cap. 15.

Vt mas gignatur.

Atq; ſi vituli carnem cum ariſtolochia inaſſatam circa cõceptum manderint, mares paritur[a]s promittunt. Sterilitatem ob partus vexationem fieri certum eſt: hanc felle taurino, ad[i]pe ſerpentium, æru[gi]ne, addito melle, medicatis locis ante coitus, emendari putant. Ijs ita prælibatis paulò altius redorſi, q[uo]d in bene miroq. deinceps ordine generationẽ, ipſa rerum natura reddiderit, curioſius intelligendum. Prolem ſanè paraturos puellæ non modò ætatem vterumq;, vt paulò antè ſanximus: ſed & Veneris appetentiam & corporis poſituram ante omnia intueri oportet, quando ſingula hæc magnas, neque ignobiles, neq; dubias hac in re interpretationes habeant. Ob id viri potentem, viroſamq; ſibi quemq; parare operæprecium eſt: cui equidem (ſi fortaſſe in coitu pinguiorem ſegnioremq; nouerit) xiphij ſuperior ex vino radix potui vtiliter datur, & item quam cremnon agrion nuncupant, ternis obolis aut dr[achmæ] pondere

Generatio quomodo fiat.

Conceptum iuuantia.

A pondere. Orminos agrios cum polenta contritus, orchiſq; herbæ, ſerapiadiſue radix maior, ſeu, vt aliqui
perhibent, tenuior, in aqua dragmis duabus pota, atque ſatyrion eundem præſtant vſum. Erithrococo-
nis radix manu retenta, concitatricem viri habere plerique putant, ac magis adeò in vino auſtero bibita
dragma. Tithymalli etiamnum ramorum medullam habentes ad Venerem agi proniores q; fieri pro-
dunt. Prodigioſa admodum autores, alioquin graues, non minus circa hoc tradidêre: ſeptuageno coitu
cuiuſdam herbæ (cuius vocamentum ſpeciemq; negauerint) contactu libidinem durare aſſeuerantes.
Cochlearum fluuiatilium carnes ſale aſſeruatæ ex vino epotæ: erythini quoque commanducati Vene-
rem ſtimulant. Iecur ranæ dryopetes & calamytæ in pellicula gruis: crocodylli maxillæ dens brachio,
vel hyppocampus, vel rubetæ nerui, dextro lacerto, ſingula hæc ad alligata mirè concitant. Hyenæ ge-
nitale ad ſexus ſuos in melle ſumptum, etiamſi viri mulieris coitum oderint. Roſtrum ſcinci & pedes in
vino albo poti efficaciſsimè veneris cupiditatem accendunt. Vtique cum ſatyri & erucæ ſemine ſingu-
lis dragmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita vt paſtilli ſingularum dragmarum bibantur, per ſe
laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Coi-
tus ſtimulat fel caprinum illitum: medullæ ſuum hauſtæ, ſeuum aſininum, anſeris maſculi adipe permix-
to illitum, equi à coitu virus. Teſticuli equini aridi, vt potioni inſeri poſsint. Dexter aſini teſtis in vino
potus proportione, adalligatúrue brachial: eiuſdem à coitu ſpuma roſaceo panno collecta & argento in-
B cluſa, vt tradunt. Salpæ genitale in oleum feruens ſepties vrinare iubent, eoq; pertinentes partes perun-
gi, alij cinerem ex eodem bibi: vel tauri à coitu vrinam, lutoq; ipſo pubem illini: Veſpertilionis ſangui-
nem flocco collectum capitiq; ſuppoſitum, mulierum libidinem mouere: aut anſeris linguam, in cibo
potuue ſumptam prodidêre. Horum hercules ad propudia probosàmue molliciem viros ad immodi-
cam aut certè obſcœnam Venerem mulieres pleraque procitare, vetuſtiores extra omnem fortunæ
aleam promiſere. His ita peractis mas & fœmina concumbant, in concubitu fœmina capite paululum
demiſſo, coxendices cluneſq; elatiuſculas habeat, feminibus latè pateſcentibus: & reliqua ſecundum
naturam fiant, donec vir tandem genitale ſemen ante vuluæ oſtium emittit, cui ſpiritacea ſubſtantia
(quem gignitiuum appellant ſpiritum) permiſcetur atque confunditur, quæ inquam nihilo ſecius at-
que humiditas expellatur oportet: tanto ſeminis humiditatem peruincens: quanto ocyus egeritur ef-
ferturq; longius: nihil enim procul ſine ſpiritali violentia proijci poteſt: fœmina eodem tempore omni
plerunque ſine libidine per vuluæ acetabula genituram (quam fœcundam diximus) in vterum demit-
tente: quandoquidem ſine maris ac fœminæ emiſsione concipi impoſsibile ſit, ſine voluptate verò fœ-
mellæ fieri quidem poteſt, ſi locus turgeat, & vulua propiùs oſtium deſcendat: Quamuis magna ex parte
ſic accidat, vt vtrorumque oblectamento id agatur. Maris autem profuſio non intus (vt quidem opi-
nantur) fit (os enim vteri anguſtum eſt) ſed ante oſtiolum, quo & fœmina ſuccum illum nihil ad conce-
ptum conferentem ſecernit: in quibus quidem excretionibus pari fermè voluptate mas ac fœmina af-
C fici ſolent. Viri autem fœcundum ſemen ibidem profuſum, intus ab vtero (ſi quidem calidus, & modi-
cè temperatus ſit, ſi oris labra tactu aſperiuſcula & hærentia, ſi etiamnum tenuiora ſint: Quandoquidem
ad conceptionem ita ſeſe commodè habeant) auidiſsimè rapitur. Indicio eſt quod locus qui modò ma-
debat, reſiccatus mox perſentiatur. Quòd etiam quàm procaciter inhiat, hinc diſcas licebit, quando
puella ſolo balnei ingreſſu vtero graui inuenta ſit, ſemine quod à viro prius in aquam defluxerat ſitien-
te vulua hauſto. Cæterum per id tempus virginitatis nodo nexuque dilaniato, cruentus (à menſtruo
ſanguine eo diſsidens, quod viuidi hic coccini coloris eſt, ac eo duntaxat, quo penis vteri ceruicem
aſperiuſculè violentiuſq; ſubit momento parcè prorumpens, è diuerſo menſibus decoloratioribus
turbulentioribuſq;, vberius ac longiore temporis tractu delabentibus) ſuccus integræ virginitatis in-
dicium, interſtillat. Ceruicula intumeſcit ijſq; plurimum dolet, eoq; magis, eugio grandiore mentula
vi defracto, atq; oſtiolo iuſto plus paſſo laxatoq; fiunt hæc. Porrò tumores & dolores, roſarum myrtil-
lorumq;, ac maluæ, & pulegij decoctum inſidentibus commodè demulcet: aut defrutum roſaceo addi-
to. Subinde omphacio ex olea adhuc alba non ex druppa (ita vocatur priuſquam cibo matura ſit) vtpo-
te quod deterius eſt, expreſſo, ceruicis oſtium ac verenda perungenda ſunt. Omphacium hoc ab illo
colos interſtinguit, quoniam hoc viride eſt, illud quo autores vti ſæpius iubent, candidum hinc multo-
rum imperitia, atque ægrorum iactura non parua, eo primò omnes ferè abutuntur. Dolore interſedato,
D vbi res ipſa vrgeret, cerata in lana arundinis internodio oportunæ idoneæq; craſsitudinis obducta, co-
alitum diſiunctarum partium molientia ferruminantiaq;, quoad occalluerint imponantur: hæc inuiola-
tæ coitum perpeſſæ præſentiſsima præſidia cenſentur: quam ſi ante concubitum, tanquam nimium cu-
rioſi internoſcere velimus, quo minus vafræ omniumq; malitioſiſsimæ mulieres, quippe quæ ſingula
talia aſtu ad integrum plerunq; cōminiſcantur, nos falſos habeant, id nobis virginitatis argumentū fue-
rit. Quòd perlucidum ijs ac tenue lotium, ſubſtrepitu perinde atq; acutiſsimo (quoniā per anguſta exi-
tus datur) ſibilo vt fiſtula impendio deductiore emicans longius admodum excutitur. Quin & edoctæ
obſtetricis contuitu hymē (ſi caſta ſit) facilè decernitur. Cruoris quoq; delectus (quos paulò antè mō-
ſtrauimus) indicio ſunt. Gagates etiamnum ſuffitus odoris ſpiramento fauces nareſq; non attingente:
& potus ſi præſentē mictum non cieat (muliere alioquin ſuffitū perſentiente, cominuſq; potu mingen-
te) virginitatem eximiè deprehendit. Quo modo & corruptarum pudicitiam magnetem obdormientis
capiti ſuppoſitam, pudicam ad mariti complexū quamprimum compellentem, adultera è thoro præ nimio
ſimulachrorum pauore excidente, planè aperire autumant. Quamobrē ſummo ſtudio vterus, qui conci-
piat, vel natura vel arte præparandus eſt: quòd ſi ne concipiat facere libuerit, contrà agendū eſt. Nam ſi
labra læuia craſſaq; ſint haudquaquam commodè vſum præſtant. Ob id nonnullæ pridie, quàm concu-
buerint, vt ſemen delabatur, vuluæ ceruicē oleo iuniperino, aut ex ceruſſa thureue excipientes, oleo ce-
raq; adiectis illinere aſſolēt. Araneus phalāgij nomine eſt, lanuginoſus, grādiſsimo capite, quo diſſecto in

IV. Quæ circa concubitum obſeruanda.

Conceptus ſigna.

Auerroes. 2. Coll. 10.

De eugio rupti cura.

V.

VI. Virginitas quomodo noſcenda.

Vter lubricus, vt ſemē illabatur.

tûs vermiculi duo inueniri dicuntur, qui mulieribus ante ſolis ortum ceruina pelle illigati, ne concipiât A
VII. mirè præſtare creduntur: vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit, quoniam aliquarũ
** Si Plin. et alibi in gentilibus credimus.* fœcunditas liberis plena, tali * venia indiga eſt. Sed ſimul ac geniturá intra ſe vterus traxerit, vniuerſum
alueum, ſe ſupra ſemina duo colligens, ac vndiq; ea comprehendens ita contrahit, vt nulla penitus, ſiue
multum ſiue parũ ſeminis iaculatũ fuerit, vacuitas relinquatur, atq; adeò os ſigillat obſepitq;, vti etiam-
num deductiſsimi corporis acies neutiquam ingredi queat, quod Hippocrates (quem ceu alterá rebus
5. Aph. 51. humanis lucem Deus dediſſe videtur) ita prodidit: Quæ vterum gerunt ijs vulua ſe comprimit: Apud
me hercules tractatu ipſo antiquitatis admiratio creſcit, quantoq; maior dicenda harũ rerum copia ſug-
geritur reſtatq;, tanto magis priſcorũ in inueniendo curam, in tradendo benignitatem adorare venera-
riq; ſubit. Nec dubiè ſuperata hoc pacto etiam rerũ ipſius naturę munificentia (modò hæc humani dun-
taxat operis inuentio eſſet) facile videri poſſet. Nunc verò aut eam ipſam deorũ fuiſſe, aut certè homine
etiamnum inueniente, diuinam, eandemq; omniũ propè dixerim parentem, & hæc ita fabricaſſe, & mon
ſtraſſe oſtendiſſeq; nullo vitæ miraculo maiore (ſi verum fateri volumus) credi par eſt: quando alia via
Formatio fœtus. ad hæc adeò exquiſitè perueſtiganda nulla relinquatur. Æternum quæſo deorum ſit munus iſtud. Quũ
autem ſeminalia recrementa in vtero conſtiterint, atq; intra ſeptenas horas ſui poſt iactum in effuſionẽ
relapſa neutiquam fuerint (quibus calor tantam talemq; habens motionẽ & actionem ineſt, quanta mo-
dice ad quamuis corporis partem accommodetur, quòd ſi rem quæ fit vel excedat vel deficiat, aut dete- B
riorem, aut læſam & mancá, ſimiliter ijs quæ foris igne ad cibum aliúmue vſum coquuntur, efficiet: at in
ijs caloris motum nos ipſi moderamur, in illis gignentis natura accommodat) mox in vitam hæſiſſe, au-
tores illuſtres pronunciarunt: proindeq; maris ſemen in genitalis fœminei alboris medio propemodum
glomeratur. Ambo hæc ſpiritu gignitiuo vteroq; iam concreto calfiũt: quò fit vt craſſeſcant ſpiſſenturq;,
atq; craſſa & glutinoſa calfiunt, ſpiritum flatuoſum adgenerent oportet: quo ſanè flatu commixtæ geni-
turæ turgent atq; intumeſcunt, minutiſsimæ inſuper hectæ ſpiritu repletæ, aſſurgũt, exinde ex pluribus
ijs iunctis, vna fit cauitas, vberem ſpiritus quantitatem comprehendens. Qui nempe ſpiritus intus re-
cluſus refrigerationem quæritans ad ſui cuſtodiam, ſibi in ſeminum medio, eorundem partes ſcindendo
peruium iter parat, vt ſpirante feruido, algidus eodem ad feruorem contemperandum ſubingrediatur:
quo ſpirituũ ingreſſu egreſſuq;, atq; vi ſpiritum poteſtate, vitalem, animalẽ, naturalem ad proportionata
Vtriuſq; ſeminis genitalis commixtio neceſſaria. loca formatiua mouente, ſemina apprimè ſpumeſcunt. Duorum genitalium ſeminum commixtio expe-
diens ac neceſſaria quidem fuerit, tum quo mulieris recrementũ virili genituræ conueniens alimentum
fieret (etenim virilis craſſa calidaq; temperaturæ eſt, contrà fœminea tenuis & frigida: ob id cr. ſsitie vi-
rilis extendi dilatariq;, quemadmodum opus eſſe nequiret, & calore ſimul inchoandi puerperij materiá
abſumeret) tum etiam, vt operimento partui eſſent (nanque virile ſemen ad vteri augmenta cornibus
perſimilia non deuenit, nec per totum alueum ſpargitur: quare fœmineum, quo ea loca repleantur atq; C
vt ex ijs vnà cõgeſtis germinis operimenta efficientur, neceſſarium cenſetur. Itaq; coactis iam partibus
ijs, & in vtero inſinuatis diuq; contentis, extera parte terrena reſicceſcente, circum membranula perin-
de atq; in decoquendo pane, obducitur) tum quia neceſſum erat (nam & caleſcentis frigeſcentíſve rei
extrema ſucceſcere operæprecium eſt) tum etiamnum alicuius gratia. Nam & ſemen inconſtans, cuius
partes diſijciant, quippe quod vuidum riguumq; ſit, continente ſiſtenteq; indigum fuit: cæterò trium
principatũ habentium membrorũ cordis, cerebri, iecoris, bullulæ molles ac exiles, vteri duritudine ob-
læderentur: & ſpiritus gignitiui poteſtate alioquin vitales, animales, naturales ocyſsimè halarent abſce-
derentq;, ni ſpiſsiori membrano obducto tuerentur atq; cuſtodirentur: quod equidem membranũ, cum
vtero per aſpredines, quas anteà foſſulas diximus, & ijs potiſsimùm partibus, quæ cornua appellantur,
cõmittatur, contenta ſemina eidẽ annectit: in quo tamen meatulus ea parte, qua vmbilicus creatũ iturus
eſt, ad ſpiritus euentationẽ (quam antea commemorauimus) exiſtit: hæc autem in medio expiratio fit à
formatrice vi ſic iubente, quanquã enim ſpiritum hunc (vtpote leuẽ & calidum) ſurſum atq; ad circun-
ferentiam potiùs ſuapte natura ſuoq; nutu ferri par ſit, ad medium tamen, atq; quocunq; vis illa prope
Cordis, iecoris, et cerebri formatio. duxerit, diuina imperauerit, cuius eſt inſtrumentum, dirigitur. Ad medium autem eatenus propellitur,
quatenus cordis locũ præparet, quo loco ſpiritu intus deferuente, & calore extrinſecus exiccante, cor-
dis bulla tumet, vitali ſpiritu (quo cõmodius afformatiua vis cor ipſum ac membra cętera condere que- D
ant) referta. Mediá nanq; ſedem in animali, nõ ſecùs quàm rex in regno cor obtinere ius faſq; eſt. Dein-
ceps verò bullulę geminę, ſuperna parte pro cerebro vna, dextrorſum pro iecinore altera, primę ad tem-
pus cohærentes extuberant: quæ nihilominus ſpiritu (ſuperna animali, naturali altera) replentur: in hac
iecur, in illa cerebrum, ſpiritaceis ijs ſubſtãtijs patrocinantibus procreatum iturum eſt: quæ procedente
tempore à cordis bulla, quæ prima fuit, & interſtitio, & ſpecie, & magnitudine abſcedunt. Neq; quempiã
ex ſolis ijs membra illa gigni arbitrari oportet: quandoquidem prima puriore tenuioreq; alimenti parte
cordis materia expleatur, craſsiore pinguioreq; ea, quæ iecinoris, pituitoſiore, atq; crudiore, algidioreue
ea quæ cerebri. Nec dum tamen membra hæc generantur, ſed bullæ duntaxat præparantur. Quæ ſanè
vnà cum ijs quæ in membrano continentur (quem totũ embryonem eſſe contenderim) enutriri incre-
Nutritio fœtus. mentumq; recipere neceſſe eſt. Ob id per vuluæ acetabula cruetus ſuccus reſudans atq; reſtillans aluũ
ſubiens, membranũ circum ambit, quę ſimul cum refrigerante ſpiritu per meatulũ, quem gignitiuus ſpi-
ritus ſibi afformauerat, intra panniculũ à geniturís attrahitur, quo perfectè & ad integrũ concocto, par-
tes quas modò diximus aluntur augenturq;. Enimuerò embryo per tempus id adeò exiguus perſtat, vti
minimo indigeat nutrimento: atqui nec adhuc illi (quippe qui vmbilico eidẽ vberiore alimonia indigus
nectatur) mẽbrano cõmittitur. Mox tribus ijs (quas nuper cõmemorauimus bullis) tris prætenues ad-
Macrobius lib. 1. in ſomn. Scip. modũ obductæ mẽbranulæ, cuiq; vna, procreãtur. Porrò cuncta hæc à cõceptu ſexto ſeptimóve die ab-
ſoluũtur. Quæ cùm à phyſicis, ab Hipp. quoq; (qui tã fallere quàm falli nõ vult) experimẽto certo accu-
ratiſsimè

A ratiſsimè deprehenſa ſunt. Qui libro de pueruli natura, mulieris ſemine nō effuſo ſaltibus eius iuſſu concuſſæ atq; plus æquo quaſſatæ, ſeptimo die eiectum tali folliculo receptaculoq;, quale in ouo ab extima teſta clauditur conceptui ſuffeciſſe aſſeruit, quo tempore vmbilicus inchoatum iri videtur. Nam membranum id cum obduruerit, ſecundā appellitat, cuius exiles duæ tunculæ ſunt. Ex ſeminalibus verò recrementis intra haſce tuniculas venæ arteriæq; procreantur, quarum ora exteram tuniculam penetrantia, ſummaq; illius cute patentia diſſeminata, vuluæ venarum arteriarumq; oris (quæ acetabula nominitabamus) arterijs arterijs, & venis venis, æquis vtrinq; numeris miro ordine reſpondentibus, admouentur atq; adiguntur. O rem inclytæ vocis, ò rem magnopere mirandam! Tot in illorum ſeminalium recrementorū tunicula venæ, tot deniq; arteriæ concreantur, quot præciſè in matris vtero iamdiu præfuerant: eadem etiamnū ſerie, eadem prorſus digeſtione ſeruata: proh Iupiter, nec viſu facilis nec dictu affabilis vlli. Deinceps & venæ, & arteriæ, hæ ſecundæ exilitatibus dictis irretiuntur atq; inuoluuntur. Subinde non pulſantibus venis ſimiliq; modo arterijs in vnum coeuntibus venæ duæ, totidemq; arteriæ de ijs repullulant, quas cuticulare putamē ambit, ex quibus qui vmbilicus vocitatur conſtat. Etenim venarum ac arteriarū imbecillitas tutelam operimentumq; deſiderat. Hæ quaſi radices quibus alimoniā exhauriat partus, vterū contingunt, & ob eam rem antè principalia membra, quando principia hęc iam abſoluta vberiori alimento indiga euadunt, quod per vmbilicū ab vulua rapiendū erat, deſcribantur oportet. *Vmbilicus.*

B Porrò cùm potentia quidem, & imperfectum animal fœtus exiſtat, aliunde alimentū recipiat operæpreciū eſt. Quamobrē vtero & parente (vt terra plantæ) ad ſanguinem menſtruū illi cibum hauriendū, donec perficiatur, & iam ſit animal potentia greſsibile, vtitur. Præter ſecundā, geminæ quibus obuoluitur fœtus, membranæ extant, quæ maioris minoriſve ratione differunt. Prima partum circumquaq; immediate ambiens, Auicius, Amniū, Aurelia, Abcas, Abigaſue, Sela, Alicas, Cōceptus armatura, nūcupatur. Secunda ab vmbilico infrà embryon circumiēs, Alanthoides, Biles, Aſcari, Secca, Inuolucrū, appellitatur. Amnij quidem functionē humorem exudantem è puerperio coaceruare, & vſq; in diem partus conſeruare eſſe vnanimiter aiunt: quamobrem non modò partum à ſecunda duriore (qua tenellus procuſdubio oblęderetur) incolumem ac cuiuſuis læſionis immunē tuetur, verùm & eas humiditates colligens, tum vt puerperium ijs ſuperantes atq; ſuſpendatur, ne grauior ab acetabulis cōtineri nequeat: tum etiamnū quia partus tempore, membranis diruptis, vteri ceruicem lubricam ac ductilem & facilè dilatabilem reddant, maximo pręſidio eſt. Commodum fermè idem ab alanthoide recipimus, ob eam, quam intra ſe recondit vrinalem partus aquoſitatem, quæ in ipſam per meatulum (quem vrachum appellant) in medio vmbilico conſtitutum à veſicæ imo deriuatum, diffunditur. Quanquā veſica propriam ad mictionem fiſtulam obtinet, nō tamen niſi edito puerperio illa officio hoc perfungitur. At ad vmbilicū lotium deueniēs vracho alanthoidem ſubit, ibiq; ob eas quas modò diximus vtilitates aſſeruatur. Humor autem inter has duas cruentus admodum dilutiorq; à mulieribus proferū vocitatur. *Membranæ fœtum inuoluentes.*

C Cæterùm geminæ eæ membranulæ infantem ambientes, interior tenuiſsima & molliſsima, & exterior (quæ propriè chorion à Græcis dicitur) à nobis confuſa vocula etiam ſecundæ nominantur, quoniā & hyſteras eas Græci appellent, quanquā & vulua ipſa numero ſingulari ab ijs hyſtera quoq; nūcupatur. Nullum ſiccis excrementis per pus, id puerperiū conceptaculum adeptum eſt: propterea quòd eius alimonia nō ad ventriculum inteſtinaq;, hæc vbi ipſa recrementa ſecernuntur, ſed ad iecur per vmbilicales venas (quippe quę ventriculi prima concoctione haudquaquam indigeat) ad iecur inquam, in quo humida fiunt excrementa deriuantur. *χορίον. ὑστέραι. Secundæ.*

De geminis itaq; his venis alimentum deferentibus, quum paululum proceſſerint, mox poſt vmbilicum coeuntibus vnà, in iecinoris creandi concauum dependent, quippe cui bilis vaſculum alimoniæ expurgamentum inhæreſcat, ſatiùs menſtruum ſanguinem perpurgari, priuſquam per membra diſtribuatur, cenſente natura. At arteriæ duæ, non ad cor ob ſpacij longitudinem, ſed ad arteriam magnam, ſecundum ſpinam coextenſam ex corde primùm deſcribendam, ſuper veſicæ partes procedentes, deueniunt, ibiq; ductilibus colligationibus connectuntur: per eaſdem embryonis cor euentatur, & ab vtero cum ſpiritum, tum etiamnum puriorem ſubtilioremq; cruorem haurit. Omnia deinceps à principalibus orienda lineamentis, primum membra poſt ſex ſeptemve ante dictos dies, duorum trium quatuórve dierum ſpacio deſcribuntur. *Venæ vmbilicales.* *Arteriæ vmbilicales.*

D Subinde quatuor, octo intercedentiūmve poſt prędictos dierū tractu lineatione peracta, cruenta materia per vmbilicū hauſta fœtum totum permeat, atq; ad membrorū fabricam propiùs accedens, prædibenitur, quæ quoq; & per id tempus lineationes replet. Mox nouem aut quindecim aut intermediorum dierum ſequentium ſpacio, ſanguineus ſuccus in carnem conuertitur, quo etiam tempore membra & colores & mollitiem duritiemq; adipiſcuntur, perinde ac ſi pictoris officio dum condit creatq; natura perfungeretur. Etenim vbi primum lineis animantem pictor eſtinxerit, mox coloribus varijs pro partium natura accommodatis illinit ac perficit. Sed quum in cōceptu omnes corporis partes potentia inſint, primum omniū (vtpote principium maximè promtū) cor ſanguine per geminas antea dictas arterias ab vtero hauſto actu ſecernitur, cui ſanè ſpiritus gignitiuus, vnà & generatiua afformatrixq; vis, velluti propriæ ſedi protinus ab initio inſidere, in quo etiam primùm vitalis ſpiritus progeneratur. Quippe quod temos, maximū dextro in latere, minimū in læuo (quem aurem ſiniſtram, imperitiores Graij ora vocitant) mediū cauitate inter vtrinq; media primo maiori venæ, medio aortæ annexo, ſinulos neruulis etiam ſuffertos contineat. Homini animaliū vni paulò à mamillarū diſterminatione ad læuam, parte ſui ampliore, qua corporis ſuperiora ſpectat (radix ob patulicantes vtrinq; pinnas dicta) propè dixerim pupillam, inclinat: at extrema, qua in acutū ſeſe colligit, in mucronemq; plana exit parte, infra mamillam in priora eminens ac palpitans vergere tactu exploratur ac patet. hoc vt priùs viſcus efformatur naſcentibus, ita nouiſsimè emoritur. Quis enim cor hirſutū quibuſdam fuiſſe antequā cerneretur credide- *Cor.*

A ſuperiora breuioraq́; oſſa: cubitos, inferiora longioraq́;: manuum oſſa, quæ cum multa, quippe quorum numerus penè incertus, tum etiam minuta ſint, oblonga tamen omnia triangula, ſtructura quadam inter ſeſe connectuntur. Oſſa coxendicum. pectinem, fœmina, patellas, cartilagino ſa ac mollia oſſa. Gemina tibiæ cuiuſque oſſa. Talorum oſſa, calcium, pedum, quæ ijs quæ manibus inſunt reſpondent. Subinde cartilagines, operimenta, colligationes, atq; hæc ex ſemine.

Ex ſanguine menſtruo carneæ partes conſtruuntur. Veluti pulmo natura inanibus fiſtulis cauus fungoſusq́;, in binas vngulæ bubulæ modo fibras diductus, venæ maioris ſingulis ſuis fiſtulis riuulos excipiens, proindeq; ſanguinis plurimū continens. Nec audiendi ſunt, qui cruenti ſucci (eorum quos diſſectis animalibus detraxerint, quorum vniuerſus cominus ſanguis effluxerit, conſpectu decepti) pulmones vacuos eſſe & ſanxêre & prædicarunt. Lien, quem ſplenē Graij appellauêre, haud cincto vt iecur, at inteſtino innexus, à concauo ventriculum aſſequitur, à gibbo verò dorſo adalligatur, venæ vni maiori iunctus. Cuius magnitudine loci riſusq́; intemperantiam factum iri phyſici propè omnes aſſeuerant. Ex aduerſo, ijs qui vel eo carent, vel quàm breuiſsimo per naturam vtuntur, riſum adimi, quotidiano vſu compertum eſt. Sed quam ob cauſam ſibi magnitudine loci intemperantiam, paruitate exemptionem aſciuerit, nec dum ab ijs ſatis explicatum. Nos verò quantū ingenioli facultas ſuggeſſerit dicemus, quod quum lien proprium atræ bilis conceptaculum ſit, hinc vaſtitate ſucci illius riſui aduerſantis impendio

Sanguineæ partes. *Pulmo.* *Lien.* *Cur magno ſpleni loci riſusq́; intemperantia tribuatur: paruo, triſtitia.*

B maiorem, quàm iecur gignere ſuppetat, copiam deſideret oportet. Vnde & vniuerſam atram bilem, & purioris ſanguinis adhuc pro ſui altione neceſſariam oportunamq́; portionem attrahet. Ob id cruentum ſuccum perſpicaciorem lucidioremq́; loco aptiſsimum reddi par eſt. Contrà breuitate, non etiam quantum atribilarij ſucci iecur aggenerat, ſuſcipit, & ob eam rem ſanguis impurior admodum, turbulentior nigribiloſiorq́; magis, in immanem triſtitudinem agens relinquitur. Nam & huiuſcemodi accidentia atri fellis vitio fieri Hippocrate vel maximè dilucet: Si mœſtitia aut metus longo tempore tenet, atra bilis in vicio eſt. Laborantibus nempe curſorum veluti peculiare, curſus impedimentum inuritur. Quo etiamnum per vulnus exempto animal viuere autumant. Renes duo bubulis ſimiles, perinde atque ex multis renibus compacti, in adipe merſi vrinatiq́;, ſummis lumbis ſub imis coxis adhærentes, ab ea qua coxis hæreſcunt parte, reſimi: ab alia vero globoſi, ventres, cauaq́;. & ij habentes, ad quæ tam qui ex caua vena, quàm qui ex aorta meatuli minimè pertinent: at eo loci pertendentes in renum corpuſcula abſumuntur obliteranturq́;. Cuius rei apertiſsimum argumentum fuerit, quod ij ſanguine carent. Eorum dexter ſuperiorem ſibi locu n vendicat, & latior ſicciorq́; minus pinguitudine obducitur. Lingua & glotta & gloſſa recta ratione nuncupata, carne ſoluta, rara, fungoſa conſtans, imbricatæ aſperitatis, quæ aut lata, aut anguſta, aut mediocris omnium expeditiſsima atq; explanatiſsima eſt, hæc in animantibus cæteris ſemper abſoluta, in homine duntaxat vſq; eo venis conſtricta, vt eas intercidi neceſſum

6. Aph. 23. *Renes.*

C ſit, alioquin vſui loquendi inepta: ſaporum intellectum ſui præcipuè primore parte, & ſingulorum prætere a, quæ caro ſentire queat, ſua quauis obtinet. Tonſillæ: quod verò inter eas vltimo palato dependet columella, ſiue vua dicitur. At verius quidem cum immodicè humectata intumeſcit inflammaturq́; vuæ nomine vocitatur. Gingiuæ oris multifida compago. Gula cibum potumq́; deuorandi fiſtula. Fauces illius ſummū. Stomachus poſtremū. Venter infimo ſtomacho annexus inferiore ſui parte anguſtior: hinc eo oppleto, ciboq́; ob anguſtiam ſuppreſſo (quod ijs quorum ſpatioſa laxitas eum ad inferiora tranſinittit obtingere nequit) homines facilè vomunt. Ab hoc ventriculo lactes, per quas flexuoſiſsimis orbibus edulia delabūtur. Nec ab re fuerit hoc loco admonuiſſe ex lactibus, hoc eſt, gracilioribus inteſtinis, imo ventriculi paulum in dexteriorem partem conuerſo, in ſummumq́; inteſtinum coartato ac annexo, eam iuncturam pyloron Graios appellitaſſe, noſtri portonarium, quoniam portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus, emittit. Nonnulli etiamnum (falſò tamen) duodenum pyloron ad duodecim digitorum menſuram hunc ſe produxiſſe rati, quando nihilo ſecius pyloros, ſola iunctura duorum ſit. At quod ſequitur inteſtinum ecphiſis, hoc eſt propago ſiue duodenū appellatum eſt: cui equidem & menſura hæc quadrat, & vocamentum ſibi iure conuenit. Ieiunum verò eſt, quod ilam, hilam, ſeu duplici l, hillam, hiramue, & pleriq; hillum nominitant: Illæ verò plurali numero, vel hyllæ, hylæûe, à quibus ad aluum capaciora inteſtina, in cæteris ſunt quas in homine atq; oue lactes diximus, non ilia, vt ex Plinio plurimi perperam legunt. Ieiuni autem nomine duodenum & ieiunum interdum comprehenſa ſunt,

Vua. *Gingiua.* *Gula.* *Fauces.* *Stomachus.* *Ventriculus.* *Inteſtina.* *πυλωρός.* *Duodenum.* *Ieiunum.*

D vt apud Macrobium ieiunum omnium inteſtinorum principium habere exaratum eſt. Et alij ex probatiſsimis lactes in tria duntaxat diducunt, pyloron, ieiunum & tenue. quod eſſe nequit, ni ieiuni vocabulo vtrunq; intelligamus, nec iniuria id factitatum cenſendum, quandoquidem duo illa quoad ſubſtantiam idem ſint, inde tantummodo diſsidentia, quod pars primora haud implicita eſt, quæ ecphyſis, ſiue duodenum, vel propago cognominatur, pars altera implicita, non tamen vt tenuius inteſtinū eſt, hæcq́; peculiari vocula ieiunum dicitur. Tertium ex lactibus inteſtinum tenue vocatur, ab imperitioribus ilion, morbusq́; illius iliacus. Quum tamen ileos à diligentioribus appellitetur, & qui hunc perpetiuntur ileoſi. Iliacus veròilioſusue is intelligitur, qui lagopono, hoc eſt, ilium dolore vexatur. Sunt autem ilia & quæ à Græcis lagona & ceneona nuncupantur, partes vmbilico in latus vtrunque ſubditæ, inter quæ ſumen ſeu abdomen pubesq́; intercluditur. Igitur ilia inter coxas, & puben ſumenve, imo ventre extant. Quanquam & arteriæ inter veſicam & aluum & ad imam pubem tendentes, ilia etiamnum dicantur. Neque abditum in obſcuroq́; eſt ilium dolorem chordapſon Dioclem Caryſtium appellaſſe: quando tamē & chordapſos & chordios, is qui colicus à noſtris dicitur, exiſtat, quem nihilominus Diocles ileon commutatis nomēclaturis nominauerit. Vnde & colicus à colo, quod ſanè inteſtinum laxius atq; ile ſingulari numero vocatum, cœcoq́; commiſſum eſſe conſtat. Sunt tamen qui Plinium falſò legendum putent. In homine hillæ infima parte ſimul à Græcis vocatur colo adeo quòd apud grauiſsimum autorē hillę vocamento numero plurali, & tenue & craſſum inteſtin ſuficetur: quandoquidem

Lib. 1. in Somn. Scip. *Ileum.* *Iliacus.* *Ilia.* *Colon.*

hillæ (vt antè diximus) nec in homine nec in oue, ſed in cæteris tantũ ex Plinij ſententia cõpareant. Ex A
quo id planè euenit, vt breuiſsimo ſpacio ſibijpſi cõtradicat. Verba autem Plinij ſunt: In homine ile infi-
ma parte ſimile ſuillo à Græcis appellatur colon, quæ ſingula numero ſingulari, nõ etiã plurali aptiſsimè
Rectum. reſpondent. Eſt præterea ſubrectum inteſtinum, quod vocula alia Latini aluũ, recentiores longanonem,
Septũ tranſuerſum. vel longaonem (vt retulimus) vocitant. Inteſtinum diſſeptum, ſeu ſeptum tranſuerſum, præcordia, cin-
ctũmue quod ventrem & cætera inteſtina ab extis ſecernit. Inteſtinũ medium, quod Graij meſenterion
μεσεντέριον. dicunt, cui venulis quàm plurimis ſufferto lactes inuoluũtur, vt à duro ſpinæ contactu munitiores ma-
Lactes. giſq; ſeptos reddat. Nihil tamẽ adeò mirũ aliud mihi eſt, quàm nonnullis, qui inter præcipuos & haben-
tur, & ſunt, idipſum lactes appellare placuiſſe: quamuis nõ me lateat, alios lactes loca ſub vmbilico in la-
Sat 2. teribus pubetenus delicata, adeò vt plagã ferre nequeãt: alios pinguia inteſtina, vt Perſius, vnctos lactes
hinc dixerit: quoſdam membranas, quibus inter ſe inteſtina cohæreſcunt, nuncupaſſe. Minor lingua exi-
Epiglottis. guàve, quam nouo vocamento quidam ſublinguium dixêre, hæc duabus interpoſita fiſtulis (vtpotè cu-
Aſpera arteria. ius opera gemina) interiorem ad pulmones atq; cor pertinentem, aſperam arteriam nominatam, carne
cartilagineq; conſtantem, ſpiritu ac voce illam meante in epulando circumquaq; operit, quò minus ſi
Gula. potus eduliaq; in alienum deerrauerint tramitem, torqueant: aliam verò exteriorem (cui certè gulæ vo-
camentum fuerit) neruo carneq; conditam, quum ſpiritus tantùm aut vox commeat, ne intempeſtiua
Veſica. alui reſtagnatio interſtrepat, per vices adoperit. Veſica infra aluum a priore parte membrana conſtat, ci-
catrice haud ſolideſcẽte icta. Porrò ex ijs pleraq; cùm ex ſanguine, tum etiam ex ſeminalibus genituris, B
quippe quæ promiſcua indiſcretaq; membra ſint, congignuntur.

Ex recrementis orta partes. Ex recrementis pili, vngues, & id genus reliqua conficiũtur. Etenim cruentus ſuccus in fœtus ventrẽ
Caro. transfuſus, algore cõſiſtens in carnẽ mutatur: quo fit vt ab igne caro reſoluatur. At quæ terrena admodũ
oriuntur parũ humoris caloriſq; nacta. Hæc dum refrigeſcũt, humore vnã cũ calore halante, durã terre-
Vngues. namq; formã indipiſcuntur: veluti vngues quamobrẽ igni hæc molliuntur. Nerui & oſſa & id genus re-
Nerui. liqua, humore ſicceſcente conſiũt, quocirca oſſa ab igne reſolui nequeũt. Neruus inſuper, cartilago, col-
Oſſa. ligationes, operimenta, ſicca ductiliaq; ſunt Os ſiccũ & fragile, caro mollis Omnium aũt oſsium, quę in
corpore ſunt, pleraq; caua atq; medulloſa ſunt, nõnulla minimè. Concretis tamẽ oſsibus vniuerſis, ac ſi-
Cornei. ne medullis (quanquã rari admodum ſunt) prodigioſa viriũ elatione, corneos nuncupatos, quoſdam vi-
Plinius lib. 7. cap. 19. xiſſe, apud dignisſimos autores lectitaſſe meminimus. Cæterùm cutis reſicceſcente carne, quomodo in
Cutis. polentis cruſtula (quam vetulã vocitãt) efficitur. Nec ſolùm propter extremũ eius generatio euenit, ſed
etiamnũ quod lentitudo reſideat, quũ euaporari nõ poſsit. lentũ enim hoc pinguius exiſtit, vnde pingue
ſub cutis operimento viſitur, quaſi cutis ex eiuſmodi lentitate conſiſtat, pingue enim lentitatis nõ obti-
net. At vt in vniuerſum dixerim, omnia hæc partim neceſſariò, partim alicuius gratia talia exinde facta
molitaq; eſſe aſſerendum eſt.

Deinceps verò nouem dierũ ſpacio ſuperior moles per generationẽ digeritur, atq; diſtinguĩtur, infe-
rior tempore procedente incrementũ recipit. Primùm proinde caput ab humeris diducitur, & brachia, C
& cubiti à lateribus, & ab inuicẽ crura diſijciuntur. Colligationes articulorũ iuncturis cõmittuntur. Os,
nares eminentiores, quas ſubdolæ irriſioni noui mores dicauêre, aures proprijs foraminibus carne ex-
tuberant. Ocelli pars corporis precioſiſsima, & qui lucis viſu vitã à leto interſtinguãt, ſincero ſucco pſę-
grandes replentur; quos vbi naſcentibus nigros peroptaueris, ſoricẽ prægnanti mandendũ dabis. Frons
triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis in eius aſſenſu index. Supercilia & pariter & alternè vibrantia,
quæ nihilominus nobis (quanquã per id tempus glabra adhuc) eatenus ſupercilia appellare liceat, qua-
tenus eo loci ſuperciliorũ pubes breui admodum naſcitura eſt. Genæ oculorum munimenta: hinc ho-
minibus nictationes. Cilia extremi ſuperiorũ genarum ambitus. Malæ infra oculos, pudoris ſedes: quã-
doquidem inibi vel maximè ſuffuſus rubor præmõſtretur: has genas etiamnum antiqui vocauêre. Buc-
cæ infra eas hilaritates riſumq; penitus pandentes. Rictus, labra, mentumq; membratim, ſingula ſine fi-
ne diſterminantur, in apertoq; effigiata prodeunt. Mox collum, humeri, iugulus, ſcapulæ, pectus in quo
mammæ, alæ, latera, ſpina, dorſa, venter, hypochondria, ſubcartigilagiàve. lumbi: vmbilicus, abdomen,
aqualiculus, colago, ilia, coxæ, nates, conſpicua protinus viſuntur Genitalia manifeſtantur membra, fe-
mora, crura, ſurę: poſtremò manus pedeſq; ac extrema quæq; in lucem prodeunt, quum prius deliteſce-
rent. Attamẽ quibuſdam adhuc per tempus id triſtiùs membra hæc prorſus interſtincta comparent, quæ D
Formationis tempus. non minus dierum quatuor tractu apertiſsimè comprehenduntur. Quocirca medios quoſdam ex ſupe-
rioribus numeros colligentes, quadraginta & quinq; dierum numerus (puerperij afformationis longiſ-
ſimus terminus ſecundum Medicorũ decreta exurgit.) Nam ſolibus ſex ſpumificationi, quatuor linea-
tioni, octo lineationis repletioni, quatuor & decem carnificationi, decem & tribus afformationi attri-
butis, quadragintaquinq; dierum numerus conflat. Minimus verò numerus triginta dierum ſpaciũ eſt.
Quoniam ſoles ſex ſpumificationis, duo lineationis, quatuor lineationis repletionis, nouem carnifica-
tionis, totidemq; afformationis, nec pauciores eſſe queant, ſunt. At de mare puerperio loquuti, ita termi-
ni omnium fermè conſenſu diſpoſiti ſint. Quando alioquin de fœmella ſentiendum ſit, quippe quæ lon-
gioribus (vt inter omnes conuenit) temporum impendijs abſoluatur. decem namque dierum ſpacium
(quanquam & maturiùs plerunq; veluti quinum dierum tractu fabricari illuſtres autores obſeruauère)
vltra maris ſpacia, ad ſui afformationem exigit, atq; expoſtulat. Cuius etiamnum per tempus id figura
poſt abortum in humido haudquaquam permanet. Sed ilicò ocyſsimeq; planè diſſoluitur. Contrà mas
eo quo diximus tempore, ſi in aquam frigidam diffunditur, in membranula cogitur, conſiſtitq;, qua di-
rupta partus ipſe maiuſculæ formicæ magnitudinem præ ſe ferens viſitur: & membra iam inde diſcreta
tum cætera omnia, tum ger[...]talia conſtant. Quare quũ fœtus in vtero formatur, fœmina mare longè tar-
dius perfectionem quaru[...]unq; partium adepta eſt. Atqui ſæpius vndecimum menſem contrà quàm
mas

A mas protrahi proditum eſt. Sed quum in lucem prodierit, fœmina ocyus quàm mas (vtpotè quæ defectio quædam ſit, quandoquidem fœmineus ſexus quaſi naturalis læſio, ac detrimentũ exiſtimandus eſt) & accreſcit, & ætate floret, ac viget, demumq; ſeneſcit. Sunt enim fœminæ ſuaptè natura ſuoq; nutu debiliores, veietiores ac deniq; algidiores. Intus igitur prę ſuo algore ſeriùs diſcernuntur: quoniam diſcretio hæc concoctio eſt: calor autem eſt, qui apprimè concoquit, & quod calidius eſt, id concoctu nimirũ facilius extat. At foris ob ſui languorem debilitatémve ocyſsimè ad ætatis vigorem & ſenectam deueniunt. Etenim minora omnia, vt etiamnum in artis operibus, ſic in naturæ, citiùs optatum finem attingunt. Cæterùm quò nihil inſtituto operi deſit, noſcentes tantùm meminerint, partuum ſancitas ab antiquis, quorum ſemper cura fertilior, induſtria felicior, afformationes à nobis interim dici. Nec eos deterreat interturbetq;, quod Straton Peripateticus, & Diocles Caryſtius de hac ipſa re alio quam aſſeruimus modo ſenſerint. Quippe quum cõcepti corporis fabricam per ſeptenos dies (ad Platonicam ſeptenarij maieſtatem alludentes) hac obſeruatione diſpenſent: vt hebdomade prima, geniturîs intra inchoãdi hominis monetam locatis, genitiuũ humori folliculum artifex natura primũ circundet. Secunda crebras extimam conceptabuli ſuperficiem cruoris guttas paſsim geſtare putãt. Tertia hebdomade deforis introrſum verti eas, demergiq;. Quarta humorem ipſum ita coagulari, vt inter carnem & ſanguinẽ liquida adhuc ſoliditate concretioneq; conueniat. Quinta (partu menſe ſeptimo maturaturo) in humoris

B ſubſtantiam humanam, magnitudine quidem apis (ita tamen, vt in illa breuitate & vniuerſa membra, & deſignata totius corporis liniamenta conſiſtant) figuram integrè confingi. At ſi nono à conceptu menſe abſolutio futura ſit: ſiquidem fœmina fabricatum itur, ſexta hebdomade membra diuidi, ſin maſculus ſeptima, arbitrantur.

Ergo hercule ij neq; productiſsimum à nobis præfixum afformationis terminum, quem quadraginta & quinq; diebus, quatuor plerunq; adiectis, nimirum conſtare propoſuimus, quibus ſeptimam hebdomadem planè conſtare aſſurgereq;, cuiq; liquet. Neq; breuiſsimum (quanquam quinta hebdomas ab ijs minimus terminus tradatur) peſſundant, interimúntve: quandoquidem haud perpetuò profligata hebdomade afformari contenderint. Sed & quum iam media eſſe ceperit, idipſum cumulatiſsimè factitatum iri, neq; inficiantur, neq; perquam exigua nictatione abnuant. Ex quo euenit, vt trigeſimo quoq; ſole hominem fingi rerum natura, vel ſecundum horum monita aptiſsimè patiatur. At miror equidem eos non modò crediduſſe, in vtero fœmellam paulò ocyus mare effingi: verùm etiam prodidiſſe, quod quamuis vanum, nec ſine contactione proferendum exiſtimauerim, ne in hiſce quiſq; anxiè ambigat, attingere tamen quicquid tanti viri in doctrina non ſpreuerint, quàm horum omnium ignorationis ſuſpicione ſubire, maluimus. Porrò quæ huius figmenti origo fuerit, & quibus initijs hæc in illis opinio vſq; adeò exoleuerit, exarſeritq;, penitus quemq; præterire reor, præſertium illuſtrium priſcorum Peripateticorumq; principium rationibus (quas quodamtenus retulimus) contrarium prorſus commonſtrabimus.

C Quorum decreta poſtquam in ſumma (vt fas eſt) autoritate, & eſſe & haberi cœpère, illorum maſculi ſeptima hebdomade fabricè, fœminę verò ſexta, perinde atq; puerilium deliramentorũ commenta confeſtim peſſum iêre abſoluereq;. Nec dum tamen, quoties quinta hebdomade iſta membrorum deſignatio fingitur, menſe ſeptimo: quoties vero ſexta vel ſeptima, nono menſe partum maturari ſatis conſtare in apertoq; eſſe volumus: quod ſanè munus quum membratim hiſtoria decurret nobis ſcrutandũ penſiculandumq; reliquimus.

1 *Quo tempore anima corpori inſundatur.*
2 *A quo cree ur.*
3 *Immortaliſne, & an vna omnibus ſit*
4 *Cur nouæ indies animæ creentur.*
5 *Quonam modo ad concumbentium lib ... ntùs ſingulis, & qua cœli parte procreetur, quáre in corpus deſcendat, qua etiamnu ... e ingrediatur.*
6 *Quo pacto animæ conueniat, modò ... dere, modò aſcendere. Curq́, ſi cœleſtes ſunt, ... uitè à terris diſcedunt.*
7 *Cur defunctorum animæ non redeunt. Et nunquid in corpora noſtra quicquam agant*
D 8 *Quo tempore infans in vtero moueri, quo ſentire incipiat, quo vſu enutriat...*

CAPVT III.

SED iam cœleſtibus hinc auſpicijs, ad cœleſte illud, quo hoc ipſum ſumus, qu... ipſi ſumus, an fortè verius dixerim, quod ipſi propriè ſumus, feliciter accedamus. Id autem rationalis ex diuino intellectu cõſiſtens anima eſt, cuius profectò originẽ de cœlo manare apud eos, qui vera nouerint, indubitatæ eſſe ſententiæ perſpicuũ eſt. Proinde huic ſolam eam dum corpore vtitur perfectam beatamq; eſſe ſapientiam conſtat, vt natalis ſui principia penitiſsimaq; exordia ac prima reſpiciens, nec ſe quæritans extrà, vnde orta ſit, de quo tam vbere prodierit fonte prorſus recognoſcat. Hinc ea Delphici oraculi ad beatitudinẽ quo itinere perueniret cõſulenti ſanctiſsima vox: Cognoſce teipſum. Quo quid præſtãtius, quid felicius, quid deniq; animulæ hoc in teterrimo carcere beatius eſſe queat, non facilè quis expreſſerit: quandoquidem hoc ipſo duntaxat, quadam quaſi humanorum fuga ſolis ſeſe diuinis inſerat, ſola hęc, tanquam nihil ſit aliud intueatur, ac quoad licuerit, incognoſcat. Teneras cupiditates non reprimat modò, at penitùs obliuiſcatur, ſucceſſere nec ſciat, nec queat: ac demùm ita ſe ſupernæ & diuinæ menti ſociet, vti perpetuũ cum ea, imitando, fœdus conſtantiſsimè aſſeruet. Quas nempe ſolas deferati, & ab omni huiuſce mundi aſpergine preſſę, pureq; deterſi animi virtutes (vtpotè quę non plũbo inhærentes ſtatuas, nec areſcentibus triũphos laureis, at ſtabiliora quędã impendioq; viridiora atq; cultiora præmiorum genera nemine diffitente deſiderent) beatũ facere quẽ præterit? Quomodo & alia quempiam via

Fœmina.

Animæ origo.

Noſſe ſeipſum.

(modò nè vana admodũ auri adulatione nactũ) nomenclaturá hanc ex æquo adipiſci, fieri quî poteſt? Is A
ſanè in cœlum in eorumq; cœtũ, qui iam vixerint, & corpore laxati ſplendidiſsimo candore elucentem
Galaxiá incolant, latiſsimá cuiuis iure optimo viam præparari, ratio in medio cõſtituta effictim ſuadet.
ſiquidẽ animæ quibus incubuiſſent virtutibus poſt corpus euectæ, quũ nec corporea, puro virtutũ fra-
grantiſsimoq; fomite penitus irrigatæ, eluuie onerentur, atq; ſordeſcerent: nec cœleſtem, quá perpetim
reſpectu cogitationibusq;, dũ vel adhuc corporibus tenerentur penè poſſederant, vnquá deſcenderant,
fauſtiſsimè reportantur. Hinc profectæ, huc quod ne dum reliquerant, habitaculũ repoſcentes, facile re-
Quo tẽpore anima corpori infundatur.
uertuntur. Inde in corpora labuntur, ijs illo, quæ promerentur redditio eſt. O terq; quaterq; beatæ! Cæ-
terùm quo tempore hæc corpori infundatur, variæ opiniones extitêre. Nos eam ſequemur, quam uerá
magis eſſe arbitramur. Itaq; poſtquá in mulieris vtero ipſa ſeminalia recrementa, & quod à viri corpore
antè defluxerat, afformatriceq; vim ſecũ ab viri anima traxerat, & quod à muliere, á cuius anima adæquè
vim eandem hauſerat, per has ipſas vires diebus circiter quinq; & quadraginta, ſic ſunt affecta, vt ſex pri-
mis diebus lac euaſerint, mox tribus ab ijs lineata: ſequentibus ſex cõtinuò ſanguis: duodecim alijs caro
informis. Bis nouẽ reliquis figurata. Quibus tamẽ plerunq; adduntur ſubtrahunturq; ſoles. Tunc anima
rationalis à ſublimi Deo creatur, creataq; infunditur. Exindeq; corpus in omnibus officiorũ functioni-
bus ſuis, anima hac gubernatur, ac regitur. Nec obſtat quod ante completá hanc afformationẽ fœtus ani-
mę functionibus, tum quia alebatur augebaturq;, tum quia pręſentiſcebat, perfrui viſus eſt. Quandoqui-
II.
dem operationes hæ, quæ ante cæterorũ membrorũ concreationẽ, animæ cuiuſpiá cordi inſidentis eſſe B
Animæ creatio à Deo.
videbantur, non ab anima quapiá, at à formatrice vi, ſpirituq; gignitiuo prodierint. Sed qualis nam obſe-
cro iſthæc animæ creatio? an à Deo, qui omnium, quæq; ſunt, quæq; eſſe videntur, & princeps, & prima
origo & eſt, & vocitatur ſine medio: an fortaſsis vt Plotinus, & Proculus, alijq; Platonicorũ nonnulli ab
Origenes.
angelo concreari arbitrandũ. Nobis herclè Dionyſiũ Areopagitam, Origenẽ, & Aureliũ Auguſtinũ præ-
Auguſtinus.
cellentes Platonicos animá à Deo procreari ratos, ea nimirũ ratione fretos magis ſequi libuit. Quoniam
anima ex nihilo fit, nõ enim quũ ſimplex ſit, ex rebus vllis prius exiſtẽtibus procul poſitis, deinde in vnũ
coactis generari quiuit: hoc ſiquidẽ ex pluribus partibus componi, nõ partibus carere apertiſsimè eſſet
fateri. Neq; ex materiæ viſceri fomiteq;, prius informi, ſubinde afformato, quippe quæ ſupra materiá ſit,
eruitur: quare ex nihilo fieri annuere cogimur. At poſt nihilum è veſtigio ipſum ſimplex & abſolutũ eſſe
ſequitur, quod eſſe Dei propriũ eſt cunctis tribuere. Quandoquidẽ quod naturæ alicuius particeps eua-
dit, eam ipſam naturam abſolutá producere nequeat: quia quod tale aliquid ſecundũ participationẽ exi-
ſtit, id quod abſolutè tale eſt, ſequi operæpreciũ eſt: imò etiá ſit per illud, quicquid ipſum eſt: quia ſi hoc
illud gigneret, certè quod eſt poſterius, & rem ſeipſo priorẽ, & ſui ipſius cauſam, quinimo & ſeipſum cõ-
crearet. Quoniam autem quantũ ad eſſendi naturá attinet, quicquid ſub Deo eſt ipſius eſſe particeps &
Obiectio.
creditur, & eſt: ſequitur vt res nulla Deo ſubiecta, ipſum eſſe producere valeat. Quo fit, vt anima à Deo,
non etiá ab Angelo procreetur. Sed forſitan adhuc quiſpiá ambiget, animá à Deo, inquiens, ceu opifice
primo, primi etiamnũ Platonici creari conſenſerunt: proindeq; Angelum huiuſce inſtrumentũ creatio- C
nis eſſe concedunt. Etenim opinio hæc ideo abſurda cenſetur, quoniam inſtrumento natura hæc ineſt,
vt ipſum ab alio motum, moueat aliud, ſubiectum aliquod afficiat, formaq; principalis agentis per tem-
poris interuallum in ſubiectum traducat: at creatio neq; ſubiectum exigit, neq; motu, neq; temporum
impendijs abſoluitur. Rurſus quum inter nihil & ipſum eſſe infinitam (tum quia in nihilo nulla ad eſſe
ipſum proportio eſt, tum quia hac maior diſtantia vlla aut excogitari nequit) diſtantiam eſſe conſpi-
cuum ſit: quam ſanè & proportione & fine carentem, vna ea vis, quæ nullam ad alias vires proportionẽ
obtineat, quæq; fine careat, tranſcendere po[illegible]is profectò opus immenſam expoſcere virtu-
tem conſtare putandum eſt. Quid autem [illegible] ad id exequendum, vim (quę in Deo immen-
ſa eſt) in Angelo (cuius natura terminata ſit) p[illegible]ari, exinde verò opus illud, quòd ad immẽſam
ſpectat virtutem, peragi? Quare à ſummo ſine [illegible]nula Deo & procreatũ itura eſt, & procreatum
itur. Hinc barbarum quendam Dinahtem, Ma[illegible]dere licebit, qui Dei portiones quaſdam, ani-
[illegible]as noſtras vel Deum ipſum eſſe crediderint. [illegible]idem neq; Deus poſsit, aut in multas diſcerpi
[illegible]imas, ſumma ac ſimpliciſsima vnitate diuidi [illegible]queunte, aut plurium animarũ materiam fieri, ne ani-
III.
[illegible]or euadat, neve ſubiecti vicem primus actus gerat. Deinceps verò non ab re fuerit, an ea ipſa
Anima immortalis.
[illegible] ad dubitare. Animá certè mortis neutiquam capacem eſſe teſtimonio ſit, quoniá ex D
[illegible] mouetur, ſemper mouetur: quod autẽ ſemper mouetur, immortale eſt: anima igi-
tur mortis expers [illegible]adet. Ad apud eum animæ immortalitas, qui eam ex ſe moueri non refellerit, hac
ratiocinatione conſtare poterit: cui quidem Platonicorum pariter atq; Stoicorum aſſenſio accedit. E di-
uerſo Ariſtotelis ſententia eſt, qui adeò non acquieſcit, vt animam non ſolùm ex ſe haud moueri, ſed ne
moueri quidem penitus aſſerere, & rationibus mõſtrare conetur, contra quas Platonis ſectatores, incœ-
ptum quo tam validá pręceptoris finitionẽ ſauciare tentauerat, ſubruentes ſeſe accinxerint. Etenim me-
tam mei immemorem, aut ita animatum, quo vel Ariſtoteli ex ingenio meo penitus reſiſtere, vel Platoni
adeſſe putem, nemo quiſquam arbitretur: interim tamen noſtra, ſectæ vtriuſq; ad id communem ratio-
nem afferre, intereſt. Animam per intellectum totam, in naturam ſuam totam, quando quærit, inuenit
conſideratq; ſeipſam, per voluntatem in eandem ſeſe affectando, ſeſe amando, remeare inclaret. Quin
etiam & per intellectũ in intelligendi actum, quum ſe intelligere deprehendit per voluntatem in volun-
tatis actum, volente ſe quicquam velle, reuoluitur: quod autem ita in ſe per operationem conuertitur, &
per eſſentiam reflecti (quando non minus cuiuſpiam ſubſtantia ab corporis eluuieq; operatio immunis
habeatur) quid prohibet? Quo verò cuiuſuis rei conuerſio ſit, illinc & perfectio: igitur quæ in ſe vertitur
anima, ex ſe eſt. Ex ſe, inquam, triplici pręcipuè ratione. Secundum formam primò, quia per aliam formá
non formatur: alioquin non ad ſe, ſed ad illam recurreret. Secundum fundamentum deinde, quia non
ſuſtinetur

A ſuſtinetur ab alio: non enim innititur alteri forma ea, quę ſibimet innititur, quando ad ſe ipſam adnititur. Poſtremo ſecundum ſimplicitatẽ, quia ex partibus haud conſtat. Nam quo pacto ea partium ſuperficie forma explicatur, quæ in ſuum centrum penitus replicatur. quod autem ita per ſe eſt, ſemper eſſe quis hiſcat? quandoquidem quod eſſe deſinit: aut quia à formatrice cauſa derelictum, aut à fundamento deſertum, aut in partes diſſolutum ideò deſinit Id verò quod in ſe ipſum reuoluitur, refluitq;: quia ſui forma, à formatrice cauſa non relinquitur, quia in ſe ipſo manet: à fundamento nunquam deſeritur, quia indiuiduum in partes haudquaquam diſſolui poteſt.

An præterea vna omnibus hominibus, an multiplex ſit, dubitationem non mediocrem habet. Multiplex profectò hominis rationalis anima in multis corporibus ſit, quod ex hominũ opinionibus affectibusq; contradictorijs liquido compertum eſſe poteſt. Etenim tanto cõtradictoria inuicem magis quàm contraria aduerſantur, quanto inter eſſe, atq; non eſſe, quàm inter eſſe tale atq; tale, pugnantia maior extat Et ob eam rem, ſi in ſubiectũ idem contraria congredi nequeant, longè minus contredictoria id poſſe exiſtimandum. Hinc vſu euenit, vt noſtrum quiſq; in ſe ipſo planè experiatur, mentẽ ſuam haud vnquã rem vnam vnà affirmare prorſus, atq; negare, velle penitus ac nolle. At in diuerſis hominibus eidem rei ſimul aſſentiri, & diſſentiri, velle & nolle gaudere ſimul & dolere, obuiũ atq; inuentu facillimũ eſt, quare non eadem anima hîc & ibi, quando & non mens eadem. Cęterùm ſi vna eſſet, quoties eandem rem duo B intelligerent, toties abſurda ſequerentur. Eſto enim quod phantaſia tua aurum excogitet, mea quoq; aurum: percontabimur, an vnam in vtriſq; noſtrûm ſpeciem, vnamq; auri intelligentiam capiat: an ſpecies geminas, geminasq; intelligentias: an potius ſpeciem vnam, intelligentias binas: an è diuerſo ſeſe res habeat. Diuiſionis pars prima ea ratione refellitur: quoniã mente eodem intelligẽdi apud te, nunc & apud me, aurũ concipiente, deſineret quidem, ea vna mens pariter apud me aurũ conſiderare, quum primum id ipſum apud te deprehendere deſierit, cuius contrariũ in confeſſo eſt. Accedit ad hæc, quòd momento eodem, vna illa mens, vna ſpecie, vnoq; intelligẽdi actu, de auro vno, adeò ſecum ipſe diſſentit, vti apud me aurum, & ſpernendum diiudicet & aſpernetur: in te verò precioſum adiudicet & affectet. Tanta in iudicijs & affectibus ab vno, quatenus vnum eſt, principio prodire repugnantia nequit.

An vna omnibus anima.

Obiectio.

Quamobrem cùm neq; intelligentiæ neq; ſpeciei, longè minus ſimulacrorum diuerſitate, vtpotè quę in intelligentijs prius, priuſq; in ſpeciebus quàm in iudicijs & affectibus differentiã pareret, euariatio conſiſtet: ob id cùm illæ deſierint, & has ipſas deeſſe, ecquis ibit inficias? Confugies ad hoc, vt à duobus illis ſimulacris, vnam quidem in mente ſpeciem proficiſci, atq; hanc eatenus geminas ad diſcrepantes terminos intelligentias directas parere annuas tibiq; cõfingas. At quis adeò mentis expers dixerit imaginum variantiã ſpeciebus, quàm intelligentijs propiorẽ (quippe quæ illis citima ſit) intelligentias quidem differentes, ſpecies verò minimè diuerſas moliri? Nec defuêre, qui à geminis auri ſimulacris, gemi- C nas quoq; mentis ſpecies tribui aſſerere audeant. Quod ideò aures percellit, quoniã ſi ſimulacrorũ conuariatio tantam, quæ in ſpeciebus diuerſitatẽ parere ſuppetat, vim obtinet, quando tamen hæc diuerſis ſubſtantijs hæſerint, quantò magis è ſpecierũ differentia, differentiarũ intelligentias, quippe quæ eidem mentis eſſentiæ cohæreãt, proficiſci concedi par eſt. Quin etiamnũ ſciſcitantibus nobis reſponſuri ſunt, an alterutra ſpecies ſeorſum ab altera, intelligentiam gignere queat, necne? Si nequit mens rem quampiam, ni illius imagines in ipſa geminẽtur, cernere, minimè compos erit, quarum proculdubiò altera ſuperflua cenſenda eſt. Si poteſt vtraq;, actum ſuum exercet, geminiq; à geminis ſpeciebus intelligendi actus concreabuntur, non igitur à geminis vnus. Non etiam defunctos arbitror, qui à binis imaginibus binas auri intelligibiles formas, exindeq; binas intelligentias fieri confiteantur. At nos percontabimur, an ſe ipſis ſpecies eæ abſcedant (quod fieri nequit, alioquin eas ſpecie diſcrepare fateantur, neceſſe eſſe) an per ſubiectũ in quo ſunt (Minimè gentium, quandoquidem vnicum eſſe contendant) an per aliquid peregrinum: haudquaquã nihil enim aliud hoc eſſe poſſet, quàm vel ad auri imagines, vel ad ipſam auri rationem, aſpectus. Profectò attinente ad auri rationem aſpectu, vtpotè quæ vna ſit, non diſtabunt: minus multo ad auri ſimulacra reſpectu: ſiquidem eatenus forma intelligentiæ conferre, quatenus ſimulacrorum aſpectu abſoluitur, inter omnes conuenit. Age imagines formæ illæ reſpiciant, aſpectuq; diſſentiant, aut aſpectibus aſpectus adijciendi ſunt, atq; de poſterioribus ęquè ac de prioribus litigandum: aut certè in geminis, mentes geminare operæpreciũ eſt. Diutius fortaſsis quàm decuerit cum ijs de mente D diſſeruimus, qui mente ſe priuant, quando eam ab humana mente ſegregant, quę nihilominus vſq; adeò illi familiaris extitit vt neq; nos mentem ſine mente adſciſcere valeamus, neq; illi mentem ſine mente reſpuere. Porrò ijs non Mauros ſolùm, qui vnam omniũ animam crediderint: verùm etiamnũ Auerroicam mentẽ confutaſſe multiplicem in multis commonſtrantes arbitramur. Talis quanquam ex ſua (per quam vna eſt) ſpecie non euadit. At ex Deo animarum corporumq; conciliatore, non quia in corpore diuiſa, non quia ex materia vti corpus conſtet, nõ quia ex corpore ortũ traxerit, vnde igitur? Niſi quia diuina voluntate corporis comes ſit: quandoquidem Deus ſimul initium (haud tamen principium) idem vtriſq; præbeat, ob id neq; naturã eandem, neq; exitum ſimilem. At initiũ, vt antea diximus idem, & ob eam rem numerum eundem tradidit. quo fit, vt animę affectus ad corporis naturam (quia initium comitatur corporis) augeantur. Verùm cur nouæ quotidie animæ à Deo creantur? Númne conſtructo mundo cunctas ſimul animas, quemadmodum cunctos in mũdi exordio procreauit Angelos creare quiuiſſet? Id ita effectũ, quia alioquin Deum agere dedecebat, cenſemus? Nam ſi diu à corporũ vinclis (quippe quæ ingenuè quanto precioſior ſit vita ſoluta, quàm corporeæ indigeſtæq; moli iuncta iudicaſſent) ſolutæ vixiſſent: corpora neutiquã (quatenus intellectuales ſunt) vnquã ingredi voluiſſent. Neq; enim Deus vel Angelus liberam animæ voluntatem cogere volũt: neq; ſecus quàm perſuaſione mens mouetur. Quũ igitur non ſimul, ſed per ſucceſsiones atq; viciſsitudines corpora in terris eius nutu generetur, hinc Deus in dies animas parit. Quinimò id ipſum rationi etiamnum conſonat. vt ſicut ſpherarũ animi,

VI. Cur nouæ animæ quotidie creantur.

ſeu Angeli per temporum moras ante ſphæras proprias cõcreati haud extitêre: ſic quoq; nec animæ no- A
ſtræ ante propria vehicula. Quamobrem & ſi cum corpore non deſinant, cum corpore ſaltem incipiunt.
Adde quod Deus perpetuò Angelos illuminat. quare ſicut ſuperiores formare mentes nunquam deſi-
nit, ita infimas mentes creare haud ceſſat: perpetuam illic formationem molitur, hîc aſsiduam creationẽ.
Decet immenſam Dei potentiam: decet inquam ita ſeſe potentem, continuè aliquid ex nihilo procrean-
V. do, mentium oculis oſtendere, vt perpetuò hoc effectu infinitã eius potentiam clarius lucidiusq; agno-
Obiectio. ſcant, eam in cœlis venerentur, in terris, vt ita loquar, creantem admirentur. Deniq; quum animæ multę
ſint, corporibusq; incipiant, ſcrupulus reſtat, quonam pacto Deo ad concumbentiũ libidinem, momen-
tis ſingulis, ſingulas animas procreare conueniat. Minimè malum concubitus (vtpotè qui ad bonum
ſuopte ingenio inſtitutus ſit) ſed moderationis in concumbentium animis defectus, malum cenſetur: ex
quo generationẽ proficiſci, ecquis excors crederet? At ex corporis cõcubitu omnium conſenſu genera-
tionem fieri dilucidè conſtat: cui generationi ſublimis Deus non ad coeuntium libidinem, ſed præſcri-
ptam prouidentiæ legem, quæ & numerũ & tempora concumbentiũ à rerum initio videt, in æuo ani-
Qua cœli parte animæ procreantur, & deſcendunt, & rurſus aſcendunt. mas diſtribuit. Qua inſuper cœli parte (quippe quæ à Deo cœlicolæ ſint) animulæ eæ procreantur? Fu-
ror profectò, furor eſt, in ijs quæ cùm indiuiſibilia, atq; materiæ prorſus immunia ſint (qualis rationalis
anima cenſenda eſt) nullo ſitu clauduntur, ſitum quærere. Nam ſicut vbicũq; Sol fulget, ibi & radij mit-
tuntur: ſic vbicunq; Deus adeſt, animus mittitur, atq; recreatur. At quânam cœli parte in corpus deſcen- B
dit? Porrò quum Deus extra locum, loco omni adſit, atq; inſuper anima minimè loco claudatur, momẽ-
toq; creetur, & adſit, neq; eam propriè deſcendere dicendum eſt, neq; qua parte deſcendat percontan-
dum. Sed nobis tantiſper vna cum priſcis confabulari liceat. Igitur ſi Platonicis credimus, Cancro præ-
cipuè deſcendere, viciſsimq; per Capricornum Cancro oppoſitum aſcendere arbitrandum. Atq; ob id
illam hominũ, hanc Deorum ædem appellitant. Nam ter quaternis vniuerſo elementis diducto, tertioq;
eorundem quaternario ordine præpoſtero (terram vltimam conſtituente) ad nos conuerſo, atq; cæte-
ris in medium redactis, in terram, tam ima quàm ſumma poſtremitate deſinente, Martia ſphęra ignis, aer
ἀπλανής. Iouis, Saturni aqua, cœlum verò (quod & aplanes vocitetur) terra habeatur operæprecium eſt. in qua
Lac cur primũ alimentum natis. Elíſios puris animis deputatos fore campos, antiquitas poſteris intelligendum reliquit. Hinc Pythago-
ras primùm naſcentibus lactis alitum offerri ratus eſt, quòd primus eis motus à lacteo orbe in huiuſce
vitę inferna delabentibus inchoet. Hic Zodiacum Cancro Capricornoq; tropicis ſignis interſectus am-
biendo complectitur. Quo ſanè Cancer lacteusq; ſeſe contingunt, anima deſcendens tereti (quæ ſola
diuina eſt) in conum defluẽdo, forma, producitur haud ſecus quàm à puncto linea ſuboritur: ex puncto
enim ſuo, quod eſt monas, in diadem, quæ prima fit detractio, pertendit. Ob id nimirum eſſentiam hanc
& indiuiduam & diuidua Timæus nõ iniuria expreſsit. Quoniam ſi diuinæ eius naturæ ſimplicitas co-
gitetur, diuiſionis cuiuſuis ignara reperietur: ſin per corporis membra diffuſa, diuiſionis obnoxia depre- C
henditur. Nec equidem de nihilo, aut de vana adulatione veniebat (vt mea fert opinio) quòd priſci de-
ſcenſuræ animę, ac trepidanti, nouam ebrietatem, ebrietatisq; comitem obliuionem, in regione quæ in-
ter Cancrum & Leonem extat (ſydereo illo Liberi patris cratere illic locato, in fluente ſylua, indicante)
obrepere fabuloſè cõfinxerint: quando Theologi quoq; animam, quum ad corpus prima ſui perductio-
ne trahitur, ingruentem ſibi hylem nouumq; materialis alluuionis potum (nõ quidem puriſsima parte,
quæ nectar Deorúmue potus eſſe fertur, ſed turbidiore, quam animarum potum lethæumq; fluuium
veteres vocitauêre delibutam) illic primum periclitari, diuinarum q; rerum, quarum quum in cœlo erat
conſcia, illic primùm obliuiſci, proculdubiò ſuſpicati ſint. Atque ideò quum à ſimplici indiuiduoq;
naturæ fonte, per ædem hanc ad terrenum corpus, caducam regionem, mortalitatisq; ſedem (quæ vi-
ta vulgò exiſtimatur) detruditur, eam mori, quod non extingui, ſed ad tempus obrui intelligi volunt.
Quum verò anima morte ſurſum accerſita abſoluitur, atque ad veras naturæ diuitias, ad propriamq;
libertatem per Capricornum reuertitur, vitæ non niſi à ſapientibus deprehenſæ, cæteris eam mortem
falſò opinantibus, fauſtè reſtitui. Ex quo iure euenit, vt hanc Deorum hominum ædem illam, cognomi-
nent. Eaſdem Solis etiamnum portas Phyſici eatenus nuncupârunt, quatenus in vtraque ſolſtitio oc-
curſante, Solis vlterior acceſsio inhibetur, per quas profectò de cœlo in terras meare, & de terris rur-
ſum in cœlum remeare (vt retulimus) animulæ facilè creduntur. Attamen falluntur, qui hîc ſecundum D
ſitum, aſcenſum, deſcenſúmve intelligunt: at quoniam Luna Cancri domina generationi proxima eſt:
Saturnus contrà, Capricorni dominus remotiſsimus: hinc per Cancrum, id eſt, lunarem vegetalem ſen-
ſualemq; inſtinctum, animas deſcendere opinantur: per Capricornum verò, hoc eſt, per Saturnum, in-
tellectualemq; inſtitutum aſcendere aiunt. Etenim Saturnum priſci mentem, qua ſola ſuperiora petun-
tur, nuncuparunt. Accedit ad hæc, quòd Capricorno Saturnoq; arida vis eſt, qua dum ſpiritus ad intima
contrahunt, atq; colligunt, ad contemplandum aſsiduè prouocant, ac illiciunt. Contrà Lunaris humor
ſpargit atq; dilatat, & animulas circa ſenſilia diſtrahit. Iis itaq; rationibus per Capricornũ animas aſcen-
dere, per Cancrum deſcendere non immeritò autumant.

Quâ corporis parte anima ingrediatur. Inſuper quũ corpori infundatur, qua illius parte ingreditur? Dei iuſſu hęc ipſa in medium cordis puri-
ctum (quod eſt corporis centrum) ſano intellectu primùm infunditur. Exinde per vniuerſa corporis
membra, calore, ſpiritacea ſubſtantia, ſuccis ſeſe diffundit. Quòd ſi ægrotatione media hęc ſoluantur, ex-
templò ſe, vt ita dixerim, colligit, atq; vnde primùm effluxerat, in cor refluit. Cordis calore, quod pro-
prium illius vehiculum cenſetur, obliteratio, cor ipſum tandem deſerit: non ſecus quàm oculo clauſo
Solis lumen, quod illi influxerat, integrum effluit, quod non etiam euaneſcit, aboleturq;: ſed ſuum per-
petuò Solem ſequitur.

Quomodo animæ conueniens ſit modò in cor- Quo autẽ pacto animo ſempiterno conueniens ſit, vt modò deſcendat in corpus, modò ab illo abſce-
dat, aſcendatq;: & quorſum ludus hic in tribuenda corpori vita, & auferenda? Vitam corpori impar-
tit, eiq;

A tit,eiq́ue includitur,vt ſingula incognoſcat,vt ſingulares formę cùm vniuerſalibus concilientur,vt cùm radius diuinus,tum etiam eius formulæ in Deum reflectantur, vt anima ſit beatior, vt inferiores animæ vires ad effectum progrediantur,vt mundus ornetur,vt ſublimis Deus colatur. Eidem vitam aufert,ne diutiùs à melioribus, propter viliorum operum miniſteria, muneribus vacet. Atqui vt ſtellæ ad ſibi à Deo iniunctam officij functionem explendam, oculis noſtris modò moriuntur, modò occidunt: ſpiritus quoque non parum multi, nouis aſſiduè corporibus fabricatis, oculis noſtris modò ſeſe obiiciunt, modò ſeſe ſubtrahunt. ſic hominum animæ,aliàs in corporibus apparent,aliàs deliteſcunt,in cœlosque cœleſtes euolant. *pus deſcendere, modò aſcendere.*

Sed cur ſi cœleſtes ſunt à terris pariter atque corporibus iam inuitæ diſcedunt? Primùm non omnes inuitæ,ſed plurimæ ſpontè ac libētiſſimè decedunt: ob id apud Getas Thraciæ populos puerperia lugebantur,natiq́ue deflebantur: funera ex aduerſo,veluti ſacra,luſu cantuq́ue celebrabantur: noſcentes & ipſos eam vitæ conditionem eſſe,vt mori plerunq; etiam optimi portus ſit. Subticeo Philoſophos religioſos,milites,& alios complures: ſubticeo Chriſtianorum primitias: ſubticeo quòd non vniuerſi morientes lugent: lugent autem naſcentes omnes,& quaſi inuiti à lachrymis terrenum hoc iter tanquam exilium infeliciter auſpicantur. Demum in iis qui mortem formidant,horrentq́ue,non tota,vt ita dicam,anima expaueſcit: ſiquidem pars ea,quæ abſcedendo in melius pergit,non modò ſemel,haud fortè inuita B in vita decedit, verùm & quotidie ſpontè diſcedit: vnde Philoſophis neutiquam terribilis mors, quinimò familiaris,atq; illis domeſtica eſt, neque qualis poſt obitum puri animi habitus futurus ſit, eos latet, quando talem fermè quotidie in ſummo contemplationis faſtigio experiantur. Quid enim aliud per Philoſophiam agunt, niſi quòd animam ab corporis affectu rationemq́ue à ſenſibus ingenuè ſeuocant. Quod totum, vt Platoni placuit, mortis meditatio eſt: quandoquidem mors animæ a corpore liberatio ſit,hinc præmiis futuræ conditionis perfectè ad integrumq́ue auſpicatis, adeò ab interitus metu eorum cogitatio abeſt, vt ad moriendi deſiderium promiſſæ beatitudinis, cœleſtisq́ue habitaculi maieſtate vltro ardentiſſimè animentur. At ea animæ pars, quæ corpori duntaxat alendo atque tuendo tributa eſt, inuita abit. Quoniam abeundo naturali quodam officio vacat,atque amicum ſuum deſerit. Adde quòd plurimi cruciatum,qui in diſceſſu ſentitur magis,quàm diſceſſum metuunt. Nonnulli ſuis operibus viſionem non meruiſſe diuinam putant, ac propterea pœnam & mœſtitiam vaticinantur & timent. Plerique huiuſce vitæ blandimenta,quibus protinus ab initio (cupiditatum dulces inſidias ſub rationis iugo minimè domantes) irretiuntur, ægrè relinquunt, ac ideò in diſceſſu dolent. Ex quo factum itur, vt animas,quas in ſe pronas corporis vſus corporeæq́ue peſtes effecerint,atque in pecudes quodammodo ex hominibus reformauerint, pariter & corporis abſolutionem perhorreſcere, & quum neceſſe fuerit, non niſi indignatas cum gemitu pelli ſub vmbras credi par ſit. *Cur animæ inuitæ à corporibus diſcedunt.* *Mori.*

C Cur non redeunt animæ? Redeunt ſanè quàm plurimæ,ſi priſcis fidem adhibere cogamur. Argumento ſunt,Gabinus, qui quum ceruice Sexti Pompeij iuſſu inciſa, vixq́ue cohærente tota die in littore exanimis iacuerit,occiduo iam profligato tempore, atque in ſupremam tēpeſtatem declinante,Pompeium, ex carisve aliquem ad ſe ab inferis remiſſum, nonnullaq́ue renunciare iuſſum accedere, gemitu precibusq́ue exaggerata multitudine petiit. Ex amicis plerique venêre,multa is nunciauit,veritatis indicium reliquit, quòd peractis mandatis protinus expiraturus eſſet.idq́ue ita vt retulit, euenit. Corfidius natu maior ſecluſa,quæ inter mortuos aut viderat, aut audiuerat, applofis manibus concinuit. ſeq́ue à fratre iampridem extincto,quo in loco aurum nullo conſcio defodiſſet demonſtratum veniſſe,& alia pleraque retulit.Mox expirauit,aurum vbi dixerat repertum eſt. Vnus è viginti viris agros diuidentibus Capuæ feretro elatus,pedibus domum incolumis remeauit.Simile quid Aquini obtigiſſe proditur.Romæ quoque Corfidius materteræ conſors funere locatus reuixit. Auiola Conſularis in rogo vitæ reſtitutus fuit, flammaq́ue præualente rediuiuus crematus. Identidem Lucio Lamiæ prætorio viro accidiſſe fertur. Nam & Celium Tuberonem prætura perfunctum à rogo relatum fuiſſe fama eſt. Proindeq́ue iis atque innumeris aliis exemplis animas remeare antiquitas (fortè falſi conſcia) ſibi perſuaſerit. Adeò enim ad hæc attonita vetuſtas fuit, vt incredibilia etiamnum dictu affirmaret. Platonici ſub aliis quidem figuris eas redire putant. Sed re vera quid opus eſt veteranum & emeritum militem ad pugnam redire? neque ſecundum naturam reditus eſt, quoniam omnes redirent, quòd ſi contra naturam, ſtultum eſt re- D ditum quærere. *VII. Cur non redeunt mortui. Plin.lib.7. cap.52.*

Nunquid in corpora noſtra quicquam animæ defunctorum agant? Nihil profectò rationem phantaſiamq́ue noſtram cogitationibus,viſionibus,ſignis quotidie eas commouere inhibet: nos autem plerunque vnde veniant ignorare, non vnquam idipſum incognoſcere ſolemus. Indicio eſt Arabs Auenzoar, qui à Medico nuper defuncto, per ſomnum, optimum oculo ſuo ægrotanti præſidium accepiſſe exarauit Plato eorum animas,qui occiſi ſunt,interfectores hoſtiliter inſequi prodidit. Hinc fortè contingit,vt occiſi hominis vulnus,iacente etiamnum cadauere, in eum qui vulnerauerat, ſi modò ille cominus vulnus ipſum inſpexerit, ſanguinem rurſus eiiciat, quod quidem Iudices vſque in hodiernum diem obſeruauêre.Idq́ue exemplo duorum familiarium firmatur,qui cum Megeram aduentaſſent,alterq́ue ad cauponem, ad hoſpitem alter diuertiſſet, huic in ſomnis ille (quippe cui interitus à caupone pararetur) vt ſubueniret,eum orare viſus eſt. Qui primo nempe ſomno perterritus,ſurrexit: dein quum ſe collegiſſet, idq́ue viſum hectæ faciendum duxiſſet,recubuit. Tum dormienti illi idem rogare viſus eſt,vt quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet, ſuam ſaltem mortem haud inultam pateretur. Seq́ue à caupone interfectum, in plauſtrum coniectum, atque deſuper ſtercus iniectum denunciauit, vtq́ue manè ad portam adeſſet, priuſquam plauſtrum ex oppido exiret, petiit. Hic eo ſomno commonitus, manè bubulco ad portam præſtò affuit,ac ex eo quid in plauſtro eſſet,quæſiuit.Ille perterritus fugam arripuit,mortuus erutus eſt, caupo re patefacta,pœnas dedit. *An defunctorū animæ quicquam in corporibus viuentib. agant.* *Interfecti cur ſanguinem profundant præſente interfectore.* *Val.Max.lib.1. cap.7.in fin. Cic lib.1.de diuinat.ex Chryſippo.*

Geminæ ſomni portæ.

Ob hęc nimirum geminas ſomniis portas, ex ebore falſis, è cornu veris deputatas eſſe vetuſtas adſtru- A
xit: Nam vbi quiete ſomnóve ab corporis functionibus paululum liberè introſpicientis animæ aciem
interiectum, nexuque colligantis naturæ obductum velamen ad verum vſque vel ſeipſa, vel alia quauis
anima duce, quadantenus admiſerit, de cornu exiſtimandum eſt. quippe cui ſors ea ſit, vt tenuatum vi-
ſui quaque verſum peruium ſeſe obiectat. At vbi identidem obtutum quam mox repulerit, eburneum
cenſetur: quando & huic ita corpus natura denſatum ſit, vti quantumlibet attenuatum nullo viſu ad vlte-
riora tendente penetretur. Neque ab re eſt, quód Simonides, quum ignotum quendam humauiſſet, ha-
beretque in animo nauem conſcendere, ne id faceret ab eo, quem humi dederat, moneri viſus eſt, alio-
quin naufragio periturum: rediit Simonides, cæteri naufragio interempti fuère. Magnus hic diuerſiſq;
refertus documentis locus obiter inuitaret, vtrum ne aliqua quieſcentis animi præſcita ſint, quaque ra-
tione fiant, an fortuita (vt perquàm multa) res ſit? Et hercule ſi exemplis agatur, illic & paria fient. At
quanquam id vnum à vino & à cibis proxima, atque in dormitione irrita eſſe viſa propè couenire palàm
ſit, cæterorum fortaſſis cōtrariam eſſe rationem, non eam inficias. Quandoquidem & per ſomni quietem
& aliam quamuis à corpore alienationem ſenſibus ſopitis, phantaſmatumque nubib. expulſis, animum
aut ſuapte natura ſuique ſpeculatione (quod Platonici facilè dabunt) aut Dæmonum præſignatione,
aut ſuperiorum corporum impreſsione, aut diuinę virtutis Angelorum miniſterio illuminatione (quod
recētiores Theologi indubiè aſſeuerabunt) pleraque, futura quaſi tunc illa in ſupernis numinibus præ- B
ſcripta oculata fide intueantur, vaticinari vel ex iis apertiſsimè inclaret. Tum quia Socrates à falſis in iu-
dicium accuſatoribus tractus, futuram iudicibus primò pœnitentiam prędixerit, accuſatoribus ruinam,
ciuitati ſeditionem. Exindeque ſuæ internecionis diem à numine per quietem mōſtratum præſignaue-
rit. Tum etiam quia Theramenes in carcerem coniectus, venenumque abſorbens, Critiæ ſibi aduerſario
citimam mortem vaticinatus fuerit, quæ vt renunciauerat, euenit. Quidam etiamnum Rodius nouiſsi-
mam vitam agens, ſex æquales nominitauit, atq; qui eorum primus, qui ſecundus, & qui deinceps vitam
obiturus eſſet, prænunciauit. Item Eudemio Cyprio graui admodum morbo laboranti in quiete, egre-
gium facie iuuenem viſum auſpicantemq; eum breui reualiturum, paucisque diebus tyrannum Pheræ
Theſſaliæ oppidi Alexandrum aboliturum, atque Eudemium ipſum quinquennio pòſt domum reditu-
rum, pauló pòſt conualuiſſe illum, Tyrannum interemptum fuiſſe, Eudemium peracto quinquennio
mortem obiiſſe, proindeque eius animam in patriam remeaſſe Ariſtot. prodidit. Sed & Calanus Indus
iamiam ſpiritum emiſſurus ocyſsimam Alexandro regi necem auguratus eſt. Pherecides quoque Syrus
Epheſis diem obediens ſuam, contra Magnaſeos victoriam vaticinatus eſt. Mille denique id genus vati-
ciniorum ſunt, quæ iis quidni miraculo eſſe poſſunt, quibus intellectum (vtpote corpori repugnantem)
vltrò corporalia, ſponteque ſua diſpicere abditum eſt. Etenim intellectus tunc ſincerè diſcernit claretq;
maximè, vndeque ſibi futurorum agnitionem aſciuerit, neque difficile, neque impoſſibile arbitrandum. C
Quam verò mens ipſa corpori aduerſetur, Xenocratis, Origeniſq; teſtimonio, qui ſibi quo libidinis in-
cendia penitus extinguerent, virilia exuſſerint, cuique palàm fiet. Necnon & priſcorum ſacerdotum Ma-
gnæ matri Saturnóve conſecratorum, horum illi ſeſe caſtrabant, ij ſe excarnificabant. Cæterum nónne
& Chriſtianorum primitię, adeò iis impendio maiora horribiliaque factitarunt, vti mundum nihil mira-
tum aliud magis conſtet? Mitto in præſentia tanquam aliunde petendum explorandumque, quod egre-
dientes animas, genij dæmonesque (quos ſibi protinus ab electionis vſu, mores eligendo, interim vitæ
duces elegerint) ad communem omnium iudicem cunctas ducunt. Sentētia lata priores abeunt dæmo-
nes. Malasque malus violentusque dæmon trahit: bonas autem omnipotens & immenſus Iupiter lætè
atque tranquillè perducit: eæ apud cælicolas cælites perrenni gaudio tenentur, illę apud inferos, vtpote
quæ Lethæum fluuium, Phlegethontem, Acherontem, Cocytum, Stygem, Vulturem immortale iecur
tondentem, Tantalum, Ixionem, Siſyphum, Phlegyam (quæ omnia illic fabuloſa perſuaſio eſſe credidit)
in ſemetipſis olim periclitatæ ſint, irreuocabili quadam lege torquentur cruciantúrque. Nec cum Plato-
nicis hoc loco, eas aut proprium oberrare cadauer, aut noui corporis non humani tantummodo, ſed &
ferini quoque, electo, moribus quos in animali libenter exercuerint congruo genere, habitaculum am-
bire: omniaque tandiu perpeti malle, quandiu cœlum (quod vel ignorando, vel diſsimulando deſerue-
rint) ingenuæ euadant, arbitrandum eſt. Quanquam & hæc ipſa myſtico quodam ſenſu ſanctæ fidei dog- D
mata efflictim adoleant. Deinceps verò de motus tempore infantis differendum eſt.

Val. Max. lib. 1. cap. 7.
Cic lib. 1. de diuinat.
An animi quieſcentis aliqua præſcita ſint, & qua ratione fiāt.
Aelianus lib. 9. de var. hiſt.
Cicero lib. 1. Tuſc. quaeſt.
Petrarcha.
Val Max. lib. 1. cap. 8.
Plutar. in vita Alexand.
Strabo lib. 15.
Cic. lib. de diuinat.
Sabellicus lib. 5. Can. 2. ex Laertij lib. 1.
Laertius lib. 4. cap. 2.
Fulg. lib. 4. ca. 3.

IIX.
Quo tēpore infans mouetur.

Mari quidem fœmellæq; promiſcuum hoc atque indiſcretum eſt: vt ſi afformationis tempori, eius du-
plum adiiciatur, ex eis exurgente tempore, motus compotes euadent, verbi gratia. Triginta dierum ſpa-
cio afformatus (vt de vno quod exemplo ſuffecerit ediſſeramus) iis ſexaginta adiectis, nonaginta (tres
conſtituentes menſes) ſoles conſurgent, hoc ipſo mouebitur tempore: & ſic variis pro afformationis va-
rietate temporum impendiis motus compos fiet. Partuum motionum tempora, vel imperitis, facili atq;
indubitato modo ita monſtrata ſint. Verùm quia intelligentib. plerunque, quibuſdam comprehēdendis
rebus (quippe quas ratio non ſatis attingat) non minus priſcorum autoritates, quàm eorundem debilis
vanaque ratiocinatio, conferunt. Maximum hinc enarrationis noſtræ patrocinium ordiemur, quód Hip-
pocrates quoque, quum libro de pueri natura, puerulum dierum triginta tractu, fœmellam quadraginta
& duobus confingi & pronunciauerit & ſanxerit: huic quidem quartum ſui motus menſem, illi verò ter-
tium præſignauit. Vnde ter triginta replicata tertium afflare menſem: ter autē duo & quadraginta, quar-
tum paulóve plus, neminem (modò ne excors) præterit: quæ ſingula noſtræ illi computationi (imò ve-
rò peritiorum) magnoperè quadrant. Nam etſi fabricationis temporis triplicitati puerperij motionem
attribuimus, non tamen in ipſis (quod dixi) temporum articulis: at aſſiduè paucis pòſt diebus (quibus
ſeriùs) interdum antè (quibus præcox) id ipſum euenire contenderim. Quod apud Hippocratem ita eſ-
ſe haud dubiè in confeſſo eſt. Attamen nihil in iis certi affirmare, nec meam ego in pleriſq; eorum fidem
obſtrin-

A obſtringere auſim. Quin potiùs ad autores (qui de dubiis rogentur omnibus, modo ne tanto maiore eorum diligentia, vel cura vetuſtiore, eos ſequi faſtidio ſit) relegabo: quandoquidem & mares circa quadrageſimum ſolem, fœminas circiter nonageſimum moueri, complures diligentiſsimè exploratum habuère. Nemo etiamnum id paruum ac modicum exiſtimauerit, autorum alioquin eruditiſsimum Macrobium Hippocratem ſeptimo menſe naſcituris, ſeptuaginta dierum ſpacio motum fieri annuentem citaſſe. Halyabas autor grauiſsimus partum & ſexageſimo & ſeptuageſimo octuageſimoq; ſole, duplato duntaxat fabricationis tempore, ſeſe vibraſſe teſtimonio eſt. Verùm autem (vt ingenuè fateamur) cuiuſque motionis tempus, opus ingens occultumque diuinitatis non extimo, vt pleraque pubetenus tactu viſúve, ſed fœmineo internoque prænoſci poteſt: proindeque quaſdam adhuc ſummas tractauimus, plura mox & diſtinctiùs. Nunc enim quadam autorum omnium mixtura monita exhibentur, quoniam huiuſce rei interpretationem mens egreſſa, legentium animos per omnes receſſus, omniaque latibula veluti manuducere feſtinat. An eodem quo diximus tempore duntaxat perſentiſcat. Antea ſanè quàm mouere (quanquam triſtius atque ſenſu hebeti admodum obtuſoque) infantem præſenſiſſe (credibile nempe) proditum eſt: ob id quòd actio hæc incertioris partium dearticulationis, certioris illa indiga ſit: hæc inualidius robur, validius illa exigit. Infans per vmbilici annexum (vt antea retulimus) & alitur & augetur. Etenim vmbilicum, quem in putamine contentæ venæ complent, quaſi radicem in vtero obtinet hoc ipſo ſanguineum, vtpote de quo vitam aptiſsimè mutuetur, alimētum haurit. Nam vmbilicales ve- *Quo tempore fœtus in vtero ſentiat.* *Quomodo fœtus in vtero nutriatur increſcatq;.*

B næ vndique laterum tenduntur, fiſſæque per minutiſſimas fibras vſquequaq; per vterum ſparguntur, ac paſſim diſſeminantur, & quà eæ deſinunt acetabula inchoantur, in quæ, veluti in mammas, ſanguinea alimonia à natura puerperio reponitur, quæ dum colligitur, ſenſimque ex multis cõſiſtit, acetabuli quaſi corporis puſtulæ turgent. Quare quandiu infans minor perſtiterit, nec vberiorem admodum alimentarij ſanguinis copiam ſugere quiuerit, conſpicua maioraque viſuntur: at eo aucto conſidunt atque exoleſcunt. Ad exitum proficiſcente longè minora (adeò vt obtutus aciem planè effugerint) ſubinde redduntur. Quo tandem perfecto poſtremò, antiquitate, cui nihil ſcire negatum, omniaque figmentis velare licuit, commento Saturni laneo vinculo per annum alligati, ad diemque ſibi feſtum ſoluti præmonente obliterantur abolenturque. Cæterùm per id tempus nono peracto menſe, partuque magnopere aucto, & fabrica propemodum concepti corporis abſoluta, ad alendum & increſcēdum, eidem permanans ab vtero cibus minimè ſuppetit. Accedit ad hæc quòd quum ſui impatiens effluendo ſit, alieni appetens hauriendo efficiatur oportet. Quare de cruento alimento, quod dulciſsimum ſit, trahit, pariter atque de lacte puſillum exhaurit, donec in lucem edatur.

Conceptionis indicia, necnon Maris fœmineiq; partus.

CAPVT III.

C INCHOATI hominis indices & notæ (quanquam fallaciſsimæ, & quibus minus credendum ſit, quandoquidem complures ac propè dixerim omnes, omnem citra grauiditatem, mēſtruis recrementis ſuppreſsis, euenire queant) exponendæ ſunt. Etenim hæc multiformi contemplantium ingenia ambage torſerunt, quando fieri poſsit (imò quotidie confiat) vt menſtruę purgationes, ob venarum eaſdem ad vterum perferentium concretionem interſeptionemque, & item ob cruoris craſſamentum frigiditatémve, incertiores admodum ſecernantur, aut earum vacuatio prorſus intercipiatur: Quibus alio decumbentibus, eadem fermè quæ & mulieribus vterum gerentibus accidere, ecquis ni mente admodum captus diffiteatur? Attamen quæ nobis genitalia ſemina cõcepta fore (tametſi haud perpetua fide) indicia ſuadere valent, breuibus à capite orſi perſtringemus. Igitur ſi noſſe libuerit an horda ſit, diligenti adhibito examine, cuncta hæc ſcrutabere. Si à conceptu decimo ſole aut maturius aut ſerius, prout magis minùsve ex ſuperuacua materia tentatur, capitis dolores inquieſque infeſtent. Si exinde caliginoſa vertigine & tenebris oculorum acies hebetetur. Si pupillæ minuuntur. Si candicans particula amplior fiat. Si flaueſcat, atque ſi eiuſdem venulæ cruore turgeant. Si concauētur ocelli. Si palpebræ molliantur, & ob hæc eius aſpectus grauior atq; ingratus magis reddatur. Si inunctis medicamine oculis (prærogatiua ſanè fœcunditatis) ſaliua inficiatur. Si pannus (vt vocant recentiores) ruſæque lenticulæ earum faciem deforment. Si inter oculorum angulos, & nares venæ ſitæ conſpicuæ magis compareant. Si ſub lin-

D gua vena vireſcat. Si ceruix calidior, tergum algidius. Si colli venæ arteriæq; extēdantur & turgeant magis, ac euidentiùs percuſſu ipſo attollantur. Si pectoris venæ nigricent ac tandem virides glaucæq; reddantur. Si mammæ obdureſcant, extuberent, perdoleant. Si papillarum color in ruborem demutetur. Si merum aut quæ libuerit algida res epota in mammas recto tramite (algore ſuo illa comitante) interea permeare videatur dum ſorbetur. Denique ſi in edulijs faſtidium. Atque ſi malicia prehendat, ea fit vbi quicquam guſtare improbè appetant, aut enormium appetitus varij aſſurgant, citoque commutetur: quod picare quidam à pica aue denominant. Si eſcæ cupido claudatur. Si ventriculi redundantia & ſuccorum pariter atque cibariorum vomitiones acciderint. Si acidè ructet. Si temeto infeſtetur: quippe quæ quum biberit langueat atque flacceſcat. Si cordis pulſus perturbet. Si ocyſſimè lætetur ocyſsimeq; triſtetur. Si aluum ac potiſſimum vmbilicum tormina fatigent. Si renum coxendicumque grauitas vexet. Si ilia pleniora compareant: quod equidem ijs quæ graciliores ſunt euidentius accidit. Si inguina perſentiſcat, ea conceptus argumentum eſſe poſſe quem latet? Si concumbentes mas & fœmina vnà genituras emiſerint: quæ ſi in ſeptimum diem intus permanſerint, conceptum iam eſſe certum eſt. Si peracta re exterarum partium algor ſuperuenerit. Si vir colem vterum ſuxiſſe ſenſerit. Si à coitu mox locus reſicceſcat, mulieribusq; naturæ labia tenuiora efficiantur. Si coitum abhorruerit, aut ſi ardentius concupierit. Si vteri os ad obtutum arctiſſimè conniuerit: Hippocrate tradente, Quæ vterum gerunt ijs vulua ſe comprimit. Enimuero mulieris vtero grauis vel pręcipuum indicium eſt, quoties obſtetrix perſpicaci *5. Aphor. 51.*

intelligentia ſalutarem digitum ſubmittens, vuluæ os pertingens concretum, obſeptum ac denique ſigil A
latum nouerit. At quum hac oris arctatione & vteri moles quæpiam præter naturam indicari poſſit, eius
rei diſcretionem ſcabricie internoſcas. Nam per grauiditatem, tenerum & molle extat, & modum naturę
modicum obſeruat. Quibus verò inflammatio duritudine ſua id infeſtauerit, duriuſculum perſentitur.
5. Aphor. 54. Quod Hippocr. hac perpenſione prodidit. Quib. vteri os durum eſt, ijs compreſſum id eſſe neceſſe eſt. Si
** cauitatem internam.* vulua vniuerſum * alueum, donec ad ſeptimũ menſem ventum ſit, contraxerit. Si inglomerata ſeſe extu
lerit. Si poſt initum alui tergoriſq; pulſatilis dolor prehẽderit. Si menſes per aſſuetos circuitus ſubſtite-
rint. Quoniam ex venis, quæ intus in vteri alueo ſunt, ſecundæ in volucrum dependeat, & ob eam rem
nihil prorſus per eas in muliebrem ſinum excerni queat. Vnde ſecundum naturam haudquaquam infe-
rius aguntur, at in vbera tranſeunt, concoctioneq; lateſcunt: Cuius nota exiguo quodam & araneæ pro-
pemodum ſpecie in mammis viſitur. Quòd ſi muliebrium quicquam eliciatur, tantillum quidem fuerit,
ac ex ceruicis venulis prorumpet. Si igitur eſculẽta faſtidiat mulier muliebrib ſuppreſſis denegatiſque,
5. Aphor. 61. hominem inchoaſſe arbitratum iri fas eſt. Quod Hippocrates ita ſanxit: Si mulieri mẽſtruæ purgationes
non prodeunt, nec horror aut febris ſuperuenit, & faſtidia accidũt, grauidam eſſe arbitrare. Si etiamnum
dolores, tumores, extuberationesque carnis in cruribus inciderint. Si corpus vniuerſum grauetur, mol-
leſcat, effœminetur, palleſcatque. Si pulſus protinus ab initio fortis & magnus, procedẽte tempore par-
uus & velox perſtet. Quin etiam ex humidis recrementis grauiditatis indicia exploratum itura ſunt. Vt B
ſi eorum meatulus arctior fiat, vnde difficilius emittantur. Si vrina ſubalbida, clara, nubiloſo rore ſuper-
natante, ac ſtellati lapidis colorem præ ſe ferente, atomiſq; in ea ipſa aſcendentibus deſcendentibusque,
fuerit. Etenim initium conceptionis id præmonſtrat. Si à conceptu primo menſe, ima ſui parte candican
tia corpuſcula, ad farinæ craſſioris ſpeciem ſubſideant, quæ commota carminati xyli cotoniue effigiem
referant. Si accedente adhuc tempore flaua, dein rubra puniceàve, poſtremò atra (nubecula parte ſuper-
na rubore ſuffuſa) euadat. Si quocunque tempore ſubſidentia tenuis diſiecta carminato goſſypio per-
quam ſimilis in ea ipſa congeritur. Sed & hominem inchoatum eſſe experimento quoque, mulſo poto,
5. Aphor. 41. apertiſsimè perpenditur, Hippocrate exarante: Si noſſe libuerit, an mulier grauida ſit, mulſum ei biben-
dum dabis, quum itura cubitum eſt: pòſt deinde ſi venter torquetur, grauida eſt: ſin minùs, non eſt. Por-
rò flatuoſo ſpiritu intus in inteſtinorum anfractibus incluſo luctante nullo exitu, mordicáteque, aluum
** neget.* torqueri quis * hiſcat? Igitur non ab re fuerit, ſi mulieri crudum mulſum, quum itura cubitum eſt, ſor-
ptui dederis: quandoquidem eo ilia prægrandi proculdubio mole faſtigientur: hinc vtero grauem ob an
guſtiam, quam genituris infra afformandi hominis monetam locatis vterus conuehit, permorderi cen-
ſendum. Et item quo melius id aſſequamur, vt tantiſper interquieſcat mulier moliendum, pariter atque
edulijs expleatur (quippe quæ ita magis torqueri aſſoleant) præcipiendum eſt.

Aromatum ſuffitus. Cæterum aromatum ſuffitus, quem nonnulli hac in re in ſui patrocinium afferre contendunt, tantum C
abeſt ab conceptus indicijs, vti ab eiſdem nihil alienum magis eſſe queat. Non enim grauiditatem at ſte-
5. Aphor. 59. rilitatem commonſtrare Hippocrates edocuit: Si mulier non concipit & ſcire placet an cõcipere poſsit,
veſte obuolutam ſuffies infrà. Nam ſi odor trãſmitti per os ad nares videatur, non eſſe ſua culpa ſterilem
cognoſces. Etenim ſi halitum odoriſque ſpiramentum incenſarum materierum (quæ impendio fragran
tiores odoratioresque ſint) ad os & nares tranſmiſſum mulier planè perſentiſcat, neutiquam ſterilis cen-
ſenda eſt. Verùm & mulierem fortaſſis non concepiſſe agnoſcas hoc ipſo ſuffitu licebit, non tamen ſupe-
riùs proditæ perpenſioni aptè congruit. Quandoquidem ſolis ijs ſubeuntes ſuffitionis odores minimè
afferantur, quibus vteri oſtium interſeptum occœcatumq; exiſtit. Quale ſobolis creationi nequaquam
** Allium Ariſtolochias.* accommodatum cenſetur. Nec abſimile de * allio, * ariſtolochiæque ſcobe ſuppoſita iudicium feren-
dum eſt. Lotium alij triduo vitreo vaſculo apprimè obſepto in vmbra aſſeruari volunt. Exinde perpur-
gato linteo ſubcolari. Quòd ſi minutiſſima animalia pediculis ſimilia in eo offenderis, conceptum planè
præmonſtrant: quæ ſi rufa extiterint, marem: candicantia, fœminam indicant. Simili modo & acum æ-
reo maluuio matulàve vrinæ collectæ per noctem infundunt, quæ ſimul atq; pernoctauerit, ſi minutiſ-
ſimas notulas (orbiculorum inſtar) puniceas contraxerit, mulier grauida eſt: ſin ærugo inceſſerit, mini-
me. Verùm ijs ego ſæpius experimentis egregia hercle fruſtratione vſus (vel quia indiligenter exercue-
rim, vel fortè quia res ita ſeſe habet) irrita fallacioſaq; comperi. Quæ & alia pleraq; quanquam in vniuer D
ſum omnibus horis hominis vita crediderit (nec credere ſenſerit) viritim tamen ſapientiſſimi cuiuſque
fides planè reſpuit. Rurſum cardui ſuccus epotus ſi reijciatur, inchoati hominis index eſt: ſin minus, non
Sexus concepti ſigna maſculini vel fœminini. eſt. Atqui quòd intus geratur non ſolum præſcire oportet, ſed an mas, an fœmina fuerit partus exquiſitè
explorandum eſt. Quamobrem neminem lateat, marem ferenti dextri oculi celeritudinem, viuidumq;
colorem ineſſe. Cui etiamnum mamma dextra impendio maior, obdurior, eiuſque papilla ocyus quàm
læuæ à colore euariat. Eidem lac præcox, quod ab vbere mulctum vitreo vmboni iniectum, ſolique per
horam expoſitum in orbiculum inſtar margaritæ fulgore micantis conglobatur: quod inſuper in eiuſ-
dem mulieris, à qua mulctra facta eſt, lotio fuſo partem imam recto viæ itinere petit, ſal illi adiectus neu-
tiquam colliquatur. Quin & aſsiduè quæ marem gerunt faciliùs exigunt, & coloratiores, dextra potiſſi-
5. Aphor. 42. mum mala, ſunt, minusq; pallent: Quod Hippocrates tradidit, Mulier ſi marem gerit probè collorata eſt,
ſi fœminam, decolor eſt. Mares præterea partus magna ex parte circiter quadrageſimum diem motus
5. Aphor. 48. præpotes ſunt, plus atq; in vtero motus, validiusq; dextro potius latere inferunt: idq; ab Hippocrate ita
ſancitũ eſt, Fœtus qui mares ſunt parte vteri dextra continẽtur: qui fœminæ, magis ſiniſtra. Longè enim
mas à fœminæ natura calore diſſidet. Quocirca hæc & tanta, contra quam in fœmineo fœtu accidere, ne-
minem admirari licet. Purgationes etiamnum ad tempus quoddam (ſcilicet quadraginta dierum) acce-
dunt. Vter mucronatus ad vmbilici ſedem prominet. Nec minùs profectò admiratione dignum eſt, mu-
lierem itione perpetuò dextrum pedem præferre, ac exurgentẽ manui dextræ potiùs quam læuæ inniti.

Dexter

A Dexter pulſus eidem plenior. Contraria omnia in altero ſexu. Primus fœminæ, parte plurima, nonageſimo die motus, latere læuo, ingeſtabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Pallidiores ſunt fœminam geſtantes, auidiùs appetunt, atque minus re iam præſente (quam cupierint) frui queunt: protinus enim faſtidiunt, quod modò vehementer appetebant. Muliebria trigeſimo die prodeunt. Qua ſanè reputatione fœmineæ ſortis miſereri protinus ſubit. Cæterum * ariſtolochiæ puluiſculus ex melle confectus, lanaque obuolutus per tempus vuluæ impoſitus, mari aut fœminæ inchoatæ argumento eſſe poteſt. Nam ſi ſaliuam edulcauerit, mas proculdubio conceptus eſt: Si amarorem allectet, fœmella. Inde & pleroſque exiſtimare video nihil non de hac ipſa re herbarum vi cognoſci poſſe. Sed plurimarum etiam calcatarum vires eſſe incognitas, ob eam rem quod eas agreſtes literarumque ignari, quippe qui ſoli inter illas viuant, experiuntur. Accedit ratio inuentionis anceps: quandoquidem in repertis alia caſus, alia vitæ pleraque vtilia (vt verè dixerim) Deus ipſe inueniat. Quinetiam ad maris fœmellæque generationem prænoſcendam, an nouella ſeneſcensve, an florens & vigens ætas fuerit, nouiſſe non parum intereſt: quandoquidem hæ mares: illæ maxima ex parte fœminas procreent. Quippe in quarum altera calor nondum perfectus ſit, in altera verò deficiat. Humidiora etiamnum effœminatioraq; corpora, necnon ſeminalia excrementa humentia magis ſpiſſa, fœminas potius gignunt. Flatus inſuper ad huius vel illius inchoationem plurimum conferre compertum habetur, ſiquidem ijs aquilonijs magis quàm auſtris mares gigni, non in genere humano ſolùm, verum & in pecoribus luce clarius eſt. Quamobrem o-

Ariſtolochia.

Ventorum flatus.

B raculum illud magnopere cuſtodiendum, qui mares concipi auent, eò ſpectent. Nec recens ſubtrahemus exemplum. Quòd pecorum paſtores qui mares concipi volunt, in hunc (vt ſic in eundem ineant) eatenus paſcunt. Quinimò obſeruatum certè experimentoque obuium eſt, fœminas conceptas eſſe ſi à coitu in Aphricum, vtpote qui ex aduerſo Aquilonis ab occaſu brumali ſit, pecus ſeſe circũ egerit. Quod equidem in vſus humanæ conceptionis vertiſſe nequicquam pudendum. Id quoque ipſum caſu repertum, quis dubitet? verum ſi quis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe crediderit, ingratè Deorum munera prorſus intelligit. Nec profectò perpetua indicia hæc extiterint: Ideoq; hæc Hippocratem & Galenum literarum ſubtilitatibus peritos, non admodum illuſtraſſe: ac demum non ab alijs hominum recepta fuiſſe, atque per memoriam tranſiſſe, æquè ac nihil in vita mirandum eſt, vſque adeo fides iſtis faſq; omne defuit. Etenim interdum (quanquam rarenter) fieri quit, vt fœmina valentior mare concepta, dextro latere crebriùs & vehementiùs: contrà mas imbecillior morbidiorque, ſiniſtro rariùs & languidiùs commoueatur. Sed enim hæc & id genus reliqua, vt eo diſſentiunt, quod magna ex parte, & magis minúsve accidit, ſic retulimus. Enimuero mulierum interna hęc hominum nec indagare intereſt: neque ſolers humanæ mentis, artificioſaque coniectatio, ad eam rem proximè accedit. Idq; non niſi numen potis eſt vis vlla tenere. Furor eſt empiricos quoſdam (adeo ij ad eius ſcientiæ rabiem, non auiditatem modò, ſeſe gerere) ita tum conceptus, tum concepti maris fœmellæue certitudinem animo agitaſſe, vt rem

C ſic ſeſe habere non vaga & artifici coniectura ſolùm, ſed perpetua, & quaſi * vnde certi eſſent, potiti ſint. Futurum puerperium præuidentes, certo certius temeritudine (quod ſolus Deus nouit) prodere auſerint. Quæ nempe vbi vera forent, quantum adeò tandem tales diſtare dum viuant videri poſſent? At hęc quidem & id genus reliqua, cuiuſque arbitrio æſtimanda relinquantur. Res nihilo ſecius de qua plura ſcriptitentur, prædictionum peritia digna (vt inter autores conuenit) cenſetur, vel eo ipſo, quo deſideratiſsima medicinæ partium plurimum in toto terrarum orbe plurimiſque ſeculis eualuerit. Atque vt hoc quoque ſuggeſſerit rerum rationi compertæ experimentorum (ad quę vel maximè etiamnum quiſque iuſtè caligat) notitias miſcuit: ita hominum ſenſibus duplici vinculo poſſeſsis in tantum faſtigij adoleuit, vt hodieque etiam in magna tum medicorum, tum cæterarum gẽtium parte præualeat. Quoniam quum humanæ menti euenta quæque rerum præſcire perpetuò placuerit: nihil tamen adeo cupitum aliud, quàm futuros partus (quippe qui omnium gratiſſimi, nullo non auido venturam de hac ipſa re ſortem ſciendi) prænouiſſe conſtat. Inde ei maximam autoritatem parti fuiſſe nemo miretur: quandoquidem ſola partium humanæ mentis imperioſiſsima de futurorum præcioſiſsimis ac præcipuis mortales certiores reddere, perinde ac ſi è cœlo ea veriſsimè peti credidiſſent, blandiſsimè ſpoponderit. Nos vero hæc etiam auditu faſtidimus, proindeque haſce præſagitionum leuiſsimas vanitates ſæpius quidem præſentis capitis parte vbicunque cauſæ locuſque poſcebant (quantum nobis licuit) coarguimus, pau-

D ciſque & nunc detexiimus. Tanta de indicijs, caſtigatiùs, quàm ſe copia ſuggerebat.

** certiſſimi eſſent.*

1 *Quæ vtero grauibus accidant.*
2 *Eorum medicina.*
3 *De ſuperfœtatione pulcra.*

CAPVT V.

HActenus indiciorum conceptus hiſtoriam (relicta penè cauſarum indagine) digeſſimus. Nunc reliqua concinnâ ſerie prægnantium memorabilia expiſcari operæprecium eſt: ſi prius eorum fermè omnium quæ antea prodidimus in vniuerſum cauſam nacti, muliebrium ſuppreſsionem propoſuerimus. Paucis contingit, vt meliùs habeant quum vterum gerunt: fit enim vt magis valeant, quando corpus vitioſis ijs ſuccis oppletum fuerit, quos partus ad ſui altionem exhauriat, parentemque exquiſitiùs perpurget. Compluribus contrà, vt ægriùs magna ex parte degant, euenit: Cuius rei cauſam aliquam vel ad vitam referre poſſumus. Quæ enim mulieres ocioſam ac ſellulariam vitam degunt, excrementa non parum multa ſibi contrahunt, quo fit vt triſtius vterum geſtent. At contrà quibus gentibus mulieres labores ſuſcipere aſſueſcunt, quomodo agricolæ faciunt, ijs ſanè neutiquam difficulter vterus geſtatur: quippe quibus recrementa labor abſumat. Sed vel maxima horum cauſa eſt, quòd mulieri pluribus purgatio euenit, quæ quum vteri geſtatione deſierit, apprimè vexat atque magnoperè interturbat.

Cur quædam, ſed perpauca, melius habeant grauidæ.

Quandoquidem vel non grauidas (niſi menſtruæ purgationes prodeant) ægrotationes etiamnum cor- A
5. Aphor. 57. ripiant, vti Hippocrates monuit: Si mulieri mẽſtrua immodicè fiunt, morbi accidunt: & ſi non fiunt, mor
bi matricarij accidunt. Hinc cordis ſaltum, animæ defectiones, vertigines, ventriculi dolores, nauſea, vo-
mitionesque plurimas, vtero gerentes præhendere conſpicuum eſt, & præcipuè quib. purgationes con
ſtiterint (quippe quæ corporis proportione mulieri plurimæ ſint) nec dum ad vbera tranſierint, ob eam
rem quód ab initio vt etiam pauló pòſt, aut nihil quicquam, aut tantillum quid in puerperij alimoniam
abſumatur. Quocirca cruentum virus à corporis in quo continetur natura alienum, neque nutu ſuo a-
lens, intra venas retentum ad iecur atque ventriculum tandem (ea moliendo incommoda) ſerpit. Hinc
Picæ ſeu malaciæ cauſa & remedia. ventriculi redundationes ciet: hinc etiamnum ſecundum eiuſdem labem, quibuſdam carbones, pleriſq;
terram, & id genus reliqua fœda & abominatu digna (vt nos ipſi ſæpius vidimus) mandere in mentem
venit, atque deſiderio inſolita quædam guſtatu horrenda guſtandi properè mouentur. hanc Latini mu-
11. liercularum molliciem, malaciam vocitauêre. Quibus ventriculi cum appropriatis mundificatione, ſic-
uti polypodio ſiccato, efficaciſſimè ſuccurritur. Subinde appetitus acidis rectificetur: ac poſt cibum py-
ris, cydonijs, malis punicis, auellanis aſsis, ciceribus aſsis, veſcantur. Sinapi etiam vti prodeſt, quando &
nocuum ſuccum abſcindat, & appetitum cieat. Vinum ex aqua mellis & aqua zucchari bibant. Cataplaſ-
mate corticum citri, meliſſæ, calami odorati, ex oleo nardino maſtichinoq; ventriculo admoto rectè me-
Faſtidium. demur. Plurimum itaque languoris iis ineſt. At in vtroq; ſexu capillum germinante puerperio, & in ple- B
Ariſtot. lib. 7. de hiſt. anim. cap. 4. nilunio (quod tempus editos quoque infantes vel maximè vexat) faſtidiunt, tædioque fatiſcunt. Iis a-
ptiſsima ſunt, quæ auſtera, quæ acida, quæque contacta modico ſale ſunt. item panis ſine fermento, om-
nis auis, omnis venatio: atque vtraque aſſa magis quàm elixa, quicquid ex cæteris ſumitur, macrum po-
tiùs quàm pingue. Ex pomis morum, ſorbum, pyrum fragile, cotoneum, punicum, palmulæ, nuclei pi-
nei, oleæ albæ ex dura muria, eædem aceto intinctæ, vel nigræ quæ in arbore optimè permaturuerint,
vel quæ in paſſo defrutóve aſſeruatæ fuerint. Temetum auſterum (quanquam aſperum) item reſinatum,
ac tandem cibi, potionesque vel frigidæ vel feruentes. Etſi autem aliquæ principio magis laborent, aliæ
pòſt, quum iam partus increuerit: omnes ad æquè menſe quarto octauoque maximè infeſtantur. Quod
ſi vel quarto vel octauo fœtus perierit, ipſæ quoque vnà aſsiduè intereunt, periclitanturque. Adhuc e-
tiamnum earum ventriculus plerunque flatuoſo ſpiritu laborat, pedes extuberant atque inflammantur.
Quibus profectò affectibus medentur cochleæ ſi fieri poteſt Africanæ in cibo ſumptæ: coquuntur inta-
ctæ ex aqua, dein ex prunis torrentur, tunc ex vino & garo eduntur, impari ſanè numero ſtomachi do-
Ventriculi redundatio. lori ſuccurrunt. Viuæ etiamnum cochleæ & aceto deuoratæ proſunt. Ventriculi autem redundationi
rectè malagmate ex folijs vitis, caſtoreo, cotoneis, dactylis immaturis, calamo odorato, ſpica, temeto a-
Cibus ſi reijciatur. romatico adiecto, medemur. At quum exiſtimamus præcordiorum vitium eſſe, ſi cibus minimè conti-
netur: certè quibus hoc accidit ſtomacho laborare dicuntur. Horum præcordijs venter oſsifragi areſa- C
ctus infricatur. Si in manu quoque teneatur dum cibus ſumitur magnopere prodeſt. Nec ab re ſit com-
poſitionem operi conuenientem deſcribere, quæ ſua vi ſtomachi faſtidium & marcorem mirè ac celer-
rimè detergat. In muſto ex vuis albis congio cydonia quinque non purgata, totidemque mala punica
conijciuntur. Cui additur ſorborum ſextarius, roris ſyriaci ſextarius, croci Siculi ſemiuncia. Sic vſque
ad mellis craſsitudinem coquatur. Inde in die ſingula ſumitur. Fit etiam efficaciſsima potio compoſitio-
ne ita ſcripta: Apij ſeminis aridi drachmæ ſex Petroſelini Macedonici, ſpicæ nardi, myrrhæ, opij, ſchæni,
piperis longi, ſingulorum 3.iiij. piperis albi 3.v. Hæc vnà cum melle Græco deſpumato quod ſatis ſit te-
Dolor ex flatu. runtur. Ieiuno in potione mulſi mixti ex aqua calida 3.ij. vtiliter dantur. Si flatuoſo ſpiritu dolor vehe-
Cordis ſaltus. mens citetur, ſemina, fœniculi, apij, aniſi, cyminum & id genus reliqua adijcienda ſunt. Cordis ſaltui ca-
lida aqua vberè pota opitulamur. Aceris radix cum vino tuſa, ijs quas linquit animus aut mens, & alie-
nantur, quibusque vertigines fiunt efficaciſsimè prodeſt. Cochleæ ſingulæ cum ſua teſta tritæ ex paſsi
cyathis ternis calefacta potione per dies nouem dantur. In eadem curatione plerique per dies quinque
dant in eodem modo paſsi, primo die cochleam vnam, ſequenti die duas, tertio tres, quarto duas, quinto
Crura inflammata vel potiùs inflata. vnam: ſic ſuſpiria tolluntur. Inflammatis verò pedibus cataplaſma ex cicerum, fabarum, oroborum fari-
nis ſuccoque caulium confectum, præſidium non mediocre affert. Victus ratio tenuis ſit: quæq; bonam
concoctionem & moliuntur & accelerant, propinentur. Sæpe nimirum eaſdem vrinæ difficultas ad po- D
Vrinæ difficultas. ſtremum, puerperio veſicæ ceruicem comprimente, fatigat. Aduerſum quam millefolium tritum ex ace-
Vrinæ diſtillatio & incontinentia. to bibitur. Plerunque eiuſdem deſtillatio atque incontinentia affligit: Cui vngulæ apri vel ſuis cinis po-
tioni inſpergere opitulatur, leporis cerebrum ex vino potui datur, eiuſdem teſticuli toſti eduntur: anſe-
rum trium linguæ in cibo ſumuntur. Enimuero rerum omnium parens nullum ad hoc tantum, vt paſce-
Naturæ laus. retur aut alia ſatiaret, animal naſci voluit: Quin ſalutares & viſceribus (quippe quas ſurdis etiamnum
** vbertim.* rebus * vberè inſeruerit) * artes inſeruit. Cochleæ Africanæ cum carne ſua comburuntur cinisque ea-
** facultates.* rum ex vino bibitur. Eiſdem nonnunquam magno incommodo aluus ſupprimitur, quare tunc fel lupi
Alui ſuppreſſio. cum elaterio vmbilicó illinitur: Cydonia in melle ſeruata cruda à ieiunis mandũtur. Lac caprinum cum
ſale & melle potum prodeſt. Pruna ieiunis edantur. Porri capitati biſcocti per ſe in cibo ſumantur. Lens
non percocta ſorbeatur. Myrobalanus, quod eſt caryotæ genus naſcens in Aegypto, vino auſtero tritus
& potus aluum citat, mororum maturorũ ſuccus potui detur, armoniacum potioni addatur. Vlmi cor-
cis tunſi denarij pondus in hemina aquæ frigidæ etiam purgat. Hirundinis fimus melle adiecto ſuperpo
ſitus. Et item ſalicis ſuccus ex vino mulſo potatus. Thalaſſomeli ſine ſtomachi noxa iucundiſſimè pur-
gat & odore gratum, & ſapore. Quod ſic fieri debet: aquæ marinæ & aquæ cœleſtis eadem menſura, &
mel eiuſdem portionis permiſcentur. Item panis fermentatus, magisque ſi hordeaceus, minutæ aues, co
chleæ, oſtrea, & omnes ferè conchulæ, maximeque earum ius, ſaxatiles, & omnes teneri piſces, au[illegible] quę
natant, caro pinguis vel iurulenta elixàve, crudum mel, mulſum, temetum dulce, ſalſúmve: atq; tandem
omnia

A omnia tenera, tepida, dulcia, pinguia, elixa, iurulenta, ſalſa, diluta, aluum molliunt. Porrò quoniam frequenter grauidis accidit, vt propter languores (quos antè retulimus) varia plebis commenta experirentur, eos curare neſcientis, qui paucisſimis etiam horis repelli poſſint, mihi oportunum viſum fuit paucula hæc valetudinis auxilia colligere. Quibuſdam etiamnum grauidis congeniti pili defluunt, pauciores que redduntur. Contrà qua parte pilos haud habere ſolebant, ea magis accipiunt, pilorum materia à ſuperis ad ima inguinum calore retracta. Cæterùm vtero graues ſuperfœtare neque fabuloſum neque nouum eſt. Quoniam omnium maximè animalium, mulier & æqua grauidæ initum nouêre. Cætera (vt pote quorum natura more leporis ſuperfœtare recuſet) vbi grauida extiterint, mares contemnunt. Verum equam haud vnquam ſuperfœtaſſe cognitum eſt. At mulieri, tametſi in Italia rarum ſit, interdum vt ſuperfœtet euenit. Ob id qui longioribus temporum impendijs poſt concepti ſunt (altero iam pridem concepto) * nihilo quicquam profici queunt: ſed dolorem, quo & ipſi, & primus partus intereat præmaturiùs, concinnant. Olim vt vnde tredecim, ſuperfœtata puerperia, corruptione peracta, ederentur incidit. At verò ſi à primo conceptu ſecundus proximè * molitus ſit, paululumq; temporis inter eos intercesſerit, quod ſuperfœtarit (quaſi gemini naſci videantur) abſolui edique poteſt. Quomodo & Herculem, & Iphiclum concreatos eſſe fabulantur. Sed & id etiamnum ex adultera quadam quæ alterum marito, alterum adultero perſimilem peperit, compertum eſt Et item Proconneſia ancilla eiuſdem diei con
B cubitu alterum domino, alterū procuratori eius perquam ſimilem egeſsit. Inſuper quum geminos quædam ferret, tertium ſuperfœtauit, quumq; iuſtum pariendi tempus inſtaret, primos vitales edidit, ſecundum qui obiter diem ſuum obierat, menſe quinto eliſit. Altera quum primum inuitalem menſe ſeptimo peperiſſet, mox geminos iuſto menſium numero vitæ cõpotes enixa eſt. Et adhuc alia iuſto partu vnum, alterum quinque menſium emiſit. Compluribus etiam id eueniſſe liquet, vt ſi octauo menſe concubuerint, partus mucore oppletus exierit. Lac præterea omnem circa mulctram ſuctumve ijs (vbi illius vberior copia congeritur) è mammillis effluit. Lactis autem copia facile colligitur, ſi communes vteri vberumque venuſæ admodum expleantur. Admodum ſanè opplentur, ſi * puerperium lactis tantillum atque puſillum abſumpſerit: id nempe eiuſdem imbecillitatis vel præcipuum indicium eſt, quorum Hippocrates non ignarus in hũc modum ſanxit: Mulieri grauidæ ſi lac effluit è mammis, fœtum imbecillum eſſe ſignificat: At ſi mammæ ſint firmæ ac ſolidæ, fœtum validiorem eſſe ſignificatur. Quapropter nec adeò lacte refertas eſſe, vt ſua ſponte egrediatur: quomodo nec ita ſolutas præ ſanguinis inopia vt flaccеant, ſed attrectanti ſolidiuſculas comparare, & mediam conditionem ſeruare oportet. Quocirca & ob ſimilem cauſam, ſi muliebria affatim eruperint, tum ſubinde menſtruam circuitionem obſeruauerint, vt partus rectè valeat fieri minimè poteſt. Quandoquidem is dilutiore cruentioreque ex corpore toto in vuluam delata materia ad ſui altionem vtatur oportet, quod Hippocrates prodidit: Si mulieri grauidæ menſtruæ purgationes prodeunt, fieri non poteſt, vt fœtus bene valeat. Qui nihilominus acuto morbo,
C quo perſæpe vterum gerentes capiuntur, perimitur, tum quia ægrotatio fœtum interimit, & item quia alimonia diutius denegata (alimenti inopia) is perditur. Idcirco Hippocrates nos admonet: Mulieri grauidæ capi ab aliquo morbo acuto letale eſt, gemino alioquin periculo allato imminente. Et item quia per grauiditatem validiora ſubſidia haud quaquam adhibere, aut oppidò victus ratione extenuare medicæ rei profeſsis liceat. Quam ob cauſam & ægrotationes increſcant, inualeſcantq; neceſſum eſt. Proinde partus meritò interdum non perdurat, ſed amittitur, interdum verò dum in lucem prodeat, obſeruatur. At morbidus tantiſper (vtpote diutulè perpeſſus) grauidaque muliere flaccida, languida, ac deniq; vieta, non ſine periculo enititur.

Ego ſanè poſtremò ijs vnum id incredibile dictu adijciendum duxi: quòd Martia Romanarum princeps vtero grauis claro fulmine (quippe cui ea natura ſit, vt dolia intactis operimentis exhauriat, aurum intus ſacculis haudquaquam ambuſtis, ſignoque ceræ nec confuſo, liquet) icta exanimato partu incolumis ipſa vllum citra aliud incommodum vixit.

Pilorum defluuium, aut incrementum inſolitum.
Superfœtatio. III.
Ariſt. lib 7. hiſt. anim. ca 4. Plinius lib 7. ca. 11. & lib. 10. cap. 63.
** nihil quicquam proficere*
** ſecutus.*
De lacte grauidarum.
** id eſt, fœtus.*
5. Aphor. 52.
Menſes grauidarum.
5. Aphor. 60.
5. Aphor. 30.
Fœtus fulminatus, matre illæſa. Plin. lib. 2. cap. 51.

1 *Prognoſtica cauſæq; effluxionum & abortuum.*
2 *Eorundem etiamnum numeroſitas vno abortu.*
3 *Molæ indices & cauſæ, ac ipſius à partu interſtinctio.*
D 4 *Horum omnium affectuum remedia.*

CAPVT VI.

MVlieres quippe vtero gerentes corruptiones interdum perpeſſas eſſe, in medicorum monumentis (vtpote quibus talia conſectari curæ fuerit) cumulatiſsimè extat. Effluxiones quæ intra diem ſeptimũ corruptiones incidunt, tantiſper enim genituræ inſtar lactis elabuntur. Aborſus quæ primis menſibus conceptu exorſo fiunt. Abortus quæ prope pariendi eueniunt tempus, cognominant. Quanquam has quidem (grandiore iam fœtu) eiectiones, vnde eiectitię vuluæ, illas verò quæ intra quadrageſimum à conceptu diem contingunt abortus, illuſtriores appellitare aſſueuerint. Hinc apud medicæ rei profeſſos voculæ hæ plerunq; confunduntur. Effluxionum prognoſticon cenſetur: ſi oris vuluæ labra læuia extiterint: proximè enim ſeminale excrementum delabi ac effluere præmonſtrat. Quod ſolertes peritioreſque mulieres * inigunt, labris liquida pice illitis, fœtore nanque vterus reſiliens attollitur, quo fit vt oſtiolum coerceatur ſugilleturque. Poſt deinde libano, abſinthio, ceruſa, ex oliuæ oleo illinunt, quæ ariditate eiuſdem obturationem commolliunt, idem occœcant interſepiuntque. Eiſdem propemodum cauſis genituræ abiguntur, quibus abortus accitur, cuius equidem validiſsimum vberũ præceps deductio index, vt Hippocrates ſtatuit: Si mulieri vtero graui, mammæ ſubitò extenuantur, abortus ſequitur. Nam vuluæ vberumque venulæ nonnullæ (quas antè retulimus) communes exiſtũt, quæ quoties cruoris tantillum obtinent, graciliores mammulas exhibent: quamobrem alimoniæ abſentia

Corruptiones. Effluxiones. Ariſt. lib. 7. de hiſt. anim. ca. 3. & lib. 3 de gener. anim. ca. 9.
Aborſus. Abortus vel eiectiones.
** id eſt, introrſum agunt.*
5. Aphor. 37.

atq; indigentia, nonnunquam partu enecto, interdum eo ſuperſtite, ſed palpitante, ac denique membra- A
nulas interſcindente (quippe cui alimentum neutiquam ſuppetat) atq; tandem ſuppetijs omnibus pror
ſus deſtituto, infeliciter infelix mulier aboritur. At quemadmodum extenuatis mammulis infans perdi-
5. Aphor. 35. tum itur: ſic & ſi perditum iturus eſt, gracilitudo proculdubio eaſdem prehendit, Hippocrate monente:
Quæ abortum facturæ ſunt, ijs mammæ extenuantur: ſed ſi denuò dureſcāt, dolor in mammis fatigabit,
aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, itaque non facient abortum. Quod autem in propenſionis cal-
ce proditum eſt, huiuſmodi exitiit: vt ita duriuſcula vbera ſanguinis affluentiam, & vbertatem, quomo-
do gracilentæ mammulæ inopiam indicēt. Quocirca citra læſionem, puerperium ad iuſtum partum ſer-
5. Aphor. 48. uabitur opperieturque. Quòd ſi geminos ferat marem & fœminam, pone Hippocratis ſanctum · Fœtus
qui mares ſunt, parte vteri dextera continentur, qui fœminæ læua potiùs: dextra mamma gracilis effe-
5. Aphor. 38. cta, marem: læua, fœmellam, immaturè abiectum iri portendit, idque Hippocrates tradidit in hunc mo-
dum: Mulieri grauidæ geminis, ſi altera mamma extenuetur, alterum amittit. Si dextra mamma exte-
Quo tempore abortus frequentior. nuata eſt, marem, ſi ſiniſtra, fœminam amittit. Ex tempeſtatibus inſuper indicia eleganter trahimus. Et-
enim ſi auſtrini flatus, pluuiæque hyemen occuparint: ver autem algidum aridumque extiterit, grauidæ
3. Aphor. 12. quibus tunc adeſt partus, abortu periclitantur. Quod Hippocrates noſcens: Si hyems auſtralis (inquit)
Cauſæ. & tepida fuerit, ver ſqualidum aquilentumque, mulieres quarum partus iuxta ver properant, abortum
ex qualibet cauſa facient: quæ autem pepererint, imbecilles ac morbidos edent infantes, ita vt aut ſta-
tim pereant, aut tenues atque valetudinarij degant, & reliqua. B

Cauſas inſuper, quæ maturiùs abortum validè procitare queant, eŭdem (ſi præceſſerint) futurum in-
dicare, ecquis inficiatur? Etenim ſi mulier ſaltibus inhumanius iactitetur, deſultetq; immodicè, ac potiſ-
ſimùm ſi reſiliat, poneq; ſaltet, aut vt libuerit corpore ſine ratione & modo moueatur, ſi immaniter & va
ſtè clamet, ſi obiraſcatur, atq; ſupra modum excādeſcat, ſi perterreatur ac compaueſcat, ſi parciùs cibum
** extenuetur.* abliguriat, ſi * accidatur ac præcipuè venter, ſi in balneo calidæ aquæ frigidæue moram traxerit Si con-
cubuerit (quædam nanque ſub abortum conceperunt, atq; alterum abegerunt, alterum continuerunt)
** exterraneosq; exterreri.* conſentaneum aboriri mulierem, * extericineosq; exereri cuiq; vel ignaro videri poteſt. Atq; exterra-
Plin. lib. 7. ca. 7. neæ à medicis ex cauſæ nuncupantur, quæ quum penè innumeræ extent, hæc quæ nec viſu facilis, nec
dictu effabilis vlli, minimè prætermittenda cenſetur: Quod odoris ſpiramento à lucernarum extinctu,
aliòve ſimili odore abortiuus partus enitatur. Cuius rei aurea ac maieſtatis plena Plinij ſecūdi verba hoc
loco peroportunè afferre haud veritus ſum: quandoquidem an C. Plinius, an potiùs Hieronymus (adeò
Chriſtianæ fidei quadrant) ea ipſa exarauerit, hiſcam. Quibus ſanè non parum multa pauciſſimis felicis-
ſima illa ſua & inimitabili feſtinatione comprehendit. Miſeret atq; etiam pudet exiſtimātem quàm ſit fri
uola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerunq; abortus cauſa fiat odor à lucernarum extinctu. His
principijs naſcuntur tyranni, carnifex ijs animus. Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ munera
amplexaris, & te ne alumnum quidem eius exiſtimas ſed partum: tu cuius ſemper in victoria mens, tu
qui te Deum credis aliquo ſucceſſu, tumēs, tanti perire potuiſti, atque etiam hodie minoris potes, quan- C
tulo ſerpentis ictus dente? Aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vuæ paſſæ: vt Fabius ſenator prætor in
Sternutatio à coitu. lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus. Is demum profectò vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragili-
tatis humanæ memor fuerit. hactenus Plinius. Atqui à coitu ſi ſternuerit mulier, abortiuum eſt. Et item
5. Aphor. 31. ſanguis ex vena miſſus. Hippocrates, mulier prægnans, inquit, ſanguine miſſo ex vena abortum facit, &
Phlebotomia. magis ſi fœtus auctior eſt. Tantiſper enim vberiore alimonia indigus ſanguine hauſto perdi par eſt. Nec
ſolum ſanguine miſſo, verùm & per diuturniores inedias, & itē per immodicas vacuationes aboriri con-
ſpicuum eſt: & ijs potiſſimùm in non oportuno tempore celebratis, quemadmodum in ipſis conceptio-
nis primordijs, ac rurſus quum iam partus perfectionem attigerit, propterea quod vuluę partus, perinde
atque ſtirpib. pediculati fructus, connecti dilucet. Etenim ij ita iunguntur, vt prima ſui generatione, inua
lidioribus admodum nexibus, quomodo rurſum ſimulac abſoluti fuerint, vieti & languidi ſuaq; vi deci-
dui, inhæreſcunt, & ob id quantulis ſpirantium aurarum flabris paſſi, faciliimè excidunt. Pari omnino v-
ſu, puerperium & primis & vltimis menſibus, triſtiùs vtero hæret: hinc vacuatione molita facilè proruit.
5. Aphor. 1. Quod Hippocrates exquiſitè internoſcens: Mulierem (inquit) vtero gerentem purgabis medicamento,
ſi materia turget quarto menſe, & ad ſeptimum vſque: ſed eas minus: à recentiore autem & ab auctiore
cauebis. Nam intermedio tempore firmioribus coitibus & inſeparabilibus fermè complexibus, & fœ- D
tus vtero, & ſtirpibus fructus alligantur annectunturque. Quocirca validiores vacuationes pariter atq;
commotiones vtero grauis citra partus oblæſionem ſuſtinere quit: quanquam nec omnes per id tem-
5. Aphor. 34. pus vacuationis egentes arte perpurgari decet: ſed ſi materia turgeat: quippe quibus perinde atq; ſpon-
Aluus fluens ſiſtenda, ne fiat abortus. tinis vacuationibus grauidas abortu periclitari vbertim conſtet, commonente Hippocrate: Mulieri præ-
gnanti ſi aluus nimium fluxit, periculum faciendi abortum imminet. Proinde quibus aluus reſoluta eſt,
ne abortio ſequatur, ſuccurrendum eſt. Sed cùm alia tum illa quoque ventri ſiſtendo dantur. Cancri flu-
uiales triti ex aqua bibuntur. Satiui ciceris ſuccus in caprino lacte potatur. Ocimum tritum ventri illi-
nitur, alica, vel milium, vel panicum, in lacte caprino decocta more ſorbitionis (& magis ſi hæc antè fri-
cta ſunt) in die ſumuntur: itemque ex ijſdem pulticula. Vetus panis nauticus tunſus & iterum coctus
(ac magis ſi ex ſiligine vel ſimila, ſineque fermento ſit) & aqua rectè bibitur. In aqua fabæ cortices ad ter
tias decoctæ proſunt. Lens ex aqua cœleſti decocta ſorbetur. Quin & lenticula cui beta vel plantago ad-
iecta ſit, magiſq; etiamnū ſi illa priùs fricta eſt, vtiliter manditur. Vinum reſinatum aſperúmve, item me-
racum, acetum merum, mulſúmve quod inferbuerit. Item præ frigida aqua dura, hoc eſt, quæ ſeriùs pu-
treſcit: ideoq; pluuia potiſſimum efficaciſſimè medentur. Mala ſylueſtria eduntur Aqua in qua pruna agre-
ſtia cocta ſint, bibitur. Syluestrium prunorum baccæ, vel ex radice cortices in vino auſtero decoquun-
tur, vt pars tertia decidat, idq; vinum bibitur merum. Cyathus vnus in die mororum ſatiuorum ſucci bi-
bitur.

A bitur. Item pyra immatura,ſorba,mala cydonia & punica,oleæ albæ, vel permaturæ palmulæ, & myrta
manducantur:myrtiq́; ſeminis ſuccus ſorbetur. Merula,palumbus ferus ex poſca coctus,grus,omnes a-
ues,quæ currunt magis quàm volent,lepus,iecur ex ijs quæ ſeuum habent,maximeque bubulum ac ſe-
uum ipſum,caſeus qui vetuſtate vehemētior ſit,in cibo datur.Item oua dura magisq́; ſi aſſa ſint. Colum-
binus fimus cum melle ventri illinitur. Anatum maſculorum ſanguis bibitur. Flores vel cincinni de a-
uellana in furno ſiccati atq; attriti ex vino propinantur. Iuniperi baccæ tritæ ex vino nigro, hoc eſt, ex
nigris vuis expreſſo potantur.Flos hederæ tribus digitis ſumtus in vino auſtero bis in die bibitur. Bac-
cæ agrifolij ex vino eodem potantur.Ruborum in quibus mora naſcūtur cauliculi ex vino auſtero deco-
quuntur,& in cibo dantur. Cochlearum quæ viuæ crematæ ſint cinis potioni ex eodem temeto inſper-
gitur.Plantago ex aceto cocta editur.Gallinaceum iecur aſſum in cibo vtiliter ſumitur.Vrticę ſemen to- *Teneſmus.*
ſtum pane collingitur. Quare nequaquam mirabile videri debet,vt ob fortes vacuationes partus amit-
tatur:quandoquidem ob fortem ac perpetem tendorem (quippe quo & crebra ſed irrita deſidēdi volun
tas citetur, & corpus totum ac potiſſimum vterus, vt qui ſub recto inteſtino adnectitur, circa quod ten-
tio accidit,affatim fatigetur)grauidæ mulieris abortio ſequatur. Quod Hippocr. planè nouit inquiens: *7. Aphor. 27.*
Si mulieri vterum gerenti tentio acciderit, abortus ſequitur. Ad hoc vitium lac bubulum potui datur.
Ius piſcium marinorum in patina decoctorū cum lactucis ſorbetur,aut pane collingitur: olus diſcoctum
B cum ſale editur. Aquam marinam plerique per ſe dant,ſed raphanos ſupermandi iubent ex mulſo aceto,
vt vomatur.Pulticulam ſiliginis ſalſam ſine oleo edendam dabis.Emplaſtrum id (quod tetrapharmacon
Græci vocitant)ventri illinitur.Liquatum alumen lana circundatum apponitur.Eadem ferè ex inferio-
re parte indita,quæ torminum auxilia ſunt,ſuggeruntur.Alternis diebus aqua,alternis lene & auſterum
vinum bibendum eſt.Potio verò quæq́; egelida ac frigida eſſe debet. Verum ſi nec moliamur vacuatio-
nes, neque teneſmus acciderit, ſed nocui priuſquam conciperet ſucci collecti fuerint, quibus validiore
prehendente febri prægnans abſumatur,aboriri compertum eſt,Hippocrate exarante: Quæ vterum ge- *7. Aphor. 55.*
rentes à febribus capiuntur valdeq́; extenuantur ſine cauſa manifeſta, eæ difficulter pariunt & cum pe-
riculo,aut abortum facientes periclitantur. Quomodo etiamnum ſuprà commemorauit: Mulieri graui- *5. Aphor. 30.*
dæ capi ab aliquo morbo acuto letale eſt.At cum acuta febri iugiter citra inflammationem partus interi-
matur:quanto cauſatius ſi qua inflammatio,ignisve ſacer (& vterum præcipue) infeſtet, is amiſſum itu-
rus eſt. Cuius rei non ignarus Hippocrates: Si mulieris prægnantis (inquit) vterum ignis ſacer infeſtat, *5. Aphor. 43.*
letale eſt. Cui terreni vermes ex aceto illinuntur. Allij cinis ex oleo & garo illinitur, rutaque ex aceto &
oleo,lens ex aqua marina decocta imponitur. Amurca nigræ oliuæ infundatur. Herba ſabina tuſa, quæ
habet folia quaſi cupreſſus,cum melle illinitur. Oua cocta trita cum oleo imponentur,& betæ folijs co-
operiuntur.Ouorum trium candidum cum amyli pari menſura contritum imponitur. Anſeris adipe vl-
tium perungatur. Viperæ caput aridum combuſtum ex aceto ſuperlinitur. Spongia ex aceto impona-
C tur,vrſinus aut ſuillus adeps adijciatur.Fimus vitulinus bubulúsve,ramenta ceruinæ pellis diſcocta,pu-
nice ex aceto trita imponantur. Cæterum vt puerperium quibuslibet alimoniam abſumentibus cauſis
aboriatur,dilucet.Quo fit vt ſi malè habita ſtrigoſaq́; & inuber mulier vtero grauis recreationem inſtau-
rationemque requirat,cùm ſanguis qui in fœtus alimoniam cedebat,ad grauidæ mulieris altionem reci-
piatur,neceſſariò inquam fit,ob inſignem cibatus inopiam, vt partus (dum interea mulier gliſcit) abor-
tiuus abigatur,Hippocrate ſcriptitante. Quæ præter naturam tenues vterum gerunt, abortum faciunt, *5. Aphor. 44.*
donec craſſeſcant. At ſi nulla ex ijs cauſis abortum concitet,qui nihilominus conſequatur,alias quas in- *Cauſæ internæ*
teraneas medici appellant(tametſi ex ſuperioribus nonnullæ huiuſcemodi eſſe queant)cauſas exquire- *abortus.*
re opus eſt.Et quidem mucorulenta conceptaculorum ora ad vuluam pertendentia,ex quibus ſecundæ *Mucus in ace-*
inuolucrum dependet(quæ acetabula cognominauimus) haberi conſentaneum videri poterit,Hippo- *tabulis.*
crate monente: Mulieres quæ mediocriter corpulentæ abortum faciunt ſecundo menſe, aut tertio ſine *5. Aphor. 45.*
cauſa manifeſta,ijs acetabula vteri plena mucoris ſunt,ita ne fœtum cōtinere poſſint,ſed præ ſuo ponde-
re prærumpat elabaturq́; partus neceſſe eſt. Aut etiamnum flatuoſo ſpiritu humiditateve genituram fo- *Flatus.*
ras propellēte:Quibus eclegma de margaritis vtiliter datur. Cancri fluuiales, ex gallinaceo iure poti. Et
item lepuſculorum prægnantium coagulum epotum mirè prodeſt.Stellatus lapillus aureo anulo inclu-
ſus,ita vt carnem contingat vtiliter portatur;vrſinàve vngula collo. Cinis herinaceorum cum oleo per-
D unctarum partus contra abortus cuſtodit.In gramine vermiculi inuenti collo adalligati: ſub partum au- *Amuleta &*
tem (aliàs eniti non paterentur) detrahi oportet:ac ne in tellure ponantur (vt aiunt) cauendum. Lapis *alia remedia*
aetites in aquilæ repertus nido partus contra omnes abortuum inſidias cuſtodit. Mulieri prægnanti à *contra abortus.*
pectore hyenæ caro,& pili ſeptem,& genitale à ceruice,ſi alligentur,dorcadis pelle collo ſuſpēſa.Synce-
ra è ſue,quæ non pepererit axungia,in abortum vergentes collyrij modo ſubdita nutrit. Ibicum cineres
cum anſeris adipe & irino,perunctis,ſi conceptus ſit partus,continere ferunt: item hyſtricum cinerē po-
tum.Cancros etiamnum recentes vel aridos bibunt. Ad hoc tradunt ceruas,cùm ſenſerint ſe grauidas,
lapillum deuorare,quem in excrementis repertum,aut in vulua (nam & ibi inuenitur) adalligatū partus
cuſtodire.At quæ in corde & vulua oſsicula,grauidis & parturientib. perquam vtilia inueniūtur * recto
ſubinde ſpinæ emplaſtrum admouetur,quod ex ijs conſtet:olei roſacei,myrtini,maſtichinive,ſingulorū
vncia,hædi coaguli drag. eboris ſcobis,cornu caprini,cæræ,ſingulorum geminis dragmis:confice. Bo-
lus armenia item ex oleo roſaceo vel myrtino vel maſtichino illita prodeſt. Aut fortaſsis mala tempera-
tura calida abſumente,aut frigida congelante,aut ſecūdæ inuolucro interſciſſo,vel alia quauis cauſa par-
tu perempto,veluti fera (ſed mox plura de hac,cùm membratim hiſtoria decurret dicemus) è quibus e-
dax atque acrius virus mordicans in vterum transfuſum,abortum inuehat. Quòd ſi enectus partus,pari- *Fœtum mortuū;*
ter atq; ſecunda exitum neglexerint, ſalis ammoniaci dragma, aut dictamni,ex aqua rectè bibitur, aut e- *vel ſecundinam*
tiam boracis mineralis dragma ex vino albo generoſo odorato vtiliter ſorptui datur: aut aſinina vngula *educentia.*

m 2

Partus abortiui quam numeroſi ſæpe. *Numeroſitas cõceptuum cauſa abortiuum.* *150 partus minimi digiti magnitudine.*

ſuffitur, quæ adeò partum maturat, vt vel abortus euocet. Nec aliter adhibetur, quoniam viuentem pue- A
rulum necat. At de ijs infrà capite penultimo vberiùs dicemus. Numeroſitas conceptuum prætereà ab-
ortum ciet: cuius rei mira quædam referre duximus. Nam quandam duodecim, alteram duodeuiginti,
quatuor, ſeptuaginta alteram (omnibus efformatis) abortiuos abegiſſe fabuloſum non eſt. At quod pe-
nitus incredibile cenſebitur (quanuis medicæ rei profeſſus non ignobilis prodiderit) nobilis quædam
mulier vnà centum & quinquaginta efformatos vitæ compotes ſecundis obuolutos præmaturè abortu
egeſsit: quæ cùm vermiculos peperiſſe arbitraretur, medicum accerſitum iri iuſsit, quo præſente diru-
ptis ſecundis magnitudine minimi digiti (compluribus motum habentibus) centum & quinquaginta
partus connumerati ſunt. Sed & in Italia ſeptem, & aliam tres (quod aſſiduè accidit) quam etiamnũ nos
ipſi nouimus, abegiſſe certum eſt. Sed quod iam in prodigioſam miraculorum admirationem acceſſit,

Quæ transgreſſa abortum faciant.

viperam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortionem ſequi produnt. Item amphisbænam, mortuam
duntaxat. Nam viuam habentes in pyxide impunes tranſire, etiamſi mortua ſit. Et quo magis miremur,
ſi non aſſeruatam grauida tranſcenderit, innoxiam fieri, ſi protinus aſſeruatã tranſcendat. Ouum etiam-
num corui grauidis cauendum conſtat, quoniam tranſgreſſus abortus aſperos molitur. Simili modo ca-
ſtoreum (caſtorem fontem: locus eſt apud Plin. lib. 32. cap. 10.) fibrúmve grauida ſupergrediente abor-
tum facere dicitur: periclitariq́; partus, ſi ſuperferatur.

III. Mola.

Aliud etiam incommodum haud verendum minùs (vtpote quod abortiones creat) quod mola à no- B
ſtris, à Græcis myle vocitatur, infeliciſſimas fœmellas interdum (in Italia frequentiſſimum) vexat, quaſi
non ſat ſiteas grauiſsimo ac penè intolerabili parturiendi labore corripi, adeò naturæ in eorum corpore
molam gignere placuit, ne quid vſquam mali eſſet, quod in muliere non eſſet. Enimuero mulieri cuidam
cùm concubuiſſet, accidit, vt ſe concepiſſe arbitraretur, quandoquidem & ventris moles interim excre-
ſceret faſtigiareturque, & reliqua ex ratione omnia reſponderent. At pariendi tempore iam inſtante, nec
eam peperiſſe, neque vteri molem decreuiſſe, ſed ad quatuor vſque annos in hunc modum perſeueraſſe
proditum eſt. Quæ poſtremò inteſtinorum difficultate correpta, eoq́; modo periclitata, demum carnem
(quam molam nominauimus) enixa eſt. Quin & malum, id tota vita plerunque edurat, adeò vt & conſe-
neſcat & commoriatur. Quæ ſanè diutius retenta, prodierit, obdureſcit admodum (cuius duritudinis,
cruditas cauſa cenſenda eſt) ita vt ferri acie (vti ego ipſe ſæpius vidi) vix tranſigi queat. Porrò vitij huius
bifariam cauſam proponunt. Nam cruentæ materiæ affluentiam, & muliebrem genituram abſq. viri ſe-
mine, quæ vel ſomnio vel concubitu proruperit, peritiores (caloris vteri debilitate hæc ipſa comitante)
cauſam ſanxêre. Etenim natura de vita certante, & perficere finemq́; generationi apponere nequeunte,
incommodum id ſuboritur. Quamobrem cum neq; omnino alienam, neq; prorſus perfectam naturam
ſortiatur, tota vita, aut ſaltem longis temporum impendijs aſſeruari, ecquid prohibet? At cur mulier vi-

Obiectio.

tio huic ſola omnium animalium obnoxia eſt? An quoniam muliebria huic concoquere non potenti af- C
fluentiora ſint? Quapropter cùm ſucco difficili concoctu conceptus conſtiterit, tunc mola gignitur. Idq́;
in mulieribus aut ſolis aut maximè fit: & ad nouenarium interdum accedit numerum in nonnullis. Quo

Quomodo mola diſtinguatur à grauiditate.

fit vt mulier vniuerſa fermè grauiditatis indicia, perinde ac ſi prægnans foret, præ ſe ferat. Attamen duo
hæc ita interſtinguenda ſunt: quoniam mola vel non mouetur, niſi vtero manibus depreſſo: vel ſi (vt ple
rique rentur) meatulis quibuſdam (quos habeat) ob ſpiritum in ea ipſa genitum, hiantibus, ad ſanguinis
ſuctum, quo incrementum recipit, nutu ſuo, ſuaq́; lege permouetur, rarenter tamen & triſtiùs id accidit.
Contrà partus, & ſuapte natura citra compreſsionem, & ſæpiùs & validiùs dimouetur: & ſurſum & dex-
trorſum ſiniſtrorſumque plerũque ventrem propellit: qui nimirum in vtero graui mollior, in molam ge-
ſtante obdurior eſt. In hac manus pedesq́; molliores, & corpus totum extenuatum cõſumptumque ma-
gis, & imbecillior virtus, & iuſti partus tempus aſsiduè pertranſit. Contrà in grauiditate rem ſeſe habe-
re, quotidiano experimento inclaruit. Cui equidem incommodo galbani ſcru. geminos ex lacte caprino
diſſolutos ſorbere prodeſt. Galbano, coloquintide, myrrha, ex rutæ ſucco, abdomen rectè illinitur. Ob-
ſtetrix digitum ex populeonis emplaſtro illitum, vuluæ intromittat, eiusq́; oſtium adaperire quoad po-
teſt conetur. Subinde ex galbano, veratro albo, coſto, myrrha, vtiliter infrà ſuffitur. Boracis mineralis
dragma ex ſauinę aqua ſorptui rectè datur. Croci etiamnum dragma pota proderit. Cæterum modeſtio-
res præſentanea penè quæque præſidia, quæ emortuos puerulos atque ſecundas cieant, excutiant, ex- D
trudantque, noxæ huic præſtantiſsima fore, haud iêre inficias. Quorum nos infrà (quantum licuit) com
meminimus. Proindeque contemplatio hæc ad ipſorum remediorum naturas peroportunè nos proti-
nus auferret, ni & alia quoque non pauca ſcitu per quàm iucunda præproperè interpellarent: quibus op
pidò quam obſequendum duximus.

1 *Proceritatis improceritatiśq; partuum cauſa, & de mira quorundam proceritate.*
2 *Puerperij in vtero poſitura.*
3 *Tres vuluæ poteſtates.*
4 *Quonam vtero grauis properante partu ſex rerum non naturalium regimine, quibusq́; præſidijs par-
turitionem facilem reddentibus vti queat.*

CAPVT VII.

QVoſdam præſtanti corporis magnitudine partus, alios pumiliones, nõnullos proceritate inſignes,
improcera corporis facie alios, obeſos pleroſque, alios graciles: quoſdã inter hos omnes medios,
pro locorum capedine, recrementorum ſeminalium quantitate, alimentariæ materiæ inopia, vber
tate affluentiàve, gigni compertum eſt. Etenim ſi vteri ſpacioſitas anguſta fuerit, non amplum ſed angu-
ſtum, quod in ea procreatur eſſe neceſſum eſt. Inſtar fructuum, qui quanquam ſua vi ſuapteque natura
grandiores

A grandiores adoleſcant, in arguto arctioreque vaſculo in ſuæ generationis primordio coacti ac coerciti,
excreſcere vltra vaſculi limites (eo impediente) neutiquam poſſunt. Planeq; præpotibus hominum in-
uentis, prodigioſis naturæ viribus abrogatis (cui nihilo ſecius imperari audacis eſt credere) exoleſcũt.
Identidem & de inchoati hominis magnitudine facilè eſt cuique arbitrari. Quo fit vt nani pumilive di-
generes admodum in lucem prodeant. Subticeo pygmæos ad extremos Indiæ fines, ternos lõgitudine *Scholiaſtes in 3.*
dodrantes non excedentes. Hos etiamnum à gruibus infeſtari Homerus prodidit. Quos fama eſt ſagit- *Iliados.*
tis armatos arietum caprarumq; dorſis inſidentes, verno tempore ad mare vniuerſo agmine deſcẽdere, *Plin lib. 7. ca. 2.*
& oua, tum pullos quoq; earum conſumere, ternis eam expeditionem menſibus perficere. Alioquin fie-
ri, vt futuris gregibus reſiſtere nequeant. Contrà ſi vuluæ alueus vaſtior extiterit, modò parẽtes vberio-
res genituras ſuggeſſerint, ac deinceps alimentaria muliebria tantiſper affluentiora affatim ſuppetãt, ma-
iuſculum proculdubio puerperium efficietur. Sin cauea intercapedoque medium obtinuerit, medios
quoque infantes (modo cætera reſpondeant) gigni, credi par eſt. Hinc breuiores quoſdam patrib. partus
euaſuros diſcas licebit: ęquiualentes nonnullos, lõgitudine magis euectos proceriorésve alios. Tametſi
rari admodum (ſeminum vbertatem exuſtione conſumente) eam ætate noſtra fortunam indepti ſint.
Quandoquidem & Homerus vates ille iam ante annorum prope duo millia & ſexcentos, minora morta
lium corpora quàm priſca vſq; in id tempus conqueri non ceſſauerit. Nonnullos tamen patrib. maiores
extitiſſe creditur. Quemadmodum olim ille fuerat, cuius corpus (terræmotu in Creta rupto mõte) ſtans *Plinius lib 7.*
B quadraginta & ſex cubitorum inuentum eſt. Et adhuc Oreſtis corpus (oraculi refoſſum iuſſu) ſeptem cu *cap. 16.*
bitorum fuiſſe traditur. Sub diuo etiamnum Claudio, Gabbara proceriſſimus homo, nouem pedum & *Solinus Polyh.*
totidem vnciarum ex Arabia aduectus viſus eſt. Et ſub diuo Auguſto Puſonius & Secundilla duo ij, pri- *cap. 5.*
ori ſemipede addito extitère: Quantos eorum parentes fuiſſe nuſquam proditum eſt. Nec ab re id quo-
que admonuiſſe hoc in loco eſſe quis putauerit. Aethiopas octona cubita longitudine aſſiduè excedere.
In Indiæ locis quibus vmbræ haud iactantur, ad cubitorum quinûm & binorum palmorum proceritatẽ
hominum corpora adcreſcere. Pleroſque alijs eiuſdem partib. quinûm cubitorum longitudine euectos
tradunt, eoſque non expuere, non capitis, non dentium, oculorúmve (ſed & aliarum corporis partium
paucies ac rarenter, tam moderato ſolis vapore) vllo dolore affici. Illic eorum philoſophi (quo magis mi
remur) quos Gymnoſophiſtas nuncupant, ab exortu ad occaſum immobilib. oculis ſolem contuentes,
alternisque pedibus feruentibus arenis inſiſtentes, perſtant Illic maxima gignuntur animalia. Canes cæ
teris grādiores indicio ſunt. Eo loci arbores tantæ proceritatis ſunt, quo ſagittis ſuperari nequeant. Sub
vna ibi ficu equitum turmas condi. Arundinum ibi ſingula internodia alueo nauigabili idoneo, ternos
interdum homines conuehere, illuſtriores prodidère. Quantacunq; tamen cuiuſque à veſtigio ad verti-
cem proceritas fuerit, eam ſparſis expaſsisq; manib. inter longiſsimos digitos eſſe obſeruatum eſt, natu-
ra in homine orbem vndiq; effingente effigianteq; vnde meritò microcoſmus dici queat Quantuslibet
C etiam vnuſquiſque ſit; in trimatu ſuo dimidiam ſtaturæ menſuram obtinuiſſe, haud cuipiam ignotũ eſt.
At quæuis quantitas cuique in vtero fuerit, in ſemet conglobatus homuncio ſic geſtatur, vt naſum inter *II.*
genua, ſuper hęc palmas, ſuper has ocellos, aures extra genua habeat. Cui caput primum ſurſum, facie ad *Fœtus in vtero*
ſpinam (matris) verſa, tergore ad ſumen eſt. At cum increuerit exitumq; appetat, deorſum reclinatur. E- *ſitus.*
greſſus huius gratia, rerum parens, (quippe qui in caput cõmodiùs ederetur) ſic ſituandum in vtero du-
xit. Cui ſanè vuluæ cum tres natura vires indiderit. Primam qua genitale viri hauriat, quam attractiuam *III.*
cognominant: ſecundam qua contineat, quam retentricem appellat: tertiam qua partum ſecernit, quam *Vuluæ tres po-*
expultricem nominant. Altera alteri quam oportunè & miro quodam ordine cedere viſitur. Nam quum *teſtates.*
attractiua ſuo perfuncta eſt munere acquieſcit, atq; retentiua functionem implet ſuam: quæ circiter no- *Gal. lib. 3. de*
uem menſium tractum maturè (rebus decenter geſtis) finitur, quòd ſi incõmodum circa fœtum, eiúsve *nat. ſa. cap. 3.*
inuolucrum acciderit, per id temporis ſpacium haudquaquam opperietur: ſed ocyus vti opus fuerit ab
illo deſiſtit officio, ac expultricem vim (vtpote quæ antea ocioſa fuerit) vt proprio fungatur munere e-
uocat excitatque. In quo plurimum naturæ ſagacitatem atq; induſtriam admirari conuenit. Quòd ſi nul
lum inciderit vitium, tantiſper donec ad nouem menſes, vel circà, ventum ſit, interquieſcit. Exinde exur
git, proindeque vteri os dehiſcit, quo tempore vt paulò antea diximus, partus iam grandæuus palpitans,
vt in lucem prodeat, inferius ducitur. Quamobrẽ properante partu viginti dierum tractu, eiuſdem diffi- *IV.*
D cultas, quam plurimæ cauſę moliri queunt, ſic emendanda cenſetur. Principiò mulier admonenda eſt, vt *Partus quomo-*
ædificio perlucido aerem calidiuſculum habente habitet, in delicijs lætamq; vitam degat. Somnus vigi- *do facilior fiat.*
lia longior ſit; pinguibus carnibus, paſſulis, caricis, caryotis, mollientibus oleribus, veſcatur. Vina neque
generoſa admodum, neque dilutiora, alba, prædulcia potui dentur. Carnium iura pinguia ſorbere vtile
eſt. Geſtationes etiamnum naui vel in portu, vel in flumine, vel in alto mari (vtpote quæ vehementiores
ſint) aut vehiculo quę acriores, aut equis, vſui ſint. Ac ſeſe mulier alioquin pila ambulationeve (quę qui-
dem ſi non vtique plana commodior euadet, quandoquidem aſcenſus deſcenſuſque quadam varietate
corpus longè magis quatiat) curſu præterea, exerceat. huius quippe exercitationis, rectæ magis quam *C. Celſus lib. 1.*
flexuoſæ, & ſub diuo in vmbra (non apricis locis) quam parietes aut viridaria iactent, finis, citra fatiga- *cap. 2.*
tionem laſſitudo ſtatuenda eſt. Concubitu per tempus id aſsiduè vtatur. Eadem ratione partus difficul- *Eclegma ad dif-*
tatem mulcet eclegma: quod habet dactylorum vncias treis, mucilaginis ſeminis lini, mucilaginis ſemi- *ficilem partum.*
nis cotoneorum, ſingulorum ſemiunciam: Seminis pæoniæ, cinamomi, ſingulorum dragmam: Caſiæ li-
gneæ, croci, ſingulorum ſemidragmam: Pulueris peucedani obolum, oſsis de corde cerui grana ſex: ijs
contritis zucchari albiſſimi ex aqua ſauinæ diſſoluti, quantum ſatis eſt ad ea molliẽda atque cogenda ad-
ijciatur. Fotu eadem lenitur, qui ex ijs conſtet: florum chamæmeli, melilotique, foliorum maluarum ac *Fotus.*
bis maluæ & violarum, ſingulorum manipulus: Seminum lini, ſeminum cotoneorum, fœnigræci, ſingu-
lorum vncia: radicum liliorum alborum manipuli bini. Hæc quum ex aqua ad tertias deferbuerint, exin-

Linimentum. *Balneum,&c.* ** Eclegma nimirũ & balneum,vel fotus ac linimentum: ita vt vnius ex his quotidie vſus ſit.*

de abdomen ac ſpina vnà vtiliter ea aqua fouentur. Deinceps adipis anatis, olei liliorum alborum,olei A ſeſamini ſingulorum vncia,mucilaginis ſeminis cotoneorum,mucilaginis ſeminum lini,mucilaginis ſeminum altheæ,mucilaginis fœnigræci,ſingulorum ſemiuncia,ex cera alba rectè illinitur. Balneo vti fortaſsis non parum prodeſt,quod conſultò prætermittimus. Caninum etiamnum lac epotum efficaciſsimè maturat. At tria * illa quæ nos ipſi quotidiano experimento præcipua præſidia obſeruauimus,iugiter diebus ſingulis ad partus vſque diem vſui ſint,quanquam facilior enixus cenſetur,ſiquidem tam grauidæ mulieris corpus quàm pueri validius extiterit.

1 *Quo menſium numero,quo ordine,quid interim obſtetrice agente partus edatur.*
2 *Quibus præſidijs partum acceleremus,quibuſq; ſecundas,& emortuum fœtum pellamus.*
3 *Quo demum pacto enixus puer pelluendus,vinciendusq; ſit.*
4 *Cuius lacte primum lactandus:qualisq; nutrix eligenda.*
5 *Cur ſeptimo ſole,communi vſu nomina imponantur.*
6 *Quo tempore dentiat,& remedia.*

CAPVT VIII.

** abiungat.*

INſigne inter eximia naturæ miracula,& cui aliud vllum neutiquam comparari,ac nihil æquè conferri B poſsit, illud vnum ſupra modum emicare creditur: quod cum nouem menſium tractu vteri os arctiſſimè obſepſerit ac ſigillauerit: exinde partu perfecto ſuopte ingenio non modo idem vuluæ oſtium adaperiat,verum & pectinis oſsis ſpectatiſsimam(ſua vi reluctantis reſilientiſque) cõſerratam ſuturam, vt ita dixerim,non ſine perpeſſæ mulieris grandi incommodo,adeo * obiugat,vt infans citra noxam ingenuè edi queat,edito mox ſeiunctas(pectinatim coituras)oras reuinciat. Aliud etiamnũ mirabile vuluæ artificiũ extat.quod in ipſo enixu,imum ſui propius ori(quoad potis eſt) partum foras abigens,ſubnixè accedit.Vnà autem & cum eo operi huic patrocinantes continuè partes,quæ veluti latera ſunt,fœtum premunt ac circumexpellunt. Quamobrem pleriſque mulierum, ob violentam preſſuram (vulua excretiua vi immodicè perfuncta) coacti vteri excedere. Simile vtique ei quod in palæſtris palæſtrius euenit: cùm enim alios euertere ſubmittereq; totis viribus ſtudent, immodicè innixi ſimul cum ijs proſternuntur. Vuluas autem procidentes potu,vel ſuffitu,vel ſubiectu,ariſtolochia,maximeq; tenuis,inhibet.Necnon cupreſsi,coſti,ſpicæ celticæ & nardi,myrrhæ,roſarum, baccarum myrti,balauſtiorum,calycum glandium,ſorborum,meſpilorum,æquis portionib.tuſorum,ex vino nigro auſtero decoctum,inſidentibus maximè prodeſſe compertum eſt. Mox ſiccatæ vuluæ,gagatis,thuris,balauſtij,gallæ,antimonij,acaciæ,aluminis,baccarum cupreſsi,pari pondere,ſubtiliter attritorum puluerem, apprimè obſipat. Demum manibus dexteritate eam inige,munimentisq; coerce. Ex quibus quoque & ſuffimenti,pari vſu non inutile ad vuluas præclarè cohibendas,genus habetur. Vuluas etiam procidentes,butyrum infuſum,ſiſtere tradũt.Fimi è mare boue ſuffitio reprimit. Arietis vellera ſuffitu eundem vſum præſtant. Sed quonam menſium numero recluſiones haſce natura moliatur,peritiores etiamnũ ambigere dilucet.Ob id cùm cæteris quidem animantibus,& pariendi & partus ſuos egerendi tempus ſtatutum ſit:mulieri vni incertum ac multiplex datum eſſe conſpicuum eſt. Quo fit vt homo toto anno, & incerto ſpacio enitatur. Alius nanque menſe ſeptimo,alius octauo,alius nono editur atqui ante ſeptimum,haud vnquam vitalis eſt. Qui enim ſeptimo menſe abigitur, primus hic (quanquam morbidior) vitalis exit, non niſi pridie poſterove plenilunij die, aut interlunio conceptus. Hanc profectò primam humani partus perfectionem,quaſi quidam maturitatis arbiter(vſq; eo fœcundus extitit)ſenarius numerus abſoluit. Etenim ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationem procedens,ſeptem etiamnum menſes (fœtationi alioquin frequentiorem nouem menſium,certo nihilo ſecius numerorum modulamine vſum natura conſtituẽte)obſoletiùs vſurpari pepulit Nam duos numerorum omnium primos cubos à pari octonarium, ab impari vicenum ſeptenum,& hunc marem,illum verò fœminam, quam breuiſſimè abſolutiſsimeque antiquitatem expreſsiſſe inclaret. Coeuntibus ijs quinque & triginta cũtexi aperta ratione conſtat, hicque ſexies multiplicata,decem & ducentos (qui dierum numerus ſeptenum proculdubio menſem claudat)concreare & in confeſſo & luce clarius eſt. Qui equidem ſeptenarius numerus,quantæ religionis, D quantæque potentiæ apud priſcos fuerit,ipſi viderint. Huic virginitatis opinio(vtpote qui duplicatus nullum ex ſeſe, qui intra denarium primum numerorum limitem coarctetur, numerum pareret) vſque adeo * exoleuit,vti Pallas quoque vocitaretur:quia perinde atque Minerua vno duntaxat parente nata, ſolius monadis fœtu proceſsiſſe perhiberetur. Mitto celebratiſſimam illam triplicem huius contexionem:qua ſanè alium nullum numerum tam varia maieſtate eſſe fœcundum conſpicuum eſt.Mitto mundanæ animæ ex hoc ipſo primam generationem,ac cætera quæque, quæ ſanctionis noſtræ modum,oppidò quàm excederent. At quia tractatus noſter quicquam ſemel ingreſſus non facilè ſine culpa alio digrederetur, hinc ad partum à quo digreſſi ſumus redeamus: quem imbecilliorẽ, atq; admodum * quàm effœtum,per id tempus extrudi in aperto eſt. Quocirca faſcijs alligatur,atque cunabulis & * lana ijs obuoluitur. Cui interdum infiſsi aut aurium aut narium meatuli gignuntur At accreſcenti puerperio,& digeſtè dearticulantur & concinnè ſuam formam recipiunt. Sed & pleroſque ſeptimo menſe natos,& vixiſſe & adoleuiſſe compertum eſt. Quin etiam & menſe octauo (translatitium) in Aegypto vitæ compotes gigni traditum eſt· atque alijs quibuſdam ſolis, vbi mulieres fœcundiores validioreſque extiterint. At Italiæ locis haud quaquam ſuperſtites ſunt. Itaque non ſolum menſe octauo nati haud viuunt: ſed etiam ipſis intermortuis,periculum non mediocre, quæ pariunt, ſubeunt. Nec deſunt qui huiuſce rei cauſam in immodicum Saturni algorem ſiccoremque inaniſsimo commento referant: quando tamen qui à Saturno Saturnij nuncupantur, & optimè degant plerique, & maximè valeant. Nos Hercu-

les cum

Vteri prolapſus, & remedia. *Gal.lib 9 de nat.fœ.cap.3.*

C

Ariſt lib.7.de hiſt.anim ca.4. *Plinius lib.7. cap.5.* *Gellius lib.3. noct attic.cap. 16.* *Macrob.lib.1.in ſomn.Scip.* *Senarij vis.*

Septenarius.

** inoleuit.*

** tanquam.* ** lanitijs.*

A les cum Gal. lunæ circuitibus penè ſeptenis, ſeptenis menſibus peractis, nihil quicquam inde puerperio
defuturum exiſtimamus, quippe quod ſarctè per id tempus cuncta aſſecutum ſit: ob id in lucem prodire
totis viribus periclitari, quæ vbi materia deficiente ſuperſint, ſepteno menſe, fœtetur neceſſe eſt. At vbi
materia & vires æqua ſorte ſeſe contexuerint, opperietur, iuſtoque partu enitetur. Ex aduerſo vbi ma-
teria redundans, viribus victis ac fl ccidis compareat, ſepteno ortum menſe pertentat, octauo tenue ac
morbidum, ita vt ſtatim pereat extrudatur, operæprecium eſt. Quo parente incommodo vexàta plerun-
que ad immanem mortem, immaniter compellitur. Vnde fit vt ſi quis vitæ compos euadat, non octauo *Ariſtot. lib. 7.*
menſe natus æſtimatur, quamuis iam quidem & in Italia tales partus vitales fuiſſe pleriq; prodiderint. *de hiſt. anim.*
At nono menſe, in caput, exquiſitè parente perpurgata naturaliſsimus fit partus. Qui verò diuturniores *cap. 4.*
naſci, quàm nono mẽſe (vtpote decimo, vndecimo, duódecimo, tertiodecimo, quartodecimoq́;) perui-
caciter aſſeuerant, me iudice plurimùm hallucinàtur. Etenim conceptus initium mulieres plerunq; de-
liteſcit, ac præterit: vt ſi cùm antè vterus (vt ſæpius accidit) intumuerit faſtigiatusq; fuerit: poſt deinde
concubuerint & conceperint, id ſanè ſui conceptus initium (vtpote quod ſimilia indicia attulerit) con-
ſtantiſsimè ſpreta, repudiata, calcataq; aliorum quorumcunq; reputatione arbitrantur atque rentur. At-
tamen ad decimi vndecimiq; menſis initia vſq; nonnunq̃ (tametſi rarenter) ventum eſſe, for. aſsis nec
rationi diſſonat, neq; priſcorum opinionibus ingruere videbitur. Quinimò (ſi ipſis credimus) id ipſum
B fateamur oportet, quandoquidem ſpatia hæc ipſi ita digeſſerint, vt afformationis tempori duplo adiecto
moueatur (vt antea monuimus.) Quo nimirũ duplato, cum duobus ijs primis ſpacijs, aut motus tẽpo-
re triplicato, primo illi afformationis tempori iuncto, quod eſt primũ afformationis tempus, ſeptuplare
iuſtum pariendi tempus conſit. Verbi gratia: Triginta diebus afformatus, ſexaginta dierum ſpacium (illi
duplum) additum, nonaginta dierum numerũ implet. Quo dierum numero puerperiũ mouebitur. Cui
ſi centum & viginti dierum tempus (ſexaginta dierum tractui duplum) adijciatur, menſium ſeptem nu-
merus, quo partus tempore in lucem edetur, exurget. Vel ſic. ſi triginta afformationis diebus ſt.tutis ſe-
xaginta dierum (quippe quod motionis tempus ſit) numerus triplicetur, centum octoginta dierum nu-
merus cõſtabitur. Cui triginta primis ſolibus annumeratis ducenti & decem dies aſſurgent, qui ſeptem
duntaxat menſes conſtituunt.

At ſi computationẽ breuiùs aſſequi velis, primũ afformationis tempus ſeptuplato, ijdem enim men-
ſes proueniunt, vt cuiq; liquet. Quibus nempe diligenti examine reputationibus exactis, partus qui tri-
ginta dierum tractu afformatur, ſeptimo menſe. Qui trigintaquinq;, octauo, quinq; noni menſis diebus
adiectis. Qui vero quadraginta dierum numero afformabitur, menſe nono & decimi decem ſolibvs per-
actis. Qui quadraginta & quinq;, (maximus ac productiſsimus afformationis terminus, & ob id nemo
diuturnior alter naſci poteſt) decimo quidem menſe & adhuc vndecimi diebus quindecim elapſis, eniti
par eſt. Qui verò intercidentibus dierum numeris ſui formationem ſarctè aſſecutus eſt, intercidentibus
C pari vſu menſibus in lucem prodibit. Quo fit vt alij in menſiũ initio, alij occidente menſe, in medio alij.
Alij initio, fini nonnulli propiùs. Alij interdiu, noctu al.j, vt afformatio nõ vnum ſed varios, nec illos qui-
dem perpetes (quandoquidẽ haud ſemper dierũ numero completo ac iugiter die alterata, initiata, dimi-
diataq;) fines obtinuerit, naſcantur. Hinc profecto tanta naſcentium (quæ non minus ſuperiori reputa-
tioni reſpondeat) temporũ diuerſitas contig t. Sunt qui adeo certã parturitionis tempeſtatem ita mon-
ſtraſſe arbitrentur, vt inani delibuti adorea, priſcos etiamnum aculeis cæcutientes ipſi tangere (in quo
ſummum recentiorũ opus diu fuit)* auſerint: ceu verò non alij huiuſce doctrinæ veri cultores extarent, ** auſi ſint.*
quando tamen autores rei huic diuerſis in locis varia obſeruãdo mox in ijſdem diuerſa prodendo (raro
vnius ſententia cum alio congruente) difficultatem non vulgarem addiderint. Quorũ ſanè (vt mihi per-
ſuaſum habeo) languida flaccidaq; autoritas facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem (eualentes gnaros con-
ſulentibus) maieſtas prorſus emarcuit. Accedit quid ni confeſſa temporũ motus obſcuritas, nunc præ-
ueniente nec paucis diebus (quorundam præſagio) nunc poſtueniente. Primum igitur omnium dierum
ipſorum puerperij quietis, ſubindeq; motionis numerus, vnde fœtificandi termini * certiſſant, propè ** certiores eſ-*
inexplicabilis eſt. Ariſtotele circiter quadragenum diem motum augurante, Hippocrate illicet interdũ *ſent.*
fabricæ tempus triplicante, nonnunquam duplicante. Ita fit, vt ferè certa horum omnium tempora tradi
non poſsint. Ex quo illud proculdubio euenit, vt nos ipſi ijs commentationibus hucuſq; addubitare nõ
D ceſſauerimus: idq; nõ nobis tantum accidere putandum. Nam & alios quoq; circa hæc ſagaciores repu-
tatio aſsiduè feſellit. Porrò cœleſtem fœturæ præſagitionem imperitię noſtræ ſpes ardua immenſaq; mi
ſceri poſſe, attamen prægrandi doctrinæ emolumento contemplanda. Prius nihilominus temporũ mo-
tus difficultas, quàm eius ſcientiæ periti, ſubtiliter iſta (vt par erat) conſectati, pro naturæ hominum no-
uitatis auidæ more, arctiùs excubantiusq; adaperuêre, cõtemplationi ſubijcienda eſt: quò exinde lætior
è motu mens diſcedat, & facta prædiſcat, quæ futura agreſtes literarumq; expertes prænoſci poſſe mini-
mè norint. Verã igitur rei creperæ ſecum naturæ argumentũ * aſſerentẽ interpretationẽ, & tum Hip- ** Aſſerentem.*
pocratis nunquam ſatis laudati, tum Galeni obſeruationẽ nobis ſequi magis libuit: quandoquidem hos
vniuerſa hæc ſtatis temporibus obtingere prædixiſſe haud incognitum habeam. Id protinus in hac con-
templatione interuenit, concepta ſpei ordinẽ interturbare viſum. Ariſtotelem * homunculi motus qua- ** id eſt, fœtus in*
dragenũ diem præſignaſſe: quippe qui paucis momentis quàm abſolutus ſit adeò validũ robur ſibi con- *vtero.*
tinuò vendicet, ſitq; & fabricæ & motionis iuge tempus. Mirũ nempe dictu, vt qui modo informis, indi-
geſtaq; moles præeſſet, mox iam breui tẽporis curriculo præmoueatur. Hoc qui non meminerit, trifariã
ſeſe fœtum vibrare concipi poſſe, miretur. Aut enim ſuapte natura nullo vibratiunculas perparuulosq;
ictus (vtpote admodum quàm abditos) ſenſu, ratione duntaxat attingente, immouetur, quam nimirum
naturæ penetralia rimantis perquiſitionẽ eſſe quis inficietur? Quo equidem modo Ariſtotelem ſanxiſſe
conſtat. Etenim ecquis adeo malè animatus autorem alioquin grauiſsimũ, vix conceptum abſolutumq;

partum, non niſi leuiſsimo ſe dimoueri motu, deliteſcere opinetur? Immouetur profectò, quoniam ei & A
motrix animula pariteratq; vis inſita ſit. Is demũ ob id quòd vieta fœmella calidior, & humectior, minùs
(quæ certæ quantum præſidij, quantúmve patrocinij præmaturiori motui afferant, argumentis præter-
quam nuda autoritate deprehenditur) mas iure cenſetur. Aut vſq; adeò exiliendi vigorem indeptus eſt,
vti & emoueatur, & cum materno & intimo, tum etiã alieno exterraneoq; ſenſu ſaltiunculæ apertiſsimè
concernátur, quales profectò Hippocratem puerperio afformationis tempus ter repetentẽ aſciuiſſe pla-
nè credimus. Quæ res quanquam ſenſilis, iccirco ad medicum ſpectans: quia tamen nihil ad fœtificatio-
nis vaticinationem proficit, ideo omittenda. Inde ſectæ illius (quàm paulò antè prętexuimus) orſi ſecta-
tores fundamẽta (quantum mea fert opino) iecêre. Eo, ni fallor, quod ab Hippocrate proditur, partum à
cõceptu tertio menſe, qui primò fabricatus eſt, dimoueri quarto, paulóve tardius vbi quadrageno ſecũ-
do die abſolutus fuerit decepti. Quanuis nullibi apud ipſum ex hoc ipſo motus tempore partũ augurari
** computo.* liceat, quoniã hunc quidem, terno deno menſe, illum verò nono, prælato dierum motus * comptu, cum
eo qui ad fœturam attinet, ab eodem autore epidemiarum volumine ſancito collato, natũ iri ſateri coge-
retur: Ipſo nihilò ſecius, triceno quino die afformatũ, menſe ſepteno, quadrageno, quino, nono, in lucem
erumpere monente. Quapropter hæc vel ratione contra tam ſpectatos viros (quo ſecius vetuſtatis artiũ
parentis reuerentiã admodum quàm inſolenter verberemus) veri conſcios excepiſſe, venia ſit. Aut po-
ſtremò inter vtrunq; motus intelligitur, non quo abditus prorſus deliteſcat, non quo extimus tactus,
alienusq́. viſus planè incognoſcat: at quo fœta duntaxat (vtpote quæ molliter icitur) diligenti animad- B
uerſione adhibita, non adhuc cæteris motione externis fœnerata, perſentiſcat. Quomodo Hippocrates
quoſdam ſeptuageno, nonageno pleroſq;, partus præmouiſſe, cuiq; commemoraſſe liquet. Neq; eatenus
fabricæ ſpacium triplicaſſe opinandum, quatenus nonagenûm dierum tractus, tricenos ter comprehen-
dat: quandoquidem identidem de ſeptuagenûm ſpacio concinna verborum ſerie perhibuiſſe annuere
operæprecium eſſet. Aſt quis illi ſubtriplum (quod afformationis tempus ſtatueretur) vicenûm trium
ſolium, & diecula partis tertiæ tractum non nouit? Ecquis deniq; in vetuſtiſsimi medici decretis, puer-
perium tam anguſto dierum lapſu fabricatum iri vnquam lectitauit? Quo fit, vt & qui nonageno ſole, eo
quem modo prædiximus, vibratur, quadrageno quino affirmari: & qui ſeptuageno, triceno quino, ſar-
ctè præmonſtretur. Vnde fabricationis tractum eo autore duplari ad ſaltiunculas motiunculasq́; explo-
lib.3.Theor. cap.34. randas prænoſcendasq́; in propatulo eſt. Quod equidem Halyabas oppidò quàm liquidò expreſsit. Ita-
que cuius triceno fabrica ad integrum perfecta eſt, ijs ſexagena ad maturiorem aſcitus motionem præ-
ſciri poteſt: cuius verò triceno quino, ſeptuageno, At deinceps vnuſquiſq; motum frabricaturæ tempo-
re bis repetito haud dubiè auſpicatur. Quo ſubinde triplato (quod eſt primum formaturæ tempus, ſex-
cuplare) cum Hippocrate, Galeno, Halyabate fœturam conſtanter pręſagire valemus. Quare non ineptè
Macrobius. Macrobius, locuples autor, in vtero futuri partus diſcretionem Hippocratem dignoſci ſanxiſſe, contra
quam recentiores medicæ rei profeſsi ſenſerint, citauit. Quippe qui eo dierum numero, quo conceptus
præmouetur, ter multiplicato (vt ſi nonageno ſole, nono mẽſe: ſi ſeptuageno, ſepteno) partum foras ex- C
cerni multò vigilantiùs obſeruauerit. Idq; principiò in hac reputatione præcellere (quod inter omnes
conuenit) perpetuò quiſq; nouerit. Non in ipſis temporũ articulis: at plerunq; præpropera, interdũ prę-
poſtera fœtificatione, hæc ipſa pro cuiuſq; natura, vi alimentoq́; euenire, magno argumento, quoniam
mas fœminaq́; diſcrimine illo proculdubio diſſentiunt, quòd eodem naſcituri menſe protinus ab initio
mas, fini propius fœmella penè extruditur, quandoquidem hæc tardiùs, ille maturiùs, (vt retulimus)
matureſcat. hîc robore viget, illa ſuopte ingenio vieta languidaq́; flaccet. Quas ob res marem ociùs, fœ-
mellam ſeriùs edi par eſt. Nec te remordeat, Halyabatem poſt triplicitatẽ, partum elidi exoraſſe: quoniã
de partu fœmella excidua intelligendũ eſt, alioquin autorem ſibijpſi aduerſaturũ: quandoquidem naſci-
turam ſeptimo menſe puellulam, triceno quino die fabricatã, antea prodiderit, quam non poſt, quinimò
intra ternam temporis motu (quippe quod ſeptuagenûm dierum tractu præfiniatur) multiplicationem
fœtari nemo quiſquã eat inficias. Ex quo euenit vt illud magnoperè cuſtodiendum ſit præcocibus ma-
ribus poſt ternam repetitionem, menſiſq́; initio propiorem ſerotinis fœmellis citra eandem, finiq́; quã
citimum (ſeriùs formaturam nactis) ortum fieri. Idq; à diligentioribus obſeruatum euelatumq́; exci-
pias. Porrò marem qui triceno ſole afformatũ iturus eſt, & fœminam quæ triceno quino (ſiquidem lon-
** computo.* gioribus temporum impendijs ad munus id vt monuimus explendum indiga ſit) hoc ipſo * comptu ob- D
ſeruato, ſepteno mẽſe ſuboriri, hancq́; ſeptuageno ſole, illum ſexageno motu potiri certum eſt. Octono
menſe in lucem prodituris, mari quidẽ ſeptuageno die motio, fœmellæ octogeno: huic quadrageno fa-
brica, illi triceno quino, peroportunè conceditur. At menſe nono naſcituri, mas quadrageno, fœmina
quadrageno quino fabricatũ itura eſt: hanc nonageno, illum octogeno ad motũ vires excipere obſerua-
tum, Ob id Galeno partũ quadrageno afformatũ, octogeno præmotũ, haud eſſe ſuperſtitẽ enunciante.
Nõ de mare, quippe qui nono mẽſe vitæ compos exeritur: at de fœmella quæ octauo menſe, proindeq́;
morbida ac minimè victura extruditur, prodidiſſe exiſtimandũ. Demũ marẽ, qui quadrageno quino af-
formatus viſitur, nonageno vibratus, deno fœtari menſe (allata reputatione) perſpicuum habetur. Quo
naſciturã fœmellam menſe, centeno ſole præmoueri, quinquageno fabricã moliri operæpreciũ fore, in
aperto eſt. Simili quoq; modo partus interſitis diebus & afformationẽ aſſequi poſſe, & eandẽ pro cuiuſq;
natura tum motionis, tum fœtificationis rationem ſortiri non negauerim, quibus & fabricandi & na-
ſcendi ſtata nec rationis incõpertæ tempora eſſe palàm eſt. Etenim ij naturæ non ignotam legem, etiam
Dubium. ſi nec dum commemoratam obtinent ſubeuntq́;. Sed quo nam pacto mas fœminaq́; varijs fabricati, va-
rijſq; moti temporibus, eodem nihilominus menſe in lucẽ erumpant, dubitationẽ habet. Ijs verò, qui ex-
actiſsimè eorum quæ retulimus meminerint, nulla penitus ambiguitas, nullaq́; mẽtis diſtractio. Nam &
ſi menſe eodem connaſcantur, diſpari tamen ſorte, quando hæc quidem fini, ille verò initio propius: quã
certè

A certè ortus varietatem, priores antedictæ haud dubie pepererunt. Hi termini ſunt, in quos fœturæ tem-
pora (exterriciniis non etiã ignota) periti ex amuſsim digeſſêre. Et quanquã varia in hoc vitę pro cuiuſ-
libet animo ſententia: Attamẽ quicquã noua inquiſitione perdiſci, veterũ inuentis omnino calcatis, opi-
nari cæcæ ſubtilitatis eſt. Nec quiſpiam miretur in partuum quoq; interpretatione eò ſcientiam profe-
ciſſe, vti ventura etiamnum finito die præcinant, quando ijs lõgè peritiore, * ventuq; magis ardua (de *inuentuq;.*
quibus obſeruationes prodiderint) exquirere ſemper curæ fuerit. Quæ tamen haud æquè in priſcorum
diligentiæ admiratione animum agunt, atq; ea herbarũ quadrupedum pabulo prorſus intactarũ, ſeclu-
ſa, quæ inuia montium culmina, abditas ſolitudines, omneſq; terrę fibras ſcrutati, ad ſalutis vſus verten-
tes inuenêre. quæq; eoſdem nimirũ Deorum numero addidêre. Cæterum ſcrupuloſiùs hæc quàm inſti-
tuto fortaſsis operi conueniat, tractaui. quæ non minus, tametſi ex priſcis pręcerpta (vt rerum naturæ li-
buit) alijs certa, alijs dubia, alijs approbanda, pleriſq; damnanda facilè exiſtimemus. Nos verò ea ratio-
ne haud perterriti ſopitiq;, cætera quæ in ijs memoratu digna extant cominus ad hæc gnauiter exeque-
mur. Igitur quacunq; hora vterus puerperio iam grandeſcẽti vberem (vtpote qui emunctus ſit) * alitũ *Tempus partus.*
haud ſuppeditare quit: quo etiamnum tempore hauſtus à parente aer (affluenti euentatione indigo) mi- ** alimoniam.*
nimè ſuppetit, & acetabula quæ primò conſpicua fuere, ſubindeq; minora redacta abolentur, atq; ex to-
to obliterantur, partus aliunde tum alimoniam, tum euentationẽ quæritans, ad exitum ſeſe conuertit &
B parat. Hoc ipſo tempore mulieribus vehementiſsimi labores, & multas quidẽ in partes, in alterutrũ fe- *Ariſtot. lib. 7.*
mur plurimis, alijs in lumbos, quæ vix pariunt: quibuſdam in imum ventrem, quæ facilius, incumbunt: *de hiſt. anim.*
Iiſq; potiſsimum, quæ ſtabiles & ſellulariæ, & quibus nõ bona latera ſunt: quibus etiam ſpiritus retinen *cap 9.*
di facultas aut nullo modo aut triſtius ſuppetit, incidunt. Quos cũm primum mulier pręſenſerit, dictam- *II.*
ni folia ex aqua præclare dantur, vnius oboli pondere. Si etiamnũ emortui in vtero infantes fuerint, ſine
puerperæ vexatione protinus reddi conſtat. Simili modo Pſeudodictamnum, ſed tardiùs prodeſt. Cy-
claminos adalligata, ciſanthemos epota: item betonicæ ſcobes ex aqua mulſa eundem præſtant vſum.
Omnia proinde hæc, atq; ſcordotis ſucci drag in aquę mulſæ cyathis quatuor partus accelerant. Cinna-
momi etiã & caſtorei, myrrhæ, ſtyracis, ſauinæ, ſingulorũ ſcrupulus ex melle vtiliter lingitur: à linctu ho-
ra, boracis mineralis ex albo temeto odorato dragma rectè ſorbetur. Ex ſorptu (ni partus eijciatur) ge-
minis horis croci dragmæ binæ ex mero albo cõmodè bibuntur. Abdomẽ * artanitæ ſucco illinire mirè ** cyclamini.*
prodeſt. Aſparagi radix femori alligatur. Quæ omnia, ne ſanguis immodicè effluat partu enixo abijciẽda
ſunt. Quin & ex eiectis capillus illigatus celeritatem facit. Partus etiamnũ acceleraſſe (ceu verò id verũ *Ridendum.*
eſſet atq; nõ fabuloſum) produnt, ſi vir ex quo quæq; cõceperit, cincto ſuo ſoluto fœminã cinxerit, dein
ſoluerit, precatione adiecta ſe vinxiſſe, eandem & ſoluturũ, atq; abierit. O rem (vt reor, nec hallucinari
puto) ſpectatiſsimã riſu, vix enim talia magorũ commenta ſeriò complecti contingit. Nec ſecius diffici-
C les partus confeſtim ſolui autumant, quopiã tectum, in quo ſit grauida, lapide miſsiliue, ex ijs quæ ſin-
gulis ictibus tria animalia, hominẽ, aprum, vrſum interfecerint, tranſmittente: Quid ni vitæ remedia in
millium millibus annorũ non reperta demonſtraſſe irridere eſt? Identidem velitarẽ ab hominis corpore
euulſam haſtã (modo terrã non attigerit) illatam probabilius moliri: Adipe ex hyenæ lumbis ſuffiri dif-
ficulter parientes, & quàm mox parere. Quomodo & eiuſdem læuum pedem parturienti ſuperlatũ fu-
nebre exiſtimant. Ex aduerſo, dextro illato, perquã facilè ocyſsimeq; eniti. Idem & ijs ex illius ſpina oſſa
ſalutaria cenſentur. Chamæleontis lingua adalligata, puerperij pericula tollit. Eundem quoq; parturien-
tibus circa domũ ſalutarem aiunt: Sin domibus inferatur, pernicioſiſsimũ prodidêre. Carnes lupi ediſſe
parituris prodeſſe ferunt: aut ſi parere incipientibus, qui adederit, iuxta ſit: contrà, eundem ſuperuenire
exitioſum. Lacte ſuis poto cum mulſo, mulierum fœturæ adiuuantur: atq; fimi è mare boue ſuffimento,
Membrana è canum ſecundis (ſi tellurem nõ pertigerit) partus euocat. Quæ anſerinũ fimum cum aquæ
cyathis duobus ſorbuêre, aut ex vtriculo muſtelino per genitale effluentes aquas, facilius eniti credun-
tur, guſtatu quidem turpe probroſumq;, effectu verò perquam vtile. Cochleæ in cibo ſumptæ accelerãt
partum. Amphisbæna vel mortua idem pręſtat. Anguiũ ſenectus lumbis ſuperilligata, protinus à puer-
perio remouẽda. Dant & in vino bibendam cum thure, alioquin ſumpta abortũ ciet. Baculus quo angui
rana excuſſa ſit, parturientes adiuuat: atq; penna vulturina pedibus ſubiecta. Item ſiluri ſuffitu, præcipuè
Africi, faciliores partus fieri dicuntur. Mirum & quod de torpedine inuenimus: ſi capiatur cum luna in
D Libra fuerit, triduoq; aſſeruetur ſub diuo, faciles partus facere, poſtea quoties inferatur auxiliari. Et pa-
ſtinacæ radius adalligatus vmbilico, ſi viuenti ablatus ſit, ipſaq; denuò in mare dimiſſa, idem moliri exi-
ſtimatur. Vbi etiamnum partus ſtrangulet, cancri ex hyſſopo poti, præclarè adiuuant. Deinceps ijs au-
tem omnibus aut quibuſdam (vt cuiq; libitum fuerit) ita molitis, perſpicacis ingenij, ſpectatę intelligen-
tiæ atq; expertæ peritiæ obſtetrix aduocetur: cui non mox mulierem exurgere, in ſedeve collocare cura *Obſtetrix.*
ſit: at prius vteri oſtiolum, quod equidem cunctim dehiſcit, pertingat, ſenſimq; premendo minimũ digi *Gal. lib 3. de*
tum inigat, ſubinde iam (paulatim tamẽ) magis ac magis os dilatet: quod fatiſcere perpendens, * empla- *nat fa cap 3.*
ſtro de mucilaginibus ſuprà præſcripto capite ſeptimo vteri ceruicẽ (vt lubrica reddatur ac ductilis ma- ** linimento.*
gis, quo facilius partus exiliat) vberrimè illinat. Quam vbi induratã comperiat, bubulum fel, roſaceo ad
mixto inijciendum eſt, vellere foris cum reſina terebinthina impoſito, eximiè adaperiente. Quibus ad
eiuſdem tranſitũ hiantibus, grauidam attollere, in ſedeq; collocare confeſtim iubeat: atq; vt promptè in-
fantẽ expellere tentet, eidẽ blandis verbis perſuadeat. Eſt aũt munus id. quod ex ſe ipſa parturiens adij-
cit, non vuluæ (quandoquidem antea illius iam meminerimus) ſed muſculorum ventris, quos & ad ex-
cremẽta ſecernenda nobis cooperari inclaruit. Plerunq; verò diluta pallidiuſculaq; ſanies ſi fœmina na- *Prænotio ſexus*
tum itura eſt: cruẽta, ſi mas, pręfluit. Cęterũ maris ac fœmellę partus diſcrimine illo interſtingũtur: Quo- *in fætu prodẽ-*
niam huius partus tardior, dolores etiã continui ac perpetes, ſed obtuſiores: illius celerior ſimul & faci- *te.*
lior, ac acriores & longè moleſtiores dolores. Equidẽ per tẽpus id reſpiratio pariter atq; oſcitatio arceã.

** fœtũ enititur.* tur.etenim quæ oſcitauêre, reſpirauêreq́; difficiliùs enituntur. Quód ſi interea dum * vi retinere nititur A
** as ellebori albi.* coacta reſpirationem eruperit,difficillimè quidem: * At veratri albi puluiſculo naribus iniecto,ore naribusq́; apprehenſis,ſternuere cogatur.iuxta Hippocratis ſanctum:Mulieri quàm vitia vteri infeſtant,aut
5.Aph.35. *Suffitus.* quę difficulter parit,ſi ſternutamentũ ſuperuenerit,bono eſt.Sed ſi ob hęc infans minimè edatur,paſtillo infrà ſuffies.habet hîc myrrhæ ſemiunciá: Cinnamomi,galbani,caſtorei,ſingulorũ ſemidragmá: opopanacis dragmá·veratri nigri dragmas geminas: ex vaccino felle confice. Attamẽ ſuffitu non niſi vrgente neceſsitate(ne obuius partus ſuffocetur, quod plerunq; quibuſdam eueniſſe nos ipſi vidimus)vtaris. Primùm aũt aqua illa ſubter cuté(quàm antea cõmemorauimus) fuſa,puerperij motione membranulis
Partus legitimus. interſciſsis,effluit.Mox vetus ritu quidem naturæ in caput gigni mos eſt,quomodo pedibus efferri,brachijs quoq; ad coſtas & ad femora diſtentis,vtero inuerſo.ſecundisq́; interna euoluentibus,foras in lucẽ
Plinius lib.7. cap.8. Ariſtot. lib.4. de gener. anim.cap 9. venit In pedes ſanè naſcenté procedere (quod æquo arguméto Agrippas, quaſi ægri partus, antiquitas appellauerit) atq; in alias penè innumeras figuras, contra naturá eſt: propterea quod parté ab vmbilico ſuprà,puerperia impédió maioré inferiore obtineát:maiora aũt plus ponderis habét. Itaq; veluti in tru-
Fœtus viui; vel mortui dignotio. tina pendẽtes eò vergunt quò trahuntur.At quacũq; figura proceſſerit, an quod effuſum eſt, victurũ ſit: an in vtero præmortuũ ſpirans tantũmodo naſcatur, ſeptimá horam diſcernere diligentiores tradidêre. quandoquidé vltra hunc horarũ tractũ,quæ præmortua ſecernuntur aeris halitũ ferre neutiquá valeant. quem vbi quis vltra ſeptenas horas ſuperſtes ſuſtinuerit,ad uitá (alter ni fortè, qualis perfectum etiamnum, quis caſus excipiat) creatus intelligitur. Quemadmodũ & ſine ſpiritus hauſtu vltra eaſdem horas, B
ſine eſculentis vltra totidé ſoles (quibus accipiendis, & reddẽdis membra adiacentibus adſcitisq́; meatibus ſibi obſequuntur)maxima ex parte vitæ haud potiri obſeruantiſsimũ eſt, maxima ex parte adiecimus,quoniam nõ perpetuò id euenit.Nã quo magis ac magis admiremur,non modò homini ante diem
Obſtetricis officium. ſeptenum letalis inedia non eſt verùm,& vltra vndecimum pleroſq; duraſſe certum eſt.Porrò fœtu vitæ obnoxio,ſi ſecundę quoq; exciderint,vellere vmbilicus à ventre quatuor digitis citra doloré alligandus
** id eſt, curcuma.* eſt,ac ſuccida lana ex oleo calido imponenda, ſuperiusq́; præcidendus: cui * venæ citrinæ,ſanguis draconis,ſarcocolla, cyminum, vſnea,myrrha,pari pondere contrita,ſuperimpoſita vtiliter medentur. Quà verò deligatus eſt, cohæreſcit,ac pars iugis penitus decidit. Sed ſi copula amentumq́; diſſoluatur,puerperio ſanguine affatim effuſo protinus emoritur:quandoquidẽ infantem etiamnũ inter naſcendũ mortẽ obijſſe ſæpius intueri liceat:quippe cui imbecillo,antequam vmbilicus deuinciatur,ſanguis ſit plerunq; in vmbilicũ circaq́; ſuffuſus. Quanquam peritiores nonnullæ obſtetrices cruentũ ſuccũ intrò de vmbilico reprimũt,quo diligentiſsimè peracto,infans qui modo exáguis exanimatusq́; è vita excidebat,mox
Mirandum. rediuiuatur,recreatur, vitæq́; reſtituitur. Verũ & intercepto inter naſcendũ halitu (æquè quam ſanguinis profuſione) inſpirantẽ ac præmortuum infantem edi, columbarumq́; pulli roſtro (quoad quiuerit) pueri ano immiſſo,quo moriendo intus ſpiritus relinquatur, in illiusq́; vitá hæreat commuteturq́; mor- C
te,ſtatim liberari inter omnes conuenit:Mirabili ante cuncta contemplatione.Quaſi omniũ parens præ-
Secundæ educendæ. ſtantiſsima illa animæ auxilia ex anima alia eſſe voluerit. At ſi quando acciderit ſecũdas haud continuò cũ partu exijſſe,dum intus ipſæ,foris aũt infans extet: vincto vmbilico,ſuprà diſſecetur,atq; parte relicta
Sic etiam obſtetrices in Germania obſeruant. ſecundæ amento femori(ne introcedant)vinciantur.Demum ſecundas morátes præſidijs ijs,quibus & fœtum ac potiſsimum * ſternutamento, remedio quidem præſentiſsimo, quàm citiſsimè fieri quit, exe-
Sternutamentũ. rere extrudereq́; oportet. Cuius Hippocrates non ignarus inquit: Si ſecunda procidit,ſternutatorio appoſito nares & os apprehendimus. Sedulis itẽ ſuffitionibus liberaliùs admotis,enixá ab incómodo hoc
5.Aph.49. aſſerere nõ dubitamus. Quinetiá & panacis ſemẽ è vino potũ,appoſitumq́; cũ melle,pariter atq; eius radices appoſitæ,& ſecũdas extrahũt,& vuluas commodè perpurgát. Polemonia ex vino epota, ſecundas
Dictamnum. pellit. Cẽtaurij maioris radix deraſa & appoſita, ſecũdas & mortuos partus deijcit. At præcipua dictáno vis eſt,vt etiá tranſuerſos(nõ modò emortuos)partus & ſecũdas eijciat,& ne in prægnantiũ quidẽ cubiculũ inferendũ,quippe quod abortũ cieat:bibitur ex aqua foliorũ obolus.Nec potu tantũ,ſed & illitu,& ſuffitu valet.Quo præcipuo,dũ hæc ederemus,cuiuſdá mulieris ſecundá tribus diebus poſt abortũ mo-
** Maluis.* ratam,tandem diuino annuente numine,pepulimus. * Molochis & ariſtolochia, myrrha & pipere additis pota ſubditáve, & ſecũdas & intermortuos fœtus ciet. Ciſſanthemos epota ſecundas pellit.Mandra-
** Cantharides fortè: niſi quis Anthyllides malit.Sũt enim hoc nomine herbæ ſpecies duæ: à quibus tamẽ ſecũdas educi nõdum legimus.* goræ ſuccus appoſitus,daucum potum,vſum præſtant eundem.Scammoniũ potum vel appoſitũ.Eryſi- D
mon cortice ex aqua pota emortua & ſecúdas ciet.Item radix è geranio peculiariter ſuccurrit.Artemiſiæ radix epota partus enectos & ſecũdas extrahit. Eaſdẽ ramorũ decoctũ inſidentibus ciet. Item & foliorũ dragma pota.* Cantillides duæ in vino epotæ ſecundarũ moræ vtiliſsimæ ſunt.Haud ſecus leporis coagulũ ſecundas expellit,modo pridiana caueátur balnea:illitũ quoq; cum croco & porri ſucco vellere appoſitũ,prẹmortuos abortus. Eaſdẽ equinus lien ex aqua dulci epotus eijcit:itẽ vngulę ſuffitu,aut fimum aridum. Membrana caprarũ in aqua partu edito inueterata potuq́; ſumpta in vino, ſecundas pellit, atq;
Ad partus mortuos & purgationes. terreni vermes in paſſo poti. Succida lana impoſita ſubditaq́; mortuos partus euocat. Vngulæ aſininæ ſuffitæ partũ maturant,vt vel abortus euocetur,nec aliter adhibetur:quoniá viuentem partum ocyſsimè internecat. Cancris ad purgationes mortuosq́; partus cum quinis lapathi radicibus cum ruta, & fuligine,tritis & in mulſo potui datis Hippocratem vti proditum eſt.Deniq; verbenacæ radix ex aqua pota,ad omnia in partu aut ex partu mala præſtantiſsime cenſetur. Item & betonicæ dragma in vino cyathis
Ad vteri duritiem. tribus,contra omnia vuluarum vitia, quæ à partu fiunt rectè bibitur. At quoniam in immodicas à partu duritudines,infeſtiſsimosq́; dolores vteri aguntur,lupi adeps illitus, eos emollit,eorũ dolores iecur diſcutit.Aſininum ſeuum inueteratum,in vellere appoſitum, vuluarum duriciá mollit. Vitulinum etiá fel, ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſperſum. Caprarum fel, callum vteri, inſperſum. Duritias & collectiones,adeps anſerinus,aut cygni mollit.Nos pręſentanea inuenimus,ſquinanti decoctũ croco adiecto ſorbere:œſypiq́; ceratum,oleum liliorum remollitũ abdomini,à tergoq́; coxendicibus calfactum appo-
nere

A nere. Pleriq; verò nõ hoc ſane modo victura genitrice oriuntur, at iam enectæ parentis cęſo (vñde cæſones dicuntur) vtero gignuntur. Sicut Scipio Africanus, itidem & Manlius natus eſt. Infans verò, quẽ inter tot animaliũ genera natura nudum & in nuda tellure ad vagitus natali die abiecerit, mox quum exierit, nec antea, nempe quam egrediatur (tametſi cum difficulter foris caput, corpus totum intus fuerit) ab hoc lucis rudimento vocem emittit, flet, atq; vagitat, manus in os quam primũ ſerit: quippe quia ſupplicijs (ob hanc duntaxat culpam, quia natus ſit) vitam infeliciter infelicem auſpicetur. Sed quod mirũ eſt, & ætate noſtra nunquam uiſum, editum infantem protinus in vterum reuerſum, inter oſtenta enumeratum nõnulli (nec ignobiles) prodidêre. Exinde recrementũ (quod papauerculum vocitant) plus quam pro partus magnitudine, colore cruentũ, atq; admodũ atrum piceũmve deijcit: quamobrem quia valde tenellus eſt, muria pauci ſalis, cui admixta ſint coſtus, ſumach, fœnumgræcum, origanum, eundem, præter os & naſum, circumluere diligentiores iuſſêre. Demum lauatrix manu dextra, læuo brachio eius pectori adacto, eum prehendat, tepida aqua ęſtate, hyeme calida, meraciore generoſóve temeto, ouorumq; vitellis binis adiectis, à proluuie, quacunq;, nares digitis vnguibus excisis, perpurgando, anum minimo digito adaperiendo exquiſitè pelluat. Quod plerunq; bis aut ter in die (æſtu potiſsimũ) facere conducit atq; expedit. Deinceps verò læuigato linteolo madidũ infantem deſiccet, ſingula membra leuibus preſſuris afformet ac excultiùs effigiet. Veſicam, vt lotij egreſſus facilior ſit, deprimat: Leuibus pannis extẽſus, brachijs ad coſtas porrectis, obuoluatur. Inſtitisq;, capitio capite operto peruinciatur. In ipſius nares

Plinius lib.7. cap.9.
Exciſi ex vtero.
Infans natus flet, manus in os inſerit.
Infans in vterũ reuerſus.
III.
Infans recẽs natus quomodo tractandus.

B oleum conijciatur. Deniq; capite eleuato ſuper latus, quò melius pituitoſa materia ex capite expurgetur, cunabulo ſuauiter ſemicirculari motu quaſſo, ſuccentante quapiã, obdormiat: mellis per diem (primum ſcilicet) ſuctu contentus, nec niſi flenti propinetur. Demũ vſq; quò parentis temperatura priſtinæ naturæ reſtituatur, eundem nutrix infrà eligenda, interdiu bis aut ter lactet. Tantiſper enim puerperæ lac in pumicis modum coit, quod coloſtrum appellatur, ac propterea infantes qui hoc lactauerint coloſtrati: ſed ijs nutricis potius lac exhibere conuenit, quando matris exitioſum ſit. Subinde maternum lac potiùs ſugat: quippe quod alimoniæ, qua dum in vtero infans erat, alebatur, perquam ſimile exiſtat: muliebria nanq; in vbera delata concoctione lactescunt, & ob id eidẽ vel maximè conueniens: quod etiamnum quotidiano experimento compertũ eſt, propterea quod maternis mãmillis puerperij ori admotis, alliciatur, ac deniq; quæq; eidem officerent, arceantur. Etenim à partu purgationibusq; lactis copia excitatur, adeò vt pleriſq; non modo de papillis, ſed & paſsim per vbera, aliquibus etiã per alas, effluat: in poſterum quoq; quoties nec concoquatur neq; exeat, ſed redundet ſupra modum ſuccus globuli obdureſcunt intumeſcuntq;. Quas murinũ fimum aqua pluuia dilutum, reficit. Eaſdem à partu adeps anſeris cum roſaceo & araneo cuſtodit. Mammis puerperio vexatis, otidum adipem vtilem eſſe inuentum eſt. Anſerino adipe mammis perunctis dolores mulceri exiſtimant. At vbi lactis putreſcentis vbertate atq; affluentia mammillæ rubore ſuffuſæ obduruerint inflammenturq;: quod die tertio omnibus maxima ex

IV.
Coloſtrum.
Maternum lac præfertur.
Ad mammillas.
Ad mammillas inflammatas.

C parte obuenit. Muricum, vel purpuræ teſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Atq; aduerſum eas quę eam fortunam inciderint, pleriq; medici ſe medicos non inueniunt. Ego certè ſcio (pace ac venia dicere liceat) rarò quampiam, quæ ſe illis crediĩdiſſet, huic peſti ereptam. Verum ita nos eius curationẽ ijs quæ infrà perſcripta ſunt intra quartum diem expediuimus, abrotoni, mentæ, apij, ſingulorum manipulus: pſyllij, acaciæ, gallarum, omnium vncia: cymini ſemiuncia: radicum altheæ manipuli bini: caſtorei ſemiuncia: ſeminum lini vnciæ tres: radicum braſsicæ rubræ vſtarum dragmæ tredecim: cancrorum fluuiatilium exuſtorũ totidem: hæc quũ in aqua mentæ quod ſufficit ſubferbuerint, donec pars tertia deceſſerit, mammæ ſæpius foueantur. Mox à fomento emplaſtro tali illinantur, acaciæ vnc. tres: cyclamini vncia vna: mucilaginis ſeminum lini, mucilaginis pſyllij, ſingularum vncia vna, ex ſucco apij quod ſufficit, emplaſtrum molle confice, ſubinde tempore procedente, ſandaracha, myrrhaq;, adijciendæ ſunt, ſandaracha præponderante: quæ ſi mammas obdurent, fotu florũ maluarum, ac radicum altheæ ex aqua fontium, ad tertias decoctarum præſtanter ſuccurritur. Hercules à partu ob dictas cauſas duriciã ijs accidere in confeſſo eſt. Quandoquidem vbera tota fungoſa extent, adeò vt ſi caſu aliquo pilum mulier poculo hauſerit: dolor in mammis (quod malum pilare vocitant) nimirum moueatur, neq; aptiùs ſedatur, donec vel ſponte, vel mulctra preſſus pilus egrediatur. Cancri etiamnum fluuiatiles illiti, vel marini pilos in mamma, vel muricum carnes appoſitæ tollunt. Sed quoniam natura nõ ita fert, vt ſuccus idem pluribus

Experimentum.
Fomentum.
Emplaſtrum.
Pilare malum.

D vnà locis erumpere poſsit, hinc quandiu è mammis lac emanauerit, magna ex parte menſtruę purgationes aſtringũtur, aſsiduè dixerim, haud perpetuò, quando & iam quibuſdam lactantibus (vt nos ipſi nouimus) muliebria proruperint. Lac autem donec mulier conceperit aſſeruari, tum autem deſinere atq; aboleri, tam in homine quàm in quadrupedũ viuiparo genere inclaret. Quanquã fœminis partum alentibus ſi ex eodem viro rurſus conceperint, lac minimè corrumpi, Nigidius autor eſt. At ſi quid (vtpote quia lac integrum non ſit, aut quia parens vieta, languida, aut nobilis admodumq; delicioſa ſit) matrem puerulum lactare inhibuerit, nutrix eligenda eſt, cuius ætas inter vigintiquinq; & trigintaquinq; annos: ſit viuidi coloris, fortis ac robuſti colli, pectoroſa, muſculoſa, duræ ac multæ carnis, non obeſa, non gracilis. cuius etiam mammæ ſolidę ac firmę ſint, mediam magnitudinẽ modicamq; duritudinem obtinentes, quibus lac plurimum ſit, odoratum, candidum, perdulce, æquabile, neq; admodum craſſum, neq; tenue: cuius ſuper vitreum vmbonem rectè probatio fit, ſi neq; prorſus fluet neq; vmbone reclinato omninò conſtet: aut ſi in vaſculo illius portio emulgeatur, myrrhæ tantillo adiecto, ſero pariter atq; caſeo pars æqua detur. Probatiſsimum etiam ſi in vngue hæreat, nec defluat, atq; quod à partu quadraginta & quinq;, ſexagintàue ſolibus abſceſſerit. Si mare iuſto partu illa pepererit, neq; abortiri aſſueta. Si laudatorũ morũ extiterit, quę nec ocyſsimè animæ paſsionibus afficiatur, neq; penitùs obtuſi ſenſus aut ſtolida ſit. (quæ lactare prohibent.) Quæ nihilominus admonenda eſt, ne concũbat: vt probatis cibarijs veſcatur: vt quaq; vice ante lactationẽ partui mellis pauxillũ ex pauco vino lingẽdũ tribuat: itẽ vt lactis q̃c

Quãdiu lactãt, ſiſtũtur purgationes.
Lac corrumpitur poſt conceptionem.
Nutrix eligẽda.
Lactis probatio.

quàm mulgeat,vt mámulæ preſsione puerperij ſuctioné iuuet,ne fortè vehementi ſuctu,& gulæ inſtru- A
menta oblædantur,& malarũ oſſa luxentur,quod ſæpius cõtingit:vt ſingulis lactationibus,non vberem
Ad lactis defe-ctum. lactis copiá,ſed parcá exhibeat.Quod ſi defuerit remedia adhibenda ſunt.Nam ſuillũ lac potũ, deficien-
tia puerperarum vbera mirè replet. Aſininus lien inueteratus ex aqua illitus mammis abundantiá præ-
ſtat.Terreni vermes cum mulſo poti lac deuocát: atq; perdicis oua ſorptui data mulieribus, Glauciſcus
è iure ſumptus, & Smarides cum ptiſana ſumptæ, vel cum fœniculo decoctæ, lactis copiá faciunt. Item
cancri cum lapatho & apio in iure cocti vbertatem præſtát. Ijs itaq; obſeruatis,puerulus & bene habebit
Ad vmbilicum infantis. & cõmodè lactabit. Quo tempore lacteas & albidas deiectiones egerit. At cum vmbilici exeſa vellere
pars ceciderit,quod poſt tres aut quátuor dies iugiter accidit,cochlearum cinis vtiliter imponitur. Oſſa
Comitialis puerorum. etiam ex vngulis vituli,aut plumbũ cremata eundẽ præſtent vſum. Cõuulſione pleriq; ac præcipuè cor-
pulentiſsimi habitiſsimiq;,& lacte copioſiore craſsioreq; veſcentes,atq; aſtrictas aluos habentes (quip-
V. pe qui ſacietate vexentur,& recrementis ſcateſcant) ac potiſsimũ plenilunio,corripi aſſolent. Quo mor-
bo omnes fermè ante ſeptimũ ſolem pereunt:ob id die ſeptimo (ijs ſuperſtitibus) tanquam eorum ſalu-
ti magis credamus,nomina imponuntur. Proinde iecur aſini panace modica admixta,in os inſtillatum à
comitialibus morbis & alijs quadraginta iugiter diebus factitatũ, puerperia tuetur. Cerebrũ capræ per
annulũ aureum traiectũ, priuſquá lac detur infantibus, cótra comitiales cæteroſq; infantiũ morbos in-
Riſus. ſtillatur. Cæterum præcoxillis riſus atq; celerrimus, lachrymæue ante quadrageſimũ ſolem maxima ex B
Lachryma. parte haudquaquam conceduntur,quanquá die eodem quo ſatus eſſet,Zoroaſtrem vnum riſiſſe lectita-
Plinius lib 7. cap 16.& 19. Solinus Poliĥ ca. 4. Auguſtinus lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 14. uimus,ſicuti & Craſſum,Craſsi in Parthis intereinpti auum:ob idq; Agelaſtrũ appellatum,nunquá riſiſ-
ſe ferunt,quomodo & plurimos nunquam flêſſe:alios quoq; multos,quod mirum ſit,maximæ ſapientiæ
autores,veluti Socratem,Diogenem cynicum.Heraclitum eodem ſemper vultu nec aut hilari magis aut
turbato (quales apathes Græci cognominant) extitiſſe. Qui ſanè animi tenor in rigorem quendam natu-
ræq; duram atq; inflexibilem toruitatem ſummopere exit,humanos etiamnũ affectus proculdubio adi-
mit. At quoquo modo res ſe habeat, ſi ante quadrageſimũ diem riſus eruperit,ominoſum id atq; timoris
plenũ vulgò iudicatur. Cuius temporis partem plurimá obdormiunt. Etenim homini animaliũ vni per
aliquot menſes ſomno confeſtim genito premi ſopiriq; datũ eſt, ſubinde iam longior indies inſomnia.
Inſomnia. Somniare etiamnum eos cominus compertum eſt. Nam & pauore expergiſcuntur & ſuctum imitantur,
pleroſq; verò nunquam, quibus exitiale contra ſomniorũ aſſuetudinem indicium fuiſſe multorũ exem-
Palpitatio cerebri. plis veteres inuenêre. Inſuper recens natis vertex adeo mollis eſt,vt cerebrũ palpitare perpendatur,qui
ſane ſerius duratur. Quinimo Zoroaſtri ita palpitaſſe,vt impoſitá manum valentiſsimè repelleret,futuræ
VI. ſcientiæ præſagio,cõſtat. Pueris primores ſeptimo menſe dentes gignũtur,priuſq; ijs ſuperiores.illis in-
Dentitio. feriores,at omnibus ferè prius parte ſupera,haud dubium eſt. Ex quibus qui primus ceciderit,vt terram
Plinius lib. 11. cap. 37. nó attingat,in armillam incluſus,in brachioq; aſsiduè habitus,muliebriũ locorum dolores efficaciſsimè C
Plinius lib. 28. cap 4. prohibet. Septimo eoſdem anno decidere, ac alios ſuffici dilucet. Quoſdá & cum dentibus (tametſi ra-
renter) naſci,ſicut Marcum Curtiũ (qui ob id Dentatus cognominatus eſt) & Cn. Papirium Carbonem
Idem lib. 7. cap. 16. præclaros viros, inclaret. Id quidem in viris mali fuiſſe auſpicij antiquitas negauit. At in mulieribus ea
res infauſti ominis atq; inauſpicati exempli regum temporibus extitit,quando Valeriá ita natam ciuita-
ti Seſſ-piæ,ea tempeſtate florentiſsimæ,in quam deportata fuit,aruſpicum reſponſo vaticinante,veridi-
co exitio fuiſſe, digniſsimi autores ſcriptitauerint. Aliqui etiamnũ dentium vice oſſe continuo ſuperna
Dentium numerus. oris parte gignuntur,ſicuti Pruſiæ regis Bithynorũ filium fuiſſe tradunt. Sed ex dentibus quaterni primi
quia ſecát * temnici à Græcis nominantur,ij exinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur.
τμῆς. Vltra quos vtrinq; ferè maxillares ſeu molares quaterni ſunt, præterquá in ijs,in quibus tres vltimi, qui
ſerò gigni ſolent, nó increuerunt, horũ vtrinq; bini caninis proximiores,columellares vocitátur. Quare
viceni omnes erũt. Ex quibus primores ſingulis radicibus maxillares vtiq; geminis,quidem etiamnum
ternis quaternisue nitũtur. Atq; ex radice eadẽ in pueris nouus (altero deciſo) dens ſubit, qui multo ſe-
pius prioré expellit. Interdũ verò aut ſuprà aut infrà eum ſeſe oſtendit. Sed non deſunt,quibus tricenos
binos viris dentes attribuêre, fœminis numerũ minorem (excepta turdulorũ gente) placuerit. Quibus
Ad facilitandã dentitionem. nó plures fuêre,lõgiore vita promitti ſpatia putát. Quibus aũt in hoc primo dentitionis rudimento,im-
patientiſsimis difficulter naſcũtur,ijs qui dentes,qui primi cadũt,alligati facilem (efficacius ſi terram nó D
attigêre) dentitioné præſtant. Lacte caprino,aut leporino cerebello adipeq; gallinaceo,gingiuæ perfri-
centur,cerebrũ pecudis in vino potui detur. Dentiũ delphini cinis ex melle gingiuis illinitur. Eius quo-
que dente gingiuæ tanguntur. Caniculæ dentes eundem habent effectũ. Infantibus tamen nihil butyro
vtilius per ſe & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dens quoq; lupi
adalligatus infantium pauores (quos etiam lapis ſtellatus arceat) dentientiq; morbos prohibet, quod &
lupina pellis præſtat. Cinis caninorũ dentium cum melle pueros tardè dentientes adiuuat. In cochlea-
rum corniculis arenaceæ durities inueniuntur,eæ dentitioné adalligatæ facilem reddunt. Cerebrũ vipe-
ræ pelliculæ illigatum. Ad idem & ſerpentiũ grandiſsimi dentes valent. Bouis capiti lapillum ineſſe pro-
dunt,quem ab eo expui ſi necem timeat, inopinatis tamen, capite præciſo exemptũ adalligatumq; den-
titioni mirè prodeſſe: eiuſdem cerebrũ ad eundẽ vſum alligari iubent. Limaciſq; lapillum oſciculũmue
in dorſo offenſum. Dehiſcentibus gingiuis,caput & collum oleo ex aqua calida abluto fricentur. Oleum
inſuper in aures guttatim rectè inſtillatur. Subinde ireos radix commaſticata dolores ac vlcera inhibet.
Morbi ex dentitione & remedia. Os melle & ſale collutum eoſdem mirè arcet. Deniq; liquiritiæ ſuccus in ore contineatur. Plurimis hoc
tempore puerili morbis obnoxij ſunt, qui cũm vexantur non vno genere ſæuiunt, ſed & febri, conuul-
3. Aph. 24. & ſeqq. ſione & alui fluore,& id genus reliquis morbis,quos Hippocrates internoſcẽs inquit: Per ætates hæc ac-
cidunt paruis & recens natis puerulis,vlcera oris,vomitus inſomnia,pauores,inflammationes vmbilici,
humores auriũ. Quos impauidos proculdubio aſinina pellis iniecta facit. Paulò ætate progredientibus,
quum

A quum dentire incipiunt gingiuarum prurigines,febres,conuulſiones,alui fluores longi, maximè quum
caninos edũt,& ijs potiſsimũ pueris qui corpulentiſsimi ſunt,& aluos habent aſtrictas, ij leporis coagu-
lo illito vbere,mirè ſiſtuntur: caprinum quoq; fimum inquietos infantes panno adalligatum, maximeq́;
puellas cohibet. Adultioribus iam tonſillæ,vertebræ in occipitio, ſiue luxatio in partẽ interiorẽ, anhela-
tiones,calculi,lumbrici teretes,aſcarides,verrucæ,ſatyriæ,ſtrumæ,& reliqui abſceſſus,ſed præcipuè quę
enumeraui. Plurimi verò affectus puerilis ætatis iudicãtur,aut intra quadrageſimũ diem,aut intra ſepti-
mum menſem, aut intra ſeptimum annum, aut quum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint, nec
ſolui potuerint pubeſcenti,aut fœminæ quum erumpunt menſtrua,ij conſeneſcere aſſolent. Quibus ſin-
gulis affectibus proprijs medicaminibus paſsim ab autoribus deſcriptis proculdubio medemur. Sed &
nobis quoq; de omnibus ijs ac cæteris toto vitæ lapſu ab vnguiculis cunabuliſq́; miſerrimo animalium
homini euenientibus,ſeorſum fuſiore vberioreq́; tractatu poſt hæc ſumma cura ediſſerendũ eſt. Quan-
quam medicinæ tot, contra tot mala generis humani excogitatæ, ſubinde quoq; nouitatibus uictæ ſuc- *N. Hominis miſeria.*
cumbunt. Summæ hominum infœlicitatis indiciũ. Vni hercule animantiũ protinus ab initio luctus da-
tus eſt vni lacrymæ,vagitus: vni ſponte ac ſine doctrina nõ aliud quàm flere didiciſſe: vni flenti mox na-
to,cæteris imperaturo,manibus pedibuſq́; deuinctis iacere: vni alienis opibus velari: vni innumeros &
nouos quotidie,omni æuo priore incognitos,cęcos ſentire morbos: vni tot periculorũ generibus quati,
tot metibus torqueri,tot curis exterminari: vni toties (vt nulli frequentiùs ſit votum) mortẽ mœſtè in-
B uocare: vni fragiliſsima vita: vni nocturnæ quietis æſtimatione,dimidio (quippe cùm æqua,morti ſimi-
lis pars exigatur,aut pœnæ niſi quies contigerit) vitæ ſuæ ſpacio viuere. Quáuis ex omnibus bonis quæ
homini tribuit,nihil eidem melius vitæ breuitate ac tempeſtiua morte, in qua certè id optimũ,quod illa
ſibi quiſq; conſciſcere quiuerit,natura præſtiterit. Quapropter hoc primum quiſq; in ſui remedijs animi
celebret: quandoquidem naturæ munus (boni quantulũ dari videatur illi) incertũ ac fragile nimirũ ſit,
malignum etiamnũ & breue, cui largiſsimè obtigit. Sed quid quod bona malis (etiã pari numero) paria
haudquaquam ſunt. Nec immenſa lætitia vllo minimo mœrore penſanda eſt. Quamobrem ſi verum fa-
cere iudicium,ac omni fortunæ ambitione repudiata,ſincerè,rectè,iuſteq; decernere velimus, Mortaliũ
nemo felix eſt. Quibus iure eorũ decreta comprobentur,qui non naſci,aut quam ocyſsimè aboleri,opti-
mum cenſuêre. Heu vana & imprudens mortalium diligentia! Heu dementia! Heu inquam ſumma mor-
talium dementia, exiſtimantium, ad ſuperbiam, luxuriam, ambitionem, auaritiam, immenſam viuendi
cupidinem,gulam,ſuperſtitionem,ſepulturæ curam, rerum libidinẽ,rabiem, ſæuitudinem, ac deniq; ad
hominum mala ſeſe genitos eſſe! O ſtolidam infelicitatem! ô vanam mortalitatẽ, & ad ſemetipſam ſedu-
cendam, (quippe quum mortalium nemo omnibus horis ſapiat) procacem atq; nimium pronam! ô vti-
nam falſa,futilia,atq; irrita hæc & non à vate dicta ſæcula noſtra iudicent!

C
1 *Prolis cauſa.*
2 *Tum cum parentibus,tum cum alijs,ſimilitudinũ.*
3 *Numeroſitas vno enixu partuum,atq; eiuſdem cauſa.*
4 *Ac præterea ſuperuacanearum deficientiumq́; partium.*
5 *Demum partus prodigioſi nonnulli.*

CAPVT IX.

SED quam ob cauſam mares & fœminæ edantur,& alij parentibus mares maribus,fœminis fœminę:
alij è diuerſo,matri mares,fœminę patri,deniq; maioribus ſuis alij,alij ſuorum nemini,idq́; tum cor-
pore toto,tum partibus ſingulis,ſimiles gignantur, diligentiores diligentiſsimè exquiſiuère. Quorũ
omnium cauſas, non minore nos diligentia explicare conabimur. Quoniam verò neq; omnibus id ge-
nus accidentibus puerperij formæ obnoxia natura repugnat, neq; omnibus acquieſcit vt facilè ſecerni
queat, quæ ex ijs ab ſe abdicet ac velut profana ab ipſo ſacræ conceptionis veſtibulo eliminet, quæue
etiamnũ ſæpe ac libenter admittat,diuiſionũ gradibus, contemplandũ perpendendumq́; erit. Inde orſi,
quod maris genitura vim, quæ in eo ſunt membra,quoad ſubſtantiam procreandi primùm obtinet: de-
inceps verò accidentibus eiſdem affecta: ſubinde, quia mas maiorum ſuorum ſugillationem ſeruauerat,
ſeminale recrementũ,qualia illis fuêre membra,generare quit. Demum quia ab homine deciſum,homi-
D nis fabricationis compos euadet. Pari vſu & de fœmellæ prolifico ſemine diſſerendum. Horum hercule,
primum à ſemine,qua maris eſt: ſecundũ ab eodem,quà huiuſcemodi membrorũ lineationum effigiem
ac accidentia talia præ ſe ferentis: tertium vt proſapię huius: quartum vt talis ſpeciei,quia humanæ,pro-
ficiſcitur. Nec tamẽ talia pro harum (quas genituræ motus appellare liceat) virtutũ duntaxat arbitrio, at
ſecundum horum motum leges,ſubiectæ materiæ affectionibus reſpondentibus,gigni arbitrandũ. Quo *Mas gignitur patri ſimilis.*
fit vt ſi maris genitura,fœminæ geniturã viribus ſuperauerit,materia non reluctante,marem patri ex to-
to ſimilem gigni indubitatum ſit. Hinc pleriq; eorum quæ in patre ſunt, ſignorũ, vt næuorum, verruca-
rum,cicatricumq́; & id genus reliquorum,in eadem prope dixerim parte geruli eduntur. Quin etiam ex
mancis truncíſve, manci ac trunci, vt, verbi cauſa, ex claudis claudi, cœci ex cœcis, eadem ratione pro-
deunt. Contrà ſi fœminæ prolificum ſemen, annuente moremq́; gerente materia, maris geniturã ſube- *Fœmella gignitur matri ſimilis.*
gerit,fœmella matri perſimilis in lucem veniet. Quòd ſi maris ſemen ſuperetur, haud ſanè plurimum; &
parte altera materiæ diſpoſitio ad maris membrorũ ſubſtantificam formã pariter atq; accidentalẽ ſuſci-
piendã procliuis magis impendioq́; obſequibilis ſit, puerperiũ patris & ſexũ & effigiẽ præ ſe ferens gi-
gni operæpreciũ eſt, quandoquidẽ duo illa etſi imbecilla longè plus quàm ſola matris genitura, ad hoc
cooperetur. Sin fœmineo ſemini id acciderit,cõtrariũ cõtingit. Si verò maris genituræ motus,quà maris *Fœmella patri ſimilis gignitur.*
eſt, ſuccubuerit, quà verò mas talia accidẽtia obtinet,ſuperauerit, fœmella patris effigiem repræſentans *Fœmella auo ſimilis paterno:*
generabitur. Quod ſi neq; adhuc,quà taliter affecti, ſed quà proſapiæ huiuſcẽ,quæ auo ſimilis ſit,redde-

Famella neutri parentũ ſimilis. Mas auo paterno ſimilis.

tur. Deniq; ſi etiamnum, nõ vt proſapiæ huius, ſed quà hominis, nec fœminæ ſeminale recremẽtũ duabus (primam excipio) reliquis viribus vicerit, nec patri neq; matri, neq; maiorum ſuorum alicui, at homini duntaxat nata aſsimulabitur. Fieri etiam quit vt ſeminis motus, quatenus maris, ac huiuſce proſapiæ eſt, dominetur, at quatenus hominis, horum accidentium, huius figurę imaginiſq;, neutiquam ſuperet. Quocirca (modò ne fœminæ in ijs motus vicerit) creati maris ſimilitudo in auos degenerabit. Iam enim tale quiddã vel tertia prole poſt rediuiuens regeneratũ eſt. vt cum quidã ſuo in brachio notã haberet, nõ hanc filius, ſed nepos, ea præciſe corporis parte nigriciem quandam habens, prodijt. Quòd ſi neq; in auos degeneret, in hominẽ ſaltem, ſiquidem, quà hominis motus ſeminis, nec alioquin ſuperarit. Pari modo vel fœminis euenit, eiſdẽ prorſus cõbinationibus obſeruatis. Aut enim ſeminalis recremẽti, quatenus fœminæ eſt, poteſtas ſubdominatur, in cæteris verò dominatur, quapropter mas matri ſimilis generatũ iturus eſt. Aut neq; quà talibus affectæ, ſed quatenus huiuſce progeniei. Vnde auorũ matris ſimilitudinẽ adeptus mox orietur, indicio eſt. Niceus nobilis poeta, qui adulterio Æthiopis nata matre nil à cæteris colore diſsidente Æthiopẽ auũ regenerauit. At nõ niſi quà hominis genituræ motus ſuperat, nec viri parte altera genituræ vis, in ſui auorũmve ſuorũ effigiẽ decubit, & ob eam rẽ mas, hominis ſpeciẽ nactus prodibit. Hinc itaq; mulieres quaſdã ſibi ſimiles partus perpetuo parere, quaſdã viro, quaſdam aut ſuis, aut viri auis, quaſdã eorũ nulli, quaſdã fœminã patri, marẽ ſibi, accipias licebit. Quinimò pręter hæc, ſimilitudinũ quoq; reputationem in mentem eſſe (vtpote in qua multa fortuita pollere credantur) memoria rerum, quæ viſæ auditæ ue fuère, imaginibus ſub conceptu hauſtis, compertum experimento habemus. Vnde vtriuſlibet maris ſcilicet ac fœmellæ ſubitò animo trãſuolans uagaq; excogitatio, ſimilitudines effingere aut miſcere (nec ab re) exiſtimandũ. Ac propterea plures humano generi, quàm cæteris omnibus animalibus ſimilitudinũ differentias accidere par eſt. Quandoquidem cogitationũ velocitas, animi celeritas, necnõ ingenij varietas, multiformes multiſq; modis notas nimirũ imprimere, confiteri neceſſum ſit quod nõ minus quotidiano vſu id obſeruantibus, ac pręterita ſæcula intuentibus inclaruit, Artemonis plebeij argumento, vſq; adeò regi Antiocho iam necato ſimilis, vt Laodice regia coniũx per eum commendationis, ac regni ſucceſsionis munus eleganter peregerit. Non deſunt etiamnũ. Vibius è plebe & Publicius ſeruitute liberatus, qui Pompeio (probum illud os, illumq; eximiæ frontis honorem, elegantiã præferentes) indiſcreta propemodũ ſpecie perſimiles extitère. Qualis quoq; cauſa, prius eius parenti Menogenis coqui ſui, tum in reliquis, tum etiam in oculorũ vicio eidẽ ſimillimo cognomẽ indidit. Quę & Scipioni Serapionis, à Serapione victimarij negociatoris ſeruo nomẽ impoſuit. Rurſum Suræ proconſ. non modò integerrimam indolem, verum & loquendi rictum, linguæ contractionẽ, ſermoniſq; tumultũ ac feſtinationem, incredibile dictu in Sicilia piſcator quidam retulit. Cæterum ijs quoq; omnibus cauſis, & in geminis parentum ſimilitudines effinguntur. Ex geminis nanq; alterum patri, alterum matri, & hos quidem ambos patri, hos verò matri, hos eorum nemini, ſimiles fore conſpicuũ eſt. Plurimis nanq; locis, & maxima ex parte, mulieres ſingulos ſingulæ, duóſve pariunt. At ſolis nonullis vt in Ægypto, vbi fœtifer Nilus potus, idipſum ſuapte natura impertit, & geminos & ter geminos, & bis binos naſci, & plerũq; plures certũ eſt. Vt etiã Fauſta è plebe, mares duos, fœminas totidẽ enixa eſt. Sed & quinq; iãq; hoc pluribus eueniſſe, exploratũ eſt, quãdoquidẽ mulier quædã viginti puerperia partubus quatuor, quinos partubus ſingulis enixa, ediderit, atq; eorũ maior pars enutriri & adoleſcere quit. Aliã inſuper duodecim partubus, ſexaginta infantes peperiſſe inuentũ eſt. Diuo Auguſto imperãte, eius quędam ancillam in agro Laurẽte quinq; pueros (qui paucutos vixerint dies) in lucẽ emiſit. Et in Peloponneſo binos quater alterã enixam, maiorem partem ex omni eius vixiſſe enixu, proditũ eſt. Pari vſu & in Ægypto ſeptenos vno vtero ſimul genitos eſſe. Equidem cũcta hæc vbertate atq; affluentia ſeminalium excrementorũ accidere, neminẽ latet. Quomodo enim hominis cuiuſq; perficiendi, tum ad maius, tum etiam ad minus certa magnitudo extet, quos quidem terminos, vt vel maior vel minor euadat, neutiquã ſupergredi poſsit: ſic & ſeminalis genituræ haud indefinita eſt materia, ex qua conſiſtat, quippe qui non ex quantalibet gigni queat. Qui igitur homines plus excremẽti, quàm ſatis ſit ad vnius homũculi fabricam ſecreuerint, ijs vt ex eo toto vnus dũtaxat formetur homo fieri nequit. Sed tot numero, quot in illis genituris debitę magnitudinis perſcribi poſſunt, generari operæpreciũ eſt: quandoquidẽ nec maris nec fœminæ genitura, plus quicquã minúſue, quàm à natura ſancitum ſit conſtituere valeat. Et ob eam rem, ſi aliquando tantum materiei mas & fœmina emiſerint, quantũ pro duobus ſuppetat, vincente quidem prorſus vi patris, geminos patri perſimiles procreatũ iri conſtat. Contrà vincente matris motu. Sin partim maris poteſtas ſuperet, partim ſuperetur, alterum patri, matri alterũ ſimilem gigni, nemo quiſquam inficiatur. At ijs vnum id adijciendum duxi: Quod geminis editis rarenter aut puerperæ aut puerperio, prætèrquã alteri vitam eſſe, diligentiores prodidère, ſin vtriuſq; ſexus gemini enixi ſint, rariorem vtriq; ſalutem. Inter paucos etiam ſi alter mas, alter fœmina fuerit, ambos ſeruari viſum eſt. Pari omnino modo, ſi vberem & pro tribus quatuórve, ac ſic deinceps materiã parentes ſuggeſſerint, iudicandũ. Similis fermè, immò eadem ſuperuacanearum agnoſcentiumq; partiũ, quæ & geminorum generationis, cauſa cenſenda eſt. Nam ſi materiæ plus quàm pro ipſius natura partis (vtpote quũ ſingulæ ſibi proportionatam materiæ partẽ vendicent) quãdo non ex partibus ſingulis ſingulæ condantur partes, acceſſerit: ſic proculdubio eueniet, vt vel pars iuſto maior euadat, verbi gratia, digitus, aut manus, aut viſcus aliquod, aut aliud ex cæteris membris, aut profectò cõceptu fiſſo, partes eiuſmodi plures exurgent. Quòd ſi iterũ plus quàm pro partium plurium natura materiæ ſubminiſtretur, plurès geminari partes opus eſt. Hinc nonnullos geminato capite, cruribuſq; geminatis, corpore ferè toto geminato, pleroſq; in lucẽ prodijſſe, haud fabuloſum eſt. Siquidem ſemel duos tergoribus iunctos imò potius tergore vno, pro duobus perſungentes fuiſſe traditum ſit. Qui etiamnũ viginti annorum tractu, moribus plurimũ differentes, vixerint. Quorũ alter, quum mortẽ obierit, alter tandiu ſuperſtes fuit, donec iam emortui germani corruptione,

Mas matri ſimilis.

Mas auo materno ſimilis. Niceus.

Mas neutri parentum ſimilis.

Plinius lib. 7. cap. 12. Valer. Max. lib. 9. cap. 15.

III.

Gemini, ter gemini & plures partus.

Plinius lib. 7. cap. 3. A. Gellius lib. 10. cap. 2.

Gemini alterutri parentum ſimiles.

Gemini plerũq; breuis vitæ.

IV.

Cauſa partiũ ſuperuacanearũ.

A B C D

A ptione, putrilagineve ac graueolentia, deceſſerit. Quomodo & Ægyptijs portentū, binis in aduerſa capitis parte ocellis hominem, ijſq; non cernentem, enutrire placuit. Quibus ſimili modo gemina habere genitalia datū eſt. ijs redundans pro huiuſce partis natura materia ſubminiſtrata eſt. Quod ſi paterni ſeminis motus partim ſuperarit partim ſubdominetur, hermaphroditos, olim androgynos vocitatos, ſexus vtriuſq;, inter ſeſe vicibus coeuntes, mamma dextra virili, muliebri læua, generari neminé præterit, modò ne rationis prorſus expers fuerit. Sin alterutrius vis dominetur, aut procerū genitale vnū, aut gemina, & hoc quidem agnatū irritum ſubinde per alimentū delitefcens, illud verò ratum, redduntur. De ijs enim perinde ac de toto ſentiēdum eſt. Nihil enim intereſt de toto, an de partibus & de extimis an de intimis diſſeramus, quibus mutationes atq; detrimenta accidere haud vnquam vllus dubitauerit hiſceritóq;: quando & in ijs, in cæteris quoq; animalibus, hęc nimirum explorata ſint. At quoniam ſeminalium excrementorum nonnunquam non modò pro vnius vel alterius partis natura: ſed aut minus, aut nihil prorſus ſuppeditatum ſuggeſtumq; ſit, ob id, ſicuti excedente materia partium exceſſus, ita deficiente, defectus fit: hinc ex integris, trunci gigni contingit, quomodo materia pro vnius partis natura, quæ tamen in parte minimè exiſtat, ſubminiſtrata, ex truncis integri procreātur. Quā igitur ob cauſam, alij pluribus quàm iuſtum ſit digitis, alij paucioribus: eodemq; modo in cæteris partibus, quæ aut excedant, aut deficiant. Quare etiamnum duplici genitali nonnulli, altero maris, altero fœminæ gignantur, qui monſtroſi partus nuncupentur, iam affatim dictum eſſe putamus.

Hermaphroditi.

Cauſa partium deficientium.

V.

B Sed de quibuſdā prodigioſis enixibus (qui non minus eueniant) quicquā adijciendum cenſuimus: in quibus pleraq; ſane quàm multis incredibilia viſum iri haud ambigimus. At rerum naturæ vim atq; maieſtatem in omnibus momentis (quopiam partes eius ac non vniuerſam animo complectente) aperta fide carere certo certius eſt, hinc complura neutiquam fieri poſſe, priuſquam facta ſint, adiudicantur. Quæ tametſi fide careant, admirationē tamen implent, coguntq; confiteri multum eſſe: quòd verò ſuperſit, nihil nō naturæ vi effici poſſe exiſtimantibus. Adeoq; ad hæc attonita antiquitas extitit, vt dictu quoq; penè incredibilia affirmaret. Quaſdam enim regionibus nonnullis Meridionalibus, animal viuens (quod feram cognominant, frequentiſsimum in Hiſpania vitium) genuiſſe mulieres compertū habetur. Quòd, ſi dum editur, terram parietésve caſu aliquo inauſpicatum animal id tetigerit, puerperę mortem veridico auſpicio, auſpicari extra omnem fortunæ aleam autumant. Quocirca priuſquā enitatur, loci illius in quo prægnās parturire debet, parietes ornamentis protegunt, tapeta & id genus reliqua pedibus, ſubſternunt. Demū Alcippem (dictu mirabile) elephantum peperiſſe, antiquitas prodidit. Deniq; mulierem & * ſerpentem etiamnum edere poſſe. Ancillæ cuiuſdam, quæ inter initia Marſici belli ſerpentem pepererit, indubitatum exemplum eſt, qualem in Vmbria extitiſſe Lucanus eleganter præcinit:

Partus prodigioſi.

Fera partus mulierum.

Plinius lib. 7. cap 3.

Elephas.

Serpens.

Lucanus.

——*Matremq; ſuus conterruit infans.*

C Hippocentaurum quoq; in Theſſalia è muliere natum, nataliq; die interemptum complures nouiſſe. Claudius Cæſar exarare nō dubitauit, cui rei argumento eſt Plinius ſecundus, vir alioquin ſummæ fidei ſummæq; autoritatis, qui ſe eiuſdem Claudij principatu ex Ægypto illi, in melle Hippocentaurum allatum vidiſſe teſtatur. Iis itaq; cōplēſſe iam iam miracula ſui natura poterat. Sed quanto plura reſtant, tanto quoq; mirabiliora cognitu. Non enim ab ijs longè abeſt, quibuſdam Indorum feras viris ineuntibus mixtos ac ſemiferos prodire partus. Sicuti alios caninis capitibus homines, ferarū pellibus velatos, vnguibus armatos, & venatum aucupioq; veſci, & pro voce latratū edere. Alios ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis naſci. Alios cauda villoſa, velocitatis eximię. Alios (quos Syrictas vocitant) narium loco foramina tantum præferentes, anguium modo loripedes eſſe. Sine ore alios, corpore vniuerſo hirtos, frondium lanugine amiciri, halitu duntaxat odoriſq; ſpiramento naribus tracto, nullo cibo nullóve alio potu, vitam degere, atq; grauiore paulò odore, haud difficulter quam mox exanimari. Oritas etiamnū alium nullum quàm piſciū (quos vnguibus diſſectos ſole torreant, atq; ita panem ex ijs moliantur) * alitum abligurire: Sauromatas perpetua naturę lege, tertio die alimoniam noſcere. At cui planè non miraculo erit, cùm primum in notitiam venerit, quoſdā quos Arimaſpos nominitant, vnico in fronte media oculo inſignes eſſe, aut quorūdam oculos humeris, quippe quibus ceruix minimè ſit, inſidere? Nec profectò minus mirum eſt, alios in montis Imai cōualle ſylueſtres, pone crura plantis auerſis, quàm perniciſsimos homines, cū feris paſsim vagantes, nec alio cœlo ſpirantes, viuere.

Semiferi partus.

Plinius lib. 7. cap. 2.

** alimentum.*

D Quoſdamq; auerſis plantis octonos in ſingulis pedibus digitos obtinere (nemo id paruū ac modicū obiter exiſtimauerit) ſingulis cruribus alios. Troglodytis qui & ipſi equis perniciores ſunt citimos, eximiæ ad ſaltū pernicitatis, in maiore æſtu reſupinos iacere, ac ſeſe pedū, vnde Sciapodes, hoc eſt, vmbripedes appellentur, vmbra protegere. Alios auribus ampliſsimis vberrimè totos contegi. Porrò quis non viſos Ophiogenes ſerpentum ictus leuare, manuq; corpori impoſita venena exerere? Aut alijs quibuſdā exitiale ſerpentibus, illius odore eas penitus ſopientibus, ingenitū virus, vnquā crederet? Idipſum incredibile fortaſſe, & in Italia Marſis quoq; naturalē eam vim ineſſe deprehenderit. Quomodo & in Africa effaſcinantium, quorum laudatione probata confeſtim intereant, infantes emoriantur, arbores areſcant, familias quaſdā extare in confeſſo eſt. Et in Triballis Illyrijſq; alios geminas in ſingulis oculis pupillas gerentes, viſu quos diutiùs, iratis præcipuè oculis, intuerentur, interimētes. Et in Scythia eiuſdem generis fœminas Bithias vocitatas, & in Ponto Thibiorum genus ſolo halitu peſtilens funebréq;. Aliosq; eiuſdē naturæ cōplures, in altero binam pupillā oculo, in altero equi effigiē natura nactos fuiſſe eruditione ſpectati prodidēre. atq; haud abſimiles in Æthiopia, alios ſudore tabem cōtactis corporibus continuò afferre. Hæc innumeraq; talia ex hominū genere ludibria miracula nobis perquam ingenioſa natura molita eſt. Cæterū ſingula quæ in dies, aut prope horas factitāt (quādo pręſertim nulli loqui, quā in magno fertilitatis gaudio tam variè ludenti rerū naturæ pingere, facilius eſſe queat) ecquis enumerare potis euadet? Et ne tot hominum ritus, tot gentium ſermones, tantam loquendi varietatem, vti exter-

Parentheſis eſt obſcura.

Plinius lib. 28. cap. 3.

Strabo lib. 13.

nus etiamnũ alieno hominis penè vice haud ſit,tot indiſcretas effigies,commemorem: illud tamen quo A
magis miremur in hoc ipſo conſummati operis faſtigio,non omittendum duco. Quòd Scytharũ gentes
& quidem plures,humanis veſcentes corporibus,ideoq; Anthropophagos nuncupatos (dictu ſanè par-
uum,at æſtimatione immenſum) & in medio terrarũ orbe Cyclopas & Leſtrygonas huius monſtri gen-
tes,extitiſſe:hominemq; trans Alpes earum gentium more (quod paulò à mandendo abſcedere vel ma-
ximè conſtat)immolari ſolitum,antiquitas nobis credendum reliquerit. Et * hirpias quoq; iam pridem
haud procul vrbe Roma ſuper ambuſtam lignorum ſtruem ambulantes nõ peruri. Nec ſecus in admira-
tionem agit, quod Pyrrhi regis dextri pedis pollicem loculo in templũ conditum, cum reliquo corpore
cremari nequiuiſſe.cuius etiã tactu lienoſis planè mederetur. Adeo naturæ quorundã corpori partes ad
aliqua mirabiles naſci placuiſſe,autores illuſtres retulêre:mille deniq; prodigiorũ,quibus cùm vniuerſa
tellus,tum vel maximè India Æthiopumq; tractus ſcatent. Talium eſt inter quæ cùm laſciuientem natu-
ram , gentes quoq; ad eius detegendam potentiam poſuiſſe , in priſcæ autoritatis fide crebrò fuerit : ſe-
quens tamen ætas (quippe quòd mentes ſummoperè perculerit, quandoquidem ijs qui pleraq; ab an-
tiquis prodita,aut exquirẽdi cura ſegniore , aut deſidia rerum internecione memoriæ indicta nouerint,
haud facilè obuia ſint) ijs elaborata maximè ex parte exautoranda,repudianda, ac deniq; ſublinenda eſ-
ſe cenſuit, Horum nimirum copiam proferre nunc poſſem , ni ſingula perſequi & longum, multiſq; for-
taſſe tædio eſſet,& neceſſariæ terminationis tempus nos admoneret. Igitur paucula hæc,quæ de ijs no-
bis ex vetuſtioribus,quibus nihil intentatũ,nihil quod non cognitu obuium poſteris eſſe vellent occul- B
tatum,edocta deprehenſaq; ſunt,inuictiſsima Duciſſa perlegere ne pigeat.

IACOBI SYLVII DE MEN- SIBVS MVLIERVM, ET HO- MINIS GENERATIONE.

Lib. 9 methodi. Generationis principia.
Lib. 1. ſanitatis tuendæ.
Lib. gener. cap. 1. Ariſt. ſect. 4. probl. 22.
Sang. menſtruus vnde.
Lib. gen. 2. cap. 4. Aph. 39. lib. 5.
Actu nutriens alimentum.

EXCREMENTVM animalibus viuiparis aut inutile eſt, idemq; humidum ac ſiccum, &
quod addit Galenus vaporoſum: aut vtile, etiam triplex cum Galeno, ſanguis menſtruus,
fœmininum ſemen, & maſculinum : tria hæc duo generationis ipſorum primordia, potiùs
quàm tantùm duplex cum Ariſtotele ſanguinem menſtruũ & ſemen fœmininum rem vnã
affirmante. Eſt verò tam ſemẽ vtrunq; quàm menſtruus ſanguis excrementũ vtile & beni-
gnum alimenti vltimi partiũ,illud ſpermaticarum, hic ſanguinearũ. Semen nanq;, & ſeminalis ipſa ſan-
guinis portio omni ex parte corporis ſecretio eſt. Vene item & arterię alimento expletæ,quod reliquum
eſt præ frigiditate incoctũ in vterũ transfundunt , quo modo mariſca quædam, aut alia ſanguinis profu- C
ſio Huc pertinet quod ſcribit Galenus, commune eſſe omnibus animalis partibus humores aliquos ge-
nerãtibus vtiles aut ſibijpſis,aut partibus alijs,aut generationi,aut fœtus nutritioni,vt humores ipſi ſint
quædã velut ſuperfluitates partiũ ipſos generantiũ . Quantum enim alimenti ab ipſis alterati fuerit nu-
trito corpori exquiſitè aſsimilatũ, eſt nutriens actu alimentũ: ſuperfluũ verò derelictũ,humor eſt partis
naturæ ſimilis,in oſsibus quidem ros albus cauernis cõtentus, in hepate ſanguis,in pulmonis carne hu-
mor ſpumeus,in articulis glutinoſus,in teſtibus & paraſtatis ſemen in mammarũ adenibus lac,in lingua
ſaliua. Quanquã poſsis ex eodem loco ſanguinẽ menſtruũ, vt reliquũ omnem, hepatis & ſecundæ in eo
coctionis excrementũ eſſe,non tertiæ (quæ in ſingulis partibus alendis obitur) colligere. Id quod Aui-
cennæ & ſectatoribus eius (Prãcticos vulgus vocat) placuiſſe video:& ob id mẽſes eſſe rubros,cùm albi
eſſe deberent (inquiunt) ſi partiũ alimenti eſſent excrementũ. Nam hæ,puta pulmones, cor,hepar,lien,
renes,& eadem ratione cæteræ ijſdem autoribus,natura ſunt albæ,& ex ſpermate productæ: quorũ ſen-
tentiam verbis Galeni lib. de fœtus formatione facilè conuinces.

Sang. mẽſtruus an ſecundæ coctionis excremẽtum.
Auicenna. Practici.

Argumentũ libri. Cur ſolæ mulieres menſtruis laborent.
Fœmina mare frigidior.
Lib. 3. hiſt. cap. 19.
** forſè cæteraq;.*
Soli mulieri mẽſes dant Practici.
Lib. 6. hiſt. cap. 20.
Ibid. cap. 18.
Tẽpus quo fluere ſolent.
Lib. 7 hiſt. cap. 1.

Menſtrui ſanguinis originẽ abundè explicauimus : nunc dicendũ nobis eſt , cur id fœminarũ potiùs,
quàm marium eſt excrementũ: & in fœmineo genere,cur mulierũ maximè: deinde quando, & quandiu
mulieribus excernitur, & quibus largiùs,quibus parciùs, quibus item rubra ſint menſtrua,& quibus al- D
ba. Poſtremò quæ nam mulieribus ex menſtrua purgatione integra,vtilitas accidit. Fœmina in omni ge-
nere rerũ cum ſit (vt Hippocrati placet) frigidior mare in animalibus, ob id plus appetit, minus coquit,
parciorem triplicis ſubſtantiæ diſsipationem ſuſtinet,ob corporis totius denſitatem,ex frigido corporis
habitu naturali & acquiſititio productam. Præter victum enim largiorẽ crudioremq; , vitam quoq; agit
ſedentariam magis , præſertim ipſa mulier : hinc fit vt fœminis quàm maribus ſanguis ſit non modò ni-
grior & craſsior,ſed etiã largior,ſi æquæui ſint & æquè ſani,* cæteriq; adſint paria. Quin & fœmininis ipſis
plus eſt ſanguinis parte interna,minus parte corporis ſumma continetur. Sed omnium fœminarũ maxi-
mè mulier ſanguine abundat: &,quæ menſtrua appellamus,plurima fieri in mulieribus ſolent, quòd vi-
ctu,quàm cæteræ fœminę,vtantur nõ largiore modò,ſed humidiore & excrementoſiore: pręterea otio-
ſa ſit præter cætera. Poſtremò nihil aut minimum eius excrementi in corporis munimenta abſumit: cùm
animalia cætera hoc materiæ ſuperuacuũ vertant in corporis alimentum, & quædam item in corticem,
alia in ſquamam,alia in pennarũ frequentiam. Et terreſtria animal parientia in pilos,& corpulentiam,&
vrinas multas & craſſas hanc vacantẽ materiam transferant. Ob id hæc purgatio mulieribus inter fœmi-
nas plurima euenit,equabus minor:& vaccis menſes quoq; fiũt,vt equabus,ſed minus,& canibus men-
ſtrua ſeptem diebus mouentur . Fit & cæteris animalibus viuiparis hæc menſtruorũ purgatio , ſed nulli
æquè (vt dixi) ac mulieri . huic autem circa annum ætatis decimumquartum , quæ menſtrua vocantur
(quod

A (quod eſt ſanguis quaſi recens occiſi animalis) erũpunt plurimis, cùm vbera ad duos digitos prominẽt, & vox in grauiorem mutatur: quo tempore ad vſum veneris maximè incitantur. ſunt enim per id ætatis nubiles. Quibuſdam tamen etiam 12 & 11. anno proueniunt: ſed hæ ſunt vitæ breuioris, vt quibus erumpunt tardius, viuunt diutiùs. Quid, quòd puellam annorum nouem vtero geſtaſſe viſam ſcribit Sauonarola, & à ſe viſam aliam Ioãnes Capella ſenior, medicus Franciſci Regis vndequaq; doctiſsimus mihi coràm affirmauit? Poſtquam igitur excrementoſus hic ſanguis collectus eſt, menſtrua moueri incipiunt: at ſi concoctum id non eſt, crudum aliquid paulatim ſecernitur, quamobrem quę alba vocantur menſtrua, paruis adhuc & admodum puellis proueniunt, & magis ſi cibo vtãtur humidiore & crudiore. Hæc autẽ alba incrementũ corporis impediunt, & puellam extenuant, ſi frequenter & immodicè mouentur. Deſinunt autem menſtrua plurimis circa annum quadrageſimum, quod tempus quę exceſſerunt, menſtrua ad ſexageſimũ ſeruantur, quo tempore etiam nõnullę pepererũt, ſed vltra hoc tempus nulla poteſt menſtruam purgationem protrahere. Nam principium & finis mulieribus prolis recipiendæ & maribus prębendæ, eſt menſtruorum & ſeminis emiſsio. Sed neq; cùm incipiunt ſtatim prolifica ſunt, neq; cùm deſinunt, & iam pauciora & infirmiora ſunt. Conceptus tamen mulieribus à profluuio menſtruorũ ſua natura contingit: & quæ his carent, ſteriles magna ex parte exigunt. Verum fieri poteſt, vt aliquæ etiam ſine horum profluuio concipiant, videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantum his quæ purgantur reſtare ſolet, quanquã non tanta copia, vt & foras poſsint profluere. Nonnullæ, etiam dum profluunt

B menſes, concipiunt, poſtea autem concipere nequeunt, quibus vulua ſtatim à purgatione comprimitur. Quo in loco rectè adiectum eſt, Magna ex parte. Nam & virgines, quibus nondũ menſes fluxerũt, compreſſa concipere poſſunt: & quæ pepererunt, ſiue lactarunt ſiue non, concipere poſſunt, priuſquã menſtrua purgatio repetat: paucis tamẽ id accidit. Sed hæc ad rem propoſitã parum pertinent. Deſinũt quoque menſtrua ante hos annos ſæpe ex morbo aut acuto, aut longo, mœrore, timore, victu parciore, laboribus auctioribus: citiſsimè in pinguibus corporibus ceſſant, nec prius tamẽ anno triceſimoquinto, nec ſeriùs quinquageſimo. Raro enim ſexageſimũ annum purgationes menſtruæ attingunt. Ad tempus verò nõ omnino ſiſtũtur lactantibus, & vtero gerentibus, nõ tamẽ omnibus. Nam plurimis nutricibus etiã ordinatas purgationes fluxiſſe vidimus, & multis vtero gerẽtibus ambabus tamẽ multi ſanguinis & natura, & ex victu pleniore. Quid, quòd mihi viſæ quę ad iuſtum tempus fœtũ non ferebant, niſi præter has purgationes, vena quoq; cubiti ſecta ſanguinẽ minuerẽt, à cuius copia animo linqui, & ſuffocari ſe pronunciarent? Abſurdũ igitur nihil eſt à conceptu menſtrua effluere (nam etiã poſt conceptũ aliquandiu prodeũt, quanquã parcè, nec ſemper) ſed morbidũ id eſt, quamobrẽ paucis & rarò accidit. Quæ aũt magna ex parte fiũt, ea maxime ſecundũ naturã ſunt. Adde, quòd quibus prægnãtibus menſtrua vſq; ad poſtremũ gerendi tẽpus eueniũt, hæ parua pariunt & nõ vitalia, aut infirma. Et quandiu lac emanat, quamuis purgationes magna ex parte nõ fiant, quibuſdã tamen lactantibus fiunt. Quæ præterea purgationes

C quibuſdã accidunt mulieribus cùm conceperunt ferè ſunt ordinatæ, & per tempus quoddã accedunt, vt triginta dierum, maximè ſi concepta fœmina eſt, quadraginta ſi mas. A partu etiam purgationes eodem dierũ numero ſequi volunt, non æquè tamen exacte, per dies ſcilicet triginta ſi fœmina, per quadraginta ſi mas editus in lucẽ eſt. Menſtrua enim nullo circuitu certo deſcribuntur, tendunt tamẽ moueri decreſcente menſe & luna, idq; ratione recta. Corpora enim animaliũ frigidiora ſunt, dum aer continens talis euadit, menſium aũt coitus & fines frigidi ſunt propter lunæ defectũ. Medicorum tamen vulgus, per ſingulas lunæ quadraturas purgari mulieres volunt; iuniores quidẽ per primã, ſeniores per poſtremã, ætate medias per alias, idq; frequentiùs & promptiùs tum à natura, tum à medico menſes mouente obſeruatũ prædicant, hoc etiam carmine addito:

Luna vetus vetulas, iuuenes noua luna repurgat.

Quòd igitur hunc ſanguinẽ mulieres ferè ſingulis mẽſibus, ſi ſanæ ſunt excernũt, menſes & mẽſtruas purgationes appellarunt: vt Græci ἐμμήνια καὶ καταμήνια. Et tempora etiam vocat vulgus, quòd ferè ſtatis temporibus prodeunt, alij etiam malam ſeptimanam, quòd effluxiones vocatæ ſeptem numero dies fieri ſolent. Sunt qui flores vocant, & alba menſtrua, albos flores: quoniam (inquiunt) vt flos fructum antecedit, ſic mulieres antè nunquam concipiunt, quàm menſes fluxerint, vt affirmant Practici propè omnes. Quanquam cõcipere etiam ante menſtruam purgationem antè ex Ariſtotele probauimus cum ſan-

D guis ipſe qui vacuatus eſt, conceptus per ſe non faciat, ſed per accidens: quia vaſorum ora iam ſunt aperta, neq; ſanguis adeſt largior, qui ſemen copia ſtrangulet, quæ duo ſi adſint, ſine hac purgatione concipi poteſt. Nec tantùm, nec ſemper, ſemel ſingulis menſibus fiunt hæ purgationes, ſed quibuſdam frequentius, alijs rariùs. Multis enim ex deſiderio coitus (quod ætas iuuenilis, aut longa veneris abſtinentia excitat) menſtrua ſępe ter in menſe citantur. Adhęc paucis menſtrua ſingulis menſibus mouentur, ſed vno intermiſſo plurimis. Quandiu & ad quot vſq; annos menſes mulieri fluent, diximus: per quot autẽ dies ſingulis purgationibus fluere ſolent, dicendum eſt.

Quibus vniuerſim & breui tempore, hoc eſt, biduo profluunt, feliciores ſunt, quàm quibus paulatim, & in longum tempus protrahitur hæc purgatio, ſeptẽ numero diebus fieri conſueta: laborant enim omnes, & corpus habent graue, quãdiu affluit humor. Multis etiã ſtrangulatio fit ab vtero, quibus eruptioni propinqua ſunt menſtrua, donec erumpant, his tamen tantùm ſtrangulatio hæc contingit, quæ per venas & arterias à vaſis ſpermaticis ortas, in vteri fundum, ſed etiam latera, orificijs deſinentes purgantur: vt poſt audies in generatione huius ſtrangulationis. Virginibus enim, & his quæ à conceptu purgãtur, ſi ſanus eſt fœtus, fluũt menſes per venas & arterias in vteri collum à vaſis crurum reflexas: ferè aũt fluunt à tribus diebus vſq; ad ſeptimũ. Fluunt menſes largiùs & frequentiùs, & contrà parciùs & rariùs multis mulieribus, nõ tamẽ minùs inde ſanis, quàm quibus medio quantitatis & minori modo fluũt. Quę enim venas habent latas, & hepar multum ſanguinem generans (quale ferè eſt magnum, & ideo voracibus fa-

Lib. 1. gener. cap. 20.
Mẽſtrua & 12. anno.
Lib. 2. gener. cap. 4.
Alba mẽſtrua, quib.
Ibid. & lib. 1. gener. cap. 20
Quãdo mẽſtrua deſinant.
Lib. 7. hiſt. cap. 5.
Lib. 7. hiſt. cap. 2.
Conceptio.
Hoc negat Actius ex Rufo lib. 16. cap. 54.
Quare ante tẽpus mẽſtrua deſinant.
Actius lib. 16. cap. 4.
Nutricibus & vtero gerentibus fluere poſſunt menſes.
Lib. 1 gener. cap 19. in fine.
Lib. 7 hiſt cap. 2
Lib. 7. hiſt. cap. 11.
Lib. 7. hiſt. cap. 3.
Lib. gener. 2. cap 4. & lib. 7. hiſt. cap. 2.
Menſes lunam ſequuntur.
Menſes, ſeu menſtruæ purgationes quare.
Tempora.
Ariſt. lib 7. hiſt. cap. 3.
Flores.
Lib. 7 hiſt. cap. 2. & 3.
Ibidem.
Per quot dies fluant menſes.
Lib. 7. hiſt. cap. 2 & 3.
Quibus ſtrangulatio ab vtero accidat.
Mẽſes largiores & contrà, quibus.

miliare) hę ſi alimentum & multum,& frequens,& plenius nutriens ingerant,& vita adſit otioſa,& ſom- A
nus longior, aer pluuius,auſtrinus, & mox à cibo balneũ aut frictio quãtitate mediocris, menſes habent
largiores & frequẽtiores,præſertim ſi iuuenes ſunt & fuſcæ,debiles,aut veneri aſſuetæ, aut cauſæ adſint
aliæ,ſed paucæ aut imbecillę purgationem menſium immodicam facere conſuetæ,vt cibus humidus,&
Aetius lib.16. cap.52. aer,& alia pòſt dicenda:niſi craſſus,lentus ſit ſanguis, aut per alias partes vacuatus.nares, ſedem,gulam,
aſperam arteriam,ſectam venam, aut alia larga fiat vacuatio,per ſudorem, alui fluorem, puris vomicam,
Lib.7.cap.5. puſtulas omnes in cute efflorеſcentes:aut febris acuta,aut longa ſuperuenerit. Corpulentis autem mu-
Lib.16.cap.52. lieribus multum menſtrui in corporis alimentum tranſit, & in coitu candidæ natura plus euaporant
quàm fuſcæ : parciores igitur his menſes fiunt, præcipuè ſi accedat euacuatio ex victu parciore, parum
nutriente, vacuatione quauis,labore,cura, mœrore. Corpulentas appellare videtur, quas Aetius omni-
no viriles ſcribit,fuſcas,compactas, neruis robuſtas, venoſas, lumbis & natibus amplioribus pectore &
Lib.2. hiſt. cap. 19. humeris latioribus,& piloſis. Quæ item natura ſunt obeſæ admodum,quia venas habent anguſtas,in his
etiam paucum ſanguinem,& qui ferè in adipem abſumitur,ob id omnium rariſsimè concipiunt,& ſi cõ-
cipiunt, fœtus graciles & admodum imbecillos pariunt : igitur & menſes paucos, vt graciles ex morbo
Aetius lib.16. cap.4. longo,victu tenui,laboribus,intemperie calida:contrà graciles natura, ſed victu impinguante ſaginatæ,
& benè carnoſæ largiores profundunt. Nec ſolum quantitate diuerſa eſt menſium purgatio ratione ali-
Sang. menſtrui differentia in qualitate. menti & ætatis,ſed genere. Nam iuuenibus ſanies tantùm loturæ carnium recens mactatarũ ſimilis & ea B
largior fluit : hoc eſt, ſanguis incoctus, aut quia concoctus nondum eſt, aut quia in ſerum degenerauit.
Senibus autem craſſus,niger,paucus,& qui facilè vel in corpore concreſcit: ętas media & firma medium
tenet. Adhæc purgatio menſtrua ad ætatis vſq; vigorem augetur, florente iam ætate æqualis perſeuerat,
vel parum aucta aut diminuta: ætate iam declinante paulatim minuitur,donec omnino deſinat.

Menſium varia quantitas vnde ſumenda. An igitur largiùs aut parciùs fluant menſes mulieri,ex ipſius ętate,habitu,vitæ conditione,alimento-
rum quantitate,& qualitate, victuq; reliquo & morbis, alijsq; affectibus coniectabis. Vere autem, vt in
Hip. lib. de nat. h.& aph. pubertate largiùs fluere videntur, ob ſanguinis in corpore tunc redundantiã, viriũ robur,& cœptũ tunc
fieri humorum motum: æſtate etiam, vt ætate florente largi ſæpe menſes fluunt, ob ipſius acrimoniam
Aeſtas. & tenuitatem. (iuuentus enim ætatum,vt æſtas anni partium eſt bilioſiſsima.) Quæ igitur mulieres pro
ſanguinis menſtrui multitudine purgantur tempeſtiuè, hæ cęteris ſunt ſaniores,fœcundiores,caſtiores,
& veneris minùs appetentes: cùm verò ſiſtuntur,aut parciùs fluunt,ægrotãt,ſalaces ſunt & infœcundæ:
Lib.1.gener. cap.4. aut ſi generẽt,imbecillos,aut morbidos gignũt: ſi immodicè fluant,alij fiunt affectus, de quibus poſtea.
Seruat enim corpora integra menſtruorũ etiam alborũ ſeceſſus cùm modicè fit (ſuus autẽ cuiq; modus
eſt) quia corpus ab excrementis vindicatur, quæ ipſi ſunt ægrotandi cauſæ: ſed ſi non fit,aut immodicè
fit,damnum euenit: aut enim morbi oriũtur, aut corpus emarceſcit & extenuatur. A quibus autem cau-
ſis immodicè fiat, vel non fiat, poſtea dicetur. Nunc ſcire operæprecium eſt, mulierem immodicè ſan- C
guinis aut profuſioni, aut retentioni obnoxiam, cæteris ſanguinis morbis minùs infeſtari quàm viros.
Paucis itẽ mulieribus ſunt varices,aut mariſcæ, aut ſanguinis è naribus profuſio, & quod eorũ acciderit
detrimentũ,in mẽſtrua decumbit. Nam hæc ob id parciora fiunt, quemadmodũ ſi ſanguis per alium va-
cuetur meatũ,vel naturæ ſponte,vt per vomitum,ſputum,ſedem,meatum urinarium,vel ſecta à medico
vena,vel à foris corpori violenter occurſantibus diuiſa. Qui verò morbi menſtruam purgationẽ immo-
Qui morbi ſuppreſſos menſes ſequantur. dice factam præter extenuationem ſequantur: pòſt dicetur: qui verò ſuppreſſam,nũc dicantur. Sunt au-
tem fere hi. grauitas corporis totius,os vteri à duro tumore clauſum,& inde oris ipſius dolor grauis,qui
in coxam lateris affecti tranſit, vnde & crus ipſum claudicat. Si autẽ diutiùs ſuppreſsi ſunt,nec corpus à
Tumor in ilibus. medico eſt vacuatum, tumor præter naturam in ilibus interdum exoritur, oſtendens internam partem
aliquam inflammatam : nonnullis autem phyma in extrema ilium parte oritur, vti & viris eadem in par-
Phyma. te,qui ſuppuratus aliquando longo tempore vix ſanatur.

Vteri ſuffocatio quæ incommoda pariat. Vterina ſuffocatio & peruerſio. Dolor vehemens vteri,imi ventris,lumborum,colli,ſincipitis,oculo-
rum quoq; radices infeſtans,& palpebras & reliquum capitis,ſpinæ,corporis aggrauans. Febres ardẽtes
& vrinæ nigricantes cum rubra quadam ſanie, ſimiles loturæ carnium recens mactatarum, cui fuliginẽ
miſcueris. Vrinæ etiã & ſtercus quibuſdam ſupprimuntur, aut ægriùs exeunt. Sanguis per alium locum
uacuatus, phlegmone, aut eryſipelas alicuius partis : quorum malorũ nullum integrè purgatis accidere D
" ſolet. Suppreſsis menſibus à vaſorũ hos vtero inferre conſuetorũ obſtructione vel compreſsione,diſpo-
" ſitio naſcitur in vtero ſimilis phlegmonæ, aut eryſipelati,aut ſcirrho,aut cancro, quibus totũ corpus cõ-
" patitur. Nam hepatis & aliorum viſcerum tumores fiunt ſimiles,regurgitãte in hæc ſanguine illo: & hy-
5.Aph.57. dropes,cordis palpitatio,& ſyncope,ſitis vehemens,deiecta appetentia,nauſea,ſingultus,ructus,coctio
Aetius lib.16. cap.52. imbecilla,& ſæpe deprauata,quomodo grauidis (ob id multæ grauidas ſe falſò putant) tuſsis,dyſpnœa,
phthiſis,epilepſia,paralyſis,apoplexia, cephalalgia, mœror ſine cauſa manifeſta, & ſi diu & multum ſint
ſuppreſsi menſes mania, & melancholia vulgò dæmoniaca putata,ſcotoma,arthritis interdũ, vel ſaltem
6.Aph.29. podagra ex aph. Mulier podagra non laborat niſi menſtrua defecerint. Color fœdus & liuidus faciei &
corporis reliqui,impetigines totius,furunculi multi,horripilatio & horror inæqualis,inquietudo etiã ſi-
ne febre,febres ardentes,& cætera ex lib.6.cap.6.de l.affec. paulò antè ſcripta: & præter hæc Veneris in-
ſatiata cupiditas,titillatis à ſanguine retento & putrẽte partibus ad vterũ pertinentibus,ſterilitas ob ſan-
Suppreſsionis menſium præter naturã cauſæ. guinis,ſeminis, atq; adeò vteri corruptionẽ, ſæpe etiam mors hîc ſuccedens. Hæc ſymptomata ſæpe ac-
cidunt præcipuè otioſis,& benè nutritis,& quæ coitus & pariendi conſuetudinem omiſerunt : quorum
cùm vel adeſt vel imminet aliquod,menſes moue,aut venam ſeca,ſed præſtiterit horum precautionem,
vel curationem fuſiùs deſcribere : quam in rem non mediocriter pertinet prænoſſe ſuppreſsionis huius
Lib. 6. ſymptomatum. tum cauſas omnes,tum ſigna. Menſium ſuppreſsio aut naturalis eſt,vt à cõceptu,à partu ſi lactat mulier,
à ſenectute: aut præter naturã,cui nunc incumbimus. Huius autem cauſæ continentes,& proximæ ſunt,
ſanguinis

A ſanguinis ipſius quantitas vel qualitas, viarum per quas vacuandus eſt anguſtia vel obſtructio, facultatis vaſorum expultricis imbecillitas vel retentricis robur. Quæ verò mulieres nulla ex ſuppreſsis menſibus moleſtia huiuſmodi, vel totius corporis, vel vteri, vel aliarum, quas nunc dixi partium, afficiuntur, his etiam natura ſterilibus, menſtrua purgatione omnino carere, naturale eſt. Sanguinis menſtrui quantitas auctior & parcior, ex æquo menſes retinet: illa quòd præ copia vijs hæret, easq; obſtruit: hæc quòd inopia nihil vrget, neque vim expultricem ſolicitat, tutior multò, & minus inſalubris quàm prior. Porrò ſanguis parcior fit ab alimento pauco, aut multo quidem, ſed parum nutriente: magis ſi acceſſerint frequens medi , labor plurimus, aer calidus, ſudor largus, vel alia vacuatio, præſertim ſanguinis per nares, hæmorrhoidas, vel alium meatum: ira, mœror, vigilia, & cætera corpus ſiccantia & inanientia ſiue per ſe, ſiue etiam per accidens, vt cùm facultas hepatis ſanguifica eſt imbecilla, etiam ſi multum & plenius mulieris alimentum ſumatur, paucum tamen ſanguinem purgationi menſtruæ permittit: nec minus cum in mammas lacte implendas auertitur, aut in ſanguinis fontes per immodicum timorem, aut in corpulentæ mulieris corpus nutriendum abſumitur, vt antè diximus. Quapropter & febres omnes mẽſtruam purgationem per ſe ſiſtunt, præcipuè calidiores & ſicciores: per accidens verò, id eſt, ſanguinis à calore tenuationem, interdum promouent. Nec febres ſolæ, ſed morbi omnes tam acuti, quàm diuturni menſtruæ purgationi materiam adimunt, humores vrendo, vel cogendo, & quòd per illos corpus antè nihil, aut malè nutritur: ob id alimentum vltimi alimenti benignum ac vtile, non ſecernit, vti nec per mœro-

Aetius lib. 16. cap. 52.

Sanguis paucus vnde.

Febres menſes ſiſtunt.

Morbi omnes menſium materiam adimunt.

B rem longum, magnum timorem. Sanguinis copia ex alimentis multùm nutrientibus, & his multis, ac frequentibus, in natura inculpata & multi ſanguinis, præſertim ſi accedãt cauſæ reliquis prædictis etiam contrariæ, otium, aer temperatus, ſudor nullus, aut paucus, nullaq; alia vacuatio ſenſibilis vel inſenſibilis. His verò ſanguis multus menſtruæ purgationi eſt ſemper accommodatiſsimus: præterquam dum multitudine obſtruit, aut craſſitie, aut lentore. quæ qualitates illi accidunt ex cibis craſsis & glutinoſis (quorum catalogum docuimus in victu incraſſante & impinguãte) cauſis omnibus multum refrigerantibus & ſiccantibus per ſe, aut caloris validi interuentu, vt in febribus. Viæ per quas vacuantur menſes, ſunt vaſa in vteri, vel colli eius capacitatem orificijs ſuis (cotyledonas vocant) definẽtia, & vteri collum. Has autem obſtruit promptè ſanguis, vt dixi largior, craſsior, glutinoſior, quod ſæpe poſt abortum accidit: niſi & abortionem potius faciat ſanguis huiuſmodi cotyledonibus infartus. Anguſtiores autem redd unt vteri corpus ſolidum, durum, denſum à natura, vel acquiſititio affectu, & vitioſa vaſorum à natura conformatio, & colli vteri contortiones, horum omnium ſiccitas, carnis obeſitas, partium vicinarum tumor aliquis præter naturam comprimens, & meatus capacitatem intercipiens. Acquiſititius vteri denſati affectus à potu immodico & intempeſtiuo frigidæ, & eſu fructuum crudorum & immaturorum & valenter ſiccantibus & aſtringentibus, præcipuè ſuffitis, aut vtero ſæpe metrenchyta iniectis. Idem efficiunt ſed tardiùs victus ratio ſicca, & aſtringens tam calida quàm frigida: omnium celerrimè frigus ve-

Sanguinis copia vnde.

Viæ per quas vacuantur menſes.

Viæ menſium anguſtiores vnde.

C hemens, diu parturiendo in aere frigido, ventoſo, receptum in vterum etiam dum fœtus grandiores eduntur. Collum vteri obſtruunt calli, hyperſarcoſes, membranæ ipſi à prima conformatione innatæ, adeps multus. Cicatrices autem vlceribus vteri aut vulneribus (vt quæ à paulo per ceruicem vteri, lapſis in eum mulieribus aliquando accidunt) inductæ, ora vaſorum omnino claudunt: ob id menſes abolent, ac ſterilitatem acceſſunt, nec curari vlla ratione poſſunt.

Vteri collum obſtruentia.

Cum facultatis omnis robur in partis ipſius probo ſit temperamento ſita, eiuſdem imbecillitas in temperamento malo ſeu intemperie, ſed inſigniore quauis collocanda venit. Vaſorum ergo vteri expultrix facultas imbecillior eſt, ab inſigni aliqua intemperie recenti, quæ & relatu mulieris, & tactu partium, & ſignis vteri calidi, frigidi, humidi, ſicci, in ſterilitate dicendis, patent. Tametſi vaſa illa paulo humidiora, promouendis menſibus commoda nonnihil videntur, vt ſicciora paulo retentricem firmant magis, non vaſorum tantum, ſed aliarum quoque partium. Hæc verò facultas mala aut non expellit, aut deprauatè expellit, ad loca ſcilicet alia, vt nares, ventriculum, hæmorrhoidas. Hæc autem menſium ſuppreſsio ab vtero profecta intelligitur, non quæ ab inſigni venarum hepatis obſtructione aliquando accidit. Duas tantum cauſas priores ſuppreſsionis menſium, tanquam frequentiores Gal. recenſet in Aphor. Dum ora vaſorum ad vterum pertingentium aperire, & ſanguinem extenuare ſcribit ſcopos eſſe ſanandæ ſuppreſſionis menſium.

Vaſorum expultrix facultas vnde imbecilla.

5. Aphor. 36.

D Suppreſſos intempeſtiuè menſes, quanquam mulier ipſa abundè poſſit docere, quòd videlicet conſuetum his tempus aliquandiu præterierit, tamen ſignis quoq; plurimis deprehendere potes. Primum ſymptomatis illis quæ plurima diximus menſes ſuppreſſos conſequi conſueuiſſe, & prætereа iſtis.

Signa menſium ſuppreſſorum.

Lac in mammis mulieris nec grauidæ nec puerperæ: quod etiam mammæ dureſcentes oſtendunt. Nulla aut paucíſsima menſium excretio tempore conſueto: & antè id tempus per biduum, aut triduum, poſt id verò diutius ſymptomata prædicta exacerbantur. Menſibus quoque ſuppreſsis mulier ab his, quia non tranſpirant, putrentibus & acribus titillata, Venerem magis appetit. A cuius autem humoris cum ſanguine miſti copia, craſsitie, lentore, menſes ſiſtantur, ſigna require ſingulorum in Simiotice: præter quæ, cauſas frigidas ſolas, ſed magis cum materia pituitoſa oſtendunt. Frigus ad fundum vteri ab ipſa perceptum, & ſtupor, tardus menſium, & eorum albicantium deſcenſus. Venus nec appetitur, nec delectat, & in ea præcipuè pituitoſæ ſaliuæ largior affluxus eſt, viro ipſi copia, & ſæpe ob putredinem acrimonia moleſtus, quæ & melancholico ſucco ſunt communia, præter pituitę affluxum. Contraria, melancholiam, & bilem flauam vſtione craſſatã (nam tenuis ciet, non ſiſtit) oſtendunt, & præter veneris appetentiam, & magnam in ea voluptatem, ſeminis quoque celeris excretio eſt: & labra ſicca, & ſæpe ſciſſa, & menſium fluor cum morſu, & roſione. Sanguis quoq; dum priùs fluebat, aut ſecta nunc vena, exceptus linteo, aut arena, vmbra ſiccatus, colore albido pituitam, flauo bilem, fuſco melancholicum ſanguinem ſignificat: & panno exceptus mox per ipſum ſpargitur, ſi tenuis eſt, & aquoſus. De quibus eſt apho-

5. Aphor. 19.

Alia ſigna ſuppreſſorum menſium.

Hipp. lib. de mulieribus.

5. Aphor. 36.

riſmus, Mulieri menſes decolores, neque per idem ſemper tempus venientes, purgationem indicant eſ- A
Menſes decolores vnde. ſe neceſſariam. Decolores autem ſunt à pituita, & bile vtraque. à pituita autem craſſa, & humore melancholico tardiùs conſueto, à pituita tenui, & bile flaua, citiùs fluunt. Virginibus autem annum decimumquartum attingentibus, ſi mammæ pruriant, pectem, lumbi, caput doleant, bilis aut pituitæ vomitus adeſt, leuioribus decoctis purgationem iam inſtantem maturabis. Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant ex vtero morbi contingunt. Mulieri ſanguinem vomenti menſtruis ſuperuenientibus ſolutio. Menſtruis deficientibus ſanguinis fluxus è naribus, bonum. Quin ex quauis alia parte tunc fluere, aut ſponte naturæ, aut opera medici, ſalubre eſt.

Suppreſſorum menſium curatio à copia ſanguinis.

MOrbos ex repletione curat vacuatio. Menſium ſuppreſſio affectus eſt repletionis, vacuatione igitur eſt curandus eius materiæ quæ repletionem facit. Ea autem ſanguis eſt, aut purior ſed largior: aut craſſior & glutinoſior, isque vel ſua ſubſtantia, vel miſta ei craſſa & lenta alia materia pituitoſa,
Victus idoneus ſuppreſſis menſibus. vel etiam melancholica. Quæ cauſa ſuppreſſorum menſium, quia eſt frequentiſſima, ob id prima, & fuſiùs à nobis expugnanda eſt, victu præcipuè contrario ipſi cauſæ: tenui ſcilicet, ſi à multo ſanguine ſupprimantur, tenuante, ſi à craſſo, incidente & tergente, ſi à lento: præterea medicamentis humorem hunc
Venæ ſectio. vitioſum apparantibus & expellentibus (de quib. mox dicetur) aut potiùs ante hæc phlebotome, ſi vi- B
res & ætas conſentiant. Secabitur autem vena malleoli, aut poplitis, vt totius plenitudinem minuamus,
Lib.15.cap.59. & ſanguinem vterum verſus trahamus. Quòd ſi copia ſanguinis eſt largiſſima, vt in plethoricis mulieribus, periculumq; eſt, ne is affatim deorſum tractus venas vteri vehementius impleat & infarciat, venam brachij dextri internã ſecuiſſe prius cum Aetio, & Practicis ratio eſt (qua, opinor, cauſa in pituitoſa muliere vomitum conſulit Aetius lib.16.cap.55.) quanquam hæc alioqui ſecta menſes ſupprimat. Si multus tantùm ad vterum vaſa obſtruit, ſectis tibiæ venis ad crura deriuatus obſtruere deſinit. Vtranque autem venam malleoli, aut poplitis ſecuiſſe, & die primo paucum ſanguinem ob virtutem copia oppreſſam vacuaſſe, ſecundo largiorem ipſa iam exonerata, quamuis ob fibrarum cruris vtriuſque vaſorum cum vtroque vtero communionem ſit rationabile, tamen dextri cruris ſecuiſſe ſuffecerit, ne tot phlebotomis ægram fatigemus: multò minus cum Gordonio vtranque iecorariam ſecueris, deinde vtriuſque malleoli
Scarificatio. venam. Quod ſi venæ ſectionem ægra mollis, & formidoloſa metuat, aut eam ferre nequeat, aut vacua-
Cucurbitula. tioni iuſtæ ſit impar, malleolos, aut poplites leuiter ſcarifica: aut ſi ne id quidem licet, ſuras, coxas, lumbos & cucurbitulam affige, & vacua pro ſcopis vacuationum: niſi quòd ſanguis ex venis tibiarum, quàm
Frictio. brachiorum miſſus menſura eadem, vires magis deijcere putatur. Si neque huiuſmodi remedia ſit latura, fricabis aſperiùs, & duriùs, & diutiùs partes ſupernas in plethora, deinde infernas: citra plethoram has ſolas, & vinculis dolorificis ſæpe repetitis, ſanguinem ad vteri venas præcipitabis. Si frictiones has C
Fotus. ferre nolit, foue dictas partes aqua calente, cui aromaticæ res incoctæ fuerint, de quibus poſtea. An ve-
Lunæ quadraturæ. rò lunæ quadraturas cum medicorum vulgo, in ſanguine mulieribus mittendo obſeruaſſe ſit ex vſu: vt prima ſcilicet ac ſecunda iunioribus, tertia & quarta ſenioribus mittatur, experiendum tibi relinquo, ni-
Mittendi ſanguinis ſcopus. ſi omnibus cum Ariſtotele luna decreſcente ſecare malis, aut potiùs biduo aut triduo ante tempus flu-
Quando non mittendus ſanguis. xionis cuique mulieri conſuetum, quando menſes non his ſolùm, ſed alijs quoq; remedijs mouere tentandum eſt. Cùm autem primus mittendi ſanguinis ſcopus ſit, vt ipſius redundantia corrigatur, ſi is eſt paucus, vel natura vel victu tenui: vel quia fluxit multus per hæmorrhoidas, aut alium quemuis meatum, aut etiam vulnus: vel quia inſignis aliqua præceſsit vacuatio per aluum, vomitum, vrinas, ſudores: venam in ſuppreſſis menſibus ne ſeca, cùm nullum ab his ſymptoma inſigne impendeat, quomodo nec in multis virginibus, nutricibus, multùm laborantibus, cùm victu parco & immodico ſiccatis, vt vteri vulneribus inductas cicatrices habentibus. Quibus omnibus non ſanguinis miſsione ſolùm in ſuppreſsis menſibus abſtinendum eſt, ſed neque menſes ipſi remedijs alijs mox ſcribendis ſunt ſolicitandi,
Menſes mouentia medicamẽta. ceu nulla ex his noxa impendente. Vbi his communibus auxilijs adiuta natura, ac præterea purgantibus, ſi his eſt locus, nihil tamen mouet, proprijs vtendum eſt, quæ eſſentiæ tenuitate, & calore ſanguinem magis fluxilem reddant, & ora venarum in vterum, & eius collum deſinentia aperiant, expultricemque vaſorum vim ad opus ſuum nonnihil excitent, ac ſubſtantiæ quadam proprietate vtero fami- D
liaria ſint. In quorum vſu mitiora primùm ſunt experiunda, quia affectus non vrget, quibus victis mediocria ſunt miſcenda, vel etiam ſola, & per ſe tentanda: quæ ſi non ſufficiant, valentiorum aliquid addendum eſt: quibus ſolis vtendum erit, cùm affectus eſt maximus, aut inualida fuerint cætera omnia: ſed in eorum claſſe moderatiora quoque deliges, ne febres excitent, aut vlcerent ventriculum, ſi ſumantur, aut vterum, ſi balano, peſſo, clyſtere vterino immittantur, vel ſuffìcantur. Tutius autem vmbilico,
Menſes mouentia clementer. pubi, ilibus eadem admouentur. Porrò menſes mouent clementer, radix graminis, radix & ſemen ruſci, aſparagi, pentaphylli, adiantum vtrunque, phyllitis, cichorij, ac intybi, & rumicis genus omne, papauer rhæas, eupatorium, braſſica, malua, lactuca agreſtis, hyperici folia, flores, ſemina, ex his oleum. Semen orobi, lupini, phaſeoli præcipuè rubri, cicer rubrum, lens. Ficus paſſæ, amygdalæ amaræ, ouum anatis.
Quæ mediocriter cient mẽſes. Mediocriter, radix, folia, flores, ſemina raphani, raphanidis, myrrhidis, erucæ, naſturtij, ſij, gallitrichi, ocimi, chelidonij, meliſſophylli, agni, pæoniæ vtriuſque allij, cæpæ, porri, cherophylli, apij, petroſelini, anethi, aniſi, ameos, cari, dauci, fœniculi, libiſtici, ſileris, ſeſeleos, ſaxifragiæ, betonicæ, peucedani, mei, leucoiorum, capparis, crithmum, gingidium. Radix ireos, rubiæ, ariſtolochiæ omnis præſertim rotundæ, gentianæ, enulæ, aſphodeli, eryngij, centaurij vtriuſque Dioſcor. pſeudodictamnus, agaricus, cortex radicis mori. Abſinthium, abrotonum, arthemiſia, parthenium, mentha, calaminthe, polium, origanum, pulegium, phu, aſarum, ſatureia, thymus, hyſſopus ſerpillum, maiorana, roſmarinus, ſaluia, ſmyrnium, ſtachys, coniza, ſcordium, hypericum, heliotropium, marrubium, chamædrys, chamæpitys, panax, mercu-

rialis,

A rialis,anemone,vrtica,thlaſpi,lunaria,ruta ſicca, præſertim agreſtis, ſabina, flores ſambuci, chamæmeli,
caryophylla,ſtœchas,crocus.

Semina prædictorum multorum præcipuè, & lithoſpermi,lolij, melanthij, cumini. Baccæ inniperi,
lauri,hederæ corymbi. Aromatica,iuncus odoratus,calamus aromaticus, amomum, cinamomum, car-
damomum, caſſia, xylobalſamum, agallochum, ſpica nardi, coſtus, cyperus, aſarum, zingiber, galanga,
ſchœnu anthos,nux moſcata,caryophyllum, piper,cubebe. Moſcus,ambra, caſtorium, vnguis odora-
tus,œſypus in lana ſuppoſitus,bitumen,ſales,nitra,ſulphur,alumen ſciſſile,ſandaracha,gagates lapis. A-
loe,& ex ipſa hieræ logadæ Rufiæ. Terebinthina,myrrha ad fabæ magnitudinem,& ex hac trochiſci,ſty-
rax,centaurium, bdellium opopanax,ammoniacum,ſagapenum galbanum: horum ſingula ad ℥.j pro-
pinat Aetius. Opos cyrenaicus,& parthicus, & ad erui quantitatem potus, idem. V lentiſsimè men- *Lib.17.cap.55.*
ſes cient,bryonia.elleborus vterque, pyrethrum, cyclamini radix, cucumer agreſtis, & ex eius fructu e- *Quæ valentiſ-*
laterium,turbith,ſtaphis agria, ſinapi, ſiliquaſtrum,colocynthis,thymelæa,tithymalorum genera, lac fi- *ſimè menſes mo-*
cuum,ſcammonium,euphorbium,cantharides,fella. Et ex horum multis compoſita,mithridatium,the- *uent.*
riaca, tryphera magna ſine opio, diacalaminthe, diatriôn pipereôn, ſyrupus hyſſopi, diacalaminthes,
artemiſiæ.

Dies igitur tres, quatuor, plures, ante tempus purgationis conſuetum, vbi communia auxilia priùs *Tempus.*
B ſcripta non mouerunt menſes. hæc per ſe. cùm alijs tenuioribus ſi craſſiora, craſſioribus ſi tenuiora, fri-
gidioribus ſi calidiora, mitioribus ſi valentiora, trita molliùs craſsiùs, in corpus recipiuntur, vel admo-
uentur. Recipiuntur per os per collum vteri ℥ ij. ſucci raphani, ſylueſtris, extracti cum vino infuſionis *Modus.*
aſari,ſumptæ menſes mirè mouent. Et trochiſci galliæ moſchatæ. trochiſci myrrhæ, aut rubiæ, cotulæ
fœtidæ, ſag. peni. Per os puluere per ſe cum liquore vires ad vterum ferente, pilulis, electario, trochi-
ſcis, apozemate, ſyrupo: tuncque quantum eorum vehementiæ in via ad vterum longiore fractum iri
præſum mus,antè eſt addendum. Per vteri collum,glande, peſſo, metrenchyta, ſuffitu. Nam ſuffitus a- *Cautio.*
rom tum muliebria ducit. aphor. 28. libro 5. Hæc verò nocte non dimittenda in vtero, aut ipſius col-
lo,ne phlegmonem,aut febrem excitent,aut vlcerent: ob id glandes, & peſſos ligari filo valente volunt,
vt tempeſtiuè retrahi poſſint, niſi ſint moderata, tunc enim nocte tota tenenda, & aliquoties iteranda.
Glandes fiunt his liquore aliquo coactis in glandis formam,& impoſitis. Q iin & mercurialis,& aliæ ſi- *Glandium con-*
miles herbæ tritæ, in glandis formam coactæ, imponi collo vteri poſſunt: tutiùs autem linteo raró in- *fectio.*
uolutæ,ligatæ, ſic vt cùm libet, retrahi poſsint, imponuntur & radices multæ in balani formam conciſæ
immitti poſſunt, vel peſsi qui ferè digitos ſex longus ſit,ſub craſsitie digitali, filo quoque ligandus: neu-
ter in virgine vtendus, multò minus per metrenchytam illi infundendus eſt. Ex radice igitur rubiæ,
tıp i,m ıluæ,altheæ,iridis,apij, enulæ, fœniculi, & alijs craſſioribus purgatis, ſuperficie deraſa,vel in di-
C ctam magnitudinem circunciſa, deinde illita oleo liliorum, iaſmini, coſtino, euphorbij,vel ſimili: vel o-
leo cui & vino res menſtruæ ſint incoctæ ad vini conſumptionem, cui puluis horum inſpergatur, dein-
de filo ligatæ,collo vteri immittantur. Poſſunt radices hæ ante ſub cineribus coquendo molliri. coctæ
item teri poſſunt,& alijs miſceri in peſſi formam.Poſſunt radices hæ & peſſi alij. ex lana,vel bombace ad
digiti formam inuoluta, loco olei illini ſucco herbarum menſtruarum, aut felle aliquo,aut terebinthina:
aut muccagine ſeminis altheæ,aut melle, & deinde inſpergi puluere aliquo menſes ciente. Fieri poteſt
ex melle cocto & pulueribus, quomodo balani Hedricæ. Poſſunt fieri ex ſtyrace, ladano, ſagapeno, li-
gno aloes vt ſæpe fiunt. Valentiores ſunt ex galbano,ammoniaco, bdellio & ſimilibus piſtillo calido in
mortario calido emollitis,in digiti formam coactis, cui formæ puluis ſcammonij inſpergatur, panno te-
nui & raro tegatur,ligetur,hora vna teneatur. Ante ſumptionem mouentium menſes, & peſſos, balneo *Balneum &*
& ſuffitu,& pedibus aquæ calidæ impoſitis, ſanguinem deorſum trahe, & ora vaſorum aperi, & corpus *ſuffitus.*
totum. Metrenchyta infundere vtero potes ſucci artemiſiæ, vel matricariæ, vel ſimilis, vel herbarum *Aetius lib.6.*
menſtruarum decocti vncias ſex cum pulueris melanthij, vel alterius drachmis tribus. Admouentur *cap.15.*
fotus,inſeſſus,balnea,ſacculi, ſuffitus,olea,vnguenta,cerata, cataplaſmata, emplaſtra, ex materia prædi- *Fotus;inſeſſus;*
cta conſtantia, poſt totius vacuationem, & materiæ præparationem, ex ſumptis incidentibus, tenuan- *olea,&c.*
tibus,tergentibus, & menſes cientibus auxilijs: quæ etiam in vſu, & mox ab vſu horum auxiliorum ſu-
mi poſſunt vtiliter. Admoueantur verò hæc manè præſertim ante cibum,diebus circiter octo ante tem-
D pus purgationis expectatum. Mox igitur à balneo,aut inſeſſu, aut potius in his,ſumat tripheræ magnæ
ſine opio ʒ.j. cum vino albo tenui, calente, vel cochlear vnum pulueris diacalaminthes, diatrion pipe-
reôn cum vino ventriculo vacuo bis in die: hora circiter vna in balneo, aut inſeſſu ſedeat mulier ſuper
ſacculum prædictis medicamentis fartum, & ſacculo artemiſia pleno fricet muliebria, & crura interna:
& peſſum etiam tum contineat: pòſt lecto tradatur,vngat imum ventrem, & lumbos vnguento ex præ-
dictis compoſito.

Inſeſſus in decoctum rerum prædictarum,vel eo decocto fotus,aut ſuffitus per infundibulum in vteri *Inſeſſus.*
collum receptus, circum probè tecta muliere, ne vapor in caput elatus, capitis faciat grauitatem: aut o-
dore tetro,vt caſtorei,galbani,opi Parthici,offendat: id quod etiam per internum corpus ferri prohibet
aqua frigida,vel poſca ore retenta.

Ardorem in muliebribus,& vteri collo,aut etiam vtero ex horum acrium vſu excitatum mitigabis bu
tyro recenti inſulſo, & oleo roſato, aut cerato Galeni refrigerante. Si verò ſuppreſſis menſibus conce- *Raſis ex Sera-*
ptus eſt ſuſpectus,accipe caſtorij, ſeminis ami,apij ana ʒ j. trita creta,cum vino diluto pota ſi grauida es, *pione.*
fœtum calefaciet ac roborabit nulla omnino noxa, ſi non concepiſti,menſes mouebit. Facienda etiam
quædam ſunt, vt menſes moueas præter ligaturas dolorificas tibiarum ad articulos, phlebotomen, cu-
curbitulas: ſternutamenta enim mouere potes naſturtio, ſinapi,ſtruthio,pipere,elleboro. Adhæc iuuat *Sternutamenta.*

Equitatio aut vectatio durior menſes mouent.

equitatio durior, aut alia vectatio ſuccuſſatoria. Si omnibus his auxilijs menſes non fluant, idem opus A repete, etiam tertiò, ſi opus, diebus circiter octo ante tempus purgationis conſuetum.

Si pituita, aut ſuccus melancholicus, vel alius craſsitie, lentore, copia ſanguinem remoratur, is humor paratus expulſioni purgetur, vena ſecetur, deinde ſumantur, admoueantur cætera, vti abunde diximus. Vitentur omnia pituitam, vel humorem melancholicum gignentia: ſumantur etiam cum alimentis, tenuantia, & incidentia, menſes mouere ſolita. His verò auxilijs non modo ſuppreſſos, ſed multò facilius parciores aut rariores menſes promouebis, atque etiam fœtum mortuum, & quæ à partu vacuari ſolent, ſi pigra ceſſent, deturbabis: & mulierum morbos omnes frigidos, humidos ſanabis: adhibita tamen cautione, ne vſu multo calidorum huiuſmodi & ſiccorum, præſertim vehementium, febres incendas. Nam qua ratione ex ſuffitu aromatum impendentem capitis grauitatem vites, antè dixi: quæ ſi improuiſa tibi ex calido ipſorum, vt febrium, vapore contigerit, ſacculus ex chamæmelo, betonica, milio calfactus, capiti ſuperdatus, eam digerendo ſanabit. Hæc menſes à ſanguinis copia ſuppreſſos, aut etiam ipſius ſubſtantia craſſiore aut glutinoſiore, curant.

Aliæ ſuppreſſorum menſium cauſæ.

Aetius lib. 16. cap. 58.

Si ſupprimantur ab oris vteri clauſionem, aut duritiem, à phlegmone, vel alio affectu, is curandus remedijs ipſi idoneis, priuſquam auxilia menſes mouentia tentes: alioqui vteri phlegmonem, attracto ad ipſum ſanguine nouo, geminares. Si collum vteri obturent calli, aut carnis excreſcentiæ, aut membrana ipſi collo, vel colli orificio ſtatim à principio innata, illa tollantur, hæc pertundatur. Si à calida & ſicca totius intemperie menſium materia eſt abſumpta, vt concipiẽdo fit, mulier etiamſi parciùs purgabitur, vi- B ctu frigido humido vtatur. Si obeſitas menſes ſupprimit, victu tenui & attenuante emacietur, & medicamentis etiam valenter purgantibus vtatur: ſæpe enim ſola medicamenti purgantis potio, etiam alijs menſes euocare ſuffecit. His quoque, vt pituitoſis, medicamenta menſtrua ſumantur, ac admoueantur potentiora. nam imbecilliorum vim contemnunt. Birioſos quoque menſes euocat Aetius ex vtero, ſupponendo elaterium cum carica pingui, aut cyclaminum cum vino. pituitam, anemones fotus cum iride & melle, aut lolij prius torrefactis farina cum modico pipere & melle, aut colocynthis cum carica: aquas porrum cum melle. Quibus per vterum non purgatis, ſanguis per alium meatum excernitur (quamuis hæ rectè valent, vt quibus ob alimenti penuriam, aut diſsipationem per labores immodicos ceſſant) tamen vt concipiant, ab eo meatu repellatur ſanguis, & ſimul ad vterum trahatur, ne in partem principem irruat eamq́; obruat.

Bilioſi menſes euocantur. Pituita. Aquæ.

Menſes diu & ſtillatim fluẽtes. Aetius lib. 16. cap. 65. Cauſæ.

Et quando menſes non ſupprimuntur in totum, ſed diu & ſtillatim fluunt, idq́; indolenter: ſępius cum dolore vteri partium grauiſsimo, affectus ſtranguriæ in veſica ſimilis, vt iſchuriam refert menſium ſuppreſsio, & dyſſuriam difficilis menſium euocatio. Cauſas verò habet eaſdem, ſed imbecilliores, aut pauciores, quàm ſuppreſſio menſium: ob id curationem poſtulat eandem, remiſſa tamen auxiliorum vehementia. Vbi tamen dolor tam vehemens vterum infeſtat, peſsi menſtrui, & quæ in id ſumenda priùs diximus acria, tenuia, in præſens vitentur: vni ſedando dolori magna cura, præcipuoq́ue ſtudio vacetur, per anodyna femoribus & muliebribus admouenda ex lana, ſpongia, veſica, inſeſſu, cataplaſmate: me- C trenchyta etiam infundenda ex ſeminibus lini, fœnigræci, althea, malua, ſenecione, oleo, butyro, œſypo, pauca ruta & arthemiſia adiectis. Clyſteribus quoque in ſedem infuſis ſimilibus, ſed largioribus. Et ſi vires conſtant, vena cubiti interna ſecetur. Si malum eſt contumax, pectini, & inguinibus tres aut quatuor cucurbitulas, primùm leues, deinde ſi morbus perſiſtit, cum ſcarificatu affigit Aetius, vacuatq́; moderatè, aut earum loco hirudines iiſdem partibus applicat, poſt quas epithemata, dropaciſmos, phænigmos, id eſt, rubrificantia, vt materiam ad vicina deriuet, ſed id cum præmeditatione faciendum cenſeo, & corpore multùm iam inanito.

Clyſteres. Venæ ſectio. Cucurbitulæ. Hirudines.

De menſium redundantia.

Menſium immoderatorum obſeruatio.

MEnſes immoderati non ſolùm dierum numero, vt ſi continenter fluant vltra dies quatuor, quinq́; ſex, ſeptem conſuetos mulieri, ſunt æſtimandi, ſed potiùs vacuati ſanguinis quantitate tibi obſeruanda ex mulieris plenitudine, ætate, natura conſuetudine, habitu, viribus, tolerãtia, colore. Nam ſi talia & tanta vacuentur, qualia & quanta vacuari oportet, confert, & leuiter ferũt mulieres: nec antè eſt cohibendus hic fluor, quàm vires collabi incipiant, & color viuidus perdatur, ſymptomataq́; eius alia leuiora impendeant, ne grauiora expectes. Si nanque menſtrua plura fiant, accidunt morbi, ſcilicet ap- D petentia poſtrata, coctio omnis imbecilla, virium omnium deiectio, totius refrigeratio, decoloratio, emaciatio, ex morbo ſenium, ſterilitas, pedum inflatio, hydrops, bilis feruor, febres bilioſæ, hecticæ, cachexia, lipothymia, ſyncope, mors ſenibus repentina, iunioribus tandem ſuperueniens. Adhęc cùm ſanguis tenuior iterum apparet: initiò enim à quouis meatu exeat, cum hic nondum latiùs pateat, tenuis eſt, illo patente amplius craſſior, contracto rurſus, & ad naturalem habitum redeunte, & etiam ſiccato tenuis effluit. Purgationis menſtruæ immoderatioris vt parcioris, & ſuppreſsioris, tres cauſæ continẽtes ſtatuuntur. Sanguinis quantitas vel qualitas, vel vtraque: viarum per quas fit vacuatio, laxitas: facultas vaſorum retentrix imbecilla, expultrix robuſta: quæ à cauſis externis & etiam internis, ſed remotioribus, impelluntur, & ferè excitantur. Sanguis enim largior, à victu pleniore ſanguinem præſertim largum generãte, vita otioſa, libera, & tranquilla, aere pluuio, auſtrino, aut verno, vt in ſuppreſsis menſibus dictum eſt, à quibus etiam hæc redundantia ſæpe naſcitur. Qualitas autem ferè in tenuitate eſt vel ſanguinis ipſius, vel miſtorum illi ſeroſorum, bilioſorum, pituitoſorum excrementorum. Sanguinis verò ſubſtantiam tenuiorem efficit vſus alimentorum temperatorum, vel his propinquorum, ſed tenuiorum: vt vini medij, vitellorum oui, piſcium ſaxatilium, auium monticolarum, & in dumis viuentium. Seroſus autem euadit vſu largo vini albi, & aquæ, & pomatij & pyratij veterati, & vreticorum: bilioſus ex calidis, ſiccis, ſumendis, admouendis, educendis, faciendis. Pituitoſus & aquoſus & crudus, ex vſu largiore aquæ, pomatij, pyratij

5. Aphor. 58. Lib 6 de loc. aff. cap. 5. & Practici. Auicenna.

Menſtruæ purgationis immodicæ cauſæ.

Sanguis largior vnde.

Qualitas. Quæ ſanguinẽ tenuem efficiũt.

A pyratij recentis: fructuum, olerum, piſcium recentium & alimentorum frigidorum, præhumidorum, de quibus abunde in Diætetice ſcripſimus.

Viarum laxitas.
Lib.5. method. med. cap.2.
Anaſtomoſis.

Viarum purgationi menſtruæ deſtinatarum laxitas mihi intelligenda hic eſt omnia vaſorum apertio, non ſola quæ in diapedeſi eſt tunicæ ipſorum raritas, ſanguine tenuato accedente. Porrò vaſa aperiuntur anaſtomoſi, diuiſione. Anaſtomoſis, id eſt, orificiorum apertio, fit à facultatis vaſorum retentricis imbecillitate, vel ſanguinis ad os ipſorum impetu ruentis quantitate vel qualitate acri, ob ſalſam pituitam, vel bilem alterutram, & aloe largiùs ſumpta, & coitu immodico, & pudẽdo virili enormiore, vt medicorum vulgo placet. Quanquam hæc ora ſæpe latiùs patent, vel ſtatim à prima conformatione, vel ob vteri ſubſtantiam laxiorem, aut calidam intemperiem, vel ob vſum menſes valenter mouentium, vt pauló pòſt diſces. Diuiduntur vaſa vulneratione, contuſione, ruptione, eroſione. Quorum vnumquodque à quot, & quibus cauſis fiat, indidem, ſi libet, repete. Vaſa autem ad vterum pertinentia raró vulnerantur, niſi ab imperita manu obſtetricis, aut chirurgi fœtum mortuum extrahentis. Contunduntur ſæpe percuſſione, & caſu. Rumpuntur à copia ſanguinis, aut facti ex eo feruente vaporis, & cùm onus aliquod grauius leuare conantur: à fœtu quoque grandiore, partu improſpero & difficili, ac etiam aborſu, & præceps periculum interdum affert. Eroduntur denique à ſucco aliquo vitioſo & mordaci, vt ſanguine corrupto, vel miſtis alijs humoribus acribus & mordacibus, vt pituita ſalſa & nitroſa, bile alterutra, præſertim

Vaſorum diuiſio fit 4. modis.
Aetius lib.16. ca.66. & Paul. lib.3. cap.62.

B putredine & aduſtione iam maligniore: vt interim omittam qualitatem humorum etiam venenoſam. Putreſcunt autem hi humores vel in vaſis ipſis, vel in vteri corpore, vt per tumores in eo præter naturam, quibus ruptis vlceratur & vterus, & ſæpe vaſorum in ipſum pertinentium & orificiorum tunicæ. Quinque verò cauſas caloris auctioris (à quo ſanguis feruet, & ſæpe, vt humores alij, corrumpitur) libro primo de differentijs febrium, & libro de cauſis morborum Galenus abunde expreſſit: ſufficiatque in rem præſentem noſſe ſanguinem, & varia excrementa per nares, vomitum, deiectionem, hæmorrhoidas, vrinas, ſudores, cutis vitia, pſoram, lepram, impetiginem, furunculos, & huiuſmodi vacuari ſolita, nunc ſi in vaſis pigra ceſſant & putrent, menſes immodicos commouere, non quantitate ſola, ſed etiam qualitate acri per putredinem quæſita. Idem ſymptoma non leuiter excitant motus corporis & animi: dum ſanguinem mouent, maximè ſi deorſum moueant: vt ira, gaudium, curſus, ſaltus, tripudia, præcipuè ſi acceſſerint quæ deorſum euocent: vt lotio calida tibiarum, vincula earundem ac frictiones, & ſumpta admotaque cætera menſes vehementiùs mouentia: quorum vſui immodico, aut intempeſtiuo ferè ſuccedit largius hoc menſium profluuium. Expultrix facultas vaſorum corporis totius robuſta, quatenus hoc excremento corpus vniuerſum purgat, bono eſt, quatenus impetum ſiſtere nequit, & ſuccum etiam vtilem partibus nutriendis expellit, malo eſt: ob id aſtringi fluxio tunc debet, cùm vires deijciuntur. Retentrix eorundem facultas imbecilla, ab intemperie natiua, aut acquiſititia inſigni curatu difficilis. Quæ immodicè per vterum vacuantur, ſequitur fœdus color corporis, pedum mollis tumor, virium corporis

Humorum putredo.
Motus corporis & animi.
Vaſorum facultas.

C proſtratio, appetentia cibi, & coctio vitiata, & cætera ſymptomata omnem ſanguinis immodicam profuſionem per hæmorrhoidas, vel alium meatum ſequi ſolita: vt hydrops, conuulſio. Plethoram, aut ſolius ſanguinis copiam, præter totius & vaſorum tumorem, oſtendunt præcedens victus ratio ſanguinea & ſanguinis in corpore redundantis ſigna alia, nobis in Simiotice fuſiùs ſcripta, vti & bilis alterutrius, & pituitæ cuiuſuis.

Signa menſtruorum ſuperfluorum lib. 6. loc. aff. cap.5.
Aph.3. lib.5.
Signa cauſarũ.

Apertum vas declarant vulnera, contuſiones, & quæ præceſſerunt ruptionis cauſæ. Eroſio autem mali eſt ſucci omnino ſoboles, vt pituitæ ſalſæ, bilis alterutrius præſertim malignioris, & magis retorridæ: quibus calor, graueolentia, pus, & morſus, ac roſionis ſenſus comes ferè adeſt in particula ſentiente: & gingiuæ, ac labra præſertim ſuperiora findi ſolent à vaporibus inde aſcendentibus. Ora immodicè patentia natura, cum vteri corpore calido & laxo ferè coeunt: ſi acquiſititius eſt horum hiatus, aloe & ſimiliter calefacientia, ſiccantia ſæpe ſunt ſumpta, & admota, quę menſes violentiùs eliciant. Si à fundo vteri fluit ſanguis, nigricat magis, quam ſi à partib. ori ipſius vicinis. Et ſi magnum vas, aut parua plurima aperiantur, affatim erumpit ſanguis: ſi imbecilla eſt retentrix facultas guttatim, ſed continenter diſtillat, vti & ab eroſione paulatim fluit, & cum maximo dolore. Si per eclipſin ſolis aut lunæ fluant menſes, ſiſti non poſſunt Apuleio Platonico, neque ſi iam diu fluxerunt, quia vaſorum ora occalluerunt, id quod ſæpe accidit propter mulierum verecundiam, maximè ſi cacochymæ, aut potiùs cachectæ fuerint, ac etiam vetulæ &

Eroſio.
Prognoſtica.

D excrementoſæ: niſi ſæpe purgentur, & victu euchymo ſucci malignitatem emendent.

Fluor menſium criticus, aut corpus plethoricum expurgans, non ſiſtendus donec ſit quantitate præter naturam: id quod mulier decolor, & ſe ipſa imbecillior declarat, & ſanguis iam vt initio tenuior, vt antè diximus. Vbi mulier decolor & imbecillior euadit, ob largum ſanguinis profluuium, primum ſi vires adhuc valẽt, venam cubiti dextri, & cum vulgo etiam ſiniſtri internam ſecabis, paucumq; ſanguinem vacuabis, ſi multi ſanguinis eſt mulier, aut ſi vitioſus ſuccus eſt ſanguini miſtus, quem etiam poſtea purgabis medicamento idoneo, ſed aſtringẽte: vt bilem flauam, fumaria, tamar Indis; rhabarbaro modicè aſſo; myrobalanis citreis etiam parum aſſatis: pituitam verò cepulis. Quos humores ſanguinem ex tenuitate fluxilem magis reddentes facilè vomitu mulier, purgantibus vomitorijs vacuare præſtiterit. His remedijs plethoram [illegible] & cacochymiam vacuabis, & ſanguinis impetum in contraria reuelles, præſertim ſi [illegible] ia ſecabis, & vinculis [illegible] ficis ligabis, ab axillis (addit Aetius & inguinibus) exorſus, & cucurbitulas ſub mammis maximas affixeris, vel leues tantùm, vel etiam quorundam ſententia cum ſcarificatu. Illas Aetius dorſo, & ſub axillis affigit in fluxu rubro. Si deniq; apertis vaſis aſtringẽtia, emplaſtica, & ſi opus eſt, cauſtica adhibet maximè alimenta, ſed etiam medicamẽta quæ communia ſunt omnis hæmorrhagiæ auxilia, poſt vacuationem ſanguinis ſi redundat, aut pituitæ liquidioris aut bilis tenuioris miſtæ ſanguini. Aer igitur ſit temperatus, aut tepidus, ſi ab aquoſiore pituita ſanguis eſt tenuior aut fluentior, cæteraq; victus ratio ſit modicè calida, ſed ſicca, craſſa, & glutinoſa cibaria cum modico cinamomo;

Curatio.
Lib.16. cap.66.
5. Aphor.59. & lib.1. ad Glauc.
Lib.16. cap.56.
Sauonarola.
Lib.16. cap.68.

mentha, vino craſſo, Pontico vtatur. Si pallida aut flaua bilis tenuem reddit ſanguinem, aer cum ſumendis al'js ſit frigidus. Phlebotomes & ſcarificationis loco, quidam purgatione, & per cucurbitulas reuulſione, & alterantibus frigidis ſunt contenti. Ambabus autem cauſis (quæ ſunt frequentiſsimæ) vtiliter ſumentur poſt idoneam totius vacuationẽ lac ignito chalybe, aut lapide vſtulatum, deinde coctum cum farina tritici, hordei, fabarum, orizæ, amyli: lens excorticata, cum aceto bis cocta, braſſica bis cocta, panis hordeaceus, mica panis poſca madefacta, oryza cum poſca, far lotum, pyra, cydonia, meſpila, ſorba, corna, oxalis, portulaca, cymæ rubi iuri incoctæ: aſſa vtenda, ſed farta plantagine, portulaca, omphacio, vua, thus, aut oxyachante. Vitandum eſt vinum præſertim tenue & generoſum, & maximè bilioſo ſanguine. Nam craſſum ignito auro aliquoties vſtulatum, & aqua pluuia ferrata dilutum, in pituitoſo ſumitur, idq; magis cum vires ſunt imbecillæ. In vtroque poſca tepida pota, & cum pane ipſa madente ſalubris. Cibus & potus ſit parcior: imò, ſi vires ferre poſſint vnius aut alterius diei ieiunium imperandum, præſertim pituitoſo. Nam inedia picrocholis eſt aduerſiſsima, ob facultatis coctricis imbecillitatem in ventriculo & hepate, quæ viſcera etiam admotis ſunt roboranda aſtringentibus: & ille, in pituitoſo profluuio calentibus modicè, hoc in bilioſo refrigerantibus. Ventriculi ſiquidem intemperies frigida, pituitæ, hepatis & venarum calida, bilis ferè eſt cauſa. Vitentur etiam aromata, & maximè crocus, cæteraque calida tam actu quàm poteſtate, menſes præſertim & vrinas mouentia: quæ in pituitoſis menſibus malè quidam imperant, ob rationem in admouendis mox ſcribendam. Coitus, & reliquus vehemens animi & corporis motus, præcipuè deſcenſus ſcalarum, & ſaltus, & tripudium, quòd ſanguinem non modò mouent, ſed deorſum magis mouent. In pituitoſo tamen ſanguine parum calentia ſumantur, & partes ſupernæ exerceantur, & totius frictio etiam multa fiat & ſudor moueatur, etiam bilioſo ſaluber, niſi mala alia afferrent quæ ſudorem promouent, ſomnus diuturnior & profundior vtrique eſt ſaluber. Omnia in ſputo ſanguinis, & hæmorrhoidum fluxu immodico ſumi neceſſaria etiam huic immodicæ purgationi menſtruæ, & fluxui muliebri rubro ſunt ſalubria. Medicamenta autem partim ſumenda, & immittenda vtero, partim admouenda imo ventri, lumbis, mammis, tum aſtringentia: & ea vel frigida, vel parum calentia, tum emplaſtica ſunt vſu celebriora. Dipſacus, plantago omnis cum ſemine portulaca, ſemperuiuum, ſideritis, ſtratiotes, polygonum mas ſolanum, hippuris, lentiſci, myrti, pyri, pruni, vlmi, quercus, rubi, caniſrubi folia, & ex his vt radicibus & fructibus ſequentibus ſuccus. Radix nympheæ, ſymphyti maioris recens, aut ſiccata, ſpodium Arabum, ſantala, malicorium, balauſtium, & roſa & eius ſemen, flos cydoniorum & cydonia, pyra acerba vel auſtera, dactyli, & ſimiles fructus. Nux cypreſſi, galla immatura, glans & eius calyculus, rhus, ribes, oxyachanta, myrta, vua omphax, ſemen vuarum, ceratia, papauer etiam nigrum, hyoſcyamus, coriandrum ſiccum, acacia, hypociſthis, opium, lycium, ſapa, etiam vuæ acerbæ, ladanum, acetum etiam inſeſsibus miſcet Aetius. Thus, maſtiche, tragacãtha etiam aſſa, gummi Arabicum, ſuccinum, caphura, aridam myrrham ſupponit & propinat Aetius in fluxu muliebri rubro. Cornu cerui vſtum & lotum, oſſa pedum veruecinorum vſta, lepuſculus vſtus, ſtercus aſini ſiccatum collo vteri inditum, coagulum hædi, vel leporis, vel cerui, vel vituli ℥ iij. cum decocto cydoniorum ſumptum, ſanguis draconis, bolus Armena, ſphragis Lemnia, piſſaſphaltum, id eſt, mumia, lapis hæmatites, corallius margaritæ, conchulæ à S. Iacobo exportari ſolitæ vſtæ, tritæ, potæ cum decocto aſtringente: antimonium, pompholyx, alumen quoque etiam ſciſsile, gypſum, chalcitis chalcanthum, auripigmentum, charta vſta, vbi putredo vterum obſidet. Alia etiam calidiora, ſubſtantiæ tamen proprietate menſes etiam diuturnos ſiſtere plurimis ſunt probata: vt ʒ. j. ſpicæ Indicæ, vel ſeminis pæoniæ grana rubra duodecim, vel ſulphuris, vel corticis ouorum vſti, vel picis nanium, vel ſtercoris aſini, vel cineris ſtercoris caprarum cum vino vſtulato: vel aqua plantaginis, aut pluuia tribus matutinis à ieiuna muliere ſumpta Puluis dipſaci cum ouo ſorbili ſumptus, ſuccuſ porri potus à ieiuna, vel ſcoriæ ferri tenuiſsimè tritæ, aceto & aqua roſarũ horis 24 maceratæ igni ſiccatæ, ſcrupula duo ſterilibus tantũ n danda, quia fœcundis ſteriles facit. Vnguis odoratus ſuper ſe ſuffitus, & coriorum ſegmenta cum gallis ſuffita per infundibulum, aut ſedem perforatam. Sabinam autem, & calaminthen, & enulam cum Sauonarola ne ſume, niſi pauca frigidis multis miſta. Ex his quoque medicamentis ſimplicibus compoſita tam ſumenda à ieiuna, & hora ſomni ſine cœna, vt condita, ſæpe, ſyrupi, electaria ſolida, & mollia, apozemata, catapotia, trochiſci, pulueres, quàm admouenda, vel vtero immittenda, olea, vnguẽta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, balnea, fomenta, ſuffitus, peſſi, glandes. Sic ieiunis dantur ſyrupi roſarum, granatorum, cydoniorum, myrtinus cum aqua plantaginis aut pluuia, aut fontana aliquoties vſtulata, conſerua roſarum antiqua, diacodium, diacydonium ſine ſpeciebus ſaccharatum, & quæ alia earundem virium leges in libro Meſuæ de Antidotis: qualia ſunt eiuſdem catapotia de bdellio triplicia, & Philonij Perſici ℈. j. cum vino, trochiſci oxyachãtæ, ſigilli Lemnij, & vulgaris electri, ſpodij, coralli ſumpti cum vino vſtulato, vel vino granatorum, vel aqua decoctionis alicuius prædictorum aſtringentium, aut ex his diſtillata, cui hæmatites confricetur donec rubeat: omnem enim hæmorrhagiam ſiſtit, vti & eius puluis molliſsimus, prædictis inſperſus. Potes ex iiſdem opiati medicamenti formam & conſiſtentiam fingere, & electarij ſolidi & catapotiorũ, vt hæc horis duabus ante cibum & cœnam ſumantur. Muccago quoque ex gummi Arabico & tragacantho cum aqua plantaginis extracta ad ℥ iij. cum pari menſura ſucci plantaginis miſta, & partim cum ſaccharo rolato pota, partim vtero temperata per metrenchyten, remedium vter affectibus omnium præſtantiſsimum. iniecta præter cætera efficax à plurimis eſt perſæpe probata. Vidimus quatuor diebus è vulua profluere ſanguinem, nec potuiſſe vllo remedio ſiſti, præterquam ſucco plantaginis ad cyathum vnum iniecto tandem die quarto. Et porrò id medicamentum, ad ea quæ ex eroſione excitantur ſanguinis profluuia vtiliſſimum. Rhei Pontici decoctum, aut ipſum tritum & potioni inſperſum, vel corallij ʒ. ij. vel loti ramenta aut ipſorum decoctum, poſt Galenum commendat Aetius: & ſpongiam pice liquida irrigatam, in olla vſtam, tritam, potam, & vtero iniectam: & vinum dulce in cortice mali granati coctum, colatũ, iniectum, lac

Margin notes: *Sumenda.* — *Vitanda.* — *Aetius lib. 16. cap. 60.* — *Gal. lib. Meth.* — *Alia vitanda.* — *Sauonarola.* — *In pituitoſo ſanguine ſumenda, & facienda.* — *Medicamenta ſimplicia.* — *Lib. 6. cap 68.* — *Lib. 16. cap. 68.* — *Auicenna.* — *Quæ ſubſtantiæ proprietate menſes ſiſtunt.* — *Aetius lib. 16. cap. 66.* — *Sauonarola.* — *Compoſita ſumenda.* — *Catapotia Meſuæ.* — *Ex libro experimentorum Galeno tributo citans.* — *Galen. lib. 5. Meth. & lib. 6. Simpl. in arnogloſſo: & Aetius lib. 16. cap. 60.*

Right margin letters: A — B — C — D

A ctum, lac aſinæ in paſcuis nutritæ, cremor chondri, aut ptiſſanæ, ſyrupus roſarum ſiccarum, oleum roſaceum, iniecta per ſe vel inuicem miſta, præſertim cùm fluor cum dolore eſt. Vnguentum Comitiſſæ vulgò dictum, ſolùm lumbis & pectini admotum, ſæpe menſes ſiſtit, poſtquam totius eſt habita ratio: vt etiam cœptum fieri aborſum cohibere ſufficiat. Fuligo vel raſura fundi cacabi, vel gypſum vſtum cum oleo myrteo, vel albuminibus, vel ſucco vrticę (quàm Græcam vocát) vel muccagine ſeminis pſyllij cum ſucco verbaſci extracta, pauco aceto, & pilis leporis adiectis, ſalubriter quoq; admoueri imo ventri prædicat vulgus medicorum, & mammis chelidonium tritum, aut pannos aceto acri merſos. Qua verò ratione ex iiſdem peſsi, glandes, ſuffitus, fotus, inſeſſus fiant, ex ſuppreſsis menſibus repete: quanquã huic affectui hæc quatenus calent actu ſuſpecta ſunt, & vitanda potius, quàm vtenda. Nam calidum vſu crebro ſanguinis profluuium affert, & refrigerata ſunt calfacienda, præterquam quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. Hæc igitur aut remiſsè tepida ſint, aut frigida, ſi adhibebuntur, & ex aqua aut pluuia, aut fabrorum, aut alia aliquoties vſtulata. Inſidebit autem hora vna ieiuna, & ſub cœnam. Tibias quoque frigidæ ad femora vſque impoſuiſſe multas iuuit, præſertim carnoſas: multo magis ſi aqua ſit qualiter prædixi, & cui aſtringentia ſint incocta. Eadem merſus pannus lumbis, pectini, feminibus, muliebribus identidem appoſitus.

Vnguentum Comitiſſæ.
5. Aphor. 16.
5. Aphor. 19.

Si ab eroſo vteri vaſe immoderatius fluunt menſes, ſecta priùs vena, tergeantur vlcera hydromelite,
B & aloe in vterum iniecta. Deinde inijciantur aſtringentia primùm clementiora, vt galla vſta aceto extincta, trochiſci prædicti, & ſi opus eſt, chalciti vel chalcantho: ſed eorum vi per hydromeli, & aſtringentium decoctum remiſſa. Si verò ſanguis aut humores ei miſti, priùs per alios meatus, vt nares, hæmorrhoidas, vrinas, ſudores, cutis puſtulas vacuari ſoliti, nunc in corpore retenti & redundantes violentiùs per vterum ruunt, ſecta priùs vena, & ſi cacochymia quoque adeſt, facta purgatione, ad conſuetos vacuationi meatus ſanguinis impetum reuelle, impoſitis quæ ſanguinem naribus, aut venis hæmorrhoidibus effundunt: niſi quòd hæ ſunt verendæ, quia deorſum ferunt, quomodo vretica. Hydrotica autem ſanguinem commouent, & ad fluxum præparant. Si à retentricis vaſorum imbecillitate, eam robora vſu eorum quæ intemperiem imbecillitatis autorem corrigunt. Sanguinem ſupprimentia non pauca remedia ſcripta ſunt in hæmorrhagia per nares, ex pulmone, aut thorace per vrinas, per ſedem in dyſenteria.

Ab eroſo vteri vaſe fluunt menſes.
Gal. lib. 5. Meth.
A retentricis imbecillitate.
Lib. 6. ſymptom. & lib. 6. loc. aff. cap. 5.

De fluxu muliebri & albis menſibus.

Fluxus muliebris.
Aetius lib. 16. cap. 67.

EST præterea fluxus muliebris dictus, id eſt, diuturna & nonnullis continua, alijs per interualla ſuperueniens per vterum diſtillatio, ferè indolens, vlcerato autem iam vtero, doloritica, alioqui vtero haudquaquam affecto, ſed expurgata per ipſum, vt interdum per renes vniuerſi corporis redundantia. Diuerſus hic eſt à menſtrua purgatione, quòd in hac ſanguis ferè ſincerus per dies paucos quantus eſt vacuãdus erumpit: in fluxu autem iſto corruptus ſanguis nunc ruber, eſtque ipſius ſanguinis ſanies,
C nunc albus, cremori ptiſſanæ ſimilis, à ſanguine pituitoſo excolatus, qualis eſt ſæpius. Nam is fluxus potiſsimùm accidit mulieri laxis carnibus & pituitoſæ (vnde albos flores vulgus vocat) nunc à bile amara palleſcit, ſæpe à ſeroſo excremento liquidus & aquoſus eſt. Is igitur vbi exquiſitè eſt coloratus, humorem redundantem colore facile prodit. Si obſcurè eſt tinctus, linteo excipiatur, ſiccetur, aqua pura lauetur, color maculæ in linteo relictus humorem peccantem indicat, vt in menſtruis diximus ex Hippocrate. Quod ſi purus ſanguis fuerit, qualis ex diſſecta vel rupta vena profluit, obſerua diligenter an ſit vteri eroſio in ceruice ipſius potiùs, quàm alia eius parte magna ex parte aduenięns: hęcque per ſaniem, & tactum digiti cognoſcitur, quæ alibi eſt, per ſaniem tantùm. Falſum verò eſt, menſes à venis colli vteri fluere, hunc verò fluxum à venis ad fundum vteri, cùm per vtraſque ambo fieri poſsint. Albus hic fluxus fit ab imbecilla coctione ventriculi, & corporis totius: ex mœrore, vel vſu pituitoſorum ciborum. Flauus, ab intemperie calida hepatis, & venarum etiam vteri. Inferre ſolet hic fluxus imbecillitatem, decolorationem, proſtratam appetentiam, emaciationem, implacatum mœrorem, pedum tumorem, os vteri aperit & relaxat, & vterum vſque ad muliebre pudendum ſæpe præcipitat. Idem ſi florenti ætati ruber, declinanti albus contigerit, facilè curatur, quia talis his ætatibus eſt familiaris, aliàs ægrius ſanatur. Nulla mulieris moleſtia affluit frequenter, niſi quòd viris, & ſibi, hoc pudendorum madore, perpetuò diſplicet. Non raro autem ex putredine in corpore, aut vtero, vel eſt miſta bile flaua, aut ſeroſo excremen
D to acrimoniam acquirit, & partes vteri vrit, & vlcerat, & tandem doloris impatientia & atrophia enecat. Eſt poſtremò etiam ob aliquem vteri affectum aliud ex vtero deprauatum profluuium. Vtrunque conceptum impedit: quia ſemen vel corrumpit, vel lubricando elabi compellit. Illud autem muliebre profluuium, intacto vtero, ſed adhibitis vniuerſo corpori remedijs, ſanauimus victu ſcilicet tenui & ſiccante, & vacuatione totius, per phlebotomen, & purgationem. In fluxu enim muliebri rubro ſanguinem primùm mitte, ſecta cubiti dextra vena Interna: vel cum Aetio frontis, aut narium, aut ſcapularum, partitaque vacuatione, paulatim, ſed diutiùs reuelle, præſertim cùm hæc fluxus differentia in iuuentutem frequentiùs incidat, auxilia reuulſoria cætera in menſibus ſuperfluis dicta, adhibet. Antequam totius vacuationem, ſi repellentibus topicis materiam regeris in hepar quidem, hydropen, aut phlegmonem: in neruos verò aut caput, aut ventriculum, harum partium affectus prauos excitat. Poſt ipſam verò, repellentia remedia in menſibus immoderatis ſcripta ſume, admoue pectini, coxis, lumbis, immitte vtero, vel ſaltem vteri collo, peſsis, metrenchyta. Sic mulierem colloca in lecto non plumaceo, vt corpus vteri ſit ſublimius, crura inuicem complicanda, & vterum verſus flectenda. Victus ſit multum tenuis & ſiccans, atq; aſtringens: bibat aquam ferratam per ſe, aut cum ſyrupo cydoniorum, granatorum, ſi vires multum imbecillæ, paucum vinum craſſum, auſterum, edat pyra auſtera, pruna, & cætera in fluxu menſtruo imperata. Si verò à pituita, vel bile, vel ſero ſanguinis fiat hic fluxus, purgetur aliquoties medicamentis phlegmagogis, cholagogis, hydragogis, quiſque ſcilicet humor ſibi familiaribus. Vel ſi purgari nolit,

Differentiæ fluxus muliebris.
Lib. 6. loc. affec.
Lib. 6. loc. affec. cap. 5.
Sauonarolæ lapſus.
Cauſæ albi fluxus.
Signa.
Lib. 6 ſymptom.
Curatio lib. 6. loc. affec. cap. 5.
Cura fluxus muliebris rubei.
Fluxus muliebris à pituita curatio.

alienorum excretioni per vterum tempus aliquod permitte, & interim victu vtere tenui & ſiccãte, qualis **A** etiam poſt purgationes neceſſarius eſt: calidus in pituitoſo fluxu, frigidus aut temperatus in bilioſo. Reliquiæ per cutim digerantur frictione, exercitatione per geſtationem, vocem, ambulationem. Aetius: aquæ, ſalſæ, aluminoſæ, vel potius ſulphuroſæ, bituminoſæ balneo, ſuffitu ex decocto in aqua pluuia, aut fabrorum, aut ferrata, herbarum calentium & aromaticarum magis in pituitoſo, minùs in bilioſo fluxu: iniectis balneo lapidibus ignitis, pòſt in lecto iterum ſudet, repetatur ſæpe. Corpus item illine oleo cui incoxeris enulam, pyrethrum, piper, ſchœnanthum in pituitoſo: chamæmelum, melilotum in bilioſo. Ventriculum, hepar, cerebrum robora ſumptis, & admotis his quæ ipſorum intemperiem, vel calidam in bilioſo, vel frigidam in pituitoſo fluxu emendent, quorum ille hepati, hic ventriculo & cerebro ferè acceptus refertur. Vtatur etiam diebus aliquot cornu cerui vſto cum acacia, & diatragacantho ex vino. Loti ramenta idem pollent Galeno, & decoctum corticis eiuſdem Aetio, & eidem ipſi, corallij, vel ſeminum vuæ ℥.j. cum vino nigro, & leporis hædive coagulum ad erui quantitatem poſca dilutum.

In vterum iniicienda.

In vterum autem iniiciantur quæ humores putredine, vel miſtabile acres, aut etiam frigiditate inſigni vnitatem diuellentes mulceant, tergeant, abluant: vt lac quoduis etiam amylo in cocto incraſſatũ, hydromeli, cremor alicæ, orizæ, fœnigræci ſuccus: additis primùm quæ parum aſtringant, vt thure, manna thuris, aloe lota, abſinthio pontico: & in pituitoſo etiam myrrha pauca, præſertim, ſi vlcerum vteri putrium eſt ſuſpitio. Aut ſi valenter aſtringentia, vt acacia, hypociſthis, galla, balauſtium, malicorium addere vis, parua **B** portione miſceantur alijs multis, & largioribus. Miſceri etiam poteſt oleum roſaceum, leutiſcinum, maſtichinum, œnanthinum.

Acetum nocet Lib. de rat. vic. acut. Comment. Gal. 3. text. 39.

Acetum vtero, & neruoſis partibus, Hippocrate teſte, noxium, cùm Aetio lib. 16. cap. 69. non miſcuerim: ſed potiùs vinum nigrum, auſterum. Nec tetrapharmacum roſaceo dilutum cum eodem iniecerim, vbi quæ effluunt perquam fœtida ſunt. Nam putredinem illa ſignificant, & forſan cum vlcere: quorum vtrique tetrapharmacum ex calidis humidis miſtum eſt aduerſiſſimum, ſi Galeno, & veritati credimus.

Sumantur.

Sumantur cremor alicæ, aut tritici, aut hordei, aut lac cum mica panis, vel amylo coctione craſſatum: & hæc non liquida, ſed corpulenta magis, niſi pituita ſit craſſior: qualis quæ ſcirrhos albos facere conſueuit, & qualis eſt ferè albumini oui conſiſtentia, colore, viribus ſimilis: quàm ob id albumineam appello. Galenus cum Praxagora vitream vocauit, quòd vitro ſimilis ſit, non perpetuò, ſed cùm fuſum eſt, quando eſt cauſticum: cùm pituita hæc ſit omnium quę in corpore ſunt etiam calido, frigidiſſima. Carnibus vtantur auium montanarum, & animalium agreſtium, & alijs ſiccantibus aſſis magis, quàm elixis.

De vteri ſuffocatione, & peruerſione.

Vterina ſuffocatio vnde.

Ὑστερικὴ πνῖξις, id eſt, vterina ſuffocatio, ſeu ἄπνοια, id eſt, ſpirationis ablatio ab vtero ceu radice proueniens, ob ſeminis, vel menſium retentionem, & corruptionem. Addunt Practici vteri abſceſſum, & putrentes **C** in vtero albos, & alios prauos humores, & ab his fumos & flatulentos vapores, hanc excitare. Dum enim mulier præcipuè iuuenis, & ſalax, & carnoſa, & probè nutrita, multique ſanguinis & ſeminis, vel monialis eſt, vel ſponte ſua continens, vel marito parum mulieroſo nupta, vel marito multum ſalaci vidua, veneris appetitu tentatur, irritata viri alicuius conſpectu, colloquio impudico, oſculo, mammarum aut muliebrium contactu, etiam per ſomnium repræſentatis ſemen in vterum emittit largum, quod vel in molam abit (de qua poſtea) vel ibi aut circa teſtes corruptum, vapores quoſdam venenoſos in cor & cerebrum emittit: à quibus ſymptomata excitantur ſæuiſſima, vt in morſis à cane rabido, vel animali venenoſo. Qualis putredo, ſi ſuppreſsis menſibus aduenit, partes illas principes viroſo vapore ſimiliter afficiet, vt in epilepſijs quibuſdam accidit. Sed ad hanc noxam vniuerſo corpori per vapores huiuſmodi inferendam, ſeminis quàm menſium vis eſt multò maior.

Suffocatio ab vtero quib potiſsimũ accidat.

Ob id viduis vel ſolis, vel magna ex parte accidit hæc affectio, præſertim quæ dum nuptæ erant, probè purgabantur, virorum concubitu vti gaudebant, liberos pariebant: nunc his priuatæ, menſes vel ſemen corrumpunt, præſertim ſi naturaliter multo ſemine abundant, & vitioſis humoribus ſuapte natura plenæ ſunt, & in otio educatæ, & libidini multæ indulſerunt, nunc derepente continere cœperunt. Adhæc viduis quibuſdam quantum priùs, aut paulò minus purgatis, hæc ſuffocatio vaporoſa accidit, nuptis menſes ſuppreſſos habentibus non admodum accidit.

Semen retentum & vitiatum.

Vnde manifeſtum eſt ſemen retentum vitiatumque **D** quàm menſes ſuppreſſos & corruptos maiorem vim habere ad hoc ſymptoma in corporibus affici idoneis excitandum per vaporem: per vteri verò inclinationem, errorem, extenſionem, peruerſionem, contrà.

Vteri peruerſionis & retractionis cauſa.

In hac enim vterus vel ſurſum, vel ad latera quæuis retrahitur, ob vaſorum ad ipſum peruenientium plenitudinem, & ſuſpenſionem. Repleta enim vaſa, vt cætera omnia mollia in latum & profundum extenduntur, ſed breuiora fiunt: ob id ad originem ſuam venam cauam, & arteriam magnam magis retrahuntur, dum ſanguine menſtruo replentur, ad vterum quidem per vaſa ipſi connexa tendente, ſed ingredi prohibito aut quia craſsior eſt, quàm vt per ora vaſorum poſsit penetrare, aut quia ora illa ſunt clauſa, aut propter etiam cauſam in ſuppreſsis menſibus conſcriptam. Igitur in vaſis cumulatus ſanguis ea extendit: vaſa autem per tenſionem & repletionem breuiata, vterum ad ſe retrahunt, idque vel æqualiter, tunc vterus rectà ſurſum, ventriculum, & diaphragma verſus aſcendere videtur: vel inæqualiter, tunc antè, vel retrò, vel in dextrum, vel ſiniſtrum, ad partem ſcilicet vehementius trahentem inclinat vterus. Hæc autem vteri retractio ſurſum, vt reſpirationem crebram magis efficere poſsit, quemadmodum cibo, potu, aliàve materia plenior ventriculus, & fœtu grandiore diſtentus iam vterus, & aſcite, aut tympania tumens venter totus: tamen nullum horum reſpirationem repentè tollere poteſt, nec hyſterica alia ſymptomata excitare vterus, præſertim cum perexiguum id ſit, quod aſcendere videtur, ac multò infrà ventriculi fundum, tantùm abeſt, vt diaphragma attingat: quamuis etiam fauces, & partes cæteras, à diſtracto vtero, vel elato vapore dolentes, vterum aſcendere falsò dicant mulieres: & quæ

A & quædam, ceu bolo quodam gulam obſtruente, ſe ſtrãgulari. Vteri igitur peruerſiones ſuppreſſos menſes ſequuntur, ob plenitudinem vaſa, & per hæc vterum retrahentem.

Quæ verò noxæ viduas citra vteri peruerſionem, aut menſium ſuppreſsionem moleſtare ſolent, ob retentum ſemen magis euenire putantur. Cęterùm pro quantitatis & qualitatis tum menſtruorum, tum ſeminis ratione, alias aliæ ſymptomatum ſpecies oriri ſolent. Si enim cauſa noxia eſt frigida, vniuerſum corpus adeò refrigerat, vt reſpiratio, & pulſus arteriarum ſenſu deprehendi nequeant. Si craſſa eſt, vel acris, conuulſionem excitat: ſi melancholica, mœrorem: animi verò deliquia ob acceſsionum vehementiam, & maximas refrigerationes, & oris ventriculi vitia. Quid, quòd morbus hic flatuoſa refrigeratio putatur? quòd ſemen in vterum effuſum refrigeretur, cerebroq; & cordi frigiditatem, vbi impertitum eſt, prædicta inferant ſymptomata: hyeme & autumno magis, vel vtero per tempus purgationis menſtruæ, aut per difficilem aborſum refrigerato, vel cùm ſanguinis menſtrui eruptio derepente ſuppreſſa eſt. Iuuenes autem maximè, & ſalaces, & ſteriles præſertim per medicamenta redditæ, huic malo ſunt obnoxiæ. Ex quibus perſpicuum eſt, vterum primario affectum, ſympatheia ſtomachum, cor, hepar, cerebrum afficere. Addit Aetius ſæpe ventriculi repletionem vtero affectum hunc communicare, interdum hepatis, lienisve cauſa retrahi vaſa, quibus vterus ſuſpenditur.

Lib.17.cap.70.

Impendentem ab vtero ſuffocationem oſtendunt ſymptomata eadem quæ præſentem, ſed leuiora: vt
B reſpiratio, & pulſus difficilis, cordis palpitatio. Dolor capitis ſæpe cum rubore labiorum, faciei, & oculorum, qui etiam interdum ſic clauduntur, vt aperiri nequeant, interdum triſtis eſt aſpectus, interdum ſcotoma, & vertigo, à vapore putri in cerebrum elato & ſpiritum viſorium, & ſæpe animalem reliquum perturbante: vnde & delirium leue nunc apprehẽſionis, nunc ratiocinationis, nunc vtriuſque, per quod ſecum dicenda tacenda loquitur: interdum ſtupida, & velut attonita ſtupet. Caros abſolutus, ſurda eſt ac muta, vt altè vocanti non reſpondeat. Interdum audit, & intelligit, ſed reſpondere nequit. Præſentit aliquando mulier quidpiam ab imo ventre etiam multù n dolente ad os ventriculi aſcendere. Vterus multis dolet, ac tumet, & hæ erigi non poſſunt, ſed curuatæ in ventrem cubant indolentiùs, manu ventri affixa, vteri quem putant aſcenſum prohibere conantur. Sitis interdum, à putri menſium aut ſpermatis vapore ſurſum elato. Crura cæteris partibus imbecilliora labant, quia à cerebro & corde longiùs abſunt, & parti primariò affectæ ſunt propinquiora. Corpus fit pigrum ad actiones, & omnes motus voluntarios, decolor, & pallidum, aut flauum. Quę omnia augentur iam ſuffucata muliere, vt contractis antrorſum cruribus in ſpinam ſæpe cadat, mortuæque ſit ſimilis: nam pleriſque ſenſus omnis & motus perit, & pulſus tam eſt paruus & obſcurus, vt non ſentiatur. Non tamen mortuæ ſunt omnes, quamuis reſpiratio à vita inſeparabilis actio, nulla nobis appareat admouentibus ori, & naribus ſpeculum terſum bene, ac perpolitum, quòd expirationis vapor craſſus in reſpirante velut obnubit, & maculat, nota vitæ
C certiſsima, vel carptæ & pexæ lanæ flocculos, aut pẽnam molliſſimam, quæ motu reſpirationem eius teſtentur, modò aſsidentium expiratio hæc mouens tibi non imponat, vt cyathus aqua plenus ori ventriculi impoſitus. Calorem enim habent exiguum in medijs partibus corporis relictum, cuius beneficio ſeruantur. Hic autem calor internus, quia paucus reſpiratione thoracis, pulmonis actione ad ſui cuſtodiam, id eſt refrigerationem, ventilationem, nutritionem, non admodum eget: quomodo neque in animalibus frigidis hyeme latentibus, ſed tranſpiratione cordis & arteriarum actione ſeruata abundè fouetur: vt per hunc vita exiſtat, nulla reſpiratione per os apparente. Hæc enim propter affectum corpus vniuerſum refrigeratum, aut perit omnino, aut tam exigua eſt, vt ſenſum omnem fugiat. Plurimæ tamen non ſolùm mortuæ videntur, ſed

Signa & ſymptomata ex Gal. lib.6.loc.affec. cap.5. & Praēlic.

Signa vitam ſignificantes.

Ollis dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternum clauduntur lumina noctem.

vt ait Poeta: tamen quædam triduo mortuis ſimiles reuixerũt, ob id ante triduum non ſepeliantur. Cùm autem clementior eſt huiuſmodi ſuffocatio (multæ enim ſunt eius differentiæ, pro cauſæ efficientis differentia, & magnitudine) omnia hæc ſymptomata ſunt mitiora: quin & horum quædam deſinunt, & noua quædam accedunt. Quædam enim ſentiunt & mouentur, & integrè ratiocinantur, ſed animi defectione & reſpiratione laborant: aliæ mouentur quidem, ſed inuitæ, & epilepticorum more brachia & crura contrahunt, dentibus ſtrident, conuulſis temporalibus muſculis, neruorumque diſtentione vexan-
D tur. Aliæ ſummo caro, hoc eſt, ſopore profundiſsimo præhenduntur. Cauſis verò mali huius ſolutis corpus firmari, malæ rubere, maxillæ aperiri, oculi attolli incipiunt, & pleriſque humor aliquis ex vtero effluit, quibuſdam etiam craſſum: plurimumque ſemen cum labore & voluptate, quali per coitum foras excernitur, titillatis præſertim obſtetricum digito in vteri collum cum odoratis & relaxantibus immiſſo: inteſtina immurmurant, vterus paulatim laxatur: poſtremò ægra mulier exurgit, intelligit, ſentit, mouetur. Si ſuppreſsis menſibus, vel odore iucundo attractus, vel flatibus turgens, aut odore infrà tetro & ingrato impulſus, ſurſum aſcendit vterus, idque multùm, ſymptomata ſunt ſuffocationis proxima, ſuſpirium, vertigo, ſcotoma, capitis dolor, cibi faſtidium, nauſea, ructus, inteſtinorum crepitus, præſertim ſi flatus eſt cauſa. Grauitas quoque & compreſsio, tanquam à rotundo aliquo corpore, ſupra vmbilicum ſentitur.

Signa cauſarum ſolutarum.

Vteri aſcenſus Generius in præcipitatione.

Si in latus peruertitur anticum, poſticum, dextrum, ſiniſtrum, grauantur, dolent, tument vel ilia, vel pecten & veſica, vel inteſtinum rectum, quorſum ſcilicet vterus vergit. Tuncque os vteri ſæpe adeò peruertitur, vt ſi coeat mulier, ſperma vterum ingredi nequeat, quia os vteri recto ſitu collum vteri non excipit, quod digito obſtetrix facilè deprehendit. A ſemine retento & corrupto malum hoc fieri cognoſces, ſi ſymptomata hæc ſint tum grauia, tum repentina magis, hoc eſt, ſi repentè dyſpnœa, & mox apnœa præhendant, crura ſurſum contrahat, aliquid ab vtero ad ventriculi os attolli præſentiat. Adhæc ſi mulier eſt viroſa, ſed iam diu continens: aut virgo quidem, ſed veneris appetens, & corpulenta, multi ſan-

Peruerſio vteri. Idem. Ibid.

Signa cauſarum.

guinis,victus ratione calida humida,flatulenta vtens,idque in otio,& cum veneris irritamentis,ac cætera priùs dicta concurrant,& menſes non ſint ſuppreſſi. A

Quando à menſibus retentis.

A menſibus autem retentis eſſe hoc ſymptoma cognoſces, quando ſunt leuiora, menſes præter conſuetudinem ſuppreſsi,perſeuerante victus ratione omnino eadem,mammæ tumentes lacte ex ſanguine in ipſas regurgitante,corpus totum graue,oculorum,colli & partium aliarum dolores. Licet raró à menſibus retentis & corruptis hyſterica hæc ſymptomata fiant, præſertim inſignia. Si autem menſes hi ſint melancholici,mœror & timor præpollent: ſi pituitoſi, corporis pigrities,albedo, multum ſputum, ſymptomata minùs vehementia: ſi bilioſi,vehementiſsima,& motus promptior.

Vterina ſuffocatio quare ſimilis epilepſiæ, lethargo.
Epileptica mulier.
Apoplectica.
Lethargica.
Suffocata ab vtero.

Suffocatio ab vtero ſimilis epilepſiæ,& apoplexiæ,& lethargo: quia hi quatuor affectus repentè præhendunt: ſed epileptica mulier raró recordatur eorum quæ illi acciderunt, non audit, non intelligit, habet ferè, præſertim cum valens eſt epilepſia,ſpumam in ore: menſes non habet ſuppreſſos, & coitu crebro offenditur: nihil ab vtero ad os ventriculi tolli præſentit, ſed indidem, vel alijs partibus ad cerebrum, ſi per conſenſum eſt,& alia habet ſigna epilepſiæ propria: apoplectica ſine reſpiratione eſt, ſi fortis eſt apoplexia, & ſine reliquo motu, & ſenſu,& gemitu: lethargica ſemper cum febre eſt lenta, vna tantùm capitis parte dolet, in qua ſcilicet tumor eſt: pulſu eſt magno: vndoſo,præfocata raro & conuulſorio: ſuffocata autem ab vtero ſæpe vocantes audit, & reſpondet, quando malum ſcilicet mitius eſt, quando & recordatur, & ſæpe aliquid retinet ſpirationis,ac febri caret, niſi vteri phlegmone ſymptomatibus proprijs manifeſta affuerit, & cætera ſigna his contraria ferè habet. Præter hæc,ſuppreſſi menſes,aut excerni ſolitum,vel incitatum ſemen,retentum eſt: eſtque in ea crebrò ſpaſmus,lipothymia,imò & ſyncope. B

Quæ ſigna mortem prænunciant.

Suffocatæ ab vtero multæ in acceſſione vehementi & longa moriuntur,in contraria euadunt. An verò viuant notis antè ſcriptis deprehendes. Morituram verò ſpuma in ore,& longa & multis ac magnis & diuturnis ſymptomatibus dictis,maligna acceſſio prænunciat,contraria reualituram. Suffocatio vterina ſeminalis eſt tanto acutior,& periculoſior quàm menſtrua,quantò ſemen prolificum eſt tenuius, ac in generatione actuoſius,& efficacius ipſo ſanguine menſtruo.

Prognoſtica.
Virorum ſymptomata ex ſemine retento.
Gal. lib. 6. loc. aff. cap. 5.

Suffocatæ ab vtero ſi coeant, promptè concipiunt. Quæ viris accidunt ſymptomata ex retento ſemine & corrupto,rariora ſunt,& multò mitiora,quam mulieri: quod illi labore corruptionis magnam partem diſſipant. Grauidæ licet diu menſes ſupprimátur,tamen ſymptomata hæc nunquam aut raró aduehunt: quód horum parte puriore fœtus in vtero nutritur, reliquum craſsius in vaſis vterum pertinentibus ad ſecundarum in partu expulſionem ſeruatur integrum, aut non ita corruptum niſi aliunde,vt ex febre,magna putredinis occaſio acceſſerit. Suffocatio à pituita putri grádæuis,& menſium ac ſeminis annos egreſsis,vt ſexagenarijs, ſeptuagenarijs, eſt familiaris: & iuuenibus victu prauo, vt potu largo & intempeſtiuo aquæ,vini: eſu fructuum crudorum vtentibus in hisque vel in capitis dolorem duorum,trium,aut quatuor dierum,vel cynanchen,vel peripneumoniam,vel ſpinæ, vel genu tumorem,magna ex parte degenerat.

Curatio ſuffocationis vteri.
Situs.

Suffocatio ab vtero,quia ſymptoma eſt graue & periculoſum,ei,etiá neglecta in præſens cauſa ipſius, eſt ſuccurrẽdum. Mulier igitur ſpina recta collocetur,vt faciliùs ſpiret,laquei pectoris & ventris ſoluantur, C voce alta nomen eius ad aures inclametur,pili temporum conuellãtur,manus & pedes primùm ſurſum,póſt in medio & imo vinculis dolorificis vinciantur,& ſimul pannis aſperis,ob id dolorificis, & calore valentiùs reuellẽtibus fricentur aſperiùs,etiam cum ſale & aceto acerrimo: plantis illine oleum laurinum,aut nardinum.

Frictio.
Illitus.
Cucurbitula.

Cucurbitula leuis pectini, inguini, internæ coxæ,ſuræ affigatur,& poſt acceſſionem,internæ coxæ cum ſcarificatu. Si autem in latus alterum inclinet vterus,oppoſito inguini,& femini etiam leuis applicetur.

Suffitus.

Suffiatur per infundibulum vterus, caſsia,cinamomo,amomo,calamo aromatico,xylaloe,pipere,caryophyllis,ladano,opo Cyrenaico,(Benioin vocant) thymo,lauẽdula,calaminthe, arthemiſia, pulegio,ambra,moſcho,alipta moſchata,gallia moſchata, & ſimiliter ſuaueolentibus aromatis,quæ vterum deorſum alliciant,mulieri diligenter circumtectæ, ne horum ſuaueolẽtia nares attingat, fœdis odoribus (vt mox audies) ſuffiendas.

Iniectio.

In ſedem, & potiùs in vterum metrenchyta immitte decoctum calaminthes,arthemiſiæ, & ſimilium flatus diſcutientium, & vaporem à ſemine venenoſum: balanum,aut peſſum ex ladano,zingibere,theriaca, mithridatio, gallia moſchata & ſimilibus, collo vteri immitte,ſi corrupta eſt: ſi autem virgo eſt, ſedi aut potius collo veſicæ, vt vires eorum vtero inter hæc duo conſiſtenti tradantur: aut ſi nubilis eſt nec monialis,nubat. Nam omnia hæc remedia vincit mariti concubitus,quod propè vnicum eſt perfugium,ſi grauida (vt ſæpe fit) ſuffocetur ab vtero: huic enim,vt cæteris,remedium id & præſentiſſimum eſt,& tutiſſimum: reliquis enim abortionis metu, cum præmeditatione multa vtendum eſt. D

Obſtetrici quid faciendum.

Obſtetrix quoque indicem,& medium digitum oleo nardino,moſchatellino,de ſpica lilij compoſito, maioranæ,& cæteris odoratis illitum, aſpergat dictorum aromatum puluere, vel hoc prius cum his oleis probè permiſto in vnguenti conſiſtentiam, inunctum digitum in collum vteri penitiſſimè immittat,ſi corrupta eſt,ac fricando titillet id collum,& vteri os & partes vicinas: & foueat manu pannis ex decocto præcedenti calentibus, vt ſemen corruptum, vel alius humor venenoſus malorum cauſa,effluat. quo vacuato vterus deſcendat, & à ſuffocatione mox mulier reualeſcat.

Ganerius.
Sumenda.

Moſchi ſcrupuli duo,galliæ moſchatæ ℥ j. cum oleo liliorum miſta,collo vteri efficaciter illinuntur. Sumat ſi fieri poteſt cum mulſa, vino,aceto ſcyllite, aniſum,ariſtolochiam, artemiſiam, aſarum, agaricum, betonicam,crocum, dictamnum, pæoniæ ſemina quindecim rubra aut nigra (quod eſt quorundam ſecretum remedium) pulegium, rubiam, amygdalas amaras,ipſarum oleum,cyminum,& ſi qua poteſt ſumere ex odorandis.

Suffitus.

Os apertum & nares,ſuffiantur odore tetro galbani,ſagapeni, ammoniaci,caſtorij,opi Parthici, (aſam fœtidam vocant) vnguis odorati, (blattam Byzantiam appellant) bituminis puri, candelarum ſepacearum recens extinctarum, pennarum perdicis præcipuè, aut vulturis, aliarumque auium, pilorum hominis,canis,hirci,pannorum, filtrorum, corij veteris, vngularum, cornuum, & ſimiliter fœtentium dum vtuntur, & mox, ſed parum diu, claudantur,quo vaporis vterum, ſua fœtitate triſtatum deſcen-

A deſcendere cogat, & ſpiritum animalem & vitalem velut ſopitum expergefaciat, à quo vterus deturbatur, & vapor venenoſus reſoluitur, ac per expultricem excernitur. Galbani aceto diſſoluti, caſtorij ana ℥. s. ſulphuris ℥. j. mistis, nares magno ſucceſſu ſuffiuntur Ganerio. Sternutamentum moue immiſſo in nares puluere tenuiſſimo piperis, ſinapi, caſtorij, ſtruthij, ellebori. Vomitum immiſſa faucibus penna citaſſe multis ſalubre fuit. ac poſtremò ſinciput vtere oleo de ſpica feruente, vel alio cerebrum roborante, ſi cætera vincantur. Cerebrum, cor, os ventriculi roborantur ſumptis & admotis cuiuſq; remedijs, modò non ſint ſuaueolentia: ſyncopes remedia vſurpentur, vt vinum paucum, quod tamen in præcautione fugiendum eſt, vt mox audies. Faciem aqua roſarum, vel poſca aſperge.

Sternutamenta. Vomitus.

Cauebis autem ne ſuffocatio aut fiat, aut repetat, ſi cauſam eius prohibebis, aut ſuſtuleris ſeminis ſcilicet aut menſium ex retentione corruptionem. Nubat igitur, aut ſi non libet ac non licet, victu quotidiano ſumantur frigida: vt lactucæ, portulaca, piſces, aqua, acetum, panis hordaceus, & ſimilia. Culcitra folijs ſalicis, vitis, nympheæ plena incubetur. Semen gigni prohibent, & genitum cohibent, diacyminum, diatriôn pipereon, diacalaminthes. Semen agni, rutæ, menthaſtri, calaminthes: aut ſiccarum ipſarum puluis ſumptus, & recentes hæ lumbis ſubſtratæ, ſiccando ſemen abſumunt: in viris tamen promptiùs, quàm mulieribus. Sic vſus frequens laconici, aut balnei aquarum medicamentoſarum. Vitanda eſt ad libidinem incitatio ex veneris apprehenſione, impudico ſermone, virorum formoſorum aſpectu, vino generoſo, carnium præſertim calidiorum aut craſsiorum eſu largiore, ex cæteris ſemen vel augen-

Præcautio. Quæ ſemen gigni prohibent. Semen abſumunt. Vitanda. Victus.

B tibus vel promouentibus, & ſanguinem augentibus vel craſſantibus vtatur ſemen conſumentibus aut ſupprimentibus, quæ in gonorrhœa fuſiùs declarantur. Victus in vtraq; cauſa ſit tenuis & tenuans, non autem melancholicus & craſſus. Sed in ſemine corrupto venam ne ſeca, in ſuppreſſis menſibus ſeca, vt in horum prouocatione ſcripſimus. Graueolentia odoret, bene olentia muliebribus admoueat. Vomitum in vtraque cauſa cur probat Auic. non video, quòd per ipſum tractis ad os ventriculi & cor materijs putribus, ſyncope & ſuffocatio augeatur. Intus & foris vtere tenuantibus, quæ materiam, & vapores venenoſos minuant, aut foras diſſipent, aut ſaltem deorſum reuellant. Si craſſa erit materia & lenta, acetum ſcyllites, oxymeli ſcyllites, ſyrup. de radicibus artemiſiæ, & ſimilia, eam tenuent, incidant, tergeant.

Auicenna.

De vteri præcipitatione.

VTeri procidentia eſt, cùm ipſius fundum, aut latus aliquod in collum, aliquando foras egreditur. Sunt qui etiam aſcenſum vteri, vt dixi, præfocantẽ, & eiuſdem in latus aliquod peruerſionem, præcipitationis nomine comprehendant. Sed hoc æquius Auic. Sauonarola, & alij multi, quàm illud. Cauſa mali huius continens eſt membranarum, quæ vterum vicinis partibus connectunt, abruptio, vel laxatio. Abrumpunt hæc ligamenta putredo, & vehemens tenſio ex violento motu, qualis eſt vociferatio, tuſsis violenta, ſternutamentum vehemens ac frequens, partus cum violentia citus, cohibitio anhe-

Præcipitatio matricis. Generius.

C litus in partu difficili, aborſu, pellendis ſecundis, aluo pigra, teneſmo, dyſuria, & cæteri motus, in quibus diaphragma, & muſculi octo epigaſtrij vterum compreſſu deturbant, vt pondere, ſuppreſſorum menſium copia, fœtus grauis, vtraque ratione aquarum in aſcite prouentus, vt in tympania etiam flatuum, obſtetricis manus violenta in extrahendo partu, & muliebribus. Ceſpitatio, lubricatio, curſus velox, chorea ſaltatoria, ſaltus ab alto in crura præſertim diducta, aut lapſus ſimilis, grauis ponderis leuatio, percuſſio. Ligamenta vteri laxantur, aut humore multo, præſertim pituitoſo (vterus enim velut quædam mulieri eſt cloaca) imbuta, aut partu crebro, vel alia ex cauſa, vt ætatis declinantis imbecillitate exoluta, aut paralyſi ex diuturna ſeſsione ſuper lapidem, aut ſtatione in aqua frigida, aut eius crebro potu, aut aliorum frigidorum contactu multo, ex mœrore item ac metu vehementi & repentino, & cauſis alijs in paralyſi declaratis. Ad latus anticum, poſticum, dextrum, ſiniſtrum peruertitur, non modò ex vaſorum eius lateris plenitudine; ſed ex ligamentorum eiuſdem lateris tumore aliquo præter naturam, vel oppoſitorum laxatione, paralyſi, putredine magnas phlegmonas, aut vlcera putria ſequente. Peruerſio item hæc, vt ſæpe, ſurſum accidit ex ſeminis virilis appetitu quodam. Principiò ſanguis plurimus erumpit, deinde dolor magnus partium quibus connectitur, ilium, lumborum, oſsis ſacri, hypogaſtrij pudendi ſubſequitur, in quo grauitas & tumor oui forma, ſed magnitudine varia, pro affectus vteri, colli eius amplitudine, viſui & tactui apparet. Stercus & vrina ſæpe ſupprimuntur, à tumore vteri rectum inteſtinum, & veſicæ collum comprimente. Febris interdum comitatur, interdum conuulſio ex partis frigore.

Ligamenta vnde laxentur. Vterina peruerſio. Lib. 6. de loc. aff. cap. 5. Signa & ſymptomata. Aetius.

D Grauitas ceu glomeris fili in pudendo muliebri ſentitur. Si ligamenta vteri humore multo imbuta laxataque ſint, indolenter excidit, præceſsit victus ratio humidior, vt eſus largior fructuum, piſcium recentium, vita otioſa: & pudendum humore multo ſemper madet: præcipuè in coitu. Si ligamenta putria ſint, ſanies putris & virulenta ſimul effluit. Recens vteri procidentia ſi reponatur, ætas ſit adoleſcens aut florens, hæret & permanet, ægrè tamen ſi veterauit (quando nec dolet, nec conuelli periclitatur) reponi quidem poteſt, ſed mox leui ex cauſa relabitur, præſertim ætate iam prouectiore. Quantum vteri corporis putre iudicaris, excidendum eſt audenter, cùm ſuperuixerit mulier cui probè totus putris exciſus fuerat. Si ob ligamentorum putredinem procidit vterus, inſanabilis eſt. Plethoricam mulierem ſecta vena cubiti interna, cacochymiam purgatione vincenti humori idonea, ſed blanda, ne materias ad vterum deturbent, vacuabis: & aluum, ſi dura eſt, clyſtere molli ſubduces: ſi flatibus diſtenditur, diſcutiente: vrinam quoque, niſi ſub id tempus multa ſatis eſt reddita, fiſtula vrinaria euocabis, ne inteſtini, & veſicæ (inter quæ ſitus vteri eſt naturalis) renitens tumor, vterum ob loci anguſtiam reponi prohibeat, aut iam repoſitum rurſus comprimendo præcipitet. Mulierem deinde ſupinam collocet obſtetrix, natibus & cruribus elatioribus, ac diductis, mox vteri partem prolapſam foueat, aliquandiu tepente vel oleo, vel butyro, vel adipe gallinæ, vel maluæ, altheæ, ſeminis lini, fœnigræci decocto vbi pars hæc emollita videbitur, aſtringentium, & aluminis decocto ex vino auſtero foueri poteſt: deinde oleo cydonino, aut myr-

Prognoſtica. Auicenna. Vterus putris. Curatio. Situs. Fotus.

Illitus. tino illitam, inſperge puluere gallæ, balauſtij, malicorij, glandis, nucis, cypreſſi, roſarum, rubrarum, maſtiche, acaciæ, hypociſthidos: aut illi ne his pulueribus oleo aliquo aſtringente exceptis, poſtremo ſenſim ac molliter reponat, vel elatis, diductis, & ſuccuſsis cruribus, & clunibus, vt in calculo vrinam ſupprimente docet Galenus: vel manu gracili oleo maſtichino, vel alio præſertim aſtringente & graueolente inuncta: vel peſſo prælongo ex lana linteo puro & tenui inuoluta, quæ prædictis aſtringentibus circumlinieris: peſſo ſuperda lanam, vel ſpongiam, vel linteum, vel ſtupam vino auſtero cui adſtringentia priora ſint incocta tepente imbutam: pectini quoque eadem ex vino ſimili, aut poſca calente imponat: *Cucurbitulæ.* ilibus item, vmbilico, aut ſub mammis cucurbitulas leues cum multa flamma affigat. ſunt qui lumbis quoque, & è regione vmbilici affigi velint. Tunc quoque digitis in os altius immiſsis vomitum irritet, *Vincula.* vt ſurſum reuellat vterum. Quam rem etiam iuuant vincula ad brachiorum articulos dolorifica, & his multò magis odores iucundi, ambra, moſchus, gallia moſchata, alipta moſchata, naribus continenter admoti: fœdi vero & tetri muliebribus, ob id taurino vel bubulo ſtercore vterum efficaciter per infundi- *Suffitus.* bulum ſuffies, & ammoniaco, ſagapeno, galbano, opo Parthico (quam aſam fœtidam vocant) per ſe, aut vrina fœtente ſolutis, mulier tamen ſit circuntecta, ne hic vapor fœdus nares attingat. Ex ijſdem, & ſimi- *Vnguentum.* libus vnguenta, cerata, emplaſtra internis coxis admoueri poſſunt, ex terebinthina, ladano puro, maſtiche, ſpica, caryophyllis, ambra griſea, moſcho bono, & ſimiliter odoris emplaſtrum rotundum non tectum, vmbilico, & lumbis: è regione vmbilici, lana ſuccida aceto incocta ventri impoſita, vel ſacculus ex menthaſtro ſuper tegulam ignitam aſſato, & vino auſtero pauco interim, ſi opus eſt, affuſo. Quæ omnia tibi ſunt diligenter facienda, donec vterum loco ſuo reſtitutum, ſymptomata omnino placata teſtentur, tuncq́ue crura inuicem crucis obliquæ forma complicabit. Hac corporis figura ad dies nouem, decem, in ſumma quiete maneat, topicis remedijs aliquoties interim mutatis, & cauſas procidentiæ omnes di- *Victus ratio.* ctas diligenter vitet. Victus ratio ſit calida, ſicca, tenuis, vinum odoratum, tenue, cibus euchymus. Aluus ne pigra ſit aut dura, nec etiam lubrica, quòd illa vterum per ſe, aut cohibitam reſpirationem præcipitet, hæc membranas vterum colligantes relaxet. Lentes excorticatæ cum aſtringentibus coctæ ſumantur: cornu cerui vſti, foliorum lauri ſiccorum, myrtorum ana ʒ j cum vino auſtero ſumptam, vterum ſtatim reuocare in ſuam ſedem multi ſcribunt. Allium etiam tritum, aqua ſolutum, fotu vterum repellit. & vrti- *Adeps coturnicis.* ca recens trita, emplaſtro ventri impoſita vterum retrahit. Althea cum oleo & adipe coturnicis cocta, huic vteri affectui, & vlceri, & pruritui, & omni tumori, cæteris denique affectibus vtiliſsimum præſidium putatur. Cinis teſtæ oui ex qua pullus eſt excluſus vtero inſperſus, pice ſuperlita, loco ſuo reddit.

Prolapſi vteris remedia qualia. In remedijs prolapſi vteri aſtringentia ſint omnia calida cum frigidis ob temperiem neruoſam partis frigidæ, ſic tamen vt interdum calida præpolleant, interdum frigida, pro varijs indicationibus. Si autem *Vterus iam diu prolapſus.* vterus iamdiu prolapſus refrixerit, ante repoſitionem calfaciendus eſt fotu, ex decocto foliorum lauri, abrotoni, arthemiſiæ & ſimilium. Si intumuerit, nec ob id facilè reponi queat, antè eſt eodem decocto, vel betæ & cumini fouendus, adiecto ſale tenuiſsimo: & vbi iam detumuerit, reſoluta tumefaciente materia, vt priùs loco proprio reſtituẽdus eſt. Aceto, oxymelite, poſca vterum cum Aetio ne attingas, quòd acetum vtero, vt cæteris partibus neruoſis frigiditate & acrimonia mordaci ſit noxium. Hippocrati, tamen oxymelite, oxyſachara ſumptis, potes materiam craſſam tenuare, lentam incidere, & tergere. Ventrem imum mulieris ita locatæ, vino auſtero, cui rubus, myrtus, lentiſcus, malicorium, & ſimiliter aſtrin- *Libro Rat. vict. acutorum.* gentia ſint incocta, fouere ex lana, ſpongia, aut linteis expreſsis mallem, quàm inſeſſu cum Aetio & Pra- *Fotus ventris imi potior inſeſſu.* cticis: quòd motus corporis ad inſidendum neceſſarius, & ipſa inſidentis figura, vtero rurſus præcipitando momentum adferat.

Relapſus vteri curatur. Si vterus ob humoris lentorem mox relabitur, hunc vrina fœtente, aut lixiuio clementi terge, adiecto, ſi opus eſt, nitro, & ſi lentor eſt contumax, etiam fecis vini vſtæ portione exigua, deinde cætera vt *Venæ ſectio.* prius perfice. Si ad latus aliquod præcipitetur vterus, tẽſis eius lateris ex plenitudine venis, aut ex phleg- *Cucurbitula.* mone membranis colligantibus, venam malleoli oppoſiti lateris ſecabis, & parti oppoſitæ cucurbitulam lenem affiges, in eamq́ue decubitum imperabis. Folia porri torrefacta, oleo nucum aſperſa, parti ap- *Haly.* plica in quam vergit vterus, & locum ſuum repetet. Si iam diu totus vterus inter coxas prociderit, nec reponi, nec hærere repoſitus poſsit: ſi vires valent ſecuiſſe, quomodo & putrefactum præſtiterit, aut deligaſſe, aut exuſsiſſe: quando ſic prolapſus ob incuriam putreſcere, aut ob continuam vrinæ & ſtercoris illuuiem vlcerari conſueuit, vt interim noxas cæteras à contactu frigidorum, à compreſſu & contuſione, & cauſis alijs externis, omittam. Si ex recenti percuſsione, aut caſu ab alto excidit vterus, ſeca internam cubiti venam, vt fluxionem in vterum impendentem reuellas. Si humore multo laxata ſunt vteri vincu- *Prolapſus vteri à cauſa procatarctica. Aetius.* la, qui ferè eſt pituitoſus, appara expulſioni decocto arthemiſiæ, ireos, enulæ, chamæpityos, chamædryos, & ſimilium cum aqua pluuia aut ferrata, deinde vacuetur agarico. Si à ſeminis virilis appetitu tumultuatur vterus, nubat. Si non poteſt, ſemen muliebre extingue remedijs in gonorrhœa, pollutione nocturna, & coitu immodico ſcriptis. Si collum vteri peruerſum eſt, dirigitur digito obſtetricis, vel peſſo ex mollientibus & odoratis facto.

* * *

A

DE HOMINIS GENERATIONE, SIVE FOECVNDITATIS ET STERILITATIS
cauſis, IACOBI SYLVII *Medici libellus.*

VIR temperatus in muliere temperata fœcundiſsimus eſt, in intemperata quauis etiam fœcundus, ſed minus quàm intemperatas in muliere intemperiem contrariam ſortita: quòd hîc ex ſeminibus contrarijs ſeſe temperantibus mediocritas quædã fiat, illic tantũ ad mediocritatẽ progreſſus quidã efficitur. Vir item ab anno duodecimo ad ſeptuageſimũ generat, in fœmina ab anno decimoquarto ad quinquageſimum. Si qui ante hos annos, aut pòſt generát, in fœminis iunioribus aut ſenioribus, rari ſunt hi, & corpore benè habito, vt virides crudiq; ſenes etiã nonageſimo anno generare viſi ſunt, & pueri anno nono, ſed id, vt dixi, & rarũ eſt, & fœtus producũt magna ex parte imbecillos, vt antè probauimus in menſtruæ purgationis ratione. Nunc mihi dicendũ eſſet quo ordine, & qua ſucceſsione partes in nobis formẽtur, quæ ſcilicet omnium primæ, & quando, quotoq; die abſoluantur, & quæ cũ quibus, & quæ poſt quas: ſed id ex Hippocratis &

Hip. & Gal. lib. de nat. hom.

Fœcũditatis aut ſterilitatis in viro cauſæ plures.

B Galeni libro de fœtus formatione legi malo, quapropter hac de re plura hîc dicenda nõ putaui. Generationẽ impediunt, vel omnino in ſterilibus vel diu in infœcundis, affectus præter naturã nunc viri, nunc mulieris, nunc vtriuſq;: & hi vel in ſeminẽ vtriuſq;, vel in ſanguine mẽſtruo, vel in partibus genitiuis, aut eis ad generationẽ neceſſariò cõmunicantibus. Viri enim ſemen multo calidius, quàm generationi ſit ex vſu, & velut torrefactũ, aut frigidius & tanquam glaciatũ, aut humidius, tenuius, aquoſius, fluidius, ob id ſtatim ex vtero effluens, quale ſenũ, & valde puerorũ, ac nimis puellarũ, & ebrioſorũ, & helluonũ, & pituitoſorum aut craſsius & ſiccius eſt infœcundũ: niſi mulieris ſemini aut temperato, aut contrariam intemperiem ſortito, vt calidum frigido, aut contrà, humidum ſicco, aut contrà, commiſceatur, & contemperetur. Multus item adoleſcentis coitus ſemen reliquis ætatibus imbecillum, aut corruptum efficit, ob vaſorum ſpermaticorum iam inde cœptam imbecillitatem. Coitus quoq; cum puella nimis puſilla, proprietate quadam ſemen corrumpit, vti & morbi cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vaſorũ ſpermaticorũ & teſtium. Porro ſemen viri prolificum eſſe oportet album, glutinoſum, grandinis modo globoſum, ſplendidum, in aquã ſubſidens, odore florum palmæ aut ſambuci, & muſcis in id delapſis expetitum, & vſu iucundum. Sit præterea moderatum: nam parcius, generationi non ſufficit, largius ægrè concipitur, & malè à pauco muliebri per initia nutritur. Hæ autem in qualitate & quantitate ſeminis differentiæ, à temperatura, aut affectibus alijs, vel corporis totius vel partium principum, maximè teſtium

Quæ generationem impediunt.

Seminis virilis differentiæ.

Auicenna.

Valeſcus.

Semen viri prolificum.

Ariſtot. lib. 3 de Hiſt. anim. cap. vlt.

C pendent. A ſingulis enim partibus, præcipuè autem à principibus, ſemen decidi initiò cùm de hoc, & menſtruo ſanguine egimus, abundè probauimus. Teſtes verò cum ſemẽ percoquát, & ornatu vltimo excolant, pro ſua quoq; tẽperatura, quoad eius fieri poteſt, afficiant neceſſe eſt. hoc eſt, calidi calidius, frigidi frigidius, humidi humidius, ſicci ſiccius ipſum reddant. Ipſi præterea calidi ſicci, & frigidi ſicci paucũ: calidi humidi multũ, & prolificum: frigidi humidi ita non ita multũ. & id aquoſum, crudũ, & rarò prolificum, niſi in calido vtero & ſicco. Infœcundi præterea ſunt teſtes phlegmone, aut tumore alio præter naturã magno, & diuturno obſeſsi, obdurati, inſigniter vlcerati, vulnerati, cõuulſi, ita ventrẽ adhuc cõditi, præcipuè ambo (quod multis adeſt, ac ferè primis coitibus deſcendũt) reſoluti, & omnium maximè ob hernias, vel cauſas alias execti ambo: nã altero manẽte, fœcunditas perſeuerat. Exciſio etiã calculi imperata, vaſis ſperma deferẽtibus (paraſtatas vocát medici) violatis, aut etiã ſpermaticis, infœcũdos ſæpe fecit. Venæ quoq; & arteriæ Iuueniles dictę, poſt aures ſitæ, ſi vulnere, aut ab imperito chirurgo tranſuerſę ſecẽtur, quia teſtes cerebri cõmunione priuát, vt ab eo nec ſpiritũ animalẽ, nec ſeminalem portionẽ recipere poſsint, ſterilitatẽ afferunt. Penis quoq; affectus non pauci, viros reddunt infœcundos, vt dum hic eſt breuior vel natura, vel ætate, vel corporis totius prẹſertim nimi corpulentia, & obeſitate: vel eſt prẹfectus, vel frigore inſigni, vel putredine corruptus: quoniã is ſemẽ in penitiorẽ vteri ſinum iaculari nõ poteſt, vti nec idẽ ob ligamẽti breuitatẽ natiuã vel acquiſititiã obliquior, & cõtortus: tamen quendã cui pe-

Teſtes ſemen perficiunt.

Infœcũdi teſtes.

In altero teſte etiam fœcũditas.

Venæ iuueniles.

Penis affectus infœcundos faciunt.

Penis breuior.

D nis rigidus infra tres digitos erat, & aliũ cui ex cancro inciſus erat breuiſsimus, genuiſſe ſcribit Sauonarola, ob valentẽ vteri attractionẽ, & reliqui penis iaculationẽ. Dãnatur & penis lõgior ab omnibus, vt infœcũdus, quòd (inquiũt) in via tam lõga ſemẽ antè refrigeratur, quàm in vterũ recipiatur. Sed ratio hęc frigere quoq; mihi videtur, præſertim cùm in pene calido ſit, quẽ collũ vteri calidũ vndiq; communit: æqualis autẽ longè collo vteri fuerit ad generandũ commodior. Ratione meliori damnatur ſeminis via obſtructa, vel anguſtior natura, aut affectu acquiſito, vt partium vicinarũ tumore hunc meatũ comprimente. Mulier quoq; infœcunda eſt, propter eoſdem affectus præter naturam, tum ſeminis ſui, tum teſticulorũ in vltimis cornibus ſitorũ: ſi videlicet id ſemẽ eſt calidius, frigidius, humidius, ſiccius, ob ſimilem corporis totius, & præcipuè partiũ principũ, & inter has maximè teſticulorũ intemperaturã, & affectus alios nuper in virorum teſtibus abundè explicatos. Sic virago, id eſt, mulier barbata, audax, vegeta, virilis, voce graui, infœcunda eſt, quia calor multus ſanguinẽ diſsipat. Nec minùs infœcundam faciunt mulierem menſtrui ſanguinis quãtitas, qualitas, vacuationis tempus: adhęc vteri & vaſorum ad ipſum pertinentium affectus propè innumerabiles.

Sauonarola.

Penis longior in vitio eſt.

Ariſtot. lib. 1 de animalib. cap. 19.

Mulier infœcunda vnde.

Virago quare infœcunda.

Menſes ſiquidem immodicè effuſi, non ſolũ in præſens infœcundã mulierẽ reddunt, ſed hydropẽ, & atrophiam pariunt. pauci autem, alimentũ ſufficiens ſemini, & embryo ac fœtui non ſuppeditant, multò minus nulli adhuc ſi apparuerint, aut iam diu ſuppreſsi ſint, propter vaſorũ menſtrualiũ denſitatem, obſtructionẽ, occupationẽ à cicatrice vulnerib. inducta, vel cauſam aliã in mẽſibus ſuppreſsis dictã. Quòd ſi hi fluát quidẽ moderatè, ſed impuri, corruptiores, bilioſi, pituitoſi, melancholici, ſeroſi, aut nõ nutriũt,

Menſes immodici, & contra.

Tempus opportunū conceptui. aut malè, & prauo ſucco nutriunt ſemen, embryon, fœtum. Haud ita pridem verò menſes qualitate bonos, quantitate mediocres fluxiſſe, conceptui aptiſsimū eſt tempus, vt iam diu antè fluxiſſe ineptiſsimū, niſi ſi inſtat hic fluxus, quem tamē facilè conceptum ſemen ſiſtat. Si enim tunc fluant, vnà & ſemen præcipitant. *Meretrix rarò cōcipit.* Meretrix, ſi ſæpè cum diuerſis coit, rarò cōcipit, quia attritu multo partes fiunt calloſæ, & lubricæ, vaſa ſpermatica infirma fiunt: ſperma non emittunt, quia ſine multa voluptate cum ignotis coeunt. A

Affectus vteri ſterilitatis autores. Vteri affectus prẹter naturam ſterilitatis autores, ferè ſunt intemperies octo ſolæ, aut (quod frequentius eſt) cum materia, ſanguine, pituita, bile vtraq;, ſero, flatu, ſemine corrupto: & ea vel in ſpatio eius contenta, vnde mola vteri, aſcites, & tympania, ſuffocatio, peruerſio, procidentia, fluor, calculus: vel in corpus eius recepta, vnde tumores præter naturā fiunt, phlegmone, eryſipelas, herpes, ſcirro ina miliaceū, œdema, cancer, & is non vlceratus vel vlceratus, abſceſſus vterq;, vlcera ſordida, depaſcentia, ſcabioſa, puſtulæ, pruritus, phimoſis, priapiſmus, ſatyriaſis, paralyſis, obſtructio à materia multa, craſſa, lenta. Quorum plurimi etiam vteri vaſis tum ſpermaticis tum menſtruis, cornibus, vinculis, ori, & collo cōmunes ſunt. His verò duobus & muliebribus ferè peculiares thymi, myrmeciæ, verrucæ, condylomata, rhagades, hẹmorrhoides, nympha, os vteri imperforatū, adhẹc anguſtia, amplitudo, obliquitas. Intemperaturæ enim hæ omnes ſeu natiuæ, ſeu ex victu prauo, aut morbo acquiſitæ, dum inſignes ſunt, vteri facultatem, qua

5. Aph 52. ſemen trahit, concipit, & retinet, fouet, infirmam faciunt aut proſternunt. Ob id rectè dicebat Hippoc. Quæ vteros habent frigidos & denſos, calidos, humidos, ſiccos, non concipiunt. Nam frigidi humidi ex- B

5. Aph. 56. tingunt, & ſtrangulant ſemen, calidi ſicci penuria alimenti corrūpunt. Cætera eo loco Galenus docet, & pauló antè. Quæ præter naturā craſſæ nō concipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit, nec concipiunt priuſquā extenuentur. Sic quibus vteri corpus excarne eſt atq; gracilius, quia etiam frigidius, non

Vterus humidior. concipiunt priuſquam [illegible] dant. Porrò vteri humidioris impuritas, nō modò ſemen ſuffocat humoris copia & corrumpit, ſed [illegible] lubricat, & retētricem vim vteri proſternit: ſi verò mulier aut vir

Tumores præter naturam vteri. mediocriter ſint carnoſi, & obeſi [illegible] macri, poſſunt concipere, ſi cẹtera conſentiant. Tumores præter naturam præcipuè in tunica vteri propria, & in ipſius capacitatem vergentes, quia ſpatium ſemini eximūt, ac embryo & fœtui generationem, ſi nō inchoari, ſaltem perfici prohibent, vti & vteri breuitas & anguſtia. Vteri verò vlcera, quantumuis blando attactu ſeminis offenſa, id protinus expellunt, vt ventriculus, inteſtina alimentum, veſica vrinam, dum in his vlcus ineſt.

Vteri os anguſtius. Vteri verò anguſtū os, & collum obliquius, vt in peruerſione dixi, aut obſtructū caruncula, membrana, adipe, callo, verruca: aut compreſſum ab omento largiore, tumore præter naturam in ipſis, aut recto inteſtino, collo veſicæ, ſemē in vterum recipi prohibet: multò magis os vteri, aut colli vteri non perfora-

Vteri os latius. tum. Latius autem os vteri aut natura, aut partu difficili, aut coitu vario, vt in quibuſdam meretricibus aut cauſa alia, aut quia ob labra ipſius calloſa & dura, poſt acceptum ſemen vniri non poteſt, conceptum prohibet: quia ſemen mox delabitur, vt his quæ mox à coitu ſurgunt, ſaltant, vehementiùs exercentur, C tuſsiunt, ſternutāt: niſi etiā priùs vitalis in eo ſpiritus exhalauerit. Nam quæ vtero gerunt, ijs vteri os cōprimitur, & arctè adeò cogitur, vt ne aciculæ quidem pateat. Hæc igitur vitia vteri ſimilaria, organica, communia, generationem impediunt, quia ſemen vtrunq;, & menſtruū ſanguinem in ipſum recipi prohibent, aut receptum corrumpunt, vel mox remittunt, ac expellunt.

Signa fœcundæ mulieris & cōtrà. Si velis ſcire an mulier non grauida ſit conceptura, pannis circumtectā ſubter ſuffias myrrha, ſtyrace, & ſimilibus aromatis, quorum ſi odor ad os, & nares peruenit, ex ſe non eſt ſterilis. lib 5. Aph. 59. Peſſo ex Ariſtolochia cum melle impoſito in ceruicem vteri, ſi ſaliua dulceſcat, fœcunda eſt. Spica allij veſpere collo vteri impoſita, ſi manè allij odorē naribus, aut ſaporem ore ſentit, fœcunda eſt. Hæc ſigna oſtendūt tantū mulierem nō eſſe ſterilem ab obſtructis vteri orificijs, quanquā ob aliā cauſam ſterilis eſſe poſsit. Crocus ſaliua ſolutus, aut collyriū magno oculi angulo impoſitū, naribus odorem, ori ſaporem ſuum ſi repræſentat, fœcunda eſt: quia venas & arterias iuueniles ad aures à cerebro, ad inferiora vias eſſe aper-

Sterilitatis cauſa cōmunes maris & fœminæ. tas ſignificant. Cōmunes maris & fœminæ affectus generationē impedientes quidē dicti ſunt, intemperies corporis totius, partium principiū, & maximè genitaliū ſolæ, & cum materia, tumores præter naturam, ſolutio continui. Præter hos etiam coitus coitui ſuccedens, & coactus alterutrius, vel vtriuſq; concubitus, vt in his qui inuiti, & ſine amore iunguntur, inanis eſt, ac ſterilis: vt voluntarius & iucundus, eſt

Coitus inanis. fœcundus, niſi amor nimis ardens adſit. Semen diu retentum in vtero priuſquam concipiat, & vndiq; à D toto vtero comprehendatur, vel diu à viro retentū priuſquam emittatur, quia ſpiritus ab eo reſoluitur, &

Valeſcus Sauonarola. à frigiditate corrumpitur. Semen viri, & mulieris tempore diuerſo emiſſum, cùm ſimul tempore ad conceptum emitti oportere pleriq; contendant: ob id quidam oleo liliorum muliebria illinunt ante coitum, vt ſemen mulieris celerent, aut teſtes ſibi leniter ligant, vt ſuum morentur, donec mulier ſuum ſentiat fluxurū. Quanquā plurimæ id ſe ſentire negent, & tamen concipiūt. Ea igitur cauſa fuerit vana, niſi fortè vir multò antè emittat, vt iam ſpiritus exhalarit adueniente muliebri. Quamuis enim ſemen, vt ſanguis, lac, extra ſua cōceptacula promptè corrumpatur Galeno, nō tamen repentè: quin & ſemen in vtero dum eſt, extra ſua conceptacula fortaſſe omnino non fuerit, ſed ab vtero mirè expetatur, Galen. lib. loc. affect.

Dubitatio. Sed mirari ſubit eos qui virile ſemen ante muliebre emiſſum ſcribunt infœcundū, effuſum autem à viris in balneum, deinde à mulieribus poſt virorum egreſſum in eodem lauantibus nulla veneris apprehenſione, tamen in vteros fuiſſe attractum, & eas concepiſſe: cùm credibile non ſit mulieres ſuum vnquam emiſiſſe ſine veneris apprehenſione. Hæc verò figmenta potiùs fuerint mulierū impudicos concubitus, hoc prætextu celare conantium. Quæ ſi recipiūtur, quid mulieri abſente diu marito, viduæ, virgini, mo-

Generationem etiam hæc impediunt. niali non liceat? Penis viri inæqualis collo vteri, hoc eſt, longior, breuior, amplior, gracilior. Aetas maris annis duodecim, fœminæ quatuordecim minor, & illius annis ſexaginta, huius quinquaginta maior, ra-

Gal. initio ſanit. tuenda. rò eſt fœcūda, aut malè fœcūda, vt initio de menſiū & ſeminis natura probauimus. Obeſitas alterutrius, & magis vtriuſq;, quia genitiuæ partes ob aqualiculum pinguem propenſo ſequipede extantem, coire nequeunt,

A nequeunt, & ſanguis in ijs,præſertim natura admodum craſsis, paucus,& is in adipem abſumptus,ſemẽ
& ſanguinem menſtruũ,duo noſtræ generationis primordia,gignit parciora:ob idq; hi venerem parum
appetunt,& raró coeunt. Quæ præterea cauſæ aliæ vtriuſq; communes ſtatuuntur, remotiores ſunt, vt *Aliæ cauſæ ſterilitatis, ſed remotiores.*
aer calidior,peſtilens,labor multus,victus tenuior,balneum ieiunis immodicum,gonorrhœa venus im-
modica,gaudium ſubitum,iracundia,vigiliæ longæ,& reliqua omnis vacuatio,quia ſanguinem ſeminis,
& menſium materiã vacuat,aut ſpiritus calidos, primaria naturæ ad generationem faciendã inſtrumen-
ta,diſsipat.vt contrà,aer frigidior,otium longum,ebrioſitas,& victus quotidie ſplendidus,potus largior
aquæ frigidæ,eſus largior fructuum præſertim viridium,balneum aluminoſum,paſtus,aut eius & vene-
ris inſolens abſtinentia,mœror,metus vehemẽs,longus,ſomnus immodicus, corpus reddunt frigidius,
excremẽtis plenum, & cruditatibus,ob caloris & ſpirituum penuria fruſtratã coctionem. Ob id calidio-
res priùs infœcundi,tranſitu ad aerem frigidiorem & reliquas ſalubres cauſas refrigerãtes,fœcundi eua-
ſerunt. frigidi contrà. Cæteri ad proportionem, quam vim non occultæ aeris proprietati, aut corporum
cœleſtium in aerem vel animalia influxui,genitiuarum virium cum quibuſdam,ſed manifeſtæ huic qua-
litatum mutationi acceptam refero,vti & ſterilitatem ex opio,hyoſciamo,cicuta, mandragora, & ſimili- *Sterilitatem adferunt.*
bus narcoticis : quæ viri teſtibus aliquãdiu illita, aut peſſo muliebribus indita: æquius caphura,ſquama
ferri,vermes noctu lucentes ſumpti, tota ſua ſubſtãtia ſteriles facere creduntur, vt faſcinatio,incantatio,
B ſortilegiũ,dæmonis alicuius ope malefica, ſi ſub quibuſdã horoſcopis nati,dæmonibus imperãt,vt Pto- *Ptolemæus.*
lemæo viſum eſt quarta parte quadripartiti cap.3. Quanquã & caphura frigiditate, & ſquama ferri calore
& ſiccitate,ſteriles facere poſſunt,vti omnia quæ ſeminis materiam abſumunt,ac diſsipant:aut congela-
tum,& velut glaciatũ excerni prohibent,& ſi excernatur,quia extincto ſpiritu & calore velut exanimatũ
eſt,prolificum fuerit nunquam. Vir ſi vxorem cum priore marito fœcundam implere non poſsit: aut mu-
lier, ſi ex marito cum priore uxore fœcundo nõ concipit, quanquam ſterilis ab omnibus vterq; iudica-
tur, tamen iudicium poteſt eſſe falſum: fieri enim poteſt, vt priùs iuncti temperati fuerint, aut contrario
præditi temperamento,ob id fœcundi: nũc uerò iungantur cum corpore ſimiliter intemperato, & ob id
non generant. Certiora hæc pleriq; iudicant. Vir meiat ſæpe ſuper virentẽ maluam aut lactucam,& mu- *Sterilitatis indicia.*
lier ſuper aliam,cuius herba ſiccabitur,ſterilis eſt. Vir dies circiter nouem,aut plures,permeiat furfurem
vaſe captum,& mulier alium, in cuius furfure vermes citiùs naſcuntur,ſterilis eſt. Frumentum, vel hor-
deum,vel fabæ exceptæ vaſe à viro permeantur totidem diebus,aut ſeptẽ diebus viri vrina macerentur,
& alia ſemina à muliere ſimiliter,cuius ſemina germinabunt,generare poteſt. Hæc tamen Auicennæ pa-
rum probantur. Semen viri aut mulieris aquæ innatans,eſt infœcundũ. Cauſarum huiuſmodi plurima-
rum ſigna aut ſenſibus ſunt perſpicua,aut ex notis temperamenti totius,vel partium principum, aut ho-
hominis illius relatu cognoſci poſſunt: vt ſeminis vtriuſq; & menſiũ temperatura, & qualitates reliquæ,
C & quantitas,& tempus excretionis. Adhæc teſtium amborum,& vteri,& penis affectus plurimi ſunt no-
tiſsimi: quorundã tamen notæ nunc à nobis ſcribentur, aliorũ tota ſimul natura & curatio,vel antè præ-
ſcripta eſt,vel poſt abſolutam generationis rationem explicabitur. Teſtes viri calidiores oſtendũt in ve- *Gal. in arte medica,& alibi.*
nerem iam inde ab adoleſcentia propenſio, cum ſubito penis rigore ſubita ſeminis (quod etiã calidius,
acrius,& mordax ſentit ipſe,& mulier) excretio,fœcunditas, præcipuè maſculorum generatrix,calor in
his tactu perceptus: offenſio à calidis prompta,modico frigore iuuantur genitiuæ partes,& his proximę
ad vmbilicum vſq;, & media femora: pilis plurimis celerrimè veſtiuntur,flauis aut nigris citó,præſertim
ſi humido & ſicco ſint temperati aut non adeò reſiccati. Si calidiores, & ſicciores, ſimul præter dicta ſi-
gna,ſemen quoq; craſsius eſt. Si calidiores & humidiores venerem minùs prædictis appetũt,& vſu eius
immodico minus læduntur: abſtinentia verò veneris læduntur: ſi multò calidiores ſint ac humidiores,
ſemen habent largius, ſed partes genitiuas minus hirſutas. Frigidiorum teſtium ſigna ſunt contraria. Si
frigidiores & humidiores,verecundus eſt inter mulieres,penis illi tardè & raró arrigitur,venerem tardè
exercere incipit,nec ea delectatur: ſemen tenue, aquoſum tardè in coitu excernitur, frigidum à muliere
ſentitur,infœcundũ vel omnino, vel fœminas gignit: partes genitiuæ & his vicinæ, aut glabræ,aut pilos
tardè emittunt,& eos tenues. Frigidiorum ſicciorum ſigna ſunt eadem,ſed ſemen parcius, & craſsius.

Hæc teſtium viriliũ temperaturę ſigna,ad muliebres teſtes & vteros quadantenus transferri poſſunt:
ex quorum natura ſeminis vtriuſq; vires maximè pendent. Vterum enim calidiorem præter reliqui cor-
D poris,præſertim imi calidioris, notas,vt audaciã,iracundiam, ſitim inexpletã, ad omnia promptitudinẽ,
&c. pulſum celerem,vrinam flauã,&c. declarant,menſtrua pauca,craſſa,calida,flaua,aut ex aduſtione ni-
gricantia,cum dolore,& morſu frequenter vlcerante prodeuntia, inordinata Salacitas inexpleta,celeris
excretio ſeminis, quod etiã calidius, & titillans magis ipſa ſentit excernendo: pili in pectine,& cruribus
citò nati,multi,craſsi,flaui,nigri. Frigidiorem,corpus reliquum,præſertim imum frigidum,vt lumborũ,
& natium,& imi ventris anguſtia, & ſtupor, præcedens victus refrigerans & pituitoſus: menſes ob craſ-
ſitiem à frigore concretam ſuppreſsi,aut rari,tardi,crudi, albi,aut albicantes, non rubri: interdum fluxi-
les, & aquoſi à liquidiore pituita veneris odium, ſpermatis pauci & frigidi excretio tarda, & voluptatis
expers: os vteri contractum: pili in pube & cruribus tardi,rari,exiles,pallidi aut albicantes. Frigidiorem *Frigidior & ſiccior.*
& humidiorem,corpus reliquum molle, & tactu frigidum,alſioſum,fluxus muliebris, aut ſaltẽ perpetua
vuluæ humiditas in coitu plurima,viro etiam moleſta,ſemen aquoſum continere nequit. Menſes multi,
fluxiles,aquoſi. Vteri facultas retentrix ob humiditatẽ imbecilla: ob id fœtu paulum grandeſcente facilè
abortiunt,vt Hippocrates ait in aphoriſ. Frigidiorem,& ſicciorẽ menſes pauci, rari,craſsi, ſemen paucũ,
coitus appetentia quàm proximè maior, collum vteri & vtriuſq; os etiam in coitu ſiccum & ob ſiccitatẽ
à frigiditate auctam rhagadibus obnoxium.

Mulier puerpera ſanior quidẽ eſt,ſed imbecilla & citò ſeneſcit,ſterilis contrà eſt valetudinaria, vegeta *Prognoſtica.*
diu & florens. Si mulier poſt menſtruam purgationem humida manet,in vtero lubricat ſemen. Quę vte- *Auic. cap. de ſignis ſterilitatis.*

5. *Aph.* 72. ros habent calidos,frigidos,humidos,ſiccos,nô concipiunt,vt dictũ eſt,niſi ex cõtrario ſemine.Nec qui A
5. *Aph.* 63. viri ſemen habent calidum,frigidum,humidum,ſiccum generant:niſi in cõtraria vteri temperatura.Ste-
rilitas ex occęcatis cicatrice orificijs vaſorum in vtero,vteri paruitate,penis breuitate,longitudine,inſa-
nabilis:ex lapide execto curatu difficilis,niſi roborantibus parté emendetur. Os vteri durum,calloſum,
compreſſum,quia claudi exactè nequit,conceptum impedit,aut ſi clauſo eo conceptus fit, partum,quia
dilatari,nequit,ſupprimit. Durum autem fit,aut à tumore præter naturá,vt dixi ex Hippocrate,Quibus
os vteri durum eſt,&c. aut à frigore ex mora longa in aqua frigida, aut ſeſsione longa ſuper lapidem:,aut
à cicatrice poſt continuitatem ſolutam:à partu difficili,vel à defloratione puellę iunioris,à balano penis
enormiore. Quę duos aut tres menſes à venere abſtinent,cõcipiendo aptiores euadunt,& viri aliquan-
diu continentes generando.

DE CONCEPTV ET GENERATIONE HOMINIS, ET IIS QVAE CIRCA HÆC POTISSIMVM CONSIDERANTUR, Libri ſex, congeſti opera IACOBI RVEFF Chirurgi Tigurini. B

DE CONSILIO ET RATIONE OPERIS ad Lectorem, Præfatio.

CONSIDERANTI *mihi, Lector humaniſsime, iniqua multorum de bonis quorundam inſtitutis
iudicia, qui nihil non, niſi quod ipſi fecerint, liuido mordere dente ſolent, fermè contigit vt his
quoq; præſentis libri laboribus abſtinuiſſem.Sed magis publicæ neceſsitatis cura ductus, quam liui-
dis illorũ moribus impeditus,hos ſubire tandẽ non detrectaui.Neq; enim par viſum eſt propter pau-
corũ rigorẽ & calumnias omittere, quæ publicè multis multũ profutura videbãtur eſſe.Licet verò
tanto præſentis materiæ oneri ſuſtinẽdo impares humeros eſſe fatear,conandũ tamẽ imbecilliori,cùm nemo robu-
ſtior ſuccederet,fuit aliquid. Talis enim tãq; neceſſaria hæc exiſtit materia, vt de hac tractare ſummè etiã fuerit
neceſſariũ.Sed quia hãc de Generatione hominis & quæ circa hãc conſiderãtur,tractationẽ,à multis alienã quaſi
profeſsionẽ præteriri,ab alijs quorũ propriũ erat hæc pertractare negligi, à nõnullis etiã contẽni videmus:nos per-
pẽſa ſumma huius tractationis neceſsitate, propter infinita quæ vidimus hactenus ex huius profeſsionis ignorãtia,
enata incõmoda,nõ potuimus quin propter publicũ bonũ tandẽ daremus aliquid.Aliorũ hæc dare fuerat,quia ta-
mẽ multi ſibi parcũt,multi circa alia minus forte vtilia deſudãt,plures aũt rebus alijs ſpeculãdo,legendo & agẽdo C
incũbunt, horũ verò nihil dãt, noluimus nos harũ præceptionũ indigos ea quã cõſecuti ſumus cognitione fruſtrare
diutius.Prodidêre quidẽ de his nõ pauca Veteres, quæ aut temporũ infortunio periêrũt, aut ſermonis, quo ſcripta
ſunt,ſqualore contẽpta iacẽt.Prodidêre recẽtiores nõ pauci, quorũ alij tãta obſcuritate, vt nequeãt intelligi: alij
tãta breuitate,vt nil ſolidũ ex his imperitiores queãt aſſequi: alij tã prolixis libris,vt vix queãt perlegi. Qui verò
melius,illi etiã fortè breuius: licet nullus horũ ſua laude fraudandus ſit.Mediũ ergo nobis ſequi placuit,ne vel bre-
uitate nimia rẽ tenebris inuolueremus,aut nimis effuſa tractatione ambages faceremus,legẽtiq; induceremus tæ-
dium. Præſentis aũt inſtituti nõ eſt,tantũ ad paucula præcepta tractationẽ reſtringere, vel ex tã copioſa materia
vnã aliquã tractare particulã:ſed pro contẽplando totius humanæ naturæ opificio, rẽ ipſam ex fundamẽtis pete-
re,& à primis eius materiæ ordiri principijs.Tradẽdi enim meliorẽ fingere quam ipſa natura ſequitur ordinẽ,ne-
mo poterit.Quotquot enim ab hoc in tradẽdis declinauêre rebus,plus tenebrarũ quam lucis ſuis affudere traditio-
nibus.De ſemine itaq; & eius natura primũ dicemus, nec nõ de cõceptu, mirabiliq; eius in vtero alteratione &
incremẽto,vt hinc vel leuiter rẽ cõſiderantibus,primæua illa Dei Opt. Max.ex nihilo cõditoris omniũ,adhuc eodẽ
modo procedẽs ſtupori ſit omnipotẽtia. Cui proximũ eſt organi quoq;,in quo eiuſce generatio fit,mentionẽ facere, D
matricis inquã,& quomodo ſe in illa fœtus vſq; ad partus horã habeat,pro agnoſcẽda ſumma illa Dei in creatio-
ne hominis bonitate,ſapiẽtia,moderatiõe & potẽtia ineffabili.Inde et ordo naturæ poſtulat partũ ipſum,varioſq;
huius caſus ac formas,nec nõ abortus,molas,informes ſpecies, mõſtraq; cũ cauſis ſterilitatis et fœcũditatis varijs,
ſobolis parentũq; remedijs perſequi, ad cognoſcendũ mirabilia Dei opa,gratiã infinitã, miſericordiã ſtupendã cũ
ſacroſanctis ipſius iudicijs omnẽ hominũ captũ ſuperãtibus. Quæ quidẽ tractatione nõ omnia quæ circa hanc dici
poſſent,proſeq.,ſed potiſsima tantũ cõplecti voluimus:quibus omnes ad celebrandũ Deũ & excolẽda humanitatis
officia,propria originis ratione habita,et doctiores peritioreſq; in hac profeſsione ad pfectiora danda excitarẽtur.*

Cæterùm,etſi publicæ neceſsitatis commodiq; ſtudioſi, vulgata noſtra lingua hunc tractatũ publicari voluerimus,noluimus tamẽ te quoq;,humaniſsime Lector,huius linguæ deſiderio magis detentũ,hoc fraudare opuſculo. Vt enim nõ cauillandi,nõ detrahendi,nec alios qui de his priores tradidêre ſua gloria fraudandi,imo nec priuatæ quidem æſtimationis,ſed publicæ tantũ vtilitatis gratia,hoc opus inſtituimus:ita de te nobis viciſsim promittimus,nõ maligno te hæc a nobis ſuſcepturum animo,ſed moderato iudicio,ea quæ aliorũ ſunt,ad communia præcepta relaturum:quæ verò noſtra,noſtræ experientiæ monumenta agniturum,publicæq; vtilitatis ſtudioſo cupidè ſuſcepturum animo. Nos noſtram,vt debemus,publico (vti nobis promittimus) commodo liberamus fidem: tu verò quantum in te eſt,hæc diligenter inſpice,perlege,fruere, Vale.

LIBER

A

Liber Primus.

DE GENERATIONE hominis.

De genitali ſemine, quid ſit, vnde & quomodo naſcatur.

CAPVT I.

PROCREATIONEM naturalem hominis, talem omnino obſeruamus, qualem omnis gene-
ris ſtirpium generationē animaduertimus. Vt enim illæ ex ſemine ſui quæq; generis telluri
cōmiſſo, germināt, augentur, & ad perfectam ſuæ naturæ formam naturaliter excreſcūt: ita
homo quoq; rationalis creatura, ſui corporis ratione, ex viri genitura in vterū fœminę, tan-
quam agrū, proiecta, naturaliter ſuū trahit principiū. Ea ipſa autem genitura, quam ſperma
ſiue ſemen dicimus, ſua origine atq; natura, ſuperfluus tantùm humor eſt, reſiduum inquam alimenti, &
ſuperfluum tertiæ in corpore concoctionis, per abſtruſa organa ex potiſsimis corporis membris ad par-
B tes genitales deductum, generationi inſeruiens.

Oritur autem ex omnium alimentorū hominis nutritioni inſeruientium reſiduis, eorundē naturali in
tertiā vſq; concoctionē alteratione facta: ex cuius concocti alimēti ſuperfluo, ſuo modo hoc recollectū,
pro ætatis & naturæ conſtitutione, generari compertū eſt. Fit enim cuiuſq; ſibi in animantis alimentum
conuerſi, vſq; ad ſeminis generationē triplex cōcoctio, ſequēte nihilominus ea quę omniū concoctionū
eſt puriſsima. Alimenta nanq; per manducationē ad ventriculū demiſſo, mox quod ſyncerū alimentum
reliquis deſtinatur partibus (excremēto ſicco per inteſtina ad aluū depulſo) per venas meſeraicas exu-
gētes raptū ad vnā veluti portā, ex innumeris canalibus corriuatū, iecinori infertur. Vbi ad prioris in vē-
triculo cōcoctionis rationē, altera mox etiā in hepate ad ipſum deriuati alimēti fit cōcoctio: & ſeparatis
ſuperfluis, vtraq; bile ſcilicet, & humore aquoſo à vaſis emulgētibus attracto, vt colatus per renes, inde
per vreteres meatus in veſicā defluat, reſiduū per cōcoctionē hāc hepatis defęcatū, ſanguis inquā ad cor,
velut ad vitalē adminiſtrationē trāſmittitur. In corde rurſum tertia ſemel ſumpti alimēti fit cōcoctio. Illic
enim ſanguis vitali aſſumpto ſpiritu, per ſingula corporis mēbra diffuſus, rurſus quod in ſe ſuperfluū eſt
per latētes poros excernit. Tandē hic ſpiritus per vaſa ſpermatica, venæ cauæ ramos, deriuatū ſanguinē,
amplius illic concoctū, in ſpermatis naturā cōuertit, minimorū ad hoc vaſorū criſpatis reuolutionibus
& glanduloſa teſtiū & quas paraſtatas vocāt ſubſtātia, cōducentibus. Sic elaboratus in hepate ſanguis, &
in vitalem ſpiritū magna ex parte conuerſus, mox per aórtā arteriā eiusq; ramos ad omnia reliqua totius
C corporis membra deriuatur. Inde verò quarto loco (vt hoc præter inſtitutū ſubijciamus) aſsimilatio fit,
vegetante & cōfirmante hoc ſucco vitā qui ultimo omniū puriſsimus cum vitali ſpiritu remanſit, expul-
ſo rurſum in ſudore per poros, ſi quid impuri vel relictum vel obortum fuerit.

Cæterùm vt planior nobis huius generationis & originis ratio conſtet, eandem ſtirpium quoq; & ſi *Similis ratio ſe-*
quæ cum ſtirpibus ſub eandem rationem cadunt, originem eſſe, ſubiecta breui demonſtratione declara- *minum in ſtirpi-*
bimus. Itaq; quemadmodum in cuiuſcunq; generis ſeminibus, granum ipſum terræ commiſſum, om- *bus.*
nium ſequentium alterationū alimentū, & quaſi primum ſubiectum exiſtit, vnde in ſimilem ſui naturā
germinat, augetur & excreſcit: ita ſumptus cibus in humano corpore primam variæ cōcoctioni præbet
materiam. Et vt illic certiſsimam diſcretionem puri ab impuro, & reſidui à ſuperfluo obſeruamus, ita
hic naturalem inutilis ab vtili ſeparationem certis ſuis gradibus animaduertimus. Primò enim ſemen
terræ commiſſum, mox eius humore tumidum, pellicula ſua qua concluſum erat ſeſe exuit, ſurſumq;
germinando illam, quaſi ſiccum excrementum, inanem proijcit, grano interim, vt ad incrementum ten-
dat, progerminante. Incremento deinde ad nudatam vſq; flore frugem tendente, altera depuratio florem
in eminentia rami natum deijcit: denudatam autem flore frugis ſpem, velut hoc quod purum & vtile ex
altera purgatione remanſit, conſeruat. Exinde fruge iam ad iuſtam quantitatem enata, tertia alteratio fo-
lia, velut huius gradus ſuperfluum, deijcit, fructum verò iam toties excoctum, ad vtilitatem alimenti ho-
D minum data maturitate, deſtinat. Iam verò & fructum ipſum latens in eo ſemen vel rumpit, vel putrefa-
ciendo excutit, terræq; commiſſum, rurſum in ſuæ naturæ proprietatem feſtinat, non in ſe quod eſt ma-
nens, ſed ad ſui primitiui vnde enatum eſt ſimilitudinem tendens; vt omnino verum in eo eſſe conſtet,
Naturam ſimilia ſibi generare. Quiduis enim eius vnde enatum eſt formam & ſimilitudinem naturali-
ter appetit: vnde non è piro mala, vt nec è malo pira, niſi inſitionis & plantationis ratione ſecus fiat, ge-
nerari videas. Quare idem in hominū generatione, quod eſt in ſtirpium ortu, agnoſcendum relinquitur,
vt quoniam ex vno ſemine membris bene diſtincta corpora generari videmus, ex diſtinctis quoq; cor-
poris partibus illud oriri credamus. Vnde, quid & quàm bene dicant, ipſi viderint, qui genitale ſemē tan- *An ex cerebro*
tùm ex cerebro generari aſſeuerant, cùm & concoctionum rationi & corporū conſtitutioni minùs hoc *genitale ſemē.*
ſit conſentaneum. Certum quidem eſt, aliquam huius nec paruam etiam partem à cerebro deriuari, po-
tiſsimam autem ex totius corporis potiſsimis partibus colligi. Si enim ex vna aut altera tātùm parte hoc
generari dicamus, illud ipſum non fallaci ratione conſequi nemo non videbit, eaſdem tantùm partes ite-
rum generari oportere. Rectè itaq; dicimus, præter eam quā & à cerebro trahit originem, ex toto quoq;
corpore eiusq; partibus potiſsimis generari: effectu ipſo cauſam docente, maximè cum mēbra diſtincta
& ad iuſtam corporis formam perfectè abſoluta in prognatis videamus. Habemus pro nobis cōtra alio-
rum opiniones ipſum quoq; Hipp. omnium medicorum facilè principem: qui & ipſe genituram ex toto
colligi corpore aſſeuerat, & ita quidem, vt conſtitutioni generantis, generatum quoq; reſpondeat, ex in-

firmo inquam ſemine, infirmo, ex valida verò genitura, valido nato homine. Quibus accedit quod & in A libris quoq; nō rarò eas, quæ & parentibus ægritudines vel vitioſæ corporis notæ inſunt, obſeruamus, quæ genituræ vitio in ipſos tranſiſſe omnino credimus. His itaq; certò conſtitutis de genitalis ſeminis origine atq; materia hæc præmiſiſſe ſufficiat.

De mixtura vtriuſq; ſexus ſeminis, eiusq; ſubſtantia & forma.

CAPVT II.

POſtquam aūt vterus, quod genitale fœminei ſexus membrum eſt, viri genituram conceperit, ſuum quoq; ſemen illi admiſcet, ita vt ex ambobus vtriuſq; ſexus ſeminibus vna mixtura fiat. Circa hāc autem proximam fœtus materiam, non omnibus idem eſt iudicium. Ariſtoteles enim fœminæ menſtruum, præparatam dicit eſſe totius fœtus, licet crudam materiam, quæ informetur intromiſſo in hanc virili ſemine in vitalem ſpiritū verſo, qui artificis inſtar hanc diſtinguat, & fabri inſtar rude ferrum malleo ſuper incudem complanantis, formet. Galenus autem ambo in matrice confuſa ſemina primam fœtus perhibet eſſe materiam, & ita quidem, vt ſine debita horum mixtura nihil neq; concipiatur neq; generetur. Licet verò par horum confuſio fiat, tamen nō eandem eorum eſſe qualitatem, non eſt dubium. Calore enim & ſpiſsitudine viri genitura muliebre ſemē ſuperat, quod præ illo magis humidum & frigidum, ideoq; & aquoſum magis eſſe, vel temperamenti ratione conſtat. Nihilominus tamen, licet in tantùm qualitate differant, muliebre ſemen viri genituræ par in fœtu conſtituendo præbet auxilium, ita vt B vtriuſq; virtute ſimul ipſa inter ſe ſemina mutuò coaleſcant.

Menſtruus ſanguis quid. Porrò cum ſanguis menſtruus genituræ muliebris materia ſit, (vt huius etiam nō minus quàm virilis genituræ origo conſtet,) tenendum eſt, menſtruum aliud non eſſe, naturali ratione habita, quàm tertiæ concoctionis excrementum, ſingulis menſibus collectum expurgatumq;, à menſe lunari menſtrua purgatione dicta. Quæuis enim fœmina eius quæ purgationem hanc ferre poteſt ætatis, valetudine modò corporis bene cōſtituta, naturaliter ſingulis menſibus ab hoc ſuperfluo purgari debet. Et ea ipſa de cauſa expurgationē hanc Germani florem vocant, quod quemadmodum arbores quæ flores non emittunt, vel ſenio vel naturæ vitio, non fructificant: ita etiam quæuis fœmina, hoc flore, hac inquam purgatione ſuo tempore deſtituta, naturaliter neq; cōcipere neq; generare poſsit, ſterili viro ſimilis, eadem generandi facultate, aut aliquo vitio, aut propter complexionem nimis humidam & frigidam, exhauſto calore naturali, deſtituto.

Mixtis itaq; ambobus ſeminibus & in vterum receptis, mox tenui quadam tunicula ex calore matricis generata concluduntur, & ad formam oui tenuiſsima pellicula concluſi coagulantur.

De tribus tunicis quibus fœtus in vtero munitur & tegitur.

CAPVT III.

Prima fœtus tunica Chorion. GEnerato primùm poſt conceptionē loculo, concluſus in illo ſe vitalis ſpiritus exerit, & munimenta concepto fœtui generantur. Et primùm quidem ex extrema ſeminis ſuperficie, propter muliebris genituræ humiditatem aquoſiorem, tenuis membrana generatur, quæ propter humidiorem qualitatem latius extenditur, pellucida primum, poſt partum autem in faſciculum concluſa, chorion vel ſecundæ dicta. Ex huius autē humiditate ſuperflua, generantur & aliæ duæ tunicæ, quæ à ſuperfluis fœtum muniūt, veluti à menſtruis poſt conceptum retentis, necnon alijs quoq; ſuperfluitatibus, quæ neq; alimento neq; incremento fœtus ſeruiunt, ſed officiunt magis: nihilominus tamen in matrice intra ſecundas vſq; ad pariendi tempus retinentur, quando aut ſponte ruptura facta, aut obſtetricis ope ſoluta, diffluunt. C

2. Allantoides. Secunda itaq; tunica Arabicè Biles, Græcis allantoides dicta conuexis fœtus partibus adiacens, ab vmbilico omnia inferiora concludit, rugoſa & ſinuoſa admodum, ſinuoſæ veſti non abſimilis, in quam vrina, ſudores, & ſi qui alij acriores humores à maturo ferè iam fœtu profluunt, deſtillant, & ad pariendi tempus vſq; detinentur. Maturiores enim iam infantes nō per vreteres ad pudēda, ſed meatibus quibuſdam per vmbilicum extra ſeptū hoc vrinam excernunt. Ab hac ergo & humoribus alijs fœtus illa tunica munitur, ne horum acrimonia afficiatur, aut impuritatis aliquid ſibi contrahat.

3. Amnea. Tertia tunica, totum fœtum interius ambiens vndiq; complectitur, & ab humoribus & aſperioribus D exterioribus tunicis tenerum fœtum defendit, mollicula & tenuis admodum, eoq; à Græcis amnœa, quaſi ad agni mollitiē accedens, nuncupata. Quibuſdā verò Armatura cōceptus, Arabicè abgas dicitur.

De tribus facultatibus corpus diſpenſantibus, & ipſo ſpiritu.

CAPVT IIII.

MIxta iam & concluſa vtraq; viri & fœminæ genitura, mox vis ſiue facultas, animæ inquam potentia eſſentialiter ei ad ſuas in corpore actiones peragendas attributa, ſe exerit, & triplici ferè modo conuenienter operari incipit.

1. Facultas Naturalis. Prima facultas naturalis eſt, facultatum aliarum fomes & baſis, animalibus ſimul & plantis cōmunis. Hæc mox à tempore generationis vſq; ad perfectionem eius quod generatū eſt operatur, augmentando inquam & nutriendo. Locum autē in hepate obtinet, vnde deinceps per venas in totum corpus ſpargitur. Eius verò operatio prima fronte duplex eſſe deprehenditur. Alteratrix inquam, quam immutatiuā nonnulli dicunt, quę generatim primùm ſeminis ſubſtantiam immutat, & ex eo quod ante fuerat in ſubſtantiam ſingularū partium vt ſingillatim fiat quælibet, conuertit: particulatim verò ex mixtis qualitatibus & elementaribus facultatibus in eam ſubſtantiam rurſum intendens, per calidum & humidū molliorem ſubſtantiā efficit, qualis in animalibus eſt, caro, in plantis verò flores & medulla: per calidum & ſiccum in animalibus cor, in plantis radices: per frigidum & humidum in animalibus pilos, in plantis folia: per frigidum & ſiccum autē in animalibus neruos & oſſa, in plantis verò cortices & ligna, operatur.

Formatrix

A Formatrix deinde, quam Informatiuam vocant alij, quæ eam quæ alteratur materiã effingit ad eius ſimilitudinem, vnde ſuam traxit originẽ partibus ſuo primitiuo ſimilibus ſingillatim diſpoſitis. Hac ipſa partes quæ cauæ eſſe debẽt, veluti inteſtina, venæ, arteriæ & ſimilia, cauæ fiũt; quæ verò ſolidæ, ſolidæ itidẽ. Et breuibus, hæc omnia ſingillatim vel minutiſsima quæq; format, & cuiuſuis particulæ ſuperficiẽ perficit, ita vt nihil otioſum, nihil etiam ſuperfluum exiſtat. *Formatrix.*

His autem principalibus facultatibus ad naturalẽ vim in perficiendo animali pertinẽtibus, alię quoq; auxiliares vel famulantes potius inſuper accedunt. Generatrix inquam vel generatiua, in longitudine, latitudinem & profunditatem ipſum generatum diducens. Auctrix etiam, quę per nutritionem auget, & ad iuſtum augmentum vſq; perficit. Nec nõ & Nutrix, quæ fœtui in vtero iam inde à concepto ſemine ſeruit, fouetq; vt tot ac tantis animalis partibus conſtituendis ſufficiat. Vltimæ autem huic aliæ quoq; auxiliares facultates quatuor accedere perhibentur. Attractrix, quam appetitiuã dixẽre quidã, quę conueniens nutrimentũ ſingulis partibus ſua vi ceu inſtrumento attrahit, veluti pro carnis nutrimento ſubſtantiam ſanguinis, pro cerebri verò alimento ſubſtantiam phlegmaticã, & ſimiliter in alijs calida & ſicca facultate ſua operans. Coctrix vel alteratrix calida & humida vi operans, alimenti ſubſtantiam immutat, & diuerſæ naturæ alimenta in vnam veluti maſſam redigit. Retentrix vel retentiua, quæ purũ nutrimentum retinet (vnde id excoctum ſingulis membris aſsimilatur atq; vnitur) frigidi & ſicci ope vſa. Ex- *Facultates auxiliares vel famulantes.*
B pultrix vel expulſiua, quæ ſuperflua, neq; quantitati neq; qualitati partium conuenientia, ideoq; partibus nullatenus aſsimilanda, humidi & frigidi ope, neceſſariò expellit.

Secunda facultas quæ in humano ſemine principaliter operatur, Vitalis dicitur, & ſuum in corde locum habet. Ea autem cor viuificat, à quo per arterias annexas vitalis ſpiritus ad omnia membra, naturali facultate diſpoſita, viuificanda, cor atq; arterias dilatando & conſtringendo procedit. Dilatando inquã, quia quæ cordi motiua vis ineſt, ipſius cordis motũ à medio ipſius in omnes extremitates dilatat. Conſtringendo autem, quia eadem vis cordis motum ab omnibus extremitatibus rurſum ad medium ipſius colligit & cõſtringit. Vtrunq; verò horum pulmonis beneficio fieri videmus, qui follis inſtar aerem cordi per arteriam attrahit: is ab eodem rurſum ad alias corporis partes per arterias trãſmittitur. Item continuo motu pectus mouet, neruis & lacertis motis primitus. Summè ergo neceſſarius hic eſt, tum propter naturalis caloris circa cor mitigationem, qui ex aere frigido temperandi gratia nimium calorem attrahitur, maximè cùm tanti caloris ipſum cor eſſe cõſtet, vt niſi ex aere frigidum per pulmonẽ ſibi ſubinde temperamentũ attraheret, in ſe mox ſuffocatum periret: tum etiam propter vitalis ſpiritus nutrimentum, ex cuius temperamento animalis generatur ſpiritus, cuius in cerebro ſedẽ eſſe mox dicemus: vnde omnes nerui originem trahentes, per ſpinã dorſi deſcendunt, & in corpus hinc inde diuiduntur, nec nõ & à primitiuo ſuo animali ſpiritu, ope vitalis ſpiritus conſeruantur. Idem tamen ille per anhelitum attractus pulmonis miniſterio aer, & in vitalem ſpiritum tranſiens, multis quoq; modis non rara obſeruatione corrumpitur, cerebri inquã diſpoſitione mala, infectione hepatis, affectione cordis, perforatione pulmonis & ſimilibus, exterius quoq; accedente nimia aeris corruptione: de quibus in præſenti plura dicere, & præter inſtitutum & præter vtilitatem aliquam ſingularem foret. *II. Facultas Vitalis.*

C (at line "ne corrumpitur")

Tertia facultas Animalis eſt, quæ regina veluti ſupremũ locum occupat, ſedemq; in cerebro obtinet. Ea verò triplex certò deprehenditur. Prima enim huius virtus Ordinatrix eſt, quæ totum cerebrum diſponit, & ſola ſuo ordine occupat. In priori enim huius parte Imaginationem, in media Rationem, in poſteriori vero collocat Memoriam. Quod enim in prima cellula phantaſia concepit, mox id ad Rationis domiciliũ velut iudicandũ tranſmittit: & quod hic iudicio decerptũ, Memoriæ ad conſeruandũ & in effecta dirigendum relegat. Altera Senſitiua eſt, quàm licet variam pro ſenſuum ratione ſciamus, hoc tamen fieri modò teneamus. Spiritus animalis (cui modò in cerebro locum eſſe diximus) procedens ab interioribus cerebri cellulis, mediantibus neruis quibuſdam ſubtiliſsimis, ſenſus format, & ſua virtute horum neruorum miniſterio, ad oculos viſum, ad nares olfactum, ad aures auditũ, ad palatum verò guſtum dirigit, quos ex ſenſibus capitis tãtùm numerari videmus. Tertia motiua, in cerebro generata: cui mouere proprium dicitur. Sicut enim ſpiritus animalis diſponit & dirigit ordines ac proprietates ſenſuum, vti prædictum: ita eiuſdem beneficio motus quoq; diriguntur, quibus ſpirituum virtutes dilatentur, & ad alia quoq; membra dimittantur, *III. Facultas Animalis.*

D Cæterùm ad omnium harum facultatum perfectionẽ, neceſſario ſpiritus exigitur, cuius beneficio & motu cõtinuo tàm ſenſus quàm virtutes impellantur, vt actiones ſuas peragant. Hunc autem dicũt ſubtilem quandã aeream eſſe ſubſtantiam, quæ corporis virtutes continuè ad ſuas peragendas actiones excitet. Et reuera, hic Spiritus ſubtile quoddã corpus eſt, caloris vi generatũ, propter ſanguinem in hepate ſcaturientem, per anhelitum & arterias attractus, indeq; per venas ad omnia membra diffuſus, corpora viuificans, promouẽdo motui, mediantibus neruis & muſculis, inſeruiẽs. His autem primo ad hepar dirigitur hoc modo: Calore exiſtente in ſanguine, ebullitio quædam fit in hepate, vnde fumus quidam vel vapor prodit, qui mox per venas hepatis depuratus in ſubtilẽ quandã aeream mutatur ſubſtantiã, & Spiritus Naturalis dicitur, qui ſanguinẽ ſubtiliat, & inde ad ſingula mẽbra dimittitur. Inde, ab hepate inquã, idem ille ſpiritus per venas quaſdam ad cor tranſmittitur, vbi motu partium cordis & agitatione mutua magis purus fit, & in naturam magis ſubtilem conuertitur, & Vitalis ſpiritus eſſe incipit, eò quod à corde per arterias ad totius corporis membra ſe diffundit, & naturalis ſpiritus virtutem auget & adiuuat. Rurſum autem & à corde idem ille ſpiritus ſurſum per arterias ad cerebri cellulas penetrans, ibidẽ plus elaboratur, & in eſſentiam Animalis ſpiritus, qui omnium eſt puriſsimus, tranſmutatur, vnde mox rurſum per ſenſuum organa ad confirmandos illos aliquatenus dimittitur. Licet ergo idem ille vnus ſit ſpiritus, tamen propter diuerſa in diuerſis partibus officia, aliter atq; aliter intelligitur, vt in hepate Naturalis, in corde Vitalis, in cerebro verò Animalis dicatur. *Spiritus quid ſit.* *Quomodo generetur ſpiritus Naturalis.* *Quomodo Vitalis.* *Quomodo Animalis.*

Spiritus an ſit Anima. Cæterum hunc Spiritum nō credendum eſt eſſe Animam illam immortalem homini à Deo infuſam, A
ſed tantùm inſtrumētum & vehiculum eiuſdem Nam hoc ſpiritu mediante tantùm, anima corpori coniungitur: neq; tamē etiam ſine huius miniſterio perfecta animæ in corpore exercitatio eſt: id quod multis rationibus probare facile eſſet, niſi aliàs iſthæc de Facultatibus & Spiritu tractatio in longum ſat nimis excreuiſſet.

De vera partium generatione, & incremento fœtus pro ratione dierum ac temporum.

CAPVT V.

POſtquam matrix recipiendo genitali ſemini naturaliter propria (magneti ferrum, & electro crines ac plumas attrahenti, ſimilis) genitale ſemē receperit, & calore ſuo in coaguli vel oui formam ambo ſemina concluſerit, à primo ſtatim die vſq; ad ſextum vel ſeptimum plurimæ & ſubtiliſsimæ fibræ oriuntur, calido motu natæ, in quibus mox hepar cum potiſsimis organis ſuis naturali virtute generatur. Vitalis enim ſpiritus per ſua organa ad conceptum ſemen dimiſſus, potiſsima membra intra decimū diem format atq; diſtinguit, intromiſſus inquam per venas quaſdam ſecundinæ, quibus matrix eſt affixa, quibus ſanguis importatur, & ex quibus vmbilicus generatur, vt ex tertio capite conſtat. Eodem verò tempore in concreto ſemine tria alba minuta puncta concreto lacti nō diſsimilia, loco hepatis, cordis & cerebri oriuntur. B

Mox etiam vena per vmbilicū directa craſsiorem ſanguinem in ſemine confuſum, alimento idoneū, attrahit, vnde biſurca vena generatur.

Hepatis generatio. In altero eius venæ ramo ſanguis colligitur, ex quo primum hepar generatur, eo modo quo ſuprà de facultate naturali dictum eſt. Vnde facile conſtat hepar coagulatum & concretū tantùm eſſe ſanguinem, maſſam inquam quandam ſanguineā: nec non etiam videre licet quā multas & varias in expulſiua & attractiua virtute venas ſibi habeat accōmodas. In altero verò ramo generantur texturę illæ vel telæ venarum, cum dilatatione aliarum venarum, nec non ventriculi, ſplenis & inteſtinorū in infima ventris parte. Hinc mox omnes venæ tanquam rami ad vnum recolligūtur truncum in ſuperiori hepatis textura ad venam cauam Is truncus mox ramos venarum ad conſtituendū diaphragma dimittit, & non paucos in ſuperiorem partem ſpinæ dorſi ſupra diaphragma ſitam, nec non & inferiorem vſque ad femora dirigit.

Cordis generatio. Deinde cor cū venis ſuis ab vmbilico in ſemē extentis, vitali virtute generatur, ad ſpinā dorſi directis. Iſtæ vero venæ calidiſsimū & ſubtiliſsimum ſanguinē attrahunt, ex quo cor generatur in membrana cordis vel pericardio, natura carnoſum & craſſum pro calidi membri ratione neceſſaria. Vena caua autem extendens ſe & penetrens interiorem concauitatē dextri in corde lateris, ſanguinem pro cordis alimento eò deriuat. Ex eodem etiam eius venæ ramo in eadem cordis parte, alia quædam vena ſuboritur, *Vena immota vel tranquilla.* immota quibuſdam vel tranquilla dicta, eò quòd pro aliarū cordis venarū pulſantiū ratione non pulſet, C
ſed tranquilla deliteſcat, in hoc ordinata, vt excoctum in corde ſanguinem ad pulmonem dimittat, binis arteriarum inſtar (vnde vena arterioſa dicitur) circundata tunicis. Cæterùm in concauitate ſiniſtræ in *Aorta.* corde partis, maxima vena pulſatilis Aorta dicta oritur, vitalem ſpiritum per ſanguinē cordis in omnes venas pulſatiles corporis diffundens. Vt enim caua origo eſt omnium venarum per quas corpus totum ſanguinis nutrimentum attrahit: ita ab Aorta deriuantur omnes venæ pulſatiles. per totum corpus ſpiritum vitalem vndiquaq; diffundentes. Cor enim fons & origo vitalis caloris eſt, ſine quo nullum nec animal neq; membrum foueri poſſet.

Arteria venoſa. Sub modò dicta magna Aorta in concauitate ſiniſtra cordis, alia adhuc vena, arteria venoſa dicta, oritur. Ea etiamſi verè pulſatilis vena ſit, & vitalem ſpiritū dirigat, vnicā tantùm tamen tunicam habet pro ſanguinearum venarum more Ideo verò illa condita eſt, vt frigidum aerem à pulmone ad cor refrigerādi gratia deriuet, & nimium calorem temperet.

Pulmonis generatio. Quia verò ex vtraq; cōcauitate cordis venæ prorumpunt & pulmoni inſeruntur, ex his pulmo quoq; formatur. Vena enim è dextra concauitate cordis procedens, ſanguinem producit ſubtiliſsimum, qui diſperſis hinc inde fibris in carnem pulmonis mutatur. A magna verò vena cordis & hepatis, caua inquam & aorta generatur totum pectus, nec non ſucceſsiuè etiam cum brachijs crura.

Cerebri generatio. Intra prædictum tempus generatur etiā ſuprema & potiſsima huius ſtructuræ pars, cerebrum inquā, D
in tertia huius maſſæ pellicula. Repleta enim tota ſeminis maſſa animali ſpiritu, contrahit is magnam genitalis humoris partem, & in concauitatē quandam, in qua cerebrū formetur, concludit. Externè autem operculo quodam circumquaq; tegitur, quod calore toſtum & ſiccatum, in os redigitur & Cranium fit.

Sic autem formatur cerebrum, vt vitalium ſpirituū omniū naturas concipere, retinere & mutare poſſit, vnde etiam & rationis & omnium ſenſuum initia proueniant. Vt enim ex hepate venæ, ex corde verò arteriæ ſuam trahunt originē: ita etiam à cerebro nerui, mollioris & lenioris naturæ exiſtentes, oriuntur, non venarum more concaui, ſed ſolidi. *Neruorū origo.* Illi autem prima & potiſsima omnium ſenſuum inſtrumenta ſunt, per quæ omnes ſenſuum motus propter vitalem ſpiritū ritè fiunt. Poſt neruos ex cerebro etiā medulla ſpinæ dorſi generatur, nō abſimilis à cerebro naturæ, vt vix medulla dici poſsit, tum quòd nullā ad *Medulla ſpinæ dorſi.* medullam ſimilitudinem habet, tum quòd nec ſubſtantia illam refert. Medulla enim ſuperfluū quiddam eſt alimenti membrorū ex ſanguine ortum, ad humectanda & vegetanda corporis oſſa deſtinatum: cerebrum autem & medulla ſpinæ dorſi ex ſemine ſuam trahūt originē, non pro alendis aut vegetandis alijs deputata membris, ſed ut per ſe priuatas corporis partes conſtituant, propter ſenſuum motum & vſum, vt inde omnes alij nerui ſua initia ſumant. Ex medulla enim ſpinæ dorſi plures nerui oriuntur, ex quibus corpus ſenſum & motum habeat, ſicut ex facultate vitali & animali bono diſcrimine conſtat, vt in ſuperioribus capitibus declaratum eſt.

Porro

A Porro hîc notandum eſt, ex ipſo ſemine generari cartilagines, oſſa, tunicas venarũ hepatis, & arteriarũ cordis, cerebrum cum neruis, rurſum tunicas & panniculos tum alios tum tegumẽta fœtus. Ex proprio verò fœtus ſanguine generatur ipſa caro, & ſi quæ carnoſa ſunt, velut cor, hepar & pulmo. Deinde verò omnia hæc ſimul vegetantur ſanguine menſtruo per vmbilici venulas attracto, quæ ex venarum orificijs in matricem directæ obſeruantur. Quæ omnia diſtinctæ ab ipſo cõceptu vſq; ad decimumoctauum diem primi menſis fiunt, quo tempore ſemen dicitur. Deinceps verò fœtus & dici & eſſe incipit, quod veteres quidam his etiam carminibus complexi ſunt:

Partes ſpermaticæ et ſanguineæ.

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini.
Biſſeni carnem, terſeni membra figurant.

Et aliter:

Iniectum ſemen, ſex primis certe diebus
Eſt quaſi lac: reliquuq́; nouem fit ſanguis: at inde
Conſolidat duodena dies: bis nona deinceps
Effigiat: tempusq́; ſequens producit ad ortum

De nutrimento fœtus in vtero, quibus alimentis alatur, quando in infantem excreſcat.

B

Capvt VI.

DVm in vtero fœtus eſt, attracto per vmbilicum fouetur ſanguine, quo fit vt poſt conceptum menſtrua mulieribus fluere deſinant. Fœtus enim tum appetere multumq; ſanguinis attrahere incipit. Sanguis autem mox à conceptu triplici diſcrimine diſcernitur. Primam & puriſsimã eius partem fœtus pro alimento attrahit. Secundam minus puram & tenuem ſurſum matrix per venas quaſdam ad vbera propellit, vbi in lac trãſit, quo iam natus nutriatur infans: eoq; fit vt meatus quidam à matrice ſurſum ad vbera tendant, vt ſequenti libro in demõſtratione patebit anatomica. Tertia & impuriſsima ſanguinis pars in matrice remanet, & cum ſecundina in partu & poſt partũ effluit. Inde eſt quod Hippocrates multum affinitatis inter lac & menſtrua eſſe dicat, cùm illud ex his fieri contingat. Galenus etiam huius rei gratia eleganter monet, infantem plus ex matre quàm à patre habere, eo quòd primũ ſemina menſtruis augeantur, mox his in vtero nutriatur fœtus, rurſus natus alatur lacte: & quemadmodum quæuis ſtirpes plus ex terra quàm parẽte planta habent, ita infantes plus ex genitrice. Hinc etiam fieri ait, quòd tanto plus matribus tribuatur, quanto plura ipſæ dederint.

Sang. mẽſtruus poſt conceptũ ſiſtitur: & tripliciter diſtribuitur.

Infantes plus ex matre, quàm à patre habent.

Cæterùm formatus iam & perfectus in vtero infans, primo menſe vrinam per vmbilici meatus emittet: poſtremo aũt menſe, occluſo eo ductu per pudenda, vt ſupra in 3. cap. de tribus pãniculis eſt demonſtratum. Per anum autem dum in vtero eſt nihil excernit, quia per os nullum adhuc alimentum attraxit.
C Poſt 45. diem Hippocrate monente vitam [illegible]cipit, & cum hac animam diuinitus infuſam, multorum iudicio, ita vt tum ſentire incipiat. Ab eoq; tempore non fœtus porrò, ſed infans & dici & eſſe incipit.

Vitæ infantis tempus.

Licet verò hoc tempore ſentire poſsit, motu tamen caret, vtpote tener adhuc admodum. De motus autem tempore ſcitè Hippocrates ſic monet, Si duplo accipias à conceptu dies, motũ deprehendes. Motus autem numerus triplicatus, indicabit diem partus. Exempli gratia, Si 45. diebus formatus fuerit infans, 90. die ſe mouebit, qui dies mediũ tempus eſt latentis in vtero: nono verò mẽſe prodibit & ad partum feſtinabit, quanquam puellæ decimo demum menſe plerunq; naſcantur. Et hæc de formatione, incremento & perfectione pro ratione dierum & temporum.

Motus tempus.

Liber Secundus.

DE MATRICE ET EIVS PARTIBVS: NEC non de conditione infantis in vtero, & grauidarum cura & officio.

Quàm neceſſarium ſit, matricis anatomen huic operi inſerere.

D

Capvt I.

ETiamsi pro materiæ & operis ratione, huius capitis tractatio facile omitti poſſet, circumſtantiæ tamẽ (quia de prægnantibus res eſt) hanc nõ immeritò poſtulare videntur. In quauis enim re, obiecta plurimũ docere, ſenſusq; ad percipiendam rei certitudinem plurimùm excitare, rudioresq; ex his plura poſſe aſſequi, nemo eſt qui neſciat. Vt enim cęcus, quia luminis orbus eſt, nihil artificioſum dabit: ita nec obſtetrix harum ignara præceptionũ in dubijs caſibus ſe expedire poterit. Quomodo ſolabitur hæc aliaś quæ propter ignorantiã ipſa formidoloſior extiterit? quomodo infanti opẽ feret, quæ nec partus ſigna nec prolis conditionẽ & ſitum nouerit? quomodo parturienti, cui commoda præcepta ignorantiæ cauſa dare non poſsit? Non ibi conſilium, nõ ibi auxilium. Ergo quemadmodum in ſpeculò quæuis obſeruantur, ita in hac tractatione ſummè neceſſaria præcepta percipiuntur, quæ huic percipiuntur, quæ huic negotio & curæ cum primis ſeruiunt.

Ea cauſa moti, aliquot ex celeberrimi doctiſſimiq́; Medici Felicis Plateri *Anatome fœminei corporis figuras cum matrice & alijs vteri partibus his Tomis præfigere volumus, vt his ceu ſpeculo quotquot prægnantibus inſeruiunt vtantur vtiliter: quas ab initio huius primi tomi reperies.*

De Matricis ſubſtantia, forma qualitatibus, & partibus annexis. A

CAPVT II.

Matrix. Matricis forma. Receptaculum.

MAtrix membrum fœmineo ſexui proprium, conditum eſt à natura ſeminis receptaculum, in quo conceptũ retineatur, vſq; dum ad iuſtam corporis formam excreuerit. Forma huius quadátenus quadrata, ſimul tandem rotunda eſt, veſicæ non abſimilis. Partes huius duæ ſunt. Prior, receptaculũ, concauitas ſiue ſinus, cuius ſubſtantia neruoſa, ex neruis, ligamentis & carne mixta confuſis, vnius tunicæ, ſenſu exiguo prædita, arcto meatu conſtricta, naturalis humoris recipiendi, alterandi & diuidendi appetens. Ea pars matrix dicitur vel genitale membrum, in quo ſemen concipitur & formatur. Huius meatus & porta poſt conceptũ tam arctè conſtringitur, vt hanc ne acus quidem ſine periculo penetrare poſsit, quod certiſsimum conceptus ſignum eſt. Non recluditur etiã hic meatus, niſi in conceptu, coitu,

Collum vel ceruix.

partu & menſtruis purgationibus. Poſterior, ceruix ſiue collum dicitur, laceroſa, quaſi cartilaginea carne conſtans, nõ ſine pinguedine tamen, ſuperius rugam habens, & per ſe ſatis ſenſibilis exiſtens. Ea pars pudenda dicuntur, in quorum apice duo labra ſunt, præputia dicta, quibus vterus & pudenda teguntur, & contra ſubeuntem communiuntur aerem. Circa fundum huius partis ſub oſſe ſacro veſicæ collum &

Hymen.

vrinę meatus cernitur, quibus & colon ſubeſt. In media parte colli matricis panniculus virginalis eſt, tenuiſsimo reticulo non abſimilis, multis cõtextus fibris, cuius corruptio, virginitatis eſt diminutio. Hunc B

Cornua ſiue ligamenta.

alij eugion, centonem & hymena vocant. Porrò in hac eadem parte à dextra & ſiniſtra duo cornua prominent, ligamenta matricis dicta, quibus & firmatur & ab vtraq; parte ſpinę dorſi affixa hęret. Ligamen-

Teſticuli.

tis illis & teſticuli, ſua natura minores & duriores quàm virorum, annexi ſunt. Vtraq; autem hæc albis & tenuibus neruis, vaſis inquam ſeminalibus, cincta ſunt, ex arterijs compacta. His itidem venulæ ex vena caua ductę affixæ ſunt, per varios ramos in matricem diffuſæ, ad vegetandum fœtum in vtero, & menſes

Renes.

ſuo tempore reddendos. Renes ligamentis quibuſdam pone ſpinam dorſi vtero appendent, calidi & ſicci temperamenti, per quos omnis ex venis in veſicam deferenda attrahitur colaturq; aquoſa humiditas.

Mammæ.

Mammæ, frigidæ & humidæ qualitatis, venis & arterijs intertextæ, ſpongiæ non abſimiles, molli carne pulmonis inſtar conſtantes, ſanguinem dealbandi & in lac cõuertendi vim habent. Vt enim hepar attractum chylum in ſanguinem, ita mammæ ſanguinem ipſum in lac tranſmutãt. A mammis porro in matricem duæ venæ deſcendũt, quæ ſanguinem illinc in lac mutandũ hauriunt. Quo fit vt nato infante, menſtrua ſtatim his meatibus aſcendant, & in lac tranſire incipiant, nec nõ mulierum tumeſcant & indurentur vbera, donec lactando papillæ laxatæ ſint.

Qualitates matricis.

Quia non parum matricis qualitates cognouiſſe iuuat, eas breuiter his notis obſeruare poteris. Calidam in ijs, quibus pulſus velox, ſitis frequens, vrina colore intenſa, amor Veneris, delectatio cita, ſperma copioſum, pili criſpantes, menſtrua ad colorem ſubflauum declinantia, tertiumq; diem non excedentia. C Frigidam, quibus pulſus tardus, ſitis rara, vrina tenuis & alba, nullus amor Veneris, ſemẽ paucum, delectatio nulla, ignauia ſocors, pilorum paucitas, menſtrua ac[illegible]bedinem declinãtia. Siccam, quibus pulſus durus, vrina tenuis, tenuis, labia ſicca, delectatio pauca, menſtrua rara. Humidam, quibus pulſus mollis, vrina ſpiſſa, labia lubrica, delectatio nulla. Et hoc modo ſimplices qualitates cognoſcuntur. De compoſitis vel mixtis aliud eſt iudicium.

Quantæ vtilitatis ſit exactam huius tractationis tenere notitiam.

CAPVT III.

DIligenter Lectorem hîc monitũ eſſe velim, probè æſtimare quantæ vtilitatis ſit axactam huius tractationis tenuiſſe notitiã. Quid enim ſanitati omnibusq; humani corporis partibus, & tuendis & reſtituendis, hac notitia magis accommodum? Quid animos formabit melius, quàm tam eximiæ ſtructuræ conſideraſſe finem? Quid iucundum atq; decorum magis quàm propriæ naturæ corporisq;, quod vſq; incolumus, tam artificioſam tenuiſſe formaturã? Partium etiam harum proportio cõſiderata, ſobrietatis iubebit eſſe memores, ne plus æquo repletis illis, debita concoctio perfici nequeat. Cùm primum enim prima concoctio naturaliter nõ procedit, mox etiam omnes fallunt aliæ: quo fit, vt corruptis humoribus infectoq; ſanguine repleatur corpus, maximisq; detur morbis occaſio. Genitaliũ item membrorum & vaſorum ſeminalium abſtruſa & tortuoſa conditio ſitusq;, quid aliud quàm temperantiæ do- D cumenta præbent? vt ea propagando humano generi tantùm, releuandisq; corporibus & tuendæ ſanitati ſeruiant. Nec dubium, ea ipſa cauſa naturaliter quoq; humani generis viribus derogatum eſſe, porroq; derogari plurimum, propter immoderatum harum partium vſum. Quid quod diligenter perpenſa harum rerum ſtructura, & mirabili naturæ in perficiendo homine artificio, noſtri quoq; nunquam non admonemur officij? vt quantum in nobis eſt diligenter conſeruemus, quæ tanto negotio vix dum natura produxit: & charitatis memores, non in ea mutuo ſæuiamus, quæ natura communi parente procreata poſsidemus corpora, eadem vnius corporis variorum membrorum compage perpenſa, quam in vno corpore natura quàm optimè finxit & ſociali lege conſtrinxit. Et quod ſummum eſt, & tam artificioſa noſtri corporis ſtructura profundiſsimam Dei ſapientiam, bonitatemq; ſtupendam, nec non propriæ conditionis finem, illius inquam gloriam noſtramq; ſalutem agnoſcere, & ſumma gratitudine tanto cõditori nunquam non reſpondere, monemur ac diſcimus.

De Conditione infantis in vtero, & grauidarum cura & officio.

CAPVT IIII.

Infans quando dicatur.

COnceptum ſemen vſq; ad 45. diem in iuſti infantis formam mutatur, & tunc quorundam doctorum iudicio vitam accipit, eoq; nõ fœtus porrò, ſed infans dici debet, licet motu ob mirè teneram conditionẽ adhuc careat. Tenero enim tũc arborũ flori ſimillimus eſt, qui quauis aura pluuiaq; fa-

Cura grauidarum.

A deijcitur: eaq; de cauſa ſumma cautione opus eſt, ne quid periculi grauidis aliquo modo contingat, vel metu repentino, terriculamentis, incendijs, fulgure, fulminibus, monſtruoſis hominū beſtiarumq; aſpectibus, gaudio, dolore, mœroreq; nimio: vel nimio exercitio motuq; currendi, ſaltandi, equitandi: vel repletione ex cibo potuq; : vel ne correptæ morbo aliquo, acutioribus vtantur medicaminibus imperitorum vſæ medicorum conſilio. Rurſum ne malis vetularum, veneficarum & ſcortorum vtantur artibus, quarum & tollendarum & puniendarum cura inprimis magiſtratibus, vtpote plebis patribus, debebat eſſe propria. Quot enim virgines, quot item viduæ his implicitæ artibus ſcelerata dedêre infanticidia? Sed è multis pauca commemorabo, quibus longo admodum tempore peſtes illæ per totum orbem liberrimè vſæ ſunt, reliqua reliquis æſtimanda relinquam, ſaltem maleficis harum artibus proditis aliquā tulum. Cùm primum compreſſæ aliquam in ſe mutationem fieri animaduerterint, veluti appetitus varios, cibi potuſq; ſoliti faſtidium, vomitus cōtinuos, nauſeas matutinas, paſsiones cordis, deliquia, dentium dolores: ſtatim malis inſtructæ artibus arctiſsimè ſe præcingendo prima experimenta faciunt, vt fœtum in vtero conceptum extinguant. Sed cùm nullam inde opem ſenſerint, maiora tentant, dæmonis inſtinctu maleficam aliquam accedentes vetulam, his morbis curandis egregiè inſtructam, & longa experientia famoſam, rogantes de menſtruorum retentorū cura, petentes hæc ciendi medicamen & conſilium: ea enim retenta parere dolores in præcordijs & femoribus, multoſq; ciere vomitus. Malefica rei
B non ignara vetula, pharmaca iubet à pharmacopolis petere, nec non aliunde quaſdam herbas colligere, monendo, vt his in vino vtantur, alijs ſuffiantur, alias calceis imponant, alijs quotidie mane & veſperi aqua decoctis pedes & crura abluant: de nonnullis etiam decoctis mane & veſperi bibant. Sed cùm neq; hæc cura prodeſt, venas in vtroq; pede aperire monet, quo facto, ſtatim perit quod in vtero conceptum fuerat. Hæc obſeruantibus interdum patribus & matribusfamiliâs, nec non etiam quibuſdam alijs, & quod res eſt certò conijcientibus, mox tormina ventris, dolores pectoris & capitis prætexunt, & quod res eſt diſsimulant. Redeuntibus vero menſtruis quando ſe fœtu norunt eſſe liberas, alijs quoq; eaſdem artes communicant, vt eo plura infanticidia fiant. Nonnullæ autem obſtetrices etiam, nec non chirurgi & imperitiores medici, interdum plus nimium creduli tale quid magno malo conſulunt. Sed omnia hęc & obſeruare & præoccupare ſancti magiſtratus intereſt. Iam verò ad rem redeamus.

Infanticidia quibus procreatur modis.

Motus infantis in vtero.

Poſt tertium & quartum à cōceptu menſem mouere ſe in vtero infans, & aliquantulum explicare incipit, arctumq; ſuum domiciliū in latius diducere, quo fit vt turgere vterus, & in longū, latum & profundum diduci incipiat. Sub partus autem tempus facie verſus genua propendet, vtraq; crura attrahit, ambas ſuper genua manus abijcit, naribus in medio poſitis, in globi modum cōuolutus, anteriori parte tergum matris reſpiciens, poſteriorem verò ventri matris obuertens. Et licet quidam Anatomici diuerſum ſentiant, nos tamen non rara experientia ita deprehendimus.

C

Quomodo ſe infans in vtero, quinto, ſexto, ſeptimo & octauo menſe habeat, nec non de diſcrimine ſexus & formarum.

CAPVT V.

POſt tertium & quartum menſem infans in vtero vberiori alimēto vtitur, eoq; vegetatur magis magiſq;, donec pariendi tempus aduenerit. Sciendum autem quando ſexto menſe natus fuerit, vitam naturaliter retinere non poſſe, eò quòd (licet diſtinctè formatus) nondum tamen iuſtæ perfectionis ſit. Si verò ſeptimo menſe naſcatur, viuet facillimè, quia tum ſatis perfectus exiſtit. Quòd verò octauo menſe nati rariſsime viuere poſſunt, cùm qui ſeptimo naſcantur plerunq; in viuis maneant, non ſine ratione fit. Septimo enim menſe ſemper mouetur infans ad partū, quo tempore ſi tantarū virium fuerit, ad partū prodit: ſi non, in vtero remanet, donec ſatis inualuerit, per duos inquam mēſes reliquos. Poſt eum motum menſis ſeptimi ſi non exeat, in alium ſe vteri locum tranſmouet, adeoq; eo motu debilitatur, vt ſi ſequenti octauo menſe ad partū procedat, viuere propter eum motum omnino nequeat. Neq; enim ſola hac, ſed duplici motione infans ad mortem debilitatur. Primò, quando poſt motum ſeptimi menſis octauo menſe naſcitur, vti modò diximus. Deinde, quia (pro aſtrorum ratione) ſeptimus quiſq; menſis noxium & damnoſum cuiq; fœtui motū parit, Sole inquā eo tempore ſemper in oppoſito ſigno ſtante: &, quòd octauus menſis Saturno proprius ſit, hoſti omnium quæ vitam accipiunt.

Cur ſeptimo mēſe natus infans poſsit viuere.

Duo lethiferi motus infantium.

Diſcrimē ſexus.

D Sciendū item maſculos in dextro matricis concipi latere ex vberiori ſemine, ex dextro viri teſticulo prodeūte; fœmellas aūt in ſiniſtro, ex ſiniſtri teſticuli ſemine. Dextrū enim latus propter hepar calidius eſt, ſiniſtrū verò frigidius. Principaliter aūt vberior ſeminis caliditas maſculis progenerandis cauſa eſt.

Similitudo formæ cum parentibus.

Quod etiam pueri parentibus ſuis interdum ſimilitudine formę reſpondent, idem virtute ſeminis fit, vt cuius ſemen virtute plurimum ſuperat, infans ei magis forma reſpondeat. Sed & hic aſtrorum motus aliquid poſſe creditur, vt quando ſemen ſub bonis planetarum concipitur aſpectibus, egregiam hoc formam: quando verò malis, tetram viciſsim conciliet. Et hæc quidem hactenus.

De præceptis quibuſdam, prægnantibus vſq; ad partus horam ad varios caſus admodum neceſſarijs.

CAPVT VI.

DEinceps ſalutaria & neceſſaria aliquot prægnantibus præcepta dabimus, quibus inſtructæ certò ſciant, quomodo ſe à conceptu ad partum vſq; gerant, ne quid illis periculi eueniat, aut præceptorum negligentia difficilem ſibi partum faciant.

Ante omnia hilari ſint animo, luctu & curis ne conficiantur, gaudijs mediocribus dent operam. Hæc enim & infantem exhilarant, & facultates fœtus omnes excitant & in membris eius confirmant, vt ex. 3. cap. conſtat.

Deinde omni motu vehementi ac laboribus difficilibus abſtineant, & modico vtantur exercitio, ſu- A
bitò non exiliant aut aſſurgant: non currant etiam, neq; ſaltitent, nec equitent, neq; ſe comprimant aut coarctent, aut onus aliquod maius ſubleuent. Somnus quidem illis apprime conuenit.

Rurſum, frigidiores & aſperiores ventos, æſtus magnos, iram, animi perturbationes, terrores, Venerē nimiam, & omnem edendi & bibendi intemperantiam caueant.

Victus grauidarũ frugalis & mediocris ſit, crudioribus & craſsis cibis, qui facile concoqui nequeunt, abſtineant: puta, lentibus, fabis, milio, carne bubula, ſalſa, & frixa, frugibus, lacte, caſeo & ſimilibus. Vtantur autem gallinarum pullis, ouis, pulmentis varijs, auibus, ouilla & vitulina carne. Proderit interdum & cinamomo & myriſtica nuce cum ſaccaro vti. Pro potu vinum album mediocre ſeruiat.

Primis quatuor à conceptu menſibus (Hippocrate monente) venas nō aperiant, cucurbitulis & ſcarificatione abſtineāt, catapotia nulla ſine periti medici conſilio ſumant. Eo enim tēpore fœtus ligamenta adhuc admodum mollia & debilia ſunt, eoq; facile fœtus deſtruitur, & alimentum illi ſubtrahitur.

Quod ſi contigerit prægnantium aluum duram fieri, ſpinachiā non pauco butyro conditam, lactucas etiam aqua mollitas, cum ſale, vino & aceto ſumant. Quæ ſi aluum non laxauerint, ſuppoſitorijs vtantur ex melle & vitello, vel ſapone Veneto confectis. Si verò tanta cōſtipatio fuerit vt nec illa cura profutura ſit, conſilio periti medici potione ex decoctione foliorum ſenæ vnà cum caſsia nouiter extracta vtatur, quàm medicus pro conſtipationis ratione ſemper aut plus aut minus præbere poterit.

Quod ſi cum grauibus ſymptomatis conceperint, & poſt conceptũ vſq; ſyncopā paſſæ fuerint, biben- B
da erit aqua acetoſæ & roſarum calefacta, mixta cinamomo & tabulis quibus Manus Chriſti nomen eſt, vel Diamargariton. Vel aqua roſarũ & bugloſſæ cum pauco cinamomo, caryophyllis & croco tritis permixta, in panno aliquoties complicato ea aqua merſo tanquam epithema pectori erit imponenda.

Quod ſi ante tempus parituræ videntur, veluti menſe ſeptimo aut alio immaturo tempore, & iam pariendi dolores ſenſerint, cōcitatos, vel propter nimium aliquod exercitium, vel propter alui duræ compreſsionem, vel propter febrim aut morbum alium aliquem: ſuper prunas ex thure ſuffitum excipiant. Hoc enim feciſſe, & matrici & infanti non parum addit virium. Deinde anteriora abluant alumine, gallis & cōſolida maiore in aqua pluuiali, vino & aceto decoctis. Quod ſi propter ſyncopam infirmiores futuræ ſint, Diamargariton vel manus Chriſti ſumant, eo quo prius modo diximus.

Quod ſi cibi nauſea illis obrepſerit, vel cibum ſumptum concoquere nequeant, hoc Syrupo vtantur: ℞. Syrupi malorum granatorum ʒ j.s. Muſci, Ligni aloes ana ℈.j. Cinamomi ℈.s. Miſce cum Aquæ acetoſæ ℥.iij. Fiat hauſtus. Syrupũ hunc quotidie ieiunæ bibant bene calidum. Pro confortatione ventriculi etiam vtantur hiſce tabulis: ℞. Confectionem Diambra mane & veſperi, ſumptoq; cibo itidem. Imponant etiam ori ventriculi ſequens emplaſtrum: ℞. Maſtiches, Cinamomi, Roſarum rubearum, Saluiæ, Menthæ, Balauſtij ana ʒ s. Olei de Cytonijs, Terebinthinæ q ſ. Fiat emplaſtrum, de quo ſume q. ſ. ad illinendam alutam, latitudine & forma ſcuti, quod tegatur ſerico. Vel hoc vnguento vtantur: ℞. Maſtiches, C
Menthæ, Thuris albi, æqualia pondera. Trita ſingula oleo miſceant cōmuni, & os ventriculi perungant.

Quod ſi per vteri gerendi tempus menſtrua ſenſerint, lac dulce in quo chalybs extinctus ſit parabunt, ex eo bibent, comedent, pulmenta & offulas coquent. Sudare etiam his vſæ rebus poterunt: ℞. Plantaginis maioris, Inulæ campanæ, Pentaphylli, Stercoris columbini, Culmorum fabaceorum & auenæ, an. M. j. Omnia in aqua ſimul decoquantur, & ſudores euocentur inſidendo.

Sunt etiam nonnullæ quæ raro iuſto tempore, ſed nimis cito & ante tempus pariant: eæ dum grauidæ ſunt, balnea pro pedibus & cruribus ſibi parent, in quibus quotidie vna ante cœnam hora, & tribus poſt cœnam horis rurſum vna deſideant, & ſatis calefactæ crura calidis pannis abſtergant. Balnea autem talia erunt: ℞ Saxifragiæ, Chamæmeli, Salis, Anethi, ana M. j. Vti etiam hoc electuario mane & cubitum ituræ poterunt: ℞ Electuarium lætificans, cum been albo & rubeo tritis mixtum. Inprimis verò hoc (quod multa experientia cognitum eſt) valde proderit: ℞. pelliculas ex ventriculo gallinarum extractas, has tritas, aliquot diebus mane vnius floreni pondere cum vino ieiunæ ſumant. Et hæc quidem generalia præcepta ſunt, multis aptata caſibus, vt ſingulis certò conſtet quomodo ſe à conceptu vſq; ad partus horam gerere debeant, quorum notitia non tam vtilis, quàm vſus neceſſarius exiſtit.

D

Liber Tertius.

DE PARTV, ET PARTVRIENTIVM infantiumq; omnifaria cura.

De legitimo partus tempore & forma, & parturientium doloribus.

CAPVT I.

INSTANTE iam nono menſe, infantis alimentum in vtero deficere incipit, propter infantis ad quam excreuit magnitudinem. Iam enim magnus multo alimento indiget: quod quia ſufficiens per venulas & vmbilicum porrò attrahere nequit, magno impetu in vtero mouetur, adeò vt ligamenta, venulas cum tunicis quibus inuolutus eſt, ſecundinam inquam, cum duabus reliquis tunicis, de quibus ſuprà dictum eſt, perrumpat, & pro huius figuræ ratione ſe ad partum expediat.

Hæc

A




B

Hac indicatione obſtetrices & aliæ quæ interdum prægnantibus adſunt mulieres veros partus dolores obſeruent: qui reipſa nihil aliud quàm perfecti iam infantis impetus ſunt, quibus impelluntur & rotantur, deorſumq; ad inferiora exeundi gratia contendunt. Ruptis enim ex impetu membranis & recluſa matrice, humores diffluere incipiunt, quibus liberatus iam infans mox aerem ſentit, & huius vitæ cupidus, exitum matricis verſus voluitur, capite orificio matricis obuerſo. Et hæc legitimi & maximè naturalis partus forma eſt, ſi caput primum ad exitum ducatur, deductis ad latera manibus & ſuper coxas applicatis, vti præſens adiecta figura oſtendit. Non naturalis autem partus dicitur, ſi harum conditionum aliqua defuerit. Curabit itaque obſtetrix, vt maturè ad quemuis partum excipiendum, apto ſedili, cultro, ſpongia, vinculis, calidoque ex lilijs oleo, quo & parturientis vterum & manus ſuas commodè perungat, inſtructa ſit. *Partus dolores quid.*

De obſtetricum officio & apta ſedilis forma. CAPVT II.

C QVod autem ipſo partus tempore obſtetricum officium ſit, & quomodo actio ipſa procedat, deinceps dabimus. Primò tempus nôrit, & veros dolores obſeruet, prægnantem etiam verbis conſoletur, nec non confirmet, & ad obſequendum hortetur alacriter. Reliquas ſimul præſentes cohortetur itidem inprimis ad pias fundendas ad Deum preces, deinde ad facienda ſimul ſua vt poſſunt officia. Quo facto ad ſedile prægnantem deducat, quod tali forma inſtructum eſſe debet:

Sedile ipſum ſemicycli forma ſit, quatuor ſuffultum pedibus, fulcro à tergo aliquantulum retrórſum deducto, panno nigro ſubtus ad terram vſq; propendente obductũ, ea ratione, vt tecta ſit parturiens, reliquæq; interdum, ſi neceſſe fuerit, mulieres vbiq; manus admouere poſsint. Sedes ipſa pannis munita & obducta ſit, ne lædatur enitẽs mulier, aut infans alicubi propter dolores & motus matris forte impingẽs.

Poſtquam autem in ſedili iam enixura prægnans conſederit, obſtetrix vnam aliquam à tergo mulierem illi adhibeat, quæ prægnantem comiter vtroque brachio complexam teneat, & ſi opus ſit, ferventibus doloribus & nitente prægnante, vterum eius vtraque manu comprimat, deorſumque aliquantulum infantem compellat. Alias verò duas à lateribus ſiſtat, quæ nitentem & verbis hortentur & ad opem quamcunq; paratæ adſint.

Hoc facto, obſtetrix ipſa prona aſsideat, & manus ſuas vterumque parturientis, oleo liliorum albórum, amygdalarum dulcium & adipe gallinæ mixto perungat. Hoc enim feciſſe, multum ijs prodeſt quæ obeſiores ſunt & quarum pudenda arctiora, quibus item os matricis ſiccum, & quæ primo iam parturiunt. His & albumen oui miſcuiſſe contulerit.

D Poſtremò omnibus hiſce ad hunc modum præparatis, prægnantem ad enitendum cohortari incipiat, manusq; vt debet comiter operi admoueat, digitis inquirẽdo infantis ſitum, eiq; dum dolores ſunt commodè viam laxando, collumq; matricis vbi opus eſt cautè diſtendendo, & ſi quà infans cõſtiterit aut impeditus fuerit, digitis percommodè ex obliquo in directum deducẽdo, & ad facilem partum promouendo. Prodeuntem infantem aptè excipiat, ſtatimq; vmbilicum relicta quatuor digitorum circiter longitudine, reſecet, duploq; filo acriter cõſtringat, quàm proximè ad ventrem infantis fieri poterit. Quo facto, diligentem ſecundinæ rationem habeat, hanc moueat & ad exitum ſollicitet, matrice adhuc diducta & aperta, antequam reſtricta denuo conniueat. Vt autem in reſecando vmbilico diligens cura adhibeatur, tuniculas omnes vno nomine Secundas dictas, diſtinctè figura ab initio huius tomi poſita ſpectandas dare voluimus, quomodo in vtero cohæreant, & ſeſe mutuo trahant. Secundina enim trium tunicarum panniculus eſt, totum inuoluens fœtum, venis & arterijs matrici affixus, per quas ſanguinem pro nutrimento fœtus attrahit, & attractum per vmbilicum ad infantem dimittit. *Reſecatio vmbilici.*

Reſecto vmbilico lotoque infante, ſiccus iam eius vmbilicus puluere ex bolo armenia, ſanguine draconis & myrrha confecto inſpergi debet, pannoque complicato impoſito comprimi. Hoc enim & ſanguinis fluxui & alijs medetur caſibus. Vtendum etiam hoc puluere conuoluto iam vmbilico, & reiectis ligamentis. Sic enim & probè ſanatur & formatur egregiè.

De naturalibus quibuſdam præceptis, & medicaminibus partus moram & difficultatem alleuantibus. [A]

Capvt III.

QVoniam de partus impedimentis releuandis hic erit tractatio, notandum ante omnia partum impediri dupliciter, naturaliter & non naturaliter. Quando non naturaliter impediri contigerit, procedendum erit iuxta præcepta ſequenti quarto libro tradita. Quando autem naturaliter, præceptis hoc capite traditis erit vtendum. Ante omnia tam perita rei exiſtat obſtetrix, vt quantum in ipſa eſt, omnia partus impedimenta commodè declinet. Quod ſi autem partum impediri ſiccitate aut anguſtia colli matricis contigerit, ex elleboro aut pipere trito parturientis naribus inſpirandum aliquantulum. Comprimendum item eius os, detinendus ſpiritus, prouocandumque ſternutamentum, quò ſpiritus deorſum compulſus infantem ad inferiora detrudat. Quò & hæc ſequentia ſimiliter faciunt. Burſa paſtoris arida trita, in vino aut iuſculo cicerum ſumpta, valde proderit. Item pars mellis vnius coclearis menſura cum dupla aqua calida ſumpta. Lac quoque mulieris alterius cum artemiſiæ coma mixtum, & calidum vmbilico impoſitum. Nec non oleum laurinum in aqua calida aut iuſculo cicerum ſumptum. Grana etiam piperis duo ſumpta & partum & ſecundas impellunt. Noſtrum quo nos potiſſimum impedito partu & deficientibus doloribus vtimur medicamen hoc eſt: ℞. Trociſcorum de myrrha ʒ j. Croci gr.x. Cinamomi ℈ j. Miſce cum aquæ Artemiſiæ vel Pulegij ℥.ij. Et fiat hauſtus vnus. Hauſtum hunc prægnans calidum ſumat, quo ſumpto ad lectum vnius circiter horæ ſpacio redeat, donec vim huius ex- [B] perta de nouo excitatis doloribus ſurgens ad labores redeat. Si verò nec hoc profuturum ſit, infans autem præmiſſo capite ad partum impeditus adhuc hæreat, mox harum pilularum ſeptem prębendæ, quibus ſumptis rurſus aliquantulum quieſcat: ℞ Gumi Bdellij, Myrrhæ, Seminis ſauinæ, Styracis liquidæ, id eſt ſtactes, Caſtorei, Agarici, an. ℈.s. Diagridij grana vj. Miſce cum medulla caſsiæ extracta q.ſ. & formentur pilulæ ad modum cicerum. Duo hæc pharmaca ocytocia omnibus ferè peritioribus medicis probantur & in vſu ſunt. Peſſario etiam vti licebit, quod longitudine & craſſitudine digiti ex lana pura conficies, ſericoque obduces, quod ſucco rutæ in quo ſcammonium diſſolutum ſit intinctum, ritè adhibere poteris. Sunt quæ lapidem aquilinum vel iaſpidem à ſiniſtra coxa appendant. Hæc ſi fruſtra tentata fuerint, eundo ſe aliquantulum prægnans exerceat, deinde hoc encathiſmo vtatur, balneo inquam ſupra ventrem vſque aſcendente: ℞. Althææ herbæ & radicis, M. vj. Maluæ, Chamæmeli, Meliloti, Apij, cuiuſque M.iiij. Seminis lini, Fœnogræci ana ℔.ij. Foliorum lauri, Lauendulæ ana M.ij. Omnia hæc aqua bulliant, in quam prægnans inſideat, aut ſpongias ea calida tinctas ventri & tergo imponat aliquoties. Quo ſufficienter facto, calidis pannis foueatur, & ad lectum deducta hoc vnguento vngatur: ℞. Amygdalarum dulcium, Pinguedinis gallinæ, Olei de lilijs, Muſcilaginis althææ ana ℥.s. Miſce cum cera q.ſ. & fiat vnguentum. Proderunt hæc & ad ſecundas expellendas, vt ſequenti capite docebimus. Hoc facto, offulam ex duorum ouorum vitellis cum vino veteri decoctam, his ſpeciebus mixtis, præbebis: ℞. Cinamomi ℥.s. Corticum Caſsiæ ʒ.ij. (vel potius eò amplius cinamomi loco caſsiæ, quam prorſus [C] inutilem ſeplaſiarij hodie oſtendunt.) Croci ℈.s. Sauinæ, Betonicæ, Capillorum Veneris, Dictamni, Fœnogræci, Baccarum lauri, Menthæ ana ʒ.j. Os de corde cerui, Margaritarum præparat. Miſce cum ſaccharo, & fiat puluis craſsiuſculus. Quod ſi ante infantem ſecundina prodeat, exitumque infantis impediat, reſecanda ea fuerit, vmbilicus verò ligandus, & peſſarium ſubſcriptum collo matricis inſerendum: ℞. Biſmaluæ cum radicibus M.ij. Artemiſiæ M.j. Rutæ ℥.j.s. Fœnugræci, Seminis lini ana ℥.j. Ficus numero x Miſce & cum aqua q.ſ. decoctio fiat, cui percolatæ addantur hæc: Olei liliorum, Olei lini, vtriuſque ℥.ij. Muſci granum j. In hac decoctione madefactum peſſarium collo matricis inſeratur. Electuario etiam hoc mox vtatur: ℞. Myrrhæ, Caſtorei, Calami aromat. an. ʒ.ij. Cinamomi ʒ.j. Croci ℈. s. Macis, Sauinæ, ana ℈ j. Mellis deſpumati ℔.s. Electuarium confice cum aqua meliſſæ & artemiſiæ, in quibus decocta ſint Fœnogræci, Seminis lini, Granorum iuniperi, ana cochleare vnum. Porrò cùm ex impedimentis talibus debilitata fuerit parturiens, pro confortatione illi in iuſculo ſpecies Lætificantis, vel Manus Chriſti perlati, aut Diamargariton præbendum.

Quomodo ſecundæ moram facientes ad facilem exitum promouendæ ſunt.

Capvt IIII.

SEcundæ nato iam infante multis modis impediri poſſunt. Primo propter debilitatem matricis quæ ex impetu infantis & frequenti eius motu cōtingit: item propter partus difficultatem, nec non pro- [D] pter continuam matricis diſtenſionem & reſtrictionem, quibus adeò debilitatur, vt ſua virtute (ſicuti alioqui natura ſolet,) ſecundas expellere nequeat. Deinde ſi ſecundæ matrici intus affixæ hæreant, quod propter copiam humoris ſuperflui in vtero detenti ſæpe fit, propter quam matrici his humoribus infeſtatæ ſecundæ facilè agglutinantur. Hæ non aliter, quàm inſerta obſtetricis manu erunt reuellendæ. Tertio, ſi nato infante ſtatim omnes quæ in matrice ſunt aquæ diffluant, quibus deſtitutæ ſecundæ ſiccantur, nec non matrix etiam & collum eius propter eam ſiccitatem aſperiora fiunt. Aquæ enim illæ & infanti & ſecundis lubricam viam præbere debebant: quare his elapſis, vterus oleis & ſuccis intus & extra perungendus erit. Quarto, quando os matricis propter partus dolores intumeſcit, vt plerunque fit, niſi prouida cura hoc mali declinetur. Quinto, quando in primo partu os matricis nimis adhuc eſt reſtrictum. Eandem ob cauſam, quando obeſiores fuerint fœminæ, infantem & ſecundas enitũtur difficilius. Quando itaq; moram aliquantulum quacunq; de cauſa fecerint, omnem obſtetrix impendet operam vt has ad exitum ſolicitet. Ea enim retentio ſuffocationem parit, & mala plurima generat. Cùm primum enim longius illic detenta fuerit, mox contabeſcere & fœtere incipit, vnde dirus fœtor ſurſum ad ventriculum, cor, hepar & diaphragma, & per conſequens ad cerebrum aſcendit, vnde mox dolores capitis,

præcor-

A præcordiorum, imminutio ſpiritus, deliquia plurima & ſudores frigidi proueniunt, ita vt periculum mortis, nec non apoplexia & epilepſia vſque timenda ſint. Non enim non poteſt ſine malo maximo matrix in corpore contabeſcere. Dum verò retentæ fuerint, omni ea mora cibo & potu conuenienti mulieres reficiendæ ſunt, iiſque addendum robur, offulis inquam cum ſolis ouorum vitellis & vino veteri cum ſaccharo decoctis, croco & cinamomo conſperſis. Vel iuſculis ex caponibus aut gallinis, itidem cinamomo & croco conditis. Suffitus deinde fient ſuper prunas in vterum recipiendi, ex croco non trito, caſtoreo, myrrha & cinamomo, de ſingulis vnius aut alterius fabæ pondere. Sit autem infra pannis obducta prægnans, vt fumus ad matricem tantùm pertingat. Hoc tam diu fiat, donec ſuffitus ex ſpeciebus illis defecerit. Deinde ex elleboro aut ſternutatorio puluere aliquantulum naribus eius inſpirandum, comprimendum os, detinendus halitus, & ſternutamentum, vti ſuprà dictum, eſt prouocandum. Si verò neque hæc impulerint, Caſsiam (vel cinamomum potius) pondere nucis, crocum & cinamomum duarum fabarum magnitudine, trita in iuſculo rubeorum cicerum ebibenda porriges. At hoc non ſuccedente, hauſtum ſuprà cap. 3. deſcriptum calidum illi præbe, poſt quem ſumptum, cum quieuerit aliquàtulum, nonnihil ex elleboro & opopanace, pura lana inuolutum, collo matricis inſeratur: & ſine dubio ſecundis breui liberabitur. Tantæ enim hoc virtutis eſt, vt mortuos etiam infantes cum ſecundis efficaciter expellat. In hoc caſu vnguento Baſilico matricem deungere pro expellendis
B ſecundis itidem non parum proderit. Horum ſi nullum eas expulerit, tantumq; periculi fuerit vt de vita parturientis deſperandum ſit, conſentientibus marito vel cognatis, pilulæ ſequẽtis deſcriptionis ſeptem præbeantur, quibus ſumptis lecto decumbat, donec harum virtus nouos dolores concitàrit & ſecundas expellere cœperit. Nam & hæ tantæ virtutis ſunt, vt mortuum infantem & ſecundas etiam ſimul expellere poſsint. Nihil tamen hic temere ſine periti medici conſilio fiat. ℞. Caſtorei, Myrrhæ, Styracis liquidæ ana ℈.j Corticis caſsiæ, (vel cinamomi potius,) Ariſtolochiæ rotundæ Lugduno miſſæ, ana ℈.s. Agarici ʒ.s. Diagridij grana vj. Croci, Sileris montani, Sauinæ ana gr. iij. Opij Thebaici, Aſſæ fœtidæ ana granum j. Miſce cum Caſſia extracta q.ſ. & formentur pilulæ admodum cicerum, & ex his ſeptem præbeantur cum aqua pulegij vel artemiſiæ. Emplaſtrum etiam illud, ſi opus fuerit, vmbilico imponatur, hoc modo parandum: ℞. Colocynthidis decocti in aqua partem vnam, & tantundem ſucci rutæ, quibus miſcebis myrrham, ſemen lini, fœnogræcum, hordei farinam, cuiuſque cochlearium, decoquantur omnia ſimul: emplaſtrum autem ex his confectum toto ventri ab vmbilico ad pudenda vſque imponatur. Probatum quidem aliquando hoc eſt, ſed tamen illo non temerè ſine periti medici conſilio erit vtendum. Et hæc quidem de ſecundis educendis dicta ſunt.

De cura Puerperæ & Infantis recens nati. CAPVT V.

C Liberata infante & ſecundis puerpera, obſtetrix ſpongiam puram calida merſam ſumat, ipſamque in ſedili adhuc deſidentem leniter vbi opus eſt abluat, & ſi quid de matrice propendeat, oleis calidis roſarum, violarum vel chamæmeli deungat, & calidis pannis fotum in ſuum locum dirigat. Quo facto ad lectum deducatur, vbi locus ſatis temperatus ſit, illic ſupina recumbat, crura exporrigat, & quantum ſatis eſt diſiungat, reliqua corporis parte tam erecta, vt ſedenti magis quàm iacenti ſimilis ſit, quò ſi quid reſtat ſuperflui, commodius diffluat. Quod ſi primis diebus nimis citò fluxus illi ceſſarint, vt ſæpè fit, puluis ex elleboro aut pipere naribus ſingulis diebus ſemel aut iterum erit inſpirandus, pro impellendo fluxu, pro vt videbitur requirere neceſſitas. Quod ſi fluxus abundauerit, eoque puerpera infirmior facta fuerit, multum quieſcat, & ſiccioribus cibis vtatur, gallinis puta & caponibus elixatis & aſſatis, nec non quibuſuis in ſartagine toſtis. Liquidioribus cibis omnibus abſtineat: his enim fluxus abundantior fieret. Vtatur & confectione Diatriaſandali, ea enim & confortat & reſtringit, buccella vna aliquoties ſumpta. Vel ſi placet ſequenti puluere aut tragemate vtatur cum pane ſupra prunas toſto & vino dulci madefacto: ℞. Specierum Dianthos, Diapliris, Diamargariton, Diacaryophylon, Diagalangæ, Diatriaſandalon, ana ʒ.s. Diamuſci, Diambræ ana ℈.s. Sacchari q.ſ. Miſce, & fiat puluis ſiue tragema, & ſeruetur in ſcatula.

Infantem autem iam lotum & faſcijs inuolutum antequam vel vbera ſugat vel aliquem cibum ſumat, matri in lecto decumbenti à ſiniſtro latere cor prope adhibendum eſſe primo tempore multi dicunt. Na-
D turaliter enim (vt perſuaſi ſunt) omnes ab infante morbos matrem attrahere, & ſine ſuiipſius nocumento per fluxum vteri quicquid mali attraxerit rurſum excernere. Præſeruare enim hoc infantem per totam vitam à morbo comitiali & lepra. Singulis dum cibo & lacte diebus abſtinet vna hoc hora fieri volunt. Eo ipſo autem tempore ſæpius infanti in os inſerendi ſunt coralli rubei præparati ſaccharo & butyro recente mixti, quia & hij infantem à prædictis morbis vſque præſeruant. Suſpendantur etiam à collo eius & brachijs coralli rubei & grana Pæoniæ, confortant enim, nec non hilarem ac vegetem faciunt. Et hæc de prima puerperæ & infantis poſt partum cura.

Quomodo & quibus inſtrumentis impediti & mortui infantes producendi. CAPVT VI.


Quandoquidem matricis partes duæ ſunt, quarum vtraque neruis, rugoſa carne & obeſiori ſpiſſitudine conſtat (vti ſupra capite 3. monuimus) ſciendum eſt, interiorem eius partem, cuius porta inſenſibilis quaſi & anguſtiſsima eſt, nec vnquam niſi in coitu, menſtruis & partu aperitur, tantam dilatationem admittere poſſe, vt producendo infanti facile ſufficiat, ſine omni & prolis & matris nocumento, ſi naturalis partus extiterit. Hanc autem viam quando infans per ſe (vti aliàs natura ſolet) neque inuenire, neque aperire propter reſtrictionem interioris portæ, & propter clauſtra eius impedita, valuerit, tunc obſtetrix perunctis manibus digitos inferat, eamque anguſtiam quàm commodiſsime poterit

in latitudinem tantùm diducat,in longitudinem verò nequaquam,ne ligamenta matricis rumpantur, & incurabilis morbus præcipitatio matricis ſequatur, eius inquam inuerſio, cum exitu & eminentia colli matricis.Itaque obſtetrix in dilatãdo interiorem partem antrorſum moueat, vt caput infantis quod proximum eſt inde ſe exerat,& in exteriorem partem, collum inquam matricis, prodeat. Nam modò dicta dilatatio interioris partis neque matri neque proli quicquam incommodare poterit, vtpote quam & natura ipſa in facili partu ſponte diducit, & poſt partum reſtringit iterum. Quod ſi autem propter anguſtiam alterius partis colli ſcilicet,infans prodire nequeat, ſed capite illic, reliqua verò corporis parte adhuc in interiori receptaculo hęreat(quod tamen vbi rectè proceditur raro cõtingit)tunc ſciendum,exteriorem portam,genitalia inquam,magis diduci & dilatari poſſe,omneſque partus difficultates facilius perpeti quàm receptaculum interius, eoque obſtetrix rurſum pro rei qualitate eam quoque portam diducat latius,vt totus ad partum infans prodeat. A

Quod ſi prædicta hæc nihil auxilij dederint, ita vt ſubinde immotus adhuc infans hæreat, omneſque partus dolores ceſſauerint, rurſum ad lectum deducenda erit parturiens, & ſequentibus iuuanda medicaminibus,quæ talia ſunt vt & mortuos infantes,retentas ſecundas, abortus quoque & molas expellere poſsint. Ante omnia,cùm primum ad lectum deducta fuerit,ſequentem hanc potionem ſatis calidam ſumat,eaq́; ſumpta omni alio cibo abſtineat,& vnius aut alterius horæ ſpacio trãquilla quieſcat,donec huius vim & efficaciam egregiè perſenſerit: ℞. Ficus inciſas vij. Fœnogræci,Seminis artemiſiæ, Rutæ, ana ʒ.ij. Aquæ pulegij & Artemiſiæ ana ʒ.vj.Fiat decoctio ad mediam partem,coletur,& colaturæ addantur. B
Trochiſcorum de myrrha ʒ.j. Croci grana iij.Sacchari q.ſ. Fiat hauſtus vnus,& aromatizetur cum cinamomo q.ſ.Poſt prædictum quietis tempus rurſus ad partus labores deduci poterit,vbi Suffimenta fient trochiſcis ex his ſpeciebus paulatim ſupra prunas iniectis,ita vt omnis fumus ad ſolam tãtùm matricem perueniat: ℞. Caſtorei,Sulphuris,Galbani,Opopanacis,Stercoris columbini, Aſſæ fœtidæ ana ʒ.s. Miſce cum ſucco Rutæ & fiant trochiſci ad formam nucis auellanæ.His fumigia facere proderit.

Quod ſi nihil inde opis comparuerit,Emplaſtro hoc ventri impoſito vti poterit: ℞. Galbani ℥ j.s. Colocynthidis ſine granis ʒ.ij. Succorum rutæ,Artemiſiæ,Ceræ nouæ q.ſ. Fiat emplaſtrum. Decocto hoc pannus liniatur latitudine ventris formatus,vt ab vmbilico ad pudenda vſque & vtrinque ad latera pertingat:quod vnius aut alterius,ſi ita opus ſit,horæ ſpacio retineat. Vel Peſſarium digiti magnitudine & longitudine ex lana confectum & ſerico obductum,ſequenti decoctione madefactũ,collo matricis inſerendum & duabus illic horis relinquendum: ℞. Ariſtolochiæ rotundæ è Gallia aduectæ,Sauinæ, Colocynthidis ſine granis,Staphiſagriæ,Ellebori nigri ana ʒ.s. His tritis fiat peſſarium cum ſucco rutæ q.ſ.

Speculum matricis.



Apertorium.



Cæterum poſt omnia hæc adhibita, in primis verò ſi obſtetrix rite dilatatis matricis C
partib.viam facere infanti non valuerit, omnino inſtrumenta his vſibus accommoda, erunt adhibenda.Quando autem neceſsitas horum vſum poſtulauerit, prius verbis confirmanda erit miſera parturiens, deinde expedienda inſtrumenta, & preces piæ ad Deum fundẽdæ: eoque facto ita ſedili inſideat, vt anum quantum poteſt tergo ſedilis obuertat, crura vero quàm maximè poteſt attrahat, & quàm latè poteſt, opem ferentibus aſtãtibus mulieribus reliquis, diducat, vt commodè obſtetrix quod inſtrumentis e- D
rit agendum , exequi valeat. Quod ſi alia ratio placuerit, & commodior obſtetrici viſa fuerit,ad lectum ipſam deducat,in quo, capite aliquãtulum retrouerſo, ſublimius verò natibus ſurrectis, cruribusq́; quantum poteſt attractis,decubat. Tum deuncto alterutro quod ex his placuerit inſtrumento, operari & progredi incipiat. Vtraque enim hæc deinceps deſcripta, ad aperiendum, dilatandum & educendum præparata ſunt.

Alterum ex inſtrumẽtis illis, aperto-

A apertorium inquam, vnctum & compreſſum obſtetrix leniter per collum matricis ad portam interio-
rem dirigat: quo ſufficienter facto, vtraq; manu apertorium infrà comprimat, donec quantum ſufficit os
matricis diduxerit. Vel ſi placet altero inſtrumento, Speculo inquam matricis, eodem modo vtatur, vti
de apertorio modò dictũ eſt. In hoc autem vertebram toties circumuolui oportet, donec ſufficere pro-
pter dilatationem intellexeris. Eo autem modo diducto matricis orificio, obſtetrix manibus infantem
leniter apprehendat, & ſi poſsibile eſt cum ſecundis educat. Vterum deinde parturientis abluat & per-
ungat, partu liberatam ad lectum deducat, atque aromatibus, nec non cibo potuque conuenienti quan-
tum poteſt reficiat, vti ſuprà cap. 3. monuimus.

Hoc progreſſu etiam vtendum erit cum omnibus mortuis infantibus & molis, nec non ſecũdis quo-
que vbi nimium impeditæ fuerint, quando neceſſitas ipſa talem operationem & curam poſtulauerit.

Si fiat autem vt mortuus infans propter magnitudinem ſuam prædicto modo educi nequeat, vel ſe-
cundæ manibus prehendi & educi non poſſint, curandum tunc vt ſequentibus inſtrumentis quicquid
id fuerit, ſine matris nocumento, comprehendatur, & prudenti cura educatur.

Altero igitur ex ſequentibus inſtrumentis, roſtro inquam, emortuum infantem comprehendat, com-
prehenſum dextra manu trahat, ſiniſtra verò portas vtraſque, antrorſum repellat, ne ligamenta rumpan-
tur & præcipitatio matricis ſequatur. In hoc caſu, ſi poſtulauerit neceſsitas, huic inſtrumento forcipem
qua dentes eruuntur adhibeas, vel depictam hic forcipem longam & terſam, qua ita vtatur commodè, vt
B ſi poſſibile ſit, id quod protrahendum eſt, educat faciliter. Quod ſi contigerit etiam inflationem aliquam;
vel concretum in præputijs matricis ſub cute apparere ſanguinem, ex partus laboribus & difficultate
obortum, venulis aut fibris ruptis propter dilatationem, vt fit, nimiam, vel interius tumor aliquis ſangui-
neus enatus fuerit, quibus & infans & ſecundæ ante partum multum impediri ſolent. eum tumorem, ſi-
ue ante ſiue poſt partum apparuerit, obſtetrix, vbi materia tenuior & maturior viſa fuerit, puro cultel-
lo incidat, concretum ſanguinem exprimat, & inflationem deprimat, quæ commaculata ſunt abſter-
gat, infantemque ſi nondum natus fuerit vt poterit producat. Peſſarium deinde ſæpe inſerat, oleo ro-
ſarum deungat, & quotidie donec ſanata fuerit obliget. Eo enim modo & nos non ſemel in his caſibus
progreſsi ſumus.

Roſtrum anatis.



Forceps longa & terſa.



C

D

Liber Quartus.

DE VARIETATIBVS NON NATVralis partus,& earundem curis.

PRÆFATIO.

Quandoquidem partus,qui contra naturam ſe exhibent,multi ſunt & in ijs caſus varij,de his ſequenti libro dicemus, quomodo inquam, & quot modis contra naturam fiant, nec non qua opera & arte curandi ſinguli,eo fine tantùm, vt pericula eiuſmodi partus agnoſcantur citius, & quantum fieri poteſt præcaueantur diligentius.

De prima forma non naturalis partus,& quomodo ei ſubueniendum.

CAPVT I.



SAEPE contingit hac adſcripta forma infantē ad partum venire, præmiſſis inquam pedibus manibusque deorſum ad femora deductis.Eo caſu autem curabit obſtetrix,vt oleo conuenientibusque linimentis inſtructa ſit, exitumq; infantis vngendo & demulcendo tantum iuuet,ne retro feratur, ſed vti cœpit ita rectè pergat. Inprimis autem operam dabit,vt vtraque infantis brachia deorſum porrecta, apprehendat, firmiterq; teneat, nec retrorſum reducere permittat, ſed hoc ipſo modo ad partū prodire compellat. Quod ſi autem infans hac forma proruinpēs,& propter magnitudinem ſuam & deducta per latera brachia, matricis anguſtia ita coarctetur, vt totus ad partum prorumpere nequeat, tum vterus parturientis cum infante oleis perungendus erit, & elleborum parturienti pro impellendo partu naribus inſpirãdum, nec non vterus eius vtraque manu comprimendus leniter,ne ſurſum vergat, ſed vt oportet deorſum tendat,donec totus in lucem prodeat.

Secunda contra naturam partus forma quæ,& quomodo iuuanda.

CAPVT II.



CONtingit rurſum in pedes aliquando partum procidere, manibus tamen non penes latera ad femora, vt in ſuperiori forma,exporrectis,ſed ſupra caput ſurrectis. Quod vbi fit,obſtetrix nullo modo talem partum excipiet,niſi admodum paruus & gracilis infans, & diductum admodum matricis extiterit orificium, vt facilis exitus ſine matris & infantis nocumento omnino ſperandus ſit: nec tamen eum prius excipiet, quin ante vterum & infantem diligenter perungat. Multo autem conſultius erit & vtriſque ſalutarius, partum in vterum repellere, & ad legitimam formam conuertere,quod hoc modo fieri poterit. Supina in lecto reclinabit ſe parturiens,capite retro demiſſo, ſublimioribus natibus: quo facto, obſtetrix ventrem ipſius præcordia verſus mediocriter ſtringet, vt in vterum infantem ipſum repellat, & alia forma prodeundi occaſionem miniſtret. Ante omnia autem curabit vt faciem infantis tergo matris obuertat, deinde infantis nates & crura vmbilicum matris verſus eleuet,vt ad legitimum partum acceleret.Tutius experimentum in hoc caſu non eſt, vtpote in omnibus contra naturam venientibus partubus,vtiliſsimum.

Tertia

A

Tertia non naturalis partus forma, quæ & quomodo iuuanda.

CAPVT III.



B

Qvod ſi vno tantum pede infantem prodire contigerit, brachijs quidem circa latera demiſsis, retrouerſo autem vt figura habet pede altero, parturienti omnino non inſtandum, ſed ad lectum deducenda vel aliàs reclinanda erit, eoq́; quo ante modo docuimus procedendum, ope aliarum quæ illi adiumenti gratia adſunt mulierum, remittendo inquam altero quoque pede in vterum. Quo facto, aliquoties ſe in lecto volutabit parturiens, capite demiſſior, natibus verò ſublimior recumbens, donec aliquantulum conuerſus infans eſſe deprehenditur, tunc ad labores reducenda & omni qua fieri poteſt ope iuuanda. Ea volutatio in omnibus ſimilibus partubus fieri poterit, vbi inepto modo infans apparuerit. Interim vbi opus erit, potionibus quoque & alijs medicaminibus ſuprà poſitis erit reficienda & ad partum impellenda. Quod ſi autem in hoc caſu contigerit retrouerſum illum pedem volutatione illa matris, aut alia obſtetricis opera, directè ad partum exeri, ſtatim curabit obſtetrix vt comprehenſis brachijs, aliàs circa latera deductis, infantem quam poteſt producat commodè, eo quo in prima forma modo docuimus.

De quarta non naturalis partus forma, & eius cura.

CAPVT IIII.



C

Evenit interdum tranſuerſo modo apparere infantem & in latus procidere, quod vbi fit, parturiens neque vrgenda neque hoc modo expetendus infans. Sic enim infantem naſci poſſe ſine conuerſione aliqua, & natura & res ipſa impoſsibile eſſe oſtendunt. Quocirca dabit operam obſtetrix, vt ad legitimam naturalis partus formam infantem reuocet, ſubmouendo inquam nates, & ad exitum dirigendo caput. Si hac non ſucceſſerit, volutando ſæpius quid poſſit tentet, donec ad legitimam formam conuerſus fuerit.

De quinta contra naturam partus forma, & eius cura.

CAPVT V.

D



Qvod ſi diſtortis pedibus atque brachijs ad partum properare infantem contingat, obſtetrix parturienti non inſtet, ſed à ſedili ad lectum deducat, vbi illius vterum prædicta ſæpe forma recumbentis retrouerſus comprimat, vel aliquoties volutari iubeat, donec ad commodiorem formam infans conuerſus fuerit. Si nihil hoc profuturum videbitur, obſtetrix vtrunque pedem in vnum coniungat, manus verò circa latera ſi vſquam poteſt deducat, & tutiſſimo quo poterit modo ad partum dirigat. Tutiſsima tamen via fuerit, infantem in vterum conuerti & illic ad legitimam formam componi.

A

De ſexta forma, & eius auxilio.

CAPVT VI.



QVod ſi vtroque genu in partum infans prociderit, manibus circa femora demiſſis, obſtetrix dextra inſerta vtrunque genu ſurſum verſus impellat, donec pedes prorumpere contigerit, ibi tum ſiniſtra pedes prehendat, dextra verò manibus circa latera retentis, infantem ad exitum ſolicitet. Hoc ſi non ſatis tutum fore videbitur, ad lectum deducenda erit parturiens, vbi ſuprà dicto modo reclinata, tandiu ſe volutabit, donec ad meliorem partus formam infans conuerſus fuerit.

B

De forma ſeptima, & quomodo iuuanda.

CAPVT VII.



VBi verò altera manu tantùm ad partum infans properauerit, altero brachio circa latera deducto, pedibusque rite in vterum exporrectis, eum obſtetrix nequaquam excipiet, neque ad partum vlterius procedere permittet, ſed parturientem ad lectum deducat, vbi anu altius & capite demiſsius recumbere poſsit. Ibi tum venter eius retrò leniter ſtringendus vt infans in vterum recidat. Ipſa etiam obſtetrix ſi opus ſit, neque ſponte infans reciderit, inſerta manu humeros eius reprimat, eminens verò brachium ad latus reducat, vt naturali forma in vtero diſponatur, & ad facilem partum C poſsit prorumpere.

De forma octaua, eiusq́; cura.

CAPVT VIII.



MVltum periculoſus eſt hic partus inter eos qui ſe contra naturam offerunt, cuius formam hic deſcriptam vides: dabit ergo operam obſtetrix, vt ſumma cura adhibita totum hunc partum in vterum reuocet. Manus itaque primum cum parturientis vtero perungat oleo, quia laboribus hic non paucis opus. Deinde ſi poterit inſerta manu altera iuxta infantis brachia, humeros eius ita impellat vt totus in vterum recidat. Rurſum verò ne ad eandem partus formam recurrat, inſerta manu relapſi infantis brachia ad latera D deducat, eoque modo ad naturalem formam redigat. Si hac non ſucceſſerit, ad lectum deducenda parturiens, vbi poſt quietem habitam, eo modo vti prius tradidimus, eſt procedendum. Hoc ſi fruſtra fiat, neque ad aliam formam mutatus ſit, ad ſedile reducenda, vterus verò eius mulierum aſtantium opera vndiquaque & deorſum comprimendus, obſtetrix autem peruncta matrice & vtriſque obuijs brachijs, illa in vnum quantum poteſt coniungat, & eo modo prorumpentem partum excipiat. Minus in hoc partu periculi erit, ſi nihil in ſuo officio obſtetrix remiſsior, infans autem in partu gracilior extiterit.

A



B

De forma nona, & eius cura.

Capvt IX.

QVod ſi natibus ad partum primo infans prociderit, obſtetrix vncta & inſerta manu anum infantis ſubleuet, & caput ad exitum vertat. Feſtinandum in hoc caſu non eſt, ne in deteriorem aliquam formam recidat. Neque etiam poſsibile ſic infantem naſci poſſe ſine ſummo matris infantisq́ue detrimento. Itaque ſi inuerti inſerta manu non poſſit, ad lectum deducenda parturiens, vbi ſi infirmior fuerit conuenientibus reficienda eſt cibis, & iam ſæpe dicto procedendum modo, donec commodioris partus forma venerit.



C

De forma decima, eiusq́; cura.

Capvt X.

FIt interdum vt inflexa ceruice ſe partus exhibeat, pronis ad partum humeris, retrouerſo autem capite ſurrectisq́ue pedibus ac manibus. Eo caſu obſtetrix retro ſubmouebit infantis humeros, vt capite primum comparere poſsit. Facile enim hoc fieri poterit, quia ſummotis aliquantum humeris, caput orificio matricis per ſe proximum fiet. Quod ſi aliter tentanda res fuerit, ad lectum deducenda reclinandaq́ue erit parturiens, & præceptis ſuprà traditis vtendum.

D



De forma vndecima, eiusq́; cura.

Capvt XI.

QVando manibus & pedibus ſimul ad partum inclinat infans, cauendum ne quid ob hanc difficultatem & informem ſpeciem periculi accidat. Obſtetrix itaque hoc agat vt ſubmouendis infantis occupata pedibus, caput apprehendat, & quantum poteſt ad exitum primo dirigat. Submouenda & brachia ſunt, niſi ſponte ſe ad latera deduxerint. Hac ſi non ſucceſſerit, priori conuerſionis modo eſt vtendum.



De forma duodecima, atque eius cura. A

CAPVT XII.

CONtra priorem formam interdum fit, vt in pectus aliquando partus procidat, retro manibus pedibusque coniectis & auerſis. Omniũ periculoſiſſimus hic habetur, quapropter his præceptis hoc caſu diligenter intendendum. Primo manus ſuas & parturientis vterum perungat obſtetrix, quo facto inſerta manu brachia infantis requirat, eaque prehenſa, donec & caput apprehenderit firmiter teneat, omni cura in hoc adhibita vt caput ad exitum primo reuocet. Deinde brachia infantis ſubmouebit, & ad latera diriget: hoc enim facto, & citius partus prorumpet & minus erit periculi. Poſtremo, ſi neutro horum infans educi poterit, tutiſſimum erit, parturientem ad lectum deducere, & iam ſæpe dicto modo procedere, ſi fortè ad commodam partus formam ea mora ſe infans accõmodet.

B



De forma decimatertia, & eius cura.

CAPVT XIII.

QVæ in ſimplici partu ratio eſt, eadem quoque in gemino & trino eſſe obſeruatur. Vt enim ſimplex partus vnam tantùm verè naturalem formam, plures verò non naturales habet: ita geminus quoque. Itaq; quando contigerit naturali forma partum com parere geminum præmiſſis ad exitum capitibus, curabit obſtetrix vt alterum ex his, qui clauſtris commodius obuerſari videbitur, legitimè excipiat: alterum autem, dum prior prodit, non dimittat, ne in v- C
terum relapſus in aliam formam tranſeat, ſed nato altero confeſtim & illum vt debet excipiat. Partus hic ſine periculo leuior erit, quia prior infans viam poſteriori tam facit planam vt ſine omni difficultate prodeat. Curandum item vt in gemino hoc partu Secundæ ad exitum maturè ſolicitentur, ne vterus infantibus liberatus mox concidat, illaſque illic retentas magno malo detineat.



De forma decimaquarta, & eius cura.

CAPVT XIIII.

NOn naturalis gemini partus & hæc forma eſt, quam hac figura ſpectandam proponimus, obuerſis ſcilicet ori matricis vtriuſ- D
que infantis pedibus. Periculoſus ſatis eiuſmodi partus eſt, ſed prudentia obſtetricis corrigendus. Vterum itaque parturientis perungat, vt eò leuior partui via ſit: quo facto, curabit vt alterius infantis brachia comprehendat, & ad latera deducta firmiter teneat, caputque ad exitum leniter ſolicitet. Eo nato, mox altero prehenſo, procedat ſimiliter. Quod ſi neutrius brachia apprehendere potuerit, ita vt felicis partus bona ſpes non ſit, ad priorem formam recurrendum, ſi forte ea quæ in lecto fit opera & conuerſione citius infantes in lucem ædi poſſint.

De vltima

A

De vltima non naturalis partus forma, & eius cura.

Caput XV.



Alia non naturalis gemini partus forma eſt, quam hîc ſpectare licet, altero inquam infante in caput, altero verò in pedes demiſſo, quæ quidem ex naturali & non naturali partus genere compoſita eſt. Vbi vero duos ſe hoc modo infantes oſtendere contigerit, obſtetrix priorem in naturalem formam verſum primò educat, alterum verò in pedes demiſſum ſubmouebit, & ſi fieri poſsit, reuocabit in vterum, vt idem ille ad naturalis partus formam diſponatur etiam. Quod ſi autem in meliorem formam conuerti nequeat, manibus eius confeſtim apprehenſis ad exitum ſolicitandus erit. Tutius tamen foret hunc ad naturalem cônuerti formam, in quod obſtetrix vngendo, dirigendo, ſubmouendo, voluendo & conuertendo diligenti incumbet opera, ne forte ex tali non naturalis partus forma offendatur vterus, & inflationibus tumeſcant præputia, vnde ſine periculo partus non prodeat, aut impediatur diutius. Quę quidem pericula om̃nia, prouida cura aut declinari aut ad minimũ aliquatenus corrigi poſſunt.

B

Liber Quintus.

DE MOLA ALIISQVE FALSIS VTERI tumoribus, ſimulq; de abortibus & monſtris diuerſis, nec non de conceptus ſignis varijs.

De Mola, cæteriſq; falsò creditis conceptibus.

Caput I.

C Qvotqvôt vnquam de mola ſcripſerunt, hanc imprægnationem eſſe falſam dixerunt, quæ ſi quando ad partum veniat, informis carnis fruſti ſimilitudine prodeat. Hanc nonnulli à molon, quod rotundum Græcis ſonare dicũnt, eo quod ipſius quoq; forma rotunda ſit, vel à Perſico moli vocábulo, quod illis informe quiddam vel rudem maſſam ſignificat, dictam volunt. Vel potius, vt doctiores quidam ſcribũt, quoniam induratus tumor ad tactum ferè lapidoſus, molæ lapidis inſtar, in vtero ſentiatur, ſiue toto, ſiue oſtiolo tantùm: vnde motus difficultas mulieribus hoc malo occupatis, tãquam graui pondere preſſis, accedit: nam & Græci mylen, id eſt, molam appellant. Hanc autem informem maſſam Auerroes & Paulus Aegineta ex debilitate vtriuſque, virilis inquam & fœminei ſeminis, generari perhibent: vel ex bonorum ſeminum corruptione, quæ circa primum conceptus tempus contingat. Alij verò hanc ex menſtruorum generari copia dicunt, quia propter magnum matricis calorem interdum coagulentur, & in informem carnis maſſam redigantur. Qui verò penitius rerum rimantur naturas, hanc copioſiori muliebri ſemini tribuunt, in libidinoſioribus potiſſimum fœminis, quæ ex ſiccioribus natura maritis minus concipientes ſeminis, matricis appetitu copioſius ſuum ipſarum ſemen cieant, quod menſtruis auctum matricis calore coaguletur, & propter defectum virilis ſeminis legitimi opificis, in talem maſſam concreſcat. Non enim ſine virili ſemine quicquam generari poteſt, vt nec ex fœmineo ſolo quicquam. Muliebre enim ſemen in vtero conceptum virile concludit tantùm, vnde tunicæ quæ in ſecundas poſtea tranſeunt, ex illo ſolummodo generari poſſunt. Et vt in ouo, ita hic quoque res habere cernitur. Vt enim ex albumine & vitello per ſe nihil generari poteſt niſi galli ſemen inſperſum ſit, licet multo maior horum præ hoc ſemine exiſtat copia: ita ex muliebri quoque ſolo nihil, niſi virile ſemen acceſſerit. Quod ſi autem hôc paucius, mulieris verò copioſius fuerit, tunc menſtruis aucta molam generare ſolent, quam quædam quinto, ſexto aut ſeptimo demum anno, quædam nunquam eniti poſſunt. *Mola quid ſit.* *Vnde naſcatur mola.* D

Multæ præterea aliæ quoque falſæ & vitioſæ conceptiones ſunt, ex quibus non tantùm molæ, ſed aliæ quædam informes etiam figuræ, mancæ & mutilæ ex defectu vtriuſque ſeminis itidem generari ſolent. Fit etiam vt vitio ſeminis noxia quædam in matrice cum infantibus generentur animalia aut animalium formæ: taceo alienas formas ex brutis, vti non ſemel factum, conceptas. Sæpius etiam obſeruamus quaſdam quaſi imprægnatas turgere, & tamen infantem nunquam eniti: eò quod tantopere liquida vtraque ſimul concepta ſemina fuerint, vt ex defectu caloris matricis coagulari nequiuerint: vnde fit vt ex tam diuerſis concluſis humoribus poſtea ſequatur hydrops.

Molæ autem generatio præ omnibus alijs tumoribus certa quædam quibus agnoſcatur habet indicia. Et primo quidem quò ad corporis conſtitutionem, molam gerenti tabeſcunt & molleſcunt membra, torpor quidam ineſt, turgent cum oculis labia, pallidior eſt facies, durior tactu venter tumidus, punctiones & tormina ventris plurima, retinentur menſes; oculorum vertigo & caligatio moleſtat, pulſus cordis continuus, membrorum tremor, cibi nauſea, vomitus frequens & copioſus, maculæ in facie fre- *Signa molæ.*

quentiores, pupillæ oculorum eminentes, aſpectus toruus. Quia autem ex his ſignis vero etiam conceptui multa ſunt communia, certum hic diſcrimen eſt conſtituendum. Tot igitur modis molam à vero conceptu differre tenendum. A

Primò, vbi menſtrua comparuerint, mola in vtero generari nequit, quia ex retentis menſtruis & debiliori virili ſemine naſcitur tantum.

2. Quando ante tertium menſem poſt conceptum magna in vtero motio contigerit, molæ indicium eſt. Tam citus enim motus in vero conceptu eſſe nequit.

3. In molæ generatione vterus tumet citius ac magis.

4. Alia quoque infantis, alia vero molæ motus forma eſt. Infans enim ex latere in latus mouetur, mola non item.

5. Mola manu compreſſa, ſtatim loco cedit, ſed mox in eundem remota manu locum recurrit. Infans autem vt non cedit, ſic neque recurrit.

6. In molæ conceptu multò durior prægnantib. venter exiſtit, quam ijs quæ infantem geſtauerint.

7. Multo tardior eſt, magisq; torpida, quæ molam quàm quæ infantem conceperit.

8. Vbera in molæ conceptu non tam tumeſcunt ac dureſcunt, quàm in conceptu infantis.

9. Membra in molæ generatione tabeſcunt & molleſcunt, quod in infantis conceptu non fit.

10. Infantis partus vltra vndecimum menſem ad ſummum differri nequit, molæ autem partus aliquando in quintum aut ſextum annum, interdum etiam ad finem vſque vitæ. B

Diſcrimen molæ ab aliis vteri tumoribus. Conſtituto tam certo inter molam & verum conceptum diſcrimine, rurſum eadem ab alijs quoque falſis vteri diſcernenda eſt tumoribus. Fit enim vt multæ etiam tumeſcant, aut propter concluſum in vtero aerem vnde tympanitis: aut propter diuerſorum humorum retentorum copiam, vnde hydrops oritur. Quæ autem ex concluſo tumeſcunt aere, tumore ac duritie vteri eas ſuperant, quæ ex retẽtis turgent humoribus. Tympanitis etiam interdum cõcidit, recedit, & de loco mouetur in locum, nec ſine dolorib. ſentitur: hydrops autem, id eſt, retenti humores, raro mouentur, ſed continuo ventris ſonitu perſtrepũt. Inter hos ipſos autem tumores & molam ſuum quoq; diſcrimen eſt. Nam in geſtatione molæ multo durior exiſtit venter, quàm in iſtis tumoribus. In hydrope tumeſcunt crura, in mola verò minuuntur ac tabeſcunt. In tympanitide durior eſt venter tympani inſtar reſonãs, in mola verò non item. Et hac ratione ſimilium horum tumorum diſcrimina obſeruari poſſunt, & quàm difficulter curari queant, intelligi.

De cura molæ & aliorum falſorum tumorum vteri. CAPVT II.

IN cura molæ diæta ante omnia talis inſtituenda eſt, vt tota ad calidum & humidum declinet. Vbi etiam miſsione ſanguinis opus fore videbitur, malleoli vena aperiatur. Inde expurganda erit materia ea ratione quam deinceps in Retentione menſtruorum traditam videbis. His præmiſſis ea quæ internè purgant & curant, adhiberi quoque externæ curæ poſſunt. Inprimis autem encathiſmo vtendum, in quo quæ molam geſtauerit ſingulis diebus mane & veſperi vacuo ventriculo deſubtus ad vmbilicum vſq; inſideat. Balneum autem hoc ſic erit parandum: ℞. Biſmaluæ cum radicibus M.vj. maluæ, brancæ vrſinæ, (aut quoniam ea caret regio noſtra, herbæ violarum) parietariæ, chamæmeli, meliloti ana M.ij. fœnugræci, ſeminis lini ana ℔.ij. Contritis his quæ conterenda ſunt, ſacco omnia concludantur, & in aqua cui ægra inſidebit, bulliant. Eum etiam ſaccum bene calidum pudendis & lumbis imponere perutile fuerit. Poſt balneum hoc calidis foueatur pannis, & lecto decumbens, hoc circa pudenda & lumbos vnguento vngatur. ℞. Olei amygdalarum dulcium ℥.j.s. de lilijs, pinguedinis gallinæ, muſcilaginis, ſeminis lini, fœnugræci ana ℥.s. ceræ albæ q.ſ. Miſce & fiat vnguentum. Electuario etiam ſequente, magnitudine auellanæ nucis ſingulis diebus mane & veſperi vtetur: C

Encathiſmus.

Vnguentum.

Electuarium.

℞. Cinamomi ʒ.ij. corticis ariſtolochiæ longæ, caſsiæ fiſtulæ, (vel eius loco potius cinamomi pondus augeatur) ana ʒ.j. aſari, laccæ, ſeminis rutæ, fructus ſyluestris ſauinæ, croci ana ʒ.s. ſacchari ℔.s. ſaccharum diſſoluatur ſucco vel aqua roſmarini. Confectio in morſellis fiat. Electuarium hoc alia quoque ratione illi præberi poterit, in offula inquam ex vino veteri & duorum ouorum vitellis cum ſaccharo decocta, inſperſa conueniente huius Electuarij doſi.

Pilulæ. Pilulæ etiam ſequentes mirè efficaces ſunt, ex quibus ſumat ʒ s. vel ʒ j.

℞. Nigellæ Romanæ, ariſtolochiæ rotundæ, dictamni cretici, ſeminis naſturtij, ſyluestris fructus ſauinæ, ſerapini, ſeminis rutæ, ammoniaci thymiamatis, rubeæ tinctorum, myrrhæ, caſtorei ana ʒ.j. Fiant pilulæ cum ſucco ſyluestris raphani & melle, q.ſ. doſis ſit ʒ.j. vel ʒ.ij. D

His factis ſuppoſitoria quoque matrici inſerenda, quæ molam impellant, & ex interiori receptaculo matricis in exterius prouocent. Erunt autem eiuſmodi: ℞. Aſphalti, boracis, caſtorei, centaureæ maioris, dictamni, ellebori albi, galbani, gentianæ, opopanacis, ſauinæ, ſerapini, ſcammonij ana ʒ.s. croci ℈.j. Trita omnia excipe ſucco porri, & fiat ſuppoſitorium. Vti licebit interdum etiam trochiſcis de myrrha, de quibus 3. cap. lib. 3. dictum eſt. Nam & molam pellunt, & facilem exitum faciunt.

Cæterum in tumoribus qui ex concluſo aere & retentis contingunt humoribus, diæta ita inſtituenda eſt, vt tota ad calidum & ſiccum declinet. Purgationes etiam & phlebotomiæ fieri poterunt pro qualitatum copia. Quibus præmiſſis, encathiſmus præſcripta forma parari poterit, additis inſuper ſequentibus:

℞. Calaminthæ, rutæ, pulegij, foliorum lauri, abſinthij ſicci, aniſi, marathri, cymini, æqua portione ſingula. Similia quoque eiuſdem naturæ ſumi plura poterunt, pro tumoribus minuendis ac reprimendis. Pars etiam modò dictarum herbarum ſacculo inſerenda, & dum balneo inſidet, lumbis imponenda erit. Poſt balneum ex confectione hac nucis auellanæ magnitudine, in vino albo veteri ſumat, in quo aſarum prius infuſum ſit, quod ſic fit:

℞. Specierum diacurcumæ, diacymini an. ʒ.iij. ſacchari albi ℔.s. ſaccharum diſſoluatur in aqua rutæ, & fiat

A & fiat confectio in tabulis vel morſellis. Vel ſi placet, potionem hanc calidam ſic confectam poſt balneũ præbere poteris: ℞. Perſicorum nucleos xx. nouiter excorticatos, quibus cum duorum ouorum vitellis contuſis & mixtis addes puluerem ſubſcriptũ: ℞. Galangæ, cinamomi, piperis longi, zingiberis, caryophyllorum, croci, nucis moſchatæ ana ʒ.s. fiat puluis. Horum omnium decoctio fiat cum vino optimo. Colentur, & colaturæ addatur ſaccharum, fiatq́ potio clara. Vel, quod magis placet, ſimplicium materia in decoctione maneat, & ſimul omnia calido potu ſumantur. Multum proſunt in hoc caſu etiam ſpecies hieræ picræ in potu aliquo vel pilulis ſumptæ.

Quando autem ex retentis diuerſis humoribus tumor extiterit, tum materia talibus remedijs expurganda erit, qualibus in retentione menſtruorum & ad vrinam mouendam vti conſueuimus, cuiuſmodi hoc eſt ℞. Semina apij, aniſi, fœniculi, petroſelini, cardamomi & folia rutæ. Singula æquali pondere trita, cum vino dulci bibantur. Probantur etiam hîc confectio diagalange & electuarium de baccis lauri: nec non olea rutæ, hyoſcyami & liliorum alborum, cum Trochiſcis de agarico.

Emplaſtrum etiam tale confici ventriq́ tumido imponi poterit: ℞. Seminis rutæ, naſturtij, cumini, centaureæ minoris, maioranæ, aniſi, mentaſtri ana M.j. Incidantur & conquaſſentur omnia, fiatq́ cum vino emplaſtrum.

De imperfectis infantibus, nec non monſtroſis & prodigioſis partubus.

B

Capvt III.

MVltifariam rerum experientia temporũq́ teſtimonio fieri vidimus, noſtra multa & imperfectos aut varié figuratos infantes naſci. Id autem cum primis Dei iudicijs eſt adſcribendum, deinde verò & ſeminis vitium, vnde hæc enata, agnoſcendum, vtpote quod aut nimium abundans, aut nimis paucum, aut corruptũ extiterit. Harum autem formarũ deinceps aliquot deſcriptiones dabimus, nõ vt omnia comprehendamus, ſed vt ex paucis aliquam iudiciorum dei per varia contra naturam monſtra veluti prognoſtica, cognitionem proponamus, & quantum referat ſemini vitium ineſſe videamus.

Natos infantes tales vidimus, defectu membrorum mutilos, manibus inquam aut pedibus carentes, iuſta alioqui & perfecta totius corporis forma: quod imperfecto ſemini tribuendum dicimus.

Natus eſt qui brachijs in vniuerſum careret, reliqua corporis forma rectiſsimè habens. Pedes huius manuum quoq́ officio fungi vidimus, arripiendo, ſecando, ori inſerendo, nec non etiam alea & chartis ludendo. Quod alter quidem ore & mento præſtare potuit.

Natus eſt etiam quidam & ad perfectam viri ſtaturam excreuit, capite & humeris tantùm geminus, ita vt caput alterum ante alterũ retrò eſſet, mira inter ſe ſimilitudine. Barbis etiam & oculis ſeſe referebant mutuo. Idem erat cibi appetitus, fames eadem, vox ſimillima, idem excernendi vtriſq́ capitibus erat deſiderium. Annum excedebat trigeſimum, quando hunc videre contigit.

Natus eſt etiã & in virum excreuit, qui caput aliud vmbilico exſereret, quod pro more alterius quoq́ C cibum caperet.

Scafhuſiæ Heluetiorum anno 1543. infantes duo nati ſunt, coniuncto altero latere, capitibus duobus, brachijs quatuor, totidemq́ pedibus, vmbilico vno, fœminei ſexus vterq́. Ex his alter mortuus in lucẽ prodijt, alter verò viuus prodiens, continuo expirauit. His per omnia ſimiles alij quoq́ anno 1553. in Einſidlen nati ſunt.

Nati ſunt etiam gemini pectoribus ſibi affixis, & mutuo obuerſis faciebus, vno vmbilici cõſtricti vinculo: alij rurſum, tergoribus annexis, ſingillatim vmbilici vinculis propendentibus. Vtraq́ autem harũ formarum diſtinctis membris viſa eſt, nullo deficiens, nullo etiam ſuperans.

Nati ſunt etiam quidam abundantibus membrorum partibus, vt alij membris non ritè formatis: alter quidem ſingulis pedibus manibusq́ digitos habens duodecim, alter, retrouerſis manibus & in obliquũ tranſuerſis pedibus, rectè aliàs habentes.

Fit etiam interdum, vt aliquando duo vel tres, vel plures infantes etiã vno tempore in matrice concipiantur, & ſuo tempore, ſimul etiã, puta, alter poſt alterum in lucem prodeant, aliquando verò non vno tempore omnes, ſed dilato menſe vno aut altero. Quorum prius ex copia & efficacia vtriuſq́ ſeminis fieri tenendum eſt. alterum autem ex diuerſi temporis conceptu (quem ſuperfœtationem vocant) id quod aliquando fieri facile natura patitur.

D Anno 1519. Tiguri Hermaphroditus vel androgynos natus eſt, ſupra vmbilicum egregiè formatus, ſed circa vmbilicum rubeam carnis maſſam habens, ſub qua membrum muliebre, & infra hoc, loco conuenienti, virile quoq́.

Anno 1503. in Haſsia infans quidam fœminei ſexus bene diſtinctis membris natus eſt, niſi quod auribus, oculis & naribus in vniuerſum careret, & in facie ſolùm os haberet.

Anno 1529 in quodam Hercyniæ ſyluæ ſuperioris pago infans natus eſt, & in iuſtæ ſtaturæ virum excreuit, vniuerſa corporis figura mas rectè habens, niſi quod vbera haberet, & ex ipſius pectore corpus alterius propenderet, ſine capite & humeris, brachiorum informem figuram protendens, manibus plus ad pedum quàm manuum formam accedentibus.

Anno 1552. in Anglia non procul ab Oxonia informis quidã partus natus eſt, capitibus duobus, brachijs quatuor, manibus totidẽ, ventre vno, mẽbro muliebri, ſede vna. Ex vna parte pedes tranſuerſi duo erant, ex altero vnus tãtùm, rite exporrectus, forma duorũ pedũ, digitos habens decẽ. Horũ alter diebus quindecim, alter verò vno ſuperuixit. Lachrymarũt hoc tempore raro. Alter ex his lætus admodũ, alter verò ſomniculoſus & triſtis extitit. Viginti digitos tranſuerſos erat longitudo & latitudo ipſorum.

Quòd ſi de cauſa eiuſmodi conceptuũ & partuum quæratur, quales hactenus multos vidimus, ſciendum ante omnia hęc ſine Dei Opt. Max. prouidentia nõ fieri, ſed pro puniendis & admonendis homini-

bus hæc ſæpe iuſto iudicio permitti. Nimium quoq; libidinis ſtudium in cauſam trahimus, quo fit vt humana ſemina admodum debilia & imperfecta fiant, vnde debilem quoq; & imperfectũ fœtũ ſequi neceſſe eſt. Seminis enim defectu præcedente, cõſequens eſt fœtus quoq; defectum conſequi: & contrà: ſi ſuperfluum ſemen fuerit, ex ſuperfluo ſuperflua generari facile colligitur. A

Quod ſi quando duo infantes in vtero concreuerint, aliquando fit hoc ex liquido & corrupto ſemine: aliquando verò terroribus alijsq; aduerſis caſibus, quibus fit vt gemelli in vtero iam antè cõcepti, collidantur, ruptisq; ſeminibus concreſcant aliquatenus. Vt enim pinguedo lactis, concreta licet, facili tamẽ aliquo motu turbatur & corrumpitur, & arborũ flores quouis vento & imbre deijciuntur citius: ita concepta quoq; ſemina facili caſu vt diffluant corrumpi poſſunt, vt diffluendo aut omnino miſceantur, aut ſaltem aliquatenus concreſcant, vnde informem aliquem partum ſequi neceſſe eſt, quem primus autor Deus ſic formari ad pœnam & admonitionem hominum permittit.

Generantur etiam plurimi ſciſsis labijs ad formam leporini oris, aut in vna, aut vtraq; labiorũ parte, eoq; malo ſuccreſcunt, quod ex terroribus aut ſubitaneis aſpectibus leporũ, porcorũ aut aliarum pecudum fieri tenendum eſt, ſubito hoc terrore conceptũ ſemen afficiente. Ex appetitu rurſum & terroribus multi naſcuntur qui varias maculas & figuras corpori impreſſas habeant, puta, crinium, murium, variorum colorum, racemorum, flammarum, fructuum, rerumq; aliarũ. Quæ quia quotidiana & crebra ſunt, noluimus ea ſingulari figura complecti.

Nati dubij ſexus. Contingit etiam generari quoſdã & aliquouſq; adoleſcere, de quibus inſpicienti non conſtet cuiuſnã ſexus ſint. Imperitiores, illos vtriuſq; ſexus eſſe autumant, ſed longè falluntur. Fit enim caſu aliquo, vt ex terroribus ſubitis etiam circa hæc membra ſemen aliquid vitij contrahat. Exempli gratia. Contigit nobis talem offerri infantem, de quo non ſatis conſtaret cuiuſnam ſexus eſſet. Prominebant quidem teſticuli, membrum præterea nullum. Infra teſticulos ruptura erat, vnde vrina efflueret. Sed quia propter virgæ prominentis defectũ (nec enim tota aberat, ſed intro conuerſa ad modò dictã rupturã deflectebat) hanc natura vrinæ viam dediſſet, non pro fœmella nec androgyno, ſed pro maſculo hunc haberi & baptizari placuit. Fatebatur aũt mater ſe ex viſo quodam adeo territam, vt hinc infanti hoc contractum eſſe conijceret. Cæterùm quia quæ talia ſunt intellectu magis quàm oculis percipiuntur, nec huic peculiarem figuram effingere voluimus. Sed nunc ad figuras redeamus. B

Anno 1547. Cracouiæ mirabile ſane monſtrum natum eſt, quod & triduo vixit. Caput erat humanæ formæ non abſimile, niſi quod flammeſcerent oculi, naſus verò longus & aduncus tibiæ inſtar exiſteret. In membrorum iuncturis, ad vlnas, cubitos & genua, canina eminebant capita, manus pedesq; anſerinis pedibus ſimiles, oculi ſupra vmbilicũ duo. Cauda pecuina à tergo, hamum extremitate referens. Sexu erat maſculus. Informis aũt huius monſtri cauſas ſoli Deo tranſcribimus, & tamen pro noſtræ rationis captu Sodomiæ quoq; peccatum hoc monſtro deteſtatum colligimus.

Quòd ex brutis tam variæ naſcuntur formæ, minus mirum eſt, cùm Plinius ideo in Africa tam varias animalium tradat haberi formas, quòd ex diuerſis animalibus congreſſus & conceptus fiant. C

In Saxonia circa initia prædicationis Lutheri, natũ monſtrũ bouinis pedibus quatuor, oculis, ore naſoq; vitulum referens, ſupra caput carnẽ rubeam forma tonſuræ ſacerdotalis habens, à tergo forma cucullæ monachicæ dependente. Vndiq; verò fiſſuris plenum videbatur eſſe.

Ante annos aliquot in ditione Vverdenberga moſtrum fœminei ſexus natum eſt, capitibus duobus, brachijs quatuor, pectore & ventre vno, pedibus duobus.

Natus eſt etiã alicubi infans maſculini ſexus capite elephãtis. Et eodẽ tempore androgynos quiſpiã.

Arimini ſine oculis & naſo puer natus eſt. In agro Piceno, infans ſine pedibus atq; manibus.

In Veienti agro puer natus eſt vnimanus & biceps. Fruſinone autẽ alius, biceps & brachijs duobus.

Theani Sidicini infans natus eſt manib. quatuor, pedibusq; totidẽ, capite & vẽtre vno, binoq; mẽbro fœmineo. Priuerni autem puella quædã ſine brachijs nata, reliqua corporis parte rectiſsimè conſtituta.

Amiterni puer natus brachio vno, pedibus tribus. Ibidem & alter quiſpiam, pedibus tribus, reliqua corporis forma rectè habens.

Romæ puella quædam quatuor nata pedibus. Nurſiæ autem puer quidam bene formatus, ſed aperto ventre, ita vt nudum inteſtinũ conſpiceretur, circa nates verò ſolidus, qui mox emiſſa voce expirauit.

Venafri puer natus tribus manibus totidemq; pedibus. Vulſinijs gemelli nati, tergis ſibi affixi; capitibus duobus, brachijs quatuor, totidemq; pedibus, vterq; ſexus fœminei. D

Anno 1512. Rauennæ monſtrũ natum eſt, quod habebat cornu in capite, alas duas, brachia nulla, pedem vnum vt auis rapax, oculum in genu, ſexum vtrunq;, in medio pectore ypſilon & crucis effigiem. Hoc aliqui ſic interpretati ſunt. Cornu portendere ſuperbiam: alas, leuitatem & inconſtantiã: carentiam brachiorum, defectum bonorum operum: pedem rapacem, rapinam, vſuram & auaritiam omnimodam: oculum in genu, ſolum ad res terrenas reſpectũ: ſexum vtrunq;, Sodomiam. Propter hæc autem peccata Italiam ſic eo tempore bellicis contritionibus affligi. Y verò virtutis & † ſignum eſſe ſalutis: quare ſi vitijs his relictis, ad virtutes & ad Chriſti crucem, id eſt, vnicum eius recurrant meritum, reſpirationem & pacem denuo inuenturos eſſe. Fiebant autem hæc Lodouico Gallorum rege ſub Iulio 2. pontifice Italiam vaſtantè.

Rabi Moſes in Aphoriſmis particula 23. ſic ſcribit. In Sicilia accidit Eclipſis ſolis magna, & illo anno mulieres filios deformes ac bicipites peperêre plurimos.

Coitus cum brutis. Quæritur hîc, Vtrum bruta cõcipere poſsint ab hominibus, vel etiam viciſsim homines à brutis. Hoc autem fieri poſſe tribus affirmamus rationibus. Primo, naturali appetitu. Secundo, prouocatione naturæ ex delectatione. Tertio, virtute attractiua matricis, quæ in brutis & hominibus ſimilis eſt. Exempla in promptu ſunt. Plutarchus enim in Parallelis minoribus hæc habet: Ariſton Ariſtonymus Epheſius filius

A lius Demonſtrati, cùm odiſſet mulieres, cũ aſina rem habuit, quæ tempore reuoluto puellam formoſiſsimam peperit, Onoſcelin nomine: autor Ariſt. ſecundo Paradoxorũ. Et iterum, Fuluius Stellus mulieres cùm haberet odio, cũ equa coiuit, quæ menſibus geſtationis euolutis puellam forma egregiam peperit; quàm ille Eponam (forte Hipponam) nominauit. Eſt autem huius nominis dea quæ curam equorũ gerit, vt ſcribit Ageſilaus lib. 3. rerum Italicarum. Rurſum ex Fuluio quodam & equa Hippopuella nata fertur, vt apud Plutarchum legimus.

Quemadmodum verò natura in homine ſe alterare poteſt, ita in brutis quoq; fieri experientia docet. Nam in Heluetijs equa à tauro ſubacta, exacto tempore pullum peperit, equinis tantùm pedibus, forma verò, crinibus & cauda vaccæ ſimilem. In Gallia verò equa à ceruo ſubacta, pullum peperit, poſteriori parte ceruæ ſimilem, quem nullus alius equus curſu æquare potuit, ipſumq; Lodouicus rex à poſſeſſore dono accepit.

De abortus cauſis & ſignis, nec non de abortientium omnifaria cura.

CAPVT IV.

Abortiri mulieres, id eſt, immaturũ parere fœtum, internis & externis de cauſis contingere tenendũ eſt. Internæ, aut ex ipſo fœtu, aut ex ipſa matrice conſiderantur. Si ex ipſo fœtu contingat, propter cotyledones ſit nimiũ infirmas, quarũ infirmitate fit vt acetabula hæc citò rumpantur, & abortus *Cauſa abortus duplices. Interna.*
B ſequatur. Rurſum ſi tunicæ quoq; quibus infans in vtero inuoluitur propter debilitatẽ rumpantur, retẽtiq; & concluſi humores diffluant, quo fluxu lubrica matrix fit & infirmatur, fœtusq; humido nutrimẽto deſtitutus, deficit: nec nõ etiãſi humiditates virulentę profluant & expulſiuã vim matricis ſtimulent. Eſt quando ex parte matricis interna de cauſa abortus cõtingit: id fit, quãdo debilis eſt mulier, & tabeſcens fœtui alimentũ ſubtrahit, vt neq; augmentũ, neq; generandis membris materiã habet ſufficientẽ. Porrò etiã ex parte matricis abortui cauſam præbent, patula amplitudo orificij matricis, nimiaq; eiuſdẽ humiditas, & mala qualitatũ temperatura, ventoſitas itẽ in matrice cõcluſa, & eiuſdẽ vlcera & apoſtemata: nec nõ aliæ etiã ægritudines, vt ſunt, fluxus ſanguinis nimius, fluxus ventris immoderatus, teneſmus, tuſsis, ſternutatio aſsidua, & quæcunq; corpus nimiũ concutiunt: imò & ægritudo acuta quælibet, quę mulieris corpus ita afficit, vt fœtus nutrimenta diſsipet. Externę aũt cauſæ quę extrinſecus accidunt & abortũ promouent, itidẽ multæ ſunt: qualia ſunt, cadere, currere, ſaltare, equitare, immodicè exerceri & percuti. Rerũ etiã quæ extra corpus ſunt inconueniens & applicatio & vſus, veluti aeris aut nimiũ frigidi aut calidi. Frigiditas enim ingens fœtũ perimit. Caliditas aũt nimia aerem fœtui intercipit, & in vtero ſuffocat. Hoc & calidiores thermæ pariunt, ſi primis poſt conceptũ menſibus ijs mulieres vtantur. Tetri etiã fœtores abortũ prouocant, veluti lampadũ & candelarũ recens extinctarũ, teſte Ariſtotele. Inconueniens quoq; cibi potusq; ratio: veluti appetitu impellente, ſale, carbonibus, luto aut ſimilibus veſci, quibus aut *Externa cauſa.*
C mali humores, aut noxia cõciliatur ſiccitas. Eſuries quoq; magna fœtui plurimùm nocet: repletio aũt nimia citius vijs alimenti obſtructis, ſuffocat. Exercitiũ porro immodicũ, labores nimij, ſomnus immoderatus, torpor continuus, vigilia quoq; intempeſtiua & immodica. Alia item accidentia, qualia ſunt, furor ſubitus, ira grandis, timor ingens, mœror nimius, gaudium improuiſum, appetitus iners, deſiderium rerum non parabilium, coitus nimius, libido inſatiabilis. Et hæc de cauſis.

Signa autem futuri abortus, ſiue internis ſiue externis de cauſis proueniant, duplicia ſunt. Primo ante conceptum prognoſtica quædam ſunt earum quæ abortiri ſolent, veluti, humiditas ſuperflua, pinguedo repentina & inſolita, vt ſi contra ſuam ipſarum naturã repente pingueſcant quæ ſemper macro graciliq; corpore eſſe conſueuerunt. Vel quæ circa renes & lumbos vſq; dolent, vel in alios periculoſos morbos ſubitò incidunt. Deinde poſt conceptum his notis de abortu ſecuturo certiſsimus eſto, quando mamillas primo turgidas & induratas repente molleſcere obſeruaueris, ſi nimij fluxus contigerint, continuaq; menſtrua fluxerint. Porrò etiam ſi horrores, frigora & dolores capitis cum oculorũ vertigine prægnantem repente corripuerint. Quæ omnia prognoſtica mox ſecuturi abortus exiſtunt. *Signa abortus.*

Fœtum autem iam in vtero mortuũ eſſe, hinc conſtare poteſt, cùm eius in vtero motus nullus percipitur amplius, cùm prægnantis concidunt oculi, quando color in fuſcam mutatur albedinẽ, cùm tormina magna circa vmbilicum & lumbos accidunt, quò fit, vt propter emortuum fœtum inferiores partes comprimantur, nec non ſtranguria & teneſmos accidant. Rurſum, quando aures, labia, nariumq; extre- *Quomodo mortuus fœtus obſeruandus.*
D mitas pallido frigore rigent, & tumeſcit facies. Venter quoq; licet non concidat, molleſcit tamen, ita vt in altero latere recumbentis duram quandã maſſam tactu poſsis percipere. Anhelitus ſi fœteat, certum indicium eſt iam quoq; cœpiſſe putreſieri.

Reſtat cauſis & ſignis cognitis, curam quoq; nouiſſe, & certam abortus vel declinandi vel corrigendi rationem. Et primo quidem ad declinãdum abortus periculum etiam ante conceptũ certa ratione opus eſt. Si enim propter debilitatem mulier abortiri conſueuerit, ante conceptum cibo potuq; conuenienti confortabitur, vt pinguiuſculo corpore melius habeat. Si amplitudo orificij matricis in cauſa fuerit, cõuenienti medicina adhibita erit coarctandum, & ſuperflui humores ritè euacuandi. Si autem concluſa in matrice ventoſitas cauſa eſſe deprehendatur, ea ſuprà dicto modo, vbi de mola actum, minuenda atq; diſsipanda. Deinde, licet iam mulier conceperit, adhuc tamẽ abortus declinari certa cura poterit. Et primo quidem, temperatum aerem, quæ concepit, inhabitet, exercitium corporis tribus potiſsimum primis menſibus modicum ſit, ne nimio exercitio debilia adhuc fœtus ligamenta rumpantur. Somnus non ſit nimius. Ventrem non durum ſed modicè laxatum habeat: ſi autem durior fuerit, clyſtere ex caſsia extracta, ſaccharo & oleo communi confecto, interdum ſoluatur. Periculi hoc nihil habet, nec vt imperitorum eſt iudicium, mors clyſteribus acceleratur, ſed induratæ alui functio reuocatur. Si qui tamẽ illis adhuc abhorrent, alijs rebus ventrem laxantibus vti poterunt, caſsia inquam extracta, vel manna in iuſcu- *De cura abortuum. Ante conceptũ. Poſt conceptũ. Venter quomodo laxandus.*

lo ſumpta, vel ad formam electuarij vel boli deaurati parata. Inprimis verò hic cauendum, ne tribus aut A
quatuor primis geſtationis menſibus validiora medicamina prægnantibus dentur, ne debilia adhuc li-
gamenta fœtum remittant. Vbi venæ ſectione opus fuerit, altera mediarum in brachijs aperienda. Hoc
aũt non amplius quàm ſemel faciendũ, ne alimentũ fœtui diminutione ſanguinis, ſubtrahatur. Sed me-
dio geſtationis euoluto tempore hoc feciſſe erit tutius. Poſt conceptum etiam ab omni ira imprægnatæ
ſibi temperent, nimio gaudio abſtineant, terrores & pauores caueant, & quęcunq; animum ſubitò com-
mouere poſſunt. Nimio item coitu inprimis tribus prioribus, tenero adhuc fœtu, menſibus abſtineant.
Gemmas & precioſos lapides geſtare perutile eſt, vt ſapphirũ, hyacynthũ, coralliũ, corneolam, adaman-
tem, turcheſiũ. Cibus potusq; temperatus ſit: acuta, vt porrũ, cepe, allium, ſinapi, & his ſimilia, vitentur
omnia, & cum his quæcunq; menſes prouocant, quæq; aluum adſtringunt. Quicquid cibi appetunt, eo
potientur omnino: appetitu enim explendo prohibere, abortum parit præſentiſsimũ. Ideoq; curandum
ne coram prægnantibus ſermo fiat de cibis non parabilibus, vel ſi ſponte appetitu alieno ducantur, ab
illo deſiderio ratione commoda quauis, quantum fieri poteſt, retrahantur.

Deinde quia fit vt in prægnantibus ſæpe corrupta materia plurima ſit, quæ ſi in ventriculum defluat,
appetitum corrumpat, & nauſeam vomitumq; inducat. indeq; exhalans, ſurſum ad caput tetros vapo-
res ſummittat, vnde vertigo cum alijs plurimis cerebri ægritudinibus conſequitur: ad cor autem ſi ver-
Vētriculus quomodo confortandus. gant, deliquia & ſyncopen generant: ſi ad crura deſcendant, plurimũ illa tumeſcere faciant. Ideo ad tot B
tantaq; declinanda pericula de ventriculi confortatione ante omnia curā habere oportet. Inprimis autē
hoc vnguentum proderit: ℞. Olei ſpicæ odoriferæ ℥ j Olei maſtiches, Olei de cydonijs an. ℥.s. Margari-
tarum, Corallorũ rubeorum præparat. Mentæ nobilis, Calami aromatici, Galliæ muſcatæ an ʒ.s. Muſci
granũ j. Cerę albę q.ſ. Miſce & fiat linimentũ forma liquida. Hoc vnguento ſingulis diebus ante prandiũ
ventriculus perungendus erit, calido fomēto impoſito. Quo facto, Diamargariton ſemper ſumendũ, vel
ſequens Electuariũ hoc modo paratũ: ℞. Cōſeruæ roſarũ, Borraginis, Bugloſſæ an. ℥.s. Specierũ diamar-
gariton ʒ.ij. Corallij præparati, Margaritarũ pręparat. an. ℈.s. Pulueris de gēmis ʒ.s Miſce omnia, & cum
Vētoſitates quomodo diſſipādæ. ſyrupo roſarũ fiat electuariũ, quod puri auri folio deauretur. Quia etiā propter vētoſitates tribus primis
menſibus abortus fiunt plurimi, imprægnatarũ cibus his ſpeciebus vſq; erit condiendus: ℞. Cinamomi,
Nucis muſcatæ, Cardamomi ana ℥.s. Zingiberis ʒ.vj. Piperis longi ʒ j. Croci ℈ s. Ex his puluis fiet, quo
in omnib cibis vti licebit. Vbi aũt augeri cœperit vētoſitas, vtendũ erit cōfectis diagalāgæ, diatrionpipe-
reon, diacyminũ, & ſimilib. Ventrē aũt & ilia oleo liliorũ proderit perungere. Cęterũ pro reprimēdis va-
poribus in caput exhalantib. ſemper poſt ſumptũ cibum fruges ſtypticæ ſumendæ ſunt, puta, pira, cydo-
nia, meſpila, coriandrũ ſaccharatũ vel diacydonion, quod præ omnib. Auicennæ probatur. Salſamenta
itē aceto, aqua in qua aurũ ſit extinctũ, cum cibo ſumpta, probantur plurimũ. Salubrius etiā fuerit aſſatis
quàm elixis veſci carnib. & piſcibus, aromatibus nō mediocriter conditis Vinũ clarũ ſit, ſalubre, & dilu- C
tum modicè. In ſecunda menſa auellanā ſaccharo opertā ſumere vtile eſt Pro cruriũ aũt inflatione remo-
uenda caules braſsicę vel flores chamæmeli vino & aceto decoquātur, & ſuper his fomentatio fiat. Qui-
dam lutũ albũ aqua ferrata miſcent, pauco inſperſo aceto, & fomēta eiuſmodi, cruribus imponũt. Quod
Lumborum & renum cura. ſi aũt propter renum & lumborum ægritudines abortus timendus ſit, magna accedente inflammatione,
quæ ex vrina obſeruari poteſt, hoc vnguento lumbi deungendi ſunt.

℞. Oleum myrtinum, roſarum, Maſtichinũ an. ℥.j.s. ſucci plantaginis maioris, barbę Iouis vel ſemper-
uiuæ an. ℥.s. boli Armeniæ, hordei cremati, terræ ſigillatæ, ſandali rubei, roſarum rubearũ, ſucci acaciæ,
mirobalanorũ, hypociſthidos ana. ʒ.s. Terenda terantur, & cum aceto, cera alba & terebinthina q.ſ. mi-
ſceantur, & fiat vnguentum. Huius vnguenti vſus ſi aliquot diebus præceſſerit, ſequens emplaſtrum po-
ſtea renibus atq; lumbis erit imponendum.

℞. Maſtiches ℥.s. ladani ʒ.iij. ceræ citrinæ ʒ.ij. biſtortæ, nucum cupreſsi, myrobalanorum, hypociſthi-
dos, acaciæ, terræ ſigillatæ, roſarũ rubearum, boli Armeniæ an ʒ j s. Adde his aliquantulum olei myrtil-
lorum vel terebinthinæ, & fiat cerotum, quod ſuper corium extendi queat.

Frigiditas quomodo auertēda. Quod ſi ex frigida cauſa abortus ſecuturus videbitur, vnguento hoc abſtinendum, & ſequenti empla-
ſtro erit vtendũ: ℞. Maſtiches ʒ.vj. ladani ʒ.iiij.s. ceræ citrinę, colophoniæ, picis naualis, ſtyracis calami-
tæ an. ʒ.j.s. nucum cupreſsi, menthæ, biſtortæ, galliæ moſchatæ, thuris, galbani, gummi Arabici, myrrhæ
an ʒ.j s. Cum terebinthina emplaſtrũ fiat. Sub hoc ſi pruritũ mulier ſenſerit, aliquot diebus tolli, deinde D
verò reponi debet, neq; in totum omitti, quia renes & lumbi hoc confirmantur plurimum.

Quomodo aluus reſtringenda. Quod ſi nimium ſoluta prægnantis aluus fuerit, reſtringenda erit electuario ſic confecto: ℞. Diamari-
naton, (id eſt, ceraſorum acidorum conditorũ,) diacydoniten, elect. de cornis, conſeruæ roſarũ ana. ℥.j.
capitum glandiũ, terræ ſigillatę ana ʒ j. Miſce cum ſyrupo de granatis, & fiat electuarium in forma liqui-
da, hoc mane & veſperi & ante cibum ſumptum, probatur plurimũ. Laudantur hîc Hippocrati cancri ex
riuis & fluminibus collecti. Omnes item cibi aqua ferrata cocti, vel ſucco acaciæ temperati. Vinũ quoq;
ea aqua dilutum. Cibus non tenuis & humidus, ſed ſiccus & craſſus. Dactyli, id eſt, palmæ fructus, cum
iure coquantur. Si hæc aluum non aſtrinxerint, clyſteribus aſtrictiuis vti conueniet.

Teneſmus. Quod ſi teneſmo laborauerit, ita vt abortus timendus ſit, omnia ea vſurpanda de quibus ſuprà dictũ,
quibus aluus laxari poſsit, nec non clyſteres & ſuppoſitoria quoq;. Diæta etiam ſecundum tum præſcri-
ptam formam erit inſtituenda.

Cacochymia. Si noxijs humoribus imprægnata abũdauerit, vnde plures ſequi morbi poſsint, veluti tertiana, quar-
tana & ſynocha, quæ propter diminutionem alimenti, Hippocrate monente, facilè abortum pariunt, vel
paroxyſmi grandes ſint, cum magnis capitis doloribus æſtuq; nimio, tunc contra æſtum ſic occurrendũ:
℞. Aquæ roſarum, betonicæ, ſaluiæ, aceti, ſolani an. ℥.j. omnium ſandalorum ana ʒ s. boli Armeniæ ℈.j.
terræ ſigillatæ, croci ana ℈.s. Miſce cũ albumine oui & fiat epithemũ ſuper tempora. Vti licebit etiā con-
fortationis

A fortationis loco diatriaſandali, cõſeruis, roſarum, borraginis & bugloſſæ. Quod ſi matricẽ quoq; inflammari contigerit, lumbrici terendi ſunt, ex quibus mixto aceto, ſucco rutæ & oleo communi, fiat epithema. Vel emplaſtrum de ſandalo vel coctum album erit imponendum.

Quod ſi ſecundo aut tertio geſtationis menſe propter abundantes, humores phlegmaticos alba menſtrua fluere incipiant, quibus cotyledones afficiuntur, & orificium matricis fit lubricum, ideoq; mulierẽ abortũ facturã timendũ ſit, omnino procedendũ eo modo vt de Ventoſitate diſcutienda ſuprà diximus.

Præterea tamen & alia experimenta probantur. Oſsiculum, quod ſaltum (aſtragalum) leporis vocát, geſtandum, & ex illo quotidie ieiuno adhuc ventriculo bibendum. Lapis item ſtellatus, auro vel argento ita incluſus, vt nudum corpus queat contingere. Geſtant nonnullæ vnguem ex vrſi pede. Cinis etiam ex erinaceo combuſto collectus & oleo ſubactus, vnguentũ præbet huic affectioni valde accõmodum. Sub oleribus vermiculi inueniũtur, qui ſi viui à collo mulieris ſuſpendantur, nunquam abortum faciet, neq; ante tempus pariet, vt quidam polliceri audent, penes quos rei fides eſto. Tantam enim vim partũ impediendi habere aiunt, vt niſi remoueãtur, prægnans eniti nequeat, Quare in tempore ſemper eſſe remouendos. Lapis aetites probatur etiam contra abortus & partus præproperos, qui rurſus partũ nimis tardum quoq; promouere fertur. *Varia experimenta abortum prohibentia.*

Sunt porrò & alia quædam externa, quæ extrinſecus accidũt, & tamen naturali cauſa mulieribus etiã abortum conciliant, veluti ſi prægnans calcet ſerpentem, viperam, oui coruum, (vt quidam ſcribunt,) B uel mortuum amphisbænam. Hoc quidam & caſtoreo in ſinu geſtato tribuunt. *Abortũ facientia.*

Quod ſi contigerit poſt conceptum fluere menſtrua, continuo reſtringenda non ſunt, niſi horum diffluxu infirmior fiat mulier. Si mediocriter fluxerint, permittendum hoc, quia multam viſcoſitatem & confuſos humores, & abundantem ſanguinem retentum in vtero portendũt. Si largius, mediocriter reſtringendi erunt, acacia, hypociſthide & ſemine lini aqua decoctis, per encathiſmum adhibitis. Si crura tumuerint, quod plerunq; tribus prioribus menſibus contingit, hepatis & ventriculi ratio habenda eſt, vt ſuperfluis alleuentur humoribus, cibiq; diuerſæ præbeantur qualitatis. Si hepar prægnantibus indureſcat, difficile eſt hoc corrigere, quia, Galeno teſte, in hoc affectu ferendis validioribus medicaminibus ſunt impares. Quapropter leuiſsima quæq; illis erunt adhibenda. *Menſtruorũ fluxum ſedantia.* *Crurum tumor.* *Hepatis duricies.*

Quoniam verò fit vt fœtus mortui tardius aliquãdo, interdum verò nunquam in lucem edantur, ſicut & ſecundæ, maxima mulieribus pericula ſimul & ægritudines, ſyncopas & deliquia plurima, fieri tenendum eſt, æſtiuo inprimis tẽpore, propter diros ex putreſcente fœtu vapores ſurſum halantes, & cor cum cerebro adeò infeſtantes, vt ſæpius mentis compotes porrò nõ ſint. Itaq; omnis adhibenda cura, vt mortui fœtus maturè expellantur, miſeræq; fœminę tantis liberentur periculis, quod quomodo fiat, in ſuperioribus libris prolixa tractatione docuimus. *Fœtus mortui.*

De ſignis conceptus. CAPVT V.

C VErum mulierum conceptum licet cognoſcere ſit difficile, tamen multis ſignis coniectari licet, & argumentis quibuſdam experientia cõfirmatis aſſequi. Certum ſignum creditur, ſi mulier decimo aut proximiore poſt concubitum die propter humores alba aut rubea menſtrua ſenſerit. Retentio quoq; menſium pro ſigno habetur, fallit tamen, quia pręter conceptum quoq; contingit ſæpius. Omiſſo ergo hoc, alias perſequemur notas, & veri conceptus prognoſtica ex ipſius mulieris petita corpore, ſingulis membris examinatis, initioq; primum à capite facto.

Capitis dolores, vertigo & oculorum caligatio, ſi ſimul concurrant, conceptum portendunt. Pupillæ oculorum minuuntur. Oculi tument, & in fuſcum colorem tranſeunt. Venulæ oculorum rubeſcunt & tumeſcunt ſanguine. Oculi multum concidunt. Palpebræ remiſſæ fiunt. Varij colores conſpiciuntur in oculis. & in ſpeculo obſeruantur. In facie rubeæ ſuboriuntur puſtulæ. Venulæ intra naſum & oculos ſitæ tument ſanguine, & cernuntur clarius. Vena ſub lingua ſubuiridis fit. Ceruix eſt calida, ſpina dorſi frigida. Venæ & arteriæ turgidæ ſunt, pulſus obſeruantur faciliùs. Venæ in pectore ſitæ, primo nigreſcunt, poſtea flaueſcunt aut coloris cœrulei fiunt. Vbera tumeſcunt, & cum doloribus indureſcunt. Papillæ rubeſcunt. Si frigida bibatur, frigus ſentitur in vberibus. Faſtidium cibi potuſq; obrepit. Varij ſuboriuntur appetitus. Naturalis appetitus fit deſtructio. Vomitus continuus, ventriculi debilitas. Ructus acerbi & inertes. Faſtidium vini. Pulſus cordis inordinatus. Gaudia cita, poſthæc dolores ſubiti. Tormina circa vmbilicum. Lumborum ægritudo. Infima pars ventris affecta tumoribus. Inferiores compunctiones in D corpore. Poſt concubitũ ſeptem diebus retenta genitura. Poſt coitum frigus & horror exteriorũ membrorum. Vis attractiua matricis augetur. Matrix ſiccatur ſtatim. Magna in coitu delectatio, poſt conceptum autem Veneris faſtidium. Reſtringitur matrix. Sed quia alijs quoq; de cauſis fit hoc, certo diſcrimine obſeruari poteſt quando conceptum portendet. Tum enim gracilis eſt & mollis: ſi autem alia de cauſa reſtricta ſit, veluti nimio calore aut tumore, tunc exiſtit durior. Genitalia mulieris vſq; ad ſeptimũ menſem corrugantur. Vterus rotundus fit & tumeſcit. Circa conceptus initium ſentiuntur dolores ventris & dorſi, quaſi pulſatiles. Retinentur menſtrua, venæ enim, vnde ea effluunt, per acetabula ſanguinẽ alendo per vmbilicum fœtui deferũt: & partim ſurſum ad vbera ea materia hauritur, vbi in lac mutatur. Sic autem & Hip. admonet, dicens. Quando retinentur menſtrua, nec febres aut paroxyſmi conſequuntur, & ſimul faſtidium cibi obrepit, omnino tenendum eſt mulierem eſſe grauidam. Intumeſcunt cum doloribus crura. Corpus debilitatur, & palleſcit facies. Pulſus primo acriter, mox ſentitur leniter. Alui excrementa difficilius, propter compreſſa inteſtina, excernuntur. Vrina alba eſt, ſupernatante nubecula, multiq; in vrina obſeruantur vt in radijs ſolis atomi, inprimis verò quando primo menſe ad fundũ multa eiuſmodi ſubſidunt, motoq; in quo ſunt vaſe, lanæ inſtar diducantur. Poſterioribus menſibus vrina rubea aut flaua, tandem verò nigra fit, ſupernatante rubea nubecula.

Hippocrates melle aqua mixto conceptum experiri docet, vt ſi hoc ſumpto mulier lecto decumbens ventris tormina ſenſerit, conceperit: ſi verò non, nondum impręgnata ſit. Quod per ſuffimenta quidam hoc experiri volunt, parum ad rem facit. Hippocrates enim, nō conceptus, ſed ſterilitatis & fœcunditatis notas ſic obſeruari docet. Qui autem ſuffumigijs pro conceptu indagando aliquid tribuunt, ſuffitū ex re ſuppoſita ne ad nares penetret detineri dicunt. Talem coniecturā etiam ex ſuppoſito allio & ariſtolochia adhibita ſumi volunt. Sed quàm probabili ratione, ipſi viderint. Certius erit experimentū, vrinam mulieris triduo in vitro cōcluſam obſtruere, quo tēpore exacto per ſindonē puram deſtilletur, & ſi concepit, minuta animalcula pediculorū inſtar comparebūt: hæc ſi rubea ſint, maſculū, ſi alba, fœmellā conceptā eſſe portendere dicunt. Pro certo & hoc quidam afferunt. Si vrinæ mulieris pelui ænea contentæ nocte vna acus terſa imponatur, craſtino, ſi mulier cōceperit, ea acus rubeis erit variegata maculis: ſi nō, nigra erit & æruginoſa. Succū cardui ſi ſumat mulier, ſumptumq́; euomuerit, certū conceptus ſignū eſſe creditur. Et hæc de promiſcuis conceptus ſignis. Vtrum aūt maſculus an fœmella concepta ſit, ſignis his obſeruari traditur. Si maſculus: Oculus dexter mouetur crebrius, & colore natiuo ſiniſtro oculo habet melius. Dextra mammilla præ ſiniſtra turget & indureſcit: papillarum color mutatur citiùs. Lac naſcitur citiùs, & ſi emulgeatur, radijsq́; ſolis in vitro opponatur, coaleſcit in claram maſſulam, margaritæ pellucidæ non abſimilem. Si lac prægnantis vrinæ ipſius inſpergatur, continuo ad fundum concidit: ſi ſal adhibeatur, non diffluit. Dextra gena rubicundior eſt, totusq́; faciei color, Hippocrate monente, habet melius. Minus torporis ſentitur. Primus motus plerūq; die ſexageſimo in dextro latere ſentitur acrior. Nam ſic & Hippocrates de ſitu docens admonet, in dextro latere maſculos, in ſiniſtro verò recumbere fœmellas, eò quod maiori calore maſculi opus habeant, quem ab hepate in eodem latere ſito attrahant. A B

Concepti ſexus internotio.

Si circa quadrageſimum diem poſt conceptum menſtrua fluant. Venter circa vmbilicū fit acutior, Iter ingreſſuræ mulieri pes dexter pręponitur, & in aſſurgendo dextra ſe citiùs quàm ſiniſtra ſuffulcit & ſubleuat. Pulſus in dextra magis velox quàm in ſiniſtra. Si verò fœmellas conceperint, omnia his diuerſa fiunt, & hæc plerunq; ſigna obſeruantur. Primus motus 90. die vt plurimū fit poſt conceptum. Motus fit in ſiniſtro latere. Geſtantur fœmellę magnis doloribus. Tumeſcunt crura & membra genitalia. Color eſt pallidior. Appetitus vehementior. Faſtidiū è diuerſo celerius. Circa diem 30. poſt conceptū fluunt menſtrua. Si puluis ariſtolochiæ cū melle ſubigatur, & hoc ipſo lumbi cum genitalibus perungantur, ſexum conceptū obſeruare creditur eſſe facile: vt ſi prægnantis ſputū dulce fuerit, maſculū. ſi amarū, fœmellam geſtet. Aetas quoq; mulierum non parū refert. Quæ enim iuniores ſunt fœminæ, citius maſculos generant: quę verò ſeniores, citius fœmellas, propter caloris defectum in matrice, ex ætate contractum. Puellæ etiā magis generantur humidioribus & frigidioribus natura parētibus, ex ſemine plus ſatis humido, frigido & liquido. An autem infans in vtero rectè valeat, certis ſignis obſeruari poteſt. Si ſana ſit ſoboles, mamillę, Hippocrate teſte, duriores ſunt. Si ſana nō ſit, aquoſum lac ſponte de vberibus promanat. Rurſum, ſi vterum geſtantibus ſępius menſtrua fluant, Plinio teſte, non ſanū & viuacem, ſed infirmū portendunt infantem. Porrò, obeſiores fœminæ infirmiores plerunq; geſtant liberos. Si hydrops prægnantem corripiat, eiusq́; nares, aures & labia rubeſcant, mortuam in vtero ſobolem portendunt. C

Gemini.

Si geminos geſtet mulier, ex quibus alter maſculus ſit, de fœmella magnum eſt periculum, Ariſtotele teſte, quia impari alimēto vegetantur in vtero. Minus periculi eſt ſi fœmellæ ſint. Nam ſub Maximiliano Imperatore quædam tres puellas vno partu enixa eſt, quæ omnes ad iuſtos peruēnere annos. Si ante vel circa purgationem menſtruam concipiat, infecti & venenati geniturę humores miſcentur, ex quibus leproſos vt plurimum generari compertum eſt. (Alioqui conceptum non fieri niſi incipientibus aut deſinentibus menſibus doctiores tradunt.)

Superfœtatio.

Si ſemel concipiat mulier, & poſt tempus aliquod concipiat iterum, poſterior in vtero genitura ægrè viuet. Ariſtoteles enim perhibet quandā vno partu geminos puellos viuos enixam, poſt quintū menſem adhuc alium, ſed iam ante in vtero mortuum. Si poſt nonum menſem prodeat infans, plerunq; infirmus & debilis exiſtit. Si virgo iuuencula concipiat ante primos flores, ſobolem egregiam & perfectam generat. His omnibus præmiſsis, & hoc tenendum, quod de futura ſobole obſtetrices obſeruare ſolent, an inquam deinceps plures liberos mulier enixura ſit. Quot enim nodos in vmbilico infantis recens nati obſeruauerint, tot adhuc deinceps maſculos generari dicunt. Et hæc de conceptus ſignis, omiſsis multis quæ perhibentur alijs, dixiſſe ſufficiat.

An homines ex dæmonibus, & rurſum dæmones ex hominibus infantes concipere poſſint. D

Capvt VI.

DÆmonis impoſturas infinitas eſſe, nemini dubiū eſt: inter quas & illud habet, vt (ſacra ſcriptura teſte) in angelum lucis quoq; ſe transformare, & hominū etiam figuras aſſumere, &, iuſto permittente Deo, referre poſsit, id quod varia rerum teſtatur experientia. Quare hoc in quæſtionem vocare minimè opus erit,

An verò cum hominibus rem habere: inprimis verò, an mulieres imprægnare poſsit, quæſtione non indiget. Coire poſſe, permittenre Deo, forma hominum ſumptā, nemo negat. Nam & Diuūs Auguſtinus idem teſtatur, dicens, Conſtantē eſſe famā ex eorū quibus hæc contigerunt teſtimonio petitā, eſſe ſpiritus quoſdam dæmones & ſyluanos, qui mulieres aliquoties ſolicitauerint & compreſſerint. Id autem veteribus non modò probatum, ſed apud nos etiam multis exemplis eſt compertū. Superioribus enim annis ſcortum quoddam noctu à dæmone forma hominis compreſſum, confeſtim in ægritudinē maximam incidit, ita vt breui vterus & genitalia ipſius tabe vel gangræna abſumpta ſint, & nullo prohibente medicamine, ilia quoq; & inguina eius exciderint. Erat & cuiuſdā lanij ſeruus, qui iter faciens & de libidine cogitans, mox obuium dæmonē egregia mulieris forma habuit, cum qua, ignarus ſe cum dæmone rem

A rem habere, concubuit. Sed mox pudenda eius inflammata, cita tabe exulcerata ſunt. Solet autem hæc Deus iuſtus pro puniendis ſceleribus & admonendis hominibus iuſto iudicio permittere.

Negat hunc actum Caſsianus, dicens, impoſsibile eſſe ſpiritualẽ creaturã cum hominibus rem habere poſſe, neq; hoc credi debere: quoniam, ſi actus præcedat, aliquando & effectũ ſequi neceſſe eſt, id eſt, generari aliquid, quod tamen nulla conſtet experientia. Rurſum, ſi hic actus poſsibilis dæmonibus eſſet, citius illos in ſe mutuo conuerti, quàm cum hominibus cõmiſceri. Ergo quod res eſt, pro ſumma dæmonis impoſtura & peruerſa perſuaſione hominũ hæc habenda ſunt, eatenus, vt non credamus, dæmones, mulieres nec imprægnare, neq; viciſsim dęmones mulierũ forma ſumpta à viris impręgnari poſſe. Nam ſine humano ſemine hominẽ vnquã natum eſſe (excepto vnico vnius Dei æterno filio Ieſu Chriſto domino & ſaluatore noſtro vnico, ex ſpiritu ſancto concepto, & ex Maria ſemper virgine nato) ſimpliciter vti rem veriſsimã affirmamus. Quare quod de Merlino quodã refertur ex dæmone nato, nõ aliter quàm nomini ipſius reſpondentem noſtra vulgata lingua fabulam, recipimus. Huius hiſtoriã qui cognoſcere cupiet, in Vincentij hiſtorialis Speculi lib. 21. cap. 30. prolixè inueniet. Naturę quidem lege ſimilia ſimilibus generari certũ eſt, ergo ex dæmone homo naſci nõ potuit. Neq; vnquam tantùm dæmonibus permiſiſſe Deũ Opt. Max. cognouimus, vt illi liberos ex hominibus procreare, & ſuã quaſi ſobolem in homine ad Dei ſimilitudinem condito, poſſent cõſtituere. Cæterùm ſi ſaga & venefica huius mater extitit,
B non puduit hanc in dæmonis gratiam tantum proferre mendaciũ, ad peruertendos falſa opinione hac multorũ animos. Concubuiſſe poteſt, at non hominem ex illo concepiſſe. Si nõ concubuit, tamen præſtigijs vterum illius inflare potuit, vt ſe ex illo grauidam eſſe putauerit. Exacto etiã tanto tempore, quãto vterum geſtare ſolent mulieres, dolores quoq; in vtero graues concitare, & aliunde ſublatum infantem doloſè ſupponere: tumores etiam illos ventoſitate aliqua concitatos, continuò ſoluere & reprimere potuit. Nam & tale quiddam noſtrorũ quoq; temporũ experientia conſtat. Conſtantiæ enim formoſa quædam cuiuſdam ciuis famula, Magdalena nomine, à dæmone compreſſa, poſtquam in carcerem coniecta illi (piorum verbi Dei miniſtrorum cõſilio diuinis mota rationibus) per pœnitentiam valedixiſſet, tantos in vtero ex eo tempore cruciatus ſenſit, vt in ſingulas ferè horas infantẽ ſibi enitendum eſſe crederet. Sed ſæpius adhibitis obſtetricibus, clauos ferreos, ligna, vitra confracta, crines, ſtuppam, lapides, oſſa, ferrum, & huiuſmodi per matricem excreuit innumera, quæ nimirum malus ille dæmon ſubdolè & malitioſè ſuppoſuit & importauit omnia.

Alias quaſdam huic quæſtioni inſeruientes hiſtorias idem Vincentius naturalis ſpeculi. lib. 3. cap. 26. & 27. citat: Quendam inquam iuuenem ſub crepuſculum in mari lauantem, crinibus mulierem apprehendiſſe, quàm domum perductã vxorem ſibi duxerit, filiumq; ex ipſa ſuſceperit. Ipſa verò vſq; ne verbum quidem loquente, maritũ aliorum inſtinctu qui ſpectrum ipſam eſſe dicerent, ſimulata pueri ex ipſa
C ſuſcepti mactatione, niſi ſuam referret originẽ, illam loqui compuliſſe. Illam verò triſtia prolocutã euanuiſſe, adultumq; puerum hunc in mari lauantem merſiſſe etiam: ipſum verò nullibi ad littus maris deinceps inuentum eſſe expoſitum. Itaque non verum fuiſſe hominem hunc, licet forma veri hominis natus & educatus fuerit. Phantaſticam autem mulierem hanc Succubum dæmonem fuiſſe, crediſſe multos. Non abſimile eſt quod prædicto loco affert, Colonię inquam Agrippinę in palatio quodam ad Rheni littus multos primates quodam tempore conſediſſe, qui dum fortè in aquas deſpicerent, vidiſſe militem quendam parua nauicula vectum, nauiculam cygno prænatante, argentea collo iniecta catena, trahente, dimiſſo cum nauicula cygno in littus exilijſſe, ibidem vxorem duxiſſe, multoſq; ex illa liberos procreaſſe. Aliquot autem annis exactis renatante vacua nauicula, & prænatante vt prius cygno, eundem in nauiculam ſe denuo recepiſſe, neminiq; porrò apparuiſſe, liberos autem illius illic ad multam ætatem aduixiſſe. Hunc autem incubum dæmonem fuiſſe crediderunt multi, qui viri forma tot annis fœminæ cohabitans, tantis vſus præſtigijs, ſimulatos vteri tumores, ſimulatoſq; partus ſuppoſitis aliunde furto ſublatis infantibus ædiderit.

Quod autem multi hac perſuaſione laborant, dæmonem ſuccubum ex viro poſſe genituram concipere, & mox mutatum in incubum, eandem genituram in vterum mulieris proijcere, & ex ea hominem generare, vt eſt falſiſsimum, ita nullam prorſus fidem mereri debet. Nam & religioni & naturæ repugnat
D plurimum. Si enim hoc poſsibile eſſet, quot ferarum mõſtris humanum genus tanto tempore, ſeminum permutatione per dæmones in brutis & hominibus facta, infeſtatum eſſe à tanto humani generis hoſte vidiſſemus? Quare rectè de his Conciliator in libro de Medicina, differentia 25. dicens, Sciendum teſticulos viri generatiuæ virtutis eſſe principes, non ſolos tamen, quia ex his ſolis generandi non fit principium, neq; per ſe ſoli generationem poſſunt perficere. Primum enim ex corde principium eſt, propter vitalem in ipſo virtutem repoſitam, ita vt nil viuum ſine eius virtutis adminiculo generari poſsit. Nam vitali virtute & naturali calore teſticulorum virtus tandem conſtat. Quare dæmonem vt ſuccubum ex hominibus concipere, & in homines vt incubum conceptum ſemen proijcere & hominem generare poſſe, non fabuloſum modò dictu, ſed impium etiam creditu dicimus.

An autem infantes furandi, transferendi, ſupponendi & permutandi dęmon poteſtatem habeat, multa quæſtione non indiget. Quod enim interdum tale quid fit, non illius poteſtate, ſed Dei Opt. Max permiſſu propter hominum peccata fieri tenendum eſt, inprimis quando impij parentes, nulla religioſa liberorum cura habita, illos non dei benedictione muniunt, ſed dæmonis maledictione obruunt. Omnes ergo, quia Dei ſunt infantes, illos religioſè tractare & Deo conſecrare, non dæmoniacis maledictionibus obijcere, addiſcant.

Liber Sextus.

DE STERILITATIS CAVSIS DIVERSIS, & de præcipuis matricis ægritudinibus, omniumq; horum curis varijs.

De ſterilitate virorum & fœminarum, eiusq; cauſis & ſignis.

CAPVT I.

STERILITATEM, de qua in præſentiarū dicere inſtituimus, nō modò pariendi in mu-
lieribus, ſed in viris quoq; generandi & ſemen fœcundū emittendi, corrigibili aliqua de
cauſa contractā impotentiā & difficultatē dicimus. Hanc Ariſtoteles obeſioribus viris &
fœminis inprimis tribuit, propter genitaliū membrorū malā proportionē & indiſpoſitam
habitudinē, vtpote in quibus ſemen prouocetur remotius, & vitalis ſpiritus in illo cōclu-
ſus propter eam moram euaneſcat citius. Cæterùm non modò ea corporis habitudo, ſed inſuper multæ B
aliæ quoq; eius difficultatis exiſtunt cauſæ. Cùm enim videamus ſæpe coniuges coniunctos non gene-
rare, diſiunctos autem generare vtroſq;: & econtrà, eos qui coniūcti generant, diſiunctos, fœcundos nō
eſſe, aliquid certè cauſæ ſubeſſe oportet. Quare de his quæ notiora ſunt in medium afferre, non inutile
fore exiſtimamus: externæ enim & internæ quæ hic concurrunt cauſæ multæ ſunt.

Vt autē in multis externis habet ſua adiumenta fœcunditas, velut in diæta conuenienti, temperatura
aeris conſueta, thermis natura calidioribus, quales ſunt Helueticæ & Valleſianæ, cùm aquis Empſiacis:
ita ſterilitas quoq; & generandi difficultas plurimū ex illis opis habent, veluti ex inconuenienti diæta,
aſſueti aeris permutatione, & glacialis aquę potu & balneis. Deinde ex habitudine genitaliū membrorū
ſterilitas quoq; æſtimari poteſt. fit enim vt his nō paucæ ægritudines accidant, propter quas non modò
ſteriles & generandi impotentes, ſed & coniugibus cohabitare inepti cōiuges fiant. Quo loco reſtrictio
orificij matricis plurimum incommodat, qua fit, vt nō modò retenti menſes generationē impediant, ſed
inſuper alia quoq; plurima mala pariant. Rurſum, cùm genitalia mēbra per ſe aut nimis patula aut reſtri-
cta ſunt, eoq; neq; conceptui neq; generationi conueniunt. Retentio menſtruorū idē facit, quæ matricē
multum infeſtat, & ſemen in vterum proiectum propter copiam malorum humorum ſuffocat. Ex mu-
lieribus quoq; quæ plus nimium viragines, & ex viris qui plus ſatis effœminati ſunt, generationi minus
idonei ſunt. Hæ enim purgationibus menſtruis & humoribus nutritiuis in vniuerſum ferè carent: illi C
autem nimis frigidi & humidi generatiua virtute præditum ſemen proijcere nequeunt. Huc pertinet &
attractiua matricis virtus debilior, & eiuſdem permutatio celerior. Nam attractiua & expulſiua matricis
virtus aut robuſtior aut debilior, ex æquo difficultatem generandi pariunt. Matricis quoq; ægritudines,
tumores, inflāmationes, vlcera, apoſtemata, acetabula rupta, menſes copioſi aut retenti, & quæ his ſunt
ſimilia, eidem difficultati multā cauſam præbent. Venas quoq; poſt aures ſitas (vtpote quæ viam ſpiriti-
bus præbent, quos ſemini cerebrū communicat) reſectas, Hippocrate monēte, multi eidem cauſam eſſe
dicunt. Veſicæ inciſionem idem parere affirmant, quæ tamen per ſe lethalis exiſtit. Multa etiā ſunt quæ
ſumpta propriè ſterilitatē inducant, veluti camphora, cicuta, & his ſimiles herbę & radices alię, omniaq;
quæ cerebrum, renes & teſticulos, vtpote principalia generationis membra offendunt.

Huc etiā multa alia quoq; pertinēt, veluti nimia repletio, inanitio, exercitia immodica, caliditas reſol-
uēs, frigiditas mortificās. Peculiarē etiam quibuſdā aquis ſterilitatē inducēdi vim Theophraſtus tribuit.

Primatū inter cauſas complexionū ferè diuerſitas obtinet, quando coniuges iuſta qualitatū tempe-
ratura careant. Vbi autem vel aliquantulum mixtæ fuerint, facilius generare poterūt. Multa quoq; ætas
per ſe in viris & fœminis generationē propter humorū defectum impedit, licet ſeptuagenarios & octo-
genarios non paucos generaſſe adhuc compertū ſit. Poſtremo magna etiam ſterilitatis cauſa eſt, quę per
veneficarum præſtigia contingit. Hæc de notioribus ſterilitatis cauſis dixiſſe ſufficiat.

Signa aūt quibus hæc imprægnandi difficultas obſeruari poteſt, exiſtunt plurima. Prima ex genitaliū D
membrorum conſtitutione & habitudine ſumenda ſunt, veluti ſi aliquo vitio laborent, nimis patula aut
reſtricta ſint, generationi agnoſcātur minus eſſe idonea. Semen quoq; ſi nimis calidum & frigidum exi-
ſtat, quod ipſum ex vrinæ non modo colore, ſed ſubſtantia quoq; eiuſdem obſeruari poſſe aiunt. Ex ha-
bitu & colore corporis de ſterilitate & fœcunditate multi etiā iudicant, vt quæ pallidiores ſunt fœminæ,
humidiores quoq; credantur eſſe. Si humidiores, ergo & retinendo & fouendo ſemini minus pares. Pe-
culiare quorundam experimentū hoc eſt. Hordeo vrinam cuiuſpiā, de cuius ſterilitate aut fœcunditate
inquiſituri ſunt, affundunt. Hoc intra decimum diem ſi germinet, pro fœcunditatis nota: ſi nō germinet,
pro ſterilitatis certo argumento agnoſcūt. Alij autem ſiliquis vel furfuri vrinam affundentes, ſterilitatis
notam ex eo obſeruāt, ſi vermes in eo generari videant. Hippoc. ſuffimentis hoc indagare monet, vt ſuf-
fitu inferius adhibito, ſuperius per olfactum (inferius pannis obſtructa muliere) obſeruato, fœcundita-
tis nota credatur eſſe, eo quod genitalia membra reſtricta non ſint: ſi non deprehendatur, reſtrictę matri-
cis adeoq; ſterilitatis ſatis certa nota exiſtat. Linimentis oculorum nonnulli idem deprehendi poſſe vo-
lunt, vt ſi linimenta colorū quorundam oculis inſperſa ſputum non alterent, certa conſtipationis adeoq;
ſterilitatis ſigna ſint, eo quod ſemini confinia membra oculi exiſtant, vtpote propter cuius emiſsionem
immodicam ijdem citò concidant. Habent & ſua nonnullæ vetulæ ſigna quibus in vtro coniugū maior

ſterilitas

A ſterilitas exiſtat,obſeruent.Maluæ enim manipulos duos ſeorſim poſitos,alterum alterius coniugis vri-
na perfundunt, alterumq; alterius ſimiliter, prioremq; qui exaruerit, ſterilitatis in eo cuius vrina perfu-
ſus eſt,teſtem eſſe perhibent. Eadem & per fabas & hordeum experimenta ſumunt, vt cuius pars citius
germinat,in eo plus fœcunditatis eſſe credant.

Notandum porrò hic quoq; eſt,mulieres fœcundas & liberis generandis idoneas,citius quidem præ
ſterilibus habitu corporis ſeneſcere,macreſcere & debiliores fieri,ſenectam tamen multò ſaniorē ijs quę
nunquam generarunt, nanciſci, vtpote in quibus retentorum variorum humorum copia peius aliquid
pepererit,& ſanitatem corporis bene conſtitutam infeſtandi maiorem occaſionem dederit.

De cura ſterilitatis à phlegmate profecta. CAPVT II.

COgnitis iam cauſis & ſignis difficultatis concipiendi in mulieribus, imprægnandi in viris, & ge-
nerandi in vtriſq;, conſequens eſt nunc de horum quoq; cura dicere. Et primum quidem ſi ex hu-
mido & frigido phlegmate ea difficultas contracta fuerit,ante omnia ſuperflua ea materia ſequenti
ſyrupo præparanda & digerenda erit.

℞.Radicum rubeæ maioris ℥.ij.ruſci,aſparagi,graminis,cyperi ana ℥.j.artemiſiæ, ſauinæ,nepetæ,me-
liſſæ,balſamitæ,mentæ,ſcolopendriæ,capillorum Veneris,gallitrici,ſamſuci,origani,calamenti monta-
B ni pulegij,radicum Valerianæ ana M.s.ſeminis ſeſeleos ʒ.vj aniſi,carui,marathri,ameos,ſpicæ nardi ana
ʒ.ij xylobalſami, carpobalſami ana ʒ.j,liquiritiæ, paſſularum an.℥.j. florum anthos, ſtœchados Arabicæ
an.℥.s.raſuræ eboris,calami aromatici, ſantali rubei ana ʒ.s. Conquaſſentur hæc omnia, & fiat decoctio
cum aqua fontana,q.ſ.& aceti ℥.iij.& ſacchari ℔.iij. colentur vſq; ad medietatē, & colaturæ addantur ci-
namomi ʒ.j.muſci grana iiij. De hoc ſyrupo aromatizato ſingulis diebus mane ℥.iij.bene calidas bibere
oportet.Vel ſyrupum hunc magis diſſoluere in aqua ſambuci,pimpinellæ & artemiſiæ,de ſingulis vncia
vna ſumpta, & tres vncias mane bene calidas bibere licet: Vel alium ſyrupum hac forma parare poteris:
℞.Artemiſiæ, ſauinæ, mentæ, origani, calamenti, hyſſopi, pimpinellæ, chamædryos, polytrichi, florum
ſambuci,ſtichados ana M.j,aniſi,marathri,ameos, carui,ſeminis anethi, ſeſeleos an.℥.s. radicis aſparagi;
ruſci,rubeæ maioris ana ℔.s.cicerum rub.pugillum j ſpicæ celticæ,ſpicæ nardi,cyperi,ſquinanthi,cala-
mi aromatici ana ʒ.ij. Miſce, & fiat decoctio in aqua fontana, cum melle & ſaccharo ana ℔.j.s.& aroma-
tizetur per colaturam cum cinamomo & muſco, vt eſt prædictum. De hoc ſyrupo tres hauſtus tribus
diebus continuis bene calidi mane ſumendi ſic parari poterunt: ℞. Oxymelitis ſquillitici, ſyrupi de ra-
dicibus acetoſi,ſyrupi de artemiſia ana ℥ j.s.aquarum pimpinellę,fœniculi,artemiſię ana ℥.iij.Ex mixtu-
ra horum tres hauſtus fiant.

Deinde materia hac per prædictos ſyrupos ſufficienter ad purgationem emollita,ſi validioris naturæ
vel complexionis mulier hanc difficultatem paſſa extiterit,haſce etiam pilulas ſumere poterit: ℞.Pilula-
C rum fœtidarum ℈ ij.ſpecierum diacaſtorei ℈.j.diagridij gran.ij. Fiant cum ſyrupo de artemiſia vel melle
pilulæ xj.Quod ſi autem pilularum vſum horruerit,pro pilulis hac potione vtatur: ℞. Diacaſsiæ ℥.s.ele-
ctuarij diaphœnicon,electuarij Indi ana ʒ ij Syrupi de radicibus ſine aceto ʒ.j.Miſce cum aquæ artemi-
ſiæ vel meliſſæ ℥.ij.& fiat hauſtus.

Vel aliter ℞.Electuarij diaphœnicon,elect.Indi,diacaſsiæ ana ʒ.j.agarici electi ʒ.ij.zingiberis ℈.j.ſalis
geminæ grana vj.Infundantur omnia in aquam lactis caprarum & mellis roſati ℥.j.eaq; duodecim horis
infuſa exprimantur,& prædictis mixta electuarijs in potum redigantur.Si verò electuarium ſiccum ma-
gis adlubuerit,tres boli ſicci tali forma cõfiant: ℞. Elect.diaphœnicon,elect.Indi,diacaſsiæ ana ʒ.ij.ſac-
chari albi q.ſ.& fiant tres boli deaurati. Si nec hoc placuerit,hanc in fabulis confectionē præparare pote-
ris: ℞.Roſarum rubearum,cinamomi,zingiberis ana ʒ.j.ſantali albi & rubei ana ʒ.s. hermodactylorum,
eſulæ ana ʒ.j.s.diagridij,turbith an ʒ ij.maſtiches ℈.j.ſacchari albi ℔.s. Diſſoluantur omnia hæc cũ ſuc-
co vel aqua artemiſiæ,& aliquot infuſa horis exprimantur,& confectio in morſellis vel tabulis fiat.Doſis
ſit ℥.s.vel ʒ.s.v.Vel ſi placet,de modò dictis pulueribus ſumes,& ſaccharo albo trito æquali põdere mi-
ſcebis,& trageá conficies,de qua ʒ.j.s.ſingulis mane in iuſculo cicerũ bene calidá præbebis.Quidá folia
ſenæ trita ʒ.ij.s.ad hanc formá præbent. Cæterùm ſolutiua huiuſmodi, peritorũ medicorũ conſilio pro
eorũ qualitatibus quibus hæc tribuuntur,ſunt temperanda. Expurgata iam ſufficienter prædictis medi-
D caminibus eiuſmodi materia, proximũ erit,vt vſus thermarũ ſequatur,ex quibus quoties mulier aſcen-
derit,de theriaca communi vel mithridatio ʒ.j.in aqua artemiſiæ ſumat. Vel ſi magis placet, de ſequenti
confectione ſumat aliquantulũ: ℞. Specierũ,trypheræ magnæ ſine opio, diapliris, diambræ, diamuſci,
diaſatyrij ana ʒ s.raſurę eboris,ſeminis mercurialis ana ℈.ij.coaguli leporis,& matricis eius ana ʒ.s.ſiſe-
leos ℈.s.ſacchari albi ℔.s Diſſoluantur cũ aqua meliſſæ,& his ritè coctis addantur, conſeruæ corticũ ci-
tri ℥.j.& conſeruæ anthos ℥.s.fiat confectio craſsiuſcula in morſellis.Primaria aũt eius dum thermis vti-
tur cura ſit,vt certa & cõuenienti diæta,frugaliq; victu vtatur, cuius præſcriptio à perito medico ſemper
petenda erit.Quod ſi autem eiuſmodi thermas mulier habere nequeat,balneũ illi ex ſequentibus herbis
in aqua coctis parari poterit: ℞.Artemiſiæ,betonicæ, chamæpityos, chamedryos, chelidoniæ,gallitrici,
foliorũ lauri,maluæ,amaraci,meliſſæ,nepetæ,origani,ozymi,pulegij,roſmarini,ſauinæ,meliloti,hyperi-
ci,hyſſopi,chamæmali,ana M.j.carui,cumini,ſileris montani,aniſi,anethi ana ℥.iij.ſeminis lini,fœnugrę-
ci an.℥.ij. radicũ conſolidæ maioris, valerianæ, petroſelini an.℔.j. ſulphuris ℥.j s.ſalis ℥ ij. aluminis ℥.j.
Mixta omnia ſacco cõcludantur,& in aqua bulliant. Quarto aũt die de nouo ſemper balneũ hoc erit in-
ſtaurandum. Hoc balneũ quoties reliquerit, de theriaca cõmuni vel Mithridatio vt prædictũ eſt, ſumat,
lecto decũbat,& ſi qua poteſt,ſudorē prouocet. Vel confectione præſcripta ęodē modo mane & veſperi
vtatur.Vbi autem hoc balneo vti parum commodum fore videbitur,ſelectæ quædam ex prædictis her-
bæ colligi,& ex his fomenta poterunt fieri.Cæterùm quando omnia hæc phlegmaticum humorem ſuf-

ficienter expurgare non potuerint, peſſarium hoc modo paratum, ſingulis noctibus illi adhibere prode- A
rit quo tandiu vtatur, donec phlegmaticis humoribus ſuperfluis ſe liberatam eſſe ſenſerit: ℞. Artemiſię, ſauinæ, maioranæ, dictamni, abſinthij ana ʒ.s. aniſi, ameos, rutæ, corticum thuris ana ℈.j. pulpæ colocynthid. ℈.ij. Fiat puluis, & ſubigatur cum ſucco mercurialis vel chamædryos, fiatq; peſſarium. Porrò inter omnia medicamina matricem aſtringendi vix aliud magis quàm ſequens illud probari putamus: ℞. Acaciæ, balauſtiorum, capitum glandium, ſcoriæ ferri, menthę, lilij, corticis lentiſci, id eſt, arboris maſtiches, corticis olibani, antheræ, ſumach, tartari, ſpicę ana ʒ.s. Miſce & fiat puluis, ex quo cum ſucco acetoſæ vel virgæ paſtoris ſeu millefolij fiant peſſaria. Quoniam verò aliquando fit vt propter nimis frigidum & humidum phlegma, matrix ſemen non modo retinere nequeat, ſed etiam diro fœtore offendat, tunc ſequenti medicamine eſt vtendum: ℞. Gallæ, nucis moſchatæ ana ʒ.iij. caryophyllorum ʒ j muſci ℈.s. Terantur, & cum vini rubei ℔.j. diſſoluantur. His cùm mulier vti voluerit, bene calidis genitalia membra abluat, pannosq; immerſos imponat, inprimis autem hoc cubitum itura faciat. Quod ſi magis efficax matricem aſtringendi medicamen placuerit, hoc ipſo vti licebit:

℞. Radicis conſolidæ maioris, aluminis, balauſtij, myrrhæ, olibani, maſtiches, colophoniæ, boli Armeniæ, gallarum cupreſsi, cornu cerui vſti an. ʒ.j.s. Terantur omnia, & in puluerem redigantur, cuius dimidia pars vel totum bulliat in vino rubeo auſtero, mixto aceto modico. Ea decoctione bene calida mulier genitalia abluat. Puluerem etiam ſiccum ijs inſpergere poterit, pannumq; aliquoties complicatū ea decoctione madefactum imponere. Quòd ſi hoc quoq; nihil aut parum præſtiterit, ſequenti inſuper peſſario ad hunc modum parato vtendum erit: B

℞. Aluminis ſciſsilis, myrrhæ, ligni aloes, pilorum leporis inciſorum, rutæ, baccarum lauri, doronici, Nucum cupreſsi ana ℥.s. ſtoracis calamitæ ʒ.ij. ambræ ℈ j. s. moſchi ℈.s. gallarum, maſtiches, aluminis ſaccharini, ana ʒ.ij. Mixta in puluerem redigantur, & cum oleo myrtillorum fiat peſſarium.

De cura ſterilitatis, a bilioſis matricis humiditatibus oborta.

CAPVT III.

QVando à cholera imprægnandi difficultas fuerit, ante omnia conueniens diæta inſtituenda erit, & mediocris vſus omnium eorum quæ hominum vitæ neceſſario inſeruiunt, puta, ſomni, vigiliæ, motus, quietis, cibi, potus, aeris & ſimiliū, vt ad frigidum & humidum declinent omnia. Deinde poſt aliquandiu tentatum harum rerum conuenientem vſum, venæ malleoli vtriuſq; pedis aperiendæ erunt, inprimis verò quando ſanguine mulier abundauerit & hilarior viſa fuerit. Nimium tamen ſanguinem non mittat, quoniam ſanguis, vt vulgò dicunt, frenum eſt cholerę. Poſt venę ſectionem ſequente ſyrupo cholerici humores erunt præparandi:

℞ Syruporum acetoſæ ſimplicis, oxyſacchari ſimplicis, endiuiæ ana ℥ j. aquarum cichorij, lupulorū, bugloſsi ana ℥.ij Miſce cum ſandalo citrino, cinamomo & macis q.ſ & vt potus aromatizetur. De potu hoc ſingulis diebus mane vacuo adhuc ventriculo, & tribus ante cœnam horis, aut quotieſcūq; hoc neceſſarium fore videbitur, certam illi portionem propinabis Vel ſi placet, pro potu hoc decoctionē hanc potes illi præbere ſatis calidam: ℞ Florum bugloſsi, borraginis, roſarum rubearum ana M.s. violarum, lactucæ, foliorum papaueris albi, endiuiæ, ſcariolæ ana M.j ſeminis endiuiæ, lactucæ ana ℥ s quatuor ſeminum frigidorum ʒ.vj. Miſce, & fiat decoctio in aqua fontana q.ſ vel cum vini granatorum ℥ j.s & aceti ℥ iij. Addātur ſacchari ℔ ij. & aromatizetur cum ſantali citrini, cinamomi & ambræ an. ℈.j. Vtatur hoc ſyrupo mane & veſperi doſi vnciarum trium. C

Iam ſuperflua materia humorum cholericorum ad purgationem præparata, ſequenti hauſtu erit expurganda: ℞ Caſsiæ nouiter extractæ, vel mannæ electæ ℥. j. temperentur decoctione ſequenti: ℞. Capillorum Veneris, florum bugloſsi, violarum, prunorum, tamarindarum, electuarij de ſucco roſarum ana ʒ.ij. Miſce cum prædictæ decoctionis ℥.iij. & fiat hauſtus vnus. Vel ℞. Rhabarbari electi ʒ. ij. Spicæ nardi grana vj. infundantur in lac caprinum cum vino albo pauco, & x. horis infuſione facta exprimantur. Eius autem colaturæ ℞. ℥. iij. & ſyrupi de roſis Perſicis ℥. j. s & ex mixtis illis fiat hauſtus vnus.

Citrini vel vitellina Cholera quomodo purganda.

Si potus hic non adlubeſcit, bolum illi ſequentem & ſic confectum præbebis: ℞ Electuarij de ſucco roſarum, diamannæ ana ʒ iij. ſacchari albi q. ſ. bolus deauratus in tres partes diuiſus fiat. Quod ſi autem citrina vel vitellina cholera hanc difficultatem matrici pepererit, ſequentibus ſolutiuis mixtis erit vtendum, certo pondere pro periti medici conſilio ſumpto, ex electuario diaphœniconis, electuario Indi, pilulis de rhabarbaro, & aggregatiuis. Expurgatis deinde ſufficienter ſuperfluis humoribus, matricis natura & habitudo rurſum ſequenti erit confirmanda medicamine: ℞. Specierum diatria ſandali ʒ.ij. raſuræ eboris, viſci quercini, pulueris genitalis tauri, matricis leporis ana ʒ.ij. ſacchari albi ℔. s. Diſſoluantur cum aqua roſarum, & confectio in morſellis fiat. Vel aliter. ℞. Conſeruæ roſarum ℥.s. borraginis, florum nenufaris, bugloſsi ana ʒ. iij. ſpecierum, diarhodon abbatis, diatria ſantali, aromatici roſati ana ℈ j. margaritarum, pulueris gemmæ, raſuræ eboris, viſci quercini ana ℈.s. Species omnes hæ diſſoluantur cum ſyrupo roſarum quantum ſufficit, & fiat mixtura & electuarium deauratum. D

His omnibus rite expeditis, ſequenti balneo lauet, quod hoc modo paretur: ℞. Vtriuſq; maluæ cū radicibus, matris violarum, roſarum rubearum, nenufaris, foliorum cotoni ana M.j. fœnogræci ℔.s. ſalis communis, aluminis rochę ana ʒ.ij. Incidantur herbæ omnes minutatim, & ſacco cōcluſa in aqua, in qua mulieri inſidendum eſt, bulliant. Huius balnei vſus ſingulis annis per tres aut quatuor continuas hebdomadas eſſe poterit. E balneo autem quotieſcunq; exiuerit, pondus auellanæ nucis de electuario confortatiuo præſcripto ſumere debet.

Suffitum

A Suffitum etiam hunc interdum à balneo pro vtero faciat: ℞. Santalorum omnium ana ʒ.j.s. ſtyracis calamitę ℈.ij. ambræ grana vj. roſarũ rubearum, florũ nenufaris, violarũ an. ʒ.j. Conquaſſentur cum aqua roſarũ, & trochiſci fiant. Vnguento item Galeni vel ſandalino lumbos & matricẽ aliquoties perungere non inutile erit Peſſarijs etiam ſic paratis noctu vti poterit: ℞. Medullæ cruris vituli, cerebri cerui, butyri vaccini, adipis caprinæ, ſeminis mercurialis ana ℥.s. acaciæ, hypociſthidos, ſantali rubei, ſtyracis liquidæ, cornu cerui vſti ana ʒ.s. Incorporentur cum oleo roſarum & lana pura, fiantq; peſſaria.

De cura ſterilitatis, ſi à matricis ſanguineis humoribus ſuperfluis proueniat.

Capvt IV.

QVoniam verò non ex phlegmate modò & cholera abundantibus ſterilitas inducitur, ſed ex nimio ſanguine quoq; contrahitur, eidemq; interdum reliqui humores etiam nimij vel corrupti miſcentur, primum per vrinæ iudicia diſpiciendum erit, quis nam ex illis humoribus abundet. Si ſanguinem ſolum abundare deprehenderis, tunc talis erit inſtituenda diæta, quæ ſanguinẽ minuat, & modicũ illi alimentũ miniſtret. Si humorem cholericũ ineſſe ſenſeris, diætam ad frigidiorẽ modum inſtitues. Si phlegma in eo abundauerit, ad ſiccum diætæ temperaturam diriges. Sic enim fiet, vt ad conuenientem purgationem ea ſuperfluitas cuiuſcunq; tandem humoris fuerit, ſenſim pręparari poſsit. Quia verò ſan-
B guinem prædictis humoribus permixtum, ab ijſdem purgandi ratio vulgò nota nõ eſt, ea à peritioribus eſt petenda medicis: nos quod ad ſanguineorum humorum minuendam copiam pertinet, hîc proſequemur tantùm.

Quando itaq; in mulieribus ſanguinis abundantiam conceptũ impedire conſtat, primum venæ malleoli in vtroq; pede aperiantur, & iuſta ſanguinis imminutio fiat. Quo facto balneũ ex talibus herbis erit præparandum, quæ ad frigidum omnes declinent. Poſt balneũ autem his tabulis vti debet mulier: ℞. cinamomi, ſeminis mercurialis, roſarũ rubearum, limaturę eboris, margaritarũ pręparat. ana ʒ.j. coralli rubei præparati, pulueris de gemmis ana ℈.ij. ſantalorũ omnium ʒ.s. ſacchari ℔.s. Diſſoluatur ſaccharum in aqua roſarũ, & decoquantur omnia vſq; ad conſumptionẽ aquæ roſarũ: quo facto, addatur conſeruæ roſarum ℥.j. mixtiſq; omnibus vt decet tabulæ deauratæ fiãt. Electuarium etiam huic vſui valde accommodum, de quo ante cibum nucis auellanę pondere ſemper ſumat, hoc modo pręparari poterit: ℞. Conſeruæ roſarũ ℥.j. bugloſsi, borraginis ana ʒ.ij. ſpecierũ diatria ſantali, diarhodon abbatis ana ʒ.iij. Miſceantur ſpecies hę cum ſyrupo roſarũ, & incorporentur omnia ſimul, & deaurentur cũ folijs auri q.ſ. & fiat electuarium Fomentari etiam vtile erit ſuper ſequentium ſpecierũ decoctione in aqua pluuiali facta, vel in qua chalybs extinctus ſit: ℞. roſar. rubearũ, gallarũ, ſumach, ſem. plantag maioris cum folijs, cõſolidæ maioris ana M.s. terræ ſigillatæ, boli Armeniæ, aluminis rochæ ana ℥.s. Ex præſcriptis ſpeciebus puluis
C quoq; fieri & in prædicta aqua bullire poterit, qua merſus cõplicatus aliquoties pannus, lumbis & genitalibus bene calidus imponi debet. Emplaſtrũ quoq; ſequẽs prędicto modo calidũ ſimiliter imponi poterit: ℞. Muſci grana vj. ſantali citrini, roſarũ rubearũ an. ʒ s. olei roſarum ℥.j.s. Miſce & fiat emplaſtrum:

De cura ſterilitatis, ex melancholico humore nata.

Capvt V.

SI melancholicus humor abundans ſterilitatis cauſa fuerit, diæta ante omnia ad calidum & humidum declinans erit inſtituenda. Frons quoq; exporrigenda, & quantũ fieri poteſt indulgendum gaudijs, omittendi verò mœrores, & fugienda omnis triſtitia. Tũ ſequente ſyrupo ſuperfluus humor ad purgationẽ præparandus & emolliendus erit: ℞. Syrupi acetoſi de radicibus ℥.ij. fumi terræ ℥ j. aquarũ ſcolopendriæ & artemiſię ana ℥.ij. Miſceâtur hęc & aromatizentur cũ cinamomo, & fiat ſyrupus clarus. Vel aliter ℞. Aquarũ bugloſſæ, pimpinellæ, fumi terrę, artemiſiæ, ſcolopendriæ ana ℥.iij. aceti ℥ j ſacchari albi ℥.iiij. Hæc cum cinamomo aromatizata, Iuleb fiant, cuius doſis ſit ℥.iiij. Vel aliter: ℞. Calaminthæ, origani, ſtichadis, eupatorij. florum borraginis, artemiſię bugloſsi, chamædryos ana M.s. ſcolopendriæ M.j. corticũ geniſtæ, fraxini ana M.s. paſſularũ ℥ j. Miſce & fiat decoctio cũ epithymi ℥ j. ſacchari ℔.j. mellis deſpumati ℔.s. aceti ℥.ij Aromatizetur decoctio hæc cũ cinamomo. Doſis ſit cum prædictis aquis ℥ j s. Præparata ad purgationẽ his ſyrupis & emollita materia, cõſequens eſt eandẽ hoc medicamento expel-
D lere: ℞. Caſsiæ nouiter extractæ, mãnæ ana ℥.s. Diſſoluantur hæc ſequenti decoctione: ℞. Capillorũ Veneris florũ borraginis, bugloſsi, violarũ, chamædryos, linguæ ceruinæ ana M.s paſſularũ ℥ s. Miſce & fiat decoctio in aqua, cui adde cinamomi ʒ.j. caſsiæ extractæ, mannæ, confect. hamech an. ʒ ij. ſyrupi violarũ ℥.j. Miſceantur omnia, & fiat medicamentũ ſolutiuũ, cuius doſis ſit ℥.j.s Vel aliter: ℞. Confectionis hamech ʒ iij,s. ſacchari q.ſ. & fiat deauratus bolus trifariã diuiſus. Pilulis Lazuli etiã vti licebit, quarũ doſis ſit ʒ.j. Expurgata materia ſuperflua, proximũ eſt cõuenientibus & ad rem pertinentibus vti balneis, quę hoc modo paranda erunt: ℞ Chamæmali, meliloti, chamædryos, chamæpithyos, hyſſopi, folior. lauri, lauendulæ an. M.ij. artemiſiæ M.iiij. maluauiſci cum radicibus M.v. ſeminis lini, fœnugræci an. ℔.j. radicũ valerianæ ℔.s. Omnia hæc incidantur, & concluſa ſacco bulliant, cui mulier deinde inſideat. Poſt balneum autem, vel ſingulis diebus mane & veſperi, certam particulam de ſequenti confectione comedat:

℞. Specierũ de lapidibus pretioſis ʒ.ij. ſeminis mercurialis, limaturę eboris ana ʒ j. pudendi tauri, coaguli leporis cum matrice ana ℈.ij ſacchari albi ℔.s. diſſolue cum aqua bugloſsi, & adde conſeruarũ bugloſsi ℥ s. borraginis ʒ.iij cinamomi ʒ.j. Pulueriſanda pulverizentur, & confectio in morſellis fiat. Quod ſi autem pręſcripti balnei vſus accommodus nõ fuerit, fomenta tamen ex pręſcriptis ſpeciebus fieri poterunt, ſemper adhibito pręcedenti hoc electuario.

Cęterùm poſt balneum vel fomentationes, his quoq; peſſarijs vti noctu & quouis alio conuenienti tempore. non erit inutile:

℞. Coſtum puluerizatum & cum oleo roſarum & bombyce, peſſarium confice. Vel cum fœnugræco & adipe anatis. Vel cum ſeminibus aſparagi & adipe anſeris. Vel cum oleo violarum, muſco & ſeminibus prædictis. A

De cura ſterilitatis, à nimia caliditate, ſiccitate, humiditate, & frigiditate profecta.

CAPVT VI.

INter alia concipiendi & generandi impedimenta, nō minima cauſa eſt, nimia matricis ſiccitas. Ea aũt cauſa obſeruata rerum omniũ vſus ad humidiorem temperaturã dirigendus eſt, ita tamen, ne corpus per hæc debilitetur, ſed confirmetur. Itaque his tabulis frequentius vti perutile erit: ℞. Sacchari albi ℔.j s. amyli ℥.iij. ſaccharum diſſoluatur cum aqua roſarũ, mixtoq́; amylo fiat decoctio cum amygdalorũ dulciũ ℥ iij. & oleo pauco, fiantq́; morſelli. Mirè vtile eſt etiam lac caprinũ recens mulgendo extractum cum melle aut ſaccharo mixto bibere Balneũ quoq; hoc mirè conueniet. ℞. Capita veruecum, quæ bulliant in aheno aqua pleno euſq; donec ab oſsibus caro reſoluatur penitus: quo facto, inſuper ℞. foliorũ vitis muſcatellæ, ſalicis, violarũ, chamæmali, meliloti ana M.ij. maluæuiſci cum radicibus M.vj fœnugręci, ſeminis lini ana ℔.ij. radicum valerianæ ℔.j.s. Miſce omnia, & ex ſufficienter bullitis fiat balneũ. Poterit autẽ & encathiſmi vice inſtrui, vt vel in illo mulier inſideat, aut vt fomenta ex eo faciat. Poſt balneũ autem vel fomenta de hac confectione proximis ante cibum horis buccellam ſumere licet: ℞. Specierũ diarhodon abbatis ʒ.ij. ſeminis mercurialis, raſuræ eboris ana ℈.ij. matricis leporis ʒ.ij. ſeminis bombacis, tragacãthæ, gummi Arabici ana ʒ s. ſacchari albi ℔.s. in aqua buglosſi diſſoluti, conſeruarũ buglosſi, borraginis ana ℥.j Miſce & fiat deaurata confectio. Inprimis verò opus erit matricem humectare, quod partim fiet per fomenta inferius in concluſo ſedili adhibita, partim autem per peſſaria ſic præparanda: ℞. Medullæ cruris vaccæ, adipis gallinæ ana ℥.s. ſtyracis liquidæ ʒ.ij. Poſſunt inſuper addi, olei amygdalorum dulcium ℥.iiij. fiantq́; cum lana peſſaria. B

Quod ſi autem propter nimiam caliditatem cōceptus impediatur, vt aut corpus complexionis nimis calidæ, aut genitalia ipſa infeſtata ſint, tunc ante omnia conuenienti venarum inciſione facta, malleoli in ſiniſtro, & hepaticæ in dextro pede, hic calor minuendus erit. Deinde etiam purgationibus quantũ ſatis eſt, erit vtendum, quibus tamen pro præparandis calidis humoribus, hæc potio erit præmittenda:

℞. Herbarum plantaginis maioris, endiuiæ, capillorum Veneris, polypodij, fumi terræ ana M.s roſar. rubearum, florũ violarum, buglosſi, nenufaris, borraginis ana P.j paſſularũ ℥ s. Mixta omnia cum aqua fontana q.ſ. ad medietatem vſq; decoquantur, colentur, & colaturæ addatur ſacchari albi q.ſ. & aromatizetur cum cinamomi, raſuræ eboris, corollorũ rubeorum præparatorũ, ſantali rubei ana ʒ.s. Ex prędicta decoctione ſumantur ℥.iij. & miſceantur cum rhabarbari electi puluerizati ℈.ij ſerapij de epithymo ℥.s. caſsię nouiter extractę ʒ j s. vel mannę ʒ j Vel aliter: ℞. Elect. de ſucco roſ. ʒ.iij. caſsię nouiter extractę, diaſenę an. ʒ ij Miſce cum prędictę decoctionis vel aquę endiuię ℥ j s fiat potus. Vel aliter: ℞ Syrupi de roſis perſicis ℥.j. Syrupi de floribus perſici ℥ s. trochiſcorum de agarico ʒ.j. caſsię nouiter extractę ʒ ij. aquarũ buglosſę & borraginis ana ℥ j Miſce & fiat hauſtus vnus Peſſaria quoq; parari & ſupponi poterunt, cum ſucco mandragorę, maſtyche, myrrha, camphora & gũmi Arabico pręparata. Si verò caliditas nō excedat, ſed temperatior fuerit tũc emplaſtris vmbilico & pudendis impoſitis, quod abundat, adhuc imminuendũ erit, veluti vnguento ſantalino forma liquida & craſſa decocto. Breuibus, eo modo procedi poteſt, vt ſuprà de cholera vel bile & ſanguine præſcripſimus. At ſi frigiditas & humiditas genitalia mēbra nimis infeſtauerint, eorũ ſuperfluitas primùm ad purgationẽ emollienda & præparanda erit, per remedia ad calidũ & ſiccũ declinantia, pro ſequentis ſyrupi præſcripto: ℞ Herbarũ artemiſiæ, betonicæ, meliſſæ, pulegij, maioranæ ana M.j. radicũ enulæ cãpanæ, cyperi, ſatyrij, apij, fœniculi, aſari an. ʒ.ij ſem. aniſi, amomi, liquiritiæ, rubeæ, tinctorũ, paſtinacæ, ſileris montani, cumini ana ʒ.j. paſſularum ℥ j. aquæ fontanæ q ſ. ſacchari vel mellis deſpumati q.ſ. Miſceantur omnia, & poſt colaturã aromatizẽtur cinamomo, & oxymel ſquilliticũ adijciatur. Doſis huius ſunt ℥.iij. Vel aliter: ℞. elect Indi ℥ j. cathartici imperialis ℥.s. aquarũ buglosſi & borraginis ana ℥.j. Miſce & fiat hauſtus. Vel diſſolue cum prędictæ decoctionis ℥.iij & fiat itidem hauſtus vnus. Pilularũ fœtidarũ & ex rhabarbaro confectarũ itidem hìc vſus eſſe poteſt. Sufficienter purgatione facta, pilulis hoc modo paratis ʒ j. ſumpta, cubitum ituræ vtantur: ℞. Ligni aloes, xylobalſami, ſileris montani, aſari, maſtiches, nucis moſchatæ, ſeminis aniſi, fœniculi ana ʒ j ſpicæ nardi, calami aromatici, galbani an. ʒ. s. myrobalanorũ chebulorum, belliricorũ an. ʒ. vj. aloes ℥.ij. Miſce cum ſyrupo de roſis Perſicis, & fiat maſſa pilularũ, quarum doſis ſit ʒ.j. Breuibus, eo modo procedi poteſt, vt ſuprà in cura phlegmatis monuimus. C D

De generalibus quibuſdam præceptis, virorum & fœminarum ſterilitati curandæ inſeruientibus.

CAPVT VII.

VIrorum & fœminarũ ſterilitatis curæ magna pars in vſu rerũ externarũ ſita eſt, quæ tamen ita moderatum eſſe iubemus, ne corpus ad obeſiorem habitudinẽ propellat, quia & pinguedo plurimum fœcunditati officit. Horrida macies etiam multo in hac cauſa vitio carere nequit. Quare in vtriſq; his, alimentis temperatioribus, quibus minus inflandi natura inſit, erit vtendum. Vino modico, cibo aũt frugali & tẽperato. Principaliter verò mulieres complexionẽ & habitudinẽ matricis obſeruent, & menſibus ſuis cautè intendãt, ne his fluentibus, aut purgatæ iam, victu vtãtur incōuenienti, ſed talibus fruantur potiſsimũ, quibus expulſiuã vim ineſſe conſtat, qualia ſunt, apium, petroſelinũ, fœniculũ, pimpinella vulgò Germanis dicta, cũ ſimilibus herbis & eiuſdẽ naturæ radicibus. Cæterùm vt ad omnẽ caſum bene inſtructæ quælibet eſſe poſsint, contrariam cuiuis corruptæ matricis complexioni dabimus antidotum.

A Et primum quidem quãdo matrix nimia frigiditate infeſtata fuerit, menſiũ fit retentio, ex male diſpoſita cibi potuſq; ratione contracta, vnde dolores circa lumbos, renes, genitalia, per tergum reliquaq; corporis membra ſentiuntur continui, frigoraq; ſubinde infeſtant horrida. His aũt ſic habentibus ſeruiunt quæcunq; calidioris naturæ exiſtunt, inprimis verò thermæ ſulphure abundantes, quales Heluetiorum præcipuè exiſtunt Badenſes dictæ. Syrupo aũt vel potione pro præparatione expurgandæ huius materiæ, primum vti perutile erit huiuſmodi: ℞. Syrupi de artemiſia ℥.j. oxymelitis compoſiti ℥.s. aquarum artemiſiæ & meliſſæ, an ℥.j. Miſcendo fiat hauſtus vnus. Pro expurgatione autem hoc potu vtendum: ℞. Benedictæ laxatiuę, caſsiæ nouiter extractæ, an. ʒ.iij aquarum pulegij & artemiſiæ ℥.j.s. miſcendo fiat hauſtus vnus. Diacaſtoreum etiam ad hunc vſum probatur. Omnes quoq; cibi earum aromatibus quæ calefaciendi naturam habent, cõdiendi ſunt, puta pipere, zingibere & ſimilibus. Breuibus, eo modo procedendum vt ſuprà in curanda ſterilitate phlegmatica docuimus.

Deinde, ſi nimia caliditate & ſiccitate matrix infeſtata fuerit, fluent ſæpius menſes, acuti tamen, ita vt pudenda quoq; afficiãtur & exulcerentur ſæpius. In hoc caſu, & diæta, & medicamina, omniumq; externarum rerum vſus ad frigidum & humidum reuocandus erit, vt & ſuprà dictum in cura ſterilitatis ex bilis abundantia.

Quia verò & à concluſa ventoſitate ſæpe conceptus impeditur, cibo potuq; non inflante ſed vento-
B ſitatem diſsipante, erit vtendum, eoq; procedendũ ordine vt ſuprà de mola ventoſa curanda docuimus. Et hæc de ijs quæ ſterilitatem rectificant, ſufficienter dicta ſint:

Nunc quæ fœcunditatem promouent & inducunt, in hac tractatione omittenda non ſunt. Multa hîc eximiè vtilia à veteribus & recentioribus ſunt prodita medicis, quorum quæ delectiſsima ſunt, colligere, & in medium afferre, non ſine multorum fructu, perutile eſſe duximus. *Adminicula fœcunditatis.*

Suffimenta primùm prunæ iniecta, & ad matricem directa plurimis hęc placent: ℞. Nucum cupreſsi, nucis muſcatæ, maſtiches, Thuris, ladani, myrrhę, galbani, bdellij, baccarum lauri. an ʒ j. ſtyracis calamitæ, ſtyracis liquidi, an. ℈.ij caryophyllorũ, carui an. ʒ.s. ambræ gran ij. croci ℈ j muſci gran. v. Miſceantur omnia hæc cum oleo ſpicæ odoriferę, fiantq; trochiſci, quibus mane adhuc ieiunæ & veſperi cubitũ ituræ mulieres ſuffiantur. Hinc & peſſaria commoda confici quoq; poterunt. *Suffitus.*

Vnguento etiam ſequenti genitalia perungere proderit: ℞. Styracis calamitæ ʒ j. croci, maſtiches, ladani, myrrhę, an. ʒ j. Miſce cum oleo ſpicę, roſarũ & cera alba q.ſ. Et fiat linimentũ. Proſunt in hoc caſu & leporum aſſata cerebra. Nonnulli autem vtuntur adipe anatum, anſerum, gallinarum, ceruorum & ſimilibus, quibus præſcriptas miſcent ſpecies, & trochiſcos faciunt ſuffitui faciendo idoneos.

Suffumigijs etiam ſequentibus præſcripto modo vti licebit: ℞. Ladani puri ℥.j ſtyracis calamitæ, olibani, an. ʒ j. ligni aloes, ſauinæ ſiccæ, an. ʒ.j.s. ambræ gr. iij. muſci gr. vj. Miſceantur & terantur omnia, & fiant piſtillo calido trochiſci, ex quibus ſupra prunas iniectis per embotum ſuffumigatio fiat. Ex maſſa
C horum & peſſaria confici poterunt.

Vel aliter: ℞. Ladani ʒ.j. ſtyracis calamitæ ℥.s. caryophyllorũ, ligni aloes, roſ. rub. an. ʒ.ij. ambræ ℈.s. muſci gr. vj. Terantur omnia hæc, & trochiſci prædicto modo fiant. Nonnulli horũ etiam aqua roſarum diſſolui poterunt, eaq; os matricis ablui. Hinc & peſſaria parari poſſunt. Aliud mirè vtile: ℞. Roſ. rub. ℥.s. thuris, maſtiches, myrrhæ, ſang. draconis, boli Armeniæ, myrtillorũ, an. ʒ.ij. ſtyracis calamitæ ℥.j. ladani ℥.s. ambræ, muſci, ligni aloes, caryophyllorum, balſami artificialis, ſpicæ nardi an. ℈.ß. Terenda terantur, & prædicto modo trochiſci fiant, quorum per embotum ʒ.j ſuffiatur.

Veteribus quibuſdam pro vero quaſi receptum erat, mulieres quæ radicibus ariſtolochiæ cum aſſata vitulina carne ſæpius veſcerentur, certò ferè maſculam ſobolem concipere poſſe.

Sed ex recentioribus plures talia peſſaria ſeptimo die poſt menſium diffluxum pro conceptu rectificando ſupponere admonent.

℞. Radicis gentianæ, croci, myrtillorum, aloes, an. ʒ ij. olei lini q.ſ. Et fiat peſſariũ, cuius vſum paucis diebus conceptum ſequi perhibent Galenus aũt caſtoreum recens & piper quoduis xij. granorum hordei pondere ſumptum, ſucco pulegij mixta, in vino cretico vel maluatico bibere conſulit. Idem ille matricem leporis ſiccatam & tritam in vino maluatico ſumptam, probari quibuſdam refert. Sed recentioribus nonnullis medicis præſcripta ſuffumigia plurimũ probari certum eſt. Horum etiam dum mentionẽ
D facimus, nihil nobis cum Vetularũ quarundam præſtigijs, & dęmoniacis circa hanc rem artibus rei eſſe, omnibus notum eſſe cupimus. Sed hactenus de ijs quibus externè ſterilitas auerti, & fœcunditas iuuari poteſt, dixiſſe ſufficiat.

Reſtat & de ijs paucula dicere quæ internè adhiberi poſſunt. Quia enim cõiugum fœcunditas, Veneris faſtidio, & impręgnandi impotentia, feminumq; infirmitate, vel naturę vitio, vel malarũ artium præſtigijs contracta, plurimũ impediri poteſt, omnia hæc quomodo corrigenda ſint ſequentiũ medicamentorum præſcriptis formulis exponemus.

Puluis autem huic rei accommodus primum talis fiat: ℞. Teſticulorum vulpis, caſtorei, matricis leporis aridæ, an. ʒ.ij. zingiberis ℥.s. galangæ, piperis longi, an. ʒ.ij. ſacchari pro pondere omnium. Miſce & fiat puluis, de quo plenum cochleare vnum ſingulis diebus mane & veſperi cum vino maluatico ſumendum.

Electuarium etiam multum probatum, viris fœminiſq; perutile, ſingulis diebus mane ieiunis veſperiq; cubitum ituris pondere auellanæ nucis ſumendum, hoc modo erit parandum:

℞. Teſticulorum vulpis mundatorum ℥.vj. cicerum rubeorum, menthæ, ſatureiæ, erucæ ſylueſtris, radicis acori, paſtinacæ ſylueſtris, radicis gladioli, meliſſæ, naſturcij, ozimi, pulegij, vrticę, fœniculi, an. ℥.ij. Omnia bene mundentur, & in ouino lacte decocta quàm optimè piſtentur, & ad præparationem huius electuarij conſeruentur. Deinde

℞.Ex cerebris columbarũ,gallinarum,gallorum,paſſerum,anatũ,faſianorum,teſticulorum tauri,hirci A ſalacis,gallorũ,aprorum,ana ℥.iij.Similiter ouino lacte decoquantur,& decocta,modico butyro recenti cum duorum ouorum vitellis ſubigantur,& in patellis ſucceſsiuè aſſentur.Quo facto: ℞.Amygdalarum dulcium,nucum auellanæ,nucleorum communiũ,nucum pinearum,omnium mundatarũ & aliquantu-lum aſſatarum,an.℥.j.medullæ nucis Indicæ,dactylorum pinguium,ana ℥.j.s.Omnia hæc incidantur,& vltima contritione conterantur. Tandem ℞. Priapi tauri ſicci,ſeminis erucæ an.℥.s.ſeminum aniſi,bauciæ,aſparagi,fraxini,appij,petroſelini,raphani,an.ʒ.ij. piperis longi,zingiberis,ana ʒ.iij. radicum ſatyrij vtriuſq;,ana.℥.s.caudæ ſcincorũ ʒ.v.caudæ lacerti ʒ.j.s. Terantur omnia hæc in puluerem ſubtiliſsimũ, Pręparatis autem omnibus,electuarium confice cum ſacchari ℔.vj.de paſta prędictorum ℔.ij.ſumptis: vel cum mellis deſpumati ℔.iiij.& prædictæ paſtæ ℔.ij.s.

Vnguentum in eundem vſum quo genitalia & lumbi perungi poſsint,tale parari poterit: ℞. Olei de ouis formicarum , caſtorei , vulpini, coſtini, galangæ , ſambuci, ana ℥. s. petrolei , olei ſpicæ odoriferæ, an.ʒ.ij.radicum piperis, pyretri,euphorbij, caſtorei,an.ʒ.s. Seminis erucæ, cepæ, ana ʒ.j. Mixta omnia cum cera alba & adipe gallinarum q. ſ. decoque, & vnguentum ex illis confice. Aqua ad eundem vſum talis fiat:

℞.Ouorum formicarũ ℥.v.nucis indicæ,ſcinci tranſmarini,caudæ lacerti,amygdalarum dulcium,pinearũ,ſeminis erucæ, ana ℥.j. vrticæ, radicis ſatyrij vtriuſq;, hermodactylorũ, piperis longi & nigri,ana B ℥.ij.muſci ℈ j vini optimi albi, vini ſublimati ana menſ.j. Miſceantur & infundantur hæc omnia, & xiiij. diebus ad ſolem expoſita deſtillentur.Hac aqua ſi vti volueris, ℞.℥ s.cũ electuario Diaſatyrion ℥ j.mixtaq́;,mane & veſperi bibito bene calida Probantur & hæ pillulæ veſperi ſumptæ: ℞. Seminis erucæ,raphani,petroſelini,vrticæ, ſatureiæ,ana ʒ j teſticulorũ vulpis,priapi tauri,ana ʒ.ij. caudæ ſcincorum, lacertorum ana ʒ j.cerebrorum paſſerum, anatum,gallorum,columbarũ,ana ʒ.s piperis,galangæ,piperis longi,ana ʒ j s.radicum ſatyrij vtriuſq; ℥ s.Euphorbij,caſtorei,ana ℈.j,Terantur omnia in puluerẽ,ſubigantur cum melle,fiantq; pillulæ quarum doſis ſit ʒ.ij.vel ʒ.j.

Electuarium aliud ad idem mane & veſperi quantitate nucis caſtaneæ ſumendum, hoc modo parabitur: ℞. Radicum ſatyrij ℔.s.dactylorum ℥.iiij.menthę, zingiberis conditi, iuiubarũ,ana ℥.iij. Miſceantur omnia,lacte ouino decoquantur,& ſolito more piſtentur. Quo facto deinde. ℞. teſticulorum gallorum,verris vel tauri,hirci ſalacis.Eadem hęc lacte ouino decoquantur,modico butyro recenti & duorũ ouorũ vitellis ſubigantur,& ſucceſsiuè in patella aſſentur.Poſt quæ ℞. Mellis deſpumati ℔.ij s. ſacchari tabarzeth q.ſ.Coquantur hęc omnia ſucceſsiuè,& bene coctis ſequentes miſceantur pulueres:

℞.Pudendi tauri,hirci,ſeminis erucę,ana ℥.j.s.galangę,zedoarię,ana ℥.j.cinamomi zingiberis,piperis longi,Seminis fraxini,ana ʒ.vj.Seminis mercurialis,ſeminis maluę,ana ℥.s. medullę nucis Indicę,pinearum mundatarum,amygdalorum dulcium,ana ℥.j.Omnia hęc in puluerem redigantur,& pręſcriptę decoctioni miſceantur,fiatq; electuarium.Iam & hęc de intrò recipiendis ſterilitatis medicaminibus ſufficienter dicta ſint. C

De ſuffocatione matricis,eiuſq; cauſa,ſignis & cura.

CAPVT VIII.

RESTAT de potiſsimis matricis ægritudinibus,quæ ſterilitatem inducendi,cõceptumq; & generationem prohibendi vim præſentiſsimã habent, deinceps pauca quoq; dicere, quales inprimis ſunt, matricis ſuffocatio & præcipitatio, menſiumq; fluxus nimius,eorundemq; retentio. Sed de prima primò dicendum erit.

Suffocationem matricis , non naturalem , ſed ventoſis varijſq; vaporibus corrupta materia natis, coactum ipſius matricis aſcenſum verſus diaphragma dicimus, quo fit vt pulmone arterijſq; cordis compreſsis,aeris meatus intercludantur,pulmoq; debita & ſolita dilatatione prohibeatur.Hac ipſa aũt ægritudine,anhelitus rareſcit,cerebrũ infeſtatur,cor cõſtringitur,pulmo cõprimitur,ſenſus motuſq; ceſſant, intercipiuntur ſpiritus,negant officiũ membra corporis, vnde fit vt ſyncopæ eueniãt, deliquia repẽtina obruãt,& nonnunquã vita corde ſuffocato ſpolient:à quo effectu nomẽ hoc Latinis accepiſſe creditur.

Cauſæ. Cauſas huius niſi præter naturam detentos menſes , corruptũmve ſemen , vel alios in matrice deprauatos humores concluſos in ventoſitatem diſſolutos , eoq; matricem ſurſum impellentes , alias dicere D non poſſumus.

Signa. Signa eius ægritudinis duplicia ſunt, præſentis quidem ex præſenti paroxyſmo : futuri aũt , ex futuri *Præſentis paroxyſmi ſigna.* paroxyſmi petita notis.Præſentis autem ægritudinis per præſentem paroxyſmum notæ,ſigna hæc ſunt: Anhelitus mulierũ rarus , pulſus arteriarũ paucus, manus illarum ventri ſupra vmbilicũ pro deprimenda ſurſum tendente matrice cõtinuè affixæ,curua habitudo corporis,color pallidus,reſponſum nullum, intellectus ſine voce viuidus,motus corporis nullus,ſimilitudo mortis præſentiſsimæ.

Prognoſtica de vita ſuperſtite. An verò vita in tali ægritudine præſentis paroxyſmi,adhuc in corpore ſuperſit,his experimentis licebit aſſequi.Plumæ vel lana pura eius quę paroxyſmũ patitur ori imponantur,quę ſi diſſlentur aut ſaltem moueantur, vitam adhuc ineſſe certũ erit.Certius autem erit,vitrum aqua plenũ pectori eius imponere, reliqua enim adhuc vita,pectus dilatari neceſſe eſt,& aquæ motũ conſequi. Vel,ſpeculum purũ politũq; ori naribuſq; eius imponendũ,& præſenti adhuc vita ſpeculum propter calidum halitum infici videbis: quod experimentum ex omnibus videtur eſſe probatiſsimũ.Perhibent autem quidam,quandam tribus continuis diebus noctibuſq; hoc paroxyſmo laboraſſe, mortuamq; creditam poſt tantum tempus tandem ad ſe rediſſe.Nos vno naturali die,horis inquam 24.contiguis, idem in quibuſdam mulieribus propter ſuffocationem matricis,eueniſſe vidimus.

Futuri paroxyſmi ſigna. Futurum autem paroxyſmum ſigna hæc præcedunt, ſcilicet, dolores capitis, oculorũ vertigo, pulſus cordis

A cordis continui, anhelitus difficiles, rationis propter vapores ſpiritibus mixtos perturbatio, membrorum omnium debilitas,ſudores frigidi,dolor in vtero continuus. Omnia autem hæc retenti & concluſi in matrice mali humores pariunt,partim proxima, partim verò remota, vt cerebrum aliaque infeſtantes corporis membra, intercludendo vitalem à corde profectum calorem, donec omnes ſenſus ſimul & vires ſuffocent atque perimant.

Cæterum in cura præſentis ex ægritudine paroxyſmi,primum ſalem aceto miſcebis, & membrorum extremitates ex mixtura fricabis, pedum inquam ſoleas,& manuum palmas, brachiorumq; pulſus. Deinde ligamentis circa pectinem,coxas & poplites adſtrictis,ventoſas ſine ſcarificatione iuxta adhibebis. Poſtea quæcunque tetri fœtoris ſunt incenſa naribus eius applicabis, veluti caſtoreum, aſſam fœtidam, plumas,crines,corium,cornu,vngulas, & quæ his ſunt ſimilia. Hæc enim animalem ſpiritum ſopitum, impellunt & commouent,qui mox tanto fœtore impulſus, per neruos & organa ad cerebrum feſtinans, motiuam virtutem in eo excitat. Hic autem tanto fœtoris impetu motus, ad cor cum animali ſpiritu ſe recipit,vbi vtrique ſimul retentam ſopitamque vitalem virtutem in eo reparant. Omnes tandem coniuncti, matrici ad diaphragma aſcendenti ſe opponunt, eiuſque vim expulſiuam ſtimulant, vt expulſis qui in ea ſunt corruptis humoribus, matrix ſe demittat, & ſuperiorib. vitalibus organis locum patulum præbeat. In hoc caſu merda caballi auena nutriti vino optimo decocta,bene calida pota,multum probatur Diacaſtorei quoque ʒ.s.in iuſculo ex gallina decocta,ſumpta. Vnguentum etiam quo genitalia eius *Cura præſentis paroxyſmi in ſuffocatione matricis.* *Vnguentum.*

B quæ hanc ſyncopen patitur interius perungi poſſint,tale præparari poteſt: ℞. Muſci ℈.j. Galliæ muſcatæ ʒ.j. Olei liliorum ℥.ij. Miſce & fiat vnguentum. Suffumigia quoque ex quibus ſuffitus ad nares dimittatur ſic parata proderunt: ℞. Caſtorei, Galbani in aceto ſoluti ana ℥.s. Sulphuris ℥.j. Aſſæ fœtidæ ʒ.j. Si ſuffumigia vel trochiſcos parare volueris,cum oleo de caſtoreo conficies. Si autem cum aceto vti volueris, lanam puram aceto in quo hi pulueres diſſoluti ſint, merſam,naribus eius inſeres vel applicabis exterius. *Suffumigia.*

Quod ſi autem ægritudo hæc vel à retentis menſibus, vel corrupto ſemine prouenerit, curari eo modo poterit quem ſequentibus capitibus exponemus. Quod ſi ex nimia frigiditate huius ægritudinis cauſa extiterit,conſultiſsimum erit poſt debitam expurgationem factam thermis calidioribus vti, quales in primis Helueticæ exiſtunt,certa diæta lauandique ratione à perito medico præſcripta. Quia enim multo ſulphure & nonnullo ea aqua conſtat alumine, facilius reſoluit, frigiditatem diſpellit, matricem calefacit,reliquaque muliebria membra confortat.

De Præcipitatione matricis,eiusq; cauſis & cura. CAPVT IX.

Matricis præcipitatio eſt ipſius matricis à ſuo naturali loco in alium quempiam locum diſceſſus & digreſsio,vel per genitale membrum progreſſus & eminentia. Contingit hæc,aut propter caſum, percuſsionem vel aliam læſionem vehementem aliquam, aut propter concluſam in ea ventoſitatem vel humores corruptos,aut propter humiditatem nimiam ligamenta ipſius putrefaciētem,vel propter abortus & partus difficultatem obſtetricumq; negligentiam, vel violentam ſecundarum extractionem,qua fit vt ipſius ligamenta rumpantur, & ad exitum matrix præcipitetur. Variè hæc dimotio fit,in latus inquam dextrum aut ſiniſtrum,aut inferius,& in anteriorem poſterioremq; corporis partem. *Præcipitatio matricis quid ſit.*

C

Cauſæ autem huius ægritudinis licet ex præmiſsis his facilè æſtimentur, adhuc tamen in externas & internas diuidi poſſunt. Externæ ſunt,caſus, percuſsio,læſio,magni ponderis eleuatio,curſus velox,ſaltatio,equitatio intempeſtiua,exercitium omne nimium,& quæ his ſunt ſimilia. Item,ſuper terram gelidam vel pauimentum frigidum diuturna ſeſsio,in frigida aqua mora longior,frigidę potus nimius & frequentior. Impetuoſa quoque infantis proruptio, partus difficilis,obſtetricum importunitas, ſecundarum violenta extractio, tuſsis frequens, clamor ingens, ſternutatio vehemens,teneſmus conſtringens: quæ omnia præcipitandæ matrici facilè adminicula præbent. Internæ ſunt,menſtruorum longa retentio,quorum pondere matrix degrauata,ruptis ſæpe ligamentis in præceps deſcendit:concluſi humores, ventoſitas impellens illamque ſuo loco dimouens.Ipſa quoque matricis nimia humiditas,ligamenta putrefaciens,& ad exitum ea tabe impellens. *Externæ cauſæ.* *Internæ cauſæ.*

Cauſis non abſimilia huius ægritudinis ſigna ſunt. Externarum cauſarum ſigna quæcunque hanc ægritudinem patitur facilè referet. Interna verò ſe pro ratione dimotionis matricis habent. Si enim ſine

D præfocatione ſurſum diaphragma verſus vergat,dolores & grauedines ſupra vmbilicum ſentire,maſſam rotundam globi inſtar in ventre tangere, & cita ſuſpiria ſingultusq; quaſi inteſtina eius velociter manu compreſſa ſint, in muliere obſeruare licebit, vertigine oculorum, capitis doloribus, cibi faſtidio & eructationibus frequentibus præcedentibus & concomitantibus:interdum & ſonitu ventris audito,maximè cum à concluſa ventoſitate ea dimotio orta fuerit. Ad inferiora autem ſi ſe præcipitem dederit,tunc dolores plurimi circa renes, lumbos & pudenda erunt, maſſaque rotunda in collo matricis tactu obſeruabitur, qua veſica & rectum inteſtinum ita comprimuntur, vt & vrinam & excrementa difficile ſit excernere:vrina quoque alba & ſpiſſa erit,lurida in fundo vel nigra collecta fæce:pulſus ferè nullus,mollis, tenuis,craſſus & inordinatus.Quod ſi matricis humiditate nimia,ligamenta eius putrefacta ſint,ita vt ea cauſa ad exitum ipſa præcipitata ſit,hoc nullo dolore fieri tenendum eſt: cùm autem ita habet,fœtida putridaque tabes continuè è matrice profluit. Difficultate partus ſi contigerit, per pudenda quidem in vniuerſum ſe non exeret,ſed laboribus maioribusque exercitijs impulſa procurret, & inter labia compreſſa magnos dolores mouebit. Omnes autem hæ ægritudinis huius conditiones diligenter obſeruandæ ſunt,vt eo commodior in cura adhibenda progreſſus fiat.

Supereſt iam de cura quoque, quantum cognoſcere & ex alijs vtiliter colligere licuit, admonere diligētius. Quod ſi ſurſum matrix ſine præfocatione dimota fuerit,faciliter in ſuum locū,embotis,fomentis, *Cura.*

rebuſque alijs repellendi vim habentibus, reduci poterit, vt ex tractatione ſuperioris capitis de ſuffocatione matricis luculenter patuit. In latus verò dextrum ſi conceſſerit, ex oppoſito latere ventoſæ ſine ſcarificatione apponendæ ſunt. Ligaturę quoque ex panno aliquoties complicato fiant, inſerto faſciculo ex talibus rebus medici alicuius dictamine compoſito, quæ matricem impellendi vim habeant. Ea ligaturis incluſa, ei in quod matrix dimota eſt lateri alligentur, & ſuper ea hanc infirmitatem paſſa mulier decumbat, eiuſque repellendę periculum faciat. Ea autem erunt, meliſſa, chamæmala, artemiſia, melilotus, ruta, & quæ his ſunt ſimilia. De ſequenti autem puluere vacuo adhuc ventriculo ſingulis diebus manè cochlear vnum plenum cum vino bene calidum ſumere debet: ℞. Florum & baccarum lauri, cornu cerui vſti an. ʒ.ij. myrtillorum ℈.ij. ariſtolochiæ rotundæ ʒ.j. Miſce & fiat puluis. Vel aliter: ℞. Nucleorum perſicorum num. 12. Diſſolue cum vitellis ouorum trium. Deinde ℞. Cinamomi, baccarum lauri, ariſtolochiæ rotundæ an. ʒ.j. dictamni ʒ.s. nucis muſcatæ ℈.j. croci ℈.s. Miſce cum vino & ſaccharo q.ſ. offa autem hinc decoquatur, quam vacuo adhuc ventriculo bene calidam mulier comedat. Mirè enim reſtituendæ matrici ſeruit, eiuſq; dolores mitigat. Quod ſi autem deorſum præcipitata ſit & per pudenda promineat, primum clyſtere conuenienter alui excrementa prouocanda, exonerandaque veſica ſimiliter, vterus autem balneo ſequenti emolliendus, vt facilior matrici regreſſus fiat. ℞. Artemiſiæ, chamæmali, maluæ vtriuſque cum radicibus, fœnogręci, baccarum lauri ana M.j. Miſce, & fiat balneum. Balneo quotieſcunque exierit, matrix calidis foueatur pannis, & viſcoſitate ex granis cydoniorum aqua acaciæ mollitis confecta perungatur, vt lubrica ſit in recurſu. Aſperſo deinde ſequenti puluere, calido panno fota in vterum remittatur: ℞. Succi acaciæ ʒ.ij. myrtillorum, balauſtiorum, roſarum rubearum ana ʒ.j s. Miſce & fiat puluis. In cura autem huius ægritudinis, mulier ſupina decumbat, natibus mediocriter ſurrectis, vt præcipitata matrix eo commodius in vterum repellatur. Reducta illa, exporrectis cruribus iaceat, vitrum autem amplum vel ventoſæ plures iacentis ventri adſtringantur, & quæcunque boni iucundique odoris ſunt, veluti ambra & ſimilia, naribus eius adhibeantur, vt percepti odoris ſuauitate matrix ſurſum trahatur. Iacenti etiam ſuffitum facies, qui ſolum ad matricem eius, ad nares verò nequaquam perueniat. ℞. Succi acaciæ, oſsis ſepiæ, balauſtiorum, radicum biſtortæ, gallarum, nucum cupreſsi, myrtillorum vel foliorum eius ana ℥.s. maſtiches, olibani ana ʒ.iij. aſſæ fœtidæ ℥.j. Miſce, & fiat puluis. Poſt ſuffitum hunc matrix ſpongijs calidis ſequenti decoctione merſis & ſucceſsiuè applicatis fouenda erit: ℞. Myrtillorum M.j roſarum rubearum, glandium, balauſtiorum, acaciæ ana M.s. Miſce & fiat decoctio cum vino rubeo vſque ad partem tertiam. Poſtea hoc peſſario vti proderit: ℞. Aſſæ fœtidæ ℥.j. maſtiches ʒ.ij. myrtillorum, thuris, gallarum, nucum cupreſsi ana ʒ.j s. Miſce cum oleo myrtillino, & fiat peſſarium ex pura lana, longitudine & craſsitudine vnius digiti, ſerico obductum. Experimentum etiam valde vtile hoc probatur. Allium contuſum in aqua ita diſſolue vt nihil ſpiſſitudinis reliquum ſit, ea aqua prominens matrix lauetur, ſequentique conſperſa puluere in vterum remittatur: ℞. Pinearum combuſtarum, cornu cerui vſti, thuris, maſtiches ana ʒ j. Miſce & fiat puluis. Reducta iam in vterum matrice & in locum ſuum repoſita, ventoſis vtendum, & quæcunque ipſam trahendi retentiuam vim habent. Pro certo experimento quidam hoc agnoſcunt: vrticas bene contuſas emplaſtri vice ventri imponere, neque citò inde dimouere, ſic enim matricem & retrahi, & reductam vſque retineri.

Quomodo retinenda matrix repulſa in vterum.

Sed vt in vterum reducta maneat, neque ſtatim in præceps iterum ruat, ſequentibus præceptis confirmari debet. Primo, toto die poſt reſtitutionem matricis mulier ſupina recumbat. Poſtridie verò balneo his herbis cocto circiter horæ vnius ſpacio inſideat: ℞. Roſarum rubearum, Myrtillorum, Seminis ſumach, Foliorum meſpili, Sorbellorum, Corticum quercus, Glandium, Origani, Saluiæ, Rutæ, Conſolidæ maioris, ana M.j. Miſceantur & conquaſſentur omnia, & in aqua pluuiali vel in qua ferrum candens extinctum ſit, decoctio vel balneum fiat. Balneo egreſſa hunc puluerem vino bullitum bene calidum bibat: ℞. Rutæ, artemiſiæ ana M.s. caſtorei ʒ.ij. Miſce & fiat puluis. Tunc ℞. Vini albi optimi q.ſ. cola, & colaturæ adde mithridatis ʒ.ij. Et fiat potus calidus. Poſtea genitalia nouem continuis diebus fomentanda, iuxtaque vtendum peſſarijs. Decimo autem die emplaſtrum ſequens ſuper corium album diductum infimæ ventris parti imponendum, continueque aliquot ſeptimanis illic relinquendum. Cerotum autem vel emplaſtrum ſic fiat: ℞. Thuris, maſtiches, opoponacis, terebinthinæ, galbani, ſerapini, reſinæ pinus, ſtyracis liquidæ, colophomiæ ana ʒ.ij. ceræ citrinæ ʒ.iij. Miſce & fiat cerotum. Vel aliter: ℞. Galbani ʒ.s. galliæ muſcatæ ʒ.j. caryophyllorum ʒ s. reſinæ pini & colophomiæ q.ſ. Miſce & fiat cerotum. Præterimus hic de induſtria nec ſine magna cauſa, quiddam quod ſolis doctioribus & peritioribus in hac cura notum eſt, quod ab illis quotieſcunque opus fuerit, peti poterit. Notabis porrò, quod quando prædicta ægritudo à frigiditate, viſcoſitate, ventoſitate vel nimia matricis humiditate orta fuerit, eo modo omnino procedi debere quem ſuprà de mola ventoſa & aquoſa, tympaniti inquam & hydrope differentes, præſcripſimus.

Balneum. *Puluis.* *Emplaſtrum.*

De ſuperfluitatibus menſtruorum, & eorundem cura. CAPVT X.

QVemadmodum præter naturam menſes retineri poſſunt, ita præter naturam quoque fluere nimium: & vt ex retentis, ita ex abundantibus quoque ægritudines muliebribus, Hippocrate monente, poſſunt conciliari plurimæ. Vt autem naturalis menſium fluxus, quem menſtruam purgationem aliàs dicimus, in mulieribus bene corpore & ætate diſpoſitis naturaliter lunatione quauis fluere debet, à tertio inquam aut quarto poſt nouilunium die ad octauum vſque circiter: (licet & hic multa ſint diſcrimina ætatum, complexionum & habitudinis corporum) ita non naturalem fluxum dicimus, ſi modo dictum tempus exceſſerit. Hunc autem dupliciter contingere, id eſt, externis & internis de cauſis euenire videmus.

Fluxus mẽſium non naturalis.

Externæ cauſæ. Extrinſecæ cauſæ hæ ſunt, veluti ſi venula aliqua rumpatur in orificio aut collo matricis propter nimium

A mium aliquod exercitium vel læſionem ſubeuntem, puta ſubleuationem nimiam, percuſſionem, caſum, impetum aut exulcerationem. Ex abortu quoque partuq; difficili & matricis vlceribus tale quid poteſt contrahi. Contingit tamen aliquando tales fluxus in prægnantibus obſeruari ſingulis menſibus, quibus tamen neque debiliores fiant, neque vllum infanti alimentum ſubtrahant. Intrinſecæ cauſæ aut ex natura ipſa aut ſanguine æſtimantur. Ex natura, cum ea robuſtior ſanguinem expellit, debilior autem, retinere nequit. Ex ſanguine ipſo, cùm aut nimium calidus & acutus, aut nimium frigidus & tenuis exiſtit: rurſum quando otio nimioque cibo & potu, nimia ſanguini alimenta præbentur.

Signa autem certa occurrunt, quibus an externa vel interna de cauſa proueniant, certò deprehendi poſsit. Si externa de cauſa, veluti ex vena rupta, propter nimium aliquod exercitium, læſionem aut caſum contigerit, ſanguinis color primo rubens, mox verò niger & luridus erit. Si ſtatim diffluat, natiuo colore apparebit: retentus autem aliquandiu in matrice, tetro craſſoq; colore prodibit: ſi diutius illic manſerit, totus ſanioſus erit. Si autem propter vlcera matricis ſanguis fluxerit, primum clarus & tenuis, mox verò ſine omni dolore ſanioſus erit. Si naturæ virtus robuſtior expellat, tam ſine dolore fiet, vt corpus etiam alleuetur inſuper, eò quod natura non plus excernit niſi quod in qualitate aut quantitate abundat. Si propter defectum retentiuæ virtutis contigerit, guttatim, paulatim & inordinatè ſine intermiſſione fluet, ea verò quæ hunc fluxum patitur pallida, macilenta, membriſque penitus diſſoluta fiet, ipſe autem ſanguis natiuum colorem retinet, diffluenſque non vrit, mordet aut doloribus infeſtat. Huius autem *Signa cauſarum.*
B cauſæ fluxus mulieribus vt plurimum annum iam 50. ſuperantibus accidit, quando menſes ipſarum recedunt in vniuerſum. Iunioribus cum accidit, ex vehementibus paroxyſmis tertianæ, quartanæ & cephaleæ plerunq; contingit. Hæc enim natiuam virtutem diſsipant, talemque fluxum faciliter inducunt. Si a caliditate aut acrimonia ſanguinis prouenit, ipſe fluxus orificium matricis mordet, vrit, inflammat & corrodit. Hunc fluxum patiens, ſitim patitur maximam, labiaq; eius fiſſuris infeſtantur, ex acutiſsimis & calidiſsimis ſanguinis vaporibus ſurſum halantibus, enatis. In papillis mamillarum dolores ſentiuntur maximi propter earum cum matrice affinitatem. Sanguis croceus & niger eſt, nec copioſè fluit, licet impellatur vehementiùs. Si propter ſubtilitatem & tenuitatem ſanguinis oriatur, ſanguis ipſe purus & clarus eſt, fluxus verò modicus. Si mixtus calor fuerit, in matrice aliiſque notis obſeruabitur facile: ſi mixtum frigus, obſeruabitur itidem. Si propter liquiditatem fluidus extiterit, cauſa huius eſt male diſpoſita habitudo corporis, & concoctionum debilitas, ex abundantia multarum humiditatum & ventoſitatum in matrice concluſarum contracta. Quod ſi autem de humore fluxum impellente certam cupis tenere notitiam, pannum lineum leuiter ſanguini menſtruo intinctum reſpice. Huius color ſi ad rubedinem deflectat, à ſanguine: ſi ad citrinitatem, à bile: ſi ad albedinem à phlegmate: ſi verò ad nigrum, à melancholia, fluxus cauſam eſſe ſcias.

Notabis porrò, vbi fluxus tolerabilis extiterit, qui corpus non emaciet nec debilitet, ſed alleuet agiliuſque
C reddat, virtute naturali hunc impelli, hoc tantum quod in ſanguine nimium eſt excernente, eoque fluxum hunc reſtringi non debere. Si verò contrarium fiat, omnino reſtringendus eſt, ne ad febres bilioſas & cholericas propellat, eò quòd euacuato ſanguine bilis dominatur & exultat, & freno ſuo liberata, indomita moleſtat. Sanguis enim, vt vulgò dicitur, choleræ frenum exiſtit. Quia verò etiam naturalis calor ſanguine nutritur atque fouetur, eo diffluente, neceſſarium eſt caloris quoque defectum ſequi, eoque omnia membra frigeſcere, totum corpus debilitari, appetitum vniuerſum tolli, concoctiones impediri, tabem & hydropem, nec non alios quoque miſerrimos morbos tandem conſequi.

Quia verò non ſufficit ægritudinis tantùm diuerſitates nouiſſe, niſi & de conuenienti cura repellendi conſtet, deinceps de cura quoq; horũ, quæ delectiſsima videtur eſſe, pauca ex multis, afferemus. Quemadmodum autem internæ & externæ horum fluxuum cauſæ ſunt, ita etiam interna & externa cura erit. *Cura.*

Et primum quidem, ſi externa aliqua de cauſa fluxus contigerit, ante omnia diæta omniumq; rerum externarum vſus ad frigidum & ſiccum pro minuendo ſanguine inſtituendus erit. Multum itaque proderit lacte vel aqua, in qua chalybs extinctus ſit, omnes conuenientes cibos decoquere, & caulibus cum lentibus aut fabis decoctis veſci. Vel ſi placet, talis decoctio qua reliqui deinceps cibi decoquentur, primum parari poterit: ℞. Foliorum plãtaginis, florum verbaſci cum folijs an. ℳ.j. radicum ſymphyti, id eſt, conſolidæ maioris ℥.j. Miſce, & cum aqua vel lacte ferro extincto decoque, cola & exprime. Ex hac de-
D coctione omnes alij cibi parari poterunt, veluti amygdala, lentes, fabæ, milium, oryza, amylum & ſimilia. Ex carnibus aſſatæ præ elixis proderunt. Embammata quoque ex ſucco de ribes, acetoſæ & berberis parari, reliquiſque cibis miſceri poterunt. Aromatibus, omnibuſque quæ calidioris naturæ ſunt, inprimis verò croco abſtineat. Vinum rubeum craſſum bibat, aqua chalybeata lymphatum. In eo vino aurum quoque ſæpius extingui proderit. Exercitium nullum ſit, quies verò altiſsima. Somno multo vtatur, Venere in vniuerſum, vti præſentiſſimo veneno abſtineat. Conſtipata ex diutino fluxu aluus, modico clyſtere laxari poterit. Fluxum autem, niſi debilitatem aliquam induxerit, nullo modo reſtringes, ne naturæ ſuperflua ſponte excernenti te malo molimine opponas. Cæterùm quando neceſſitas poſtulauerit, tum demum fluxum hũc adſtringere proderit. Primum autem hoc puluere vtêris, de quo ʒ.j. cum aqua in qua aurum extinctum ſit, vna doſi ebibendum dabis. Puluis autem ſic parabitur: ℞. Terræ ſigillatæ, carabe, ſucci acaciæ ana ℥.s. hypociſthidos, cornu cerui loti & vſti, coaguli hœdi vel leporis ana ʒ.ij. corallij rubei præparati & triti ʒ.j. gummi Arabici, coſti, ſanguinis draconis, boli Armeniæ præparatæ ana ʒ.j.s. conſolidæ maioris, florum cydoniorum, corticum granatorum ana ʒ.j. margaritarum præparatarum ℈.j. mumiæ ʒ.s. myrtillorum, olibani ana ʒ j. lapides hæmatitæ, radicum nenupharis ana ʒ.j.s. Miſce omnia, & fiat puluis. Sequentem etiam hunc puluerem in ouo comedendum non inutiliter dabis: ℞. Boli Armeniæ præparatæ, terræ ſigillatæ, ſandali rubei, antheræ an. ℈.j.s. corticum granatorum, capitum glandium, nucis muſcatæ ana ʒ.s. Miſce & fiat puluis. Vel electuario hoc mane & veſperi vtatur;

℞. Antidoti Athanaſiæ, micletæ an. ℥.j. conſeruę roſarum veteris ℥.j.ſ. corticum granatorum, capitū glan A
dium, nucis muſcatæ, corallij rubei & præparati an. ℈.j.ſ. margarit. præparat. ℈.ſ terræ ſigillatæ ʒ.ſ. ſanguinis draconis, boli Armeniæ præparatę, lapidis hæmatitæ an ℈.j. Miſce cum ſyrupo granatorum q.ſ. & fiat electuariū. Adde ſi opus ſit philonij perſici ʒ.j. Contra ſitim autem aqua chalybeata ſyrupo cydoniorum & granatorum, & ſucco de ribes & acetoſæ ſimplicis mixta, pro potu erit præparanda. Quia verò in reſtringendo hoc fluxu vt plurimum compoſitis veteres medici non ſine laude vti conſueuerunt, deinceps ex his quoq; nonnulla afferemus. Electuarium ante omnia parabis, de quo ℥.ſ ſingulis dieb. mane vacuo adhuc ventriculo mulieri hunc fluxum patienti in vino rubeo chalybeato diſſolutam præbebis: ℞. Rad. conſolidæ maioris & plantaginis q ſ. Hæc bene cocta piſtentur, & per pannū equinis ſetis confectum colentur, deinde ℞. Paſtæ conſolidæ ℥.ij.ſ. rad. plantaginis ℥ j.ſ. ſacchari ℔.j. Saccharū in aqua pluuiali vel ferrata diſſolue, vel in aqua plantaginis in qua hæmatites lapis ad rubedinem vſq; diſſolutus ſit ſubige, mixtaq; omnia paruo lentoq; igni decoque, decoctis autem & infrigidatis parumper ſubſcriptas ſpecies adiice: ℞. Sāguinis draconis, ſucci acaciæ, ſeminis ſumach, terræ ſigillatæ, carabe, cornu cerui vſti & loti ana ʒ.j. margarit. præparat. ℈.iiij. corallij rubei præparati ʒ.j ſ. ſpodij, lapidis hæmatitæ, ſemin. apij ana ℈.ij. Trita miſce, & in forma ſolida electuarium in buccellas diuidendum confice. Vel aliud electuarium hoc modo prępara. ℞. Conſeruæ roſ antiquæ ℥ j. diacydoniō cum ſaccharo ſine ſpecieb ℥ i j. diarhodon ſpecierum abbatis, coralliorum rubeorum præparatorum & tritorum ℈.iiij. margarit. præparat. ʒ.j. trochiſcorum de carabe, de terra ſigillata ana ℈.ij. ſpodij, lapidis hæmatitæ, mumiæ an. ʒ ſ. Miſce cum B
ſyrupo granatorum, & fiat electuarium deauratum, de quo ſingulis dieb. mane & veſperi portio nucis caſtaneæ quantitate ſumatur, & è vino rubeo chalybeato diſſoluta bibatur. Pilulas etiam ſequētes ſingulis dieb. ieiuno adhuc ventriculo ſeptem ſemper vna doſi acceptis, ſumere licebit: ℞. Mumiæ, thuris, maſtiches, cornu cerui vſti & loti an. ʒ.ſ. coaguli leporis vel hœdi ℈ iiij. Miſce cum aqua plātaginis in qua diſſolutum ſit gummi Arabicum, & formentur pilulæ ad modum cicerum. Laudat in hoc caſu Meſue etiam pilulas de bdellio maiores & minores doſi ʒ.j. ſumēdas. Proſunt tamen & hæ ſequentes pilulæ. ℞. Terræ ſigillatæ, boli Armeniæ præparatæ, gallarum, ſanguinis draconis, coaguli hœdi ana ʒ.j. camphoræ ℈ ij. Miſce & cum ſyrupo myrtino pilulæ fiant, quarum doſis ſit ʒ.j. Non minus iam externæ quoq; curę foris adhibendæ quàm internæ hactenus pertractatæ ratio habēda eſt. Multa enim ſunt quæ externè adhibita mirè fluxib. his curandis inſeruiant. Primum autem encathiſmus talis eſt parandus: ℞. Caudæ equinæ, foliorum mori, pirorum, prunellorum, ſorborum, meſpilorū, corticum interiorum quercus, roſarum rubearum, virgæ paſtoris an. м.ij. gallarum, myrtillorum an. ℔.j. meſpilorum, ſorborum, capitum glādium an. ℔.ij. Miſce, & ex omnib. aqua ferro extincta decoctis encathiſmus fiat. Si encathiſmo hoc vti commodum non ſit, ſuffitum talem per embotum recipiendum præparabis: ℞. Colophoniæ ℥.ſ. ſpodij, boli Armeniæ, Blattæ Byzanthinę, papaueris nigri, hyoſcyami an. ʒ.ij. Miſce & fiat puluis craſſus. Vel hoc valde probato experimento vtendum: ℞. Corticum piceæ tritorū à coriariis, qui ad opus ſuum iis iam vſi fue- C
rint ℔.j gallarum partes ſeu nucleos interiores: racemos vel ſcapos vuarum aridos: hęc ſimul mixta bulliant in aqua chalybeata, illudque fomentum per embotum mulier in matricem dirigat: eoque facto, pro confortatione ex præſcripto electuario buccellam comedat. Mirè probatur etiam vnguentum Comitiſſæ, quod quia myropolis notum, non fuit opus huc adſcribere. Id autem ſi comparari non poſſit, vnguento ſequenti ſic parato vti licebit vtiliter: ℞. Olei myrtillorum ℥.iiij. ſucci plantaginis maioris ana ℥.ij. pulueris maſtiches ʒ ij. ſeminis ſumach, ſucci acacię, hypociſthidos, myrtillorum, terræ ſigillatæ, boli Armeniæ ana ʒ ij.ſ. ſpodij, hordei vſti, roſarum rubearum ana ʒ j. Miſce cum cera q.ſ. & fiat vnguentum. Epithema quoque vtile tale fiat: ℞. Succi conſolidæ maioris, plātaginis vtriuſque, pentaphylli ana partes æquales, aceti parum. Miſce omnia, iiſq; madefacta linteamina ventri & lumbis imponito. Vel aliud hac forma parabis: ℞. Succi acaciæ, hypociſthidos, pſidiæ, terræ ſigillatæ, trochiſcorum de carabe, colophoniæ ana ℥.ſ. Miſce & fiat puluis, quem cum ſucco plantaginis ſubactum cataplaſmatis modo ante & retrò adhibebis. Emplaſtrum quoque non inutile tale fiat: ℞. Pulueris cornu cerui vſti, chartæ combuſtæ, ſquamæ ferri ana ℥.j. capitum glandium ℥.ij. Miſce & fiat puluis, qui cum albumine oui, pauco aceto & aqua plantaginis ſubactus, fiat emplaſtrum. Aliud quoddam hoc modo parabitur: ℞. Maſtiches, olibani, mumiæ, ſanguinis draconis ana ℥.j. pſyllij vſti, aluminis, radicum ſymphyti, pſidiæ, balauſtiorum ana partes æquales omnium pulueriſatorum ℥.ſ. lumbricorum tritorum, thuris ana ʒ.ij. Miſce, & cum albumine oui, pauco aceto & aqua plantaginis fiat emplaſtrum. Aliud emplaſtrum epithematis modo vten D
dum, rurſum ſic fiat: ℞. Succum plantaginis aceto mixtum, in ea mixtura corium vaccinum liquefacito, deinde coquito, pannumque aliquoties complicatum ei decoctioni mergito, & vt epithema pro more imponito. Quod ſi omnibus his fruſtra vſus fueris, tandem his peſſariis, miram aſtringendi vim habentibus, vti poteris: ℞. Trypheræ magnæ, micletæ, athanaſiæ ana ℥ j hypociſthidos, ſucci acaciæ, boli Armeniæ, ſanguinis draconis, radicum conſolidæ maioris, arnogloſſi, gallarum, pſidiæ ana ʒ.j. Miſceantur & incorporentur omnia cum ſucco plantaginis & rutæ, fiantque peſſaria. Vel aliter: ℞. Gallarum immaturarum combuſtarum, aceto extinctarum ʒ.ij. gummi Arabici ʒ.ſ. ſanguinis draconis, pulueris radicum ſymphyti, ſumach, maſtiches, capitum glandium, hypociſthidos, acaciæ, cornu cerui vſti, colophoniæ, myrrhæ, ſcoriæ ferri ana ʒ.j. camphoræ ℈.j. Miſce & incorpora omnia ſimul cum ſuccis ſanguinariæ, ſemperuiuæ, ſolani, vermicularis & plantaginis q ſ. fiatq; peſſarium. Vel aliter: ℞. Cineris teſtarum ouorum combuſtarum, teſtarum de cancris, ſanguinis draconis, boli Armeniæ, ſtercoris bouini ſicci ana ʒ.ij. Marchaſitæ argenti vel auri diligentiſsimè triti ʒ.j. pilorum hircorum, leporum, bombacis, omnium combuſtorum, ana ʒ.ſ. Miſce cum ſucco rutæ & plantaginis q.ſ. & fiat peſſarium.

Si fluxus à caliditate ſanguinis fit, quomodo curandus.

Quod ſi autem nimia ſanguinis caliditas fluxum impulerit, magnamque ſitim pepererit, diæta ad frigidum & ſiccum declinanda erit, vſuſque rerum externarum omnium talis inſtituendus eſt qui corpus confirmet

A confirmet & vegetet. Potus eſto, aqua chalybeata, ſyrupo granatorum mixta. Electuarium autem tale primum parari poterit, de quo mane & veſperi & poſt cibum ſumptum buccellam quantitate nucis caſtaneæ comedat: ℞. Conſeruæ roſarum antiquæ ℥.j. diaolibani ℥.ij. corallij rubei & præparati ʒ j margarit. præparat. ℈.j. ſeminis cumini in aceto per diem infuſi ʒ j.s. menthæ ſiccæ ℈.iiij. olibani ℈.ij. maſtiches, nucis cupreſſi, radicis biſtortæ, ana ʒ.s. ſpicæ indicæ ℈.j. Terenda terantur, omnia cum ſyrupo de granatis q.ſ. ſubacta fiant electuarium deauratum.

Pilulis ſequentibus etiam vtendum erit quinque ex illis mane, vel tribus ante cœnam horis drachmæ pondere ſumptis:

℞. Thuris, maſtiches, mumiæ, aluminis, cornu cerui vſti & loti, nucum cupreſsi, coaguli leporis vel hœdi. ana ʒ.j gummi arabici ʒ.j. Miſce & cum ſucco cardui Mariæ fiat maſſa pilularum.

Laudantur hic & pilulæ de bdellio cum ſucco porri præparatæ.

Emplaſtrum hoc, vel ſolida, vel liquida forma vnguenti modo paratum, multam ante & retro perungendo mulierem vim habebit:

℞. Olei maſtiches ℥.ij. myrtini, ſucci menthæ, roſarum rubearum, ana ℥.j. pulueris maſtiches ℥.ij. nucum cupreſſi, mumiæ, biſtortę, olibani, myrtillorum, roſarum rubearum, ana ʒ ij. gypſi vſti, aluminis, gallarum, capitum glandium, ana ʒ j. boli Armeniæ, terræ ſigillatæ, ana ʒ.s. Ceræ albæ q.ſ. Miſce & fiat emplaſtrum. Hoc vnguento vncta ſequens cerotum ante retroq; impoſitum vſq; geſtare poterit:

B ℞. Maſtiches ℥ j.s. ladani, olibani, ana ʒ.ij. gallarum, nucum cupreſsi, biſtortæ, mumiæ, ana ʒ.j. myrrhæ, galbani, terræ ſigillatæ, ana ℈.ij.

Miſce cum oleo maſtichino & cera q. ſ. fiatque cerotum, quod ſupra corium album linitum ante retroque mulieri fluxum patienti imponatur. Proſunt in hoc caſu thermæ, non ſulphureæ, ſed cupro & alumine conſtantes.

Quod ſi autem ex ſola frigiditate ſanguinis fluxus ortus fuerit, tum eo omnino modo procedendum vt ſuprà in curanda ſterilitate phlegmatica præſcripſimus.

De retentionis menſtruorum cauſis & cura. CAPVT VI.

QVia verò de nimijs menſium fluxibus eorundemque cura priori capite docuimus, proximum eſt de retentione ipſorum aliquantulum quoque verba facere. Inde enim plurimæ ægritudines contrahuntur, ſi contra naturam detineantur, nec ſingulis lunationibus in mulieribus ætate & habitudine corporis bene diſpoſitis tanto fluxu quanto oportebat, alleuentur. Hanc autem externis & internis de cauſis contingere tenendum eſt.

Externæ cauſæ ſunt, aer nimis calidus, frigidus & ſiccus, cibi nimis calidi & ſtyptici, quibus humores aduruntur, corpus exiccatur & concoctiones impediuntur: cibi itē nimis frigidi, propter frigus nimium reliquos corporis humores congelantes, & reſtringendo ab exitu prohibentes. Ad has cauſas & hæ pertinent: vigilia nimia, ieiunium immodicum, intempeſtiua & ſubitanea quæuis corporis commotio, velut ira grandis, furor ſubitus, mœſtitia grauis, luctus ingens, ſolicitudo nimia, labor magnus, morbi maiores quiuis, paroxyſmi acuti, febris quartana, cephalæa, hectica pinguedo nimia, fluxus ſanguinis narium vel membri alicuius alterius, vlcera & apoſtemata grandia. *Cauſæ externæ.*

C

Internæ cauſæ ſunt, partim ex humoris vitio, partim verò ſine humoris vitio contractæ. Sine humoris vitio cauſæ ſunt, nimia caliditas, frigiditas & ſiccitas. Bilioſis enim propter caliditatem nimiam humores exiccantur, eoq; menſtrua retinentur. Melancholicis autem propter nimiam frigiditatem & ſiccitatem idem contingit. Quando autem ſine humoris vitio contingunt, qualitates in cauſam trahere oportet, licetque certis ſignis obſeruare ex quanam qualitate, rurſumque an ex ſimplici vel compoſita profecta ſint. Si ex frigiditate & ſiccitate, menſes fluent paucisſimi, color erit pallidus, deſiderium Veneris nullum, vrina tenuis, alba & ſine debita in fundo ſubſiſtentia. Si ex caliditate & ſiccitate, menſtrua erunt paucula, color eorum rubicundior. Veneris appetitus maior, vrina tenuis, rubicunda, ſubſiſtentia in fundo eius ferè nulla. Vt plurimum autem humoris vitio iſthæc retentio contingit, puta phlegmatis, choleræ & melancholiæ, ſanguinis verò nequaquam, quia illi propter dominantes humores reliquos in ſanguine retinentur tantùm. *Internæ.*

D Signa autem communia quibus obſeruatur humoris vitio retentionem hanc contractam eſſe, hæc ſunt, dolores inquam ab vmbilico ad pudenda vſque maximi, & circa renes, lumbos & coxas continui, capitis verò plurimi, nec non ſudores frigidi: oculorum ægritudines propter ipſorum cum matrice affinitatem multæ, palpebrarum triſtis grauitas, color pallidus, mœrores multi, frequens faſtidium cibi, appetitus inertes, membrorum debilitas, & grauedo totius corporis. Sed pro humorum qualitate hîc quoque maxima obſeruantur diſcrimina, vti ſequenti tractatione manifeſtum fiet. *Signa.*

Si à phlegmate cauſa ſit, mulieres palleſcunt, oculi liueſcunt, ſupercilia tument, frigus in fundo matricis ſentitur, craſſi & fœtidi humores interdum diffluunt, albi menſes ſtillant, vrina pallida, lactea, ſpiſſa craſſaque in fundo obſeruatur ſubſiſtentia. Vbi autem hæc cauſa obſeruata fuerit, primum diæta ad calidum & ſiccum dirigenda erit: deinde frigida iſthæc materia ſequenti ſyrupo ad purgationem erit emollienda & præparanda: ℞. Chamæpityos, chamædryos, origani, roſmarini, pulegij, ſaluiæ, ſiſymbrij, calamenti, mentaſtri, origani, thymi, ana M.j. foliorum ſenæ ℥.j. radicum ruſci, aſparagi, apij, petroſelini, raphani ſylueſtris, rubeæ maioris, valerianæ, ana ℥.j.s. granorum iuniperi ℥.iij. agarici ʒ.ij. ſeminis vrticæ, dauci, ameos, aniſi, maratri, coſti, an. ℥.s. *Cura.*

Miſceantur & conquaſſentur omnia, atque decoquantur in aquę fontanæ ℔.iij. ad medietatem colentur, & colaturæ addatur ſacchari q.ſ. aromatizetur cum cinamomi ʒ.ij. & fiat ſyrupus, cuius doſis ſint ℥.iij. Vel aliud digeſtiuum tale fiat:

℞. Oximelitis compoſiti ℥.iij.ſyrupi de artemiſia ℥.ij. aquarum artemiſiæ & meliſſæ, ana ℥.iiij.s.aro- A
Potio. matizetur cum cinamomi ʒ.j.Fiat potio tribus hauſtibus ſumenda. Præparata ad purgationem hoc modo materia,tum ſequenti potione erit expurganda:

℞. Caſsiæ bene pinguis & extractæ cum decoctione chamædryos ℥.j. cuſcutæ,liquiritiæ, polypodij, paſſularum,capillorum Veneris ana M.s.caſsiæ extractæ,electuarij Indi,ana ʒ.iij.ſyrupi de radicibus ſine aceto ℥.j.Miſce & cum iuſculo cicerum rubeorum fiat potus,cuius doſis ſit ℥.ij.

Pilulæ. Si pro potu pilulæ magis adlibuerint,his erit vtendum: ℞. Maſſarum pilularum fœtidarum, aggregatiuarum,ana ʒ.s.diagridij gr.iij.

Miſce cum ſyrupo de artemiſia,fiantque pilulæ,quarum vna vice IX.erunt ſumendæ.

Puluis. Vel puluis hic in iuſculo cicerum vel aqua lactis ſumendus, ſic parabitur: ℞. Turbit electi ʒ.j. vel ℈.iiij.zingiberis ʒ.s.ſalis gemmæ gr.vj.croci gran.ij.cinamomi gr.iij.ſacchari ʒ ij. Miſce & fiat puluis. Vel potione ſequenti vtendum: ℞. Benedictæ laxatiuæ,electuarij Indi, an.ʒ.ij. diacaſsiæ ʒ.iij. miſce cum aqua meliſſæ & artemiſiæ q.ſ. Et fiat hauſtus. Vel morſelli purgantes tales fiant: ℞. Roſ.rub.zingiberis,
Morſelli. cinamomi, an.ʒ.ij.ſandali albi & rubei, an.ʒ.j. hermodactylorum,eſulæ,ana ʒ.iij. turbit ʒ. iiij. diagridij
Infuſio. ʒ.ij.maſtiches ℈.j.ſacchari albi ℔.j.Diſſoluantur omnia hæc in aqua artemiſiæ, & fiat confectio in morſellis,cuius doſis ſit ʒ.iiij.Vel infuſione ſequenti vtendum: ℞. Agarici ℥.s.zingiberis ℈.ij. ſalis gemmæ ℈ s. infundantur in aquæ artemiſiæ ℥.iij.,adde oxymelitis ſquillitici ℥.j. Infundantur omnia hæc horis XII. deinde colentur,exprimantur & aromatizentur cum cinamomo & ſaccharo q.ſ.fiatq; potus. B

Balneum. Expurgata iam ſufficienter ſuperflua materia, proximum eſt vt tale balneum cui expurgata inſideat, præparetur: ℞. Sauinæ,calamenti,origani,meliſſæ, matricariæ,mentaſtri, pulegij,meliloti,chamæmali, an. M.ij.chelidoniæ,peucedani,praſsij,abſinthij,ana M.j.foliorum lauri,lauendulę,mercurialis,roſmarini,ozimi,florum ſambuci,ana M.iij.althææ cum radicibus M.iiij.artemiſię M.vj,radicum valerianę ℔.ij. Omnia hæc excepta artemiſia conquaſſentur,& ſacco concluſa in aqua bulliant,fiatque balneum.

Vnguentum. Balneo egreſſa lecto decumbat,& ſequenti vnguento infra vmbilicum & circa lumbos vngatur:

℞. Olei liliorum,amygdalorum dulcium,medullę cruris vituli,an.℥.j. muſcilaginis althææ,fœnogræci,ſeminis lini,ana ℥.j.ceræ q.ſ.Miſce trita,& fiat vnguentum.

Puluis. Hoc facto,de ſequēti puluere cochleare vnum plenum cum iuſta prioris decoctionis parte ſumptum, bene calidum ebibat:& deinde lecto decumbens quieſcat:

℞. Cinamomi electi,corticum caſsiæ fiſtulæ,ana ℥.s. caſsiæ ligneæ ʒ.iij.cro ʒ.j.s. ariſtolochiæ rotundæ,aſari,calami aromatici,corticum radicum capparis,coſti,dictamni, radicis tormentillæ, eryngij, laccæ,ana ℈.iiij.chamæpityos,foliorum lauri,origani, pulegij, zingiberis,calamenti, thymi, ſeminum leuiſtici,rutæ agreſtis,dauci,naſturtij agreſtis,hyſſopi,cubebarum,nigellæ,ameos,aniſi,marathri,baccarum lauri,ſerapini,ana ʒ.s.ſacchari ad pondus omnium. Miſce & fiat puluis. Si puluerem hunc hoc modo ſumere faſtidierit,confectio in morſellis,de quibus ſemper poſt balneum comedat,hoc modo fiat. ℞. Prędicti pulueris ſine ſaccharo ℥.j. ſacchari verò albi ℔.s. Diſſoluatur ſaccharum in decoctione priori vel aqua artemiſiæ q.ſ.& confectio in morſellis fiat. C

Probantur in hac cauſa à phlegmate profecta omnes calidiores thermæ multo ſulphure conſtantes, quales ſunt Badenſes noſtræ.

Quod ſi autem præſcripto balneo vti mulier non potuerit,iiij. M.ex prædictis ſpeciebus collectis ſumat,cum vino optimo decoquat,& fumum illarum per embotum recipiat.

Si & hoc ferendo impar fuerit,tamen ſequenti ſuffitu ſuffiatur:

℞. Amomi,galbani,ana ʒ.iij.aſſæ fœtidæ,caſtorei,Spodij,ana ʒ.j.

Miſce & fiat puluis,de quo vna vice ʒ j.prunæ iniecta ſuffitus in matricem tantùm recipiendus fiat.

Poſt ſuffitum factum his pillulis vtatur,vij.vna doſi ſumptis:

℞. Fructus ſauinæ ʒ.ij.rutæ ſiccæ ʒ.j.ſeminis rutæ agreſtis ʒ.s. aſſæ fœtidæ, lachrymæ Ammoniacæ, rubeæ tinctorum,ana ℈.j.myrrhæ,caſtorei,ana ℈.ij.cinamomi, piperis nigri, an.ʒ.s. Miſceantur omnia fiantq; puluis,& aqua artemiſiæ ſubigantur,& pillulæ ad modum cicerum formentur.

His omnibus peractis vtræque ſaphenæ in vtroque pede deſcendente luna aperiendæ erunt. Deinceps his peſſarijs vti licebit:

℞. Theriacæ, mithridatij, ana ʒ.s.caſtorei, lachrymæ ammoniacæ ʒ.j. Miſce cum bombace in ſucco mercuriali tincto,& fac peſſarium. Vel aliter: D

℞. Succi rutæ,abſinthij,ana partes æquales,myrrhæ,euphorbij,caſtorei,ſeminis ſauinæ,ana ʒ.j.s.Miſce & fiat peſſarium. Aliud pro mulieribus natura robuſtioribus ſic parari poterit:

℞. Ellebori albi,pyretri,ana ʒ.iij.nigellæ, diagridij, an.ʒ.j. Miſce cum ſucco mercurialis, & fiat peſſarium. Aliud,maioris efficaciæ tale fiat:

℞. Nigellæ,ſtaphiſagriæ, centaureæ minoris, ana ʒ.ij. ellebori albi,vitri, ſalis gemmæ, piperis nigri, diagridij ana ℈.ij. aloes,ladani,galbani,terebinthinæ claræ, ſtyracis calamitæ ana ʒ.iij. ambræ ℈.j. Miſceantur omnia, & calido piſtillo propter gummi incorporentur, & incluſa panno in mercuriali ſucco madefacto,fiant peſſaria. Vel aliter:

℞. Gentianæ ʒ.ij.ſauinæ, ſtaphiſagriæ, colocynthidis,nigellæ, ana ʒ.j.s. Incorporentur hæc omnia cum ſucco cucumeris aſinini,id eſt,elaterij,vel ſucco mercurialis,& fiant peſſaria.

Priora hæc ſi parum prodeſſe videntur, alia peſſaria hoc modo paranda erunt: ℞. Succi mercurialis, abſinthij,matricariæ,artemiſiæ ana ℥.iij. myrrhæ,euphorbij,caſtorei ana ʒ.ij.ſeminis ſauinæ, nigellæ ana ʒ.j.ladani,galbani an.ʒ.j.s. Terenda terantur,ſucci autem ad ſpiſſitudinem decoquantur, fiant peſſaria longitudine & craſſitudine vnius digiti.

Cæterùm ſi à bile menſtruorum retentio proueniat,in fundo matricis calor,ſiccitas,coarctatio & duri-

A rities quædam non ſine doloribus & puncturis obſeruabitur. Comitantur has notas, deſiderium Veneris, palpebrarum color citrinus, vrina rubea, menſes pauci coloris citrini ſemper. Ea autem cauſa cognita, vniuerſa diæta ad frigidum & ſiccum declinanda erit. Deinde ſuperflua materia ſequenti decoctione ad purgationem erit præparanda:

℞. Foliorum ſenæ ℥.j. artemiſiæ M.ij. capillorum Veneris, acetoſæ, endiuiæ, ſcolopendriæ, betonicæ, eupatorij, meliſſæ, mercurialis an. M.j. ſeminum quatuor frigidorum, agni caſti, dauci ſylueſtris, pœoniæ, aſparagi, abrotoni, endiuiæ, baſilici, milij ſolis ana ℥.s. roſarum rubearum, florum borraginis, violarum ana P.j. radicum rhabarbari electi ʒ j. valerianæ, ruſci, aſparagi, petroſelini, apij ana ℥.j. cyperi, ſpicæ ana ℥ j.s. cicerum, faſeolorum rubeorum, granorum iuniperi, fœnugræci an. P.j. Miſceantur & quaſſentur hæc omnia, & cum aquæ fontanæ ℔.iij. decoquantur ad medietatem vſque: colentur & colaturæ addatur ſacchari quantum ſufficit, & cum cinamomi ʒ.j s. aromatizetur. Huius decoctionis ℥.iij. quatuor continuis diebus mane vacuo adhuc ventriculo, vel veſperi tribus ante cœnam horis bene calidas bibendas præbebis. Si autem decoctionem hanc horruerit, ſequenti ſyrupo vtatur:

℞. Syrupi acetoſæ ſimplicis ℥.j. oxymelitis ſimplicis ℥.s. Miſce cum aquarum cichoreæ & endiuiæ ana ℥ j. & fiat hauſtus vnus. Vel aliter: *Syrupus.*

℞. Syrupi de roſis perſicis ℥.j. de endiuia ʒ.s. Miſce cum prædictæ decoctionis vel aquę endiuiæ ℥.ij. & fiat hauſtus vnus. Vel talia ſolutiua parare poteris:

B ℞. Mannæ ℥.s. elect. de ſucco roſarum, confectionis hamech, diacaſſiæ ana ʒ.j. ſyrupi violarum ℥.s. aquarum cichoreæ & endiuiæ ana ℥.j. Miſcendo fiat hauſtus vnus. Vel aliter:

℞. Rhabarbari electi ʒ.ij. ſpicæ nardi grana vj. Vino optimo conſperſa, in aqua lactis horis xij. infundito, deinde cola, & colaturæ adde mannæ, caſsiæ nouiter extractæ ana ℥.s. ſyrupi violarum ℥.j. Aromatizetur cum cinamomo quantum ſufficit & fiat potus ℥.iij. Materia ſuperflua his ſolutiuis iam ſufficienter expurgata, balneum mox cui inſideat tale eſt decoquendum:

℞. Altheæ cum radicibus M.iij. artemiſiæ M.ij. florum ſambuci, foliorum ſalicis, matris violarum, polytrichi ana M j. valerianę ℔.s. fœnogræci, ſeminis lini ana ℥.iij. ſalis communis ʒ ij. aluminis rochæ ℥.s. ſulphuris ʒ.j. Conquaſſentur, miſceantur & ſacco concludantur omnia, fiatque coquendo balneum, cui mulier inſideat. Proſunt in hoc caſu omnes aquæ alumine & cupro temperatæ. *Balneum.*

Balneo egreſſa ſemper circa lumbos & infra vmbilicum hoc vnguento perungatur: *Vnguentum.*

℞. Olei roſarum, amygdalorum dulcium, violarum, ana ℥ j. medullæ cruris vituli ℥.s. ʒ.ij. butyri ſine ſale, pinguedinis gallinæ, muſcilaginis fœnogræci, muſcilaginis ſeminis lini, ana ℥.s. Ceræ q. ſ. Et fiat vnguentum forma liquida.

Poſt vnctionem factam de ſequenti puluere cochleare vnum plenum in decoctionis adſcriptæ modico potu ſumat, & lecto decumbens quieſcat:

C ℞. Herbarum acetoſæ, meliſſæ, mercurialis, artemiſiæ, cicerum rubeorum, faſeolorum rubeorum, fœnugræci, radicis imperatoriæ, valerianæ an. M.s. Miſce cum vino quantum ſufficit, fiatque decoctio, coletur & colaturæ addantur ſequentis pulueris ℥ ij ſimulque bibantur bene calida:

℞. Corticum caſsiæ fiſtulæ, cyperi ana ʒ.j. radicis tormentillæ, pœoniæ à ſuperiori cortice mundatæ, cinamomi ana ʒ ij. croci, ſeminis dauci ſylueſtris, granorum pœoniæ an. ʒ. j. s. ſeminum agni caſti, apij, baſilici, petroſelini, mercurialis, aſparagi, milij ſolis ana ʒ.s. capillorum Veneris, polytrichi, chamæmali, betonicæ, eupatorij, ſpicæ nardi, ſquinanthi, lupulorum, endiuiæ ana ℈.j. ſacchari tantundem, miſce & fiat puluis.

Si puluere hoc prædicto modo vti non voluerit, confectio in tabulis fiat, quas balneo egreſſa aut ſolas comedat, aut præſcripto decocto diſſolutas ſumat Harum autem confectio talis ſit: ℞. præſcripti pulueris ſine ſaccharo ℥.j. ſacchari albi ℔.s. ſaccharum diſſoluatur aqua roſarum, ſubigatur puluis, fiantque tabulæ in morſellis. *Tabulæ.*

Si balneo hoc vti non placuerit, tamen fomento hoc vtatur: *Fomentum.*

℞. Abrotoni, aneti, artemiſiæ, chamæmeli, gallitrici, meliſſæ, mercurialis, florum ſambuci, roſarum rubearum ana M.j. fœnogræci, ſeminis lini ana ℔.s. Miſce omnia, fiatque decoctio cum vino quantum ſufficit, qua foueatur mulier.

D Vel ſequentem hunc ſuffitum per embotum recipiat: *Suffitus.*

℞. Seminis agni caſti ℥.j. aneti M.j. carui, coſti ana ℥.j. Miſce & fiat decoctio cum vino quantum ſufficit. Omnibus his peractis poſt diem quintum aut ſextum venæ malleoli vel ſaphenæ vtriuſque pedis aperiendæ ſunt, vel vno die tantùm vna, altero verò etiam altera. Proderit & in balneo ſudare, nec non circa coxas ventoſis cutem ſcarificare. Deinde & peſſarijs his vti licebit: *Peſſaria.*

℞. Boracis, amomi, myrrhæ, ariſtolochiæ rotundę, calami aromatici, caryophyllorum, maioranæ ana ʒ.j.s. diagridij grana x. Miſce cum ſuccis artemiſiæ, abſinthij & mentaſtri quantum ſufficit, fiatque naſale quo vtendum erit continuè. Vel aliter:

℞. Trypheræ magnæ ſine opio ℥.s. myrrhæ, calamenti montani ana ʒ. ij. rutæ recentis ʒ.iij. ſauinæ, radicum abrotoni ana ʒ.iiij. ladani, galbani, ſerapini, aſſæ fœtidæ ana ʒ.j.s. radicum rubeæ maioris, cyperi ana ʒ.j. Miſce & fiat puluis, ſed cum felle tauri & oleo liliorum fiat peſſarium. Vel ſequenti peſſario erit vtendum:

℞. Succi mercurialis, abſinthij, maioranæ, artemiſiæ, gallitrici, mentaſtri ana ℥.s. His ſuccis præſcriptos pulueres miſce, & peſſarium debita quantitate confice.

Quando autem ex melancholia menſtruorum retentio prouenerit, dolores & ſonitus in fundo matricis obſeruantur, propter ventoſitates ſimul mixtas & concluſas. Vrina tenuis, liuida & remiſſa erit: pannus eo fluxu tinctus colore lurido comparebit. Hac autem cauſa cognita, ante omnia diæta ad cali- *Quando ex melancholia ſuerit, quomodo curanda.*

dum & humidum eſt declinanda. Deinde ſuperans materia ſequenti decoctione vel digeſtiuo emollienda & ad purgationem erit præparanda: A

℞. Foliorum ſenæ ℥.j. herbarum calamenti, origani, artemiſiæ, ſtœchados, ſcolopendriæ, eupatorij ana M.s. florum borraginis, bugloſsi, violarum, capillorum veneris, chamædryos ana P.j. radicum apij, aſparagi, fœniculi, corticum rad. capparum ana ʒ.ij. liquiritiæ, paſſularum ana ℥.s. rhabarbari electi, agarici ana ʒ j. Miſce cum aqua fontana, & decoquatur vſque ad medietatem: cola deinde, & colaturæ adde ſacchari albi quantum ſufficit, & aromatizetur cum cinamomi ʒ.j. Ex decocto hoc toties infirmæ præbendum, donec materia ſatis emollita videatur eſſe.

Vel aliud digeſtiuum parabis hoc modo:

℞. Oxymelitis ſimplicis ℥.j ſyrupi de radicibus ℥.s. aquarum aſparagi & ſambuci ana ℥.j. aromatizetur cum cinamomo quantum ſufficit, & fiat hauſtus vnus. Materia autem ſatis emollita ſequenti potione erit expurganda:

℞. Capillorum Veneris, florum borraginis, bugloſsi, violarum, lupulorum, ſtœchados, chamædryos ana M.s. polypodij ʒ.iij. liquiritiæ, paſſularum ana ℥.s. Miſceantur & conquaſſentur omnia, fiatque decoctio cum aqua fontana quantum ſufficit ad medietatem vſque: cola deinde, & colaturæ adde Syrupi de epithymo, violarum, caſſiæ nouiter extractæ, mannæ ana ʒ. iij electuarij hamech, diafiniconis ana ʒ.j.s. Miſce & fiat minoratiuum. Vel ſi placet hoc modo fiat:

℞. Myrobalanorum Indorum ℥.s. citrinorum ʒ.ij. Infundantur in aqua lactis per horas xij. deinde exprimantur & colaturæ addantur, caſsiæ extractæ, mannæ ana ℥.s. pulueris epithymi ℈.ij. zingiberis grana vj. ſacchari quantum ſufficit. Miſce & fiat potus. In hoc caſu & pilulæ Indæ probantur maximè. B

Expurgata autem ſufficienter abundante materia, balnea quoque, fomenta, ſuffitus, vnguenta, pulueres, peſſaria inſtrui poterunt eo modo vti de phlegmate & cholera modò diximus, ſed non ſine peritorum medicorum conſilio. Iam enim de retentione menſtruorum certa de cauſa plura dicendi finem facimus.

* * *

CONCLVSIO.

HAEC ſunt, Lector humaniſsime, quæ pro inſtituta breuitate, de ſeminis & humanæ geniture origine, natura, conceptu, alteratione, incremento & perfectione: nec non de matricis habitu, diſpoſitione, natura, partibus, partuumq́ naturalium & non naturalium diuerſis formis infantibus viuis & mortuis & ſecundis quoque impellendis & extrahendis: rurſumq́ de falſis conceptibus vteriq́ tumoribus primariis, veluti mola, tympanite & hydrope, cum multa illorum curãdorum doctrina, ſimulq́ de geniture defectibus, infantibus imperfectis & monſtroſis partubus, conceptusq́ dignoſcendi & agnoſcendi rationibus: ſterilitatis item, conceptum generationemq́ impedientis, diuerſiſsimis ex cauſis orta ſigna & curas, cum variis ſterilitatis corrigendæ & fœcunditatis adiuuandæ præceptis, vnà cum potiſsimis matricis ægritudinibus, ſuffocatione, præcipitatione, nimio menſium fluxu eorundemq́ retentione, quæ & ipſæ conceptum prohibent, generandiq́ virtutem impediunt, ſimul adhibitis earum curis variis ac diuerſis, dare voluimus: quæ ſi grata tibi fore videbimus, aliquando & de puerperarum infantiumq́ recens natorum variis ægritudinibus curandis, quæ hinc inde à multis vtiliter prodita ſunt colligemus, & volente Domino publicæ vtilitatis gratia in lucem dabimus. C

F I N I S.

D

A

HIERONYMI MERCVRIALIS DE MORBIS MVLIEBRIBVS,

Liber Primus.

B *DE INSTRVMENTIS AD CONCEPTVM, ET EIVSDEM Nutritionem neceſſarÿs: dein qui & quot ſint Muliebres morbi.*

CAPVT I.

MVLTA quidem ſunt animalibus à natura tributa ſigna, vt ſexus inter ſe diſcerni poſſint, ſed ea potiſſimum tradita fuerunt, quæ à Conceptu, Partu & Educatione capiuntur. Neque enim robore, aut ferocitate poſſunt fœminæ & mares dignoſci, quandoquidem multa inueniuntur animalium genera, in quibus vel mas & fœmina æquè valent, vel fœminæ ſunt robuſtiores, vt de Vrſo dicebat Ariſtoteles, quod etiam conſtat de omnibus rapacibus auibus. Neque tantum animi operationes ſunt efficacia, ad diſtinguendos ſexus, argumenta. Quia licet in humano genere Ariſtoteles & Peripatetici dixerint: animi operationes in viris illuſtriores eſſe. Plato tamen in 7. de Leg. & Platonici omnes, exiſtimant & rectè, ad eadem animi ſtudia, & eaſdem operationes, æquè mulieres atque viros natos eſſe. Accedit autem & ratio, quoniam inſtrumenta, quæ animi operationibus inſeruiunt, neque plura, neque pauciora in mulieribus reperiuntur, quàm in viris. Ex quo non ſatis mirari poſſum Ariſtotelem, qui mulieres & fœminas omnes, monſtra quædam eſſe dixit: quoniam ſiue fœminarum vim in propaganda ſobole, quam natura ſpectat, intueamur, ſiue vtilitatem mulierum, ad bene beateque vitam gerendam ſpe-
C ctemus: ſiue copiam ipſarum conſideremus, proculdubio non monſtrum, vt dicebat Ariſtoteles, ſed potius, primò à natura ſpectatam fœminam, intelligemus. Itaque cùm nihil ſit, in quo magis fœmina à viro diſcerni poſſit, quam Conceptu, Partu & Educatione partus, non ob aliud hoc eſt, quàm quod natura mulieri largita eſt, quædam inſtrumenta ad Conceptum & Partum neceſſaria, quibus vel ſolis, vel maximè omnium fœmina, à mare diſtinguitur. Hæc verò inſtrumenta, cùm operationes proprias & peculiares habeant, non profectò aliundè habent, quàm ex temperatura particulari & conſtitutione. Quæ vbi ſe ſecundum naturã habet, iam hæc inſtrumenta propria ſanitate & propria vita fruuntur. Vbi verò temperatura aut hæc conſtitutio inſtrumentorum fuerit vitiata, neceſſariò decidunt à propria ſanitate, atq; ita *morbi* fiunt, qui ab Hippocrate & recentioribus omnibus, vocantur *Muliebres:* eò quòd contingunt circa ea inſtrumenta, quæ propria ſunt Mulierum, non autem communia Viris, ſcilicet circa inſtrumenta Conceptus, Partus & Nutritionis partus. Hactenus habetis, qui ſint propriè Muliebres morbi ſecundum veteres. *Quot verò ſint horum genera,* iam ex arte & methodo inueniendum eſt. Duo autem ſunt hæc inſtrumenta. Vterus & Mammæ: vterus, vt Conceptui & Partui deſeruiat: Mammæ quidem, vt nutritioni Partus: nam etſi Mammæ omnibus ſint hominibus à natura tributæ, nihilominus vt ſunt alterius finis gratia in Mulieribus, ſic quoque videntur alterius eſſe naturæ. In viris autem ſunt factæ Mammæ, vt tueantur Cor: in Fœminis verò, non ob id ſolum, ſed potiſſimum vt debeant miniſtrare fœtui, aut par-
D tui nutrimẽtum. Vteri quemadmodum & Mammarum duplicia debent eſſe officia: alia quidem propria & peculiaria: alia verò communia. Propria appello tria, videlicet Conceptum, Partum, & Menſtruorum purgationes. Communia nomino officia, Nutritionem, quæ fit alteratrice, attractrice, retentrice & expultrice, & tandem alia, quæ naturæ opera dicuntur. Primò ergo contingunt *morbi circa Vterum,* ſi læditur Conceptus: deinde ſi etiam læditur Partus: Poſtremò ſi læduntur Menſtruæ purgationes, quæ omnia dicuntur propria vteri opera. Conceptus læditur, vel quia nunquam concipitur, vel quia rariſsimè, & appellatur hic morbus *Sterilitas:* vel læditur, quia concipitur id quod non deberet, & eſt, quando *Mola* vocata, in vtero concipitur: nam ſi multum concipiatur, non eſt morbus, ſed potius fœcũditas, quanquam vt ſuo loco dicetur, Medici interdum cogantur hanc fœcunditatem retardare. Partus, læditur vel quia fit celeriùs quam deberet, & dicitur *Abortus,* ſiue aborſus: vel fit tardiùs, & eſt quãdo fœtus in vtero mortui non exeunt, quos Medici coguntur extrahere. Quo in loco notandum, interdum Medicos ſolum extrahere fœtus mortuos, nihil præterea curare: interdum verò laborare, vt mortuum conceptum extrahant, & ſimul conceptum alium in vtero viuentem conſeruent. Licet enim raró contingat, vt ex Gemellis vno mortuo, alter ſuperſit in vtero, tamen hoc poteſt fieri, & fit, ſic habet Plin. lib. 7. cap. 10. eos conceptus qui altero gemello mortuo ſuperſunt ac ſeruantur, vocatos eſſe *Vopiſcos.* Vel partus non fit vt deberet, & tunc fit aut cum dolore & labore, & dicitur *Difficilis partus:* aut fit, vt non deberet, veluti cum fœtus exeunt pedibus, non capite, qui partus in lib. citato Plinij, dicti ſunt à veteribus Aggrippę, eo quod ægrè

Sexuum dignatio vnde petenda.

Ariſtot. malè appellat mulieres monſtra.

Lib. 4. de generat. anim. cap 6.

1.

pariantur: aut non exit partus totus vt deberet, quemadmodum cum ſecundina relicta eſt, in qua educenda plurimum laborant Medici. Impediuntur autem operationes Menſtruorum, aut quia menſes non fluunt, & dicuntur à Medicis *Menſes ſuppreſſi*: aut non fluunt vt deberent fluere, & vocantur *Menſes diminuti*: aut non fluunt, quales deberent fluere, vt eſt *Fluxus muliebris*, ῥοῦς γυναικεῖος à Græcis vocatus: aut quemadmodum eſt *Gonorrhæa* in Mulieribus, quam inter fluxiones menſtruas connumero, quia mulieres hoc genus appellant *Menſes albos*. Quod ſi opera communia lædantur, vel eſt, ob ſimilares morbos, vel ob inſtrumentarios. Ob ſimilares, quando Vterus laborat aliqua intemperie, quæ aut nuda eſt, aut cum aliqua materia. Inſtrumentarij morbi ſunt vel in Continui ſolutione, vel in Mala conformatione: in Continui ſolutione, ſunt Vlcera & vulnera omnia. In mala conformatione ſunt, vel quando moles vteri tota augetur: augetur autem, aut ob humores, vt in *Hydrope Vteri*: aut ob flatum vt in *Vteri diſtentione*. Vel augetur non in tota mole vteri, ſed in parte, quod contingit, cum tumores præter naturam efficiuntur in aliqua vteri parte: aut cum Nympha vocata excreſcit, & *Cauda* à Paulo vocata, vel cùm Columella aut membrana illa, quæ genituram à vulua arcet, gignitur, de quibus Hipp. in lib. de natura mulierum. Aut fiunt denique morbi in conformatione, quando videlicet ſitus vteri permutatur: permutatur autem, quando vel ſurſum inclinat, vel deorſum, vel ad latera: ſi ſurſum, dicitur *Vteri aſcenſus*: ſi deorſum dicitur *Vteri procidentia*. Sed hoc loco notandum, tametſi diuinus Plato in Timæo ratione permutationis ſitus, dixerit vterum animal eſſe, eò quod mouetur de loco ad locum, tamen non propriè dicitur mutatio loci, ſed eſt veluti quædam extenſio & compreſſio. Præter dictos affectus eſt alter ferè communiſsimus omnium, qui *Vteri præfocatio* dicitur, quem morbum, non repoſui in his iam dictis generibus, quoniam videtur varia morborum genera conſequi. Sic itaque habetis omnia vteri affectuum genera, ex arte & methodo inuenta. A B

11. Morbi qui contingunt circa aliud inſtrumentum *Nutritionis* videlicet *fœtus*, & circa *Mammas*, hi quoque, vel offendunt opera mammarum communia, vel propria & peculiaria: offendunt inquam, primò & per ſe, quia ſæpè fit, vt non poſſit alterum, neque in Mammis neque in vtero offendi, niſi ſimul & alterum offendatur. Quæ impediunt opera communia primò & per ſe, ſunt *Tumores* omnes, *Vlcera*, *Intemperies*, quæ omnes affectiones, tametſi communes ſint cum viris, frequentius tamen apparent & gignuntur in mulieribus. Qui autem morbi offendũt operationes Mammarum proprias, ſunt illi, qui nutrimentum lædunt partus, quod quia Lac eſt, ea propter vt diuerſimodè læditur lac ipſum, ita quoque diuerſi fiunt morbi. Læditur autem Lac, vel quia non fit quantum deberet, & dicitur, *Lactis inopia*: vel fit, plus quam deberet, ita vt copia vehementer lædat, & *Lactis abundantia* vocatur: vel non fit quale deberet, ſed vel nimis ſubtile, aut nimis craſſum, aut in grumos concretum: quod genus lactis craſſioris & grumoſi appellatur à Medicis *Coloſtrum*, vnde coloſtrati vocantur pueri, qui hoc lacte veſcuntur,

Cap. 9. quanquam reperietis interdum, (vt apud Plin. libro 28) vocatos eſſe Coloſtratos, qui nutriuntur lacte mulieris prægnantis: vel Lac fit nimis acre, aut acidum. Atque tot ſunt affectus omnes muliebres, de quibus (ſi me Deus ſeruauerit) polliceor ampliſsimè tractaturum eſſe, ſi non explicitè, ſaltem implicitè, id eſt, ſi non ſeparatim ex toto, ſaltem coniunctim, quia multi ſunt ex his, qui ſimul copulantur, & vnam atque coniunctam curationem expoſtulant. In his autem tractandis, non alium ſeruabo *ordinem*, quàm mihi, & probatis autoribus familiarem: vt primo, tradam vniuſcuiuſque affectionis, nomen: ſecundò, naturam & eſſentiam affectus: tertiò, cauſas: quartò, ſigna: quintò & vltimò Curationem, itaque diligentes eſtote. C

DE STERILITATE. CAPVT II.

PRincipium capiam à Sterilitate, tribus rationibus: vna eſt, quia Sterilitas, mihi primò in methodo inuenta eſt: deinde, quia hic morbus omnium morborum muliebrium, eſt maximè & cognitu & curatu neceſſarius: eo quod per conceptum conſeruatur vita humana, per ſterilitatem propago noſtra deſtruitur. Vnde Theodorus Priſcianus dicebat, inter myſteria, quæ Medici circa mulieres faciunt, omnium maximè neceſſarium & glorioſum eſſe, illud ſtudium, quod impenditur circa conceptum. Vocatur hic morbus ab Hippocrate, & Platone, Ἀφορία. ab Ariſtotele, ἀτεκνία ab alijs interdum ἀγονία & στείρωσις Galenus, modò prædictis nominibus inuenitur vſus, modo Muliebrem ſterilitatem ἄτοκος ſiue ἀτοκίαν appellat, & medicamentum quod Sterilitatem facit ἀτόκιον. Latini omnes & Arabes nuncupant communi nomine Sterilitatem, hanc affectionem. Quare, *Sterilitas*, nihil aliud eſt, quàm quædam impotentia & difficultas mulieris, viro vtentis, ad concipiendum, ſub debito tempore. Impotentia & difficultas dicitur, quoniam etiamſi mulier ſemel tantùm concipiat, nihilominùs appellatur ſterilis, eò quod à natura comparatum eſt mulieri, vt ob conſeruationem & propagationem humanæ ſpeciei, non ſemel aut iterum, ſed ſæpius pariat. Et *aduertendum*, ad conſeruationem & propagationem ſpeciei, non tam referre vt conceptus numeroſi fiant, ita vt plures vno tempore concipiantur, quantum refert, vt vnus conceptus pluries efficiatur, & ratio eſt: quia conceptus, qui fiunt ſingulatim, ſunt magis vitales, quàm illi, qui ſunt numeroſi, & hoc declarare poſſunt plurima bruta, vt ſunt Vulpes, Canes & Lupi, quæ licent numeroſam prolem edant, vno conceptu, ipſorum tamen ſpecies minimè propagantur, eò quod ratione numeri conceptuum, partus fiunt imbecilliores: ex aduerſo equæ & alia bruta vno conceptu, vitales fœtus magis edunt. In deſcriptione Sterilitatis, inter alias partes hanc particulam poſui *Mulieris*, eò quod Sterilitas, non minus contingere ſolet propter viros, quàm propter Mulieres: verùm nos ſolùm de Mulieris Sterilitate tractare inſtituimus, eò quod hæc ſola eſt morbus muliebris. Dictum eſt (*Viro Vtentis*,) propterea, quod Virgines, Viduæ, & quæ non vtuntur viro, non poſſunt verè Steriles nuncupari, quia non vtuntur viro: quod autem poſsit Mulier ſine viro concipere, planè præter naturam eſt, niſi ſingulari Dei omnipotentis voluntate fiat. Nam ſcriptores & Medici naturales, qui poſt Chriſtum natum de re medica tractarunt, ſi dixerint, nunquam virginem concepiſſe, nunquam mulierem ſine viro, ducti D

Conceptus nullus fit abſq; viri congreſſu.

A ro, ducti ſolo lumine naturali,id dixerunt, eò quod non vel audierant miraculum Beatæ Virginis, vel non crediderant. Vnus Auerroes, 2.Collect.10. videtur crediidiſſe, mulierem ſine viro poſſe concipere, hoc enim refert ſibi relatum eſſe à vicina ſua,quæ in balneo conceperat ſine viri concubitu,in quod balneum,viri ſperma proiectum fuerat: ſed quod magis deridendum eſt,in eo Philoſopho, eo infantiæ venit,vt dixerit, ſe inueniſſe in quodam libro, hoc fieri poſſe, per facultatem vteri, erga ſperma attractricem: imò adde & aliam inſaniam, hanc rationem ſibi mirificè placuiſſe. Auerroi videtur adſtipulari Plinius qui in fine lib.36.haud abſimilem hiſtoriam narrat hiſce verbis: Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco eius apparuiſſe genitale è cinere Maſculini Sexus, eamque quæ inſederat ibi Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captiuam,conſurrexiſſe grauidam.Sed quia multi Auerrois autoritati ſunt addicti, & ipſi vel iniurato credunt, ne poſſit hæc falſitas alicuius animo inſidere, confodiamus ipſum armis & Philoſophi,& ipſiuſmet proprijs. Ariſtoteles 3.de Generatione animalium 5.& 6.damnat Herodotum & alios, qui exiſtimabant piſces & Ibim auem ad inuicem ore coire & concipere: damnans hos, duabus vtitur rationibus: Prima, quod ab ore ad vterum non eſt via, propterea non poteſt ſemen ex ore deriuari in vuluam. Secunda, quod ſi ſemen à piſcibus primo ore comprehenderetur, tunc alteraretur, alteratum generationi ineptum fieret. Accipio item hanc rationem aduerſus Auerroem: ſi ſemen in ore ita primùm alteratur,vt reddatur ineptum generationi, eò quòd concoqueretur à calore natiuo; quantò magis ſemen proiectum in aquam alterabitur & ineptum reddetur,cùm in aqua non ſit calor naturalis? Ergo videtur omnino abſurdum, poſſe ſemen in aqua ad conceptum efficax conſeruari.
B Sed hoc teſtimonium forſan videtur debile, illud verò multò efficacius eſt, quod ſumitur ex ipſomet Ariſtotele 2. de Generatione animal.2. quo in loco, ſcribit ſeminis naturam ſpumeam eſſe & ideo albicare,hoc probat: quia ſi ſemen vel tantillum ſub aere permaneat,ſtatim liqueſcit & conſumitur ſpuma,ſpiritus exeunt,ita vt omnino ineptum & quaſi ſemen aquoſum euadat. Si igitur ab aere alteratum ſemen, ita inefficax euadit,quantò magis,ô Auerroes, alterabitur in aqua? Imò ipſemet Auerroes eodem cap. in fine,quaſi ſui immemor ſcribit:ſi ſemen vel tantillum ab aere tangatur,corrumpi:ergo magis corrumpetur,ſi tangatur ab aqua.Sed video fautores Auerrois ſtatim dicturos,ſemen proiectum in balneo,non tactum fuiſſe ab aere,ſed ſtatim attractum à matrice. Sed hæ rationes nihil valent. Nam ſemen,vt ab Ariſtotele dictum eſt,natura ſpumoſum eſt. ſpuma verò, ſemper ſupernatat, ergo neceſſum fuit,vt tangeretur ab aere. Præterea non eſt dubitandum,quin ingreſſa ſit Balneum, poſt aliquod tempus,vnde tantum tempus adfuit, vt debuerit neceſſariò corrumpi ſemen. Poſtremò Ariſtot.1.de Generatione animalium 6.ſcribit: animalia quæ habeant penem longum,eſſe infœcunda, adfert rationem,quia in longo illo ductu,ſemen refrigeratur,refrigeratum autem fit inefficax: quod ſi verum eſt,miror Auerroem,quo modo potuerit eò dementiæ venire, vt crediderit, ſemen per longum aquæ ductum, ingredi matricem & adhuc eſſe aptum generationi. Quare ceſſent hæ nugæ, neque vnquam Auerroi hoc in loco fides habeatur.
C Dictum eſt *ad concipiendum*, quoniam Moſchio autor Græcus & Cleopatra, qui de morbis Muliebribus ſcripſerunt, videntur ſub nomine Sterilitatis, complecti & Aborſum: ſed hoc valdè improprium eſt, & Sterilitas dicitur tantum de ijs,quæ non concipiunt, quoniam vt habet Hippocrates libro de Sterilibus, inueniuntur mulieres, quæ concipiunt & ſemper abortiunt, quæ tamen verè nunquam Steriles appellantur. Addidi poſtremo loco *ſub debito tempore*, quoniam naturaliter Mulieres,ante 12.annum & poſt 50. non concipiunt,ita vt ante 12.& poſt 50.annum,non appellentur Steriles, eo quod hæc tempora non ſunt debita conceptui. Dixi naturaliter, quoniam miraculo diuino factum fuit, vt Eliſabeth Septuagenaria, conceperit: Sed quis obſtabit, producens autoritatem Agatharchidis & Plinij lib. 7.cap.2. qui referunt, apud Indos eſſe quoſdam populos, qui Mandri & Calingæ vocantur, quarum fœminæ,apud illos quinto anno,& ſeptimo concipiunt & pariunt. Sauonarola autor fide dignus,narrat ſe vidiſſe puellam 9.annorum, quæ conceperit. Reſpondeo,hoc aut fabuloſum eſſe,aut non perueniſſe ad cognitionem Philoſophorum & Medicorum.

CAVSAE STERILITATIS.

IAm cauſæ Sterilitatis aggrediendæ ſunt,circa quas multæ & variæ fuerunt ſcriptorum lites. Stoici, vt memorat Galenus,in Hiſtoria Philoſophica, fuerunt huius opinionis, omnem cauſam Sterilitatis,
D eſſe attribuendam diſconuenientiæ Mulieris cum Viro, ita vt dicantur aliquæ mulieres Steriles,propterea, quòd non rectè conueniant, cùm hoc, vel illo viro. Quam ſententiam, videtur ſecutus Lucretius 4. de natura,vbi improbans vulgi opinionem, quòd Sterilitatem Deo attribuant, poſt multas cauſas relatas Sterilitatis virorum,inquit, fieri mulieres Steriles,quòd non conueniant viris. Probat exemplo, quoniam ſi Mulier copuletur vni viro, & non concipiat, ſi alteri copuletur, concipiet: cuius cauſa eſt,quia conuenit cum hoc & non cum illo. Ariſtoteles & eius ſequaces, vt habetis ex Alberto Magno, 16. de Animantibus 1. videntur ſolummodo duas cauſas agnouiſſe Sterilitatis in Muliere,ſcilicet *Qualitates vteri & Situm*. Hoc dixit Ariſtoteles & Peripatetici, quia fuêre in hac opinione, Mulierem non emittere ſemen vtile conceptui, vt videre eſt, 2. de Generatione animalium 4. At nos, qui Medici ſumus, per aliam viam incedamus,ad inueniendas cauſas, cum Hippocrate lib. de Sterilibus: cum Galeno,lib.de Semine: cum Auicenna,duodecimo tertij & decimo de animantibus. Etenim ſterilitatis cauſæ,aliæ ſunt *Internæ*,aliæ verò *Externæ*. *Internæ* ſunt,vel ex parte vteri,vel ex parte Seminis & Menſtruorum,vel ex parte corporis. Quæ omnes cauſæ & poſſunt eſſe à natura & à Morbo. Rhaſes tertio Continentis & alij Arabes,addiderunt hîc & aliam,ſcilicet proprietatem occultam. Putarunt quidem iſti, interdum mulieres nulla euidenti cauſa, ſed occulta ſolùm non concipere: quòd & veteres, vt etiam multi populi hodie,Dijs ipſis (nec immeritò) adſcribunt. *Externæ* autem, aut ſunt ex Aere, aut ex Motu & Quiete,aut ex Animi paſsionibus,vel ex Vſu veneris,vel ex Potu & Cibis.Hi ſunt omnes loci & fontes,

à quibus per methodum poſſunt comparari cauſæ Sterilitatis. Sed videamus cauſas *Internas*, quæ qui- A
dem *ex parte vteri* ſunt, vt dicit Auerroes 6. Collecta, aut mala complexio nuda, aut cum materia, aut ma-
la formatio, aut continui ſolutio. De intemperie, habetis oraculum Hippocratis quinto Aphoriſmo ſe-
xageſimo ſecundo. Vbi diligentiſſimè Galenus omnia ferè quæ ad hanc partem pertinent, rimatus eſt,
quo in loco dicebat Galenus, quod vbi Mulier vterum temperatum habet, fœcunda eſt: vbi verò intem-
peratum, vel eſt multum intemperatus, vel modicè. Si multùm, nunquam fit conceptio: ſi verò modicè,
fit conceptio, ſed difficulter. Et exemplum adfert de Terra, quæ ſi nimis ferueat, proculdubio nihil pro-
ducit, quod videre eſt in terris prope fornaces & apud Thermas, in quibus locis, ob inſignem calorem
nihil producitur. Terra quoque lutoſa & nimis humida, nihil producit. Terra arida & arenoſa & ſaxa,
nihil producunt: ſic vterus, ſi vel nimis caleat, vel nimis frigidus ſit, vel nimis ſiccus, aut humidus, nihil
concipit. Sed hoc loco notandum, quod monuit Auenzoar, libro 2. Tractat 5. cap. 1. vbi dicebat, non o-
mnes humidas intemperies vteri, prohibere conceptionem, ſed ſolùm eam, quæ fluxa eſt, vt aqua, id eſt,
non nudam intemperiem humidam, Sterilitatem facere, ſed intemperiem humidam cum materia. Ob-
ijcies ſi verum eſt, cur ergo Galenus, loco citato ſcribit, Mulierem, quæ vterum frigidum habet, ſi viro
calido iungatur, fieri fœcundam: non ergo, ſemper intemperies vteri, producit Sterilitatem. Reſpon-
deo dupliciter: primò quando Galenus ſcribit, habentes vterum frigidum, ſi viro iungantur calido, fieri
fœcundas, loquitur de ijs, non quæ valdè frigidum habent, ſed de ijs, quæ modicè habent frigidum vte- B
rum, quas difficulter quidem concipere diximus, non eſſe tamen perfectè Steriles. Vel reſponderi po-
teſt, mulieres intemperatas, vtpote frigidiores, ſi viro calido iungantur, calore viri, fieri temperatas, ita
vt antequam concipiant, vterus fiat temperatus; & propterea concipit, quia depoſuit illam intempe-
riem, & poteſtis videre circa hanc rem locum Galeni ibidem, lib. 1. variarum lectionum noſtrarum cor-
rectum. De mala conformatione vteri, clarum eſt, hanc quoque producere Sterilitatem, ſiue ſit propter
Morbum, ſiue propter naturam: quia, vt docet Ariſtoteles, 2. de Generatione animalium, capite 4. repe-
riuntur nonnullæ Mulieres, quæ à natura ita partes genitales oblæſas habent, vt omnino concipere non
poſsint; hæc verò læſio, ſiue Morboſa, ſiue naturalis eſt, vel quia vterus ſit anguſtior, vt habetur apud
Hippocratem lib. de Superfœtatione, præſertim anguſtior ſecundum os, vel quia omnem aſperitatem
amiſit, læuior eſt, vel quia tortuoſus, vel quia profundus, vt notat Auicenna, de Animalibus 10. Fit verò
tortuoſus, vt docet Hippocrates primo de Morbis muliebribus, non modò quando anguſtus eſt vte-
rus, verùm etiam, quando ceruix vteri poſita eſt vltra pudendum: vel quando Mulier cum viro conſue-
tudinem non habet: vel, quando venter magis quàm opus ſit, exinanitur. Fit etiam hæc oblæſio, vt ſcri-
bit Aetius lib. vltimo 26. quando matrici ſiue foramini obducta eſt membrana: atque hæc licet ſint à na-
tura, ſunt tamen & interdum à morbo. Rurſus, à morbo fit læſio multipliciter, in conformatione vteri,
pro Sterilitate. Exempli gratia, ſi vterus decidat à proprio loco ad ſiniſtrum, aut dextrum, ita vt natura-
lem non ſeruet ſitum; ſimiliter, ſi tumeat vterus, de qua re loquens Auicenna, ſcribit, aliquas mulieres C
eſſe, quibus ob quandam propriam conditionem, vterus facilè tumet, propter quod etiam os ſtrictiſſi-
mè clauditur, ob conſtricturam fit ineptus vterus ad concipiendum. Sic tumores omnes vteri, vt Scir-
rhus, Oedema & alij tumores, ſunt cauſæ impedientes conceptum, præſertim tumor ex Hydrope: Nam
dicit Auicenna, ex ægritudinibus Matricis, quæ conceptum impediunt, potiſſimum eſſe Hydropem.
Vlcera ſimiliter, Plagæ item vtero illatæ Sterilitatem efficiunt. Sed ſummatim Hippocrates ſecundo
Prorrheticorum ſcribit: vterus qui conceptui aptus futurus eſt, has habeat conditiones, vt neque retra-
ctus ſit, neque pronus, neque os etiam auerſum ſit, neque contuſum, neque euerſum. Circa has cauſas,
eſt *dubitatio*, quomodo Hydrops ex Auicenna faciat Sterilitatem: cauſa dubitandi eſt, quia Hippocr. 1. de
Morbis ſcribit, ſi mulier in vtero habeat, & fiat Hydrops, corrumpitur fœtus. Vnde etiam in Hydropico
vtero poſſe fieri conceptum, quotidiana etiam experientia probatur, mulierem videlicet non ſolùm con
ceptum & Hydropem ſimul habere in vtero, ſed etiam cum Hydrope, partum ad maturitatem perduce-
re. Nam Hippocr. lib. de Aere, aquis & locis, dicit: apud Scythas mulieres ſæpe decipi, eò quòd exiſti-
mant ſe in vtero habere fœtum & Hydropicæ ſunt: Imo anno elapſo, Venetijs fuere nobiles Mulieres,
quas Medici putabant ſolùm Hydropicas eſſe, & tamen inuentæ ſunt, vna cum aqua conceptum habuiſ-
ſe. Pro dubitatione, ſciendum eſt, aliud eſſe conceptum fieri in vtero Hydrope laborante, aliud verò,
quòd poſt conceptum fiat Hydrops. In vtero Hydrope laborante, impoſsibile eſt, quod fiat conceptus, D
quia vt in terra lutoſa & aquoſa non gignitur, neque alitur planta, ſic neque in vtero aquoſo fieri partus
poteſt, poſt conceptum poteſt Hydrops gigni in vtero, & hoc eſt, quod Hippocr. dixit, & experientia,
comprobatur. Cauſæ internæ *ex parte ſeminis & menſtruorum* ſunt, ſecundum Medicos, variæ. Dico ſe-
cundum Medicos, quia Ariſtoteles & Peripatetici, non cognouerunt ſemen mulieris: ſunt verò, quia vel
menſtrua nimis fluunt, vel non fluunt, qualia deberent. Si non fluunt, vt habet Ariſtot. 4. de Generatio-
ne animal. rariſſimè fit conceptus. Ratio eſt, quia cùm menſtrua ſint materia generationis, ſi non fluunt,
deeſt materia generationis, & idcirco, fieri haudquaquam poteſt conceptio. Si verò nimis fluunt, eſt,
quia debilis redditur vis & facultas vteri, propter quam debilitatem non attrahitur ſemen, neque ſi at-
trahitur, poteſt ad matricem perduci: propter quam cauſam (vt ego exiſtimo) vt & propter alias, veti-
tum fuit Legibus antiquitus, vt non haberetur conſuetudo cùm muliere laborante menſtruis, eo quod
tunc temporis, debilis eſt, & perturbata vis vteri Sed dixi, hoc quam rariſsimè contingere, vt in fluenti-
bus menſibus fiat conceptio, quia, vt meminit Ariſtoteles, interdum etiam concipiunt laborantes men-
ſtruis: imò verò Galenus lib. de ſect. vul. cap. vltimo imitatus Hippocr. lib. 1. de Morb. muliebr. ad con-
cipiendum laudauit, vt vel ceſſantibus vel inchoantibus menſtruis venus exerceatur. Si fluant menſes,
ſed non quales deberent fluere, vt ſi fluant aquoſiores, ſi albi, rariſſimè fit conceptio, Steriles eſſe ſolent,
eò quod vterus ſit malè affectus, eo enim laborante, proculdubio generatrix vis læditur. læditur autem

vterus

A vterus vel vt pars ſimilaris quando intemperie aliqua laborat,vel vt inſtrumentalis, quando tumore ali-
quo afficitur, vel debita figura ac ſitu non potitur. nam in primo de Morb.muliebr. ſcribit Hippocr. vbi
os vteri diſtortum eſt, non recipi ſemen & conſequenter ſterilitatem induci. Cauſæ ex parte Seminis,
ſunt eædem in muliere, quæ etiam in viro, quia ſemen fit aut nimis calidum, frigidum, aridum, fluxum:
aut quia in pauca quantitate mittitur: aut quia aliena & inimica conceptui qualitate præditum eſt. Dico
hæc,quia nullam video rationem quæ mihi ſatisfaciat,ob quam poſſimus dicere mulas ſteriles: niſi quia
ſemen mularum eſt qualitate inimica præditum. Scio,Ariſtotelem & alios veteres,in tradenda hac cau-
ſa laboraſſe,ſed nullam inuenerunt quæ ſatisfaciat. Cauſæ *ex parte habitus corporis*,ſunt,vt docet Hippoc.
libro de Sterilitate,lib.de Superfœtat.& 5. Aphoriſm.46. quia vel nimis craſſæ ſunt mulieres, vel nimis
tenues. Cur mulieres craſſæ non concipiant, adferunt ferè omnes hanc rationem, quia præ craſsitie &
pinguedine, os vteri clauditur, ita quod ineptum quodammodo reddatur, ſemini trahendo: Sed eſt &
altera ratio,non inferior, quam ſumo ex Ariſtot.1.de Generatione animal.& 2 de Partibus animal.cap.5.
ſcribente,corpora pinguia & craſſa, vt plurimum eſſe infœcũda, eo quod tota facultas & ferè maior pars
materiæ ſeminis, abſumitur in pinguedinem & craſsitiem. Sed aduertendum, hoc etiam non eſſe per-
petuum,præſertim in ijs,quæ ſunt à primo ortu pingues & craſſæ:ſed ſolùm eſſe verum in illis,quę præ-
ter naturam & per accidens, euaſerunt pinguiores & craſſiores. Ita namque ſcriptum eſt, ab Hippocr.
B lib.de Aere, aquis & locis, mulieres Scytharum ob magnam pinguedinem, ſæpè ſteriles fieri, eo quod
os vteri,pinguedine repletum,ita clauditur, vt genituram non admittat. Cur verò Mulieres tenuiores
ſint conceptioni inutiles, non clarè expreſsit Hippocr. Auicenna videtur commẽtus hanc cauſam,quòd
propter tenuitatem os vteri perpetuo hiat,propter quam continuam hiationem,ſemen effluit,neque po
teſt contineri in vtero, & euadere in conceptum. Sed puto aliam eſſe cauſam, quia vteri conſtitutio, ſe-
quitur conſtitutionem totius corporis, ſi corpus eſt tenue, vteri ſubſtantia tenuis eſt. Tenuitas vteri,
prohibet conceptum,duabus rationibus. Vna, quia minus tenuitate fouetur & conſeruatur calor nati-
uus,ad hæc, ſubſtantia vteri, rarior eſt in tenuitate, & propter raritatem non adhæret ſemen, ſed veluti
tranſſudat & perſpirat eius vis. Aetius libro vltimo,his cauſis pertinentibus ad habitum corporis, addi-
dit & alias quinque: ſi mulier nimis procera ſit, ſi nimis parua, ſi lumbos & ſuperiorem ventrem angu-
ſtum habeat,ſi mamillas tenues & anguſtas. Sed poſſunt addi ex Hippocrate 2. Prorrheticorum, quòd
mulier parua, magis apta eſt conceptui quàm procera, eò quod in proceritate conſumitur materia ge-
nerationis, in paruitate non ita, quia poteſt eſſe paruum corpus, in quo tamen ſit materia ſeminis ſuffi-
ciens generationi. Sic quoque dicebat Hippocrates. tenues aptiores eſſe conceptui, quàm craſſas: al-
bas,quàm rubicundas. Tot ſunt cauſæ internæ Sterilitatis. *Externæ*, quæ non ſunt inutiliores cognitu,
etiam referendæ ſunt,inter quas, primò Aer ſeſe offert, ſub quo comprehendes conſtitutiones Tempo-
rum & Regiones. Nemini enim dubium eſt,quoſdam eſſe Aeres & quoſdam Cœlos,ſub quibus,non ita
C mulieres concipiunt, quemadmodum ſub alijs,id quod teſtatur Hippocrates,de Scytharum populis, &
fere omnibus Septentrionalibus, quod quanquam Aſtronomi aliquando aſcripſerint ſideribus, eſt ta-
men vera cauſa,in Aeris conſtitutionem, referenda. Conſtitutiones quoque temporum & temperatu-
ræ,multum præſtant ad conceptum: quia tametſi vnus homo quolibet tempore concipere videatur, ſe-
cus quàm bruta, quæ certum tempus conceptionis habent, tamen etiam in humano genere, non nihil
diſcriminis habetur, quia tempore frigidiſsimo. vt media hyeme mulieres ſteriliores ſunt, quàm ſint in
æſtate,de qua re habetis præclariſsimam apud Heſiodum ſententiam, in libro Operis & diei,relatam e-
tiam ab Ariſtotele,in problemat. Aeſtate mulieres venerè magis appetere,quàm Hyeme. Motus etiam
& Quies,non parum conferunt ad conceptum prohibendum,eò quod nimius motus,conſumit humo-
res & ſanguinem,quibus conſumptis,deficit materia conceptus: nam propter hanc rationem, exiſtimo
Ruſticas mulieres,Vrbanis eſſe ſteriliores,quia ob continuos motus, & labores, conſumitur in eis ma-
teria apta conceptui & neceſſaria. Quod quoque dicendum de Mulieribus Barbarorum, quos dicebat
Ariſtoteles in œconomicis, vti mulieribus, pro ſeruis & bobus. Quies pariter immodica, Sterilitatem
inducit,& ratio eſt,quia ex conſumato otio, vt habet Ariſtoteles lib.primo de Generatione animalium,
vteri replentur pituita & muco,qui duo facit,refrigerat vterum,& Semen attractum ſuffocat, & corrum-
pit prorſus. Paſsiones animi,quod mirificè Sterilitatem inducant,certum eſt: Memini me legere apud
D quendam,mulierem ſi in coitu ploret, non poſſe concipere, ſic etiam faciunt nimius Timor, Mœror, &
Ira immodica. Et quanquam Ariſtoteles libro primo de Generatione animalium ſcribit,mulierem ſæpe
concipere ſine coitus voluptate, tamen hoc apud Medicos non eſt receptum: quia Ariſtoteles, qui vo-
luit Mulieres ſolùm vas & locum præſtare generationi, hoc aſſeruiſſe videtur.Medici verò nequaquam,
qui volunt paulominus concurrere fœminam ad generationem, quàm virum, & hoc eſt, quod Aetius
libro vltimo, capite vigeſimoſexto prudenter dixit: Coitus inuitos Mulierum, Steriles eſſe & inanes,
amorem vero conciliare genituram & conceptus. Sed eſt & in amore menſura in concipiendo,propter-
ea quòd Rhaſes,autor grauiſsimus, nono Continentis dicebat, mulieres, ſi nimis ardeant amore, non
concipere,quia effunditur ſemen in coitu,antequam ſit opus. Coitus ſimiliter immodicus,maximè con
fert ad Sterilitatem introducendam, quia ſi frequenter mulieres vtantur concubitu, fiunt Steriles, pro-
pter quod Scorta infœcunda ſunt. *Cur vero*, Scorta infœcunda ſint, & Mulieres etiam frequenter coitu
vtentes,variæ à ſcriptoribus ſunt allatæ rationes. Diocles Medicus, habuit hanc opinionem, ideò eſſe
ſteriles has mulieres,quia in coitu frequenti,non effundunt ſemen, propter quod Meſſalina illa impera-
trix,mulier proſtitutæ libidinis dicebat: etſi à viro centies in die calcaretur,ſe quidem laſſari,non autem
ſatiari,eò quod ſemen non emittebat. Attulit & aliam cauſam,quia ex frequenti coitu,vulua callum con
trahit & aſperitates amittit, vnde ſemen non poteſt contineri, vel etiam quia vterus ipſe, reſoluitur & v-
teri ſubſtantia. Sic quoque raritas coitus, vt dicebat Rhaſes, facit Sterilitatem. Ratio eſt, quia ſi rarius

concumbant Mulieres, os nimis ſtrictum euadit, ita vt non poſſit ſemen niſi magno labore trahi intrò A
Eſt & aliud, quod peto, audiatis ſine riſu, ſcilicet forma & Ratio concubitus: quia, ſi Mulieres in concu
bitu retractent clunes & frequenter agitent, non concipiunt. Rationem adfert Lucretius Philoſophus,
4. de natura, his duobus verſibus:

Ejicit enim ſulci media regione viaque
Venerem, atque locu auertit ſeminis ictus.

Hac ratione dicebat Lucretius, doctas meretrices frequenter clunes agitare, non vt delectentur, ſed vt
non fiant grauidæ. Sic quoq; ex potu Aquarum, fit ſæpe Sterilitas, quia ſi aquæ ſunt gelidę, valdè faciunt
homines ſteriles, vt dicebat Ariſtoteles, 4. de Generat. animal. vnde mulieres Septētrionales, vt dicebat
Hippoc. lib. de Aere & Aquis, propter frigus aquarum, fiunt Steriles: quem locū dum interpretatur Gal.
vt recitat Rhaſis, 9. Continentium, dicebat tempore ſuo, Romę fuiſſe multas mulieres Steriles, ob nimiū
potum. Plin. lib. 14. cap. 18. ſcribit, vini genus quoddam eſſe, vt Træcenium, quod ſi bibatur Sterilitatem
inducit: ſed non ſolùm vinum quadam qualitate poteſt facere Sterilitatem, ſed etiam copia, quoniam, vt
dicit Ariſtot. 3. problem. viri ebrioſi ſemen infœcundum reddunt. ſic etiam mulieres ebrioſæ & potulen-
tæ Steriles plerunque ſunt. Sunt etiam aliqui Cibi, qui propria natura faciunt Sterilitatem, vt ſunt, ex A-
riſtotelis ſententia, cibi multùm frigidi, multùm calidi, multùm ſicci, multùm humidi. Habetis ſenten-
tiam Hippocr. lib. 2. de Diæta, relatam ab Ariſt. lib. 20. problem. quod ſcilicet Mentha omninò facit Ste- B
rilitatem, ſi frequēter edatur, eò quod vi ſiccatoria abſumit genituram. Idem dicebat Auicenna, de Cibis
nimis acidis. Apium fœmineum vocatum, multa alia etiam medicamenta, quæ referre nolo, apud Medi-
cos parata, facere Sterilitatem. Atque hæ ſunt cauſæ tum internæ, tum externæ, facientes Sterilitatem.

SIGNA STERILITATIS.

Signa generica quæ Sterilitatem declarant, multa non egent inueſtigatione, quādoquidem ſatis con-
ſpicua ſint, ſicuti etiam quæ externas cauſas ſignificant. Comparantur partim relatione Mulieris,
partim ex contemplatione indiſpoſitionis. Verbi gratia, ſi diſquiratis omnes Mulieris indiſpoſitio-
nes, videatiſque nullam intrinſecam eſſe quę poſſit Sterilitatem facere, & ſit aliqua ex externis, vel Coi-
tus frequens, vel vſus frigidarum rerum, vel quid ſimile argumentum eſſe poteſt, externas cauſas facere
Sterilitatem. Quæ verò indicant internas cauſas, paulò maiori indigent diligentia. Et primo ſi fiat Ste-
rilitas ab intemperie vteri frigida, aderunt hæc ſigna: Menſtruorum paucitas, pallor vultus, ſenſuum tor
por & frigus circa pubem, præteritus frigidorum vſus, Veneris abominatio. Sed hoc in loco, non inuti-
lis occurrit dubitatio, quoniam dicitur veneris abominationem conſequi Sterilitatem, quoniam Ariſto-
teles lib. primo de Generatione animalium quinto ſcribit: Mulieres, quibus retinentur menſes, eſſe libi-
dinoſiores, affert rationem, quia mulieri menſtruum eſt pro ſemine. ſemen retentum, facit homines libi- C
dinoſos, ita quoque menſes retenti. Addit ibid. Ariſtoteles, animalia στεῖρα eſſe libidinoſiora: Hanc vocem
στεῖρα Aſpoſius, Ioannes Grammaticus & Gaza, interpretati ſunt, Solida. Nicolaus Leonicenus, Quæſtio-
num naturalium ſexageſimo, transferens hunc Ariſtotelis locum, dixit: fœminas Steriles eſſe libidino-
ſiores. Cuius viri ſententia mihi probatur, quia apud Ariſtotelem, Solida animalia, dicuntur Sterilia, &
vulgus hodie appellat beluas Solidas, quoniam non concipiunt. Reſpondeo verum eſſe, Sterilitatem ex
ſe annexam habere libidinem, niſi, ſi adſit quod repugnet: ſed vbi Sterilitas eſt à frigida intemperie, adeſt
cauſa quæ repugnat libidini, ſcilicet frigiditas, ſiquidem Tentigo & Libido, fit à ſpiritibus in vtero, & in
corpore frigido, fiunt pauci ſpiritus, & conſequenter, aufertur occaſio Tentiginis & Libidinis. Si verò
fiat Sterilitas ex immodico calore, (quod tamen rariſſimè contingit) habebitis hæc ſigna: calorem vide-
licet & ſiccitatem totius corporis, paucitatem Menſtruorum, quæ etiam dolorifica erunt, ad hæc Salaci-
tas muliebris maxima erit. Si fiat ex humiditate, cognoſcetis, ex multitudine Menſtruorum, & humidi-
tate atque fluxibilitate eorundem. ex humiditate muliebrium locorum. Si à ſiccitate, é conuerſo pauci
erunt Menſes, aridum corpus, aridi etiam loci muliebres. Signa factæ Sterilitatis ex mala conformatio-
ne, comparantur diuerſis modis. Etenim ſi fiat Sterilitas, ex occluſione & anguſtia vteri, obſtructione va
ſorum vteri, & locorum muliebrium, Hippocrates & Ariſtoteles docuerunt ſignum, vt ſi fiat ſuffitus A-
romatum, vel Peſſum, & ſupponantur locis mulieribus, atque ita conſtipentur pannis, atque ponantur,
vt non poſſit fumus exire: ſi odor Suffumigij penetret ad nares aut odor Peſſi, Sterilitas non naſcitur
ex occluſione, neque anguſtia Vteri: ſi vero odor, non penetret ad nares, ſignum eſt, inquit Hippocra- D
tes de Sterilitate, Sterilitatem oriri ex occluſione vaſorum Vteri. Si fiat Sterilitas a Tumoribus, vel Vl-
ceribus, cognoſcetis ex indicijs vlcerum & tumorum Vteri: quemadmodum, ſi ex mutatione ſitus fiat
Sterilitas, cognoſcetis ex dolore & pondere: quia ſi ad latus dextrum vergat Vterus, dolor erit in coxen-
dice dextro & grauitas. Si ad ſiniſtrum, in ſiniſtro: ſi ſurſum vergat, dolor erit propè Vmbilicum. Hip-
pocrat. primo de Morbis muliebr. præclarum modum proponit, cognoſcendi an vteri os diſtortum ſit,
quia ſi à Muliere ejciatur ſemen ſtatim poſt coitum, vteri os contortum eſt. ſi poſt tertiam diem loci hu-
midiores ſunt, ſi ſexta vel ſeptima ſemen intus corrumpitur. Quando autem Sterilitas fit ex habitu cor-
poris, oculis euidens erit, quoniam videbuntur Mulieres, modo tenuiores, modò craſſiores, modo pro-
ceriores, modò paruæ ſtaturæ: Pectus erit latum & amplum, Mammæ breues, Clunes demiſsi, Lumbi
adſtricti. Hæc omnia ſunt indicia, quæ indicabunt, Sterilitatem ortum ducere à malo corporis habitu.
Quod ſi fiat Sterilitas, ob vitium Menſtruorum, habebitis ſigna, partim ex Relatu, partim etiam ex Viſu:
Ex Relatu, quia mulieres dicent, aut non fluere Menſes, aut magis fluere, quàm deceret. Ex viſu etiam,
ſi videatis Menſes pallidos, fluidos. Si vitio Seminis, non eſt aliud argumentum cognoſcendi, niſi ex co-
gnitione temperaturæ totius corporis: quia, eſt ſententia Hippocratis, libro de Aere, aquis & locis, li-
bro item de Genitura, & alibi: Semen à toto corpore ſecedere, itaque qualis eſt corporis temperatura,

tale

A tale eſt ſemen : & ideò, quibus indicijs cognoſcetur intemperies corporis, ipſis ijſdem cognoſcetur in-
temperies & ineptitudo ſpermatis . Dices te hactenus habuiſſe Signa cognoſcendi Sterilitatem mulie-
rum : ſed ſæpe continget, vt ignores *an Sterilitas fiat vitio fœminæ, an vitio ma is* Cupimus cognoſcere Si-
gna horum. Rhaſis 9. Contin. vt traderet hoc ſignum, dixit debere accipi ʒ.j. Spermatis viri, & infundi
in aquam, quòd ſi ſupernatet, ſignum eſt, fœcundum eſſe & Sterilitatem oriri à fœmina: ſed ſi non ſuper-
natet , ſed ſubſideat, ſterilitatem oriri viro. Idem ſignum , tradidit Democritus libro de Antipathia: ſed
hoc ſignum eſt apud me inefficaciſsimum, quia Sperma ſemper propria natura ſupernatat, & raro fit, vt
Sperma non ſupernatet . Alij verò, voluerunt accipi vrinam, viri ſimiliter & Mulieris , & inſpergi ſuper
varias Lactucæ partes: cuius vrina Lactuca areſcit, dicunt corpus illud ſterile eſſe: cuius non areſcit, di-
cunt fœcundum eſſe. Alij vero, voluerũt vtriuſq; Vrinas accipiendas eſſe, & inſpergendas granis Lentis,
aut Hordei, deinde reponenda illa grana, cuius vrinę (inquiunt) grana renaſcuntur, corpus illud fœcun-
dum eſſe: cuius vero nõ pullulant, dicũt ſterile eſſe. Et hoc ſignum poſitũ eſt libro de Facilè parabilibus,
ſi tamẽ ſit Galeni: Auicenna autem, & iure, irridet hæc ſigna, quia quemadmodum videntur fabuloſa, ita
quoq; ſunt incertiſsima. Propterea nulla via hac melior cognoſcendi, quàm vt diligẽter examinetur Mu-
lier, an in ulla ſit cauſa, vel interna, vel externa, quia *frequentiſſimè ſterilitas oritur ex Muliere* Et duę apud me
ſunt rationes, vna eſt, quia Sterilitas in viro, vna tantùm ratione euenit, videlicet Spermatis : in Muliere
verò, innumeræ ſunt cauſæ Sterilitatis, videlicet Vterus, Sperma, Menſtrua: vteri verò multæ ſunt indi-
B ſpoſitiones. Alia ratio eſt, quia mulieres ſemper frigidiores ſunt, imò quilibet Vir, quantumcunq; frigi-
dus, ſemper eſt calidior, etiam calidiſsima Muliere, vt meminit Albertus de Mulierum ſecretis. Ita vt his
duabus rationibus verè dictum ſit : Sterilitatem ferè ſemper à Muliere oriri. Si igitur appareant aliquæ
cauſæ in Muliere, iam certi eſtis: ſi verò nullæ appareant, adhuc erunt omnia experienda: Suffitus ſcili-
cet ille Hippoc. & Peſſus, quandoquidem cauſæ Sterilitatis mulieris ex anguſtia & occluſione vaſorum,
ſolent eſſe ſæpe latentes, ſed hæ experimento fiunt manifeſtæ.

PROGNOSTICA STERILITATIS.

PRognoſtica ſunt, quod vt dicebat Hippocrates, 2. Prognoſt.3. Sterilitas ex Vlceribus difficilè cura-
tur. Auicenna dixit. non modò difficulter curari hanc Sterilitatem , verùm etiam prorſus incurabi-
lem . Sed conciliantur hæc dicta , quia ſi Vlcus in vtero ſit magnum & amplum, aut quod poſsideat
plures vteri partes, etiam ſi curetur, tamen non poteſt fieri conceptio Ratio eſt, quia ex cicatrice fit vte-
rus ineptus ſemini retinendo. Si autem vlcus fuerit, in ſola aliqua vteri parte, & rectè curetur. poteſt fie-
ri conceptus, quia altera pars vteri eſt apta, licet altera ſit inepta. Sterilitas: ex defectu naturali, etiam dif-
ficulter curabilis eſt. Imò, Ariſtoteles videtur innuere, 2. de Generat. animal.4. naturalem videlicet om-
nem Sterilitatem, incurabilem eſſe. Quod tamen minimè verum eſt, quia ſæpe videbitis etiam Sterilita-
C tes naturales coerceri. Itaque conciliantur hæc ex Gal.5. Aphoriſm 62 vbi dicebat, cauſas naturales
Sterilitatis, aut magnas eſſe , aut paruas. Si magnæ ſunt (inquit) Sterilitatis cauſæ, prorſus incurabiles
ſunt, & de his loquebatur Auenzoar, libro 2. tract 5 cap.1. quando dicebat, Sterilitatem naturalem ho-
mini incurabilem, ſoli Deo eſſe curatu poſsibilem. Si verò cauſæ hæ naturales ſunt paruæ, Sterilitas po-
teſt curari, de qua loquebatur Ariſtoteles 4. de Generat. animal quando dixit foramen vteri occluſum
à natura, interdum ſponte curari, interdum auxilio Medici. De hac loquebatur etiam Serenus Medicus,
quando dixit naturam potente medicamine euictam , ſæpè fœtum dare. Cauſæ accidentales, ſi faciant
Sterilitatem, vtplurimum ſunt curabiles, vtplurimum (inquam) quia interdum curari nequeunt, vt vl-
cera , quæ ſi omnes vteri partes depaſcantur , inducunt Sterilitatem prorſus incurabilem . Illud hoc lo-
co non eſt ſilentio prætereundum , quod ſcribit Auicenna : Mulieres quæ ſunt Steriles vtplurimum
morboſas viuere , verùm ad ſenectutem tardè properare , & quaſi ſemper iuuenes eſſe . Ratio, cur mor-
boſæ ſint , eſt , quia ex puerperijs , id eſt purgationibus Mulierum , quæ pepererunt, expurgantur mul-
ta excrementa, quæ faciunt vt Mulieres fœcundæ minus ægrotent: in Sterilibus verò hæc excrementa
retenta, morbos faciunt. Atque hæc eſt cauſa, cur Steriles ſint morboſæ, quæ etiam eſt, cur Steriles ha-
beant carnes aſperiores , quàm fœcundæ , quia cum retinentur hæc excrementa , faciunt totius corpo-
ris aſperitates , ſicuti cùm in fœcundis eijciuntur, carnes redduntur molliores. Cur autem dixit Steri-
les minus ad ſenectutem properare? Cauſa eſt, quia non ſuſtinent Steriles difficultates vteri geſtati,
D neque difficultates Partus . Nam quæ vterum gerunt , dicit Ariſtoteles , libro quarto de Generatione
animalium ſexto , ſi bruta ſint , tempore quo vterum gerunt incolumia & valida eſſe, ſi verò ſunt Mulie-
res, magna ex parte, dum vterum gerunt ſunt morboſæ Et hoc eſt, quod dicebat Vitruuius libro ſecun-
do capite nono , quod quando vendebantur mulieres grauidæ, non præſtabantur ſanæ. Tempore verò
partus, quod etiam magnas difficultates habeant Mulieres, clarum eſt: vt verè dixerit Medea apud Euri-
pidem, ſe malle ter ſub clypeo in acie dimicare, quàm ſemel parere. Ex tot igitur laboribus & difficulta-
tibus, rugæ in corpore fiunt, in facie, deteruntur carnes, ex quibus omnibus comparatur Senectus. Cùm
his itaq; careant Mulieres Steriles, verè dictum eſt ab Auicenna, eas ferè ſemper iuuenes eſſe, & tardiùs
quàm fœcundas, ſeneſcere.

CVRATIO STERILITATIS.

POſtquam ea quæ ad ſpeculationẽ Sterilitatis pertinebant, expoſuimus, ſequitur vt Curationem cu-
ius gratia omnia inſtituuntur, aggrediar, in qua inſtituenda, debet Medicus ſemper ante alia cogita-
re, nunquid Sterilitas ſit curabilis, necne. Si incurabilis ſit, proculdubio dimittenda, quia hoc Medi-
co dedecus parere ſolet. imo 21. diſt. de edicto ædilit. habetur apud veteres legislatores, eas quæ à natura
eſſent ſteriles, pro ſanis habitas eſſe. Quod ſi nõ prorſus incurabilis iudicetur, curatio conſultis Medicis

& prudenter eſt aggredienda, cum prædictione & cum ijs quæ à proprietate conceptum curare putantur: quemadmodum ſunt multa apud ſcriptores, vt apud Dioſcoridem paſtinacæ ſemen, Porrum. Apud alios, Radix Lapathi maioris, Coagulum leporinum, Teſtes omnium animalium. A Plinio, libro vigeſimooctauo capite octauo, commendatur Oculus Hyenæ, & tandem multa alia apud ſcriptores. Quod ſi Sterilitas iudicetur curabilis, magno & forti animo aggredienda eſt, quia ſi quod eſt, quod Medicos poſsit glorioſos & diuites reddere, profectò eſt conceptum adiuuare, Sterilitatemq; curare. Itaq; primò ſtudendum eſt, auferre cauſas efficientes Sterilitatem: deinde corroborandus & viuificádus eſt vterus, ijs Medicamentis, quæ fœcunditatem facere exiſtimantur. Vtriſq. his ſcopis implendis, præ cæteris magnoperè auxiliatur *victus ratio* rectè inſtituta. Vnde Aer ſtatim temperatus eligendus eſt, aut efficiẽdus: propterea Hippocrates libro de Superfœtatione dicebat, vernum tempus, conceptui accommodatiſsimum eſſe, ſcilicet propter Aeris temperiem. Habenda quoque ratio eſt ventorum, vnde Ariſtoteles libro ſeptimo Politicorum capite ſedecimo, ex ſententia Phyſicorum, dicebat, Aquilonares conſtitutiones, conceptibus Mulierum maximè eſſe aptas: Auſtrinas verò, incommodas & graues. Quod etiam confirmatum habetur experimento Empedoclis: refert enim Clemens Alexandrinus libro ſexto Stromaton: interdum, ventum quendam Auſtrinum, per agrum Agrigentinorum peruagaſſe, qui Sterilitatem Mulieribus inferebat: quod cùm animaduertiſſet Empedocles, obſtructo ductu, per quem ventus ille manabat, ſtatim reſtituta eſt fœcunditas mulieribus Agrigentinorũ: quod dixi, vt intelligatis, magnoperè conferre ventos ad conceptionem. Somni & Vigiliæ moderati eſſe debent, moderatus quoq; Motus & Quies. Omnes animi paſsiones ſunt auertendæ, præſertim hora, qua Coitus fieri debet, quoniam non modò confert animũ tranquillum eſſe ad concipiendum, imò ad bonos conceptus edendos. Hinc Spurij magna ex parte ſunt prauis moribus, quia concipiuntur à parentibus, vel timentibus, vel malè animo affectis. Ita quoq; exiſtimo, non ſine ratione Adagium fuiſſe apud veteres, Heroum filij noxæ: quia viri docti & ſapientes, dum concumbunt, vt plurimum, magnas curas animo gerunt, nõ ſunt tranquillo animo, vnde vel non concipiunt Mulieres, vel conceptus ſtolidos & prauos edunt. Modus quoq; Coitus, maximè huc refertur, habetis autoritatẽ Hippocratis libro de Superfœtatione, qui ſcribit, Mulierẽ non debere Ebriam neq; Saturam copulari viro: quod quoq; à Moſchione animaduerſum eſt. Auicenna omnium diligentiſsimè docuit, omnes conditiones neceſſarias in hoc caſu. Sed nolo pręterire quod ſcriptũ eſt à Lucretio libro quarto de Natura: confirmatum ab Aegineta libro tertio capite ſeptuageſimoquarto: Scilicet quod ſi Coitus exerceatur more beluarum à tergo, magnopere confert ad concipiendũ. Circa Cibum & Potum nõ eſt minor cura gerenda, præſertim circa potum, de quo dicebat Hippoc. fugiendum eſſe vinum album, potandum autem vinum meraciſsimum & groſſum, quod ego quoq; laudo, modo tamen moderatè fiat. Aqua autem potata, mirificè confert ad vtrumq;. Sic habetis Aquam fabrorum, in qua extinguunt ferra ignita, ſi potetur frequentius Sterilitatẽ facere, itaq; vitanda eſt. Aqua etiam frigida nimis pota Sterilitatem facit. Vnde Mulieres apud Hiſpanos, quæ plurimum temporis bibunt Niuem & Aquas gelidas, ſolent eſſe valdè infœcundæ. Sunt etiã quædam Aquæ, quæ proprietate quadam dicuntur facere fœcunditatem: vt eſt aqua Nili, quę ſua vi nitroſa (dicebat Seneca 3. naturalium quæſtionum) ſæpe vteros perpetua Sterilitate occluſos, adaperuit & cõceptum fecit. Vnde Mulieres Ægyptiorum (vt ſcribit Ariſtot. pleriſq; in locis de Animalibus) quinos & quaternos fœtus edunt frequẽter. Ratio non alteri cauſæ attribuenda eſt, niſi aquæ Nili, quàm potant. De cibis non minor ſolicitudo habenda, vt ſcilicet Mulieres vtantur cibis optimi ſucci, facilibus concoctu, minimè excrementitijs, copia mediocribus, & tandem prouidendum eſt, vt omnibus cruditatibus occaſio pręripiatur. Cleopatra in libro ſuo de morbis Mulierbribus prohibuit acria omnia, omnia acida, omnia ſalſa. Sunt & quidã cibi, qui ſunt fugiendi, quòd à proprietate ſua Sterilitatem faciant. Vt eſt, Faba, quam ait Clemens Alexandrinus 3. Stromaton, idcirco prohibuiſſe Pythagoricos, quoniam Sterilitatem Mulieribus facit & Viris. Idq; etiam probatum eſt autoritate Theophraſti, libro de cauſis Plantarum, vbi dicebat putamina Fabarum, ſi ferantur prope radices arborum, ipſas arbores ſterileſcere. Itaq; fugiendi ſunt omnes Cibi, qui poſſunt Sterilitatem facere. *Inſtituto victu, cogitandum eſt quæ ſit cauſa faciens Sterilitatem*, an ſcilicet frigida ſit, an calida. Si frigida ſit, an à frigida intemperie, an à frigidis humoribus, qualem cauſam ſcribit Auenzoar plerunq; Sterilitatem facere, quamprimum deueniendum eſt ad præparandos humores, & demum ad expurgandos. Niſi enim prius expurgetis humores, intemperiem corrigere non poteritis. Modus verò *præparandi humores* in his caſibus eſt: D

℞. Fol. Meliſſæ, Betonicæ, Artemiſiæ, Pulegij, Maioranæ ana ᴍ. j.
Radicis Enulæ,
Cyperi, Fœniculi, Calamenthi ana ʒ. ij. s.
Fiat decoctio ſecundum artem: Deinde
℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. Syrupi de Arthemi. Mellis Roſati ana ℥. j.

Miſce fiat potus. Poſtquam præparati ſunt, attendendum eſt, vt *expurgentur*. Multa autem ſunt quæ hoc in caſu laudantur: ſed præcipuè huiuſmodi Medicamentis vti ſoleo:

℞. Electu. Indi ℥. s. Trochiſco. de Myrrha ʒ. j. s. Diacatholiconis ℥. j.

Miſce fiat Bolus. Capiatur mane vt alia medicamenta. Auicenna laudabat Hieras magnas, vt illam Archigenis. Hieram Ruffi, Logadij, Pachij: quibus omnibus, cum conſilio Auicennæ vti poteritis. Aduertendum tamen in hoc loco quantum fieri poteſt, in præparandis humoribus cauendum eſſe Oxymellitis vſum & Aceti. Dicebat enim Auenzoar, ſe conſueuiſſe in medicamentis parum, aut nihil Aceti, commiſcere. Ratio accepta eſt ab autoritate Hippocratis, qui docebat tertio Acutorum, acetum inimicum eſſe mulieribus propter vterum, eo quod Acetum vtero, qui neruoſus eſt, valde nocet. Sed hic oritur non vtile dubium, quomodo Acetum, vtero nocere poſsit, propter neruoſitatem. Clarum

Spurij: Heroum filij, praui.

N. de Aceto.

A rum eſt, quod ventriculus eſt magis neruoſus & magis ſenſilis, quàm vterus: adhæc Acetum magis immediatè tangit Stomachũ, quàm vterũ: quomodo ergo ab Hippocrate & alijs dicitur, quod Acetum noceat vtero? & nunquam videtur quod noceat Stomacho? Auenzoar lib. 2. Tractat. 5. cap. 1. ſcribit, videns hanc difficultatem, propter tres cauſas ventriculum non offendi ab Aceto, & offendi vterum. Vna eſt, propter aſtrictionẽ, eò quod ventriculus longo tempore & longa ciborum aſſuetudine, contrahit quaſi callum quendam, propter quem non eſt mirum ſi non offendatur. Vterus aũt, qui non aſſuetus eſt, offenditur. Secunda, quia licet Stomachus ſit neruoſus & ſenſilis, eſt tamẽ magis carnoſus, quàm vterus, propter ciborum concoctionẽ, vnde fit, vt propter huiuſmodi carnoſitatem, magis reſiſtat acrimoniæ Aceti; quàm vterus. Tertia, quia in ventriculo ſemper adſunt humores craſsi & phlegmatici, qui retũdunt valdè acrimoniã Aceti, ita vt nullam poſsit inferre noxã. Poſtquam purgati fuerint humores, deueniendum eſt ad ea medicamẽta *quæ exſiccent vterum*, quæ calefaciant, quæ ſimul à proprietate fœcunditatẽ faciunt. Hæc aũt ſunt duorũ generũ: alia quidem, quæ per os aſſumuntur: alia, quæ extrinſecus adhibentur. Quę *ſumuntur per os*, ſunt Cõfectiones multæ, Diamoſchus, Diaſaluia, Theriaca mirificè ab Auenzoar laudatur, etiam à Galen Ego autem habeo Confectionem, qua feliciter vti ſoleo:

℞. Zedoariæ, Doronici, Galangæ ana ʒ. ij. s. Ligni aloes, Cinamomi, Caryophyllorum ana ʒ. j. s. Spicę, Piperis longi ana ʒ. j Satirij ʒ. ij. Caſtorij ʒ. j. Moſchi, Ambræ ana grana vj. Sacchari vel Mellis quantum ſatis. Fiat ſecundum artem Mixtura. Vſus huius mixturæ eſt, tribus vel quatuor diebus, antequã Mulier

B debeat concumbere viro, manè ad ʒ. iij. cum vino odorato & generoſo. Medicamenta verò quæ *extrinſecus adminiſtrantur* in hoc caſu, ſunt quatuor generum: aut ſunt Suffumigia: aut Infuſiones: aut peſsi ſiue Collyria: aut Inunctiones. Suffumigia, fiunt hoc modo: habetur vas anguſto ore, quod repletur Carbonibus, & ſuper eos inſperguntur Pulueres & panno circumdatum vas, ſupponitur loculis muliebribus, ita vt fumus qui emanat ingrediatur loculos. Forma autem Suffumigiorum eſt:

℞. Bdellij, Mirrhæ ana ʒ. j, Arthemiſiæ, Matricariæ ana ℥ s. Teſticulorum vulpis aſſatorum ℥. j. Galliæ Moſchatæ Meſues ℈ j. Contundantur omnia & inſpergatur puluis, vt dictum eſt. Infuſiones autem fiunt potiſsimum ex Aquis medicatis, vt Thermarum, Nitroſarum, aut Sulphurearum, quales ſunt Patauinæ, Lucenſes aliquæ & aliæ apud Italos, quæ putantur Mulieres grauidas reddere. Fiunt & Aquæ ex Matricaria, Arthemiſia, Meliſſa, ſed iſtæ non adeò proſunt, vt medicatæ. Modus verò adminiſtrandi eſt, quòd Mulieres nudæ ponuntur in vaſe ligneo, vſq; ad vmbilicum, & deinde vas repletur aquis, ita vt corpus mulieris immergatur vſq; ad vmbilicum in aquis, in quo balneo, trahitur mora per horam ſaltem, quia ſic maximè corrigitur intemperies vteri, maximè ſi humores frigidi ſunt, qui Sterilitatem faciunt, inhibentur enim & exſiccantur. Peſſaria verò ſiue Collyria, ſunt quoq; variorum generũ, ſed fermè eundem ſcopum habent, quemadmodũ Suffumigia. Sunt vero Peſſaria medicamenta, quæ inſtar caudarum mittuntur in vterum. Forma verò huiuſmodi eſt:

℞. Caſtorei, Opopanacis ana ʒ. j Coaguli leporini ʒ ij. Croci, Amoniaci, Nardini ana ʒ. ij. s. Foliorum

C citri puluerizatorũ ʒ. iij. Teſticulorũ vulpis pulueri ℥. s. Terantur omnia diligentiſsimè & cũ Melle ſecundum artem, fiant Collyria plura: quorum vſus eſt vt detineantur die atq; etiam nocte, quoniam non eſt exercendus Coitus. Sunt poſtremo Inunctiones, quæ quoq; non paruum præſtant vſum in efficienda fœcunditate, & vſus eſt circa totum pectinem, & etiam circa ipſos loculos, & fiant etiam antequam Coitus exerceatur, vt etiam ijs ipſis temporibus. Forma talis eſt:

℞. Zibetti ʒ s. Croci, Spicæ, Styracis ana ʒ j. Folij ſeu Malabathri ℈. ij. Olei de ſpica Aromatica ℥. s. Vini optimi ʒ. iij Ceræ parũ. Miſce, fiat Linimentũ. Quæ omnia, vt efficaciora ſint, debet Mulier ante omnia amare: quoniam niſi Mulier volens hæc faciat, parũ omnia proficiunt: quia ſunt quædam Mulieres, quę nolũt grauidę fieri, etiãſi viri optẽt, & propterea, quantũ medicamẽta proſunt, tantùm ipſarũ voluntas nocet & repugnat. *Quod ſi fiat Sterilitas à cauſa calida*, quod nõ ita frequẽs eſt, ante alia inſtituẽdus victus, qui vim refrigerãdi poſsideat. Aer ſit refrigerãs: Quies deligatur: Sõnus & tandẽ omnia quæ refrigerare poſſunt. Poſt inſtitutũ victũ, videndũ eſt an ſectio venæ ſit neceſſaria, quoniã ſi corporis adſit plenitudo, proculdubio ſtatim vena eſt ſecanda, & primo ſecanda eſt Baſilica, deinde vena Saphœna, eò quod hæc vena magis vterum refrigerare ſoleat. Secta vena, præparandi ſunt humores calidi. Modus erit:

℞. Foliorum endiuiæ, Hepaticæ, Roſtri porcini, Fæniculi ana M. j. Radicis Imperatoriæ ʒ. j. s. Bugloſſę, Nenupharis ana M s. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

D ℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij Syrupi de ſucco Endiuiæ, Syrupi Capilli veneris ana ℥ j. Miſce. Quod ſi non ſolùm fuerint humores bilioſi, ſed & aduſti: ſic præparari poſſunt.

℞. Foliorum Lupuli, Cuſcutæ, Boraginis, Fumariæ ana M j. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde:

℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. Syrupi de ſucco Borag. de Lupulis ana ℥. j. Miſce. Poſtquã præparati ſunt humores, erunt euacuandi: & ſi fuerint bilioſi, ſic poterunt expurgari:

℞. Myrobalani Citrini ʒ. j. s. Thamarindorum ℥. s. Florum Boraginis. Violarum ana P. j. Fiat decoctio in ſero caprino: deinde.

℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. Rhabarbari electi ℈. iiij. Spicæ gran. iij. Fiat infuſio ſecundum artẽ. Deinde facta iterum diligenti expreſsione, adde Syrupi violati ſolutiui. ℥. ij. Diaphenici ʒ. ij. s. Miſce. Quod ſi humores fuerint Melancholici, poterunt ſic expurgari.

℞. Confect. Hamech. ℥. s. Trochiſ. de Rhabarb. ʒ. j. s. Electuar. de Sena ſolutiui ʒ. iij. Miſce cum Saccharo, fiat Bolus. capiat hora matutina.

Quod dixi de modo curandi Sterilitatem in his intemperiebus, idem putate faciendum in alijs. Quod ſi oriatur Sterilitas ob Menſtruorum vicium, curatio ea inſtituenda, quam docebimus cùm de Menſtruis tractabimus. Similiter ſi ab alio morbo procedat, petenda eſt Sterilitatis curatio, ex curatione illorum morborum, quos ne confundamus, ſuo loco tractabimus. Dixi in principio Medicos inter-

Liceátne Medico propinare medicamenta conceptum inhibentia, vel etiã eundem corrumpentia.

dum conſulere medicamenta, vt vel Conceptum inhibeant, vel Conceptum internecent, non quod A conceptum vnquam prohibendum velint, vt prohibuit Minos Cretenſis, ſed alio modo. Minos enim, vt refert Ariſtoteles 2. Polit. 8. timens ne populi Cretenſes nimium excreſcerent, ſtatuit, vt quando Mulieres ad certum numerum proles habuiſſent, vterentur nefando coitu, qui quidem abominandus omnino eſt, & miror Ariſtotelem non fuiſſe hanc legem conuitijs proſecutum. Medici vero quando loquuntur de prohibendo conceptu, omnino hunc modum reijciunt. Videndum verò hoc loco eſt, vt poſsitis artem prudenter exercere, an vnquam liceat Medico Sterilitatem facere, an liceat prohibere Conceptum aut interimere: Et ſi liceat, quando liceat, & quibus id agendum. Ex vna parte eſt autoritas religioſiſsimi Hippocratis, qui in Iureiurando legem ſtatuit, ne Medicus Abortiuum medicamentum propinet. Quod ſi verum eſt, paulo minus differt Conceptum impedire, & factum auferre è medio: ſi non liceat factum conceptum interimere: ergo non licebit impedire ne fiat. Ex altera parte eſt autoritas eiuſdem Hippocratis, qui libro de Natura pueri, ſcribit: ſe conſuluiſſe quandoq; ſaltatrici, quę dubitabat vterum ferre, & dedecus timebat, vt conceptum eijceret ſaltando. Ex quo loco videtur, clarè Hippoc. conceſsiſſe medicamenta, vt poſsint quandoque conceptum tollere. Hippocratis verò librum illum eſſe, eſt Galeni teſtimonium, qui libro de Fœtus formatione, & primo de Semine, citat hunc locum, tanquam Hippocraticum. Sed videndum eſt Aetij teſtimonium, qui lib. 16. cap. 16. clarè monſtrat, interdum licere Medicis impedire Conceptum & ipſum enecare. Eiuſdem mentis videtur fuiſſe Auicenna tertia 3. tractat. 2. cap. 17. quo in loco monſtrat, licere Medicis partim inhibere, partim interimere Conceptum in tribus caſibus. B Vnus eſt, quando mulier quæ vterum gerit, ita tenella eſt, vt timeatur ne ſub partu occumbat. Et enim refert Ariſtot. 7. Polit. 16. Mulieres Trœzenorum ſæpe occubuiſſe ſub partu, quòd tenellæ nimis conceperant. Alter caſus eſt, quando in vtero morbus aliquis eſt, qui parit timorem, ne in partu mulier ſupprimatur. Tertius eſt, quando debilis eſt veſica, ita vt timeatur ne ponderoſitate fœtus, diſrumpatur veſica, vt ipſa diſrupta mulier intereat. Sed quia caſus iſti ab Auicenna poſiti, ſunt admodum futiles & vani, dicam ego liberè quid ſentiam nobis Chriſtianis eſſe agendum. Primum quomodo loca Hippocratis intelligenda ſint, demonſtrabo vt docuit Ariſtot. 7. Politic. 16. perſpectum eſſe poteſt veteres hanc legem habuiſſe, quod quoties aliquis Conceptus nondum animatus erat, licebat ipſum corrumpere. Vbi verò animatus erat, nefas erat tangere. Qua lege poſita, poſſunt conciliari loci Hippocratis, qui dum in Iureiurando prohibet dari corruptoria Medicamenta, loquitur de Fœtu animato, quaſi voluerit Hippoc. dicere, non licere Fœtum animatum vnquam interimere. In libro de natura pueri, locutus eſt de Fœtu nondum viuo & inanimato, eò quod liceret Fœtum dum nondum animatus eſſet, quandoq; corrumpere. Quod autem hæc fuerit mens Hippocratis, inde intelligi poteſt, quia dixit ſe conſuluiſſe vt ſaltaret ante ſeptimum à coitu diem. Iam verò ſententia eſt Hippoc. de Genitura, libro de Natura pueri, quam mutuatus eſt Ariſtoteles 7. de Hiſtoria animalium 3. quod videlicet, Fœtus ante ſeptimum diem nunquàm animatus eſt. Sed ad Aetium, Democritum & Auicennam, qui omnes voluerunt Conceptum C animatum interimere licere: dico, quòd ſi verè iſti viri intellexerint de Conceptu animato, proculdubio toto cœlo errarunt, quorum dimittamus religionem, Peto ab ipſis, nunquid vnquam Medicus poſsit tantus eſſe, dum tradit corruptiua fœtus, quod etiam non interimat mulierem? Hoc certè polliceri non poſſunt, quia corruptiua fœtus, ſunt venena, & inimica Mulieri: adhæc in Abortu clarum eſt, mulierem ſubire multa mortis pericula, ita quod non video, quomodo Medicus poſsit tutus eſſe, de non corrumpenda ſimiliter Muliere. Itaque non ſunt agenda mala, vt eueniant bona, eò quod magis ſperandum eſt, Deum qui Conceptum fecit, poſſe citra ſpem noſtram ipſum ſeruare. Quare ne vnquam Medicus cogatur pericula ſubire, nève mulieres ipſæ de vita periclitentur, duæ ſunt viæ meliores traditæ ab Auicenna. Vna monſtrata ab oraculo Trœzeno, ne puellæ videlicet immaturæ nubant. Altera, vt quæcunq; videntur ineptæ conceptui, conſulatur, vt ſeſe dedant virginitati. Sed dicetis interdum contingere, vt virgines interdum nubant, quæ in partu periculum ſubeunt, quid agendum his? Scio veteres Medicos & Philoſophos, tres vias habuiſſe: vnam ante coitũ: alteram, in coitu: tertiam, poſt coitum: quæ omnes viæ poterunt in his caſibus, ſi timeatur virgines concipientes ne ſubeant pericula, deſeruire, ne fiant conceptus. Ante coitum erit conſulendum, vt teneant etiam rationem vitæ contrariam illi, quæ monſtrata eſt pro Sterilitate vitanda. In coitu ſunt etiam aliqua, præſertim Linimentum, quo vtebantur veteres, demonſtratum ab Ariſtot. 7. de Hiſtor. animalium cap. 8. vbi Gaza malè tranſtulit, oleum Iuniperum, quia D debet eſſe oleum Cedrinum, id eſt Cedra ipſa, quam dicunt omnes impedire conceptum. Eſt etiam alter modus, demonſtratus ab Auicenna 4. de animalibus, qui dicebat mulieres vt nõ concipiant, debere ſtudere vt diuerſo tempore ſemen emittant à viro, quia nunquam fiet conceptus, niſi vno eodemq; tempore & vir & mulier ſperma emittant. Eſt & modus monſtratus à Lucretio, quo vtuntur Scorta, & meretrices, quando clunes retractant & concutiunt ſæpe, ne concipiant. Tertius modus poſt coitum, eſt monſtratus ab Hippocrate, ſcilicet vt Mulieres poſtquam coitum fecerunt, vel Sternutationem vehementer excitent, vel ſaltent, vt ſemen à vulua, exeat. Quod ſi Conceptus iam ſit grandiuſculus, & mulier lethaliter ægrotet: dico, nunquam licere Medico vt prima intentione fœtum interimat, licet ſane curare Mulierem medicamentis neceſſarijs & inimicis fœtui, ſed nõ licet vnquam hoc animo mederi vt interimatur fœtus: cuius ratio ſupra adducta eſt: ſed licet interdum conſulere Mulieribus, vt non concipiant, ſed aduertendum ne conſcientiæ perdantur veſtræ, quoniã nunquam licet hoc conſilium dare, niſi vbi maximum vitæ diſcrimen videatis, Et ſi ſæpe mulieres inhoneſtæ, huiuſmodi remedia à Medico requirant, vt ſatisfaciant libidini & vituperia fugiant, quæ omnes refrænandæ ſunt: hæc omnia ſubijcio ſacroſanctę fidei. Sed dubitatio eſt ex dictis, quia dictum eſt, Aetium & Auicennam conſulere vt interimantur Fœtus, ſi ſit morbus aliquis in Matrice: Ergo videtur Mulierem poſſe concipere etiam tunc, quando morbus ſit in vtero. Contrarium tamen ſtatutum eſt, ſcilicet non fieri Conceptum, vbi vterus aliquo graui

morbo

A morbo laborat. Dico pro reſolutione, primò Aetium & alios, locutos eſſe, de morbis vteri, qui fiunt poſt conceptum, non autem qui fiunt ante conceptum. Secundò, vterum poſſe laborare graui morbo, vel ſecundum collum vel ſecundum corpus: primo modo, poteſt fieri Conceptus, etiam ſi morbus ſit grauior: ſecundo modo nequaquam, quia vbi Vterus graui morbo laborat, impoſsibile eſt, vt fiat Conceptus.

DE MOLA. CAPVT III.

SEquitur vt de Conceptu vitioſo tractemus, qui quidem efficitur, vbi non concipitur, quod deberet concipi. Comparatum enim à natura eſt, vt concipiatur Animal & Homo: itaque ſi quod conceptum eſt, neque Animal, neque Homo eſt: proculdubio conceptus vitioſus vocandus eſt. Hic verò conceptus, eſt à Græcis Μύλη, à Latinis Mola, appellatus. Sed ſtatim oritur conſiderandum, cur Medici de partu vitioſo tractantes, non tractarint de Monſtris, nam perſpectum eſt & Monſtra eſſe conceptus vitioſos, de quibus lex eſt apud Platonem 5. de Legibus, eſſe ipſa monſtra clàm enutrienda. Ariſtoteles autem 7. Politic. 16. voluit, neque alenda eſſe Monſtra: vt hinc clarum cuique eſſe poſſit, Monſtra verè partus vitioſos & conceptus exiſtere. Verum enimuerò, puto duas ob cauſas, Medicos præterijſſe hanc tractationem. Vna eſt, quia Monſtra in vtero non ſunt morbi, eò quod non lædant operationes vllas. Altera eſt, quia tametſi ponamus morbos eſſe hæc Monſtra in vtero, non tamen no-
B ta ſunt, non ſunt indicia vlla, quibus cognoſcere valeamus, Monſtra exiſtentia in vtero, quod quidem non eſt de Mola. Vocatus eſt hic affectus *Mola*, vt refert Moſchio & Aetius, à grauitate & pondere, eò quod tanquam Moles quædam & inſtar ponderis grauiſsimi, grauat prægnantes. Et hic affectus, vt habetur primo de Morbis Muliebribus, apud Hippocratem, & Libro de Sterilitate, nec non apud Ariſtotelem 4 de Generatione animalium cap. 7. Eſt caro quædam inutilis, informis, inarticulata, dura, in vtero mulieris genita, inſtar veri conceptus & variarum figurarum. Hæc deſcriptio colligi videtur ex deſcriptionibus Medicis, præſertim ex Hippoc. & Ariſtot. ſententia, quos ſecutus eſt Galenus 14. Metho. & 14. de Vſu Partium. Nec non Auicenna 21. lib. tertij tractat 2. cap. 19. Circa quam deſcriptionem, primò aduertendnm, me dixiſſe *Carnem*, non autem carnes, quia plerunque eſt vna caro: tamen vt colligitur ex Hippoc. fiunt interdum & plures carnes. Albertus Magnus 18 de Animal hiſtor. 16. narrat ſe vidiſſe duas Molas, vno partu excretas. Nicolaus autem Florentinus retulit ſe vidiſſe, quaſi carnes excretas enormis figuræ. Dixi inutilis, informis & inarticulata, ad differentiam monſtrorum, quæ ſunt formata, ſunt articulata, ſed perperam. Dices ergo quid de partu vrſæ? vrſa dicitur à multis, quod parit Molam & hoc habet Ariſtot. 6. de Hiſtor. anim. 30. Item 4. de Gen animal 6. quem imitati ſunt. Plin. Ælianus, Solinus & multi alij, & dixerunt Vrſam quoque parere Molam informem, & tandem lingua expolire eam Molam & conformare. Nec etiam verendum, quod ita non ſit putandum, nam & Gal. lib. de
C Theriaca ad Piſonem cap. 11. ſcribit, Vrſam lingua tanquàm manu figurare Molam quam parit. Ita vt ex autoritate horum ſcriptorum, videatur clarum eſſe, quod etiam Vrſa pariat Molam, quæ tamen reddatur vitalis. Reſpondeo ad hoc, falſiſsimam eſſe illam ſententiam, quòd Vrſa pariat Molam informem: & quanquàm hoc dixerit Ariſtot. dixit tamen, quod propè informem parit, non verè informem, ſed ſolummodo rudem & obſcuram. Quod verò hoc falſiſsimum ſit, clarum hinc eſſe poteſt, quia articulare & conformare fœtus dicebat Hipp. de natura pueri, & Gal. de fœtus formatione, opus eſt ſolius Naturæ, vel ſolius Dei, vel ſolius Animæ, vt Platon. putarunt, eſſe opus animę mundi. Non eſt igitur, vt quis confingat poſſe extra vterum conformari & articulari fœtum vllum. Sed dices, cur ergo Vrſa ſola hanc Molam parit? Dico hoc euenire, quia Vrſa medio anni tempore, tota ſcil. hyeme latet, animal eſt multa ſemper pituita oppletum, ita vt cum vterus Vrſæ ſit oppletus pituita, hac totus fœtus obducitur, atque ità obductus, obſcuratur, vt nulla forma appareat. Poſtquam autem in lucem editus eſt, à matre lambendò aufertur hæc pituita & hic mucus, quo ſublato, apparet deinde fœtus conformatus & articulatus. Hanc falſitatem multorum, inter cæteros etiam agnouit Albertus Magnus 7. de Animal. 16. Tract 3. cap. 3 Dixi etiam eſſe Carnem duram: quia vt eſt apud Ariſt. 4. de Gene. anim. 7. & apud Plin. lib. 7. cap. 15. vſque adeò dureſcit hæc mola, vt ſæpe nec ferro poſsit frangi aut pertundi. Dixi *in Mulieris vtero*, eò quod hæc Mola ſolùm in Mulieribus concipitur: nullum aliud animal eſt, vt ſcribit Ariſtot. & Plin. locis citatis, quod huic paſsioni ſit obnoxium. Cur verò ſola Mulier Molam concipiat. Albertus Magnus 14. de
D Animal. 6. conatus eſt reddere rationem, vbi ſcribit quod in Muliere multus ſanguis abundat, qui cum concoqui & digeri non poſsit, à conceptu non poteſt conuerti in nutrimentum, & ideo ſuperabundans adeo tandem excreſcit, vt ex conceptu Molam faciat. Addit quoque matricem & vterum mulieris, eſſe contrarium vteris aliorum animalium. Sed hæc Alberti opinio, mihi planè non ſatisfacit. Ratio eſt, quia ſupponitur primo fieri conceptum, deinde nutriri & ratione nutrimenti fieri Molam, quod quidem falſiſsimum eſt: quoniam à principio fit Mola eo ſc. tempore, quod debet fieri conceptus verus. Præterea vbertas nutrimenti, minimè poteſt formationẽ fœtus deſtruere, eò quod ſi hoc eſſet, plerumq; deſtrueretur fœtus in principio, eò quia tunc temporis plurimum abundat nutrimenti in vtero, ex qua vbertate fiunt infinita & magna in prægnantibus accidentia: quare non eſt ea ratio, quàm adfert Albertus. Dicendum igitur vt dicit Ariſt & Auerrhoes commentario ſuper 4. Gen. anim. cap. 6. in ſola muliere fieri Molam, eò quòd ipſa ſola abundat copia Menſtruorum. Id quod habet Ariſt. 6. de Hiſt. animal. 18. Quomodo verò ex abundantia ſanguinis Menſtrui in Muliere ſola, fiat Mola, poſterius intelligetis. Dixi *inſtar conceptus vteri*. vt exploderẽ errorem Aetij & Pauli: nam Aetius lib. 16. ca. 80. & Paulus lib. 3. ca. 69. ſequuti Moſchionẽ & Cleopatrã qui de morbis muliebribus ſcripſerunt, habuerũt hanc opinionẽ, quòd Mola ſit tumor vteri, genitus vel ex inflammatione, vel ex vlcere, quæ ſententia falſiſsima eſt, & ideo addidi inſtar Cõceptus vteri. Dixi poſtremò *variarum figurarum*, eò quod licet Mola ſit figuræ ſphæricæ, eſt

tamen interdum figuræ complanatæ, non autem perfectè ſphæricæ, & poteſt habere varias figuras, ſed omnes ſphæricam æmulantes. Ex dictis hactenus patet Molam eſſe morbum in via, ſiue in numero. In numero, quia abundat res quæ non deberet: In via, quoniam vterus impeditus eſt, qui non deberet. A

CAVSAE MOLAE.

Circa cauſas huius affectus, magnā inuenio ſcriptorum varietatem. *Hipp.* 1. de Morbis Mulieb. & lib. de Sterilitate, habuit hanc ſententiam: quòd Mola fiat quotieſcunque multus ſanguis Menſtruus, & paucum Semen & morboſum concipitur. Vel, vt dicebat 2. de Morbis: quando Semen craſſum eſt. Hæc ſententia tametſi fuerit Hipp. tamen mihi planè non ſatisfacit, duabus rationibus. Vna eſt, quia vnumquodque ſemper operatur ſecundum gradum ſuum: ſi gradus debilis, debiliter operatur: ſi gradus vehemens & fortis, valdè operatur. Itaque ſi fieret Mola à Semine morboſo, proculdubio fieret aliqua forma, & forma eſſet morboſa, eo præſertim, quod ipſemet Hipp. lib. de Aere, aquis & locis, ab infirmis ſcribit fieri infirmos fœtus, eo quod Semen infirmum eſt. Ergo deberet potius ſi ſemen eſſet morboſum, fieri fœtus morboſus, quam fieri Mola. Præterea non videtur, craſsitiem poſſe hoc facere, quia craſsities Seminis facit Sterilitatem, non autem Molam. Ergo hęc ſententia non videtur vſquequaque firma eſſe. *Ariſt.* quia omnia ferè pertinentia ad conceptum, mutuatus eſt ab Hipp. 4. de Gen. anim. 7. quem eſt ſecutus Albertus Magnus, lib 18. cap. 6. videtur habuiſſe ſententiam paulò diuerſam, vbi ſcribit fieri Molam propter caloris matricis imbecillitatem, inde fit, vt materia maneat indigeſta & incocta, & loco conceptus fiat Moles rudis & indigeſta. Quoniam verò Ariſt potuiſſet quis obijcere, Cur ergo hæc mater[illegible] ruda & indigeſta ſtatim non expellitur, ſed diu retinetur in vtero? Reſpondet Ariſt. ideo id euenire, quia natura tentat ſemper hāc molē perficere, & ad aptam formā reducere, ſed cum non poſsit, permanet, quia materia non eſt prorſus inutilis, nec vis expultrix eſt adeò fortis, vt poſsit expellere. Et quia poterat aliquis Ariſt. obijcere, cur ſaltem non corrumpatur materia hæc cruda & indigeſta? dicit Albertus non corrumpi, quia eſt quidam proprius & peculiaris indigeſtionis modus. Hæc ſententia Ariſt. mihi etiam probari omnino non poteſt, ob tres cauſas. Vna, quia ſi debilitas caloris natiui hoc efficeret, deberet potiſsimum fieri Mola in habentibus vterum frigidum, in habentibus calorem natiuum imbecillum: ſed hoc non contingit, quia videbitis frigidas, vel non concipere, vel concipere fœtus formatos. Altera cauſa eſt, quia vt ipſemet Ariſtot. teſtatur ex Hippoc. 7. de Hiſto. animalium, fit conceptus intra ſeptimum diem, formatur verò, ad ſummum intra quadrageſimum vel quinquageſimum, quod ſi verum eſt, peto ab Ariſtotele: Tu dicis ſemper naturam laborare circa hanc Molem, vt perficiat & conformet. Ergo ſequitur, quod natura laborabit fruſtra, quia vltra quadrageſimum vel quinquageſimum diem, non fit amplius formatio. Si hoc, cur ergo natura ſemper laborat (vt dicis) circa ipſam, quo eam perficiat & conformet? Tertia aduerſum Albertum, quia non video quis ſit modus digeſtionis, qui poſſit res indigeſtas à corruptione longo tempore conſeruare, quoniam vt habet Ariſtot. 4. Meteo. omnia quæ ſunt indigeſta, non poſſunt ita diu permanere, ſed corrumpuntur, eò quod à calore natiuo deſeruntur, qui calor eſt conſeruator rerum, ita quòd non poſſumus aſsignare modum, quo conſeruatur tanto tempore hæc materia cruda & indigeſta, quoniam ſæpe ad multos annos perdurat Mola. *Auicenna* 10. de Animalibus & 21. tertij tractatu ſecundo cap. 19. habet ab his aliam ſententiam, vbi ſcribit fieri Molam, quando in vterum Mulieris ingreditur Semen mulieris & non Semen viri: tunc enim inquit, ſi temperatura vteri fuerit optima, Semen iſtud concipitur & coagulatur, ſicq; deinceps inſtar glandularum nutritur, & connutritum tandem in Molam euadit. Si verò, inquit Auicenna fuerit vterus frigidus, Semen mulieris frigidæ coagulatur, coagulatum non in fœtum, ſed in Molam conuertitur. Verùm hæc ſententia Auicennæ, etiam aliquas difficultates ſubire videtur Primò quia vt colligere eſt ex Galeno 14. de Vſu partium 17. fieri non poteſt, vt conceptus fiat in animalibus viuiparis, abſque concurſu & fœminæ & Maſculi. Dico in animalibus viuiparis, vt excludam ouipara, quæ concipiunt abſq; concurſu maris, vt ſunt, oua ſubuentanea. Nec vos moueat autoritas Varronis, qui lib. 1. de re Ruſtica cap. 1. conatus eſt pro vero affirmare, quod in Luſitania apud Vlyſsibonam, circa montem quendam ſunt equæ, quæ concipiunt vento, quod quidem falſiſsimum eſt. Altera, quia ſi ſententia Auicennæ vera eſſet, poſſet fieri (vt dicit ipſe) vt virgines etiam non vtentes coitu concipiant Molam, quia poteſt ex pollutione nocturna, ingredi ſemen muliebre in vterum atq; ita confirmari in Molam. Quod quidem experientia falſum eſſe conſtat, nam ſolæ Mulieres Molam concipere poſſunt, quæ cum viro conſuetudinem habent: *Plutarchus* in præceptis connubialibus videtur habuiſſe hanc ſententiam, quòd Mola fiat à vitiatis humoribus coeuntibus ſimul in vtero. Sed hæc ſententia facilè exploditur, nec mirum, quia non fuit Medicus, quia à corrupto nil niſi corruptum fieri poteſt: præterea ſi eſſet ex corruptis humoribus, proculdubio humores illi vitiati, antequam conformarentur in Molam, mirificè offenderent atq; læderent, neque etiam poſſet ſuſtineri hic morbus tanto tempore, quanto ſuſtinetur. *Auerrhoes* 3. Collec. 29. circa Molæ generationem, diuerſam ab alijs videtur habuiſſe ſententiam, vbi ſcribit eam fieri ob defectum formatricis facultatis: defectum verò fieri, vel propter corruptionem ſeminis, vel membri. Ita opinio eius fuit: ob defectum formatricis gigni Molam & cum defectu naſci: vel propter Vteri aliquod vitium, vel Seminis ipſius. Sed hæc ſententia primò patitur eandem difficultatem, quàm ſententia Plutarchi, quod ſcilicet à corrupto nil niſi corruptum fieri poteſt. Præterea ſi ex mala vteri intemperie ſola, poſſet fieri Mola, proculdubio fieret ſæpe, eo quia vterus ſæpe intemperatus eſt. Poſtremò vbi Semen vitiatum eſt, vel vterus ipſe, vt dictum eſt, fit Sterilitas, non autem Mola. *Itaque ſententia* mea eſt, Molam cùm ſit caro, vt dictum eſt, non aliam habere generationem, quàm habeat ipſa caro. Quo modo verò gignitur caro? Conſtat gigni ex ſanguine, qui apponitur parti quæ nutritur, vel ſubſtantialiter, vel per vapores. Quod enim apponatur per vapores, clara eſt Gal. ſententia 3. de Sympt. cauſis. 3. quanquam eo in loco

A loco interpres Latinus deceptus eſt, & forſan non ἀτμωδῶς id eſt in halitus ſpecie: ſed δροσωδῶς id eſt in roris ſpeciem legendum eſt. Vbi ergo affluit ad vterum ſanguis multus, neq; adeſt vis formatrix ipſius ſeminis, tunc calore ipſius vteri ſanguis iſte conglobatur, & deinceps addito alio ſanguine pedetentim fit nutritio, fit accretio & augmentum, ita vt excreſcat ea Mola, vt excreſcunt aliæ carnes. Sed dices, quomodo & per quas vias fit augmentum quo excreſcit Mola? Fit per vaſa & per acetabula, inſtar fœtus vteri, ita vt ſicut per vaſa nutritur fœtus, ita per vaſa demandatur ſanguis & fit augmentum & generatio carnis. Fit etiam per vapores, quando ſcilicet attenuatus ſanguis vertitur in vapores, Vapores autem appoſiti Molæ, ipſam accreſcere faciunt. Hanc ſententiam videtur etiam ſignificaſſe Auicenna, qui 2. tert. Tract. 2. cap. 19 duas generationes Molæ tradens dixit: fieri Molam, quando multum ſanguinis confluit ad vterum, vt à multo vteri calore conglobetur. Cur verò ita duretur caro, vt acie ferri non incidatur, eadem eſt ratio, quæ in alijs tumoribus carnoſis, nimirum ſanguinis craſsities. Puto vos vidiſſe interdum tumores carnoſos vſq; adeò duros, vt etiam malleo reſiſtant. Sed duo hic quæri poſſunt: vnum eſt, quomodo differat hæc ſententia à ſententia Hippocratis & Ariſtotelis. Alterum, cur ſi eſt caro, & ſi fit vt caro, an ſolùm in vtentibus coitus fiat. Ad primum reſpondeo, hanc ſententiam meam differre ab Hippocrate, quia putauit Hippoc. ex Semine morboſo fieri, Ego verò nihil minus, puto enim fieri ex Sanguine craſſo, ſed ex cocto & in formam carnis redacto à calore natiuo. Differt etiam à ſentētia Ariſtotelis, quia is putauit fieri per indigeſtionem, ex caloris ſcilicet imbecillitate. Auicenna autem & ego, ex magno ca-
B lore, ex coctione, quia ſi fieri debet caro, proculdubio neceſſe eſt ut coquatur ſanguis, & in formam carnis redigatur. Ad ſecundā verò reſpondeo, Molam, fieri ſolummodo in Mulieribus viro vtentibus, quia ex concubitu incaleſcunt loca muliebria, quæ vbi incaluerunt duo præſtant: efficiunt vt attrahatur ſanguis, præterea efficiunt vt calor vteri coagmentatus, concoquat ſanguinem & in formam carnis redigat. Nam fieri etiam Molam ex ſuperfœtatione videtur colligi poſſe ex Hiſtoria quinta lib. Epidem. narratâ illius vxoris Gorgiæ, quæ poſt Menſes quatuor annis ſuppreſſos, concepit & peperit fœmellam; deinde poſt quadraginta dies carnem ſuperfœtatam.

SIGNA MOLAE.

Signa quibus dignoſcatur Mola, multa traduntur à Medicis, ſed pleraq; horum, quia ſunt communia verè prægnantibus & Molam gerentibus, puto nullum efficacius haberi ſignum, quàm ſi poſt decimum menſem prætergreſſum venter adhuc tumeat, nec adſint hydropis indicia. Vbi ergo videbitur decimo vel vndecimo Menſe tranſacto, adhuc mulierem vterum habere, corpore coloratam eſſe & ſuſpicionem abeſſe Hydropis, tunc formidandum eſt ne ſit Mola. Dixi decimo menſe, quia hic eſt verus terminus partus humani. Dicebat Hippoc. indicium haberi Molæ, ſi poſt nonum menſem conceptionis, non moueatur quidquam in vtero. Motus eſt Hippoc. hac ratione, quia mas tertio menſe incipit mo-
C ueri, fœmina verò quarto. At verò hoc argumentum incertum eſt, quia allocutus ſum multas Mulieres, quæ etiam ſexto menſe non percipiebant motum infantis. Moſchio & Cleopatra tradiderunt quædam ſigna, quibus valeamus diſtinguere verè prægnantes à geſtante Molam, & hanc ab Hydropica. Signa verò ſunt, quod quæ gerit Molam tempore quo ſolent fluere Menſes, percipiunt dolores & punctiones neq; motum vllum infantis habent. Poſt decimum menſem emaceratur corpus, venter augetur & interfœminia creſcunt. Ex aduerſo, in verè prægnante, non adſunt hæc indicia ſecundum Cleopatram. Rurſus cognoſcuntur geſtantes Molam ab Hydropicis, quoniam ſi digito pulſetis corpus Hydropicæ, ſonat: ſi corpus habentis Molam nihil ſonat, eò quod ſiccus eſt venter, & vt ſaxa non reddit ſonum. Eſt hoc in loco contradictio inter Hipp. & eius ſequaces: nec non inter Auic. & Hipp. 2. de Morb. Muliebribus & lib. de Sterilibus (Nam ille lib. totus captus eſt & deſcriptus ex lib. de Morbis Muliebribus) ſcribit enim in habente Molam, nullum motum in ventre vnquam perſentiri. Auic. autem 2. tertij, Tract. 2. cap. de Mola, duo dicit: vnum eſt, quod habens molam in vtero, ſentit motum ſimilem motui Embryonis. Alterum quòd in ventre habentis Molam, hora quadam ſentitur motus & poſt horam illam nullus ſentitur. Ex quibus verbis, manifeſta habetur Contradictio inter Hipp. & Auicennam. Pro hac contradictione tollendę ſunt tres expoſitiones. Vnam elicio ex verbis Alberti Magni 10. de animalibus. Tract. 1 cap. 4. Et tract 2 cap. 2. ſc. Molam in vtero nunquam ex ſe moueri, ſed ſolum moueri quando comprimitur
D vel tractatur vterus, quemadmodum Atheromata & Steatomata, ſi comprimantur, videntur huc atque illuc moueri: Sic ex Alberto Magno ſi comprimatur Mola & tractetur, videtur huc atque illuc moueri. Altera expoſitio eſt, quòd Molam moueri, poteſt intelligi dupliciter: vel quòd moueatur per ſe; vel quod moueatur ad motum alterius: Quòd moueatur per ſe falſum eſt, ſicque intelligendus eſt Hipp. Quod moueatur ad motum matris, verum eſt, ſicque intelligenda eſt ſententia Auic. Tertia eſt, quòd duplex eſt motus, videlicet Animalis & Naturalis. Mola non mouetur motu Animali, ſicut fœtus ſicque dixit Hipp. non moueri. Mouetur verò motu Naturali, eo pacto ſcilicet, quia vbi vertitur Mulier in latus pondere ſuo decurrit Mola ad id latus, & in quemcunque ſitum moueatur Mulier ſemper ad eundem mouetur Mola.

SIGNA PROGNOSTICA MOLAE.

Signa prognoſtica ſunt, vt docet Hipp. quòd Mola perduret interdum vſque ad duos aut tres annos. Ariſtoteles 4. de Gener. animalium 7. addidit ſententiæ Hippocratis, quòd etiam ad quartum annum duret, imò vero dicit quod perdurat vſque ad finem vitæ & conſeneſcit. Sed pace Ariſtot. puto fieri non poſſe, vt Mola non acceleret mortem. Quia licet ego conceſſerim perdurare multos annos, tamen nunquam ita perdurat, quin efficiat vt mulier celeriùs intereat, quàm alioquin feciſſet. Dixi perdurare ad multos annos, quia Nicolaus Florentinus refert ſe vidiſſe mulierem, quæ viginti annis geſtarit

Molam. Antuerpiæ ſcriptum eſt ad me, à viris doctiſsimis, fuiſſe mulierem, quæ duodecim annos geſta- A
uit in vtero cadauer emortui fœtus. Reſcripſi (habeo epiſtolas) quibus ego probaui, non potuiſſe eſſe cadauer fœtus emortui, ſed fuiſſe Molam ita figuratam, quia fit Mola variarum figurarum. Addidit Hippocrates vnum, quod pertinet ad prognoſtica. Quod ſi mulier pariat Molam, vnà perit: Si verò pariat plures, ſanguis multus erumpit, qui ſi immoderatè erumpit, dicit quòd moritur: Si vero non immoderatè, ſuperſtes viuit. Moſchio & Cleopatra putarunt omnem Molam eſſe curabilem, ſed decepti ſunt, quoniam exiſtimarunt Molam eſſe tumorem vteri, quod ſupra falſum eſſe diximus. Albertus libro citato ſcribit, in Aquilonaribus regionibus, mulieres, quæ pariunt Molam, perire. Solet hic morbus interdum terminari in Hydropem. Sed volo vos commonefacere erroris Auer. qui 3. Collec. loco citato putauit, Molam ipſam conuerti in aquam & flatum & ita fieri Hydropem. Quam ſententiam omnino falſiſſimam exiſtimo: quia nō video vbi facta eſt Mola dura & magna, vt dictum eſt, quomodo poſsit eliquari in aquam, aut conuerti in flatum, quia ſi conuerteretur in humorem, id fieret ob immodicum feruorem, quia non aliter carnes conuertuntur in humorem, quàm per immodicum calorem eliquantem, vt apparet in febribus ardentibus, in quibus vrinarum multitudo excernitur, ob calorem eliquantem carnes. Quod ſi adeſſet tantus feruor in vtero, vt eliquaret in humores Molam, proculdubio mulier interiret nec locus eſſet generationi Hydropis. Præterea, ſi conuertatur in flatum caro, ſcimus quod ex pauca quantitate carnis, maxima flatuum copia fieret, ita vt nō poſſet contineri ab vtero. Accedit, quod ex car- B
ne nunquam poteſt fieri flatus, quia flatus fit ex debili calore. Iam verò paucus & languidus calor nihil agit in carnem, eò minus in duram, qualis eſt caro Molæ.

CVRATIO MOLAE.

QVoniam docuit Hipp. Molæ curationem difficilem eſſe, aggredienda quidem eſt, ſed ſemper cum prædictione & proteſtatione, nec alius ſcopus habendus in hac affectione depellenda, niſi vt Molam ex vtero quam primùm tollatis. Non poteſt autem tolli, niſi duo præſtentur: Vnum vt præparetur ipſa, quò poſsit expelli: Alterum vt excitetur expultrix virtus, quæ excitata, tandem expellat id quod grauat. Sed quoniam hæc etiam non poſſunt præſtari, niſi corpus vniuerſum expurgetur, ante alia neceſſarium erit corpus expurgare: atq; propterea operæ pretium erit, rationē aliquam victus inſtituere. Dicebat Paulus, continendam eſſe ægram in Aere ſubobſcuro, in cubili immobili, ita vt pedes elatiores & quieti maneāt: Exercitatio inhibenda eſt corpori, præſertim inferiorum partium. Aluus emollienda: Animus addendus Mulieri, quia ſub hac miſeria ſolent Mulieres deſpōdere animos. Vtendum eſt vino moderato, tenui, generoſo: Cibus optimi ſit nutrimenti, quiq; emolliat & attenuet. Vſus Maluæ, Lapathi, Petroſelini, Carnium agnellorum, brodiorum pinguium, conuenit maximè in patiente Molam. poſtea ſtatim emollienda aluus hoc modo:

℞. Florum Caſsiæ, Electua. lenitiui ana ʒ. vj Miſce, fiat Bolus. Lenita aluo, præparandi humores totius C
corporis, vt expurgentur: ſemperq; habenda eſt ratio vteri, idcirco conuenit huiuſmodi Serapium pro præparandis humoribus:

℞. Fol. Beton. Matricariæ, Arthemi, Mentaſtri, Pulegij ana M. j. Fol. Sabinæ, Meu. Cyperi ana ʒ. j. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Decocti ℥. v. Syrupi de Arthem. de quinque radicibus, de Betonica ana ℥ j. Miſce. Quo tempore præparantur humores, videndum an corpus plenum ſit, an ſanguis exuberet. Quod ſi ita ſit, proculdubio mittendus eſt ſanguis & quidem à vena Saphena, eò quod ſtudium Medici hoc in caſu eſſe debet vt fluxus ad inferna prouocetur. Poſtquam præparati erunt humores ſunt deinde expurgandi. Laudant Arabes, Hieras magnas & Logodionis, Archigenis, Hieram Colocynthidis. Poteſt ita parari medicamentum:

℞ Electu. Indi. ℥ s. Trochiſ. de myrrha ℥ j s. Specierum Hieræ, Trochiſco. Viola. Colocynthidis ana ℈ s. Miſce. Cum Melle Roſato ſolutiuo fiat Bolus. Verùm corpore vacuato, ſtudendum eſt duos alios ſcopos implere, ſcilicet: primò parare Molam ad expulſionem. Emollire, Locos dilatare, præterea virtutem expultricem excitare. Pro primo ſcopo ſunt medicamēta quæ potu exhibentur, ſunt & quæ extrinſecus adhibentur. Interius poterit accipi huiuſmodi potio:

℞. Sebeſten num. 12. Paſſularum ℥. s. Caricas num. viij. Dactylos num vj. Seminis Altheæ, Maluæ D
ana ℥. s. Contundantur omnia diligenter & bulliant in brodio parui pulli, ad conſumptionem tertij. Et capiatur dicti Brodij, ſingulo mane lib. s. hoc etenim emollit, nec non locos lubricos & faciles ad tranſmittendam Molam reddit. Exterius autem, adhibentur Fomenta, Balnea, Inunctiones quoq;. Fomentum ſit tale:

℞. Radicum Altheæ ℥. ij, Rad. Lapathi ℥. j. Fol Branchæ vrſinæ M. j. Sem. Fœnugræ. Lini, Seſamii ana ℥. j. Fiat decoctio in aqua communi. Deinde hoc decocto foueatur pecten & loculus Muliebris. Poſt hanc fomentationem, illinantur loca ipſa, vt

℞. Butyri ℥. ij. Adipis Gallinæ ℥ j s. Succi Maluæ ℥. j. Myrrhæ, Galbani ana ℥. s. Miſce ad ignem, & fiat Linimentum, Linimento hoc largè inungendæ ſunt partes illæ, & poſtquam erit emollita materia & loci hi, nihil ſupereſt, niſi vt virtus expultrix excitetur. Quomodo vero id præſtandum, ne omnia confundantur, docebo vos mox, vbi tractabo de extrahendo fœtu mortuo. Nam eadem remedia, quæ ibi conueniunt, etiam Molæ extrahendæ conueniunt, vbi præparata eſt, & loca emollita.

A
DE GRAVIDARVM CVRA.
CAPVT IV.

SED quia non ſat eſt vos cognoſcere, quomodo debeant Mulieres grauidæ reddi medicamentis, niſi etiam noueritis, quomodo ſint Conceptus ſeruandi: idcirco neceſſarium eſt docere idipſum hoc loco, quomodo ſcilicet debeant Mulieres grauidæ, quæ conceperunt, ſeruari. Hoc autem fit duobus modis, vno: Recta victus inſtitutione: altero medicamentis, quæ ſuccurrunt accidentibus ſuperuenićtibus ipſis grauidis: quæ accidētia plurima ſunt: Vomitus, Inappetentia, Appetitus prauus, Saltus cordis, Flatus, Tumor pedū & multa alia. Scriptū enim eſt ab Ariſtot. 4. de Gen. animal. 6 Animalia bruta, quo tempore gerunt vterum, ſemper ſana viuere, propter corporis exercitationes: Mulieres verò ſemper ægrotare, dum vterum gerunt. Rationem reddit, quia vitam ſolitariam agant, otioſè degant, & hac ratione cumulantur excrementa, quæ ipſos Morbos inducunt, propter quæ dicebat Hippocrates lib. 1. de Morb. Mulieb. grauidas ſemper palleſcere. Et Vitruuius cap. 9 lib. 2. ſcribit: Mulieres grauidas, nunquá præſtari ſanas & integras, neque etiam in venalibus integras exhiberi. Videndum igitur, quæ debeat eſſe *victus ratio*, in qua grauidæ ſunt continendæ. Aer debet eſſe temperatus, non admodum frigidus vel calidus: Auſtrinus maximè inimicus, quoniá eſt 3. Aphoriſ. 12. ab Hippoc. ſcriptum: ſub Auſtro ſolent frequenter Mulieres abortire. Debet locus mali odoris eſſe expers, vnde ſunt auertendæ cloacę, ſentinæ & tandem quidquid tetrum mittit odorē. Inter odores graues, inimicus grauidis eſt odor extinctæ lucernæ. Dicit Ariſtot. 8. de Hiſtor. animal. cap 24. Mulieres grauidas atq; etiam Equas, ad odorem extinctæ lucernæ, abortire. Dices cur fieri poſsit, vt ſolùm mali odores ita officiant. Dico hoc perpetuum eſſe, vbi mali ſunt odores, ibi malam eſſe ſubſtantiam, quia fœtor perpetuo ſequitur corruptionem. Ergo vbi fœtor, ibi corruptio & ſubſtantia mala. Iam verò ſcimus, etiam odores cum corpuſculis quibuſdam ingredi corpora noſtra; fœtus imbecillis eſt, patitur & à quolibet alteratur, propter quæ omnia cùm alij odores mali ingrediantur corpus grauidę corrupti, ſpiritus inficiuntur, fœtus attrahit ſpiritus maternos, & cùm ſint infecti, inficitur ab ipſis: non patitur mater ſed fœtus propriè, & quia caro fœtus tenera eſt, flexibilis ad omnia, & ob id obnoxia omnibus & minimis paſsionibus Prouidendum itaq; vt grauidæ ſemper læto animo ſint, omnes Mœrores remoueantur, ab Ira retrahantur & ab omni appetitu: nam nihil eſt quod æquè ipſis noceat, atq; ſi aliquid optent vehementer, & ipſarum deſideria annihilentur: propterea ſcriptum eſt Phiſtum Philoſophum Pythagoricum, & Trotulam Medicum antiquum cauiſſe, ne grauidæ frequentarent hortos, quia hæ optant fructus, herbas, quæ ſi concedantur, nocent: ſi deſiderio fruſtentur, exanimantur interdum. Terrores omnes etiam ablegandi, vnde habetis apud Galenum lib. de Theriaca ad Piſonem, nonnullas grauidas, ſolo tonitru fuiſſe exanimatas. Eſt hoc in loco contemplatio non inutilis, an vbi grauida vehementer appetit aliqua, conſueuerit ſignari fœtus, nam videbitis plurimos, *Appetitus materni impreſſione in fœtu.*
C qui habent ſigna, alij ſtigmata appetitus materni: circa quam contemplationem, multi laborarũt, vt cauſas veras adinuenirent, ſed certè res eſt difficilis, neq; meliorem rationem vllam video, quàm quæ ab Auicenna de Animalibus 5. adfertur. Quod vbi mulier aliqua vehementer appetit, illud ſemper animo voluit, quo fit, vt ſpiritus ipſos, rei deſideratæ forma figuret. Spiritus verò formati figura rei deſideratæ, dum miſcentur ſanguini, quo nutritur fœtus, imprimunt ei eandem figuram, ex ſanguine verò cùm caro gignatur, neceſſario & eadem figurata remanet. Cur potius in vna parte, quàm in alia ſignum deſiderati remaneat: dicunt multi eſſe, quoniam vbi appetit, manu tangit illam partem. Sed has nugas eſſe exiſtimo, & puto hoc fieri vel caſu quodam, vel ob diſpoſitionem illius partis, quæ ſit apta magis figurari, quàm alia. Cauendum grauidis à geſtationibus in curribus: & fuit quandoque lex apud Romanos, ne Mulier curru veheretur, & propter hoc cauendum à Curſu, Saltu, tripudijs: ab omni hominum frequentia, moderatè quidem corpora earum exercenda, in medijs præſertim menſibus. Circa Veſtitum quoque ipſarum habendus eſt delectus, ne videlicet ſe nimis arctè induant, cognoui quæ ex hoc ſolo abortierunt. Tandem id agendum, quod ſtatuit Plato, 5. de Legibus, vt Mulieres voluptates omnes magnas, omnes dolores intenſos animi vitent, & tranquillam, quietamq; vitam degant. Eſt conſideratione dignum, an Mulier quo tempore vterum gerit, debeat habere conſuetudinem cum viro? Ex vna parte videtur omnino ipſas eſſe continendas: Primò, quia eſt periculum ſuperfœtationis, hæ autem periculo- *Grauida an cũ viro coire debeat.*
D ſa & Mulieri & fœtui: præterea etiam ex coitu prouocantur Menſes, quàm autem damnoſum id ſit in grauidis, omnes vos ſcitis. Ex aduerſo, ſtatutum eſt nobis, Mulieri non eſſe permittendum quidquam optare. Grauida libidinoſa eſt, imò dicebat Ariſtot. 7. de Hiſtor. animal. & 4 de Gener. animal. Mulierem ſolam & Equam grauidas, pati maſculos, quanquam etiam ſint alia animalia, quæ videntur hoc pati, Daſipodes videlicet, & Lepores Pro reſolutione huius dubij, Mulier dum grauida eſt, vel appetit, vel non appetit: Si non appetat, clarum eſt, quantum eſt ex ipſa, omnino continendam eſſe ab vſu Veneris. Si verò appetat & vehementer, aut eſt in primis menſibus, vel medijs, aut poſtremis. In medijs menſibus, poteſt quidem Mulier impunè vti viro ſuo: In primis, nequaquam, quia periculum eſt: quoniam vt dicebat Galenus, ſunt fœtus eo tempore perinde ac fructus recentes, qui quolibet vel minimo vento, decutiuntur. Si verò ſit in poſtremis menſibus omnino abſtinendum eſt: & ratio eſt, quoniam vt ſcribit Ariſtot. 7. de Hiſtor. animalium 4. fœtus ſolent exire muco oppleti, vbi mulier in ipſis poſtremis menſibus vtitur coitu. Sed quæres, cur ſola mulier potiſsimum dum grauida eſt, virum admittat, cætera verò bruta, aut omnia, aut plurima, nunquam patiantur dum grauida ſunt marem? Popia ſiue Populea M. Agrippæ filiá interrogata fuit, cur beſtiæ non coeant, niſi quando volunt concipere, Mulier verò licet conceperit, vtatur viro. Reſponſum dedit, hæc bona fœmina: cauſam huius eſſe, quoniam illæ beſtiæ ſunt. Lactantius libro de vteri cultu cap. 23. duas cauſas retulit huius euentus. Prima quam adfert, eſt Deum immortalem hoc dixiſſe humano generi, vt fœminæ ſine noxa grauidæ ſuſtinerent virum, ne ſci- *Mulier ſola grauida cur admittat virum.*

licet viri alienas Mulieres cogantur calcare. Altera cauſa eſt, hoc factum à Deo, vt Mulier grauida renuens virum, poſsit mereri nomen pudicitiæ. Etenim beluæ non poſſunt dici pudicæ ex hoc actu, quia hoc faciunt propterea, quòd nocet ipſis coitus: Mulieres verò electione agunt, quæ agunt, non autem propter moleſtiam, quoniam nullam inde percipiunt. Hæ cauſæ allatæ à Lactantio, morales ſunt & Chriſtianæ. Verùm cauſa naturalis, qua puto id contingere eſt, quia Matrix & vulua in brutis, dum gerunt vterum extuberant valde, & maximè ſunt propinquæ foramini exteriori: vnde bruta, quæ alioqui genitalia magna habent facilè hinc genitalibus impellunt vterum plenum & percutiunt, quæ percuſsiones dum moleſtæ ſunt, fœminæ brutorum ſuſtinere nequeunt, ideò reſiſtunt. Vnde, ſi quæ ſunt animalia inter beſtias, quæ habent genitale breuius, laxius & paruum, fœminarum vteri dum pleni ſunt, non extuberant: iſta etiam animalia plena ſuſtinent coitum, vt Daſipodes. Mulier verò primò habet locos ante vterum valdè craſſos, ita vt vterus plenus ipſis non extuberet, adhæc genitale humanum, non adeo longum vel durum eſt, & idcirco dum mulier vtitur viro, non tangitur ipſius vterus à genitali viri, & ſi tangatur, non adeo percutitur vt moleſtiam vllam notabilem ſuſtineat, propter quod dicebat filia illa Auguſti Iulia, ſe plena naue, conſueuiſſe libenter vectorem tolerare. Cibi mulieris, quæ in vtero habet, debent eſſe neque multi, neque pauci. potius tamen ſi quid peccandum eſt, in multitudine peccare debet, quàm in paucitate. Aquæ frigidæ potus, mirificè fugiendus eſt & aquæ crudæ: quoniam ex Hippocratis libro de Aere, aquis & Locis, & Ariſtoteles 4. de Generat. animal. 2. huiuſmodi aqua, valdè inutilis & noxia eſt grauidis. Fructuum vſus vitandus, quoniam ſcimus multas Mulieres & fœtus interijſſe, ex eſu immodico fructuum. Res quæ ſtatum gignunt, aduerſiſsimæ ſunt grauidis, ſed præ cæteris, aduerſiſsimus eſt frequens rerum ſalitarum vſus. Ariſtoteles ſeptimo de Hiſtor. animalium 4. ſcribit. Quòd ſi grauidæ vtantur nimio ſale, fœtus oriuntur ſine vnguibus, Hippocrates autem de ſuperfœt. ſcribit, vbi infans oritur ſine vnguibus, minimè vitalis eſt. Dices, Cur Salitorum vſus efficiat, vt fœtus exeat, ſine vnguibus? Dico hanc cauſam eſſe, propterea quòd vt habet Hippoc. libro de Carnibus, Vngues fiunt ex parte glutinoſa & viſcida: Vſus Salitorum adimit omnem viſcoſitatem, attenuat ita, vt deficiente materia Vnguium, neceſſario fruſtetur ipſorum ortus. Iam verò contra *Vomitum*, conueniunt conſtrictiones manuum & pedum. præſertim à cibo. Frictiones, moderatæ inunctiones, etiam quæ retinent: veluti eſſet huiuſmodi ventriculo facta:

Ad accidentia ſuperuenientia grauidis.

℞. Olei Cidonio Maſtichini, Succi Labruſcæ ana. ℥ j. Pulue. Coral. rub. Myrtillo. ana ʒ j. Ceræ parum, Miſce, fiat Linimentum. Vſus Diacydoni: ſine ſpeciebus conuenit. Conueniunt, vt docet Auicenna Grana punica in ore retenta. *Si cadat appetitus*, aut ſi laborent appetitu prauo, quemadmodum ſæpe ſolent mulieres in primis menſibus, ſuccurrendum vt dictum eſt aliàs. Laudat Ægineta, vſum Vini vetuſti & odorati, Aquam virgæ paſtoris potatam & præſertim poſt cibos: Anethum etiam vino maceratum. Sed aduertendum in appetitu corrupto, prudenter agendum eſſe cum grauidis, quoniam, vt dictum eſt, ſi denegentur res optatæ, grauiſsimè offenduntur, offenduntur quoque ſi concedantur. Propterea inter alia in his caſibus ſtudendum, vt perſuadeatur blandè grauidis, ne velint ſumere res prauas, ne optent noxia. Trotula Medicus, quem mulierem fuiſſe putant, laudauit in his caſibus Fabas Sacharo conditas, quaſi eæ adimant omnes prauos appetitus Mulieribus. Si *Flatus* fuerint in ventriculo & toto grauidæ vtero, prouidendum, cum diſcutientibus flatus, cum ſacculis, inunctionibus, ne tamen exhibeantur intus, quæ Mulieri diſcutiant flatus, vt Anethum, Fœniculum, eò quod vſus horum immodicus, prouocet menſes: & in grauidis, nihil pernicioſius habetur, quàm prouocare menſes. Pro *ſaltu cordis*, ſiue palpitatione, qua ſolent grauidæ exerceri, laudarunt Paulus & Auicenna, potum aquæ calidæ, exercitium blandum, frictiones, & præſertim partium ſupernarum: quod aduertendum, vt quando in vſum veniunt frictiones, in grauidis nunquam fricentur inferna, ſed ſemper ſuperna, eò quod ex partium infernarum frictione, prouocentur menſes, quod periculoſiſsimum eſt, Ad *tumorem pedum*, inter alia procuranda eſt optima coctio, poſt in vſu habendæ lotiones pedum ex aqua marina, vel ſalſa, vel aqua, in qua ſit coctum Chamomillum, Anethum, Oleum Chamomelinum, cum ſale, fomentationes etiam ex ſale, quæ omnia blandè tollunt tumorem pedum ſine noxa, & *ſummatim* in grauidis, vbi conſilium, occurrere ſymptomatibus, debent omnia blandiſsimè agi, nec vti illis remedijs grauibus licet, quæ ſolent in alijs ſimilibus accidentibus adminiſtrari.

HIERO-

A

HIERONYMI MERCVRIALIS DE MORBIS MVLIEBRIBVS

Liber Secundus.

DE MORBIS QVI CIRCA PARTVM CONTINGVNT.

DE ABORTV, PARTVVE QVI NON FIT tempore debito. CAP. I.

B SEQVITVR, vt de vitijs quæ in Partu contingunt agamus: quæ duobus modis contingunt, vel quia partus non fit debito tempore, vel quia non fit debito modo. Primò agendum de vitijs quæ contingunt in Partu, qui non fit debito tempore, ſi enim non fit debito tempore, eſt quia antecedit, fit enim citius & maturius, quàm conueniat. Nam nunquam dicetur Abortus ſi excedatur tempus pariendi, ſicuti, ſi verum eſſet, quod dicit Auicenna, & Petrus Aponenſis, quandoq; decimoquarto menſe Mulierem peperiſſe, nunquam appellatur Abortus, quia non eſt vitium. Vt verò ſciatis quæ nam ſint non debita partus tempora, ſciendum quod nam ſit tempus à natura Mulieri conſtitutum. Ariſtot. 7. de Hiſtor. animal. 4. ſed ante ipſum etiam Hippoc. lib. de ſeptimeſtri & octimeſtri partu, fuerunt in hac ſententia, quod tempus pariendi ſit ſeptimus Menſis, octauus, nonus & decimus. Et Ariſtoteles, qui omnia conſiderauit, addidit ſententiæ Hippocratis vni homini data eſſe à natura pariendi varia tempora. Bruta verò (inquit) hoc nó habent, quia quodlibet genus brutorum, conſtitutum aliquod habet tempus, nec vllum aliud præterea. Vnde Canis ſemper quarto Menſe, Equa nono aut decimo, Elephas ſemper ſecũdo anno: ſolus homo plura tempora habet. Cur verò hoc habuerit, à nullo inuenio explicatum, puto tamen naturam ſolicitam propagationis humanæ, & conſeruationis fœtus humani voluiſſe, vt non vnum tempus haberet, vt ſcilicet, vel ſi maturius, vel ſi tardius exiret, poſſet viuere. Itaq; cùm hæc tempora homini ſint conſtituta, ſequitur vt quotieſcunq; oritur infans ante ſeptimũ menſem, ortus ille ſit ante debitum tempus, & eiuſcemodi ortus, di-

Partus humani tempus, & cur varium.

C ctus eſt ab Atticis ἀμβλώσεις ſiue ἄμβλωσις. Primo in 6. Epid. 2. & alibi ex Gal. appellatus eſt, ab Hippoc. ἐκτρωσμοὺς, διαφθορὰς, interdum locis citatis. Latini omnes modò Aborſum appellarunt, modò Abortum. Sed hîc occurrit *dubitatio*, an videlicet octimeſtris partus debeat vocari Aborſus. Ex vna parte videtur quòd ſic, quia vt meminit Ariſtoteles locis citatis & Hippoc. lib. de octimeſtri partu, ſiue ſuus fuerit, ſiue Polybi, nam Clemens Alexandrinus, 6. Stromaton citat hunc, tanquam Polybi, non Hippoc. Dixerunt octimeſtrem partum non eſſe vitalem, imò etiam grauidæ periclitantur in hoc menſe, vt hac ratione non videatur eſſe partus legitimus, ſed potiùs Abortus, ſiue Aborſus. Ex alia parte, eſt autor Ariſt. locis citatis, vbi numerat octauum menſem, inter tempora conſtituta à natura pariendi in hominibus. Accedit, quod idem ſcribit, viuere in Ægypto octimeſtres partus Auic. item de Hiſpania affirmauit. Pro ſolutione, ſum huius ſententiæ, quod octimeſtris, nequaquã debet dici Aborſus, neq; partus illegitimus. Et propterea veteres omnes videntur quodam peculiari titulo appellaſſe hunc partum octimeſtrem: nõ eſt dicendus Aborſus, quia hic eſt propriè imperfectus fœtus: Iam verò octimeſtris eſt totus conſumatus: non eſt etiã legitimus partus, quia ex centum qui ita naſcũtur, vix vnus aut alter ſuperſtes viuit, præſertim in noſtris regionibus: Eſt itaq; partus nõ legitimus, atq; hoc eſt oraculum illud ſiue Ænigma, quod Hipp. reliquit in lib. de Alim. ſub ijs verbis: Eſt, & nõ eſt, octimeſtris generatio, de quo plura in quarto variarum lectionum noſtrarum. Dices, cur fœtus viuunt ſeptimo menſe, octauo viuere non poſſunt? Præterea quæ eſt

D ratio, cur in Ægypto viuant octimeſtres partus? Aſtrologi, vt redderent huius rei rationem, dixerunt, quemlibet menſem conceptionis, gubernari à proprio quodam Planeta, octauum gubernari à Saturno: qui quoniam frigidus & ſiccus Planeta eſt, Frigiditas verò & ſiccitas, inimica eſt vitæ, hinc dicunt partus natos ſub hoc menſe, non eſſe vitales. Sed Picus Mirandula. tert. contra Aſtrologos, refutauit hanc opinionem & rectè, quia imaginarium hoc eſt, quod menſes deputati ſint ſingulo Planetæ: quia cum maximè & infinito modo varient menſes, ita vt reperiatur vna grauida in ſeptimo, altera in octauo & quarto: eſt veluti confuſio dicere, quod huiuſmodi mulieri in hoc menſe hic Planeta, & illi alter, præſideat. Polybus ſiue Hipp. lib. de Septimeſtri partu, attulit aliam rationẽ & meliorẽ, ſc. quòd partus in vtero, ſemper octauo menſe laborat, non admodum valet, vnde ſi eo tempore quo laborat, exeat in lucem, atq; experiatur hanc mutationẽ, proculdubio ſuccumbit & moritur, quia cum ſit naturaliter infirmus, eo tempore vt permutetur ab aere & loco valde diuerſo, ab eo in quo erat, proculdubio nõ poteſt ſuſtinere huiuſmodi perturbationes. Quomodo verò laboret in vtero, octauo menſe, explicat Auic. 21, tertij Tract. de Abortu, & Albertus Magnus 10. de Anim. tract. 1. cap. vltimo, qui omnes, quaſi explicãtes Hipp. ſententiã, dixerunt: Idcirco laborare fœtum in vtero octauo menſe, quia ſeptimo menſe, cum fœtus ſit grandior & conſumatior, opus habet multo nutrimento & multo aere, quæ omnia, cum ſibi deſint, quærit exitum & incipit moueri. Quod ſi exeat eo tempore, ſuperſtes viuit, quia iam conſumatus eſt, ſi non exeat ſed retineatur in vtero, ob labores quos ſuſtinet ſeptimo menſe, dum nitebatur exire, in octauo debilis eſt, lan-

guidus, infirmus ita vt neceſſarium ſit ipſum adhuc in vtero permanere, vſq; in nonum menſem, vt re- A
creetur & reficiatur, quoniam in nono menſe, cum poſtmodum ſit refectus & languorem omnem & in-
firmitatem depoſuerit, dum egreditur, egreditur valens & incolumis, & propterea vitalis eſt. Qua de re
Picus Mirandula loco citato, maximè errauit, qui exiſtimauit ſententiam Hipp. & Auic. diuerſam eſſe,
tradidit tanquam diuerſas, cum tamen non ſint diuerſæ. Sed Auicen. & Albertus explicarunt ſententiam
Hippoc. Cur porrò in Ægypto & Hiſpania, octimeſtres partus ſint vitales, Ariſtoteles attulit rationem:
Vnam ſcilicet, fertilitatem mulierum & facilitatem pariendi, inquit enim, quòd cum iſtæ mulieres facilè
pariant ſint robuſtæ, robuſti quoq; ſunt eo tempore fœtus, eò quod dum exeunt, non ita offenduntur à
loco ſibi aſſueto. Sed addatur & altera ratio, quia aer Ægypti calidus eſt, aer verò calidus magis eſt ſimi-
lis loco vteri, in quo permanebat fœtus. Et propterea, licet fœtus octauo mẽſe exeat imbecillis, eo in lo-
co, nõ tamen ita offenditur, in cœlo ſibi aſſueto, quia nõ multũ eſt diſsimile à loco priſtino. Itaq; Aborſus
propriè dicitur partus omnis, qui exit ante ſeptimũ menſem, vnde manifeſtum eſt erraſſe Cõciliatorem,
qui dicit, quandoq; viſum eſſe fœtum in ſexto menſe vixiſſe. Eſt enim, vt dicit Ariſtoteles, quia ſępe errat
mulier in numerandis menſibus conceptus, vt accipiat ſextum pro ſeptimo. Verum quidem eſt, quod
interdum exeat fœtus decimo menſe & pręſertim fœminæ, quoniam ex Hippocratis locis citatis, & Ari-
ſtotelis, fœminæ tardius in vtero perficiuntur: Viri verò celerius ob caliditatem. Extra vterum verò, fœ-
minæ citius perficiuntur, non ſolùm ſecundum corpus, ſed etiam ſecundum animam, eò quod fiunt ci- B
tius prudentiores, quam viri. Quanquã Ariſtoteles, qui locum hũc Hippocratis accipit, dicat, ſolùm per-
fici citiùs fœminas extra vterum, quò ad corpus ſolùm, quod dixit, quoniã loquitur de omnibus anima-
libus, nõ ſolùm de homine. Eſt ergo Aborſus, fœtus imperfecti emiſsio ante debitũ tempus. Quod ſym-
ptoma eſt in genere actionis naturalis læſæ ſcilicet facultatis contentricis vteri, quia facultas contentiua
Vteri debet fœtum co[illegible]nere vſq; ad tempus debitum, vbi verò non detinet, dicitur omnino deprauata
eſſe & vitiata. Vitiatu[illegible]rò multis de cauſis: nam morbi quos ſequuntur Aborſus, ſunt omnes ferè mor-
bi & vteri & corporis, malæ intemperies, ſolutiones continui, & malæ compoſitiones. Omnia hęc mor-
borum genera poſſunt etiam ſeparatim & coniunctim offendere virtutem contentiuam, ita vt non con-
tineat fœtum.

C A V S AE.

Cauſarum quæ ad Abortũ efficiendum concurrũt, aliæ ſunt Internæ, aliæ Externæ. *Internarum*, aliæ
pertinent ad Animum, aliæ ad Corpus. Quæ pertinent ad Corpus, ſunt hi morbi qui exercent cor-
pora hominum, ſcilicet, Malæ intemperies, ſolutiones continui, & malæ compoſitiones. Calidam
intemperiem clarum eſt Aborſum facere poſſe, hac ratione. quia calor depopulatur humorẽ, quo deſti-
tutus fœtus, neceſſario corrumpitur. Similiter frigida intemperies Abortũ facit, duabus de cauſis, quia
frigus eſt vitæ aduerſiſsimum, adhæc in frigida intemperie, prauum nutrimentum ſuggeritur fœtui & C
conſequenter, fœtus priuatus hoc nutrimento bono, neceſſario interimitur. Dicebat Gal. 2. de Locis af-
fectis vltimo, frigidas mulieres eſſe pigras, ſomniculoſas & pituitoſas, ex quo fit vitioſum alimentũ. Hip-
poc. lib. de veteri medicina, ſcriptum reliquit, quod temperatum accedit frigido à calido, & rurſus acce-
dit temperatum calido à frigido, quod ſi vtrumq; ſeparetur, affligit, inquit ſicuti enim videmus fructus
hyberno tempore minimè maturare, ita contingit fœtus in vtero frigido, minimè maturari poſſe. Humi-
da ſimiliter intẽperies, facit Abortũ, eò quòd primò ligamenta nõ conſolideſcunt: Secundò, ſemper ace-
tabula vteri, muco ſunt plena, propter quod fœtus facilè ab hac humiditate quaſi ſuffocatur. Tertiò, ex
humida intemperie, retentrix vteri fit infirma, & conſequenter vſq; ad tempus debitum minimè fœtum
continere poteſt. De his ſcribit Hippoc. 5. Aphoriſm. 45 quæcunq; mediocriter corpora habentes, abor-
tiunt ſecundo aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula vteri plena mucoris ſunt: idem
namq; contingit quod in terra lutoſa & aquoſa, in qua nõ poſſunt Plantæ coaleſcere neq; perdurare Sic-
ca intemperies, efficit & ipſa Abortum, eò quod ligamenta, veluti cordæ exſiccatæ, diſrumpuntur. Præ-
terea, fœtus facilè priuatur nutrimento & facilè hac ratione corrumpitur, quemadmodũ videmus plan-
tas citò corrumpi, in terra arida & arenoſa. Hæ verò intemperies, non ſolùm faciunt Abortum, quia ſunt
in vtero ipſo, ſed etiam quando totum corpus malè habet: nec ſolùm ſimplices nocent, imò verò magis
nocent, copulatæ vel humoribus, vel flatibus. Quod verò flatus vtero incluſi Abortum efficiant, clariſ- D
ſimum eſt. Præter has intemperies, eſt etiam habitus corporis in cauſa ſæpè, vt fiat Aborſus, veluti ſi cor-
pus ſit nimis gracile, vel nimis craſſum. Dicebat Hippoc. 5. Aphoriſm. 44. & lib. de Superfœt. mulieres
craſſæ, aut tenues nimis, aut non concipiunt, aut abortiunt. Tumores, vlcera vtero, ſi innaſcantur & ipſa
faciunt Abortum, quoniam, vt eſt apud Hippocratem 5. Aphoriſm. 43. in vtero grauidæ, ſi fiat Eryſipelas.
lethale eſt. Imo verò vt ſcriptum eſt Aphoriſm. 30. eiuſdem, grauidam mulierem quolibet acuto morbo
corripi, lethale. Cauſæ *internæ* ex parte Animi, ſunt paſsiones omnes, vt Ira immodica, lætitia, & tantum
poteſt lætitia in animis mulierum, ut legatur etiam mulieres non grauidas, exanimatas eſſe. Triſtitia
quoq; & Riſus poſſunt id efficere, præſertim quoq; Horror, vt ſcriptũ eſt ab Hippocrate primo de mor-
bis mulieb. & à Galeno 2. in 5. Epid. 8. Si mulieres grauidæ, horrendum quid conſpexerint, ſtatim di-
ſperdere fœtum. Imò habetur in Coacis prænotionibus, quod ſpiritus cùm ſuſpirio emiſſus, in grauida
Abortum facit: poſſunt idem & Vigiliæ nimiæ. Cauſæ *Externæ* Abortus & ipſæ plurimæ ſunt, imprimis
Aer omnino fœtidus & corruptus, vt ſi plenus ſit prauis odoribus, præſertim odore extinctæ lucernæ:
Aer inconſtans, inclemens: habetur apud Hipp. 3. Aphor. 12 (quem locũ mutuatus eſt Ariſtot. 1. prob. 9.)
Quod ſi hyems fuerit Auſtralis & pluuioſa, ver autem ſiccum & Aquiloniũ, mulieres quibus partus im-
minent in vere abortiunt. Sic dicit Auicenna & Albert. Magnus 10. de Animalium tractat. 2 cap. 7. Quod
in regionibus Borealibus, in regionibus nimis frigidis & calidis, facilè mulieres abortiunt. Exercitatio-

A nes corporis omnes, maximè hoc poſſunt: curſus, ſaltus, percuſsiones & caſus etiam. Etenim ſicuti fructus colligantur proprijs arboribus, ita etiam fœtus colligantur vtero: vnde Stoici dixerunt, fœtum non eſſe animal, ſed partem vteri: contra quos ſcripſit Galenus libellum. Vt ergo fructus concuſsionibus, ventis, decidunt: ſic etiam fœtus, ex nimijs motibus & concuſsionibus violentis decidunt facilè, & corrumpuntur. Balnea etiam inter has referuntur cauſas, eò quod ex nimio vſu Balneorum, ita molleſcunt ligamenta, vt pondus fœtus non poſsint continere. Omnis euacuatio, ſiue ſanguinis, ſiue alterius rei, Abortus cauſa eſt. Et propterea Hippoc. 5. Aphoriſ. 34. dicebat: Mulieribus grauidis ſi fluxus alui ſuperueniunt, abortiunt. Hac eadem ratione Medicamenta fœtum corrumpunt, tum quia aluum nimis mouent, tum etiam quia inimica ſunt vitæ, vt eſt Elaterium, Radix Cyclaminis, Sabina. Sectio venæ, dicebat Hippocr. 5. Aphoriſm 31. abortum facit, præſertim ſi fiat poſtremis menſibus, quia in alijs menſibus ſæpe cōtingit, vt ſectio venæ non modo non noceat, verùm etiam proſit. Coitus multus, præſertim poſt ſeptimum menſem, inter cauſas Abortus etiam annumeratur, eò quod agitatur fœtus & conſequenter labeſcunt ligamenta & franguntur. Cibus & Potus, ſiue multi ſint, ſiue pauci ex 1. lib. de Morbis mulierum, faciunt Abortum. Refertur enim de ſorore Caij Duelij, quod cum grauida eſſet, inter epulas nimis ſaturata, ſtatim abortum fecit. Sunt etiam quædam Ciborum genera, quæ facultatem habent corrumpendi fœtum, præſertim edulia, quæ prouocant menſes, quæ nimis refrigerant: ſic potus aquæ frigidæ, potus vini frigidioris, ſæpe Abortum facere ſolent. Sunt poſtmodum & quædam alia, quæ proprietate
B quadam dicuntur facere Abortum: cuiuſmodi Leporem Marinum eſſe refert Plinius. Galenus libro de Theriaca ad Piſonem ſcribit, quod ſi grauida tranſeat Amphysbenam ſerpentem, ſtatim abortit: idem dicunt ſi tranſeat ſuper radicem Cyclaminis. *Dubitatio* eſt, an inter cauſas Abortus debeat adnumerari etiam anguſtia vteri. Ex vna parte, ſunt tres autoritates Hippocratis. Vna eſt, lib. de Superfœt. altera, lib. de Sterilibus in quibus ſcribit, ſi mulier in tertio, quarto & quinto menſe, abortum faciat, atque hoc pluribus vicibus & ſemper eodem tempore, hoc eſſe, quia vterus amplius diſtendi non poteſt. Et in his locis, Hippoc. docet, quomodo medicamentis ſit vterus extēdendus, eò quòd facilè eſt videre inde, quòd anguſtia vteri ſit interdum cauſa Abortus: & in patria mea eſt nobiliſsima mulier, quæ ſemper abortum facit ſeptimo, ijſdem præcisè diebus, iam quater. Tertia autoritas Hippocratis eſt primo de Morbis muliebr. vbi ſcribit, ſi Vterus ſit vel nimis magnus, vel nimis paruus, fieri Abortum. Ex altera parte ſunt omnes ſcriptores, Galenus, Auicenna, Albertus, qui omnes nullum fecerunt verbum inter cauſas Abortus, de Anguſtia vteri, vnde non videtur rationi conſentaneum, potuiſſe ſilentio ab ijs prætermitti. Sententia mea eſt, Vteri anguſtiam non poſſe eſſe cauſam Abortus, ad quod credēdum impellor, non ſolùm quia Galenus & alij id ſiluerunt, verùm etiam, vt clariſsimè explicatum eſt à Galeno & Auenzoar, quia vterus fabricatus eſt à natura talis, vt ſemper poſsit extendi, vſque ad conformationem partus. Præterea, anguſtia vteri, poteſt quidem auferre augmentum & magnitudinem fœtus, ſed non poteſt auferre vitam. Probo, quia anguſtia nihil aliud facit, niſi quod prohibet dilatationem carnis, quod non videtur eſſe ex rebus neceſſarijs vitæ, exemplis externis. Qui volunt enim facere catellos paruos, vt docet Ariſtot.
C in problematibus, concludunt ipſos ſtatim vt nati ſunt, vaſis anguſtis: prohibetur inde ſanè augmentum, non autem vita. Accedit & aliud. ſi enim capiantur fructus, dum ſunt alligati propriæ matrici, & ita acerbi, concludantur vaſe aliquo, videbitis illis auferri augmentum, ſed non vitam, quemadmodum Ariſt. 10. probl. 14. & Rhaſis 9. Conten. ex authoritate Rabi, fœtus paruos fieri in anguſtia vteri, non autem mori, huiuſmodi exemplis docent: Sic exiſtimo quod vterus anguſtus poſsit efficere vt fœtus gignatur paruus, ſed quod corrumpatur, hac ſola cauſa nequaquam fieri exiſtimo. Ad Hippocr. vt hoc tanquam πάρεργον explicemus, libri illi duo, ſunt editi à diſcipulis Hippocr. quia ferè eadem dicuntur in vtriſque libris, de Superfœt. videlicet & lib. de Sterilitate. Sed fuerunt diuerſi diſcipuli, qui ediderunt ſub diuerſis titulis, & propterea, multa ſunt potius digna diſcipulis, quàm Magiſtro, & idcirco non accepti ſunt à poſteris. Sed dices, Galenum non ſoluiſſe hâc cauſam, quoniam tert. natural. facul. 12. videtur reduxiſſe cauſas Abortus ad tria genera, ad Molem videlicet, ad Pondus & ad Morſum. Ad molem, quando dicit: vterus extendi non poteſt. Ad pondus, quando ligamenta, præ debilitate ſua ſuſtinere non poſſunt fœtum: Ad Morſum, quando vel fœtus corruptus eſt, vel ligamentis diſruptis, exit Ichor per vterum. Ergo videtur hoc loco inter cauſas Abortus etiam recenſeri anguſtiam vteri? Dico, Galenum loco illo hoc agere, vt demonſtret quibus de cauſis, vis expultrix poſſit excitari: inquit enim ſemper excitari à moleſtia,
D hæc verò naſcitur vel à Mole, vel à Pondere, vel à Morſu. Sed excitatur hæc vis expultrix, non ſolum in Abortu, verùm etiam in partu, ita vt Galenus loquatur eo in loco, de cauſis excitantibus facultatem expultricem, tàm naturalibus, quàm violentis: perinde ac ſi loquatur ibi, tàm de Partu naturali, quàm de Abortu. Quod ſi ita eſt, dico, quod quando dicit Galenus excitari vim expultricem à Mole, quando extendi non poteſt, tunc loquitur de Partu, non autem de Abortu, quia vis expultrix, tempore partus legitimi, excitatur à moleſtia, quam infert moles fœtus: cùm enim tunc grādiuſculus ſit, non poteſt amplius extendi & propterea moleſtatur vterus, vt ad expellendum inſurgat. Ad alteram Hippocr. autoritatem, in lib. de Morbis muliebr. dico, tametſi concedatur in vtero paruo, facilè Abortum fieri, non id tamen fateri cogimur fieri ob anguſtiam, ſed potius quia in vtero paruo, parua etiam ſunt vaſa, paucum nutrimentum, quo fit facilè vt fœtus deſtitutus nutrimento, ante tempus iuguletur.

SIGNA.

Signa Abortus, alia futurum portendunt, alia fœtum inſitum iam mortuum eſſe indicant, alia cauſas Abortus oſtendunt, alia de ſalute nobis argumentum adferunt. Quod ad *primum genus* ſpectat, eſt ab Hippocrate ſcriptum 5. Aphoriſmo 37. & 38. Quod Mulieribus vterum gerentibus ſi mamillæ graciloſcunt, abortiunt. Imo dicit: quod ſi altera duntaxat mamilla graciloſcat, vtpote dextra,

maris fit abortus: ſi ſiniſtræ, fœminæ. Cuius rationem affert Galenus, quoniam eius fuit ſententiæ, vt A mas in dextra parte, fœmina verò in ſiniſtra vteri parte gignatur. Dices, qui hoc fieri poteſt, quandoquidem fieri videamus vt etiam ſine abortu Mammillæ gracileſcant ſæpè: præterea non videtur hoc admodum rationi conſentaneum, quoniam ſicuti vbi mulieres parturiunt & fœtus exit, Mammæ ſolideſcunt magis, & grandiores fiunt: ſic videretur potius, quod vbi extinguitur fœtus, pari ratione deberent Mammæ grandiores fieri. Dico id quod ſcriptum eſt apud Hipp. lib. de Natura pueri, quod vbi conceptus eſt in vtero, ex ſanguine deſtinato vtero, exſugit ſibi dulciſſimam partem, quod reliquum eſt pinguioris, mittitur ad Mammas per communionem vaſorum. vnde collectus ibi ſanguis, efficit vt Mammę magis tumeant & fiant grandiores. Vbi verò fit Aborſus, fit aut ſubitò, aut paulatim. Si ſubitò, eſt propterea quod magna vi franguntur ligamenta, quibus fractis, ſanguis magna vi erumpit, nec modò erumpit is ſanguis qui eſt in vtero, verùm etiam ille qui eſt in Mammis: atq; ita fit, vt vbi fit Aborſus, Mammæ gracileſcant. Sed ſi fiat Aborſus paulatim, eſt propterea quod fœtus deſtitutus eſt proprio alimento, vnde cogitur etiam exhaurire id quod eſt in Mammis, vnde mammæ gracileſcunt, fœtus verò corrumpitur: quia vbi in Mammis non eſt amplius ſanguis, ſignum eſt etiam, nec eſſe in vtero, qui poſsit fœtum nutrire & conſeruare. Sed dices Hippocratem eo in loco ſcribere, quod vbi fit partus naturalis & legitimus, fit quia fœtus non fouetur nutrimento quo deberet: vnde fruſtratus proprio nutrimento, dicit Hippocrates, incipit calcitrare, mouere pedes & manus, ex quo motu, fit vt ligamentis ruptis, exeat tandem fœtus. Ergo fit etiam partus naturalis, ob defectum alimenti, tamen in hoc ſolideſcunt & grandiores B fiunt Mammæ: ergo deberent etiam in Abortu fieri grandiores, aut ſaltem ſi gracileſcunt, non gracileſcunt ob defectum nutrimenti fœtus. Reſpondeo, alimentum paucum eſſe, dupliciter intelligi poteſt, vel reſpectiuè, vel ſimpliciter: vbi partus legitimus propinquus eſt, deficit quidem nutrimentum, ſed reſpectiuè, quia licet adſit copioſum nutrimentum, eſt tamen fœtus grandior & propterea comparatum nutrimentum magnitudini fœtus, dicitur eſſe paucum. Ex aduerſo in noſtro caſu eſt, quia vbi fit Abortus paulatim, eſt, quia deficit ſimpliciter alimentum, hoc eſt: quia nec theſaurus ſanguinis in Vtero, nec etiam in Mammis reſeruatus eſt. Itaque vera eſt ſententia Hippocratis. Quod ſi Mammæ gracileſcunt, fit Abortus. Addit Auicenna & Albertus, quod non ſolùm fit Aborſus, ſed eadem die. Sed vt intelligatis ſententiam Auicennæ, quia non eſt vſquequaque vera, ita eſt interpretanda. Quod vbi Mammæ derepente & vehementer gracileſcunt, eadē die fit Aborſus: rurſus ſi pleuriſis, vel morbus alius acutus exerceat grauidam, etiam hoc indicium eſt futuri Abortus. Similiter dicebat Hipp. 5. Aphor. 52. Quod ſi lac multum effluat è mammis, ſignum eſt Aborſum futurum. Multitudo dolorum in vtero, in Febribus, rubor maior faciei, capitis grauitas, laſsitudines inſuetæ, ſunt argumenta futuri Abortus. Et præter hæc ſi cauſæ facientes Aborſum adſint, ſuſpicandum eſt Abortum futurum eſſe. Signa verò quæ *iam mortuum fœtum eſſe demonſtrant*, ſunt: pallor, faciei præſertim, Labiorum, Frigiditas vteri, Motus ablatus fœtus, Animi deliquia, Conuulſiones quædam membrorum. Deinde, ſi ex vtero aquoſa & fumoſa excrementa C exeant, deinde etiam ſubrubra, Hæc etiam indicia ſunt, non modò futuri Aborſus, ſed etiam propinqui. *Signa cauſarum ſunt:* quòd ſi fiat à cauſis extrinſecis, cognoſcetur ex relatione & præſentia ipſarum cauſarum. Si verò internæ, & fuerunt Morbi, proprijs indicijs cognoſcentur: vt ſi ex vlcere, ex intemperie aliqua vteri, ſimiliter ſi ob craſſitiem aut tenuitatem, intelligetis quando nullæ aliæ cauſæ aderunt. Quod ſi materia flatulenta faciat Abortum, itidem cognoſcetur, quoniam nulla alia cauſa aderit, ſolummodo tenſio ſine grauitate in vtero, copioſi flatus erumpentes ex vtero: ſic quoque, iſtæ vtilitatem percipient ex rebus flatum diſcutientibus maximam. Scribunt Galenus, Auicenna & Albertus: Quod ſi fœtus corrumpatur à ſecundo menſe ad ſextum, quòd hoc ferè ſemper ortum ducit, vel à nimia humiditate, vel à flatu, nec eſt negligendum quod addunt, Auicenna & Albertus, ſcilicet ſi fœtus corrumpatur primis diebus, id naſci ex ſubtilitate & tenuitate ſpermatis. Explicant & rectè, quia ex materia ſpermatis, vt noſtis, fit tela illa fortis, quæ Secundina dicitur. Si ſperma fuerit denſum & craſſum, fit hæc tela valida: ſi materia ſeminalis ſubtilis eſt, efficitur hæc tela infirma admodum & laxa, quo fit vt nec etiam in principio poſsit fœtus ab ipſa ſuſtineri.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica Abortus ſunt, quod in Abortu ſemper mulier periclitetur, vt dicebat Hippocr. lib. de Superfœt. & in primo de Morbis Muliebribus. Sed potiſſimùm periclitatur in octauo menſe, ratio eſt: D quia fœtus eo tempore grandiuſculus eſt, nec non niſi magna vi exire poteſt: præterea ſemper, vt aliàs dictum eſt, in octauo menſe & fœtus & grauidæ magis laborant, infirmique ſunt. Aetius in libro 16. cap. 19. ſcribit: quod in Abortu minus lædantur illæ mulieres quæ ſunt ſaniores, quæ aluum laxā habent, quæ ſimiliter vteri partes humidas gerunt. Ratio eſt, quia ſi in ſanioribus vis expultrix robuſtior eſt, ſi vterus ſit laxior & humidior, facilè hiat, facilè cedit fœtui exeunti & mortuo. Similiter dicit Aetius, quæ magnos infantes pepererunt, minus periclitari in Abortu, ſicut & ætate prouectiores, & paucum ſanguinem habentes. Aduertendum, quod vbi Aetius ſcribit, ætate prouectiores minus laborare in Abortu, intelligendus eſt, quòd non ſolùm multam ætatem habeant, ſed etiam ratione ætatis multos pepererunt, quia ſi mulier grandior natu concipiat prima vice, & abortiat, maximè periclitatur: non ita, ſi aliàs pepererit, tùm propter aſſuetudinem ferēdi labores, tùm etiam propter latitudinē vaſis, per quod exit infans.

CVRATIO.

CVratio verò tota poſita eſt ferè in præſeruatione, quia etſi poſtquam factus eſt Abortus, indigeat puerpera curatione, non eſt tamen differens hæc curatio à curatione eius, quæ peperit legitimè. Hæc verò præſeruatio duplex eſt: Vna quæ debetur mulieri, antequam cōcipiat: altera, poſtquam concepit & periclitatur nę abortiat: in vtriſque, eſt vna ferè victus ratio & eadem eſt quam docuimus,

vbi

A vbi tractaremus quomodo gerendæ & conſeruandæ ſint grauidæ. Poſt victum, *antequam Mulier concipiat*, conſiderandum, ex qua cauſa ſoleat mulier abortire, quòd ſi propter aliquam intemperiem abortiat, ſtudendum eſt, eam per ſua contraria corrigere, quod quo modo in vnaquaque vteri intemperie præſtandum ſit, dicemus ſuo loco, ſimiliter ſi in cauſa fuerit aliquis morbus, prouidendum illi eadem ratione quæ debetur ipſi. Si mulieres fuerint craſſæ, extenuandæ ſunt, Inedia, Frictionibus, Sudoribus, Exercitationibus, non addo Medicamenta, quia in hoc caſu non ſunt extenuandæ mulieres craſſæ medicamentis, quia periculum eſt ne dum medicamentis craſſitiem auferre ſtudemus, nouum morbum & nouam intemperiem inducamus vtero. Pariter ſi Mulieres magis extenuatæ erunt, craſſæ faciendæ, Exercitationibus moderatis non grauibus, Somno, cibis optimi ſucci multi nutrimenti, Vinis optimis, ea tandem ratione viuendi vtendum, quæ à Galeno & alijs vocata eſt ἀναληπτική, Methodici vocarunt Recorporatricem. Si primis diebus ſoleat fieri Abortus, dictum eſt ex Auicenna & Alberto hoc eſſe propter ſpermatis tenuitatem, quocirca danda erit opera, vt ſperma craſſeſcat, quod fit vſu ciborum, qui gignunt craſſum & viſcidum ſanguinem. Quoniam cùm ſperma ſit ſanguis permutatus, proculdubio qualis efficitur ſanguis, tale efficitur ſperma. Quòd ſi fiat Abortus, ſecundo, tertio, vel quarto Menſe, proculdubio illud totum contingit vel ob flatum, vel ob humores. Si ob flatus, vtendum eſt ea medendi ratione, quæ & intrinſecus & extrinſecus poteſt flatus diſsipare, & vtero aptam temperiem inducere. Quòd ſi malum oriatur ex humoribus, ita procedendum eſt. Primò erunt euacuandi humores, deinde corrigendus vte-
B rus, ne ampliùs in ipſo huiuſmodi humores colligantur, ſed antequam euacuentur humores, dicebat Aetius lib. 16. cap. 21 quod neceſſum eſt vniuerſum corpus expurgare, propterea quod fruſtra tentamus, depurgare puteos, niſi riuulos qui lutum ducunt exſiccemus. Sic fruſtra depurgare vterum nitemur, niſi priùs omnes riuulos corporis exſiccemus. Itaq; lenita aluo, videndum an mulier ſit ſanguinolēta, quòd ſi ſit, ſtatim poſt lenitam aluum minuendus ſanguis per vas commune, à quo maximè omnium euacuatur plenitudo. Deinde præparandi humores & præparati expurgandi. Hoc modo poſſunt præparari:

℞. Fol. Arthemiſiæ, Capil. veneris, Betonicæ ana M j ſ. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. Syrup. de duabus radic. Mellis Roſati ana ℥. j. Miſce. Hic erit Syrupus pro prima præparatione Poſtea poterunt humores pedetentim expurgari, vt:

℞. Electua Indici ℥ ſ. Troc. de Myrrha, de Rhabar. ana ʒ j ſ. Diacatho. ʒ. ij. Miſce & fiat Bolus. Peracta hac prima purgatione, erunt rurſus præparandi magis humores, & in vſum recipiendi Syrupi magis calefacientes & aperientes, cuiuſmodi hic eſſet:

℞. Fol. Fœniculi, Matricariæ, Calamint. Origani ana M. j. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. Syr. de Arthemiſia de Biſantijs ana ℥, j. Miſce. Poſtea denuo purgandi humores, & laudantur pilulæ Benedictæ in Mulieribus, præſertim efficaces, pilulæ de Agarico: vt

℞. Pilul. de Benedic. de Agarico ana ℈. ij. Trochiſ. Viola. cum Scammon. ℈. j. Cyperi, Cinamomi ana
C gran. vij. & cum melle Roſato ſolutiuo, fiant pilulæ. Poſtquam verò expurgati fuerint humores totius *al. ℈ſ.*
corporis & conſequenter vteri, deueniendum eſt ad deſiccandum magis vterum & corroborandum, id quod fieri poteſt, cum intrinſecis medicamentis, tum extrinſecis. Inter intrinſeca, maximè commendantur, Theriaca, Mythridatium, Diamoſchus, Diamargariton, quæ omnia opportunè accepta, calefaciunt vniuerſum corpus, vterum præſertim, eiuſque tenorem apprimè conſeruant. Extrinſeca, quæ exſiccant vterum, ſunt vel peſſi, vel Collyria, vel Lotiones, vel inſeſſus, vel inunctiones, & ſuffumigationes. Fiunt peſſi huiuſmodi:

℞. Seminis Fœniculi, Arthemiſiæ ana ʒ. ij. Cinamomi, Caryophill. Mei ana ʒ. j. Gentianæ pulueri. ℈. iiij. Terantur omnia diligenter & cum Myrrha & Tragachanta quantum ſufficit, fiant peſsi. Lotiones etiam fiant ex rebus calefacientibus & exſiccantibus, verbi gratia, ſi Calamenthum, Chamomilla, Origanum, Mentha, Matricaria, bulliant in aqua: deinde in ea inſideant mulieres, ita vt totus vterus contineatur ſub aqua. Sed non ſolùm huiuſmodi Aquæ artificiales maximè accommodantur ad hanc præſeruationem, imò verò naturales vtiliores ſæpe cenſentur, prę̨ſertim Sulphureæ & Nitroſę, non ſolùm potu acceptæ, ſed etiam extrinſecus adminiſtratæ, magnam vim poſſident abſtergendi humores à Matrice calefaciendi & exſiccandi. Suffumigationes ex iiſdem. Inunctiones, verbi gratia:

℞. Succi Arthemiſiæ, Menthæ ana ʒ. iij. Olei Anathini, Rutacei ana ℥. j. Vini optimi ʒ iij. Bulliant ſi- *al. ℥ſ.*
mul in duplici vaſe, ad conſumptionem vini. Deinde adde Cinamomi, Macis, Caryophyll. Piperis albi
D an. ℈. ij. Moſchi gran. v. Ceræ quantum ſufficit. Pulueriſentur pulueriſanda, fiat Linimentum ad ignem, quo illiniatur tota regio vteri atque etiam loca Muliebria ipſa. Hic eſt modus præſeruandi mulieres ab abortu antequam conceperint.

Scopus curatiuus ſiue præſeruatiuus *grauidæ*, hic vnus eſt, vt omnia ea de medio tollantur, quæ poſſunt Abortum efficere. Itaque ſi vllæ cauſæ externæ præſentes ſint, omnino ante alia hæ ſunt amputandæ. Propterea ea victus ratio præſertim eſt neceſſaria, quam conſtituimus in regimine grauidarum. Si verò cauſæ ſint intrinſecæ, hoc eſt, ſi adſint aliqui morbi, qui poſſunt Abortum inducere, primum contemplandum eſt, an illi ſint Morbi mites, an verò graues & acuti. Si mites fuerint, ratio curandi erit per ſolam victus rationem conueniētem. Si aluus adſtricta erit per Clyſteres lenes cienda eſt, qui fiunt ex brodijs, Saccharo & Melle, aut per Suppoſitoria communia appellata: nam vbi morbi ſunt mites, ita vt neq; immineat periculum fœtui, neque mulieri, proculdubio pernicioſum eſt cum medicamentis periclitari. Si verò grauida acuto morbo exerceatur, hîc quoq; conſiderandum eſt, an materia quę morbum facit, ſit firma, an verò turgens. Si fuerit firma, dico quod in quibuſcunq; menſib. reperiatur grauida, omnino abſtinendum eſt à medicamentis grauioribus, vt Scammonea, Colocynthide, eò quod materia cum ſit firma, non poteſt educi, niſi magna vi, neque etiam periculum paruum infert. Vtēdum victu tenui, ſed non tenuiſsimo, Ratio eſt quia tametſi fœtus indicet nutriendā eſſe grauidam, verū tamen morbus prohibet,

propterea media quadam via incedendum eſt, vt ſcilicet, nec tenuiſſimo vtatur, nec liberali etiam. Quod A
ſi etiam hoc in caſu Aluus mulieris adſtricta erit, aut neceſſarium ſit euacuare humores primarum viarum, etiam hoc caſu vtendum erit Clyſteribus lenioribus & benignis. Et ſi quædam Pharmaca erunt neceſſaria, opportuna erunt benigna & leuia: vt Manna, Syrup. Roſaceus ſolut. Rhabarbarum, aut etiam quod leuiter Vomitum prouocet. Nec mirum illud videatur, quoniam vt habetur apud Hippocratem quinto Epidem. vxor Althimathi cum accepiſſet grauida Catapotia validiora, eadem die mortua eſt: addit autem Hippocrates forſan autem vixiſſet, ſi cum aqua vomuiſſet. ex quo loco habetur, licere medicamentis leuiter in grauidis purgare per vomitum. Quod ſi prægnans acuto morbo tentetur & materia turgeat, videndum eſt an ſit in primis menſibus, ſcilicet primo, ſecundo, vel tertio: an in poſtremis, octauo & nono: an etiam in medijs. Si ſit in primis aut poſtremis menſibus, omnino abſtinendum eſt à validis medicamentis, vt Scammoniatis, Colocynthide. Ratio eſt, quia fœtus tunc ſunt ſimiles fructibus, qui ſicuti in principio & fine quolibet vento diſcutiuntur, ſic fœtus primis & vltimis diebus, qualibet vel minima occaſione decutiuntur & corrumpuntur. Tentanda igitur euacuatio, ſi opus ſit, vel per vomitum leuem, aut leuia medicamenta, vt ſunt Tamarindi, Myrobolani, Sebeſten, Rhabarbarum, Syrup. Roſac. ſolutiuus. Sin materia turgente, mulier ſit in medijs menſibus, iſtam purgare licet cum medicamentis grauioribus. Hippocrates namque propinat Colocynthidem in his menſibus, Auicen. Aloen, Pilul. fœtidas: ſic poteritis aliquo Electuario purgare, vt Diaphenico, Electuar. de Pſyllio, Electuar. de
4. Aphor. 1. & 5. Aphor. 39. prunis ſolutiuis. Verùm duo maximè conſideranda: Vnum, vt in Septimo menſe, vt monet Hippoc. mu B
lier benignius & mitius tractetur, quàm in ſexto, quinto, aut quarto, eo quod magis periclitatur fœtus eo tempore, & propterea magis offenditur ab huiuſmodi medicamentis. Secundum, vt ſemper grauidæ in quocunque menſe ſint, minùs purgentur, quàm ſi non eſſent grauidæ, hoc eſt, vt doſis ſaltem remittatur: & quo tempore purgantur, ſemper aliqua vel Emplaſtra, vel Linimenta apponantur, quæ poſſunt fœtum continere & defendere à motibus medicamenti. De ſectione venæ eſt conſideratio habenda,
5. Aphor. 31. quia & Hippocr. ait: Mulier phlebotomata abortit: propterea etiam in hoc caſu conſiderandum, in quo tempore ſit mulier. Nam ſi ſit in nono menſe, & non ſit admodum ſanguinea, nullo modo mittendus ſanguis, neque per Cucurbitulas. Sed ſi ſit in primis menſibus, ſi adhuc indicationes mittendi ſanguinis ſint, poteſt tuto mitti eo tempore per ſectionem venarum Brachiorum. Nunquam enim in grauidis licet ſanguinem mittere à Saphæna, eò quod ſua natura illa ſectio prouocat menſes, quod quidem pernicioſiſsimum eſt in grauidis. Ergo erit mittendus ſanguis à vena Brachij: nec per Cucurbitulas conſulo mitti, quoniam agitant & à profundis trahunt. Si verò ſit intra Nonum & primos menſes, conſiderandum etiam an Sanguis exuberet, an non. Si exuberet, ita vt periculum immineat ſuffocationis fœtus à multitudine ſanguinis, proculdubio mitti debet, eò quòd leuata multitudine, fœtus alacrior redditur & vegetior. Si vero non adſit tanta multitudo & tamen aliqua ratione expediat mittere ſanguinem, poterit id effici habita hac cõſideratione, vt ſcilicet, quantò proprior erit mulier primis menſibus, tantò copio- C
ſior mittatur ſanguis: Quanto verò propior erit poſtremis, tantò minor copia extrahatur. Eſt & alia ratio medendi grauidis, dum laborent, ne ſcilicet Abortum faciant, per medicamenta vel à proprietate occulta operantia, vel à proprietate manifeſta, vel intrinſeca, vel extrinſeca. Inter intrinſeca laudantur ab Auicenna, Diamoſchus, Diamargariton, Zedoaria, Doronicum, Been, Mythridatium. Laudatur etiam à multis alijs puluis Cancri fluuiatilis potus. Coagulum leporinũ puluerisatum & potu acceptum in vino aut aqua. Puluis etiam Corallorum rubrorum ouo acceptus mirificè prodeſt, licet ſit remedium vulgare. Inter extrinſeca quæ apponuntur dorſo & locis, eſt inprimis vnguentum celebratiſsimum Comitiſſæ appellatum, quod in frequẽti vſu eſt, Soleo etiam vti oleo Maſtichino, oleo Myrtillorum quarta parte Boli Armeni & pulueris Corallorum rubrorum. Medicamenta etiam tradita à Galeno, à ſexto Empirico, ab Aetio, Scribonio ſunt multa, quæ dicuntur à proprietate fœtum ſanare. vt lapis Sardonius alligatus, Lapis in vtero Ceruæ inuentus, Os de corde Cerui. Commendantur ſuffumigationes factæ ex pilis ceruinis & innumera alia huiuſmodi, quæ an proſint nec ne, dimitto experientiæ, ſaltem non poſſunt obeſſe.

DE PARTV VITIOSO. CAPVT II.

Dicebam ad partum naturalem multas requiri conditiones, propterea etiam eum vitiari multis de cauſis. Conditiones quæ requiruntur ad Partum naturalem, ſunt quatuor in genere: vt fiant videlicet tempore debito, ſimiliter vt fiant figura debita, vt fiant accidẽtibus lenibus & etiam cum de- D
bitis expurgationibus. Itaque vitioſus appellatur Partus, vbi videlicet erratum committitur in vna, vel pluribus conditionibus. Si erretur in tempore, dicitur Abortus, de quo dictum eſt: Si erretur in figura, etiam fit error & vitium, morboſusq; eſt Partus, de quo nunc eſt agendum, vt etiam de alijs. Vt verò ſciatis, quæ vitia contingant in his enarratis conditionibus, tria ſunt intelligenda. Vnum, quis ſit in vtero ſitus ipſius fœtus: alterum, quæ ſit figura naturalis, qua partus verus fieri debet: tertium, quomodo fiat & quo pacto efficiatur, vt per anguſtum adeo meatum exeat fœtus grandiuſculus. Quod ad primum atti-
Situs fœtus in vtero. net, Hippocrates libro de Natura pueri ſcribit: puerum ita in vtero collocari. vt manus habeat ad genas, caput pedibus propinquum, ita tamen vt iudicari non poſsit an caput ſupra ſit, an verò infra, etiamſi intra vterum inſpiciatur fœtus. Circa quæ Hipp, verba, duo ſunt conſideranda: vnum, Græcos omnes codices & manu ſcriptos, habere ἀπὸ τῶν γνάθων, id eſt, ad genas. Multi tamen, vt Caluus & alij tranſtulerunt, non ad genas, ſed ad genua, quaſi Græcus habuerit textus ἀπὸ τῶν γονάτων. Alterum obſeruandum, quòd Hippocr. libro de Octomeſtri partu ſcribit, Fœtum videlicet, in vtero habere caput ſurſum, quod vide-
Ariſtot. ingratitudo erga Hippocr. tur contrariari ſententiæ iam dictæ. Ariſtoteles 7. de Hiſtoria animalium 8. qui ingratiſsimus fuit erga Hippocratem, cum tamen omnia ferè bona ab Hippocrate mutuatus ſit, cuius nunquam, neque in his ſcriptis pertinentibus ad hominem, neque animalia meminit, ita vt ferè totum librum de Natura pueri,

A tranſtulerit in ſuos libros. Hic ergo Ariſtoteles, quaſi explicans ſententiam Hippocratis inquit, quod ſitus quadrupedum omnium, in vtero extenſus eſt: animalium expedum vt piſcium obliquus: bipedum verò vt auium, inflexus & contractus. Homo verò, vt addit, in vtero in ſemetipſo conglobatus geſtatur, ita vt naſum intra genua, oculos ſupra genua, aures extra genua habeat. De capite, ait Ariſtoteles, quod primo tempore ſuperius eſt, cum verò creuit fœtus, & iam extra prodire ſatagit, deorſum producitur. Marcus Varro apud Aulum Gellium libro ſextodecimo, capit. 16. ſcribit: pueros in vtero ita fixos eſſe, quemadmodum figuntur plantæ in terram, ita vt ſicut plãtæ radicem quæ veluti caput eſt, infra habent: rami verò, qui ſunt inſtar pedum, ſunt ſupra: ſic inquit, caput pueri, inferius in vtero eſt, pedes verò ſupra. Dicam tamen duo in hac varietate Hippocratis & Ariſtotelis. Vnum, quod intellexi ab obſtetricibus. Alterum, quod pertinet ad conciliãdum Hippocratem & Ariſtotelem. Quod intellexi ab obſtetricibus, eſt, Fœtum ita in vtero conglobari, vt pedes habeat ad nates, manibus genua con[illegible], naſum habeat inter genua & oculos ſuper genua. Quod verò pertinet ad conciliandum Hippocrat[illegible] & Ariſtotelem: dico vtrumque rectè dixiſſe, quia manus in vtero neceſſario tangunt & genua & genas, nam palma & vola contingunt genua, gena verò neceſſariò firmatur ſupra partem manus externam, vtroque igitur modo legi poteſt. De altera parte contradictionis, an videlicet caput ſupra locatum ſit, an verò inferius? Dico verum eſſe id quod ſcribit Ariſtoteles, ſcilicet tempore propinquo partui, caput infra eſſe, primis temporibus in ſuperiori parte, medio tempore in medio loco. Ergo quando Hippocrates ſcribit, non

B poſſe videri, etiam ſi in vtero concipiatur fœtus, an caput ſit ſupra, vel infra, locutum fortaſſe de medijs menſibus, quibus fortaſſe vidit fœtum in vtero, cum edidiſſet librum de Natura pueri. Quando verò edidit librum de octomeſtri partu (ſi tamen ſuus eſt, quem potius Polybo aſcribit Clemens Alexandrinus) vidit fortaſſe primis menſibus. Sed querat aliquis cur vt ſcribit Ariſtoteles, adeò varius ſitus ſit animalium in vtero, ſcilicet, cur ſitus quadrupedum ſit extenſus, piſcium obliquus, auium contractus, hominis in ſe ipſum conglobatus? Quod ad Aues ſpectat, cùm iſtud animal oriatur in ouo, vbi materia multa eſt pro nutrimento, neceſſe fuit vt contorquerentur & contraherentur membra huius animalis, vt poſſit & ſimul habitare in loco illo anguſto & ſimul habere theſaurum ac nutrimentum ſufficiens. Piſces verò ſunt animalia oblonga, anguſti ventris, ob id etiam habent vterum anguſtiſsimum & ob id neceſſum fuit, vt natura inueniret figuram veluti alicuius lemnæ & vittæ contortæ, quæ apta eſſet figura, vt contineretur fœtus in vtero iſto anguſto. Nam ſi vitta contorqueatur in ſe ipſam, fiet figura quæ capietur in loco anguſto, etſi materia ſit multa. Cur quadrupedia ſint extenſa, puto hanc eſſe rationem, Animalia enim hęc poſtquam exeunt vtero, coguntur deambulare, vt inueniant matres, ſibi ipſis inueniant cibum, quod cùm ita ſit, neceſſe eſt vt habeant crura ſolidiora, ſi crura itaque quadrupedum contorquerentur in vtero, proculdubio non conſolideſcerent, vnde quando exirent, non poſſent conſiſtere pedibus. Natura ergo voluit extenſa his eſſe crura, quæ conſolideſcerent & pro ambulatione eſſent idonea. Homo verò, quia non cogitur ambulare ſtatim, ac editus eſt, cùm ſit commiſſus prudentiæ humanæ & curæ ma

C tris, cumque debeat plurimo tempore permanere in vtero, nec non excreſcere multum in loco anguſto, natura fecit membra cerea fœtus, & ratione huius conſtitutionis, fecit vt ita conuoluerentur & conglobarentur, vt & excreſcere poſſent, & nequaquam offendere Matrem, vel vterum: vnde dicebat Ariſt. 10. Hiſtor. anim. 40. & 45. hominem maximè omnium animalium oriri claudum quòd ob crurum imbecillitatem facile intra vterum lædatur atque etiam imperfectum oriri & aliena cura egere. Secundum erat propoſitum, qua figura exeat fœtus in hanc lucem, de qua fuit Hippocratis ſententia, libro de Natura pueri, quam omnes poſteri ſunt ſectati: vbi iam fœtus grandior natu eſt, nec alimentum ipſi ſufficit, incipit agitari & calcitrare, quo fit vt ligamenta frangantur, quibus fractis, iam virtus contentrix non poteſt onus ſuſtinere, quo fit, vt exurgat expultrix, ſicque fœtus exeat capite primum, deinde brachijs, ſuper coxas extenſis. Quæ figura ex Ariſtot. 7. de Hiſtor. anim. 8. communis eſt omnibus animalibus, dum ex vtero exeunt. Fuère, qui exiſtimarunt, nonnihil diſcriminis eſſe inter fœminam & marem quando exeunt, quod ſcilicet mares ſemper proni, fœminæ verò ſupinæ veniant. Sed obſtetrices falſum hoc eſſe probant, quoniam teſtantur ferè ſemper & mares & fœminas pronas exire. Dices, cur animalia capite prius exeant, quàm reliquis partibus? Hippocr. lib. citato non aliam attulit rationem, niſi grauitatis ſeu ponderis, eò quod caput grauiſſimum ſit omnium partium, & ratione ponderis, primùm mitti ad foramen, vt exeat. Ego verò exiſtimo naturam prudentiſſimam in partu ſemper id ſtuduiſſe, vt fœtus exeat, qua maiori facilitate fieri poteſt & ipſi, & mulieri: Iam verò facillimum eſt vtrique, ſi fœtus capite

Figura, in quâ naturalis partus ſit.

D prius exeat. Plin. lib. 7. cap. 8 perhibet morem fuiſſe, vt mortui pedibus efferantur, eò quod mors ſit vitæ contraria, quemadmodum in vita exit homo capite, ita etiam in morte debeat exire pedibus. Quantò autem ſit facilior hæc figura partus facilè eſt intelligere, quia ſi pedibus exeat, id periculum eſt grauiſſimum, quoniam fœtus maximè periclitatur, ne brachia diſrumpantur, vnde qui ſic naſcuntur Agrippæ fuere apud veteres vocati, quaſi ægrè pariantur. Similiter, ſi in manus exeat fœtus, periclitatur valde mulier, ſicuti etiam ſi obliquus fiat partus, ita vt ſi omnes figuras quibus homo exire poteſt in lucem, contemplemur, nulla ſit facilior ea, in qua caput primum exit. Dicebat Hippocr. 1. de Morbis muliebribus, quòd quemadmodum ſi nucleum ex vaſe anguſti oris extrahere tentemus obliquè, id laborioſum eſt, ſic ſi fœtus exeat vel obliquus, vel alia figura quam capite, id laborioſum eſt. Eſt itaque figura naturalis fœtus exitus, vt dicunt omnes ex Hipp. ſententia, quando videlicet, pronus capite primum & brachijs ſuper coxas extenſis, exit. Quod ſi aliter contingat, dicit Gal. 15. de Vſu par. c. 7. partus ille neceſſariò vitioſus eſt, & præter naturam, propterea, quod veteres illi Romani, in religione ſuperſtitioſi, vt refert Varrò lib 2. Deas fecerunt, quarum vna præſit partui naturali, alia non naturali, illam vocarunt *Proſam*: hanc vero *Poſtu rdam*. Tertium erat, qua ratione fiat, vt fœtus iam grandis per locum adeò anguſtum exeat, incolumis ipſi, incolumi etiam muliere. Gal. 3. facult. natur. 12. videtur hoc totum retuliſſe ad moleſtiam,

Fœtus per tam anguſtum os quomodo patent exitus.

qua vis expultrix perculſa, aperit oſtium illud anguſtiſsimum, ita vt fœtus exeat, & nõ amplius torqueat. A Sed hoc nihil eſt, quoniam vt refert Gal 15. de Vſu partium cap. 7. hoc excedit omnia naturæ miracula, quod ſcil. tempore, quo fœtus eſt in vtero os matricis ſit adeò anguſtum, vt ne ſpecillum poſsit penetrare: tempore verò partus ita aperiatur, ita hiet, vt corpus adeò grande exeat. Iure dicebat Gal. hoc admirari hominem poſſe, intelligere autem non poſſe. Et ipſe qui de Religione & de Dijs, alioqui male ſentiebat, in hac tamen re coactus fuit Diuini artificis prouidentiam mirificè extollere. His itaque præſuppoſitis, licet videre quis ſit *Partus vitioſus*. Quod ad figuram attinet, inuenio apud ſcriptores quatuor eſſe figuras non naturales, quibus fœtus exit in lucem. Vna, quando videlicet fœtus pedibus exit: altera, quando Manibus. Hoc loco etiam aduertendum, quod hæ figuræ duplicatæ ſunt, quia interdum ambobus pedibus exit, interdum verò vnico ſolo. Similiter, interdum exit ambabus. Manibus, interdum vna: tertia, quando exit obliquus, id eſt, in latera: quarta, quando exit duplicatus, etiam quæ figura duplicata eſt, quoniam aut exit primo natibus, aut capite prius, & plantis ſimul iunctis.

C A V S AE.

CAuſæ huiuſmodi partus, ab Hipp. lib. de natura pueri, videntur referri ad duo genera, ſcil. ad latitudinem vteri, quando ſcil. vterus ita latus eſt, & amplus, vt fœtus non conſiſtat, ſed huc atque illuc labatur Alterum, quando in ipſa parturitione Mulier nequaquam quieſcit, ſed mouetur, modò ſurgit. modò quieſcit, modò ſedet, modò erecta manet. Addit Auicen. alteram cauſam non contemnẽdam, B quoniam videl. fœtus debilis eſt capite. Etenim ſi contingat fœtum debilem eſſe capite, nequaquam ligamenta diſrumpere poteſt, quo fit, vt pedibus & manibus id obtinere tentet, ſcil. effringere ligamenta: & ſi manibus frangat, exit manibus, ſi verò pedibus iiſdem etiam exit.

S I G N A.

SIgna vitioſarum figurarum, habentur ex dolore parturientis, quia vbi dolores grauiſsimi ſunt, ſine vlla alia ratione, ſuſpicandum ſemper, ne fœtus exeat inuerſa figura. Habentur etiam Signa ex motu percepto infantis, quia ſi ante parturitionem fœtus vehementer agitatus fuerit in vtero, formidandum eſt, ne exiturus ſit forma aliena. Habentur etiam Signa ex motib. mulieris, quia ſi in doloribus partus, mulier ſeſe agitet, ſi modo quieſcat, modo verò moueatur, tum item timendum erit, ne exeat non naturali figura. Hæc autem ſigna quanquam pertineant ad obſtetrices, veruntamen ſunt etiam Medico cognoſcẽda, eò quòd ſæpe cõtingat obſtetrices eſſe bardas, & ignaras, & neceſſarium ſit Medici miniſteriũ.

P R O G N O S T I C A.

PRognoſtica ſunt, quòd omnis figura non naturalis, ſit mala & periculoſa. Dicebat enim Hippocrates, lib. de natura pueri, ſi fœtus exeat aliena figura quàm decet, periculum ſemper imminebit, ne aut fœtus perdatur, aut fœmina & fœtus. Auicenna tamen inter figuras non naturales, diſcrimen videtur ſtatuiſſe, & quoſdam gradus, quòd ſcilicet, illi qui in pedes naſcantur, minus periclitentur, quàm alij, C eò quod licet huiuſmodi figura nequaquam ſit naturalis, eſt tamen proximior cæteris figuris ſtatui naturali. Plin lib. 7. cap. 18. de illis qui in pedes naſcuntur, quóſve Agrippas vocatos dixi, ſcribit, quod ſemper malum eſt omen, ſi fœtus pedibus primùm exit, & non ſolùm quò ad animum, verùm etiam quò ad corpus: idque probat duobus Exemplis: altero Agrippæ, qui perpetuo valetudinarius fuit: altero verò, Claudij Neronis, qui & ipſe pedibus exiuit, & pernicies totius orbis fuit.

C V R A T I O.

CVratio huiuſmodi vitioſi partus, pertinet quidem ad obſtetrices, ſed etiá pertinet ad Medicos, non ſolùm vt videantur gnari eſſe & docti omnium rerum, imò verò vt poſſint in caſibus etiam neceſſarijs & ipſi ſuccurrere, & etiá obſtetricis munere fungi. Poſita auté curatio eſt in duobus: *In vno*, vt curetur, vt mulier ſemper quieta ſit, dũ parturit Moſchio autor illuſtris, ſcribit veteres Medicos conſueuiſſe præcipere, vt paritura ambularet ſimul & lauaretur, ſed inquit hoc malè præceptum fuiſſe, & iure, quia ſi vel lauetur vel ambulet, periculum eſt, ne dum fœtus in vtero agitatur, alienam figuram capiat, ne ſcilicet exeat ea figura, qua exire non deberet. Similiter damnat vſum veterum, qui parituras cibo alebant ſtatim, quod periculoſum eſt, & ſi fieri poteſt, conſeruandæ perpetuò ieiunæ, quia ſi ventriculus plenus ſit cibo, magis laborat vterus dum extenditur, magis etiam laborat mulier grauata cibo. Itaque ante cætera, hæc duo curanda ſunt, vt ſcilicet mulier ieiuna ſit & quieſcat, non ambulet, & quantum fieri D poteſt, faciliter dolorem ſuſtineat. *In altero* verò poſita eſt curatio, vt ſcilicet obſtetrix, ſuo miniſterio, prouideat quo fœtus exeat figura naturali, & quia totum hoc opus perficitur operatione manuum, propterea præcipiunt Medici & iure, vt Medicus vel obſtetrix, habeant manus molles, ſi non natura, arte ſaltem, oleis, vel vnguentis. Deinde, habeant vngues detonſos & præciſos Ratio eſt, quia corpus tenerrimum tractandum eſt, tale autem facilè vnguibus offenditur & etiam manuum duritie. Ergo ſic præparatis manibus, debet primò curare, vt ſi fœtus exeat figura naturali, in ea conſeruetur, quod fit, ſi caput primum manibus ducatur leuiter & blandè, deinde verò comprehẽdantur brachia & leuiter contineantur vſque quo totus fœtus exierit. Si in pedes ambos exeat, non eſt mutanda figura, ſed tentandum vt manibus apprehendantur brachia, atque illa extenſa coxis ducantur leuiter & blandè: hoc enim ſi fiat, facilè fit, vt etiam in hac figura facilè exeat ſanus & integer. Quod ſi altero pede ſolummodo exeat, non quidem comprehendendus eſt pes manu, quia periculum eſſet ne laxaretur, vel flecteretur, vel corrumperetur, ſed apprehendenda ſunt inguina & retrahendus fœtus intra vterum, ita vt etiam pes totus redeat. Quod poſtquam obtentum erit, procurandum manibus capere ambos pedes, atque ita continere atque educere, vt dictum eſt. Si fœtus exeat obliquus, debet obſtetrix, totum fœtum lateribus complecti, atque ita iterum immittere & leuiſsimè & blandè ducere, donec manu caput comprehendatur, ſicq; comprehenſum, demum blandiſsimè etiam producere in lucem. Si in manus exeat, neque ſunt etiam

hoc in

A hoc in caſu manus tractandæ,ſed ſunt complectendi humeri, atque retrahendus totus fœtus,vſque quo manus reducantur, & poſtmodum caput apprehendendum, atque educendum. Nam ſi manus ipſius fœtus comprehenderentur, periculum eſſet, ne ob teneritudinem, vel diuellerentur vel laxarentur vel etiam flecterentur. Idem etiam de manu ſingulari dicendum: nam nunquam prouidendum eſt,vt manu primùm exeat,quia hoc fieri non poteſt, ſed ſemper retrahenda eſt manus, vſque quo vel capite, vel pedibus etiam exire incipiat Quòd ſi duplicatus exeat,& primò ſi exeat natibus,non patiendum vnquam, vt hac figura prodeat, quia fieri non poteſt, ſed manibus complectenda ſunt latera & circumducendus fœtus, vſque quo pectore reſpiciat orificium vteri, quod vbi obtentum eſt, etiam paulatim manibus retrahendum eſt pectus, vſque quo caput reclinare incipiat ad foramen: itidem eſt etiam, ſi capite exeat fœtus & plantis iunctis: primò quia etiam hac figura nunquam exire poteſt Fœtus,& proinde prouidendum eſt,vt manibus diſiungantur pedes à capite. Deinde,vt pedes intrò retrahantur & caput primò manibus blandè ducatur. Hic eſt modus ſubueniendi Mulieri & Fœtui,vbi partus vitioſus eſt.

DE PARTV DIFFICILI.

CAPVT III.

B Tertia naturalis partus conditio erat, vt fiat leuibus accidentibus,leui ſcilicet dolore, nam quod fiat ſine dolore, nequaquam fieri poteſt, imò ſi mulier ſine dolore pariat, res plena laboris & periculi eſt. Adhæc, debet partus naturalis fieri citò & abſque offenſione matricis, aut fœtus: quapropter vitioſus eſt ille partus,quando maximis & vehemētiſsimis cruciatibus efficitur: vel quando fit tardius, ita vt mulier valdè prematur,& longo tempore: præterea,quandò offenditur in partu,aut mater,aut fœtus: hic verò vitioſus partus, communi à Græcis nomine δυστοκία vocatus eſt. Latini & Arabes,vocarunt difficilem partum. Eſt ſymptoma in genere excretorum retentorum,atque etiam in genere actionis tactoriæ deprauatæ: ſequitur verò omnes morbos hoc ſymptoma. Sed dicetis,ergo fœtus eſt referendus inter excrementa? Dico, reponendum eſſe quidem, nam perſpectum eſt, fœtum nequaquam eſſe partem mulieris: ſi non eſt pars,ergo eſt aliquid quod ipſi mulieri additur: veluti fructus non dicuntur partes arboris,ſed quædam additamenta: ſic etiam fœtus, eſt quoddam ſicuti additamentum, quod neceſſum eſt,vt expellatur tempore opportuno. Quia ergo non expellitur id quod debet expelli,dicitur ſymptoma in genere excrementorum retentorum.

CAVSAE.

Cauſæ huius difficilis partus, ab alijs reducuntur ad duó genera, ab alijs ad plura. Moſchio, quem ſequimur ad quatuor genera reduxit, vel potius ad tria, ad cauſas videlicet, ex parte Mulieris, ex parte Fœtus,ex parte extrinſecus accidentium. Sed occurrit conſideratio,cur cętera animalia non laborent difficultate partus. Mulier vero hoc habeat,vt in partu maximos & ferè intolerabiles ſuſtineat *Dolorum in partu mulierum cauſæ.*
C dolores. Hoc præter experientiam proditum eſt,ab Ariſtot.de Hiſt.animalium cap.9.vbi ſcribit, in partu hominem maximè omnium laborare: huius rei Theologi omnes & Chriſtiani cauſam referunt in peccatum primæ mulieris, eò quod Deus voluerit eum ſexum; qui fuit mortis noſtræ cauſa, huiuſmodi ærumnis ſubijci. Hæc cauſa,quanquam vera ſit,tamen ex natura rei, aliam depromi poſſe arbitror. Puto, in primis tres eſſe cauſas, vnam debilitatem fœminarum noſtri generis. Docui aliâs, in genere brutorum,fœminas,vt plurimùm,robuſtiores eſſe maribus: in genere humano è conuerſo res ſeſe habet. Itaque ratione debilitatis,efficitur vt huiuſmodi operatio in ipſis maiore labore efficiatur. Altera ratio eſt, quia bruta ſunt maximè animalia laborioſa: Mulier vt plurimum ſellularia eſt, & ocioſa, dedita delitijs, qua ratione fit, vt magis laboret in partu,quàm bruta: quod inde apparet, quia inter mulieres, illæ quæ magis laborant,facilius pariunt. Nec obijciatur partus viperæ, & illius piſcis qui vocatur Acicula,quæ dicunt ſcriptores,dum pariunt interire ob dolorem,quoniam de vipera,certè apud plurimos fabuloſum habetur. Tertia & fortè omnibus melior cauſa eſt,capitis fœtus magnitudo. Nam,vt optimè citatum eſt ab Alberto Magno decimo de Animalibus libro 4. Homo ferè in vero habet totam capitis magnitudinem,propter quod dictum eſt ab Ariſtot.2.de Generatione animalium quarto: & quarto de Part.animalium decimo. Quod pueri omnes ſunt nani,eò quòd habeant caput proportione ſui corporis valde magnum præſertim in vtero: extra autem vterum,aut partum,omnino parum, aut nihil creſcit,quod pecu-
D liare eſt in genere humano. Bruta verò nequaquam habent caput magnum, proportione corporis. Et quia caput illud eſt quod primò exit,quod eſt in cauſa partus, hinc fit, vt magna difficultas inſit mulieri, propter huius capitis magnitudinem. Sed dicet aliquis, nunquid etiam Ariſtot.2.de Generatione animalium cap.4. ſcribit: Bruta eſſe pumilliones,id eſt,habere partes ſuperiores maiores,quam inferiores? Ergo etiam bruta, quæ in vtero ſunt,debent habere capita maiora. Dico veram eſſe ſententiam Ariſtotelis,& quod nos etiam dicimus verum eſt, quod bruta tanto vitæ tempore habeant capita maiora & ſuperiores partes omnes reliquo corpore. Tamen non ſequitur quod habeant caput in vtero maius vt habet homo. Et ratio eſt,quia augetur illis extra vterum & caput,& partes omnes ſuperiores. Secus contingit in homine,quia homo dum eſt extra vterum,magis augetur ſecundum partes inferiores,quam ſuperiores,& præſertim minus augetur caput: & rationem puto eſſe,quia cum caput ſit ſedes animæ,vt dicunt Medici,& tota anima ſimul ingrediatur, & informet corpora noſtra in vtero, æquum erat,vt quemadmodum ipſa tota innititur in corpus in vtero, ſic etiam domicillum eius, vel perficeretur vel parum abeſſet à perfectione. *Cauſæ itaq; ex parte mulieris difficultatis partus*, ſunt aut ex parte Animi, aut Corporis. Ex parte Animi,quia mulier eſt timida,irata,mœſta. Nam debet mulier vbi parturit tota intenta eſſe huic actioni,quam Ariſtot.7.de Generat.anim.cap.2.dicebat: etiamſi tantum oſcitet mulier, nocere huiuſmodi actionem partui: ſic ſi mulier irata vel mœſta ſit in partu,difficulter parit. Ex parte autem corporis etiam cauſæ ſunt, quòd mulier debilis, quoniam ipſius corpus eſt nimium pingue, vel quando nimis

annoſa eſt, vt cùm exceſsit 40. annos, ex ſententia Auicen. aut quando nimis puella, ſimiliter quando paſſa eſt aliquas ægritudines corporis recenter, quando anguſta eſt matrix, præſertim circa os, vel ſit illa anguſtia ob morbum vel etiam naturalis, quando matrix nimium exſiccatur. Addit Rhaſis defluxionem ſanguinis etiam parere partus difficultatem. Nam quod anguſtia vteri præ omnibus alijs faciat huiuſmodi difficultatem, atque cauſæ omnes exſiccantes atque adſtringentes, inde patere poteſt, quòd cum eo tempore oſſa matricis diſsilire debeant & quodammodo dearticulari, non autem frangi vt putāt aliqui, certe impeditur dearticulatio iſta, vbi debilitas adeſt, vel anguſtia in matrice. Similiter ſi ſecundina vocata aut robuſtior ſit, quam conueniat, aut ſit nimis debilis vt frangatur ante tempus, parit quoque difficultatem incredibilem. Apoſtema Matricis, Ani & Veſicæ, Hæmorrhoides, Rhagades, ſunt ex cauſis facientibus difficultatem partus, veluti etiam retentæ feces. Cauſæ porro *ex parte Fœtus*, ſunt vel ob ſexum, vel ob ipſius fœtus conditionem. Ob ſexum, quia fœtus femella eſt, nam fœmina ſemper maiorem dolorem infert, quàm mas. Ratio eſt, vt docet Albertus, quia cum fœminæ ſint debiliores non ita ſeſe mouent, non ita ſibi auxiliantur inter exeundum. Propter proprias conditiones, quando Fœtus toto tempore grandior eſt, vel quando debilior propter ſcilicet ægritudinem quam paſſus eſt, aut quando habet caput grandius quàm par ſit, ſiue ex natura, ſiue propter morbum. Dico ex natura, quia interdum naſcuntur Monſtra, vt dicebat Ariſtot. 4. de Gener. anim. 4 interdum viſos eſſe fœtus, qui habebant capita magna vt boues, aut hæc magnitudo capitis eſt accidentaria, veluti quando caput eſt plenum aqua, ὑδροκέφαλον Medici appellant. Moſchio inter has cauſas retulit etiam capitis paruitatem, quando ſcilicet minus eſt caput quàm conueniat, & refert duas rationes. Vna eſt, quia tunc non aperit vias, ad hæc non poteſt ab obſtetrice manibus ita facilè & arte apprehendi, vt deceret. Fit quoque difficilis partus, quando Fœtus plures ſunt in vtero, ſiue gemini ſint, ſiue terni, vel quia fœtus ſit mortuus: quando enim in vtero mortuus eſt, difficulter paritur, vel quia non exit debita figura, de quibus ſuprà. Cauſæ *ex parte extrinſecus accidentium*, ſunt omnes cauſæ quæ conſtringunt, imprimis autem Aeris frigus, propter quod, vt notatum eſt ab Auicenna & Alberto, Hyeme difficiliùs mulieres pariunt quàm æſtate: ſimiliter mulieres in regionibus Septentrionalibus difficiliùs pariunt quàm Auſtrinis: ita ſi mulier vſa ſit balneis ſtypticis & aſtringentibus, hæc quoque faciunt difficultatem partus. Sic quoque, ſi vſa ſit odorantibus, nam hæc adhibita naribus, faciunt vt vterus ſurſum trahatur, ob quam retractionem difficultas oboritur partus. A B

SIGNA.

Signa difficilis partus hæc ſunt. Primum eſt conſuetudo pariendi difficulter, nam vbi mulieres ſolent difficulter parere, cognoſci poteſt ipſis futurum partum difficilem: ſi quoque cauſæ adſint potentes efficere partum difficilem: dicit Auicenna, quòd ſi dolor inclinet ad partes anteriores vel ad pectinem, anhelituſque bonus ſit, partum facilem fieri: ſi verò dolor tendat ad dorſum, difficilem. Signa cauſarum hæc habentur: quòd ſi venter magnus ſit præter ordinem, indicium eſt difficilem futurum partum, ex parte fœtus eiuſque magnitudine, ſi ætas tenella aut nimis prouecta, ſi corpus debile, ſignum eſt futurum eſſe difficilem partum, propter debilitatem. Quòd ſi mater valida ſit, neque vllæ cauſæ primitiuæ acceſſerunt, argumentum eſt difficultatem partus oriri ex Secundina. Quòd ſi difficultas oritur propter Fœtum mortuum, cognoſcetur ex magno dolore circa vmbilicum, febri lenta, aderit pallor vultus, præſertim labiorum, cauitas oculorum, frigiditas ventris, non ſentietur motus infantis, anhelitus erit fœtidus, caput replebitur multis vaporibus & prauis. Rhaſis 9. Cont. memoriæ tradidit, quòd ſi mulier ante partum frequenti ſpuitione tentetur, neceſſariò partus ſit difficilis. C

PROGNOSTICA.

Signa prognoſtica ſunt, quod omnis partus difficilis periculoſus eſt, timendum enim ne mulier vel infans patiatur. Dicebat Auicenna, ſi mulier quatuor diebus laboret in partu, ferè neceſſariò mori fœtum. Habetur apud Hippocr. 5. Aphoriſm. Quod vbi mulieres laborant in partu, ſolent ipſis frangi venæ pectoris item matricis, incurrunt in phthiſim, ſanguinis ſputum, tuſsim: frangitur etiam interdum peritonæum vt inde fiant hernioſæ. Auenzoar annotauit interdum ob difficultatem partus dilatari mulieribus pupillas & offendi viſum. Nec prætereundum quod Albertus Magnus in lib. de Secretis mulierū ſcribit, ſcilicet nonnunquam adeò laborioſum eſſe partum, vt frangantur omnia oſſa, & fiat ſciſſura continua ab ano ad vterum, qui omnes caſus valde ſunt periculoſi: propterea ſi mulier conſtans ſit, ſi bono animo, ſi vires validæ, nec non anhelitum bonum habeat, ſpes eſt & ipſam & fœtum ſaluos fore. Ex aduerſo ſi mulier puſillanimis, ſi viribus infirmis, atque anhelitum malum atque difficilem habeat, timendum ne quid mali aut ipſi, aut fœtui contingat. D

CVRATIO.

Si quid eſt in mulieribus quod maximam diligentiā expoſtulat, eſt profectò difficultas & labor quem in partu ſuſtinent, propterea debet Medicus ſolicitus eſſe, vt poſsit in his opportunis caſibus ſuccurrere. Eſt verò tota ratio ſuccurrendi in hoc poſita, vt fiat partus cito, vt ſine dolore, nec non ſine offenſione. Et ideo ante cætera laborandum eſt vt omnes illæ cauſæ tollantur, quæ poſſent hanc difficultatem efficere. Vt autem tollantur, aliqua neceſſariò agenda ſunt ante partum, aliqua verò in ipſo pariendi tempore. *Ante partum* ſtudendum eſt vt omnes cauſæ & internæ & externæ remoueantur. Primum igitur cauēdum eſt ne mulier ante partum viuat in aere frigido, ſed vel temperato, vel pauco calidiore. Vigilias quantùm poteſt fugiat. Corpus moueat neque torpeſcat. Et ſi quod eſt, vt aliàs dixi, quod poſsit mulieri efficere partum difficilem, proculdubio eſt nimium otium & nimius torpor. Remoueantur omnia grauia Animi accidentia, timor, mœror, ira: vtatur balneis aquæ dulcis, in quibus herbæ laxantes & emollientes coquantur: vt Lapathum, Malua, Brancha vrſina, &c. Inungatur etiam eodem tempore dorſum & pecten, ſimiliter loca muliebria ijs linimentis quæ poſſunt emollire & lenire, vt oleum Keirinum, oleum

A oleum Amygdal.dulcium. Aluus lubrica ſeruetur glandibus communibus. Clyſteres eo tempore mul-
tùm ſunt auertendi, eò quia poſſunt multum agitare & interdum exitum fœtus accelerare. Sed potiùs
ad molliendum conueniunt brodia aliqua, in quibus cocta ſint Beta, Malua, Ficus aridæ pingues, ei e-
tiam brodio addatur oleum commune, vel amygd.dulcium, ſiquidem non modo huiuſmodi brodia poſ
ſunt fœtus emollire & educere, ſed etiam emolliunt loca illa, & partum facilitant. De coitu quoque ha-
benda eſt ſolicitudo, quia tametſi Rhaſis 9. Contin. ſcriptum reliquit, & multi etiam alij: Coitum videli-
cet ante partum, partum facilitare, nihilominus tamen etiam aliquid nocumenti infert fœtui, & propter-
ea vbi ſunt alia auxilia quæ poſſunt partum facilem reddere, non eſt quod ea quærantur, quæ fœtui de-
trimentum adferant. Cibi omnes adſtringentes fugiendi ſunt: ſumendæ ſunt carnes pingues, vt Capo-
num & Gallinarum pinguium, etiam Caſtratorum pinguium, oleum, butyrum, paſſulæ, caricæ: inter her
bas, malua, lapathum, beta, & tandem vtendum ijs cibis, qui facultatem habent, non quidem aperiendi,
ſed emolliendi ſolùm. Non aperiendi, quia periculum eſt ne ſi tempeſtiuius aperiantur loca illa, etiam
maturiùs quàm deceret, partus prouocaretur. Præter hæc, ſi ſit aliqua intemperies antequam partus ac-
cedat, corrigenda eſt, vt ſi vel adſit febricula, aut frigiditas, aut ſiccitas nimia, eò quod in partu obeſſe ve-
hementer ſolent Si adſint hæmorrhoides, quæ ei poſſunt facere difficultatem, ſi Rhagades, debet Medi-
cus ſolicitus eſſe in auferendis his omnibus, interrogare ſcilicet Mulierem, nunquid patiatur aliquid in
corpore. Et diligentes eſſe debetis, quia ſi mulier quemadmodum decet, referat ſua mala, poterit occur-
B ri, vt dictum eſt. Dices, tu dixiſti omnia agenda eſſe ante partum, ſcire cuperem quonam tempore ante
partum, an ſemper, an aliquo conſtituto tempore? Dico, valde vtile eſſe, vt Mulieres quando in vtero ge
runt ſemper prudenter & accuratè viuant, quo poſſint fœtus incolumes ſeruari. Sed quæ dixi potiſſi-
mum agenda debent obſeruari, vt notat Auicen. vel mẽſe vno ante partum, vel ſaltim 25. diebus. *In partu*
autem, id eſt, dum incipiunt iam dolores apparere, debet conſeruari Mulier in Aere vel calido, vel tepi-
do. Et ideo prudenter faciunt obſtetrices, quæ ſtatim in cubilibus clauſis parturientes claudunt. Debet
obſtetrix cum Medico animum addere, conſolari mulierem, propter quod dicebat Plato in Theæteto,
obſtetrices & Medicos, hoc in caſu debere eſſe prudentiſsimos, & obſtetricem debere ſæpius peperiſſe,
vt ſcilicet exemplo ſuo & experientia poſsit mulieri oppreſſæ, animum & vires addere: debet hæc eo-
dem tempore ambulare quoque, modò ſalire, modò deſcendere, modò ſtare, modò ſurgere, quia ſic fa-
ciens ligamenta diſrumpuntur & ſic facilius exit fœtus. Nec obijciat quis quod aliàs dixerim, mulieres
non debere moueri, vt figura fœtus non permutetur, propterea quod id quod nunc dico agendum erit,
antequam incipiat matrix aperiri, id eſt, quando ſolùm dolores agunt. quia poſtquàm apertum eſt os ma
tricis, collocanda eſt mulier in ſella, nec amplius mouenda. Debent eodem tempore clamare, ſternuta-
re, quandoquidem dicebat Hippocr. & Gal. 5. Aphoriſ. 35 quod ſternutationes maximè omnium iuuant
ad expellendum infra fœtum. Quando incipit aperiri matrix, tunc ſtatim ſupponenda aliqua Suffumi-
C gia quæ poſſint allicere matricem, quæ poſſunt etiam ſua facultate magis aperire Mulieres ſolent multis
Suffumigijs vti, ſed ego ſoleo commendare iſtis Galliam Moſcatam, & ſi quid eſt ſuffumigij quod poſſit
hoc vnum eſt. Hoc tempore abſtinendum à potu quantum poſsibile eſt, dicebat Auicenna. Quod ſi vul-
ua non aperiatur vt debet, debet manibus vnctis locus ille leniter tractari. Et monet Auicen. quod hæc
tractatio non eſt facienda continuatim, ſed interpolatim, ne ſcilicet dolor parturientis augeatur. Quod
ſi appareat fœtus, & ſecundina non frangatur, debet Medicus curare vt aperiatur, ſed ea diligentia, vt
dum aperitur ſecundina, ne etiam infans aliquid nocumenti habeat. Cibi hoc tempore debent eſſe pau-
ca quantitate, optimi nutrimenti & faciles concoctu. Idcircò panis in brodio pingui confert, oua ſorbi-
lia, carnes auium, aqua carnis maximè commendatur. Sunt qui laudant, vt mulieres carnes aſſatas com-
medant: quia hæc maſticatio agitat & concutit corpus, & hac ratione etiam auxiliatur exitui fœtus. Vi-
num debet eſſe odoratum, & ſi mulier animo deficiat vt ſæpe ſolent, debet ſuccurri odoribus, præſertim
ciborum odoribus: nec hoc in caſu timendum, ne matrix attracta odoribus ſuperaſcendat, quandoqui-
dem vbi iam fœtus in partu eſt (vt vocant) vel propè partum, non poteſt amplius recurrere ſurſum, eò
minus poteſt odoribus attrahi. Si aluus obſtricta ſit hoc tempore, nihil aliud agendum niſi vt ſuppoſito-
rijs aluus leniter ducatur. Præter hanc diligentiam, ſunt aliqua *medicamenta quæ in vſu ſunt ad facilitandum
partum*, alia à proprietate manifeſta; alia à proprietate occulta, alia intrinſeca, alia extrinſeca. Inter medi-
D camenta quæ operantur *à proprietate manifeſta* ſunt Trochiſci de myrrha. Cinamomũ & myrrha ab omni-
bus commẽdatur. Rhaſes mirificè laudauit Crocum. Ego autem ſoleo in vſu habere, hoc medicamẽtum:

℞. Corticum caſsiæ fiſtulæ, cinamomi, croci ana ℈.ij. Boracis ℈.s. Aquæ Arthemi ℥.iij. Miſce, fiat po-
tus. Potus hic non modo ſalutaris eſt, quia nocumentum non infert, imò maximè prouocat partum. Bo-
rax quoque per ſe cum aqua Arthem. potatus maximè iuuat. Laudant etiam alij Sabinam, & certè effi-
caciſſima eſt, ſed malè audit, quia vt prouocat partum, ſic etiam ſolet enecare ipſum, & propterea aut nõ
vtendum, aut quàm parciſſimè, & quando in vſum trahitur, ſemper miſcenda cum alijs. Ego enim ſoleo
etiam vti ipſa, ſed hoc modo mixta:

℞. Sabinæ, Aſſæ fœtidæ, ammoniaci ana ʒ.j. Croci, cinamomi, caſtorei ana ℈.ij. Cum aqua Arthemi-
ſiæ fiant pillulæ & harum exhibeatur ʒ j. Et aduertendum, quod in his caſibus non obſeruatur vllum
tempus exhibendi medicamenta, quia cum res maximè vrgeat, quolibet tempore & hora, die ſimul &
nocte, poteſtis & pillulas & alia medicamenta exhibere. Exterius verò in vſu ſunt linimenta, ſuffumigia
atque etiam peſsi Linimenta adhibentur pectini, dorſo & interfœmineis: vt

℞. Succi colocynthidis, Rutæ ana ʒ.ij. Fellis tauri ʒ.j. Olei Keirini ℥.iij. Miſce omnia diligenter & fiat
linimentum. Suffumigia fiunt ex ligno Aloe, cinamomo, myrrha, moſcho, ſiue hæc omnia miſceantur,
ſiue etiam aliquibus ſolis per ſe, vti placeat. Peſſaria ſunt quoque multa, ſed ego hoc ſummopere lau-
dare ſoleo: vt

℞. Pulueris Arthemi. Rutæ ſylueſtris, radic. Dauci ana ʒ ij. Opopona. Myrrhæ ana ʒ.j. Terebinthinæ A
℥ j. Terantur omnia terenda & miſceantur, & deinceps obuoluto panno linteo ſubtiliſsimo ſupponan-
tur matrici. Laudat Galen. 6. de Medic. loca. Peſſum factum ex melle, myrrha, & decocto lupinorum,
quod etiam conferre poteſt. Scio plura referri à ſcriptoribus, quæ videri poſſunt. Quæ vero *à proprietate*
occulta auxiliari putantur, plurima etiam ſunt & extrinſecus adhibenda & intrinſecus. Inter omnia vide-
tur primatum habuiſſe Ariſtolochia rotunda, imò nomen adeſt huic herbæ ex operatione, quia ſignifi-
cat facilem parturitionem. Et aduertendum quod in componendis medicamentis ſemper etiam poſ-
ſunt addi vel hæc, vel alia aliqua quæ poſſunt à proprietate occulta ſuccurrere. Refert Serapio, cyclami-
nis radicem alligatam coxæ, partum facilitare. Moſchio verò multa & ipſe proponit, vt granum Ariſto-
lochiæ alligatum: Albertus Magnus & ipſe multa habet, cor videlicet gallinæ alligatum coxę, pumicem,
ſpolium ſerpentis, quæ omnia alligata dicuntur maximè facilitare partum. Pythagoras apud Plin. lau-
dauit aniſum olfactum, quod ſcilicet quadam facultate facilitet partum. Eſt etiam aliud medicamentum
propoſitum à Trotula, & confirmatum ab Auicen. vt ſi mulier tempore partus Magnetem manibus te-
neat. Habetur etiam de Dictamno Cretenſi, quod ſiue in potu accipiatur, ſiue coxæ alligetur, putatur
partum facilitare. Laudant etiam Arabes corrigiam ex pelle Cerui cinctam parienti. Faciunt etiam mu-
lieres ſua incantamenta, quæ vt non ſunt curanda Medico, ita neque inueſtiganda. Et diuinus Plato in
Tymæo dicebat obſtetricis munus eſſe, non ſolùm medicamentis, ſed etiam incantamentis partum iu-
uare. Præter auxilia partum facilitantia, quæ in vniuerſum docuimus, ſunt quædam *alia magis particula* B
ria, pro vt ſunt particulares quædam & variæ difficultates pariendi. Itaque, ſi difficultas oriatur ob an-
guſtiam matricis, præceptum eſt Auicennæ, vt omni diligentia quam frequentiſſimè inungantur, dor-
ſum, pecten, interfœminia, oleo videlicet oliuæ ſimplici, vel ſeſamino: eò quod huiuſmodi linimentis oſ-
ſa & partes illæ relaxentur, vnde poſsint magis dilatari. Sed quia ſæpe fit, vt inunctiones nihil proſint,
habeant Medici & obſtetrices, quibus in his caſibus vtantur ad dilatandum orificium. Ad hoc etiam pa-
rantur quædam balnea ex herbis laxantibus & oleis & aquis, quæ balnea non ſolùm accommodantur
in difficultate partus ex anguſtia orificij vteri, imo verò in difficultate & denſitate corporis, & etiam ex
ſiccitate locorum muliebrium. Quod ſi propter pinguedinem difficultas in partu oriatur, habent obſte-
trices quoſdam modos, ſitus & poſitiones, quibus facilius hient iſtæ partes, quos modos vberiùs docuit
Auicenna & omnes Arabes, qui in his rebus videntur cæteris fuiſſe diligentiores. Quod ſi propter æta-
tem oriatur partus difficultas, ſpes in hoc poſita eſt, vt verbis, perſuaſionibus, addatur animus tenellæ
puellæ, vt ſcilicet poſſit ſuſtinere dolores, quoniam non eſt quod vllo auxilio poſsit euitari difficultas pa
riendi. At quando ob feces retentas, partus difficulter exit, in fecibus prouocandis ſtat omnis ſpes, quæ
tamen non alio ingenio poſſunt prouocari, niſi vel glandibus, vel ſuppoſitorijs, vel brodijs laxantibus.
Si verò propter debilitatem virium mulier difficulter pariat, eo tempore porrigenda ſunt odoramenta,
vinum generoſum ad odorandum, vt eſt vinum Maluaticum, Panis recens, nec eſt quod timeantur odo
res, quia vbi partus inſtat, non eſt periculum quod matrix currat ſurſum. Si fœtus ita magnus ſit, vt ſola C
magnitudo difficultatem faciat, Auicenna dat quaſdam regulas ſeruandas. Prima eſt, vt obſtetrix tentet
manibus educere: Si verò manibus non poteſt, faſcia circumligetur fœtus corpus, atque ita paulatim e-
ducatur. Si verò hoc non ſuccedat, habent obſtetrices quædam tenacula quibus circumligant pannos
ne lædant vel offendant fœtum, ijsque educant. Si verò nullo modo horum ſequatur, inciditur fœtus in
lateribus vteri. Qua autem arte incidendus ſit, docuit Hippocr. lib. de Exſectione fœtus luculentiſsimè,
quo in loco præter præcepta alia hoc tradit, vt quando ſecandus eſt fœtus, obueletur caput mulieris, ita
vt eam operationem videre non poſſit, quandoquidem ſi videret vſque adeò conſterneretur animo, vt
periculum eſſet ne horrore cruciaretur atque ita iugularetur. Naſcitur etiam difficultas partus ex multi-
tudine fœtuum, quia interdum ſunt gemelli, interdum terni, aut quaterni, ſed raró: quo in caſu debet ſa-
gax eſſe obſtetrix, vti nimirum manibus vnumquemque ordinatim & leniter educat. Atque animaduer-
tendum, non eſſe vnquam quieſcendum, niſi omnes ſeriatim vnus poſt alterum ſtatim exeat: quia vbi
mora interponitur inter vnum & alterum, non ita expultrix exurgit, debilitatur magis: & idcirco dum
vis expultrix in actu eſt, tunc ſolicitádum eſt vt omnes exeant. Sin autem difficultas partus oriatur pro-
pter fœtum mortuum qui eſt in vtero, ante omnia perſcrutandum erit, num verè mortuus ſit fœtus, quia
ſi non eſſet mortuus, mitiùs agendum eſſet: ſi verò fœtus ſit mortuus, pauló fortiùs mulier erit tractan-
da. Dicet aliquis veſtrum, cur fœtus mortuus vt exeat, peculiaribus remedijs egere videtur? Etenim ſcri D
ptum eſt à Galeno 2. de Symptomatum cauſis 3. eandem facultatem quæ viuos fœtus emittit, etiam fœ-
tus excludere mortuos. Dico hoc verum eſſe, quód opus eſt etiam facultate expultrice ad educendum
fœtum mortuum, ſed in mortuo hæc facultas magis ſopita eſt: eſt autem magis ſopita, eò quod fœtus
mortuus ſua calcitratione & motu, non excitat nec diſrumpit ligamenta, niſi ſolo pondere. Propterea
debet Medicus hoc in caſu excitare facultatem expultricem, ad quam excitandam eſt potiſsimum auxi-
lium ſternutatio, vt habetis ex Hippocr. & Galen 5. Aphoriſm. 35. neque ſolùm ſternutatio, ſed etiam vo-
mitus & eructatio à nonnullis laudatur. Galenus etiam addidit ſingultum, eò quod huiuſmodi motibus
quaſſatur corpus mulieris, eo quaſſato rumpuntur ligamenta, atque ſic facultas expultrix excitatur. Prę-
ter hæc, *ſunt & alia medicamenta*, quorum aliqua à proprietate manifeſta, aliqua ab occulta qualitate iu-
uant. Hippoc. in lib. de Natura mulieris, commendat Violas & Portulacæ ſemen, in vino ſumpta. At in 1.
de Morbis mulieb. laudat veratrum nigrum & myrrham. Vtitur etiam Cantharidibus & multis alijs, quę
poſſunt à vobis videri in fine primi illius libri. Ego autem ſoleo vti huiuſmodi medicaméto ſequenti. vt,
℞. Aſſæ fœtidæ ʒ.j.ſ. Rutæ ſiccæ ʒ.iij. Myrrhæ ʒ.ij. Terantur omnia diligenter & miſceantur. Dein-
de prædicti pulueris ʒ j. cum decocti Sabinæ ℥.ij. exhibeatur. Theriaca diateſſaron appellata, in vſu eſt
apud mulieres. Gal. lib. 7. ſimplic. medic. extollit Cedriam & iure, quia ſicut hoc medicamentum viuos
enecat,

A enecat, ita etiam mortuos educere poteſt. *Si medicamenta non ſufficiunt*, duo agenda ſunt: primò tentandum vt fœtus in vtero corrumpatur, quia corruptus facilius exire poteſt. Si neque ſic tutum ſit operari, Medici ad ferrum veniant, vt excindant fœtum, atque ita minutim inciſum educant. Hippocr loco citato ad corrumpendum fœtum, vtitur hoc medicamento:

℞. Aluminis ſciſsi, myrrhæ ana ʒ.j. Ellebori nigri ℈.s. Terantur, & cum vino nigro fiat peſſarius. Habetis apud Paulum Æginetam etiam aliud peſſarium, quod etiam vtile eſt: vt

℞. Ellebori nigri, Staphiſagriæ, Ariſtol. rotund. gran. meſereonis, colocynthidis, ammoniaci ana ʒ.j. Terantur omnia diligenter præter Ammoniacum, quod diſſoluendum eſt, atque ita vel cum vino, vel cum melle commixtum, fiat peſſarium indendum. Fuerunt ex veteribus aliqui qui exiſtimarunt, lac caninum potum, conferre ad educendum fœtum mortuum. Sed horum ſententiam exploſit Gal. 10. Simplic. cap. de ſero lactis. Præter dicta quæ à proprietate manifeſta operantur, ſunt & alia à proprietate occulta iuuantia. Suffumigia ex vngula Aſini: teritur enim & ſuper carbones ponitur, ſicque fumus intra vuluam recipitur. Similiter ex piſcibus ſalitis fiunt ſuffumigia. Moſchio laudat decoctum foliorum Citri, Fel ouis ſuffitum. Quod ſi medicamenta non poſſunt, deueniendum ad ſectionem fœtus, in qua monet Auicenna diligentiſsimè conſiderandum, vt prius conſideretur num mulier ſeruanda ſit nec ne. Si ſeruari non poteſt, non eſt quod id tentetur, quia potius dedecus pareret. Si verò ſpes ſit poſſe conſer-
B uari, tunc opus aggrediendum. Sed dices quomodo cognoſcam an mulier ſit ſeruanda? Cognoſcetur ijs indicijs quæ docuit Auicenna, quia vbi neceſſario peribit, adeſt ſyncope perpetua cum vigilijs, cum reſolutione membrorum, diſlocatione. Si clamabitis non reſpondebit, ſi tota ſpaſmetur & conuellatur: ad hæc ſi pulſus ſit formicans & obſcurus valde. His enim apparentibus ſignis, certè peritura eſt, & ideo non eſt aggredienda ſectio. Quod ſi nullum ex his ſignis appareat, ſperandum eſt ſeruari poſſe, & ideo aggrediendum vt fœtus mortuus educatur.

DE SECVNDINAE EDVCTIONE.
CAPVT IIII.

SI partus debet eſſe legitimus, neceſſarium eſt vt poſt exitum fœtus, foras exeat & prodeat Secundina. Sed quia ſæpe fit vt huiuſmodi Secundina non prodeat, ſed intus retineatur, propterea eſtis docendi quomodo & quibus ingenijs ſit educenda. Expellitur etiam & ipſa eadem vi expultrice operante: & propterea vbi fœtus non eſt in vtero, Secundina eſt impedimento naturæ, grauat eam. Vt verò vis expultrix expellat, eadem ferè conueniunt quæ ad educendum fœtum mortuum dicta: inprimis validis ſternutationibus, vomitibus, eructationibus agendum. Quod ſi non prodeat his remedijs, diligenter videndum nunquid pateat oculis, nec ne: ſi pateat, debet obſtetrix manibus apprehendere, atque ita diligenter educere vt non frangatur, ſed vt integrum educat. Si verò non pateat, debet obſtetrix mani-
C bus vnctis oleo ſeſamino vel dulci, quærere eam: ſi inuenerit, ſimiliter eam educere. Quod ſi adhæreat ita vt facilè nequeat educi, debet conari manibus paulatim eam euellere atque ita educere. Interim nutrienda eſt mulier cum vitellis ouorum, cum brodijs, vt poſsit medicamenta ſuſtinere & operationem. Quod ſi hæc manus operatione non ſuccedat, deueniendum ad ea, quæ putantur à Medicis facultatem habere educendi ſecundinam: ſunt vero accommodata huic, ea etiam quæ educunt fœtum mortuum laudant aliqui Arabes, lixiuium cum oleo, ſed nimis graue eſt, licet multi teſtentur prodeſſe, at mihi non placet. Itaque cinamomum, vel in brodio, vel in aqua eſt magis in vſu & maximè confert. Laudatur à Dioſcoride ſuffumigium, quod etiam apud me eſt in vſu, & valde prodeſt: vt

℞. Myrrhæ ℥.s. Cinamomi, Galbani, Caſtorei ana ʒ.s. Opoponacis ℈.iiij. Ellebori nigri ℈.ij. Cum melle conficiantur paſtilli, & deinde ponantur ſupra carbones & fiat ſuffumigium. Hippocr. 1. de Morbis muliebr. multa alia proponit, inter alia ſilphium ad fabæ magnitudinem, in vino bibitum: Dictamnum creticum, obuli pondere in aqua ſumptum: ſuccum porri, cum myrrha & vino dulci apud Galenum in lib. de Antidotis: habentur etiam quædam antidota, quæ ipſe mirificè commendat, ad educendas ſecundinas. Extracta ſecundina ſolent loca illa mirum in modum caleſcere & torqueri, ideo præcipiendum eſt, vt Oleo roſato, Oleo vitellorum oui, lacte eas partes foueant, quod huiuſmodi remedijs facile ſolent mitigari & feruor & dolor. Atque hic eſt finis tractatus noſtri de Morbis muliebribus, in quo habetis
D omnes morbos præcipuos contingentes circa conceptum & ea vitia quæ contingunt circa partum. Superſunt igitur vitia quæ contingunt circa nutritionem fœtus & circa conſtitutionem vteri.

Liber Tertius.

DE VITIIS QVAE CIRCA NVTRItionem fœtus contingunt.

PRÆFATIO.

CVM anno elapſo, de Morbis muliebrib. tractare inſtituiſſemus, tres imò quatuor horum morborum claſſes fecimus. Vnam eorum qui circa conceptum contingunt: alteram eorum qui circa partum: tertiam eorum qui circa nutritionem partus: quartam & poſtremã, eorum qui circa vteri vniuerſum ſtatum. Iam primas duas perfecimus, ſupereſt vt duas alias, ſuperis fauentibus, etiam abſoluamus. Et quia ita ordo poſtulat, primùm tractabimus

de ijs morbis qui fiunt circa *Nutrimenti inſtrumentum*, ſcilicet circa lac & mammas. Qui tractatus eò de- A bet nobis eſſe gratior, quoniam à paucis veteribus eſt tractatus, à nemine, ſic dicam, abſolutus. Sed occurret ſtatim aliquis mihi: quomodo morbi circa lac contingentis, dicuntur proprie muliebres, quandoquidem morbi muliebres dicuntur illi, qui ſoli contingunt mulieribus, nunquam viris, quique viris nullo modo ingenerari poſſunt. Cæterum non ita videtur de lacte, eo quod æquè ſit lac in viris atque in mulieribus. Quod fiat *Lac in viris*, habetis luculentiſsimum Ariſtotelis teſtimonium 10. Hiſtor. animal. capite 12. Auicen. etiam 12. tert. Tract. 1. capite 3. quo in loco aſſerunt, & pueris & etiam adultioribus fieri lac quandoque in mammillis. Imò vero Auicen. 13. de Animal ſcribit ſe vidiſſe è viro tantum lactis emulctum, vt caſeus ſit confectus. Reſpondeo ad hanc obiectionem dupliciter. Primò modo ex Alberto Magno 3. de Anim. 9. vbi hanc rem pertractans, dixit rariſsimum eſſe vt in viris fiat lac, & quando id fit paucum id eſſe, & in paucis. Alio modo reſpondeo, id quod apparet in viris lac, non eſſe verum lac, ſed eſſe ſanguinem tantum dealbatum: quod autem hoc verum ſit, poteſt coniectura aſſequi, quoniam lac eſt propter nutritionem. Dicebat Galenus lib. de Sectione venæ aduerſus Eraſiſtratum capite 5 non poſſe fieri lac, niſi in illis animalibus quæ vtero gerunt. Quapropter fabuloſum eſſe exiſtimo, aut oſtentum ſaltem, quod ſcriptum eſt ab Ariſtot. & ab Auicenna: inuentum eſſe corpus, ex quo quotidie magna lactis quantitas emulgeretur. Sed poſtulabit quis, cur viri non producant lac, ſed tantum mulieres? Dico vt dicit Hippocrates de glandulis, duas eſſe cauſas. Vna eſt, quoniam beneficio caloris natiui adeo concoquunt & abſumunt nutrimentum, vt parum excrementi ſuperſit & quod ſuperfluum eſt, totum ferè ex B laboribus corporis exinanitur. Altera cauſa eſt, quia viri non habent mammas adeo ſpongioſas & vaſtas, vt poſsint attrahere & recipere ſanguinem ad fabricam lactis.

DE VITIIS QVAE CONTINGVNT CIRCA IPSVM LAC.

IAM vero quæ contingunt vitia circa lac, ſunt vel quia non fit lac, vel ſaltem non fit tantum, quantum fieri debet & dicitur defectus lactis: aut fit plus quam deberet, & dicitur lactis redundantia: aut fit tale, quale non deberet, & in hoc genere eſt caſeatio, coagulatio & corruptio, & reliqua quæ pedetentim intelligetis. Inter hæc vitia primum agam de defectu lactis, eò quod hoc humano generi maximè commodum videtur.

DE DEFECTV LACTIS.

CAPVT I.

ANtequam hanc tractationem aggrediar, operæprecium puto eſſe, vt vos doceam integram lactis naturam, quod iucundiſſimum & vtiliſſimum erit. Hæc materia à me exponetur quinque capitibus. Primum eſt, quid ſit lac ipſum. Secundum quomodo generetur. Tertium, quando fiat. Quar- C tum, in quibus generetur. Quintum & vltimum erit, vbi generetur. Quod ad primum caput attinet, Empedocles (vir maximus & à quo multa bona habet Hippocrates) dicebat: lac nihil aliud eſſe quam pus: quam ſententiam Ariſtot. 4. de Generat. animal. cap. 8. refutare conatus fuit, & ad refellendam ipſam vſus eſt hac ratione: Quod nomen tranſlatiuum non debet eſſe contrarium, ſed pus eſt contrarium, quia lac eſt concoctum, pus autem corruptum. Sed ſi placet tueri magnum hunc Empedoclem à calumnijs Ariſtotelis, dicetis apud veteres in more poſitum fuiſſe, vt pro corruptione intelligerent cõcoctionem. Videbitis in libro ſub nomine Hippocratis de Anatome, quod venter vbi fit coctio, vocatur venter putrefactorius. Sic in libro de Nutrimento Hippocratis videbitis quæ ſunt moderatè cocta, dici [illegible], id eſt, in ſuperficie putrefacta, itaque clarum eſt apud veteres, coctum dici putrefactum. Id quod etiam ſeruauit Plutarchus 2. de Cauſis naturalibus. Imò verò Ariſtoteles ipſe 4. Topic 5. refert, hunc Empedoclem vocaſſe vinum aquam in ligno putrefactam, ſcilicet concoctam. Atque hæc fuit ſententia Empedoclis de lacte. Ariſtoteles verò quem ſequuntur omnes Medici, 4 de Generat. animal. 8. Item 3. Hiſtor. animal 20. ſcribit: Lac nihil aliud eſſe niſi ſanguinem ſuperfluum, mutatum & dealbatum. Alexander 2. problem. 80 dixit, eſſe ſolummodo ſanguinem dealbatum. Etenim dicitur lac ſanguis, quia vt habetis apud Hippoc. lib de ſtructura hominis, & à Galeno in multis locis, ex eadẽ materia fit lac & ſemen ipſum. Imo Hippoc. 2. Epidem. ſectio. 3. circa finem, dicebat: Lac eſſe germanum ipſius ſanguinis menſtrui. Ita- D que clarum eſt apud ſcriptores, lac nihil aliud eſſe niſi ſanguinem. Sed hoc loco duo occurrunt, magna ſpeculatione digna: vnum eſt, ſi lac fit ex ſanguine, an fiat ex puro: alterum eſt, an fiat per concoctionem, an verò per ſolam coloris mutationem, vt ſæpe videmus vina ex vaſe in aliud vas tranſlata, mutare quidem colorem, ſubſtantiam autem nequaquam. Circa primum, varias reperio eſſe ſcriptorum ſententias. Hippoc. lib. de Natura fœtus & 1. de Morbis mulieb. ſcripſit: Lac fieri ex ſanguine pinguiſsimo & dulciſſimo, quam ſententiam videtur confirmare Ariſtot. 4. de Generat. animal. 8 Quo in loco narrans Ariſtoteles: cur lac ante ſeptimum menſem ſit malum, poſt verò ſeptimum vtile: inquit ideo eſſe, quia magnam partem ſanguinis dulcis & pinguis abſumit fœtus ante ſeptimum menſem, poſt vero ſeptimum non tantam copiam abſumit, propter quod pinguis magis & dulcis ſanguinis pars damnata ad mammas, conuertitur in vtile lac. Itaq; ex hoc Ariſtotelis diſcurſu colligi poteſt, lac fieri ex ſanguine dulciſsimo & pinguiſsimo. Sed notandum eſt vobis, Ariſtot. eo in loco, diſceſsiſſe à placitis Medicorum, quia Hippocr. lib. de Natura fœtus, & Galenus 5. Aphoriſm. 37. manifeſtè dicunt. In extremis conceptus menſibus, laborare fœtum penuria nutrimenti. Ex altera parte eſt Galeni autoritas 14 de Vſu. partium 8. & lib de Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtra. cap. 5 quo in loco abſolutè dicit: Lac fieri ex ſanguine menſtruo: ſi ita ſit, clarum eſt, ſanguinem menſtruum impurum eſſe, vt videbitis, cum de eo tractabimus. Ergo videtur lac fieri ex impuro ſanguine: adeò vt Alexander dicat 2 problemate 78. quod fiat ex ſanguine lento & viſcido.

Lac quid: an ex ſanguine puro: & an per cõctionem, an verò per ſolam coloris mutationem fiat.

A & viſcido. Pro hac dubitatione dicendum eſt, Lac quidem fieri ex ſanguine menſtruo ſemper, verùm in ſanguine menſtruali duas partes reperiri: alteram coctam & puriorem, alteram verò craſsiorem & magis impuram. Ex parte puriore fit Lac vtile: atque ſic intelligenda eſt autoritas Hippoc. & Galeni. Ex parte quidem crudiore fit quidem Lac ſed inutile, & hęc eſt cauſa, vt eæ quæ habent menſtrualem ſanguinem fœdum ſemper Lac prauum producunt: Circa alterum an videlicet Lac fiat per concoctionem, vel per ſimplicem mutationem? Inuenio varios inter ſe eſſe Medicinæ ſcriptores. Primum eſt autoritas Hippoc. qui loco citato ſcribit, Lac ipſum eſſe ſanguinem coctum: ſi eſt ſanguis coctus, ergo fit per concoctionem. Præterea Galenus 7. de Vſu partium reddit rationem, cur Mammæ ſint poſitæ in pectore, quia in mammis debeat Lac fieri, Lac verò eſt cibus valdè coctus, in pectore autem viget calor. Ergo commodus eſt locus Lactis generationi: quæ ſententia ſi vera eſt, ſequitur Lac fieri per concoctionem. Ex aduerſo ſunt autoritates & rationes. Prima eſt, quia ſi fieret Lac per concoctionem, ſequeretur, quod Mammæ eſſent calidiores venis, quia in venis alijs corporis non fit Lac, quia ibi non coquitur ſed coquitur in Mammis. Sed falſum eſt Mammas eſſe calidiores venis, quia vt ſcriptum eſt à Galeno, Mammæ ſunt corpora glandulоſa carnoſa & valdè frigida. Addimus etiam ſententiam Ariſtotelis 4. Meteororum, illud quod ſemel eſt coctum, non poteſt amplius recrudeſcere, ſed ſi Lac fieret per coctionem, ſequeretur coctum recrudeſcere. Probo autoritatibus & experientia. autoritatibus, quia Alexander 2. problem. 80. inquit, quod Lac facilè mutatur in ſanguinem, quia factum eſt ex ſanguine. Si hoc eſt
B ſi Lac eſſet ſanguis coctus, Ergo dum lac fit, ſanguis recrudeſcit. Probo etiam experientia, quia videmus mulieres vbi renuunt lactare infantes proprios, perdere Lac. Et quanquam ſæpe per diſsipationem illud diſperdant, plerunque tamen fit, quia Lac regr[illegible]tat in venis & fit Sanguis: præterea ea quæ fiunt coctione, ſemper fiunt calidiora. Ergo ſi Lac fieret per concoctionem ſanguinis, eſſet ſanguine calidius, ſed hoc falſum eſt. Ergo Lac non fit per concoctionem. Probo experientia & autoritate Galeni: experientia, quia videmus inflammationes Lacte demulceri, ſanguine magis exaſperari. Probo autoritate Galeni, qui 5. de Simpl. 21. ſcribit, Lac quod pertinet ad caliditatem, medium eſſe inter pituitam & ſanguinem, quia pituita calidius eſt, ſanguine verò frigidius Eſt altera autoritas, 5. Aphoriſm. 40. quo in loco ſcribit: quod ſicuti Iecur eſt calidius corporibus glandulоſis mammarum, ita ſanguis eſt calidior Lacte. Si ergo per experientiam & Galenum, ſanguis eſt calidior Lacte, ſequitur quod Lac non fiat per coctionem, quia eſſet calidius ſanguine. Accedit & altera Galeni autoritas prim. de Tuenda valetudin. ſept. vbi ſcribit: à natura pueros ſtatim ac nati ſunt, ideò delectari lacte, quia eſt ſimilimum nutrimentum ei, quod in vtero ſumebat fœtus, & addit, Lac eſſe paucißimam mutationem adeptum. Quo in loco duo debetis aduertere: vnum eſt, quod in contextu græco legitur, eſſe ſanguinem paucißimam mutationem: in contextu latino, exiguam mutationem: ita fefellit nos ille interpres, dum non reddit totam ſententiam: alterum eſt, quod autoritas libri primi de Tuenda valetud. videtur contraria alteri autorita-
C ti Galeni, decimoſexto de Vſu part. duodecim. & ſeptimo, de Vſu part. vig ſecundo, vbi ſcribit fieri Lac ex ſanguine, non quidem exiguè mutato, ſed ἀκριβῶς πεπεμμένον, id eſt, exactè mutato. In hac grauißima ſpeculatione puto reſolutè dicendum: Lac fieri ex ſanguine menſtruo cocto, non quidem ſummè concocto, ſed mediocriter, ita tamen vt nihil deſit coctioni, atque hoc notat vox illa Galeni, ἀκριβῶς ſcilicet exactè. Sed quomodo fit hæc coctio ſanguinis in mammis? Dico fieri per adæquationem, hoc modo, quia in ſanguine menſtruo, ſi adſunt partes igneæ & acriores, beneficio temporis mammarum iſtæ partes aut diſsipantur, aut attenuantur. Si verò adſint partes crudiores, attemperantur, coquuntur, ita vt tota illa ſanguinis maſſa, adæquetur: Apud Ariſtotelem quarto Meteor. dicitur bella concoctio, quando ea quæ coquuntur, rediguntur ad æqualitatem. Ad rationes in contrariam partem, & primò cum dicebatur, quæ coquuntur fieri calidiora: dico hoc non eſſe ſemper verum, eſt quidem verum, vbi res ſummè coquuntur, falſum ubi mediocriter. Exemplum adfero vobis de Melle: Mel ſi intenſè coquatur, fit calidius, quia amareſcit: ſi coquatur mediocriter, non fit calidius, quia mel crudum acrius eſt, nam inteſtina ſtimulat, cum verò mediocriter coctum eſt, non ſtimulat. Ratione, quia per moderatam coctionem partes acriores diſsipantur, itaque hoc modo videtur fieri tepidius. Idem poſſumus dicere de vino: vinum ſi coquatur mediocriter, & in multis Italiæ locis ſolitum eſt, tantum abeſt vt fiat calidius, vt etiam remittatur caliditas: hoc probatum eſt, quia coctum minus inebriat, quod teſtatur Athenæus, ex libro
D Ariſtotelis de Ebrietate. Ita clarum eſt, quæ coquuntur non fieri ſemper calidiora: Lac verò non per ſummam, ſed mediocrem fit coctionem: Ergo, non debet eſſe ſanguine calidius. Ad alteram rationem, quod coctum non poſsit recrudeſcere; dico coctum recrudeſcere poſſe, intelligi dupliciter: vel per ſe ſolum, vel per admixtionem. Per ſe ſolum, coctum nunquam recrudeſcit, per admixtionem recrudeſcit. Probo experientia manifeſta: Illi qui condiunt fructus melle & ſaccharo, clarum eſt quod coquant. Sed quid fit ſæpe progreſſu temporis? Saccharum vel Mel iterum recrudeſcit, vt iterum cogantur coquere Mel & Saccharum, quia vel per aerem, vel per corporum cruditatem, Saccharum vel Mel recrudeſcunt: ita euenit vt Lac commixtum ſanguini, iterum fiat ſanguis, quemadmodum experientia & rationibus conſtat. Poſſum etiam alio modo reſpondere, cum ex Lacte iterum fit ſanguis, non dicitur recrudeſcere: ſed magis coqui; & ratio eſt, quia etiam in Mammis dixi fieri exiguam coctionem, non repugnat in venis fieri coctionem vel maiorem, vel æqualem. Inter alias rationes quibus probaui non fieri Lac per coctionem hæc vna erat, quod neceſſariò Mammæ eſſent calidiores venis: ad quam rationem reſpondendum eſt, mammas ſua natura eſſe quidem frigidiores venis, vt luculentißime ſcriptum eſt à Galeno quint. Aphoriſmo quadrag. & ab Alexandro 2. problem. 80: verumtamen ob viciniam cordis ita incaleſcunt mammæ, vt poſsint ſufficere coctioni: nec videatur vobis hæc reſponſio noua, quia Ariſtoteles libro ſecundo de Generatione animalium nonò dicebat, ſemen ſua natura frigidum quidem eſſe, & fieri calidum ob locum. Itaq; non incôuenit mammas ſua natura frigidas

eſſe, aduentitio tamen calore eſſe prædita, ob quem poſſunt coquere ſanguinem. Id quod poteritis etiam reſpondere ad alteram rationem, qua dicebatur Lac eſſe frigidius ſanguine, & propterea non poſſe fieri per coctionem. Lac equidem, beneficio Mammarum frigus acquirit, ſed ratione materiæ cum ſit ſanguis, etiam calidum eſt. Ad autoritatem Galeni, ex 1 de Tuen. Valetu. vbi ſcribit, Lac fieri per minimam ſanguinis mutationem, debetis reſpondere, poſſe conſiderari Lactis mutationem dupliciter: vel ſecundum ſubſtantiam & qualitates primas, vel ſecundum qualitates ſecundas. Et ſi conſideremus ſubſtantiam & primas qualitates, valde mutatum eſt à ſanguine: quia quantum ad caliditatem & ſubſtantiam, facta eſt magna mutatio, ſed quantum ad dulcedinem & pinguedinem, minima facta eſt mutatio, & ita quoad ſecundas qualitates facta eſt parua mutatio; ideò delectantur pueri Lacte, quia eſt ſimile ſanguini quo alebantur, ſcilicet dulcedine & pinguedine. Habetis ergo, Lac nihil aliud eſſe, niſi ſanguinem menſtruum concoctum, in Mammis dealbatum: quam definitionem attulit Meletius in lib. de Natura hominis. Erat ſecundum propoſitum, quomodo Lac generaretur. Circa quod Hippoc. in lib de Generatione fœtus, videtur habere nouam ſententiam & ferè incredibilem, ſentit fieri Lac, quia ab vtero comprimantur vaſa corporis interna, quę compreſſa emittunt humorem quendam pinguem ac dulcem, perinde ac ſi imbuamus corium oleo & deinde comprimamus: ex corio emittitur humor pinguis & dulcis, ita à mole vteri emittitur humor pinguis, qui alteratur à corporibus mammarum ſpongioſis. Quæ ſententia aut valde obſcura eſt, aut omnino fabuloſa, imò contra Hippocratis dogmata, qui ſentit Lac fieri ex ſanguine menſtruo. Dicebat enim 5. Aphoriſm 39. Quod ſi mulier quæ neq; peperit, neq; vtero habet Lac habeat, ſignum eſt menſtrua defeciſſe. Igitur illa generationis Lactis ratio eſt, quam Ariſt. & Medici memoriæ prodiderunt, ſcilicet quod ſuperfluus [illegible] uis qui & menſtruus eſt, à natura uel tempore partus, vel alia aliqua occaſione, trahitur in mammas, quæ cum plenæ ſint cauernis & meatibus, in ea parte recipiunt ſanguinem, vbi poſtmodum tempore à corde communicato, ſanguis ille leuigatur, coquitur & tandem dealbatur: dealbatur autem vt ſemen in vaſis ſpermaticis, ſcilicet à calore & natura vaſis. Scimus enim comparatum eſſe à natura, vt quodcunq; aliud tranſmutat, ſemper ſibi ſimile faciat. Sed quæret aliquis, cur natura ita fuerit ſolicita in fabricando lacte, eò magis quod poterat efficere & forſitan debebat facere, vt eodem ſanguine quo nutritur fœtus in vtero, nutriretur etiam extra vterum; poterat efficere vt ſine vlla alteratione, idem ſanguis emanaret ad nutriendum fœtum. Tres puto fuiſſe cauſas, quibus mota eſt natura ad faciendam hanc ſanguinis in Lac tranſmutationem: vna, quia horrendum eſſet & ferinum, videre ſanguinem viuum exſugi ex mamillis, horrendum enim eſſet matri infanti & alijs: natura autem quantum fieri poteſt, conata eſt ſemper coniungere iucunditatem cum utilitate. Altera cauſa eſt, quoniam puer extra vterum debebat nutriri per os, & per os debebat cibus meare in ventriculũ, in quo coqueretur: deinde in iecore ſanguis fieri, ſi ſanguis exſugeretur à puero, nõ alteraretur, neq; in ventriculo, neq; in iecore fieret ſanguis. Itaq; ſagaciſsima natura, dum videret ſanguinē debere partum nutriri, & alterum fieri ſanguinem, adinuenit fœliciſsimum hoc medium, quod tale eſt: vt poſsit ex ſanguine fieri Lac & iterum in ſanguinem conuerti, miſterium omnibus admirandum. Tertia cauſa fuit, quoniam cum videret natura, in ſanguine locatum eſſe totius vitæ theſaurum, coacta fuit ſanguinis vaſa ita fabricare, vt non poſsint facilè reſerari, neque rurſum facilè claudi. Si igitur debuiſſet fœtus nutriri ſanguine exſucto ex Mamillis, neceſſarium fuiſſet, vt venæ facilè clauderentur & aperirentur: his imminebat periculum, ne quandoque venæ non poſſent amplius occludi, atque ita vita finiretur. Ex his igitur habetis locum Lactis eſſe Mamillas, quas idcirco dicebat Galenus 7. de Vſu part. 22. eſſe poſitas in pectore, aut in locis calidioribus, in omnibus animalibus, tum vt frigiditas Mamillarum remittatur à calore vicini cordis: tùm vt calor cordis, poſsit generationi Lactis inſeruire: tùm etiam vt cor poſsit tutelam accipere ab ipſis Mammis. Plutarchus in libro de amore prolis, reddit rationem & ipſe non inuenuſtam, cur videlicet natura in pectore hominibus Mamillas fecerit, vt poſsit inquit, mater fouere filium, amplecti, oſculari & ita amorem erga prolem mouere & augere. Tertium, circa Lactis generationem, proprium erat, de Tempore generationis Lactis, quod tempus dicebat Ariſtoteles, idcirco incertum eſſe hominibus, quemadmodum & pariendi tempus. Cæterum, in tempore etiam in hominibus, quemadmodum in alijs, videtur quidam ordo: quia aut tempus conſideramus vniuerſale, aut particulare. Si tempus vniuerſale conſideremus generationis Lactis, Tempus eſt à duodecimo ętatis anno, vſque ad annum quinquageſimum: & ratio eſt, quia hoc tempore intermedio educitur ſanguis menſtruus, qui eſt materia & ſubſtantia Lactis. Animaduertendum tamen vobis eſt, aliquas reperiri quæ in Mamillis poſt quinquageſimum ætatis annum Lac generant, quod tamen rariſsimum eſt. Tempus autem particulare eſt, vel quando defecerunt menſtrua, vel quando habet in vtero, vel quando partus in lucem eſt editus: & ratio eſt, quia hoc tempore, aut natura opus habet lacte, aut ſi non opus habet, impeditur quo minus poſsit excernere ſanguinem per vias conſuetas. Quapropter ne officeret corpori, potius conuertit ipſum ſanguinem in Lac. Dicebat Ariſtoteles aliquando ſolitum eſſe Lac fieri, quando fricantur Mamillæ vrtica, & deinde manibus contrectantur: quod fateor me nunquam vidiſſe. Albert. Magnus tamen lib. 3. de Animal. 9. ſcriptum reliquit, ſe vidiſſe virgines, mulieres & viduas quæ hac arte ſibi ipſis Lac copioſiſsimum pararent. Verum vtcunque ſit, verum & proprium tempus Lactis eſt, quando partus in lucem eſt editus. Atque hæc ſunt quæ de natura Lactis erãt dicenda. *Lac igitur dicitur deficere*, quando vel non fit eo tempore quo fieri deberet, ſcilicet poſt partum: vel ſi generetur minus tamen quàm ſufficiat nutritioni fœtus, atque hunc lactis defectum dicebat Iulius Pollux, nuncupari à nonnullis Medicinæ ſcriptoribus ἀγαλαξίαν: eſt verò hic defectus Lactis, Symptoma in genere excretorum mutatorum, quandoquidem non adeſt excrementum illud vtile, quod eſſe deberet. Defectum lactis, Symptoma eſſe in genere excretorum dixi, quod vt aſſequi melius poſsitis, debetis breuiter ſcire, cibum qui in corpus ſumitur, nunquã poſſe totum in ſanguinem cõuerti, quare neceſſariò contingit vt fiant excrementa, quæ aut prorſus ſunt inutilia,

Lac quomodo generatur.

Locus lactis.

Tempus generationis lactis.

A B C D

A inutilia, & extra corpus à natura reijciuntur: aut ſunt vtilia, & retinentur pro reficiendis membris, vel pro conſeruanda ſpecie. Inter hæc eſt ſemen & ſanguis menſtruus, qui inſeruit conceptioni & nutritioni in vtero, vel poſt exitum ab vtero fœtus: ita vt nutrimentum, quod ſumit extra vterum fœtus, ſit excrementum vtile. Et dixi vbi Mammæ carent hoc excremento, dicuntur laborare hoc Symptomate, quod eſt excrementi vtilis defectus. Eſt igitur Symptoma, defectus Lactis: & quia Symptomata omnia ſequũtur morbum, ſic defectus Lactis ſequitur morbum proprium, ſcilicet aut malam formationem Mammarum, tùm aliorum vaſorum, aut malam temperiem, aut continui ſolutionem, ita vt iſti morbi poſsint in mulieribus efficere defectum Lactis.

CAVSAE.

IAM verò cauſarum defectus lactis aliæ ſunt internæ, aliæ autem externæ. *Internæ*, aliæ ſunt naturales, aliæ verò aduentitiæ. Naturales cauſæ ſunt, paruitas Mammarum, anguſtia vaſorum mammarum & totius corporis. Etenim Hippocrates 1. de Morbis muliebribus ſcribit, aliquas inueniri mulieres, quæ à natura Lac non producunt, rurſum inueniri alias, quibus ante tempus Lac deficit: & cauſam horum dicit eſſe denſitatem & anguſtiam vaſorum, propter quod ſanguis ab vtero ad mammas non poteſt deriuari. Aduentitiæ cauſæ ſunt, vt obſtructiones vaſorum, factæ ab humoribus viſcidis & craſsis. Addit Auicenna ſecundo primi, debilitatem virtutis attractricis mammarum. Additur etiam inter cauſas aduentitias internas, ſanguis videlicet aut vitiatus, aut imminutus. Vitiatus eſt vel corruptus & venenatus, vt eſt in morbis peſtiferis: vel exſiccatus, vt in febribus magnis & ardentibus, vel pituitoſus, vel bilioſus, vel melancholicus: neq; miremini me dixiſſe, quod ſanguis bilioſus, pituitoſus & Melancholicus inducat defectum Lactis, eò quod ſcribit Galenus 5 Sympt. 20. & Auicenna, Lac generari ex ſanguine meliori menſtruo: vbi igitur nihil ſanguinis boni eſt, neceſſariò deficit Lac. Diminuitur etiam ſanguis à cauſa interna, quando vel deeſt materia ſanguinis, vel quando ſanguis per alias partes exit à corpore, vtputa per os, per Hæmorrhoides, per venas menſtruorum. Cauſæ porrò *externæ* ſunt, quæ poſſunt coarctare vaſa per quæ defertur ſanguis, vt immodicum frigus, Aeris aut Regionis, vſus adſtringentium. Similiter inter cauſas externas numerantur etiam quæ minuunt ſanguinem & vitiant, vt cibi praui, quia vitiatus fit ſanguis, & tunc Lac non fit. Sic ieiunia, abſtinentia cibi & potus, nimius labor, mœror & alij vehementes animi motus, ſunt inter cauſas quæ extrinſecè inducunt Lactis defectum. Sunt etiam nonnulli cibi, qui proprietate quadam lac deſtruunt, vt dicit Plinius, de Semine Cyrcæ. Albertus Magnus tert. de Animal. 9. de Tritico illo, quod Patauij dicitur Sorgo, facere lactis defectum ait: Sed an hoc verum ſit, dicent vobis ruſticæ Patauinæ. Galenus quint. Simpl. Medic. 2. dicit, omnia illa quæ nimis calefaciunt exſiccant & refrigerant, omnia inquam Lac minuere. Sed hæc Galeni ſententia dubia multa parit: primò, quia videmus multa quæ impenſè ſunt calida & ſicca Lac etiam facere, vt eſt Fœniculum, Apium, & hæc licet calefaciant & exſiccent, tamen ad lac producendum & augendum exhibentur. Similiter Lactuca valde refrigerat, tamen à Dioſcoride & Auicenna dicitur Lac generare. Et Auicenna libro ſecundo, loquens de Agno caſto ſcribit minuere ſperma & Lac augere. Tamen mihi non videtur rationi conſentaneum eſſe, quia ex eadem materia fit lac & ſemen, ex ſanguine ſcilicet ſuperfluo. Dicendũ eſt, vt Galeni veritatem aſſequamur, quæ generant Lac dupliciter generare, vel per ſe, vel per accidens: per ſe dicuntur generare Lac, quæ producunt ſubſtantiam Lactis, vt ſunt cibi calidi & humidi & optimi ſucci, dicuntur enim generare Lac, quia producunt multum ſanguinis. Per accidens autem dicuntur generare Lac, quæ aperiendo prouocant ſanguinem ad mammas, vel remouendo cauſas imminuentes Lac, atq; hoc modo quæcunq; aperiunt, adhibentur ad generandum lac. Itaq; Galenus quando dicit, calefacientia ſeu refrigerantia non generare Lac, loquitur de ijs quæ per ſe generant Lac: quando verò adhibentur aperientia, adhibentur, non vt Lac generent, ſed vt aperiendo Lac ad mammas ducant. Idem de Lactuca dicendum Lac generare, corrigendo ſcilicet intemperiem calidam, vel remouendo cauſas minuentes lac. Igitur vera eſt ſententia Galeni, quæ impenſè refrigerant aut calefaciunt, Lac non generare. Inter has cauſas numeratur à quibuſdam debilitas infantis in ſugendo, ſed hoc rarum eſt, & ſuctio quidem infantis prouocat Lac, ſed ſi non adſit materia propria, non prouocabit, ideo inter cauſas valde remotas ſtatuitur.

B

C

SIGNA.

D Signa lactis deficientis, ex puero lactante colliguntur: quia ſi puerum videatis clamantem ſemper, emaciatum & non proficientem, & non videatis pannos madidos quibus inuoluitur, ſignum eſt Lactis defectus. Item ſi quæ nutrit, menſtruas purgationes habeat, colligere poteſtis Lac deeſſe, quod tradit Gal 5. Simp 22. Aduertere circa hoc debetis, Mulieres aliquas purgari & Lac non deficere, ſed iſtæ non ſingulis menſibus purgantur, ſed quinto vel ſexto ſaltem menſe. Quod ſi quæ ſingulis menſibus purgantur & Lac habeant, rarum eſt, & prouenit ex ſanguinis multitudine. Signa cauſarum particularium: ſi cauſæ ſint externæ comparabuntur à vobis ex relatione Nutricis, vel infantis: ideò diligentes eſſe debemus de Aere, Cibo, potu & Venere, quę facere ſolent Lactis defectum, & interrogare debemus de animi affectibus: ſunt enim quæ mœrore lactis defectum patiuntur: aliæ amore & libidine efferuntur & conſumunt Lac ipſum: Item contingit vt nutrices grauidæ fiant, & Lac deficiat, ideò diligentes ſitis neceſſe eſt. Signa internarum cauſarum ſi ſint naturales, videbitis ex aſpectu mammarum paruarum & anguſtarum, quia vaſa habent arcta & breuia. Quod ſi ex obſtructione malum eueniat, videbitis obſtructum totum corpus, examinabitis vitam anteactam, vt ſi ſit vſa cibis craſsis. Quod ſi malum fiat à paucitate ſanguinis intelligetur, vel quia mulier pauco vtetur cibo, vel quia ſanguis euacuatur per nares, hæmorrhoides, vel per vterum. Intemperiei ſigna habetis ex proprijs ſignis intemperiei calidæ, frigidæ, ſiccæ. Si ſanguis ſit vitioſus, aut corruptus, cognoſcetis ex morbis, quia ſanguis corruptus alios morbos

parit. Quod ſi ſanguis ſit biliosus, cognoſcetis ex aſpectu & guſtu, quia Lac vergit ad pallorem, erit ſubamarum, A ad hæc cognoſcetis ex habitu bilioſo, ex vitæ exercitationibus, ex cibo quo vſa fuit, vt ſi ſit vſa cibis bilioſis. *Lactis boni conditiones duæ.* Hoc autem loco annotare debetis, lac omne cum bonum eſt, duas habere conditiones. Primò vt ſit dulce, vel ſubdulce: etenim capræ tametſi veſcantur amaris frondibus ſalicum, carduis, tamen Lac euadit dulce. Quare miratus ſum Plinium & ſequaces, qui libro 15. de nat. Hiſtor, 27. fecit proprium quendam Lactis ſaporem, quem noluit appellari dulcem vel pinguem, ſed lacteum, quaſi alius ſit ab his ſaporibus. Sed falſum eſt, quia Lac dulce eſt, tamen diuerſa eſt dulcedo à dulcedine Mellis & Sacchari. Alia proprietas lactis boni eſt, vt ſit album & candidum: & ratio eſt quia, vt intellexiſtis, fit Lac in Mammis, quæ ſunt corpora glanduloſa & candida, quare neceſſariò inducitur albedo lacti. An vero verum ſit quod ſcribit Plinius lib. 2. cap. 13. ſcilicet in Ponto eſſe quaſdam oues quę faciunt Lac nigrum ipſe viderit, certè mihi videtur improbabile eſſe, Animaduertere tamen debetis, candorem qui ineſt lacti, diuerſum eſſe à candore aliorum corporum, quia alia corpora liquida alba reddunt imagines, vt Aqua, vinum, ſed lac nequaquam reddit. Ratio accipitur ab Ariſtot. 4. Meteor. & à Plutarcho 6. Sympoſ. cap. 8. qui ſcribunt, in lacte multum adeſſe terreum, & ideo fieri non poſſe vt ex parte terrea reddantur imagines. Si ſanguis pituitoſus ſit, & hac ratione Lac minus fiat, Auicenna tria tradit ſigna noſcenda ex ipſo Lacte, quamquam paucisſimum ſit. Primum eſt albedo maxima: Sed miror Auicen. qui in hac re ita determinauit, & ratio eſt, quia ipſemet vbiq; fatetur, Lac eſſe corpus albisſimum: adhæc pituita minus alba B eſt quam Lac, quomodo ergo Lac ex miſtione pituitæ, poterit fieri albisſimum? Si vos miſceatis Gypſo albisſimo calcem, videbitis albedinem Gypſi remitti, ſic etiam deberet Lactis albedo remitti, potius quàm augeri. Secundum ſignum eſt, ſi Lac pituitoſum ſit poſitum ſupra vnguem, ſtatim defluit, vt neq; horam neq; momētum tenere posſit, quia à pituita fit aqueum & fluidum, & ratio bona eſt. Alterum eſt, quod odor & ſapor vergunt ad acetoſitatem. Quod ſi lac Melancholicum ſit, cognoſcetis quia Lac erit terreum & craſsiſsimum, adhæc color erit liuidiuſculus ſubniger. Sed dicetis, ſi Lac ſubnigrum eſt Melancholicum & prauum, Cur igitur Ariſtot. 3 de Hiſtor. animal. 21. circa finem, dixit: lac liuidum eſſe melius quàm album: ſimiliter dixit, nutrices quæ ſunt liuidæ, eſſe ſaniores quàm nutrices albas? Ego fateor ingenuè me ſæpe cogitaſſe, ſi qua ratione poſſem Ariſtot. defendere, ſed hactenus nihil inueni. Verum vt habetis à Galen. 1. de Tuen. valetud. 9. ab Auicenna, Moſchione & omnibus qui de hac re tractarunt, Lac omnium optimum eſt, quod eſt albisſimum: & ſi nutrices eligendæ ſint, debent eligi quæ viuidum & floridum colorem habeant. Igitur aut Ariſt. errauit, aut error in ſcriptis eſt.

PROGNOSTICA.

SIgnum prognoſticum eſt, quod vbi Lac deficit, malum ſæpisſimè eſt non modo fœtui, ſed etiam nutrici: dixi ſæpisſimè quia ſi mulieri Lac deficiat, quia grauida eſt, non eſt ſemper malum. Vbi autem C Lac deficit, ſolet in communi eſſe conſuetudine, vt nutrix ſtatim mutetur, quod certè remedium ſaluberrimum ſemper eſt, verumtamen ſæpè fit, vt hoc remedium nō posſit adhiberi, vel non ſit vtile, ideò maximè erit vtile, intelligere qua ratione Lactis defectus posſit reſtitui.

CVRATIO.

IN eo agendo duplices ſunt ſcopi: vnus eſt, vt cauſæ omnes Lac diminuentes, aboleantur: alter verò eſt, vt ſanguis ad mammas, vbi fit Lac, trahatur. Hi duo ſcopi adimplentur potisſimum victus ratione, adimplentur etiam pharmacis, itaq; primò *diligentes eſſe debetis, vt victum nutrici inſtituatis.* Et primò, erit Aer temperatus vel eligendus, vel efficiendus, quod autem aer maximè conferat, teſtis eſt Ariſtot 3. Hiſtor. animal. 21. & Alb. Mag 3. de Animal. 9. Qui omnes dixerūt, eſſe Regiones quaſdā, in quibus etiam pecora maximum Lactis prouentum habent, vt dicit Ariſtot de Epyro, Albertus de Friſia & Holandia. Hoc enim tametſi inprimis acceptum eſſe debet paſcuis, paſcua tamē hoc habent propter aerem. *De ſomno* quoq; maxima eſt habenda ſolicitudo, quia ſicut vigilia Lac conſumit, ſic ſomnus Lac prouocat & facit. Exercitationes moderatæ ſunt adhibendæ, immoderatę fugiendæ, quia corpus colliquant & ſanguinem minuunt. Venus quoq;, ſi quid aliud nutrici inhibenda eſt, quia vel grauida fit, vel ipſi prouocantur menſes, vtrumque enim horum maximè Lac conſumunt. Dicebat Ariſtot. loco citato, ſi bruta abſtineant à coitu, diutius Lac conſeruant. Circa *Cibum & potum*, debetis eſſe diligentes & primò D circa potum, vt abſtineant à vino craſſo & generoſo, quia vt habet Ariſtot. lib. de Somno & vigilia cap. quarto, vinum generoſum & nigrum, maximè inimicum eſt nutrici. Debet etiam potus eſſe moderatus, vini pauciferi, albi & tenuis. Neque exiſtimetis, quod putant vulgò, ex vino videlicet fieri Lac, quia hoc eſt falſiſsimum. Si quidem habet Galenus 5. Simpl. & Ariſtot. 4. Meteor. naturam Lactis eſſe aqueam & terream, naturam verò vini aqueam ſolum. Siquid autem confert potus vini, confert, quia eſt vehiculum ſanguinis ad Mammas. Cibus qui conuenit nutrici, vt habet Galenus 5. Simpl. 21. & Auicen. 12. tertij Tract. 1. cap. 21. eſt cibus, Ideo panis optimè fermentatus conuenit, panis tàm ex tritico quàm ex farre. Dicet aliquis veſtrum, an panis fabaceus posſit conuenire ad generandum Lac, quia Ariſtoteles loco citato ſcribit, pecora ex vſu Fabarum implere vbera: dico in brutis hoc quidem poſſe prodeſſe, quia mammas habent pendulas, inde à fabis facilè inflantur & attrahitur Lac, id autem nequaquam in Mulieribus conuenit. Carnes caponum, vituli, oua ſorbilia, carnes omnium auium: carnes autem ſylueſtrium non ita accommodantur, quia nimis exſiccant, & omnia exſiccantia ſunt fugienda. Laudat Rhaſis Lac caprarum: Lac etiam vaccæ & ouium maximè conuenit præſertim ſi fiant pultes. Et ſi quid eſt quod faciat vbertatem lactis, eſt puls ex lacte & aliqua farina: exempli gratia, ex farina orizæ, aut Seſami, huiuſmodi farina enim in lacte coquitur, & fit puls, quæ maximè conuenit lactis vbertati. Butyrum maximè commendatur, ſed præſertim vbera cocta omnium animalium

A malium & manducata. Et ratio accipitur ab Auer. 5. Collec. 19. de Conferentibus ad membra, quo in loco ſcribit comparatum eſſe à natura, vt propter ſimilitudinem membra membris languentibus conferant. Exempli gratia, in ſtomacho languido maximè commendantur ventriculi animalium & præſertim gallinarum: in pulmone languente, pulmones. Sic quoq; dicunt ſcriptores Medici, ad Mammas ſeu generationem Lactis, conuenire eſum mammarum. Auic. laudat & ſemina papaueris, ſed notate quod aliàs vos docui, ea quæ impenſe refrigerant, nequaquam conuenire, & præſertim ſi ſola adminiſtrentur. Si autem conuenit ſemen papaueris, conuenit vbi propter cauſam calidam defectus Lactis eſt. Arabes omnes & etiam Aetius, Moſchio, Alb. Mag. laudant capita piſcium ſalitorum, rationem certè me fateor ignorare, tamen putandũ eſt hos grauiſsimos auctores. nõ temerè id dixiſſe, ideò ſi cõueniunt, aliqua proprietate conuenire poſſunt. Sed eſt quæſtione dignũ, an pro lactis generatione cõueniat cibis ſalitis vti? Ex vna parte videtur quod non, quia Gal. & omnes Græci, item Auic. iubent, vt mulieres abſtineant à rebus acribus, exſiccantibus & ſalſis, id quod præceptum etiam fuit Hipp. 1. de Morb. Mulieb. Eſt & ratio quod non conueniant, quia vt videmus ſalem conſumere carnes, ita quoq; putandum eſt, Lac conſumi eſu ſalitorum. Ex parte altera, Moſchio qui quandoq; ſalſam aquam adhibet, & Albert. Magn. dicunt, eſſe Regionem quandam Bardanuam vocatam, in qua pecora magnam lactis copiam habent, non alia ratione quam propter paſcua ſalſa: ita vt videatur hac ratione etiam cõuenire poſſe vſus ſalſorum. Dicerem ego & conſulerem ſalem adhibendum eſſe, vt potius condiantur dapes, quàm ſecus, id eſt, vt abſtineant nu-
B trices & à frequenti & multo ſalis vſu, & non adhiberem niſi tantummodo cum alijs, quæ temperant ſalſuginem. Et ratio eſt, quia moderatè ſalſa adhibita præter iucunditatem maiorem, iuuant etiam ad penetrationem ciborũ. Sic legimus Apollonium Herophili Medici diſcipulum, emarciatos homines impinguare ſolitum fuiſſe ſale, id eſt, ſalitis cibis, quia ſalita ſi modicè adhibeantur ſunt veluti vehicula ciborũ. Atq; hæc de victu. *Deinceps videndum quæ ſit cauſa, quæ defectum lactis inducit:* quia ſi ſit cauſa natiua, eſt abſtinendum à pharmacis, ne fruſtra laboraret Medicus, & nullum eſt conſilium, niſi vt mutetur nutrix. Si verò cauſa ſit aduentitia non naturalis, examinandum eſt quæ ſit cauſa. Quod ſi in cauſa ſit obſtructio vaſorum, conandum eſt omnino de obſtruere. Idcirco purgandum eſt primo moderatè corpus: deinde adhibenda ſunt quæ ſanguinem ad mammas attrahunt, quæ aperiunt. Et notate me dixiſſe moderatè purgandum eſſe corpus, quia in nullo caſu debet medicus vti valde purgantibus, quia valida medicamenta vt purgant corpus, ita quoq; ſanguinem colliquant & imminuunt Lac: idcirco nunquam vtendũ eſt medicamentis validis. Itaq; licebit purgare corpus hunc in modum:

℞. Mellis roſ. ſolut. ℥ iiij. vel v. pro captu mulieris: quod quidem capiat horis quatuor ante cibum. Poſtea erit vtendum ſyrupis, quibus poſsitis de obſtruere: vt

℞. Folio Fœniculi, Smirnij, Pulegij ana p. s. Sem. Rapæ ʒ. ij. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij Oxymel. ſimp. Syr. de Eupato. ana ℥ j. Miſce. Et Notandum eſt, quod vbi-
C cunq; nutrices purgare vultis, ſemper miſceatis cũ alijs medicamẽta ea, quæ facultatẽ Lactis generatricem augent. Poſtquam humores erunt præparati, erunt expurgandi & ſufficiet hæc expurgatio: vt

℞. Electuarij leniti ʒ. vj. Mel. Roſati ſolut. ℥. iij. Decoctio. cordial. q. ſ. Fiat potus. Poſtquam autem apertæ erunt obſtructiones ſupereſt, vt & intrinſecus & extrinſecus adhibeantur quæ poſſunt ſanguinem ad mammas prouocare. Inter cætera Paulus Ægineta lib. 1. cap. 4. commendat, neq; immeritò, vt Mammæ ipſe fricentur, vt ipſis etiam apponatur cucurbitula citra ſacrificationem, quia talia auxilia aperiunt vaſa mammarum, & etiam prouocant & deducunt Lac ad mammillas. Præter hæc ſunt alia quæ in vſu habentur medicamenta, vt ſi brodium fiat, de quo capiat nutrix ſex vel octo vncias, & eodem etiam abluat mammas vt exempli gratia:

℞. Sem. Fœniculi, Porri, Erucæ ana ʒ. ij. Macis ʒ. j Fol. Maluæ p. s. Bulliant in brodio parui pulli. Cum hoc brodio abluantur Mammæ, & etiam de hoc ſumat. Sed hic non contemnenda eſt difficultas, an verè conueniant ea quæ dixi, vt Fœniculum, Apium, Macis, & alia quæ numerantur inter generantiã Lac à Galeno: & ratio dubitationis eſt, quia vt habet quint. Simpl. 22. & Ariſtot 4. de Generatione animalium, ea quæ prouocant menſtrua, deſtruũt Lac: quod autem hæc prouocent Menſtrua, teſtatur Galenus. Eſt etiam autoritas Auerrhois ſeptim. Collect. capite quarto quo in loco ſcribit, omnia ea quæ prouocant vrinam, prouocare etiam menſtrua. Sed Apium, Fœniculum, &c. prouocant vrinam: Ergo & menſtrua, & per conſequens non conueniunt, quia deſtruunt Lac. Dico ea quę prouocant Menſtrua eſ-
D ſe duplicia: vel enim vehementiora ſunt, vel mediocria. Si ſunt vehementiora, vt calida & ſicca in tertio gradu, dico quod omnia hæc deſtruunt Lac, quia impenſè exſiccant ſanguinem, & conſequenter Lac conſumunt, Si autem accipiantur ea quæ moderatè calefaciunt & ſiccant, quod hæc non deſtruant Lac, ſed promoueant, vt ſunt præſcripta. Ratio eſt, quia quæ ſunt debilia, tametſi modicè aperiant, tamen modica aperiendi facultas, confert ad Lac producendum, quia ſanguinem menſtruum attrahunt ad mammas. Idcirco parua apertio ſufficit attractione mammarum, ad deducendum ſanguinem ad mammas. Modica autem apertio aut parum, aut nihil facit ad prouocationem menſtruorum, quia vterus non trahit ſanguinem menſtruum, ſed ſanguis detruditur à facultate expultrice ad vterum. Et tamen vnum eſt aduertendum, quod ſolus Paulus videtur animaduertiſſe, ſcilicet vt hæc medicamenta quæ iuuant & Lac generant, parcè adhibeantur, propterea quod licet non adeò exſiccent, exſiccant tamen, & ratione exſiccationis valde inimica ſunt Lactis generationi. Atq; hic eſt modus prouocandi Lac in Mulieribus, in quibus obſtructa ſunt vaſa. Quod ſi qua alia ratione Lac deficit, tum diligenter examinandum eſt quę ſit illa cauſa, nã ſi ſit febris ardens, vel peſtifera, vnus eſt ſcopus, vt primò illa febris è medio tollatur: deinde ſublata febre, ea adhibeantur quæ generãt Lac, & id perducant ad Mammas. Ego in his caſibus, qui ſæpiſsimè contingunt, vt nutrices egeant lacte, vtor poſt ſublatam febrim brodijs caponum, in quibus coquo ſemen Raparum, & ſemen porri, & præter hoc brodium utor hac confectione: vt

℞. Nucleorum pini, Amygd. dulci, ana ℥.j. Sem. Petroſelini, Fœniculi, Raparum ana ʒ.j. Pulueris Vermium terræ vino abluti ʒ.ij. Sacchari quantum ſufficit. Fiant Rotulæ. Et notate omnes ferè Medicos, commendare vermes terræ, & Græcos & Arabes, eò quod ſit medicamentum experientia cognitum, ad generandum Lac. Exhibendum ſummo mane, ad quantitatẽ vnius aut alterius drachmæ, & poſt potetur vinum mediocre, vel brodium prædictum. Sic etiam in his caſibus maximè cõueniunt Balnea adminiſtrata ipſius mammis, quæ fiunt ex Cytiſo, Malua, Lactuca, vel in brodijs coctis, vel in vino modico, vel in aqua ſalſa, modo non ſit valde ſalſa. Quia vt eſt ſententia Moſchionis, aqua ſi non ſit valde ſalſa, aperit citra exſiccationem, ideò ipſe incoquit mollientia, vt eſt Malua, Cytiſus. Si aliqua intemperies in cauſa ſit, vt in corpore Lac non fiat, eſt primò vigilandum, vt ea intemperies tollatur: deinde ſtudendum eſt, vt ſanguis ad mammas trahatur, vt Lac gignatur. Tollitur intemperies per contraria, vt ſi intemperies calida fuerit, conueniunt brodia frequenter exhibita, in quibus Lactuca, Acetoſa, Endiuia coquantur: ſimiliter Lactuca ſaccharo condita, & tandem omnia illa quæ intemperiem calidam corrigunt. Conueniunt etiam Balnea aquæ dulcis, & ea quæ mammis impoſita, intemperiem ipſam corrigunt. Quod dixi de intemperie calida, idem quoq; dicendum eſt de frigida, vt ſcilicet per ea tollatur, quę calefaciunt. Adhibenda intrinſecus & extrinſecus quæ calida ſunt, & ſanguinem ad Mammas trahunt, vt eſt decoctum ex Aniſo, Fœniculo, ſemine Rapæ & Erucæ: hæc omnia conueniunt in intemperie frigida, & maximè Lac ad mammas trahere poſſunt. Quod ſi præter intemperiem cauſa defectus Lactis fuerit vitium ſanguinis, omni ſtudio innitendum eſt, vt ſanguinis vitium remoueatur, quo facto, adminiſtranda ſunt B ea, quæ ſanguinem ad mammas trahunt. Et vt exemplum habeatis, ſi cognoſcatis ſanguinem bilioſum eſſe, primum inſtituta recta victus ratione, lenietis aluum hoc modo:

℞. Floris Caſsiæ ℥.j. Elec. de Sebeſten, ſine Scammonio ʒ iij. Miſce cum Saccharo quantum ſufficit, fiat Bolus, & capiat hora vna ante cibum. Lenita aluo humores ſunt præparandi hunc in modum:

℞. Folio. Maluæ, Lactucæ ana M.j. Hordei P.s. Sem. Cucume. ʒ.iij. Fiat decoctũ ſecundũ artẽ: deinde

℞. Decoction. ℥.iiij Syr. de Endiuia, de Suc. Boragi. ana ℥ j Miſce. Sic præparabitis humores ſex aut ſeptem diebus, nulla ſectione venæ habita ratione, quia nunquam in defectu Lactis curando mittendus eſt ſanguis. Poſtquam humores erunt pręparati, deinde purgandi erunt, non quidem medicamentis validioribus, quæ ſemper nocent, ſed mitioribus, quemadmodum;

℞. Rhabar. infuſi & expreſsi ſecundum artem ℈.iiij. Syr. Roſati ſoluti Mannæ electæ ana ℥.j. s. Decoctio. Cordial. q. ſ. Miſce & fiat potio: capiatur hora conſueta. Poſtquam ita purgatum fuerit corpus, deinde ſatagẽdum eſt, vt Lac ad Mammas trahatur: hoc fit tum brodijs quibuſdam intra & extra adminiſtratis; tùm Inunctionibus. Brodium autem tale erit: vt

℞. Cicerum Rubro. p. j. Semi. Aniſi ℥. s. Lactu. Citrulli, Cucumeris ana ʒ. ij. Bulliant in brodio: deinde

℞. Dicti brodij ℥. vij. vel viij. Ego vtor & cum ſucceſſu, brodio ſimplici, cum Succo Sem. Melonum & Sem. Citrulli Brodio prædicto poteritis cõtinuo mammas fouere cum ſpongijs, nam illo fotu aperiuntur cauernæ mammarum, & trahitur ſanguis ad ipſas. Si ſanguis fuerit pituitoſus, eadem ratione erit cenandum, vt primum aluus leniatur hoc modo: vt C

℞. Specierum Hieræ ʒ. j. Diacatho. Electua. lenitiui ana ℥. s. Miſce cum Saccharo, fiat Bolus. Lenita aluo, ſic deinde præparantur humores:

℞. Sem. Aniſi ℥. s. Erucæ, Porri, Rapæ ana ʒ. j. s. Bulliant in aqua communi: &

℞. Dictę decoctionis ℥. iiij. Mellis, Roſati ſimpl. Syr. de Boni. an. ℥. j. Miſce. Poſtquam humores fuerint præparati, purgabuntur leui medicamento, quale eſt illud:

℞. Mellis Roſati ſolut ℥. iij. Diacatholi. ʒ. vj. Decoct. cordial. q. ſ. Fiat potus, & capiatur hora ſolita. Poſtquam expurgati fuerint humores, ſimiliter erit prouidendum aliquibus decoctis, aut alijs rebus extrinſecis, vt ſanguis prouocetur ad mammas, Hæc confectio probatur in affectibus pituitoſis: vt

℞. Seſami ℥ j. Amygd. Nucleo. pini an. ʒ. vj. ſem. Rapæ, Erucæ an. ʒ j. s. Contundantur & cum melle optimo deſpumato fiat mixtura. Huius mixturæ capiat ʒ. j. vel alteram duabus horis cùm ante prandium tùm ante cœnam. Deinde ſuperpotetur vinum album, vel brodium: & hoc experiemini Lac ipſum maximè prouocare. Vtor quoq; Mentha in Lacte decocta, & mammis ipſis in formam Emplaſtri appoſita. Sed aduertendum eſt quod dixit Galenus, ne in hoc caſu decipiamini, ne ſcilicet videntes pituitam redundare, adhibeatis remedia calida & ſicca, quia vt monet Galenus, in omni caſu hæc ſunt vitanda, quia vt exſiccant humores, ita & ſanguinem & Lac conſumunt. Hæc eſt ratio vniuerſa, qua poteritis vti, vbi D Lac deficit ad ipſum prouocandum.

DE LACTIS ABVNDANTIA.
CAPVT II.

SEquitur aliud vitium non contemnendum, & eſt Lactis abundantia: nam ut Lactis defectus mirificè incommodat, ita dicebat Auicenna, Lac vbi ſuperfluum eſt, valde nocet & ægritudines facit. Vitium hoc apud Dioſcoridem lib. 2. cap. 212. vocatur σπαργάνωσις, ſicut & mammæ quæ hoc vitio laborant, ab eodem dicuntur σπαργώντες. Sunt qui credant mammas à Lacte valde diſtentas à Plinio lib 31. cap. 6. vocatas eſſe mammas Sororientes: Sed placet mihi, vt placuit Cornario doctiſsimo, vt legatur ibi ingentes mammas. Σπαργάνωσις ſeu lactis abundantia, eſt vitium quod quidem non modo lædit infantes, verùm etiam & mulieres & Mammas. Quod lædat nutrices clarum eſt, quia ex multitudine Lactis valde diſtenduntur mammę, & interdum non modo dolent, verùm etiam inflammantur. Id quod etiam Serenus Medicus antiquiſsimus annotauit, cùm ſcribit, vbera ob nimiam lactis copiam ſibi ipſis valde nocere. Quod autem hæc copia lactis pueris obſit, habetis locupletiſsimum Ariſtot. teſtimonium 7. de Hiſtor. animalium in fine, vbi ſcribit, pueros ſæpè conuulſiones pati, ob nimiam lactis boni & pinguis copiam

A piam. Quod Rabi Moyſes nono Aphoriſm. in fine, miratur non obſeruatum fuiſſe à Galeno: eſt & hic lo-
cus tactus à Lucretio in primo de natura, vbi ſcribit lac merum ſæpè etiam teneras capellas dementare.
Sed dicetis, qua ratione fit vt lac bonum & pingue, poſsit propter multitudinem puero nocere. Duæ
cauſæ concurrunt, vt offendantur pueri: vna eſt, quia [illegible] lac pingue, iucundum & copioſum eſt, magno
impetu trahitur à puero, vnde fit vt facilè corpora ten[illegible]a repleantur, repleta deinde conuellantur. Alia
cauſa eſt, quia nerui puerorum debiles ſunt & infirmi, vnde à magna illa lactis vi facilè percelluntur:
itaque non eſt dubitandum, verum eſſe quod ſcribit Ariſtoteles ex lactis videlicet boni abundantia,
ſæpè affici pueros maximè. Sed dicetis. Cùm lac & ſemen ferè ſint ſoboles eiuſdem molis, ſcilicet ſan-
guinis, cumq; ſemen, vt lac etiam, ob nimiam copiam noceat, vellemus ſcire, an eadem ratione Lac co-
pioſum & ſemen copioſum noceant. Dico diuerſa ratione id fieri, quia Lac præ ſua copia detentum in
mammillis craſſeſcit, craſſefactum corrumpitur, corruptum exulcerat & morbos varios (vt dicit Aui-
cenna) parit. At ſemen, quanquam ſua copia noceat, alia tamen ratione, quia vt docet Galenus 6. de Lo-
cis Affect 5. retentum ſemen non modo corrumpitur, verum etiam inimicam & venenatam qualita-
tem contrahit. Dico hæc ex ſententia Galeni, quoniam ſum alterius opinionis, ſcilicet, nequaquam fie-
ri, vt poſsit ſemen adeò venenoſum euadere. Nam ſcimus traditum eſſe à veteribus Medicis, ab Hippo-
crate & alijs, tria maximè conducere ad ſanitatem tuendam, ſcilicet, exercitationem corporis, mode-
rantiam in cibo atque potu, nec non etiam conſeruationem ſeminis. Quod ſanè non præcepiſſent vete-
B res Medici, ſi potuiſſet ſemen retentum tot mala facere Sed aliàs de his copioſius. Igitur *redundantia La-
ctis*, eſt vitium quod quidem mulieribus proprium eſt. Dico proprium mulieribus, quia licet Auicenna
videatur ſentire etiam in viros hoc vitium cadere, tamen proprium eſt ipſis mulieribus, & præſertim
quando pepererunt, & quando menſtrua ſunt ſuppreſſa, quo tempore interdum vbera præ lactis copia
adeò diſtenduntur, vt non poſsint Lac ſuſtinere, & incredibilia tormenta patiantur. Dicit Ariſtot. 7. Hi-
ſtor. animalium. cap. 11. interdum adeò creſcere Lac poſt partum, vt non tantum per papillas, verum eti-
am per tota vbera & alas defluat. Itaq; ſi lac ſponte diffluat præ copia, Symptoma eſt, in genere excreto-
rum immodicè fluentium. Si verò lac non fluat, ſed retineatur, eſt cauſa morbi in magnitudine ſcilicet
humorum, inflammationum & aliorum malorum.

Lactis boni copia quomodo incommodet pueris.

CAVSAE.

A*Bundantia lactis cauſa* nulla eſt alia, quàm copia ſanguinis: fit verò ſanguinis copia in mammis, aut
quia in toto corpore copioſus gignitur, aut quia non demandatur ſanguis à natura quo deberet
mitti. Cur verò ſanguis copioſus gignatur, nulla eſt potior ratio quàm copia ciborum & potuum,
præſertim eorum qui calidi ſunt & humidi, & qui optimum ſuccum habent. Adhæc copia ſanguinis na-
ſcitur ex multo otio, ex balneis, & tandem ex omnibus ijs quæ ſanguinem multiplicare poſſunt. Sunt
C præter hæc aliæ cauſæ ſanguinis abundantiæ, & inter alias ſunt herbæ quædam, quas dicit Albertus
commeſtas copioſum lac generare. Sunt etiam quædam naturales proprietates, propter quas ſicut in
brutis, ita etiam in humano genere, fit lactis abundantia, vt dicit Hippocrates, Lactis inopiam interdum
ex hac eadem proprietate oriri.

SIGNA.

SIgna lactis abundantiæ per ſe manifeſta ſunt, & viſu & relatu Mulierum ſatis apertè cognoſcuntur.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſunt, quod ſi Lac abundet & ſpontè effluat, nihil mali portendit: Si verò lactis copia re-
tineatur, multa mala minuatur, & præſertim tumores, inflammationes, & vt ait Aetius, vlcera pra-
ua. Habetis apud Hippoc. 1. Epid 2. Exemplum illius mulieris, quæ vbi lactabat, ſemper vlceribus
plena erat, quod potiſsimum tribuendum eſt ipſius lactis copiæ, ob quam corrumpebatur.

CVRATIO.

CVM itaque non pauca ſint mala, quæ propter lactis naſcuntur abundantiam, ſtudendum eſt om-
nino, vt tempeſtiuè hiſce malis occurratis: pro quo duo ſunt ſcopi. Vnus eſt, vt id Lac quod fa-
ctum eſt & excedit diſsipetur, exſiccetur. Alter, vt luxuries naturæ in gignendo lacte, compeſca-
D tur. Primus ſcopus adimpletur medicamentis exſiccantibus & diſcutientibus. Secundus ijs quæ impe-
tum ſanguinis ad Mammas repellunt, vel alio deflectunt: hi ſunt ſcopi Medicis inſtrumentis adimplen-
plendi. Et primo *Diæta*, in qua ante alia eligendus venit aer frigidus & ſiccus, aut potius calidus & ſic-
cus. Sic enim experimento comprobatur, Æſtate & Autumno lac minus abundare: ſic etiam cognitum
eſt apud Æthiopes, lactationem citius finiri. Vigiliæ conueniunt potiùs quàm ſomnus. Corpus valde
exercendum, currendum & fricandum, & omnibus laboribus conterendum. Inedia omnis vtilis & eua-
cuatio, modò tamen prudenter efficiatur. Potus exiguus eſſe debet, quantum fieri poteſt, ſi aqua ſit po-
tus, vel ſimplex cocta tantùm, uel (poſca) cui incoctum ſit ſemen Rutæ, aut Agnicaſti, quæ & Lac & ſe-
men conſumere putantur, poſca etiam conuenit pro potu, qua ſcimus veteres interdum pro potu vſos
fuiſſe. Cibi ſimiliter conueniunt pauci & qui vel paucisſimum, vel nullum exhibent alimentum, vt pa-
nis furfuraceus, panis ex Zea, ex Melga, quem intellexiſtis Albert. dixiſſe Lac in brutis minuere: Herbæ
omnes conueniunt: piſces, carnes auium ſiccæ & aridæ conueniunt, & intinctus ex Aceto, Cumino,
Croco. Nam mulieres noſtrates doctæ longa quadam experientia, vbi volunt Lac exſiccare, appendunt
ſibi Crocum, aut Cuminum, quæ licet id facere exiſtimentur propria quadam virtute, tamen efficiunt
etiam quia exſiccant. Et Cuminum à natura hac facultate donatum eſt, vt à ſeſe ſanguinem repellat, pro-
pter quod legimus apud Plinium lib. 26. cap. 14. veteres vſos eſſe Cumino, ad conciliandum vultus pal-
lorem. Quod ad aliud ſpectat Medicum inſtrumentum *Chirurgiam*, hoc etiam in huiuſmodi curatione

accommodatiſsimum eſt, quia ſi Lactis copia fit ob ſanguinis redundantiam, proculdubio miſſo ſanguine, minuitur generatio Lactis: Et ego in multis Mulieribus, quæ maxime luxuriant in gignendo Lacte, nullum magis præſentaneum remedium inueni, quàm crebro ſanguinem mittere. Et locus aptiſsimus miſsioni ſanguinis, vena communis, per quam plenitudo exinanitur, poſt quam ſectio Saphenæ eſt vtilis non ſolùm quia ſanguinem euacuat, verùm etiam quia prouocat menſes, quibus prouocatis deflectitur curſus ſanguinis à mammis ad vterum, idem quoque præſtant Cucurbitulæ ſcarificatæ, & non ſcarificatæ, appoſitæ cruribus & coxis. De tertio inſtrumento, videlicet *Pharmacia*, id ſtatuo, medicamenta euacuantia ſeu purgantia, aut nullum, aut exiguum adferre adiumentum. Ratio eſt, quia hoc quidquid eſt mali, ortum ducit à ſanguinis redundantia. Purgatio quidem malos humores tollit, ſed ſanguinis copiam minimè minuit, aut ſi minuit, id facit corporis maximo detrimento. Propterea potius conueniunt ea medicamenta quæ exſiccant, vel quadam vi propria dicuntur Lac ipſum conſumere. Vtor ego intrinſecus huiuſmodi decocto: vt A

℞. Sem. Cymini ℈. j. Agni Caſti ℈. ij. Granorum Melgæ. ℥. Miſce, contundantur & in brodio bulliant. Huius brodij mane & veſperi potentur, hora vna aut altera ante cibum. ℥. vij. vel viij. Vtor etiam medicamento quodã, quod ab Arabibus commendatũ eſt, factum ex Lacte, Croco & Muria. Exempli gratia:

℞. Lactis vaccini ℥. iij. Muriæ ℥ j. Croci ſubtil. puluer. ℈. j. Miſce, & ſummo mane potentur. Intrinſecus medicamenta frigida minime conueniunt, præſertim ſi immodicè refrigerent, quia vt & Auerroes dicit, prudenter cauendum eſt, ne dum mala tollere cupimus, etiam calorem natiuum euertamus. Ex- B trinſecus ſimiliter conueniunt multa remedia, fomentationes, ablutiones, fumi ſeu ſuffumigationes & inunctiones: Serenus Medicus laudauit acetum acerrimum, quod quidem conuenit ſuffumigatum: nam accipiuntur lateres igniti, ſuper quos ſpargitur acetum, & mammis ſupponuntur, vt fumum recipiant. Similiter ſi abluamus aceto, nec tantum acetum, verùm etiam fex aceti maximè prodeſt, ſi in forma Emplaſtri ſuperponatur mammis. Hoc enim remedium præterquam quod commendatur à Medicis antiquis, à me etiam vſu efficaciſsimum probatum eſt. Si mammæ præ lactis copia inflammentur aut doleant, modus curandi erit, vt à principio adhibeantur illa, quæ à virtute frigorifica repellunt, & inflammationem ſedant: vt ſi folia Lactucæ, Semperuiui. Nymphææ, Papaueris, ponatur ſuper mammas, & frequenter mutentur: aut etiam ſi Nymphea aut ſemperuiuum incoquantur Lacti, & ad formam Emplaſtri redacta, mammis applicentur. Auicenna commendauit cancros fluuiatiles exſiccatos & aceto maceratos, quos tametſi dicat proprietate conuenire, conueniunt tamen & vi, & facultate exſiccatoria. Sed quando non adeſt dolor, aut mitiſsimus, ſedato dolore & inflammatione, conueniunt ea medicamenta, quæ magis exſiccare & diſsipare poſſunt. Hoc medicamentum ſeu Emplaſtrum erit accommodatiſsimum.

℞. Far. Lentis, Lupinorum ana lib. ſ. Sem. Cymini, Rutæ ſubtil. puluériſ. ana ʒ. ij. Aceti acerrimi q. ſ. Fiat Emplaſtrum. Theodorus Priſcianus Medicus antiquiſsimus & grauiſsimus, commendauit in his caſibus Alumen ſciſſum, Coriandrum: addit Aetius & Pſyllium. Sed hoc loco duo ſunt vobis animad- C uertenda: vnum eſt, ſæpè alioqui Mulieres benè valentes, nec etiam multo lacte abundantes requirere, vt Lac ipſis deſiccetur, eò quod ob laſciuiam velint lactationis moleſtias euitare, quo in caſu cogemini interdum inuiti, huiuſmodi mulieribus inſeruire, propterea neceſſarium erit, vt habeatis parata aliquot medicamenta quæ hoc facere poſſunt, citra detrimentum corporis. Dixi vobis Cyminum & Crocum ſi appendatur collo, hoc efficere: idem quoq; ſemen Agni caſti præſtat, propter quod inprimis debetis huiuſmodi medicamenta experiri, vnà cum inedia. Quod ſi vobis non ſuccedat optata conſequi, habetis aliquot remedia à veteribus & recentioribus comprobata. Et ego ſoleo vti hoc brodio extrinſecus:

℞. Sem. Pſyllij, Agni caſti ana ʒ. ij. Cumini ʒ j. ſ. Aluminis ſciſsi ℈. ij. Brodij lib. j. Bulliant ad conſumptionem quartæ partis, ſemper miſcendo cum ſpatula. Deinde cum ſpongijs abluantur Mammæ, nec ſolùm confert abluere, imò maximè hoc præſentaneum eſt, ſpongias hoc brodio imbibitas ſuper mammas detinere, quæ etiam ſpongiæ aceto acerrimo imbutæ & detentæ ſuper mammas, mirifice proſunt. Et vobis volo præparare medicamentum, quo ſtatim diſsipabitis Lac, & nihil aliud eſt, niſi vt capiantur ſpongiæ recentes, & acetum cui incoctum ſit Cuminum, deinde madefacietis ſpongias illas in aceto, & detineatis arctè ligatas ſuper mammas, videbitis vna nocte ſtatim Lac diſsipari, modò tamen per biduũ aut triduum victus ſaltem tenuiſsimus ſeruetur. Aduertendum vnum eſt, quod vbi hæc medicamenta adminiſtrantur aut alia, *ſi non ſuccedat Lac ſtatim diſsipari*, debetis curare, vt per longa ſpatia Lac exugatur D è Mammis. Dico per longa ſpatia, quia ſi frequenter exſugantur mammæ, nihil profuerit medicamentum, quia quantum per medicamentum exſiccatur, tantundem per exſuctionem attrahetur, quod ſi etiã nihil exſugeretur, periculum eſſet interdum ne Lac ipſum corruptum euaderet. Confert etiam ad hoc, vnguentum diapopuleon, cum Cumino illitum ipſis mammis, vnde poteſtis intelligere, Medicos interdum neceſſariò cogi, vt Lac ipſum conſumant & minuant. Vnde miratus ſum Cornarium, virum alioqui doctiſsimum qui in 7. Commen. (ni fallor) cap. 5. vt ſuo ſpiritu loca quædam Galeni immutaret, dicebat Medicos nunquam Lac minuere. Alterũ hoc in loco aduertendum eſt, *an vbi mammæ dolent, ſit exugendum Lac*. Etenim ex una parte eſt Aetius, qui clarè præcepit, nequaquam exugendum eſſe, quia quantò magis exſugetur, tantò fit maior Lactis & ſanguinis attractio, & cõſequenter augetur dolor & inflammatio. Ex altera parte ſunt Medici multi recẽtiores qui ſcribũt, omnino per interualla dolentibus mammis Lac eſſe exſugendum, adducti hac ratione, quod ſcilicet dolor ſpontè trahat ſanguinem & Lac multiplicetur: vnde niſi minuatur, periculum imminet ne vſq; adeò creſcat Lac, vt malum augeatur. Vos autem, vt ex iſtis difficultatibus voſmetipſos liberare poſsitis, debetis primò attẽdere, an Mulier, quæ abũdat Lacte, ſit aſſueta lactare, an inſueta. Si ſit inſueta, omnino dolentibus mãmis eſt abſtinendum ab exſuctione, & ratio eſt, quia præter dolorem mammarũ additur & alter, qui neceſſariò fit inaſſuetis. Quod

ſi mulier

A ſi mulier ſit aſſueta lactare, debetis iterum conſiderare, an copia lactis ſit moderata, ita vt excedat mode-
ratè, aut ſi excedat immoderatè. Nam ſi moderatus ſit exceſſus, ita vt extendantur quidem mammæ, ſed
non immodicè, abſtinendum eſt ab exſuctione, & vtendum eſt ſolis medicamentis, quia ſperandum eſt
ſolis medicamentis eam extenſionem poſſe curari. Qu[illegible]mmodica ſit illa extenſio, tum proculdubio
etiamſi doleant mammæ, aliquantiſper etiam exſugen[illegible]t Lac. Et quia ſolet fieri exſuctio duobus
modis, vel inſtrumento quodam ad id fabricato à mul[illegible], vel à paruulis, aut mulieribus. Probo ego,
vt non hoc inſtrumento fiat exſuctio, ſed potius à muliere cordata, vt prudenter & leuiter exſugatur, ita
vt etiam dolorem non augeat. Atq; hæc de vitijs in Quantitate.

DE MVTATIONE LACTIS SECVN-dum Qualitatem. CAP. III.

SEquitur vt de Lactis mutatione ſecundum Qualitatem tractemus, quod vt facilius conſequi poſſi-
tis, ad memoriam ſunt vobis reuocandæ Lactis optimi conditiones: quæ, vt docuit Galenus 1. de
Tuenda Valet. & Paulus, omnes ſummatim quatuor ſunt. Vna eſt dulcedo, alia eſt candor, tertia
odor, quarta & poſtrema media quædam conſiſtentia inter fluidum & craſſum. Quare vbi Lac his quali-
tatibus priuatum eſt, neceſſariò vitioſum fit: nam ſiue fiat acre, aut acidum, aut amarum: ſiue fiat craſsius
B aut fluidius: ſiue malum odorem ſuſcipiat, ſiue etiam nigrum aut rubrum euadat, proculdubio Lac à ſua
integritate deficit. Vnde quod antea dixi facilè patere poteſt Ariſtotelem erraſſe, qui Lac liuidum præ
cæteris commendare viſus eſt. Primum de mutatione Lactis ſecundum odorem, ſaporem & colorem,
tractabo breuiter: longior autem nobis erit ſermo de Mutatione ſecundum craſsitiem. Neque dicat ali-
quis veſtrum, huiuſmodi Lactis mutationem non eſſe inter Muliebres affectus, eò quod Mulieres ipſæ
nequaquam videntur lædi, quia licet corpora ipſarum Mulierum non lædantur, tamen læditur optima
nutritio infantis: nam vt dicebat Aetius & prudenter, infantes vitioſo ſanguine nutriti, ſæpè veniunt in
extremam perniciē. Sunt iſti affectus, Symptomata in genere mutatorum excrementorum, quia excre-
mentum illud vtile, Lac ſcilicet, non eſt tale, quale eſſe deberet.

CAVSAE.

SVnt cauſæ horum Symptomatum aliæ Internæ, aliæ Externæ. *Internæ* naturales ſunt omnes intem-
peries, à natura datæ, & præſertim Intemperies Iecoris, calida & ſicca (nec immeritò) quia cùm Lac
gignatur ex ſanguine, in Iecore autem fiat ſanguis, proculdubio cùm temperies Iecoris, à qua naſci-
tur facultas ſanguifica, eſt vitiata, neceſſariò vitiatur ſanguis, & conſequenter Lac efficitur vitiatum. Ita-
que Hippoc. 4. de Morbis dicebat, Lac fieri impurum tùm ex mala corporis nutricis temperatura, bilio-
ſa, melancholica, pituitoſa, ſanguinea: tùm ex prauis cibis, quo deinde Lactu nutritos pueros Veſicæ la-
C pide tentari. Cauſæ aduentitiæ internæ ſunt pariter intemperies Iecoris, ac Apoſtemata Mammarum; &
tandem omnes illæ internæ affectiones, quæ Mammarum temperiem deſtruunt. Cauſæ *externæ* ſunt
omnes illæ quæ ſanguinem vitiare natæ ſunt, vt ſunt: animi omnes vehementes motus, nimiæ corporis
exercitationes, nimia libido, potus aquarum prauarum: Cibi praui, vt ſunt, Carnes putridæ, ſalitæ: por-
rum, allium, cœpe: Aromata etiam ſi nimis adhibeantur, vitiare Lac ſolent: ſed præſertim Lac vitiant
Cibi praui, vt dixi, herbæ prauæ. Scribit Galenus lib 3. de Alim facult. 15 hiſtoriam illam de infante, qui
cum mutaſſet priorem nutricem, & alteram veſcentem malis herbis ſuxiſſet, totus prauis vlceribus re-
pletus eſt.

SIGNA.

COgnoſcuntur hæc vitia tribus, ipſo Lacte, Infante & Nutrice. Indicia quæ capiuntur à *Lacte*, vt do-
cuit Aetius lib. 16. cap 36. ſumuntur vel à viſu, vel ab odoratu, vel à guſtu. A viſu capiuntur indicia
hoc modo: Lintea candidiſsima immergantur Lacti, & ſiccentur in vmbra, poſtquam ſiccata ſunt,
referunt colorem Lactis qualem habet: Si Lac ſit birioſum, videbitis lintea illa flaueſcere: ſi ſit melan-
cholicum, nigreſcere: ſi pituitoſum, videbitis maculari veluti ſanie, illa lintea. Ex odore comparantur ſi-
gna, ſi Lac calidum naribus apponatur, vbi namq; vitiatum erit, ſtatim aliquem odorem prauum aut vi-
rus percipietis. Ex guſtu ſimiliter habentur indicia, quia ſentietis Lac amareſcere, vel acidum ſaporem
D habere, vel aliquem alium diuerſum à dulci. Porrò ex *Infante* cognoſcuntur vitia Lactis: ſiquidem vbi
videritis Infantem vberrimè ſugere, nequaquam tamen quidquam proficere, ſed emaciari, carnes flacci-
das habere, plorare multum, parum dormire, vbi inquam videbitis hæc, argumenta erunt vobis, Infan-
tem vitioſo lacte nutriri. Ex *Muliere* deniq; ſigna habentur, quia vbi videbitis mulierem vel pituitoſam,
vel melancholicam, vel bilioſam, ebrioſam, libidinoſam, iracundam, ſtatim intelligere poteritis, fieri nō
poſſe quin Lac eius ſit vitiatum.

CVRATIO.

CVratio horum vitiorum tota poſita eſt in ſanguinis correctione, & in ſanguinis optimi generatio-
ne. Sanguis potiſsimum emendatur & bonus euadit ex optimo victu: vt iure dictum ſit ab Aetio,
vitia Lactis ferè ſolo victu curari debere. Vnde ante cætera ſtudere debetis, vt à Muliere auferan-
tur omnes vehementes animi motus, omnes paſsiones, nimiæ corporis exercitationes, à venere erit ar-
cenda omnino: aluus lubrica eſt omnino ſeruanda, quia fæces ſi nimium detinentur, vapores emittunt,
& Lac contaminant. Vinum bibendum eſt, neq; admodum debile, neq; etiam generoſum, ſed odora-
tum. Sic Paulus lib. 1. cap. 4. & Aetius loco citato, fœtorem Lactis maximè omnium à vino moderato
emendari dicebant. Abſtinendum eſt ab omnibus cibis acribus, ſalitis, mali ſucci, ab omni genere cali-
dorum eduliorum. Optimo pane vtendum, optimis carnibus, & præ cæteris curandum eſt, vt fiat in
Muliere optima coctio, quia ſi cibus malè coquatur, vix fieri poteſt, quin Lac omnino vitiatum gigna-

tur. Poſt victum inſtitutum, videndum quæ ſint intemperies, atq; illæ corrigendæ ſunt ſuis contrarijs, tùm medicamentis internis, tùm externis. Si pituitoſa fuerit Mulier, atq; intemperies frigida & humida, iam ſcitis quibus debeatis medicamentis v[illegible]qua docui vos quid agendum in vnaquaq; intemperie, vt ſcilicet per accommodata remedia tollatu[illegible]icetis, num ſemper conueniant hoc in caſu medicamẽta purgantia? Dico ſi humores praui præt[illegible]mperiem lac ipſum vitiant, omnino purgandos eſſe per medicamenta accommodata, ſed parcè. S[illegible] humores vitiati in corpore non fuerint multi, abſtinendum eſt à purgatione, hoc eſt quod dicebat [illegible]s, recuſandas eſſe purgationes, præſertim vbi Mulieres, dum lactant, eo vitio laborant. Ratio cur purgantia non conueniant eſt, quia medicamenta quę purgant, auocant ſanguinis impetum à Mammis, & conſequenter Lactis generationẽ non parum minuunt. A

DE LACTIS FLVIDITATE.

CAPVT IV.

QVod ſi Lac fluidius ſit quàm conueniat, proculdubio non parum infantes offenduntur.

CAVSAE.

ET huius affectus nulla eſt ferè alia cauſa, quàm intemperies humida & frigida, cuius cauſa ſanguis efficitur ichoroſus & ſubtilis, & ex ſanguine ichoroſo neceſſariò fit Lac aqueum & fluidum valde.

SIGNA. B

COgnoſcitur Lactis fluiditas (vt docet Aetius) tribus, Vno, ſi Lac ipſum ſuper vnguem ponatur, vbi namq; ſtatim diffluet, colligendum eſt, Lac eſſe aquoſum & fluidum nimis: Vbi conſiſtit & manet, colligendum eſt fluiditate carere. Alterum quo intelligitur Lactis fluiditas eſt. Si pilum immergatis Lacti, deinde attollatis, ſi Lac fluidum eſt, ſtatim à pilo excurrit, ſi ſit mediocre, videbitis pilo adhærere. Tertium eſt coagulatio: curatur enim vt Lac per coagulum craſſeſcat, deinde exprimenda pars caſeoſa & ſeroſa. Si pars ſeroſa multa ſit, & caſeoſa pauca, proculdubio ſignum eſt Lac eſſe nimis fluidum: poteſtis addere & aliud ſignum ex Infantibus, quando plurimum mingunt, & lintea valde madefaciunt, quod non aliunde proficiſcitur, quàm ex nimia Lactis aquoſitate.

CVRATIO.

VBI igitur occurrit vobis huiuſmodi Lactis vitium, corrigendum, & ſtatim recurrendum ad Victum inſtituendum. Inſtituatis autem Victum eum, qui poteſt calefacere & incraſſare. Vnde dicebat Moſchio eas, quarum Lac aquoſum eſt, debere Vinum potare: ſolidum cibum accipere, oua frixa, carnes aſſas, ſuillas, bubulas, pultes duras, & tandem quidquid Lac incraſſare poteſt, vt ſunt Laganorum omnium genus & paſtitiorum. Præter victum, corrigenda eſt intemperies frigida & humida calefacientibus, cùm intrinſecus, tùm etiam extrinſecus. C

DE GRVMEFACTIONE ET CASEAtione Lactis. CAP. V.

QVod ſi Lac ſit craſsius quàm conueniat, innumera naſcuntur mala, non modò ipſis Infantibus, verùm etiam ipſis Mulieribus; propterea hæc tractatio magis expoſtulat diligentiam veſtram: vbi namque Lac craſsius fit quàm conueniat, duobus modis hoc fit, vel quia omnes Lactis partes craſſeſcunt, ſcilicet caſeoſa, butyroſa & ſeroſa; vel ſolummodo duæ partes, ſcilicet caſeoſa & butyroſa, ſeroſa nequaquam. Vbi primo modo lac craſſeſcit, dicitur hic affectus à Paulo θρόμβωσις: Latinis Grumefactio: Arabes appellant Congelationem. Vbi verò ſecundo modo fit craſsius, dicitur hæc affectio à Græcis τύρωσις: Latini appellant Caſeationem vt & Arabes. Sed notate, non defuiſſe antiquos, qui huiuſmodi duos affectus exiſtimarunt vnum & eundem eſſe, quod tamen falſum eſt. Dubitare poſsit aliquis, an in θρομβώσει ſeu in congelatione verè pars ſeroſa poſsit craſſeſcere: & ratio dubitationis eſt, quia vbi videmus ſanguinem extra vaſa grumeſcere, aut congelari, videmus partem ſeroſam ſeparari, ita vt non appareat ipſa craſſefieri. Dico dupliciter, vno modo quod Grumefactio lactis aut ſanguinis in corpore, nequaquam aſsimilatur congelatio ſanguinis extra vaſa: & ratio eſt, quia ſanguis extra vaſa, priuatur & ſpiritibus & calore: in corpore viuente qualiſcunque fiat congelatio, nunquam materia congelabilis D poteſt priuari ex toto calore & ſpiritu, vt hinc pateat, non eſſe veram ſimilitudinem. Altero modo poteſt reſponderi, quòd tametſi pars ſeroſa in ſanguine extra vaſa non craſſeſcat, eo modo quo craſſeſcit altera ſubſtantia, tamen & illa aliquantiſper craſsior euadit. Et cognoſcetis hoc, ſi conferatis Vrinam mox mictam ſero illi, quod ſeparatum eſt à ſanguine, ſiquidem proculdubio videbitis ſerum illud ſanguinis craſsius eſſe, quàm ſit Vrina, cùm tamen ſit vna eademq; ſubſtantia. Qui affectus ſint præter naturam Lactis, Grumefactio, & Caſeatio, conatus eſt Altimarus explicare, dicens: hoſce eſſe morbos in magnitudine & numero. Sed cum hîc nihil ſit præter naturam, quod adeſſe non debeat, non poſſumus iure fateri, morbum eſſe in numero; quemadmodum etiam non ſemper Lac grumefactum magnitudinem auget, non video cur cogamur aſſerere, eſſe morbum in magnitudine: ſed hoc perpetuum eſt, eſſe excrementa mutata, quia ſiue Lac congeletur ſiue grumeſcat, ſemper mutatum eſt hoc excrementum vtile. Vnde magis æquum videtur, appellari Symptomata in genere excrementorum mutatorum, quàm Morbos, aut magnitudinis, aut numeri. Morbi à quibus dependent hæc ſymptomata, ſunt vel intemperies Mammarum, vel ipſius etiam Lactis: quæ intemperies fouetur & quaſi perficitur, modò à copia Lactis, modò à craſsitie.

A

CAVSAE.

GRumefactionis Lactis clarum eſt eſſe cauſam frigus, intemperiem nimirum frigidam, quæ intemperies congregans ſubſtantiam Lactis, ſimilem propè facit atque gelu, ſiue frigus externum, condenſans lutum & alios liquores. Sed *dubium* eſt an etiam poſsit Lac grumefieri à cauſa calida. Fuchſius fuit omninò huius ſententiæ, poſſe à cauſa calida fieri. Altimarus ex aduerſo, duobus argumentis probare conatus eſt, nō poſſe fieri à cauſa calida. Argumentum primum fuit ex ſanguine extra vaſa congelato, qui cum ſolùm congeleſcat ob frigus, videtur inquit, debere etiam congelari in corpore Lac ipſum. Aliud argumentum Altimari erat ex verbis Gal. quādo dicebat ex grumefacto ſanguine oriri morbos frigidos, vt defectus animi, exſolutiones, pulſus paruos & debiles. Quod ſi à ſanguine congelato fiunt morbi frigidi, videtur rationi conſentaneum (dicebat ille,) quod congelatio ſanguinis & Lactis fiat à frigido. Sed prorſus ſum ego contrariæ ſententiæ, & ad ſentiendum contrarium impellor partim autoritate Auic. qui de lactis congelatione ſermonem habens, docuit omninò etiam fieri à calido. Præter Auic. autoritatem impellit me etiam Ariſt. ratio, in 4. Meteor. vbi dicit, aquea concreſcere à frigido, terrea à calido: quæ ſimul terrea & aquea ſunt, vti lac, à calido & frigido. Ex quo diſcurſu omninò elicio, lac non ſolùm à frigido, ſed etiam à calido congelari. Ad rationes Altimari reſpondeo, exemplum ſanguinis extra corpus poſiti, nō ſufficere ad probandam ſuam ſententiam, eò quod videmus etiam in ventriculo & in pectore, ſanguinem grumefieri, vt in vulneratis apparet, nunquàm tamen aſſerendum eſt, in
B hiſce locis poſſe ſanguinem propter frigus grumeſcere Neq; etiam aliud valet argumentum, quia morbi illi enumerati à Gal poſſunt conſequi alias etiam cauſas calidas, nam pulſus paruus & debilis fit in febri Hectica, in qua tamen calor eſt perpetuus: ſimiliter ſyncope & exſolutiones animi, conſequuntur interdum Febres ardentes', ita vt clariſsimè appareat, hos affectus etiam poſſe à cauſa calida fieri, & proinde nihil valere eius argumentum. Sit igitur hoc vobis conſtitutum, Grumefactionem lactis poſſe fieri in mammis, tàm ab intemperie calida, quàm frigida. Non minus *dubium* eſt de Caſeatione lactis, an ſcilicet ſicut fit in mammis à calido ſimiliter poſsit fieri à frigido. Ex vna parte eſt autoritas Hipp. 4. de Morb. vbi ſcribit, lac congelari ſucco propter frigiditatem. Et vt ſciatis quid ſit Succus apud Hipp. non eſt vobis ignorandum, veteres conſueuiſſe Lac coagulare lacte ficulneo, quod lac ficulneum appellabant ſuccum per excellentiam. Cùm igitur Hipp. in externa coagulatione, videatur cauſam aſcribere frigido: ita etiam poſſumus iudicare, coagulari & caſeari poſſe Lac in mammis propter frigiditatem. Accedit etiam & alia ratio, quia vt docet Alexander 2. Probl. 80. multa ſunt quibus lac coagulatur vt ſunt, Cnycum, Cinara, guttur gallinæ, inter quæ ſunt aliqua quæ potius refrigerant quàm calefaciunt. Quod ſi verùm eſt, videtur Caſeationem æquè fieri poſſe à frigido atq; à calido. Ex aduerſo eſt ratio & autoritas. Ratio, quia vbi lac à coagulo caſeatur, id ſolùm fit opera caliditatis; quod ſi caſeatio interna, eſt ſimilis veræ caſeationi externæ, proculdubiò videtur fieri à calido. Altimarus qui hanc opinionem tutatus eſt, ad eam con-
C firmandam, adduxit autoritatē Gal. 5. Simpl. 13. vbi dicebat Gal. prouocantia Vrinam, idem facere quod facit coagulum in lacte. Nam primò fundunt ipſum ſanguinem, fuſo ſanguine partes craſſæ & ſeroſæ ſegregantur, craſſa manet, ſeroſa verò & tenuis excernitur, quod fit à prouocantibus Vrinam in ſanguine; idem fit in lacte à coagulo, quia caliditas coaguli primò ſeparat caſeum à ſero, deinde craſſefacit. Ex quo Gal. diſcurſu probat Altimarus, aut probare ſe putabat, Caſeationem lactis ſolùm poſſe fieri à calido. Sed præter hanc Gal. autoritatem ſunt & aliæ: Nam 3. de Alim. facult. cap. 16. ſcribit Gal. Coagulum habere igneam facultatem: quam Galeni ſententiam habet Ariſtot. 3. de Hiſt. animal. 21. & confirmat Auerroes 3. de Partibus animal. 15. ſcilic. Coagulum eſſe facultatis calidæ & ſiccæ, atq; igneæ. In hac difficultate, vt poſsitis eſſe certiores, nonnulla vos docebo non vulgaria de Coagulatione lactis, quæ, ne ſitis vulgares Medici, debetis diligenter aduertere, quia non ita facilè ab alijs audietis. Coagulum lactis, quod à Græcis dicitur πυτία aliud quidem eſt externum, aliud internum ipſimet lacti à natura inſitum. Coagulum externum illud appello, quod extrinſecus appoſitū Lacti ipſum cogit & caſeari facit. Iſtud verò nihil aliud eſt, quàm vt habet Ariſtoteles tert. de Hiſt. animalium 21 & 3: de Partibus animaliū 15. Albertus Magnus lib. de Animalibus, & Auerroes in Comment. ſuper 3. de Part. animalium 15. nihil inquam aliud eſt quàm lac fermentatum, ſeu congelatum, vel ſubſtantia quædam alba, quæ reperitur in ventriculis eorum animalium, quæ ſolum altera parte dentata ſunt, & quæ non vſa ſunt alio cibo quàm lacte. Hæc eſt deſcri- *Coagulum.*
D ptio coaguli externi. Dixi in altera parte tantùm dentatorum, quia Lepus, vt dicit Ariſtot. loco citato, & Vrſus, vt docet Ariſt. 4. de Hiſtor. animalium 3 habent quidem Coagulum, & ſunt vtraq; parte dentata animalia: verumtamen coagulum illud inefficax eſt. Dixi etiam non eſſe alio cibo vſa quàm lacte, quia vbi incipiunt animalia cibum ſumere, herbas depaſcere, corrumpitur Coagulum illud. Et vt omnia hæc diligentiſsimè intelligere poſsitis debetis ſcire animalia ruminantia, quæ ex altera parte ſunt tantū dentata, habuiſſe à natura quatuor Ventres, vt habet Ariſt. 3. de Part. anim. 14. Galenus 2. de natura humanā 6. & 6. de Anatom. adminiſt. 3. qui Ventres idcirco ipſis fuere dati, quia cum propter carentiā dentium ſuperiorum, non poſſent cibos optimè conficere, coacta eſt natura hoc machinari, vt poſsit cibus confici in pluribus ventribus. Et certè miror Gal. qui 6. de Anatom. adminiſt. 3. dixit: hæc animalia non habuiſſe dentes ſuperiores, quia debebant nutriri cibo ſolido & ſpinoſo, nam hac ipſa ratione debebat potius natura facere, non ſolùm duos ordines dentium, imò tres & quatuor. Sed ſpero ab excellentiſsimo Anotomico me præſente vobis demonſtranda eſſe in ruminantibus. In horum quatuor ventrium vno, qui dicitur Omaſus, reperitur hæc materia, id eſt, lac iſtud fermentatum, quod coagulum dicitur. Nam quemadmodum Mulieres, vbi volunt panem fermentatum conficere, conſeruant paſtam crudam, quæ acorem & caliditatem quandam cōtrahit, vnde poſtmodum melior panis efficitur, ſic lac in hoc ventriculo conſeruatum, acorem quendam contrahit & quandam caliditatem igneam, vnde commixtum deinceps Lacti, Caſeationem facit. Atq; hoc dictum ſit de Coagulo externo. Coagulum verò internum ni-

Ruminantium animaliū ventres.

hil aliud eſt, quàm ſubſtantia quædam calida & ſpirituoſa, ipſi lacti à natura inſita, vt ſcilicet lac alioqui A fluidum, poſsit in ventre ſeu ſtomacho animaliũ concreſcere: quandoquidem ſi Lac ita fluidum in corpore maneret, ſtatim excurreret, non firmaretur, neq; nutriret: Itaq; vt poſsit firmari, indita eſt hæc vis coagulatoria & caſeatoria: atq; hoc poteſtis clariſsimè intelligere ex pueris ipſis, quos videbitis ſępè lac ab ore mittere caſeatum, quod non ob aliud eſt, niſi quia hac facultate in ſtomacho coagulatum eſt. Sed dicet aliquis, ſi caſeatur lac in ventriculis infantium, cur igitur Medici cum præbent Lac, valde cauent ne in ventriculo coaguletur, imò verò refertur inter ſpecies lethalis veneni, ſi lac in ventriculo coaguletur? Dico aliam eſſe hanc Caſeationem, quæ fit propria facultate Lactis: aliam verò eſſe eam coagulationem quam cauent Medici, quæ ſcilicet fit à frigore, vel à nimio calore & ſicco nimis indurante ipſum lac. Cùm igitur iam habeatis, quæ ſit natura coagulationis vtriuſq;, iam danda eſt vobis reſolutio quæſtionis. An ſcilicet Caſeatio lactis in mammis poſsit fieri à cauſa frigida, vt à calida. Pro qua reſolutione ſciendum eſt vobis, eſſe duplicem Caſeationem. Aliam propriam & veram, aliam impropriam. Propria Caſeatio eſt illa quæ fit vel à coagulo interno ipſius lactis, vel etiam à vero coagulo externo: hæc ſemper fit à calido, quia vt intellexiſtis, natura ipſius coagulationis nulla eſt alia, quàm calida & ſicca. Nam Ariſtot. lib. 3. de Hiſtor. animalium 6. dicebat, ſanguinem Ceruorum & Leporum, non coire coitu firmo, ſed potius fluido, vt lac coactum ſine Coagulo. Ex quo loco colligo propriam eſſe coagulationem, quæ facta eſt à Coagulo: aliam eſſe impropriam. Et notate errorem Theodori Gazæ, qui dum interpretaretur locum Ariſtot. citatum, tranſtulit hanc Coagulationẽ propriam, nomine Colloſtrationis ſeu Colloſtrij, B in qua quidem interpretatione valde decepit vos, quia pueri dicuntur propriè Colloſtrati, quando nutriuntur lacte materno, biduo vel triduo poſt partum: ita vt Colloſtrum, ſit propriè lac illud poſt partum ſtatim emulctum, quamquam etiam inuenio pueros vocatos fuiſſe Colloſtratos, qui vtuntur lacte nutricis prægnantis, vt docet Plinius lib. 11. cap. 4 & lib. 28. cap. 9. Sed vtcunq; ſit hæc Coagulatio Lactis, non eſt Colloſtratio ſeu Colloſtrum. Secunda ſpecies Coagulationis, id eſt impropria, dicitur illa, quæ fit ab omnibus rebus præterquam Coagulo: & hæc Caſeatio poteſt æquè fieri à cauſa frigida, atq; à cauſa calida. Nam vt ſcriptum eſt ab Ariſtot. 4. de Hiſtor. animalium 3 frigidum non propriè lac ad caſei formam reddit, ſed potius calor eſt, qui coagulat verè & propriè. Et hoc eſt quod dicit Galenus 3 de Alim. facult. cap. de Oxygalacte, vbi ſcripſit, ſpiſſari lac interdum vſu vaſis aqua frigida pleni. Sed vt dixi, hæc omnis Coagulatio eſt impropria. Dicendum eſt igitur, cùm Caſeatio lactis, quæ in mammis fit, non ſit propria & naturalis, ſed præter naturam, fieri poſſe æquè à cauſa calida, atq; à frigida. Sed dicetis, poteſtne in mammis propria fieri Caſeatio vnquam? Dico fieri poſſe, quia vt in Ventriculo ob propriam facultatem lac craſſeſcit, pariter poteſt in mammis hac facultate craſſeſcere. Sed dum hæc craſſefactio non excedit, parum aut nihil offendit: vbi autem excedit, cùm calor præter naturam magis augeatur, fit etiam Caſeatio prÿter naturam, vnde maximè læduntur Mulieres. Cauſæ externæ tàm Coagulationis, quàm Caſeationis lactis, ſunt omnes illæ quæ ſanguinem copioſum & craſſum gignunt: vt ſunt ea eduliorum genera, quæ copioſè nutriunt, ea quę viſcidum & craſſum gignunt ſanguinem. Inter hæc quoq; enumerantur C ea omnia, quæ vi quadam naturali ſanguinem cogere & lac cõdenſare putantur, vt eſt omne coaguli animantium genus, Cnycus, Cynara, Guttur Gallinæ, & tandem omnia quæ adhibentur ad lac cogendum.

SIGNA.

Signa horum affectuum communia ſunt, quòd mammæ dolent, extenduntur, tument. Quod ſi lac caſeatum eſt, videbitis durities quaſdam latas. Sin autem grumefactum ſit, apparebunt hinc & inde quidam grumi, & varia tubercula. Particularia ſigna ſunt, quod ſi malum à cauſa frigida ſit effectum, tumor grauis erit, dolor, ſed obtuſus, ſenſus frigoris in mammis. Atteſtabuntur huic, præcedẽs Victus ratio, complexio, tempus anni & ſimilia. Sin à cauſa calida ſit effectum malum, Febris aderit, inflammatio quędam, dolor maior, tumor latior, feruor quidam papillarum & partium circumſtantium. Franciſcus ille Pedemontanus, qui vbi Meſues defecit, ſupplere conatus eſt, hanc affectionem vocatam eſſe ſcribit Malum pili, dixitq; apparere ſenſu, quòd hoc malum curatur ſolum, quando pilus è mammis vel manu

Pilare malum. educitur, vel ab infante exſugitur. Et quoniam bonus hic vir, vidit difficultatem huius generationis Pili in Mammis dixit, hoc nõ eſſe difficile, quia Ariſtoteles etiam ſcribit in lib. de Generat. animalium, in ſanguine reperiri pilum quendam, quo ablato, ſanguis non amplius congelatur, quod ſi (dicit ille) hoc nos Ariſtot. docuit, neq; etiam videtur rationi diſſentaneum, poſſe in Lacte fieri huiuſmodi Pilum, cùm lac D nihil aliud ſit, quàm ſanguis mutatus. Sed Pedemõtanus multos errores commiſit in hac re. Primus eſt, quia Ariſtoteles (quod ego meminerim) nunquam dixit Pilum ineſſe ſanguini: ſcribit quidem & fortaſſe hinc deceptus eſt, 3. de Hiſtor. anim. 6. & 2. de part. anim. 4. ſanguini ineſſe fibras quaſdam, quæ ſunt corpora ſubtilia & terrea, quæ fibræ ſunt in cauſa, vt ſanguis congeletur, & quibus ablatis, ſanguis congelari non poteſt. Quod videntes Coqui, dicit Ariſtoteles, cùm volunt ſanguinem fluidum edendum dare, auferunt his fibras & propria vota ſua conſequuntur. Alius error ab eo cõmiſſus eſt, quia ſi malum pili oriretur hac ratione, ſequeretur, poſſe quidẽ ablato eo, prouideri ne ſanguis congeletur, at cum iam congelatus eſt, vel lac grumefactum, vt per illius ablationem curaretur, fieri non poſſe, verumtamen experientia apparet hoc fieri. Tertius error commiſſus eſt, quia Ariſtoteles cuius autoritati innixus videtur, alio modo nobis declarat malum Pilare, ſeu malum Pili, quia 7. de Hiſt. animalium cap. 11. ſcribit, interdũ mulieres potu haurire pilum, qui vbi ad mãmas pertingit, dolores & cruciatus maximos parit, deinde educto hoc pilo malum finitur: ita vt omnibus perſpicuum ſit Ariſt. docuiſſe aliud mali genus, malum pilare eſſe, quàm illud quod dixit Pedemontanus. Rhaſes magnus Arabum medicus 6. ſui Cont. hoc malum, appellat malum Pili. Sed an verum ſit, quod dicit Ariſt. pilum hauſtum poſſe hoc malum parere, ſanè mihi probatu admodum difficile videtur, & ratio eſt, quia cùm tot fiant mutationes, antequam cibus vel

potus

A potus conuertatur in lac, difficile admodum videtur, vt pilus hauſtus, ita remaneat integer, vt poſsit huiuſmodi malum parere: propterea mihi veriſimilius videtur, ſi quid vnquam educitur è mammis ſimile pilo, eſſe huiuſmodi fibras ſanguini à natura inditas, eò magis quòd noſtrates mulieres niſi me deceperint ſolent vocare malum pili, quando propter lactis abundantiam puerperæ recentes, febres & dolores ſubeunt. Cur autem Ariſtoteles in hunc modum deceptus ſit pueriliter, fortaſſe in cauſa fuit, vt dicit Veſalius, alicuius mulierculæ, quæ id perperam Ariſtoteli perſuaſit, narratio.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſigna hæc ſunt: quod vbi vel caſeatur, vel grumeſcit lac in mammillis, inflammationes fiunt, tumores & vlcera. Hippocr. 5 Aphoriſ. 40. ſcribit, quòd ſi ſanguis colligatur in mammis, inſaniam ſignificat: quam ſententiam, ſcribit Galen. ſeſe nunquam expertum, veram fuiſſe, ait tamen hoc non eſſe rationi diſſentaneum. Et quia vbi ſanguis colligitur in mammis & non conuertitur in lac, neceſſarium eſt vt primo incaleſcat, deinde putredinem concipiat, putrefacto ſanguine in mammis alterantur vapores & fiunt praui, qui partim cerebrum lædunt, partim cor & ſeptum tranſuerſum offendunt: vnde non eſt mirum, ſi inſaniæ, phrenitides, & alia mala, oriantur.

CVRATIO.

CVratio horum affectuum duplex eſt, alia quæ tota inhæret tollendis cauſis, alia quæ ſtudet affectus
B amputare. Prima tribus ſcopis impletur: primus eſt, vt ſanguis non gignatur, neque multus neque craſſus. Alter eſt, vt ſanguinis curſus auocetur à mãmis ad alias partes. Tertius eſt, vt intemperies mammarum & ſanguinis corrigatur. Vt hos ſcopos exequi poſsitis, omnium maximè neceſſaria eſt victus ratio, quæ nulla alia eſſe debet, quàm quę præſcripta eſt à nobis in lactis abundantiæ curatione. Scilicet vt aer ſit ſiccus, ſi non ſit, attamen paretur. Vigilet mulier, & ſi ſit ſine febri, exerceatur: aluus mollis ſit: potum exiguum ſumat & à vino prorſus abſtineat. Cibi ſint pauci extenuantes, & qui paucum præbent alimentum: & tandem is ſit victus, qui minuere ſanguinem & ſimul attenuare poſsit. Pro ſecundo ſcopo, ante omnia cõuenit venæ ſectio, modò nihil prohibeat. Locus venæ ſectioni nullus mihi accommodatior videtur, quàm inferior, ſiue ſit poplitis vena tundenda, ſiue ſaphæna: & ratio eſt, quia per hanc non modo euacuantur humores, vt habet Gal. libro de curatione per ſanguinis miſsionem, & aufertur plenitudo, ſed quod optãdum eſt, in hoc caſu deflectitur curſus ſanguinis ad inferiora. Ad hoc idem non paruum emolumentum adferunt ſcarificationes crurum & cucurbitulæ appoſitæ: frictiones & ligaturæ, quæ efficaciſsima ſunt, ad retrahendum ſanguinis fluxum ad inferiora. Pro tertio ſcopo, ſcilicet pro intemperie corrigenda, quid agendum ſit, clarum eſt vobis. Docui iam pluries, contrarias intemperies, contrarijs remedijs eſſe curandas, non modò medicamentis externis ſed etiam internis. *Pro affectu ipſo amputando*, quæ ſecunda pars curationis eſt, vobis ante alia cogitandum eſt quis ſit iſte affectus, & cuius naturæ. Naturæ affectus eſt, quod lac eſt quędam concreta materia in mammis, itaq; indicatur hanc ma-
C teriam eſſe diſſoluendam. Modus diſſolutionis habetur ab intellecto modo cõcretionis. Eſt enim perpetua & Galeni & Ariſtot. regula, quòd quæ conceſcunt frigido, ſoluuntur calido, & quæ calido concreſcunt, diſſoluuntur frigido. Ideò vbi notum fuerit vobis, lac concreuiſſe propter frigus, debebit vobis parata eſſe medicamentorum ſylua, quæ poſſunt attenuare, calefacere, exſiccare: vbi autem ex calido concreta fuerit materia, econuerſo agendum erit, vt ſcilicet rebus ſi non refrigerãtibus, ſaltem tepidiuſculis, incidentibus & attenuantibus vtamini. In cauſa frigida conueniunt, mel, ſal, oxymel, crocus, cyminum, ſemen fœniculi, ſemen apij, radix apij, eryngij, raphanus, myrrha, fœnugræcum, altæa & multa alia medicamenta, relata à Paulo & Aetio. Et quia non ſatis eſt vniuerſaliter hæc medicamenta intelligere, dabo formas medicamentorum, quibus vti poteritis. Intrinſecus maximè commendo hanc potionem:

℞. Rad eryngij, fœniculi ana ʒ. ij ſem. apij ʒ. j. fol. maluæ, fœniculi, ana M. ſ. Fiat decoctio ſecundum artem, in brodio: deinde

℞. Dicti brodij ℥. v. vel vj ſyr. de quinque rad. oxymel ſimpl. ana ℥. j. Miſce. Hac potione mulier poterit vti & mane & veſperi, cum libuerit. Sic quoque poteſtis parare aliquas confectiones, vnà cum iſtis ſeminibus quibus vtatur. Extrinſecus poteſtis etiam vti fomentationibus cum ſpongijs atque emplaſmatibus. Fomentationes ita fient:

℞. Fol. fœnugræci. Meliloti ana M. j. rad. altheæ ℥. j raphani ℥. ſ. ſem. apij, rutæ ana ʒ. ij. Contundantur
D omnia diligenter, deinde bulliant in aqua communi, ad conſumptionem tertiæ partis. Demum facta expreſsione, adde aceti partem ſextam vel octauam: poſtea cum ſpongijs foueantur mammæ, & poteſtis non modo fouere, verùm etiam ſpongias madefactas hac decoctione continere ſupra mammas. Muria quoque & acetum maximè commendatur. Soleo ego vti muria, aceto, croco, hoc modo, præſertim quando febris abeſt:

℞. Muriæ lib. j. aceti ℥. ij. cymini, croci ana ʒ. j. ſ. Miſce ad ignem, deinde foueantur. Atque hic eſt modus, quem poteſtis obſeruare in curandis affectibus à cauſa frigida obortis. Si autem malum à cauſa calida duxerit originem, poteſtis ijſdem medicamentis vti, id eſt, eadem facultate pollentibus, ſed tepidiuſculis & infrigidantibus. Exempli gratia:

℞. Sem. altheæ, lactucæ ana ʒ. j. melon. ʒ ij. rad. petroſel. Cichorei ana ʒ. j. ſ. Fol. cichor. endiuiæ ana M. j. Contundantur & fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥. v. oxymel. ſimpl. ℥. ſ. ſyr. de ſucco endiu. ℥. j. Miſce. Extrinſecus poteſtis huiuſmodi medicamentis vti:

℞. Succi limonij ℥. ij. aceti ℥ iij. aquæ communis lib. j. croci ʒ. ſ. ſemin. cichor. apij ana ℈. iiij. Contundantur & fiat decoctio, & cum ſpongia, vt dictum eſt, foueatur locus. Soleo vti in materia calida, emplaſtro ex malua, lentibus in aceto decoctis. Exempli gratia.

℞. Lentium p.j. foliorum maluæ m.j. bulliant, deinde contundantur diligenter & per cribrum tranſmiſſa, redigantur ad formam emplaſtri, & mammis apponantur. *Circa vſum horum medicamentorum*, tria eſtis vtiliter docendi. Vnum eſt, quod ſi fieri poteſt, vno & eodem tempore debebitis ſimul & cauſis delendis ſtudere, & affectui ſuperando. Quod ſi affectus maximè cruciet, proculdubio debebitis non prorſus neglectis cauſis, ſtatim ſtudium conuertere ad affectum tollendum, id eſt, ad diſſoluẽdam materiam: & ratio eſt, quia niſi tumor & extenſio minuantur, niſi dolorem minuatis continuo fit nouæ materiæ attractio, & ideo augetur incredibiliter morbus. Alterum quod eſtis docendi eſt, quòd tametſi à Galeno & Ariſtot. proditum ſit, quæ concreſcunt frigore, debere calido reſolui, verum tamen non omnia calida conueniunt, ſed quæ calida quidem ſunt, ſed remiſſiora. Et ratio eſt, quia periculum eſt, ne ſi nimis calida adhibeatis, fiat maior materiæ attractio. Nec moueat vos ratio quorundam dicentium, ſolummodo calida vehementer diſſoluere, quia videbitis glaciem diſſolui ab aqua tepida. Tertium eſt Auerr. 5 Colle. cap. 47 dictum: coaguli videlicet omne genus facultatem adſtrictoriam poſſidere, atq; id perſpectum eſt fieri, quia fluxus alui compeſcitur adminiſtratione coagulorum: quæ ſententia Auerr. vera quidem eſt & vſu probata, verum tamen propter hoc nihil prohibet, quin coagula ipſa maximè diſſoluant & attenuẽt. Sed quomodo dicetis, coagula contrarios hos effectus edere? Dico, id quod dicit Auerroes facultatem aſtrictoriam coagulorum eſſe, ſolum propter quandam occultam proprietatem: & facultatem extenuandi & diſſoluendi coagulis ineſſe, ob manifeſtas qualitates. Audiuiſtis coaguli omne genus eſſe calidum, & habere propè eaſdem facultates quas fermentum, quod ſicut tubercula & materiam crudam coquit, attenuat & diſſoluit, ſic coaguli genus omne coquit, attenuat & diſſoluit. Ideò à Galeno commendatur coagulum leporinum, aceto dilutum & potatum, in diſſoluendo etiam ſanguine grumefacto. Ego etiam ſoleo vti huiuſmodi coagulo, vnà cum cymino & vino, & expertus ſum ſæpius ſubitaneum, & maximè præſentaneum remedium attuliſſe. A B

DE MAMMARVM INFLAMMATIONE.

CAPVT VI.

POſt coagulationem & grumefactionem, ſolent multi alij affectus ſuboriri: & præcipuè inflammatio mammarum, quæ nihil aliud eſt, niſi tumor quidam durus, calidus, cum dolore pulſatili, & cum renitentia: ita vt multùm differat ab ea mammarum craſſitie, quæ naſcitur ob lactis abundantiam, in qua ſcilicet etſi tumor appareat, non eſt tamen dolor, non calor magnus, ſed extenſio duntaxat quædam.

CAVSAE.

CAuſæ huius tumoris immediatæ & materiales nullæ aliæ ſunt, quàm copia lactis aut ſanguinis. Sanguis multiplicatur in mammis, vel quia mittitur ab alijs corporis partibus, vel quia attrahitur. Attrahitur autem, vel propter dolorem ipſius partis, vel propter calorem. Cauſæ autem mediatæ & externæ, ſunt omnes illæ, quæ occaſionem præbent, vt vel lac, vel ſanguis mittatur ad mammas, vel trahatur: vt ſunt ſuppreſsiones menſium & hæmorrhoidum, propter quas membra ſanguinis copia onerata, eum ad mammas, tãquam ad cloacas mittunt. Sic quoq; percuſſiones factæ mammarum in cauſa ſunt harum inflammationum, ſicuti nimiæ ſtricturæ. Continget interdum vobis mulieres videre in maxima diſcrimina duci, & inflãmationum & aliorum tumorũ, non ob aliud, quàm magnas mãmarum ſtricturas. C

SIGNA.

SIgna vniuerſalia huius inflammationis ſunt ferè omnia illa, quæ reperiuntur in alijs inflammationibus, quia apparet tumor tactui durus, rubor, calor igneus, febris plerunq; copulata. Sed quia dixi hãc inflammationem & à lacte oriri, & à ſanguine, ſunt propria quædam ſigna, quibus diſtinguitur facta à lacte, ab ea quæ fit à ſanguine. Quæ fit à lacte, vt plurimùm contingit vel in prægnantibus, vel in puerperis. Dico, vt plurimùm, quia ſicut lac interdum fit propter ſuppreſſa mẽſtrua, ita fit etiam inflammatio à lacte propter menſes ſuppreſſos, præterea vbi fit inflammatio ex lacte, rarum eſt, imò nunquam, quin præceſſerit magna lactis abundantia. Si facta ſit inflammatio à ſanguine, cognoſcetis, quia aderit aliqua ſanguinis ſuppreſſa euacuatio: mulier non erit puerpera, non erit prægnans. Sed percunctabitur aliquis veſtrum à me, quomodo poſſit fieri inflammatio à lacte, quandoquidem ex Gal. ſententia & omnium, in lib. de tumore præter naturam: & 2. ad Glauc. inflammationẽ ſcilicet eſſe ſolius ſanguinis ſobolem. Præterea interrogabit quiſpiam, cùm dixerim inter alia ſigna vniuerſalia tumoris eſſe ruborem, quomodo in inflammatione à lacte poſſit rubor apparere? Dupliciter ad primum reſpondeo: inflammatio, interdum eſt nomen commune ad omnia apoſtemata calida, interdum eſt peculiare nomen tumoris ſanguinei. Igitur quãdo dicitur inflammationem eſſe, capitur inflammatio pro nomine communi ad omne apoſtema calidum. Alio modo poteſt reſpõderi, inflammationem ex lacte eſſe veram inflammationem ſanguineã, quia vt aliàs declaraui, lac nihil aliud eſt quam ſanguis dealbatus. Ad aliud dico, non eſſe mirum vt in tumore ex lacte alioqui candidiſsimo, ſubſequatur rubor, quandoquidem propter dolorem partus, fit continua ſanguinis attractio, qui diſperſus per ſuperficiem mammarũ, neceſſario illas colorat colore rubro. D

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſigna huius affectus ſunt, quod vt plurimum inflammationes benè terminãtur: dico, vt plurimùm, quia interdum etiam contingit, vt malè terminentur in praua vlcera, in cancros & interdum etiam in mortem. Optabit aliquis ingenioſus ex me intelligere, an ſententia Hippocr. 6. Epid. comm. 5. text. 18. poſsit verificari in inflammatione mammarum ipſarum. Eſt enim ſententia Hipp. Quod ſi papillæ mammarum & rubrum ipſarum ad pallidum, ſeu liuidum, conuerſum fuerit, ſignum eſſe, vterũ laborare. Galen. in explicatione huius ſententiæ, præter conſuetudinem ſuam, valde ieiunus fuit: itaque dico ego Hippoc. ſententiam intelligendam eſſe, vbi mammillarum papillæ mutauerunt colorem, citra aliquam manifeſtam cauſam: nam vbi color pallidus vel liuidus apparet in hac parte, citra inflammatio-

nem,

A nem,vel aliud accidens malum,non ob aliud contingere poteſt, niſi quia vterus ſit malè affectus,& pro-
pter venarum communicantiam,ipſis papillis malum cõmunicetur. Vbi autem malum aliquod manife-
ſtum eſt,non eſt vt quęramus malum aliunde,propterea oraculũ Hippoc.vt dixi verum eſt,quando citra
vllam cauſam manifeſtam hoc in mammis apparuerit. Et notate hũc locum,quia nullus alius explicauit.

CVRATIO.

CVratio huius affectionis eadem ferè eſt,quæ omnium aliarum inflammationum, quæ duos ſcopos
habet: vnus,vt prouideatur,ne creſcat: alter, vt quidquid factum eſt inflammationis,tollatur. Pri-
mus ſcopus adimpletur ante cætera,certa viuendi ratione inſtituta, vt ſcilicet primum aer frigidus;
humidus aut paretur,aut eligatur: omnes animi affectus vitandi,ſomnus conciliandus: frictiones & li-
gaturæ adhibendæ,præſertim coxis & cruribus. Aluus lubrica reddenda & ſeruanda,vel clyſtere,vel le-
nientibus medicamentis. A vino abſtinendum eſt omnino, niſi placeat vinum granatorum propinare
cum aqua ſimplici cocta,vel cum aqua hordei. Poſca etiam bene temperata,concedi poteſt. Cibi pauci
eſſe debent,atque illi refrigerantes & humectantes: vt ptiſana lota,vel eius ſuccus. Panis ſimplex totus,
vel herbæ refrigerantes,in brodio pulli coctæ,vt ſunt lactuca,borrago,endiuia, portulaca. Inſtituto vi-
ctu,conſiderandum ſtatim an inflammatio ſit ex lacte,an verò ex ſanguine. Si ſit ex ſanguine, modò ni-
hil prohibeat, quamprimùm veniendum eſt ad venæ ſectionem. Si menſes vel hæmorrhoides fuerint
B ſuppreſſæ,aut ſcarificanda erunt crura,aut coxæ, aut pertundenda ſaphenæ vena. Si nihil horum adſit,
conſiderandum eſt quæ pars ſit magis affecta: & ab eo latere, à baſilica mittendus eſt ſanguis, nec ſolùm
ſemel,ſed iterum atque iterum: & ratio eſt,quia repetita ſanguinis miſſio, non ſolùm euacuat & retrahit
fluxum ſanguinis,ſed maximè refrigerat,quòd in inflammationibus expoſtulãdum eſt. Et hoc eſt quod
Auicenna dicebat: ſi caput mammarum doleat, phlebotomãdum eſſe. Quod ſi à lacte ortum duxerit in-
flammatio,videndum eſt,an adſit ſanguinis abundantia in corpore nec ne. Si adſit,etiam hic mittendus
ſanguis eſt,modò nihil aduerſetur: & ratio eſt,quia vbi ſanguis abundat,periculum eſt, ne fluxiones vbi-
cunque ſint,augeantur magis. Itaque lenita primum aluo vel clyſtere,vel manna,vel ſyrupo roſ.ſolut.e-
rit ſtatim deueniendum ad ſanguinis miſſionem. Vbi ſanguis vel per venæ ſectionem, vel per ſcarifica-
tionem fuerit miſſus,ſtatim deueniendum eſt ad alia remedia. Primum & præcipuum cuiuſque inflam-
mationis remedium,ſolet eſſe vſus medicamentorum repercutientium: propterea in hoc caſu ſtatim ad
repercutientia veniendum eſt. Sed hic inſurgit grauis dubitatio,an ſcilicet inflammatis mammis,ſint ſta-
tim [illegible] *repercutientia medicamenta* adhibenda. Ratio dubitationis eſt,quia Galen.3.de medicam.local.cap.de
parotide ſcribit: in parotidibus curandis non eſſe eam curationem adhibẽdam,quæ debetur alijs inflam-
mationibus,id eſt,non eſſe repercutientia medicamenta adhibenda,ſed potius attrahentia & euocantia.
Ratio qua Gal. impulſus hoc nos docuit,fuit hæc: quia locus aurium proximus eſt cerebro,vnde maxi-
C mum periculum immineret,ne ſi materia repelleretur in cerebrum mitteretur,& hominem iugularet. Si
enim hęc ratio potuit Gal.inducere,vt dixerit,non vtendum eſſe repercutientibus, etiam in caſu noſtro
videtur efficaciſsima,quia mammæ vt noſtis, ſunt proximæ cordi,imò factæ ſunt mammæ propter cor-
dis tutelam, vt dicebat Galenus. Itaque ſi inflammatis mammis repercutientia adhibemus, periculum
eſt ne materia repercuſſa cor petat,& necem inferat. Tamẽ ex altera parte eſt ferè omnium Medicorum
Græcorum & Arabum cõmmunis ſententia,vt ſcilicet,ſemper in inflammatione mammarum,in princi-
pio adhibeantur repercutientia. Hanc difficultatem,vt diſſoluere ſciatis,dicendum eſt,repercutientium
alia valida eſſe,alia verò leuia. Valida ſunt,quæ & multùm refrigerant,& multùm adſtringunt,quæ verò
minùs refrigerant,& adſtringunt,minùs etiam repellunt. Præterea,medicamẽta repellentia,vel poſſunt
ſola adminiſtrari,vel cum diſcutientibus & incidentibus. His conſtitutis,dico in inflammationib.mam-
marum curandis,eſſe fugienda omnia quæ validè & profundè repercutiunt: & ratio eſt, quia cum locus
ſit cordi proximus, facile eſt vt non modo materia pellatur ad cor,imò verò vt qualitas frigida per mam-
mas,ſtatim cordi communicetur. Nam quod facilè per hanc viam qualitas cordi communicetur,non ſo-
lùm medici nouerunt,verùm etiam Cleopatra Ægyptiorum regina,quæ vt ſtatim concideret,venenum
mammis appoſuit. Præterea dico repercutientia ſola nunquam adhibenda eſſe,ſed permixta alijs,& hoc
eſt quod dicit Auicenna,in hac curatione ſubtiliatiua eſſe adhibenda, & permiſcenda repercutientibus.
D Quid autem dicemus ad Galenum? Dico Galenum iure in parotidibus curandis, hoc præceptum de-
diſſe,quia cum locus ille ſit emunctorius,& factus à natura,vt recipiat ſordes cerebri,iure debent Medi-
ci has materias ad eam partem potius attrahere quàm repellere. Secus autem eſt in mammis, quia licet
ſint corpora ſpongioſa & cauernoſa, & ad materiam recipiendam idonea, veruntamen non ſunt facta à
natura vt recipiãt ſordes,ideò curare debemus, ne materia figatur illis in partibus, ex quibus non ſolum
non poteſt expelli,verum etiam ſi putrefiat,in immenſum putredo propagatur. Igitur vtendum erit re-
percutientibus,non ſolùm externis,ſed etiam internis. Internis, quia repercutientia,& refrigerantia in-
tus adhibita,duo præſtant. Vnum,quòd ſanguinem refrigerent: alterum,quòd fluxum retardent ac tor-
pidum reddunt ſanguinem. Poteritis igitur interius hoc potionis genere vti:

℞. Fol.lactucę,plantaginis,portulacæ,ſonch.ana M.j.Polygani.M.s fiat decoctio ſecundũ artẽ: deinde
℞. Dictæ decoctionis ℥.v.Oxyſacchari, ſyr.de portulaca ana ℥.j. Miſce. Extrinſecus autem ſunt mul-
ta,quæ in vſu habentur: ſed ego laudo vt accipiatur poſca cum oleo roſato, & ſæpius mammæ irroren-
tur: vel ita componatis:

℞. Flor.camomil M.j.fol.roſ.lactucæ,endiuiæ ana M.j.s. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde
℞. Dictæ decoctionis lib.j.aceti ℥.ij. Miſce. Cum ſpongia apponantur mammæ inflammatæ. Soleo
ego ſumere folia lactucæ ampla & madefacta tum in ſimili decocto, tum in aceto roſato atque oleo roſa-
rum,& imponere mammis dolentibus atq; inflammatis. Hæc eſt ratio curationis in principio. *Tranſacto*

principio, conſiderandum eſt quò vergat inflammatio, an videlicet velit digeri, an ſuppurari, an potius ſi- A niri in aliquam duritiem. Quod ſi neutrum horum vobis ſit manifeſtum, proculdubio ſemper debetis ea via incedere, qua ſolet incedere natura, vt ſcilicet diſsipetis ijs medicamentis, quæ diſcutiunt & diſsipant. Exempli gratia, ſi velitis inunctionem, hæc erit commoda:

℞. Olei vitel. Ouorum ℥.iij olei camomil. ℥.ij. Panis triti ℥.j. Miſce omnia ſimul & imponantur parti inflammatæ. Si velitis emplaſmata, poteritis hoc modo parare

℞. Farinam lupino. Fabarum ana lib.j. olei camomil. ℥.iij. olei ſeſam. ſemin. lini ana ℥.j.s. Aceti ℥.iiij. aquæ communis q.ſ. Miſce omnia ad ignem & fiat emplaſtrum ſecundum artem. Emplaſmate hoc poteritis plurimis diebus vti, quia mirificè diſcutit. Quod ſi tumor vergat ad ſuppurationem, debetis auxiliari naturæ ſuppuranti. Habetis apud Pharmacopeos vnguentum Diachylon vocatum. Ego magis laudo emplaſmata ſuppurantia, quale eſt hoc:

℞. Rad. altheæ ℥.iiij fol. maluæ M.j. Coquantur omnia diligenter, piſtentur & per cribrum mittantur: deinde adde fermenti ℥ j. butyri recen. ℥.ij. Miſce, fiat emplaſtrum. Eſt & aliud quod ſuppurat & lenit dolorem:

℞. Lactis vaccini lib.j. Panis triti lib.s. Medullæ pomorum coctorum ℥.j.s. fermenti ℥.j. Miſce, fiat emplaſma. Poſtquam ſuppurauerit inflammatio, erit deinde incidenda. Et quia mulieres ſæpè abhorrent inciſiones, poteritis vbi pus videritis in ſummo, curare vt ſponte aperiatur, quod facietis ſi cochleas vſtas & in cinerem redactas, emplaſmatis ſupponatis, ita vt cinis ei parti iungatur, quæ videtur magis a- B cuminata. Si inflammatio mammarum duritiem minetur, totum ſtudium conuertendum eſt, vt partim emollientibus, partim attenuantibus, durities illa coerceatur: nam Aetius multa eaque vſu probata, proponit remedia, inter alia hoc vnum ſatis efficax: ſtercus videlicet caninum cum terebinthina. Semen lini aceto maceratum, inteſtina terræ in oleo amygdal. dulcium macerata. Vtor ego hoc medicamento:

℞. Medullæ cruris vitulini ℥ ij hyſſopi ℥ j. croci ℈.iiij. cumini ℈.ij. Miſce fiat linimentum. Sæpe vſu venit, vt medicamenta emollientia nihil efficiant ea propter, vt docet Leonidas apud Aetium, interdum neceſſe eſſe ad opus chirurgicum deſcendere, id eſt, duritiem illam totam amputare, quod tamen faciendum, quando nullum vitæ periculum imminet. *Oriuntur in mammis multi alij tumores*, vlcera praua, & præ cæteris ſolent oriri cancri: quin imò nulla eſt pars in corpore mulieris, quæ magis ſit obnoxia cancro, ipſis mammis: ratio ea eſt, quia caro mammarum ſpongioſa & cauernoſa eſt, humor multus, craſſus & terreſtris, ita vt nullibi poſsit magis figi humor melancholicus, quàm in hac parte. Sed de huiuſmodi morbis non eſt vt hoc tempore tractem, tùm quia potius ad chirurgum ſpectant, tùm quia properandum eſt ad vtiliora, ſeu quæ magis ad nos pertinent.

DE MAGNITVDINE MAMMARVM.
CAPVT VII.

C

PRo coronide huius tractatus, nolo vnum omittere, ſcilicet magnitudinem mammarum, quæ tametſi morbus non ſit, attamen multam turpitudinem parit: vnde Auicenna inductus fuit, vt inter alia mammarum vitia, etiam de magnitudine ipſarum tractaret. Eſt hæc affectio immoderata quædam & indecora mammarum magnitudo, quæ in mulieribus reperitur, & interdum operationes impedit, ſemper autem turpitudinem inducit. Dico autem eſſe immoderatam magnitudinem & indecentem, quandoquidem ſunt quædam mulieres, quæ adeò magnas has partes habent, vt videantur in ſinu culcitras ferre: ſunt rurſus quæ habent mammas adeò pendulas, vt parum differant à capris, & has appellant latini Mulieres mammoſas, Paulus vocauit mammeales. Poſtquam nunc iocosè agere debemus, volo quædam venuſtè dicta obiter referre Poëtæ cuiuſdam ad huiuſmodi mulierem, ſcribentis.

Taurino poteris pectus conſtringere tergo,
Nam pellis mammas non capit iſta tuas.

Eſt igitur hic affectus, magnitudo indecora & indecens mammarum. Dixi eſſe mulierum, quia in viris etiam quandoque reperitur, vt dicit Ariſtot. 7. Hiſtor. animal. 1. vbi dicebat: Mammas fieri magnas in illis viris, qui leuore quodam præditi ſunt, humidius habent temperamentum, paruas venas, & colore ſunt fuſco. Dixi interdum impedire operationes, quia mammæ, ſi nimis excreſcant, impediunt operationes brachiorum, & generationem lactis. Quod impediant operationes brachiorum, ſatis nouerunt Amazones illæ celebratæ, quæ reſecabant ſibi mammas dextras, vt habet Strabo lib. 11. ne impediretur D brachiorum & manuum motus, & magis aptæ eſſent armis gerendis. Quanquam Gal. 7. Aphoriſ. 43. ex ſententia Hippocr. dixit, has mulieres id feciſſe, vt manus dextra robuſtior euaderet, vt ſcilicet nutrimentum illud, quod in mammarum dextram diſtribui debebat, totum in manum diſtribueretur.

Eſt dubium, an magnitudo mammarum, præter turpitudinem, aliud etiam malum pariat, quod ad lactis generationem pertinet. Ratio dubitandi eſt, quia inuenio inter Medicos diuerſitatem. Paulus Aegineta libro 1. cap. 2. quem ſecutus eſt Auicenna lib. 1. Fen. 3. doct. 1. capite 2. fuit huius ſententiæ, ad optimam nutritionem debere eſſe mammas magnas. Altera ex parte fuit Moſchio, Aetius libro 4. cap. 4. Alzarauius 1. Prac. tract. 26. cap. 3. qui omnes dicunt, mammas debere eſſe mediocres, id eſt, neque paruas, neque magnas. Addebat Aetius rationem, quia mammæ magnæ plus faciunt lactis, quàm conueniat: vnde lac retentum, dicebat ille, putreſcit, atque etiam moleſtiam mulieribus adfert. Paruæ minus lactis producunt, quàm neceſſarium ſit. Pro reſolutione huius, id mihi dicendum occurrit, quod ſcribit P. Aponenſis in Concil. differentia 79. & 30. part. Problematum in eo Problemate, vbi dicit Ariſtot. Cur habentes caput paruum, ſint prudentiores. Hic autor, vt tolleret contradictionem inter Ariſtotelem & Galen. de Capite paruo & magno, dixit duplicem eſſe paruitatem, & duplicem magnitudinem. Alia eſt paruitas quoad vas, alia quoad oſſa & carnem. Exempli gratia, beluæ habent capita magna, quia

A quia capita eorum habent multa oſſa, non quia capita ſunt magna quo ad vas: homo dicitur habere caput magnum & paruum, magnum quo ad vas, quia multum cerebri continet, paruum quo ad oſſa, quia parua habet oſſa reſpectu brutorum. Habita hac ſententia, dico ego mammarum magnitudinem duplicem eſſe, ſimiliter paruitatem aliam ſecundum carnem, aliam ſecundum cauernas & capacitatem. Mammæ magnę ſecundum capacitatem, non autem ſecundum carnem ſemper, mea ſententia, ſunt meliores: mammæ autem paruæ ſecundum carnem, & non ſecundum capacitatem, ſunt meliores magnis, & ſecundum capacitatem & ſecundum carnem: & ratio huius eſt, quia mammæ paruæ ſecundum carnem, quæ mediocres dicuntur ab Aetio & Moſchione, multum lactis producuut, & nullam turpitudinem, & nullam incommoditatem inferunt.

CAVSAE.

CAuſæ internæ huius magnitudinis, ſunt Calor magnus, & vbertas & copia materiæ: quæ enim cauſę in omnibus augmentũ faciunt, eædem quoque faciunt in mammis ipſis. Cauſæ externæ, ſunt inprimis crebra tractatio mammarum, quæ occaſionem augendi ipſi præbet: præterea etiam retentio menſium & retardatio. Dicebat Ariſtot. 7. Hiſtor animal. 1. quod virginibus, quibus tardant menſes, materia attollitur ad pectus redundans, vbi augmentum mammarum facit. Quod ſi erumpant menſes propter hoc, dicit Ariſtoteles, non diminuuntur mammæ.

SIGNA.

B SIgna affectus huius non eſt quod vos doceam, quia & viſui & manibus ſatis patent.

PROGNOSTICA.

PRognoſticum ſignum eſt, quòd ſemper hæc magnitudo turpitudinem inducit. Dicebat Aetius lib. 16. cap 43. has mulieres non carere aliquo periculo, quia mammæ quæ maiores ſunt, magis expoſitæ ſunt ſuſcipiendis cancris. Adamantius in lib. Phyſiognomiæ ſcribit, eas quæ habent mãmas grandes, ſomnoſas & libidinoſas eſſe. Et ratio huius eſt, quia magnitudo proficiſcitur à caliditate, & vbi eſt magnitudo, ibi caliditas eſt præſertim vteri, propter quod ſunt libidinoſæ: & hæc eſt ratio, quod quando vultis ad libidinem mulieres incitare, tangitis mammas, quia ex caliditate quæ ingeneratur mammis tractando incaleſcit vterus, & ita excitatur libido.

CVRATIO.

CVratio huius affectionis, vel reſpicit factum malum, vel futurum, quæ malo facto innititur, in hoc caſu exigua eſt admodum: quia vt dicebat Ariſtot. vix fieri poteſt, vt vnquam mammarum magnitudo iam facta aboleatur, niſi velis totum corpus tabefacere & emaciare, quod quia non fit abſque periculo, idcirco non eſt ita facilè tentandum. Eſt tamen aliquod in hoc genere remedium, quod interdum proponere poteſtis, ſi mulieres à vobis remedium flagitent, & eſt vt fiat forma mammarum plumbea, & illiniatur interior pars oleo ſeminis hyoſciami, atq; detineantur mammæ inter has formas, ſimiliterque

C coanguſtetur illa forma: ſic enim ſperari poteſt, longo huius remedij vſu, tandem cõprimendum eſſe mammarum magnitudinem. Alia verò curatio, quæ potius præſeruatio dici debet, tota poſita eſt in medicamentis aſtringentibus & refrigerantibus. Refrigerantia medicamenta cùm calorem augentem compeſcant, efficiunt vt malum non creſcat. Aſtringentia ſimiliter cum coanguſtent locum, & impediãt aduentum materiæ, neceſſariò intercipiunt auctionem ipſam. Sic videbitis apud Auicen. 12. tertij tract. 1. cap. 10. multa vobis proponi remedia, quæ ad mammas ipſas caſtigandas coercendasque hac facultate prædita proponũtur. Serenus Medicus antiquiſſimus, tria remedia ad caſtigandas mammas, nobis proponit. Vnum eſt ſuperſtitioſum, vt ſcilicet mammis circumponatur hedera, atque ea deinceps concrementur, & fumus capiatur ſuper ipſas mãmas. Alterum eſt pinguedo anſeris cum lacte. Tertium eſt, quod apud multos reperitur, ouum perdicis illitum; hoc namque ſcribunt Democritus & multi alij, facultate quadam præditum eſſe, qua magnitudinem mammarum tollit atq; impedit. Aetius etiam multa nobis remedia propoſuit, vt eſt Ærugo ferri, cum oleo omphacino, aut vino appoſita: cicutæ ſemen cum folijs tritum, & appoſitum. Multa etiam alia apud Rhaſim. & alios Arabes inueniuntur remedia, ſed non eſt, vt vos diutius detineam. Hic erit finis de vitijs in nutritione. Supereſt vt deueniamus ad ea vitia, quæ vniuerſi vteri ſtatum reſpiciunt.

D

Liber Quartus.

DE VITIIS QVAE STATVM VNIuerſi vteri reſpiciunt.

PRÆFATIO.

HACTENVS de illis morbis tractauimus, qui conceptũ & partus nutritionem reſpiciunt, ordini noſtro conſentaneum eſt, vt de alijs morbis tractemus, qui ſtatum vniuerſi vteri reſpiciunt, nec ad vnum ex prædictis referuntur: qui ſtatus vteri in duobus à nobis fuit poſitus. ſcilicet in humiditatibus quæ per vterum excurrunt, nec non in ſolidorum vteri, tùm complexione tùm conſtitutione. Appello humiditates non humores omnes quatuor, ſed menſtrua, ſemen, & alias humiditates ab vtero excurrentes. Itaque morbi, qui fiunt in his humiditatibus vteri, aut ſunt circa menſtrua, vel exuberantia, vel deficientia: aut fiunt in ſemine, qualis eſt morbus

Gonorrhæa dictus, aut in alijs humiditatibus, qualis eſt fluxus muliebris appellatus. In complexione A
ſolidorum vteri fiunt morbi, quando aliqua ex intemperiebus patitur, ſiue ea intemperies ſit ſimplex,
ſiue cum alijs humoribus copulata. Quæ autem fiunt circa aliam conſtructionem vteri, aut ſunt in vnio-
nis ſolutione, qualia ſunt omnia matricis vlcera: aut ſunt circa vias vteri, quales ſunt opilationes vteri,
aut in via & magnitudine, vt tumores omnes vteri, nympha (de qua Paulus) hydrops vteri, cauda ap-
pellata, quam Moſchio cap. 18. appellat ſymptoma turpitudinis: aut ſunt morbi in ſitu vteri, vt cum ſur-
ſum vel deorſum vterus relabitur, aut in latera inclinatur. Præter hos affectus eſt & alter, qui videtur hos
omnes conſequi, ſcilicet præfocatio vteri, de quibus omnibus ordine tractabimus.

DE VITIIS MENSTRVORVM IN defectu. CAPVT I.

INcipiam autem à menſtruis, quæ peccant, vel quia deficiunt, vel quia abundant, vel quia talia non
fluunt qualia deberent. Tractabimus primum de deficientibus menſtruis, eò quod hic morbus fre-
quentiſſimus eſt, qui vt rectè à vobis cognoſci poſsit, operæpræcium eſt, vt cognoſcatis exactè quæ-
nam ſit menſtruorum natura, id quod ſeptem docebo capitibus, ea qua fieri poterit breuitate. Primum
erit, quid ſit menſtruum: ſecundum, quomodo generetur: tertium, in quibus generetur: quartum, quan-
do gignatur: quintum, cuius gratia fiant menſtruorum fluxus: ſextum, quæ ſit quantitas menſtruorum: B
ſeptimum & vltimum, quænam ſit qualitas. His omnibus à vobis intellectis, non vereor quin omnis na-
tura menſtruorum cognoſcatur. Menſtruum communiter vocatur à Græcis, καταμήνια. Latini appellant
modo menſtrua modo menſes: quod quidem *Menſtruum*, vt colligitur ex Ariſtot 1. de Generat. animal.
cap. 20. & 4 de part. animal cap 10. & à Galeno multis in locis, præſertim 14 de Vſu part. cap. 8. *nihil aliud
eſt*, niſi profluuium naturale ordinatum, ſanguinis excremẽtitij, vtilis, ſed crudi. Dicitur naturale proflu-
uium, eò quòd omnis ſanguinis fluxus, vt docet Galen. 4. de ſympt. cauſis cap. 2. eſt ex toto genere præ-
ter naturam, ſolus menſtruus fluxus non eſt præter naturam. Atqui hoc non ſolùm à Galeno dictum eſt,
ſed etiam confirmatum ab Auicen 21 tertij. vbi tractat de mẽſtruis. Dicitur ordinatum profluuium, quia
ſunt multi è matrice ſanguinis curſus, ſed niſi ſint menſtruorum, nullum ordinem ſeruant: qui ordo po-
ſitus eſt tùm in quantitate, vt videbitis, tùm etiam in tempore. Dicitur ſanguis excrementitius, quia ta-
metſi ſanguis menſtruus ſit eiuſdem naturæ cùm eo, qui in venis mulierum reperitur, veruntamen eſt
quoddam ſuperfluum, quia ſupereſt naturæ. Vnde errauit Florus ille Medicus apud Plutarchum in ſym
poſijs, quoniam dicebat ſanguinem menſtruum eſſe vitioſum & corruptum. Dicitur vtilis, eò quòd ſunt
& alij fluxus vteri in quibus ſanguis excluditur, ſed excluditur tanquam inutilis. Dicitur poſtremo cru-
dus, ad differentiam ſeminis, quod quidem & ipſum eſt ſanguis ſuperfluus & vtilis, ſed concoctus, non
autem crudus, vt ſanguis menſtruus nam ſcio ſanguinem menſtruum, etiam quodammodo poſſe appel C
lari ſemen. Verùm, vt docet Ariſtot. 1. de Generat. animal. cap 20. & 2. eiuſdem, cap. 3. differt ſanguis men-
ſtruus à ſemine, tanquam purum ab impuro, & tanquam crudum à cocto. Quo in loco Auerroes ſcribit:
ſemen eſſe veluti butyrum quoddam, multis ſpiritibus plenum, & propterea delaſſari magis mulieres in
emiſsione ſeminis, quàm in emiſsione ſanguinis menſtrui, quia cum ſemine multi ſpiritus exeunt, cum
ſanguine menſtruo pauciſsimi, quia materia eſt cruda, vnde etiam Auicen. 3. de animal 3 ſcriptum reli-
quit, emiſſum ſemen multum plus inferre damni, quàm ſi quadragies tantum ſanguinis mitteretur. Sed
dicet aliquis veſtrum: ſi ſanguis menſtruus eſt materia vtilis, cur ergo à natura ſingulis menſibus expel-
litur. Dico expelli à natura, non propter vllam qualitatem, ſed tantummodo propter copiam, quia copia
huius materiæ adeò excreſcit, vt naturam ad ſe expellendam ſingulis menſibus ſuſcitet. Non igitur mi-
rum vobis videatur, idem enim cõtingit in emiſsione ſeminis, quemadmodum Galen. 6. de locis affect.
cap. 5 ſcribit, animalia bruta concitari ad coitum, non alia ratione, quàm quòd copia ſeminis grauata, ſti-
mulatur natura ad ipſum expellendum. Hæc igitur, vt audiuiſtis, eſt natura & deſcriptio ſanguinis men-
ſtrui. De *modo generationis menſtruorum* inuenio apud veteres nonnihil diſſenſionis: Democritus & Par-
menides habuerunt hanc ſententiam, quòd cùm mulieres ſint valde calidæ, gignant ſanguinem acrem
& feruidum, qui vbi nimium excreſcit, ſua acrimonia irritat & ſtimulat naturam ad ſeſe excernendum.
Quæ opinio quoniam abundè exploſa eſt ab Ariſtot. præſertim 4 de Generat. animal. cap. 1. nõ eſt quod
in hac diutius refutanda hæream: id ſolum notare placet, hanc opinionem ſupponere rem falſiſſimam, D
ſcil. mulieres eſſe calidiores viris. Hippocr. ſeu potiùs Polybus lib. de Morbis mulieb. nouam quandam
opinionem de generatione menſtruorum habet: quòd ſcilicet corpora mulierum, cùm ſint rara & poro-
ſa, vt raritates impleantur, magno impetu attrahitur ſanguis ad ipſos poros, ita vt cùm nimis trahatur
quàm par ſit, atque ob id multum ſanguinis ſuperſit, id quòd ſuperuacuum eſt & nimium, continuò ex-
cernitur ad vterum, & inde per ſingulos mẽſes foras prodit. In viris autem dicebat iſte autor, non fit ſan-
guinis menſtrui fluxus, quia corpora virorum denſa ſunt, & non opus habent attractione, & propterea
non excreſcit ſanguis vltra menſuram debitam. Hæc ſententia etiam multis abſurdis referta eſt, vnde fit
vt illum librum minimè Hippocratis eſſe ſentiam, ſed potius alterius ſectatoris Democriti & Parmeni-
dis, cùm in eo libro ſcribat mulieres eſſe calidiores viris, quod contra Hippocr. eſt. Abſurda quæ conſe-
quuntur hanc ſententiam plurima ſunt, ſed potiſſimùm duo: Vnum, quod licet demus fieri attractio-
nem ſanguinis ad corpus vt repleantur vacua, non ſequitur attrahi ſanguinem nimium, quia repleto va-
cuo, ceſſat ſemper omnis attractio, quæ fit gratia ipſius. Aliud abſurdum eſt, quod mulieres nequaquam,
vt ſupponit hæc opinio, ſint corpore rariore, imò verò cùm ſint frigidæ, cùm ſint pinguiores viris, cùm
ſint glabræ, neceſſariò cõcluditur, corpora ipſarum eſſe denſiora. In libro illo de ſpermate, Galeno attri-
buto, legitur quod in viris non fiant menſtruæ purgationes, propterea quòd ob raritatem corporis viro-
rum, omnia excrementa exſpirant, & in pilos conuertuntur, vt hinc pateat contrariam potius eſſe ratio-
nem,

A nem, quàm eam quæ in hoc libro ſcripta eſt. Quapropter *verus* menſtruorum generationis *modus* eſt ille, qui traditur ab Hippocrate, ab Ariſtotele, à Galeno & omnibus Medicis, ſcil. quòd cùm corpora mulierum ſint frigida, non poſſunt vltimum alimentum totum conficere, neque in ſubſtantiam corporum nutriendorum conuertere: Vnde, quod ſupereſt, & confici & conuerti non poteſt, paulatim & indies mittitur ad venas vteri, vbi colligitur, donec tãdem in eam molem excreſcit, quæ cum ſuſtineri à natura non poteſt, ea ad expellendam irritatur. Ex quo poteſtis intelligere, non eſſe qualitatem quæ naturam ſtimulat, ſed ſolam quantitatem. An verò huiuſmodi ſanguis excludatur in vterum per reſudationem, vt voluit Ariſtot. 2. de Generat. animal. cap. 4 an verò per vaſorum reſerationem. Sum huius ſententiæ, ſanguinem excludi in vteri capacitatem, per reſerationem vaſorum, atque ad hoc credendum impellor, tùm quantitate ſanguinis quæ exit, quia per reſudationem tantus exire non poſſet, tùm etiam craſsitie. Propterea ſanguis qui emanat è vaſis per reſudationem, ſemper ſubtiliſsimus eſt ſanguis: Menſtruus craſſus eſt, vt non poſsit intelligi quomodo ſanguis ille ex venis non apertis exire poſsit. Circa hanc de generatione menſtruorum ſpeculationē, tria occurrunt pulcherrima *Problemata*. Vnum eſt, cur, ſi ſanguis menſtruus exit, quia non poteſt confici & in mēbra conuerti, tamen videntur mulieres pinguiores viris ſemper? Etenim videtur potius contrarium euenire debere, quia ſi totum nutrimētum vtile non poteſt conuerti in ſubſtantiam membrorum nutriendorum: ergo deberent corpora priuata nutrimento debito e-

B maciari: ſecus autem videtur, vt dixi, quia ſemper mulieres pinguiores ſunt viris, id quod intelligentes priſci noſtri, volentes vrere corpora virorum, ſemper decem corporibus virilibus, adiungebant vnum corpus muliebre, vt præ pinguedine eſſet veluti tæda & fax ad accelerãdam corporum combuſtionem. Secundum Problema eſt: cur natura non potius quotidie excernit paulatim hunc ſanguinem, eò magis, quòd hoc naturæ facilius eſſe videtur, & etiam minus moleſtum mulieribus. Facilius naturæ, quia facilius eſt expellere paruam quantitatem, quàm magnam. Minus verò moleſtum mulieribus, quia videbitis ferè omnes mulieres, quo tempore inſtant menſtrua magis perturbari, non ob aliud, niſi ob impetum ſanguinis copiosè excurrentis. Tertium eſt, quod ſi menſtruum eſt eiuſdem naturæ cuius eſt ſanguis ille qui continetur in venis, non videtur infinita mala facere, quæ referuntur à Columella, Plinio & Ariſtot. ſcil. corrumpere arbores & flores, rubiginem ferro dare, canes in rabiem concitare, homines dementare, ſpecula corrumpere, & alia innumera damna inferre. Imò experientia compertum eſt, quod ſi quis cum menſtruoſa concumbat, morbos ſæuiſsimos contrahit, vt interdum vidi experientia. Auerr. 3. Collec. cap. 7. dicebat, coitum cum menſtruata lepram inducere, atque hoc ſe experientia cognouiſſe, vt non ſolum à Legiſlatoribus prohibitus ſit huiuſmodi concubitus, ſed etiam ab Heſiodo vetitus, ne in balneis verſetur quis, vbi lauatæ ſunt mulieres menſtruatæ. *Ad primum* problema dicendum, quòd tametſi mulieres totum alimentum vltimùm non perficiant, tamen tantum perficiunt, quantum ſat eſt, tùm ad reſtaurandum quod eſt deperditum, tùm ad augendam pinguedinem. Cùr autem potius in pinguedinem

C conuertatur ratio eſt, quia humiditas mulierum adipoſa eſt & pinguis, vnde facilè frigiditate ipſarũ concreſcit hæc humiditas, & pinguedo euadit. Sic etiam videmus Vrſos & Sues pingueſcere, non tàm propter frigiditatem, quàm propter humiditatem adipoſam. Et aduertite, cùm dico corpora mulierum frigidiora eſſe, non intelligendum eſt ratione frigiditatis, poſitiuè fieri pinguedinem, ſed ratione moderati caloris, qui reſpectu caloris viri quoquo pacto poteſt dici frigus. Sed optabitis forſan intelligere, quare à natura comparatum ſit, vt mulieres viris ſint frigidiores: cuius rei nulla poteſt potior aſsignari ratio quàm hæc, quod propter conceptionem, tùm propter conceptus nutritionem, neceſſarium eſſet, vt mulieres frigidæ eſſent, aut ſaltem frigidiores viris: nemini dubium eſt, quod ad conceptum generandum, & ad eum nutriendum, neceſſaria eſt magna materiæ copia, magna autem copia non poteſt eſſe in muliere, niſi multum ſuperfluum extitiſſet: quoniam ſi fœmina quod ſibi neceſſarium erat, tradere debuiſſet fœtui, proculdubio ipſa magnopere offenſa fuiſſet, ideò neceſſarium fuit, vt in ipſa materia ſuperflua inueniretur: iam verò inueniri non poterat hæc materia, niſi calor debilis extitiſſet, eò quia calor magnus conficit & diſsipat valde, vnde paucum omninò poteſt ſupereſſe, quod non conficiatur. Ergo neceſſe fuit, vt calor eſſet debilis, quò poſſet multa materia ſupereſſe, quæ non conficeretur. Vnde videtis, quàm neceſſarium fuerit mulierem frigidam eſſe. Erat *ſecundum* propoſitum Problema, qua ratione natura non fecit, vt quotidie mulieres potius expurgerentur, quàm ſingulo menſe? Cuius rei multæ rationes ha-

Mulier cur frigidior viro.

D beri poſſunt: vna fuit, quia valde turpe & fœdum fuiſſet, ſi mulieres quotidiè fluore menſtruorum inquinarentur. Altera ratio eſt, propter conceptum, quia vt ſcriptum reliquit Hippocr. lib. de Genitura, in lib. de Natura mulier. Mulieres concipiunt, vel quando menſes iam incipiunt erumpere, vel quando deſierunt. Concipiunt quidem incipientibus menſibus, quia eſt magna materiæ vbertas: concipiunt deficientibus menſibus, quia vterus iam depuratus eſt. Sed & huius rei à Galeno de vuluæ ſectione cap. 10. adfertur alia ratio, cur ſcilicet incipientibus & deſinentibus menſibus, fiat conceptus: quia hiſce temporibus cum aperta ſunt ora vaſorum vteri, interna eius ſuperficies tota aſpera facta eſt, propter quam aſperitatem, dicit Galenus fit, vt ſemen facilè adhæreat, & in conceptum tranſeat: reliquis temporibus, quando ſcilicet fluunt menſes, ſemen excurrit cum ſanguine extra vterum, vel materiæ copia nulla adeſt. Dicebat Diocles & iure, idem contingere in his caſibus, quod contingit cœmentarijs, cùm volunt lapides conglutinare, quia ſi lapides politi ſint nequaquam ferruminari poſſunt, propterea prudentes cœmentarij aſperant eos: ſic ſi debet ſemen adhærere, operæprecium eſt, vt vterus ſit aſper, non leuis & politus. Tertia cauſa huius rei eſt, ſcilicet quod ſingulo menſe exeant menſtrua, quia ſanguis menſtruus ſuapte natura benignus eſt, nec ab vtero trahitur, vt docet Galen. 14. de vſu part. 8. ſed ſolùm tranſmittitur ab vniuerſo corpore ad vterum à facultate expultrice, vnde cùm ſanguis ſua qualitate nō irritet naturam ad expulſionem, neceſſarium eſt, ſi debet excitari facultas, vt copia id fiat, & ideò natura, vt excitetur facultas expultrix vteri, coacta eſt machinari hanc excitationem ſola ſanguinis copia, quæ non poteſt con-

y

gregari,niſi ſpatio longo dierum. Erat *tertium* Problema:cur ſanguis menſtruus alioquin benignus,tot A prauos effectus edat,quos audiuiſtis. Nonnulli pro diſſolutione huius problematis dixerũt,ſanguinem menſtruum licet ſua natura ſit benignus,tamen ob diuturnam in vtero moram, malam quandam naturã contrahere & idcircò tot prauos affectus parere. Sed hæc ſolutio non videtur mihi accommodata:ratio eſt,quia ſanguis mẽſtruus,ſi ſua natura eſt benignus,vbi eſt in venis,eſt in proprio ſuo loco : ſi eſt in proprio locò,non debet corrumpi, ſed conſeruari, quia locus ſeruat locatum. Alij vt melius ſoluerent hoc problema, dixerunt in ſanguine menſtruo duas partes reperiri : vnam puram & vtilem, aliam impuram & fœculentam.Ex pura dicunt iſti,fit conceptus & nutritur:impuram ea eſſe quæ tot malos effectus parit. Sed neque mihi ſatisfacit hæc ſolutio:ratio eſt,quia hoc omnis ſanguis habet,vt in eo ſit pars purior, pars impurior. Si ergo hoc habet ſanguis omnis,& ſanguis menſtruus non differt ab eo qui eſt in venis, cur ergo ſanguis totius corporis,non hæc eadem mala facit,quæ menſtruus.Ergo mea eſt ſententia,ſanguinem illum non ſemper ita prauum eſſe, vt referunt ſcriptores, eò quia vbi corpora mulierum temperata ſunt,neceſſarium eſt,vt ſanguis menſtruus ſit temperatus, & propterea tunc nullos prauos effectus edere poteſt. Vbi corpus vitioſum eſt,ſanguis menſtruus vitioſus redditur. modus autem quo hic ſanguis redditur vitioſus,hic eſt. Conſtat apud omnes medicos,vterum eſſe veluti ſentinam & cloacam,in qua natura ſolet corporis ſordes deponere: quod cum ita ſit omni quidem tempore,natura ad venas vteri mittit humores vitioſos & prauos,ſed potiſsimum eo tempore, quo menſes incipiunt fluere. Et ratio eſt,quia tum temporis vis expultrix magis excitata eſt, & viæ magis ſunt apertæ. Vnde ſi hoc tempore B maiori impetu praui humores mittuntur,ab vniuerſo corpore ad vterum, iſti humores in vtero cõmixti ſanguini menſtruo,mixtionem quandam deterrimam efficiunt, propter quam deinde non eſt mirum, ſi innumera mala oriantur. Tertium caput erat,*in quib. corporibus fiant menſtrua.* Ariſtot.6.de Hiſtor.animal. 8.& 3.de Generat.animal.ſcribit,menſtrua videlicet non fieri,neque in piſcibus,neque in auibus, ſed ſolummodo in ijs animalibus, quæ ſunt prædita ſanguine,& quæ ſunt viuipara. Inter animalia maximè omnium,menſtruas purgationes habet mulier, deinde vacca, poſtea equa & canis. Cur autem omnium animalium maximè mulieres menſtruas purgationes habeant,duę ſunt cauſæ potiſſimùm:Vna eſt,quia in brutis excrementitia hæc materia in pilos vertitur,in cornua,in excrementa varia,in vrinas craſſas.In muliere autem materia hæc non vertitur in quidquam horum, propter quod omnium maximè neceſſariò etiam purgatur. Altera cauſa eſt,quia bruta vno victus genere vtuntur,maximè laborant & exercentur:mulier verò largè viuit & varijs cibis vtitur: adhæc otioſa & ſedẽtaria eſt,vt ob has rationes iure maximos fluores ſanguinis menſtrui habeat. Quartum caput erat,*de tempore menſtruorum*,quod quidem duplex eſt:aliud vniuerſale,aliud verò particulare.De vniuerſali ſic conſtitutum ſit apud vos,quòd vt plurimùm menſtrua incipiunt fluere à decimoquarto ætatis anno, deſinunt autem ferè ſemper circa quinquageſimum. Dicebat Ariſtot.7.de Hiſtor.animal.1.tunc incipere menſtruorum curſus,quando vbera prominent ad duos digitos,& quando viro ſemen mouetur,quo quidem tempore,dicebat maximas fieri mutationes & in viris,& in mulieribus,tum vocis,tùm etiam aliarum rerum. Dixi,vt plurimùm incipere à decimoquarto ætatis anno,quia reperiuntur mulieres,quibus etiam incipiunt duodecimo anno. Sed vt docet Paulus Æginetа lib 3.cap 50.hæc ſunt admodum rara, vt rariſsimum ſit quod ſcribit Sauanarola,ſcilicet fuiſſe quandam quæ cœpit nono anno purgari,& facta eſt prægnans. Sed optabit aliquis veſtrum intelligere:cur potius decimoquarto anno & non ante:cur quinquageſimo deſinãt & non poſt. Dico non ante decimumquartum annum incipere, quia in ſecundo ſeptenario corpora noſtra ſunt valde calida,ita vt calor magnopere conſumat,nec ſinat quidquam ſuperfluum eſſe. Poſt ſecundum ſeptenarium cùm incipit remitti,incipit materia ſupereſſe, & propterea incipit materia excludi,quanquam in minori quantitate quàm antea,vel alio tempore. Poſt quinquageſimum annum deſinunt menſes,duab. de cauſis:Vna eſt,quia calor non poteſt id quod reſiduum eſt, conuertere in ſanguinem,ſed conuertit in pituitam. Altera cauſa eſt,quia propter caloris natiui imbecillitatem,vis expultrix valde tarda eſt & debilis,ita vt non ſufficiat expellere hanc materiam. De *tempore particulari*,ſcribit idem Ariſtot.2.de Gener. animal.4 & 7.de Hiſtor.animal.2.quod videlicet mẽſtrua nullo certo termino currunt, ſed vt plurimùm mouentur decreſcente Luna, propter quod inquit nonnullos appellaſſe Lunam fœminam. Dixit iure, nullo certo termino currere,quia vt ſcribit Aetius & Auicenna,vt plurimùm,ad minus interſunt 22.dies inter vnam & alteram purgationem ad ſummum triginta: inter hos terminos inuenietis aliquas,quibus D tunc intercedunt vigintiquinque dies, alijs 27. alijs 24. ita vt iure dictum ſit, nullum eſſe certum terminum. Cuius varietatis ratio nulla poteſt melior aſsignari,quàm varietas temperaturarum,regionum,cibi & potus;quibus omnibus de cauſis,fit varia humorum aggregatio, ad quam magnus Auerroes reducebat cauſas omnis inordinationis.Cur verò decreſcente Luna fiant potiſſimum mẽſtruæ purgationes, ſcribit Ariſtot. & Auerroes 2.de Generat.animal.cap.2.& 4 quia tunc corpora hominum & animalium frigidiora & humidiora ſunt.Circa quam ſententiam duo occurrunt dubia,diſcuſſione digna.Vnum eſt, quoniam Ariſtot.7.de Hiſtor.animal.cap 2.ſcribit:paucas mulieres ſingulo menſe purgari,plurimas verò tertio quoq; menſe:nam Aetius lib.16.cap.4.ſcribit:omnes Mulieres ſingulo mẽſe purgari. Sed quid quærimus autoritates,quotidiana experientia ſatis teſtatur, omnes Mulieres ſingulo menſe purgari, rariſsimas verò eſſe,quæ tertio tantum menſe,ita vt ſatis apertum ſit,Ariſtot.ſententiam falſam eſſe. Alterum dubium eſt,quomodo Ariſtot.dixerit. Luna decreſcente corpora noſtra frigidiora & humidiora eſſe:etenim Galen.3.de diebus decretorijs cap.2.& 3:Aſtrologorum omnium ſententia confirmatus,dicit: Luna plena exiſtente,corpora omnia augeri, animantia pingueſcere, ita vt clariſſimè teſtetur humiditatem potius exuperare in plenilunio,quàm Luna decreſcente. Hoc quoq; abundè teſtantur agricolæ omnes,qui iubent cędendas eſſe arbores Luna decreſcẽte,eò quod tunc corpora ſunt aridiora & humore priuata.Apparet idem in conchylijs,quæ Luna decreſcente,inania ſunt,in plenitudine verò prægnantia & plena.

A & plena. Pro prima dubitatione, Alb. Magnus lib. 4. de Animal. cap. 2. videns Ariſtot. ſententiam falſam eſſe, vt ipſum tueretur, permutauit literam Ariſtot. quaſi dicat Ariſtot. ſingulo menſe purgari mulieres plurimas, paucas vero tertio quoque menſe. Sed hæc Alberti ſententia duo contra ſe parit. Vnum, quòd contextus Ariſtot. contra omnes manu ſcriptos & antiquos peruertitur. Alterum eſt, quod licet concedamus Alberto, literam illam corrigendam eſſe, veruntamen Ariſtot. veritatem non dicit, eò quod non ſolùm plurimæ purgantur ſingulo mẽſe, ſed omnes, & nullam inuenietis quæ tertio quoquo menſe purgetur. Auguſt. Sueſſanus: in comment. ſuper lib. de Hiſtor. animal. videns & ipſe hanc difficultatem, dixit hoc fortaſsè verum fuiſſe in regionibus Ariſtotelis, vt ſcilicet paucæ purgentur ſingulo menſe: ſed nugæ ſunt, quoniam id quod naturale eſt, vbicunq; idem eſt. Sed à natura comparatum fuit, vt mulieres ſingulis menſibus purgentur, & ideò etiam in regionib. Ariſtotelis, & vbicũque locorum hoc perpetuum eſſe debet. Fuerunt aliqui, qui dixerunt & non ſine ratione, Ariſtotelis libros de Animalibus ex aliorum relatione conſcriptos eſſe, & ideò multos errores commiſiſſe, quòd deceptus fuerit à referentibus. Sed iniquum eſt ita tractare ſummum Phyloſophum, vt permiſerit ſe decipi in re apertiſſima. Ideò ſum ego huius ſententiæ, Ariſtot. ſententiam poſſe defendi, modò ne credamus Gazæ, qui hunc locum & alios multos deprauauit, omiſsione vnius vocis, vox autem eſt σωιχῶς quæ quid importet, animaduertite: Ariſtot. verba hoc ſonant, quod paucæ ſunt quæ ſingulis menſibus, σωιχῶς, id eſt, aceruatim purgentur: plurimæ ſunt, quæ aceruatim purgantur tertio menſe: quaſi dicat Ariſtot. purgari quidem omnes mulieres ſingu-

B lo menſe, ſed paucas purgari aceruatim. Adſtipulatur huic ſententiæ Plinius, qui lib. 7. cap. 15. verba Ariſtot. ferè transferens, dixit: omnes mulieres tricenis diebus purgari, ſed largius tertio quoque menſe; quaſi hæc ferè ſit Ariſt ſententia vt dixi. Ad ſecundam dubitationem, Auerroes in Comment. ſupra 2. de Generat. animal. cap. 4. exponens Ariſtot. ſentẽtiam, ait: magna luminaria tempore coniunctionis & oppoſitionis, diuerſa eſſe inter ſe, quia quo tempore coniunguntur, tempus frigidius eſt, eò quod hoc tempus aſsimilatur Hyemi, tempus verò quo opponuntur calidum eſſe, atque hoc tempus Æſtati aſſimilari, quaſi voluerit Auerroes totum hoc tribuendum eſſe frigiditati aeris. Sed neque hæc Auerrois reſponſio tollit dubium, eò quod addubitari poſsit, qua ratione his temporibus frigiditas dominetur: adhæc, poteſt eſſe frigidum cum ſicco, propterea dicendum iudico, quòd declarat Picus lib. 3. contra Aſtrologos cap. 6. qui ſcribit: Lunam minimè ex ſe frigidum aut calidum poſſe facere poſitiuè: ſed ſi frigidum faciat, id facere priuatiuè: eò quod aere nocturno exiſtente ex ſeſe ſemper frigido, vbi Luna lumine plena eſt, reſiſtit frigiditati nocturnæ: vbi verò lumine ſpoliatur, cùm non poſsit reſiſtere, dimittit aerem in ſuo frigore, atque dimittit corpora animalium omnibus aeris iniurijs. Quæ ſententia cõfirmata eſt à Galeno 3. de diebus decretorijs, cap. 2. Sed quid dicemus de humiditate, vt tueamur Ariſtot. & Galenum? hæc habenda eſt vobis in hac re reſolutio, quod in noſtro hoc orbe, & in omnibus corporibus, duplex eſt humiditas: alia quidem viuifica, & intrinſeca: alia verò extrinſeca, ab elementis huius mundi communita. Po-

C ſterior humiditas, ſcilicet excrementitia, augetur in corporibus decreſcente Luna. Ratio eſt, quia Luna ſpoliata lumine, non reſiſtit frigori externo. Proculdubio corpora animalium elementorum iniurijs expoſita, quoquo pacto humiditate excrementitia impræegnantur. Hinc fiunt pluuiæ Luna decreſcente, & alia plurima: ſic etiam dicimus fieri menſtrua, propterea quod corpora mulierum hoc tempore humiditate externa veluti intumeſcant, præſertim vteri vaſa, quò fit, vt ora ipſorum aperiantur, id eſt, naturę expellenti diligentiſsimè famulentur: atque hoc voluit intelligere Gal. loco citato, quando dicebat excrementa, ſeu menſtruas purgationes, ſecundum proprios circuitus conſeruari à luna, pro vt vel magis vel minus plena eſt lumine. Prior humiditas, id eſt intrinſeca & viuifica, augetur potius plenilunio quàm ſecus: & ratio eſt, quia tùm corpora animantium & plantarum vigorata, magis concoquunt, & conſequenter magis humiditas viuifica augetur: propter quod iure dictum eſt à Galeno, in plenilunio corpora augeri & pingueſcere, hac ſcil. humiditate. Accedit his & aliud, quod tempore plenilunij humiditates corporum hominum, alioqui congelatæ, eliqueſcunt: eliquatæ diffunduntur, diffuſæ maiorem copiam humiditatis apparere faciunt. Erat quintum caput à nobis propoſitum *de fine, ob quem mulieres & alia animalia habeant menſes.* Ariſtot. 2 de Gener. animal. 4 ſcribit: Menſtruas purgationes fieri in mulieribus, tùm propter neceſſitatem, tùm etiam propter vtilitatem, ſeu vt ipſe dicit, nobilitatis alicuius gratia. Fiũt propter neceſſitatem, eò quod cùm mulier ſit frigida, neceſſariò multa materia ſupereſt poſtremæ concoctioni,

D quare neceſſarium eſt, vt ſtato quodam tempore expurgetur. Propter vtilitatem autem fit purgatio menſium, quia ad propagationem humanæ ſpeciei conueniunt, & cauſæ efficientes & materiales. Cauſa efficiens in viro eſt: cauſa verò materialis ſubminiſtratur à muliere menſtruis iſtis purgationibus. Sed aduertite, hanc eſſe Ariſtot. ſententiam contra medicos, qui putant mulieres tantùm materiam præbere in generatione, de quo nunc non eſt nobis diſputandum. Galen. de ſect. venę contra Eraſiſtratum cap. 5. videtur voluiſſe, menſtruas purgationes tantùm fieri ex neceſsitate, eò quòd mulier frigida eſt otioſa, propter quæ omnia neceſſario multa excrementa in ipſis colliguntur. Sed idem Galen. in lib. de Semine, & 14 de Vſu partium ſcribit, non propter neceſsitatẽ ſolùm fieri menſtruas purgationes, verùm etiam propter duos fines nobiliſsimos, quorum alter eſt, vt fiat conceptus: alter, vt conceptus nutriatur tùm in vtero, tum extra vterum. In vtero quidem, quando fœtus ſanguine menſtruo nutritur: extra vterum, quãdo lacte, quia lac eſt ſanguis menſtruus dealbatus. An verò natura etiam vtatur ſanguine menſtruo ad nutriendum vterum: dico id quod probauit Auerr. 3. col. 3. item 29. Vterum videlicet nequaquã nutriri ſanguine menſtruo, & hæc ratio maxima eſt, quia nature ad nutriendas partes, ſemper vtitur eodem nutrimenti genere: quod ſi verũ eſt, ergo deberet vterus ſemper nutriri ſanguine menſtruo. Si ergo & hoc verum eſt, quod nutritur ſanguine menſtruo, quomodo nutrietur vterus poſt quinquageſimum annum, cùm deſierint menſes, & ante decimumquartũ, cùm nondum inceperunt: quomodo item nutrietur vterus animalium, quę carent menſtruis. Itaq; hoc conſtantiſsimum ſit apud vos, naturam non vti ſanguine

menſtruo ad nutriendum vterum,ſed ſolùm ad nutriendum fœtum. *Quantitas menſtruorum*,quod erat ſex A
tum caput,alia eſt diſcreta,alia continua. De diſcreta quantitate inuenio nonnihil diuerſitatis inter au-
thores. Hippocr.ſiue alius author in libro de Morbis muliebrib. ſcribit: purgationes menſtruorum in
mulieribus fieri duobus,vel tribus diebus. Aetius loco citato, ſcribit has purgationes fieri quatuor die-
bus. Paulus Aegineta libro 3. ſcribit, multis mulieribus fieri has purgationes duobus vel tribus die-
bus, plurimis fieri quinque, nonnullis quoque ſeptem diebus. Auerroes 3. Collectionum loco citato
ſcribit,minimum purgationis tempus eſſe vnius diei: ſummum ſeptem. In hac controuerſia, illud cu-
pio vobis conſtitutum eſſe, non poſſe certam quantitatem dierum definiri, eò quod mira varietas ineſ-
ſe poteſt,propter laxitatem & ſtructuram vaſorum,propter ætatem regionem & alia,quæ conſueuerunt
ſtatum noſtrum euariare. Præterea etiam vobis hoc notandum quod colligitur ex Ariſtotele 7. de Hi-
ſtoria animalium 2. ſcilicet purgationes vel conſiderari in ſanis mulieribus,& ſecundum facilitatem: vel
conſiderari indifferenter. Si primo modo conſideremus, mulier ſana & ea quæ facilè purgatur, nun-
quam purgatur minùs ſecundo die, neque plùs tertio. Et hoc eſt quod ſcribit Ariſtoteles, ſi purgatio
hos terminos tranſeat, difficilè fieri & cum labore: hoc idem innuit auctor libro 1. de morbis Muliebri-
bus dicens non fieri purgationes, niſi duobus aut tribus diebus, quòd ſi aliter fiat, vel mulier morboſa
eſt, vel ſterilis fit. Quòd ſi ſecundo modo conſideremus vt dixi, non poteſt certa quantitas aſsignari,
quia virgines alio modo, alio adultæ, alio modo carnoſæ, & alio non carnoſæ purgantur, ita vt appareat
mira varietas. De quantitate continua ſcribit idem autor, quantitatem moderatam debere eſſe duarum B
Cotylarum Atticarum. Hoc idem confirmauit Aetius libro 16. capite 4. Eſt verò menſura cotylæ no-
uem vel decem vnciarũ,paulo plus minusve. ita vt quantitas menſtrui debeat eſſe viginti vnciarum. Sed
ſum huius ſententiæ,quod non poſsit hæc certa quantitas cõſtitui: quia virgines à principio minus pur-
gantur,adultæ copiosè,ſeneſcentes minus, macilentæ plus, pingues minus, quia in pinguedinem abſu-
muntur hæc excremẽta: ſic quoq; ſanguineæ magis quàm bilioſæ,pituitoſæ magis,quam melancholicę,
debiles plus quàm robuſtæ. Regio quoque & victus ratio,exercitationes vitæ & alia,poſſunt mirâ varie-
tatem parere: & hæc eſt quantitas mẽſtruorum. Sunt quædam aliæ purgationes muliebres,quæ dicun-
tur λοχῆα, Latini appellant Puerperium,& ſunt iſtæ purgationes,quas omnes mulieres patiuntur,quãdo
pepererunt,vel quando aborſum fecerunt,quarum purgationum quantitas diuerſa eſt à quantitate prę-
dictarum. Nam vt habetur in lib 1. de morbis Muliebr. à principio: exeunt hæ purgationes ad menſuram
heminæ j. & s. plus minúsve,& hoc ſi ſana ſit,quæ quantitas deinde in dies minuitur,vſque quò perfectę
iſtæ purgationes deſierint. Si fœmellam mulier pepererit,durat huiuſmodi purgatio ad ſummũ 42. dies,
ad minus verò,triginta. Si verò marem pepererit,ad ſummũ durat triginta dies, ad minus verò viginti.
Quanquã & in hac re non nihil eſt diuerſitatis,quia quæ abortiunt,prout fœtus aborſus eſt vel grandiuſ-
culus, vel minor, ita & magis & minus durat huiuſmodi purgatio. Eſt verò *Qualitas harum purgationum*,
quod erat poſtremũ caput,in tribus collocata. In craſsitie & tenuitate,in colore & odore, poſſumus ad-
dere & modum exitus. Quod ad primam conditionem ſpectat,debent mẽſtrua neque eſſe ſubtilia,neq; C
tenuia,neq; admodum craſſa & viſcida ſed mediocria,quanquã videbitis ſemper virginibus menſes exi-
re ſubtiliores,vetulis & adultis craſsiores,vt & melãcholicis: bilioſis contra tenuiores. Odor nullus cer
tè eſſe debet,quia ſanguis dum optimè conſtitutus eſt,expers eſt omnis odoris. Vbi adeſt odor,ſignum
eſt adeſſe alterationem & corruptionem. Color, vt habetis apud Ariſtot. 7. de Hiſtoria animal. 2. & Aui-
cen. libro 9. de Animal. debet eſſe, qualis eſt ſanguinis exeuntis è venis animantis recenter mactati, id
eſt,vt ſit floridus & viuus. At hic quoque alia diſcrimina intercedunt, quia videbitis mulieres bilioſas
habere menſes flauiores,pituitoſas albicantes: melancholicas ſubnigros: qui omnes colores deprehen-
duntur,vt docet Rhaſis ex ſententia Galeni, ex pannis. Modus autem exitus bonus eſt,ſi ſine vllo ſym-
ptomate exeant. Videbitis interdum mulieres dum purgantur,mirificè torqueri,alijs dorſi dolor adeſt,
alijs dolor capitis, alijs debilitas viſus, & alia multa accidunt ſymptomata. Ex ijs quæ hactenus de natu-
ra menſtruorum diximus,colligere licet,*menſtrua ea eſſe naturalia*,quæ vt ſcribit Hippocrates 2. Prorrhet.
ſingulis menſibus fluunt in moderata copia, quæ colorem naturalem habent, ſine ſymptomate, ſine e-
tiam dolore,quæ neque pluribus,neq; paucioribus fluunt diebus quàm par ſit *Quòd ſi* aliqua ex his con-
ditionibus deſit, proculdubio vitioſas illas eſſe purgationes cenſendum eſt. Itaque ſi vel fiant nun-
quam, vel raro aut vnica ſolummodo die, & pauca quantitate, dicuntur menſtrua deficientia à Medi-
cis. Rurſus ſi fiant bis in menſe pluribus diebus, exempli gratia, octo vel nouem diebus, ſi in multa co- D
pia dicuntur menſes exuberantes. At ſi ſanguis non eſt qualis eſſe deberet, ſi alieno colore, ſi odore in-
fectus, ſi cum dolore, dicuntur ſimpliciter menſes vitiati. Iam verò menſes deficientes, quia primo de
his agere debemus, ſymptomata ſunt in genere excrementorum retentorum,quę ſymptomata referun-
tur ad morbos proprios,ſcilicet aut ad prauas intemperies,aut ad morbos ex mala conformatione. Lo-
cus affectus nullus alius eſt quàm vterus.

C A V S AE.

Porro cauſæ quæ hoc malum pariunt,aut ſunt externę primitiuæ,aut internæ. Inter *externas* primum locum obtinet aer ſiccus,ſiue calidus ſit,ſiue frigidus. Similiter etiã nimius corporis motus,de quo loquens Rufus apud Aetium,dicebat ſaltatrices mulieres & cantatrices non purgari. Vigiliæ quoq; immodicæ, ſolent menſes ſupprimere, de quibus loquens Albert. Magn. lib. 9. de Animalibus,ſcripſit ſe vidiſſe multas virgines,quæ cum macerarent corpus vigilijs, nunquam purgabantur. Vehemẽtes animi motus inter has cauſas referẽdi,præſertim mœror & timor. Videbitis ſæpè viduis & alijs mulieribus ob tot cõtinuos mœrores,deficere has ſuas purgationes,vt ego vidi atq; curaui,cui ex ipſo timore ſuppreſſi erant menſes. Adhæc cibi & potus magnoperè conferunt ad retinendos menſes,præſertim cibi & potus

A exſiccantes,& adſtringentes,& refrigerantes,vt aquæ potus,quem dicebat Auicen.ſępè menſes tollere. Paucitas cibi & potus inter has cauſas quoq; referuntur ab Aetio. *Internæ cauſæ* vel ſunt propriæ & eſſentiales,vel ſunt per communionem.Internas cauſas,magnus Auenzoar videtur reduxiſſe lib.2.tract.1.c.5. ad duo ſolùm genera,ſcilicet ad viſciditatē & craſsitiem humorum,nec non ad facultatis expultricis imbecillitatem,quod etiam interdum factitauit Galenus,vt etiam teſtatur Rabi Moyſes lib.10.Aphoriſ.Sed præter has cauſas,à Galeno & Auicen.aliæ multæ in medium ſunt propoſitę:à Galen.5.Aphoriſm.28.& 6.de locis affect.5.Vt autem habeatis has omnes cauſas ſub certis generib.diſtinctas,dicendum eſt:cauſas internas alias eſſe naturales,& has omnes pertinere vel ad inſtrumentū,ſcilicet vterum,vel pertinere ad facultatem expultricem,vel materiam ipſam. Quæ pertinent ad inſtrumentum,primò ſunt intemperies,præſertim tres,calida videlicet,frigida atq; ſicca. Sed dicetis,quí fieri poteſt,vt à cauſa calida ſupprimantur menſes,quia ſatis compertum eſt,calidi proprium eſſe aperire,& rarefacere.Auicen.tres proponit cauſas,propter quas intemperies calida ſupprimit mēſes: prima,eſt communiſſima, quia ſcilicet vbicunq; partis alicuius temperatura vitiatur, conſequenter vitiantur etiam partis illius actiones, quod ſæpiſsimè teſtatur Galenus,præſertim in libro de inæquali intemperie.Iam verò vbi adeſt calida intemperies vteri,vitiatur eius temperies,& conſequenter vitiatur eius actio. Altera cauſa eſt,quia vbi vterus la-

B borat calida intemperie,humores ſubtiles & acres qui aperiunt, diſsipantur & exſiccantur : vnde remanent terreſtres duntaxat,& conſequenter retinentur iſtæ purgationes. Tertia cauſa eſt,quia calidus vterus,tametſi ratione caliditatis attrahat,veruntamen plus eſt id, quod cōſumit ſanguinis menſtrui, quàm quod attrahit. Cur intemperies frigida retentionem menſtruorum faciat,aperta eſt ratio,quia ſcitis proprium frigiditatis eſſe condenſare & adſtringere. Præterea perſpicuum eſt cur hoc faciat, vtpote à qua venæ conniuent atq; ſimul concidunt,vt non pateat excurſus ſanguini fluenti: atq; hæ ſunt intemperies ſimplices:intemperies verò coniunctę ſunt,quando his intemperiebus coniunguntur humores frigidi, viſcidi & craſsi. Neq; eſt credendum nonnullis,qui putant, quoſlibet humores aſſociatos intemperiei, poſſe facere hanc retentionem,quia vbi ſunt humores ſubtiles & tenues, nequaquam retentionem menſium poſſunt efficere. Cauſæ ex mala formatione omnes videntur ab Auicenna reduci ad anguſtiam & ſtricturam vaſorum,quæ anguſtia interdum naturalis eſt,vt docet Galen 3.de ſympt.cauſ 4 quod experientia comprobatur in illis mulieribus, quæ Ilia & anchas vocatas, ſtrictas habent,& pectus latum, de quibus dicit Aetius & Auicenna,neceſſario habere vaſa Iliorum & vteri anguſta.Poteſt eſſe hęc anguſtia non naturalis,atque tunc ſequitur vel prædictas intemperies,vel alias ægritudines. Quæ ſint autem illę indiſpoſitiones, quas conſequuntur anguſtiæ vaſorum , ſatis copioſè docuit Auicenna quas omnes ſub ſeptem generibus comprehendere poſſumus.Primum genus eſt multitudo pinguedinis,propter quam vaſa ita compinguntur & coarctātur,vt nequeat ſanguis exire. Secundum eſt apoſtema & tumor,à qui-

C bus compreſſa vaſa coanguſtantur.Tertium eſt clauſura vaſorum,facta ab ipſa carne vel aliqua membrana,vt cùm membrana quædam oritur in vtero, quæ prohibet ſanguinis menſtrui purgationes,de qua loquitur Hippocr.& Paulus,& nos loquemur ſuo loco. Quartum eſt cicatrix:etenim vlcera matricis ſæpè conſequuntur cicatrices, ob quas ita corrugantur interni vteri parietes, vt facilè omnia vaſa ipſius coarctentur.Quintum eſt tortuoſitas colli vteri,quę affectio naſcitur,vel quando nimis deſcendit vterus,vel aſcendit,vel ad latera conuertitur. De quo affectu loquēs Galen.5.aphor.28.ſcribit,ſupprimi menſes ob peruerſionem vteri.Sextum eſt condenſatio ſubſtantiæ totius vteri,quæ vt idem teſtatur 3.de ſympt.cauſis:modo naturalis eſt,modo præter naturam. Sed dicetis,quid poteſt efficere huiuſmodi denſitas? Dico quod ſi ſit naturalis,neceſſariò adiunctam habet vaſorum anguſtiam:ſi ſit præter naturam,non ſolum vaſa ſunt anguſta,imò verò quod notat Auicen.fit breue vteri collum.Septimum genus eſt aborſus,poſt quem venæ illæ quæ colligabantur ſecundinæ,ita coaleſcunt,vt poſtea reſerari amplius non poſsint. Dicebat Paulus lib.3.cap.59.ferè ſemper poſt aborſum ſequi menſtruorum retentionem, quæ ſententia niſi ſano modo intelligetur,falſiſſima eſt,quia videbitis mulieres abortientes etiam exactiſsimè purgari. Eſt autem Pauli ſententia intelligenda,vbi frequentes fiant abortus,tùm ſolere conſequi menſtruorū retentiones,ea ratione quam vobis antea explicui.Cauſę menſtruorum retentionis pertinentes ad ipſam materiam,vel ſunt ob qualitatem materiæ,vel ob eius qualitatem,vel ob vtrunque:ob quantitatem,vt ſi ſanguis paucus ſit, neceſſariò ſunt diminutæ purgationes. Fit verò paucus ſanguis multis de cauſis, vel ob

D paucitatem ciborum , vel quia alio auertitur ſanguis, vt in euacuatione ſanguinis per nares ex hæmorrhoidibus. An autem ſanguis multus poteſt efficere retentionem? Dico ex ſe non poſſe multitudinem efficere retentionem : ratio eſt, quia vt noſtis, vbi multus ſanguis eſt in venis, ſponte ſolent ipſarum ora hiare, & ideo ſanguis exire:ſed fit bene,vbi ſanguis multus eſt,vt poſsit craſſeſcere & ſic retineri. Verum retentio non eſt adſcribenda copiæ ſed craſsitiei. Cauſæ per communicationem, vel ſunt per communicationem à toto,vel ab aliqua parte. A toto,vt cum totum corpus conſtipatum eſt,aut obſtructum,vnde fit,vt à toto corpore non mittatur ſanguis ad vterū. A parte, quando iecur obſtructum eſt valde, quo in caſu ſanguis ad vterum non poteſt fluere, vel quando inteſtina & panniculus adeò ſunt pinguia , vt comprimant vterum & vaſa coarctent.

SIGNA.

Signa menſtruorum retentionis vt plurimum habentur ex relatione ægrotantis, propterea ſemper diligentes eſſe debetis,vt primum quod petitis ab ægra ſit,an mēſtrua ſint retenta,nec ne. Dicit Hippocr.1. de morbis Muliebribus, muliebres morbos ideò difficiles eſſe curatu,quia ſæpè latent medicum veræ morborum cauſæ,eò quod mulieres verecundentur vitia ſua confiteri.Sed pręter relationem ægræ,aut miniſtrę,ſunt alia ſigna tradita ab Hippocr.& Galen.Hippocr.5.Aphor.39.ſcribit:ſi mulier neque peperit & lac habeat in mammillis,ſignum eſt menſtrua defeciſſe. Galen.6.de locis affectis 5. multa

alia adijcit ſigna, quorum hæc ſunt præcipua. Corporis totius grauitas, faſtidium ciborum, horrores in- A æquales lumborum, colli & capitis dolores, febres graues atque ardentes. Vrinæ nigricantes, tumores, præſertim vbi durat diutius retentio. Addit Aetius febres continuo comitari ſuppreſſos menſes. Sed falſiſsima eſt hæc ſententia, & puto errorem eſſe in Aetio, quia multum abeſt, vt ſemper retentos menſes comitetur febris, imò videbitis plurimas laborare retētione & non febre. *Signa autem particularia* ſunt, quod ſi retineantur menſes propter communicationem alterius partis, intelligetis per ſigna quæ declarāt partem illam affectam, & præſertim ſi nulla alia ſigna adſint, proprium affectum oſtendentia. Quæ verò ſunt retenta per eſſentiam, ſi à cauſa frigida, ſomni adſunt longi & profundi, torpor totius corporis, pulſus valde rarus, color albus, ſudor frigidus, vrina copioſa, egeſtiones pituitoſæ. Dicit vnum Auicen. notatu dignum, in hoc caſu venas vigorem quendam contrahere, quę res tametſi non ita frequens ſit, tamen poteſt euenire, non quòd ſanguis in venis retentus putreſcat, alioqui mulieres iſtæ peſte maxima laborarent, ſi ob putredinem viriditas naſceretur, ſed quia ſanguis alteratur tunc quadam alteratione ſibi propria, eo pacto, quo videmus aquas quæ non percutiuntur à Sole, propter frigiditatem & torporem vireſcere, nec tamen inſignem putredinem contrahere. Si verò menſes ob cauſam calidam ſupprimantur, hæc erunt vobis ſigna, vteri videlicet quædam inflammatio, quidam feruor, ſiccitas vteri, color corporis rubeus, pulſus velox, vrina feruida. Quod ſi fiat ſuppreſsio à ſiccitate, cognoſcetis ex totius corporis ariditate, ex ijs quæ præceſſerunt, ſcilicet immodicis exercitijs, vigilijs, euacuationibus, & alijs quæ ſolent corpora noſtra exſiccare. Addit Rhaſis, coloris quoque citrinitatem adeſſe. Vbi fiet ſuppreſsio à craſsi- B tie ſanguinis, erunt talia ſigna: inflammatio & magnitudo venarum, præſertim in partibus inferioribus, coloris nigredo, palpebrarum & oculorum color obſcurus, vrina craſſa, rubea & interdum ſubnigra. Quod ſi fiat ex clauſura oris vteri ab oppilatione, vel alio modo inſtrumentali, per propria indicia horum morborum cognoſcetis.

PROGNOSTICA.

Signa prognoſtica hæc ſunt: quod ſicut fluentibus menſibus naturaliter, mulieres ſanæ degunt, & vt dicit Auicenna caſtæ ſunt, & pauco coitus deſiderio tentantur: ſic ſi non fluant, fiunt morbi dicebat Hippocr. 5. Aphoriſmo 57. quam ſententiam confirmat Ariſtoteles 2. de Generatione animalium 4. vbi dicebat, ſi menſes vel non fluant, vel immodicè fluant, morbi varij exoriuntur, corpus mulieris emaciatur atque etiam ſterileſcit: addatis etiam, interdum ex retentis menſibus mulieres habitum virilem contrahere & deformari, ita vt pili varij & barba oriatur, quod teſtatum habemus non modo ab Auicenna, ſed etiam ab Hippocrate 6. Epidemic. circa finem, vbi exemplum affert Phaetuſæ & Namyſiæ, quæ ob retentos menſes barbam acquiſierunt. Qui verò ſint morbi illi qui ſolent oriri ob retentionem menſium, docet Hippocr. 1. de morbis Muliebrib. & alibi, & in coacis prænotionibus. Nec non Galen. 6. de locis affectis 5. & libro de Venæ ſectione Eraſiſtat. ſcilicet Morbus comitialis, paralyſis, tabes, fluxus alui hæmorrhoides, præfocationes vteri, vrinæ difficultates, hydrops, melancholia, febres C ardentes, apoſtemata varia: & præſertim hæc fiunt quando retentio diu permanet, ita vt breuiter dicam, pauci ſunt omnino morbi, qui ob menſtruorum retentiones mulieres non infeſtent. Scriptum eſt primo de morbis Muliebrib. ſi menſes ſupprimantur ſex menſibus, malum incurabile euadere, quæ ſententia, à nonnullis malè accepta eſt, & idcirco hoc modo intelligenda, quòd ſcilicet vbi menſes ſupprimantur ob colli vteri peruerſionem, tum mala vehementia ſuboriuntur, ita vt ſi perdurarit ſpatio ſex menſium, omnino iugulatur mulier, atque ita malum ſit incurabile. Quod autem ita intelligendus ille autor ſit, ſatis demonſtrant eius verba, præterquam quod habetis exemplum vxoris Gorgiæ 5. Epidemic. 4. quæ cum per quatuor annos ſuppreſſos habuiſſet menſes, tandem peperit, & poſt multos labores tandem curata fuit.

CVRATIO.

Cvm igitur ſuppreſsio tot mala adferat, ſumma cura adhibenda, vt mulieres ab hoc morbo curentur. Pro qua curatione communiſsimus ſcopus eſt, vt ſanguis reddatur fluxilis, & curſus eius reuocetur, ſed quia id obtineri non poteſt, niſi prius cauſæ omnino tollantur: propterea ſtudendum eſt vt cauſæ auferantur. Et quia multæ (vt audiuiſtis) ſunt ſuppreſſionis cauſæ, multa quoque ſint curationis genera neceſſe eſt. *Si ab externis cauſis efficitur*, id eſt, ab aere, à motibus corporis vel animi, vel à ci- D bo & potu, quia aut pariant malum, aut foueant, ante cætera ſtudendum eſt has cauſas amputare. Sic etiam ſi malum fiat non per eſſentiam, ſed per communicationem totius corporis, aut alicuius partis, erit ſedulo incumbendum, vt totum corpus curetur, aut curetur ea pars, quæ communicat morbum, poſt quod, vt docet Paulus & rectè, erit prouidendum vtero. Similiter ſi retentio orta ſit ob aliquas cauſas naturales, ſcilicet ob membranam occludentem & ſimiles. Curatio in hoc poſita eſt, vt id quod impedit, ea ratione qua fieri poteſt amputetur. Vbi autem fiat à cicatrice malum, eſt res ſine vlla ſpe de Auicennæ ſententia. Sed dicet aliquis veſtrum, vbi nulla arte poteſt reuocari menſium fluxus, quid agendum, nam ſi mulieres ita dimittentur, fieri non poteſt vt ſanæ fiant & vitam perferant. Dico, in his deſperatis caſibus omnia eſſe tentanda, vt ex ratione reuocentur, etiamſi naturalia ſint vitia: dicit Galenus tertio, de Symptomatum cauſis quarto, etiam naturalia impedimenta poſſe corrigi. Quod ſi remedijs malum non cedat, conuertendum eſt ſtudium ad euacuandum ſanguinem per alias vias. Et in his caſibus conſueui ſæpè mulieribus venas ſaphenæ incidere, aut etiam venas cubiti: ſed melius eſt incidere venas inferiores, quia vt habet Oribaſius 7. Collectionum feliciſsimè ſemper purgantur mulieres per illas venas, per quas conſueuit natura eas purgare. Loco miſsionis ſanguinis, ſunt vehementes corporis exercitationes, frictiones, purgationes corporis frequentes, quæ omnia poſſunt ſanguinis exuperantiam tollere ſine detrimento. In alijs menſium retentionibus, tria illa medica inſtrumenta in vſum veniunt.

A Et primo quòd ad *Diætam* attinet, Aer conuenit temperatus, vel qui contrarias habet cauſæ morbificæ conditiones: vt in cauſa calida & ſicca, aer frigidus & humidus, motus omnes corporis niſi nimij, maximè conueniunt, motus vehementes animi ſunt reijciendi. Balnea aquarum dulcium, ſomnus moderatus conueniunt in potu, niſi quid obſtiterit, conuenit vinum album tenue, non admodum vetuſtum, vbi Febris prohibeat, conuenit aqua decocta cum Aromatibus, præſertim Cinamomo & Coriandro. Scitis ex Hipp. aromata Menſes prouocare. Cibus, dicit Gal. in lib. de Curandi ratione per Venæ ſectionem 18. debet eſſe attenuans, vt panis optimè fermentatus ex bona farina, Cymino, vel Aniſo conditus: iure commendantur ab Alzaratio Medico, carnes paruarum auicularum, vel quadrupedum lactantium, piſces omnes ſi ſint modicè saliti & petrei. Inter herbas conueniunt quæ vim aperiendi habent, vt Petroſelinum, Pulegium, Satureia, Serpillum, Nepeta, Aſparagi. Allia quoque & porri in aſſuetis. Inter fructus, Caricæ, Piſtacia, Brodium Cicerum rubrorum, magnoperè commendantur. Circa *Chirurgiam* videtur eſſe communis omnium Medicorum ſententia, ſectionem venæ eſſe omnium remediorum maximum ad prouocandos Menſes: Et quia hoc genus remedij maximam optat diligentiam, quinque vos docebo: vnum eſt, quibus videl. conueniat venæ ſectio: ſecundum, à quo loco conueniat fieri: tertium, quantum ſanguinis mittendum: quartum, quo tempore ſit mittendus: quintum & vltimum, quomodo ſit mittendus. His omnibus à vobis intellectis, nihil amplius deſiderabitis circa hanc materiam. Circa primum, eſt ſententia Pauli, quam etiam Galenus videtur habuiſſe lib. de Curat. per
B ſanguinis miſsionem, ſcilicet, *omnibus indifferenter conuenire ſanguinis miſsionem ad prouocandos Menſes.* Sed dicetis, ſi hoc verum eſt, cur ergo Aetius lib. 16. vbi longam curationem huius affectus inſtituit, ſolùm facit mentionem Phlebotomiæ, vbi cum plenitudine ſuppreſsi ſunt menſes? Vt tuear Aetium dicere ſoleo, in alijs omnibus ſuppreſsionibus propoſuiſſe hoc remedium, tanquam potiſsimum: nominaſſe autem in plenitudine, quia maximè opus eſt ſectione, vnde vt admoneat nos, voluit huius meminiſſe. Sum ego etiam huius ſententiæ, niſi quid impediat, in omnibus ſuppreſsionibus Menſium conuenire Venæ ſectionem, etiam in cauſa frigida, ad quod impellor, quia ſcopus in hac curatione eſt, vt ſanguis fiat fluxilis, & in motu ponatur: quare ſi ſanguis mittatur in quocunque caſu, hoc ſemper obtinetur, quia natura, vt repleat locum inanitum, vndecunque mouet ſanguinem, atque ſic ſanguis qui torpeſcebat, in motu ponitur & fluxilis fit. *Locus miſsionis ſanguinis* apud omnes, eſt infra Vterum, ſiue ſit ex Poplite, ſiue ſit ex Talo, ſanguis mittendus. Sed circa hanc rem, eſt difficultas non leuis: ratio dubij eſt, quia videtur manifeſta contradictio inter Aetium (ex Ruffo) & Galenum. Aetius lib. 16. cap. 51. fuit huius ſententiæ vt ſanguis mittendus ſit & à Cubito & à Talo. Galenus lib. de Curatione per venæ ſectionem cap. 11 & 18. explicatiſsimis verbis dixit; ſectam venam in Cubito, hoc habere mali, vt ſupprimat Menſes Mulierum: neque vnquam apparet Galenum in hoc caſu meminiſſe alterius venæ ſectionis, quam loci inferioris Vtero. Altimarus, vt conciliaret hos duos ſcriptores, dixit Aetium
C duo ibi dicere. Vnum, quod mittendus eſt ſanguis à Cubito, in magna plenitudine. Alterum, quod poſt ſectionem in Cubito, ſecanda ſit vena Tali: Galenum autem non reſpexiſſe ad plenitudinem magnam; neque etiam ſuppoſuiſſe poſt ſectionem in Cubito, ſectionem in Talo, & ideò iure improbatam fuiſſe ſectionem in Cubito. Hanc ſententiam ſunt multi qui ſequuntur, & qui quotidie id inculcant: ſed ſum ego alterius ſententiæ, ſcilicet in nullo caſu unquam licere ſecare venam in Cubito, ad prouocandos Menſes. Neque me mouet autoritas Ruffi, quia magis æſtimanda eſt autoritas Galeni & aliorum, qui nunquam vſi ſunt hac ſectione. Et ne videar gratis damnare hanc ſententiam, dico, quòd etiamſi ſumma adſit plenitudo, tamen nocet venæ ſectio in Cubito, quia ſectio huiuſmodi dicit Galenus, reprimit inclinationem & impetum naturę ad inferiores partes: ſi retrahit, & ſcopus ſit naturam iuuare, conſequenter ſemper noxia eſt hæc venæ ſectio. Neque valet, quòd ſtatim fiat ſectio venæ Tali, quia eſt iſtud perinde ac ſi dicamus, habenas trahere, ac deinde calcaribus ſtimulare, quia nemini dubium eſt, & ſi concedamus venam ſectam in Talo, hoc tempore auxiliari, tamen minus auxiliabitur, ſecta prius vena in Cubito. Quod verò ſemper ſola ſectio inferiorum partium cõueniat, ſunt duæ potiſsimum rationes: vna eſt, quia cum ſcopus ſit præcipuus trahere ad Vterum, ſola hæc ſectio trahit ad Vterum. Altera ratio eſt, quia etiamſi diminuenda ſit plenitudo, hæc ſectio diminuit plenitudinem, ita vt vno & eodem tempore diminuamus plenitudinem, atq; etiam attrahamus & prouocemus Menſes, quæ omnia, cùm cõſideraret
D Galenus & alij, ſolùm hanc ſectionem cõmendant. Quòd aũt hæc ſectio minuat plenitudinem, habetis teſtimonium Gal. 4 de Tuen. valet. 4. vbi ſcribit: Scarificationem crurum, ſoluere plenitudinem: Et lib. de curatione per venæ ſectionem ſcribit, ſectam venam Saphænam, ſoluere plenitudinem, natam ex retentione Menſiũ. Hanc eandem ſentẽtiam habuit Apollonius apud Oribaſium, lib. 7. collect. vbi ſcribit: Scarificationem crurum ſoluere plenitudinem. Item ſcribit Auicenna lib. 1. Fen. 4. doct. 5. cap. 25. ſectionem ſiue ſcarificationem Crurum, eſſe propinquam imminutioni. Si ergo per ſcarificationem Crurum, diminuitur plenitudo, cur ergo etiam non poteſt minui plenitudo per ſectionem Tali? ita vt ſimul habeatur Curatio plenitudinis & prouocatio Menſiũ. Sed dicet aliquis Galen. 10. de Medic. local. 2. ſermonem habens de Iſchiade, cõmendat vt primò mittatur ſanguis à Cubito, deinde à partibus inferioribus. Ergo videtur idem Galenus concedere à ſimili, quia Vterus parum diſtat ab Iſchia: ergo poteſt etiam in noſtro caſu id fieri? Dico, valde diſsimilem eſſe rationem: probo, quia in Iſchiade adhibetur ſectio inferioribus partibus, vt deriuetur ſolùm materia: in ea parte non impedit deriuationem ſectio Cubiti. Verùm in Menſtruis prouocandis quid quærimus? potius vt attrahatur ſanguis, vt aperiantur Venę: Sed attractionem & apertionem, maximè impedit ſectio Cubiti, ita vt diſsimilis ſit ratio. Itaque hæc eſt ſententia, quam debetis habere inconcuſſam, etiam in plenitudine ſumma eſſe mittendum ſanguinem à partibus inferioribus. *Copia ſanguinis quæ ad menſes prouocandos mitti debet*, à Paulo ita definita fuit, vt neque plus duabus libris cum dimidia mittatur, neq; minus vna libra. Sed hæc eſt veritas, non poſſe hac in re

ſanguinis menſuram definiri, eò quod aliæ ſunt quæ maiorem poſtulant euacuationem, aliæ quæ mino- A
rem. Habetis exemplum apud Galenum 6. Epid. com. 5. tex. 29. vbi memorat, ſe mulieri emaciatæ extra-
xiſſe tribus vicibus tres ſanguinis libras; atq; huius auxilij beneficio, eam liberaſſe à diuturna menſium
ſuppreſsione. Hoc inter omnes conſtat melius eſſe, vt quæ ſanguinis copia debeat mitti, non vna vice,
ſed pluribus mittatur, duabus rationibus: vna eſt, quia hoc modo minus detrimenti adfertur viribus. Al-
tera eſt, quia hoc pacto ſanguis redditur fluxibilior, quia cum ſanguis fiat fluxilis, vbi ponitur in motum,
proculdubiò quantò plures machinantur motiones ſanguinis, tantò magis fluxilem reddimus. Circa
tempus mittendi ſanguinem in ſuppreſsione menſium, inuenio magnam cõtradictionem inter Galenum &
Paulum, quam non vidi hactenus ab aliquo tractatam. Galenus libro de Curatione per venæ ſectionem
cap. 18. ſcribit, tempus idoneum mittendi ſanguinis in hac affectione eſſe, tribus vel quatuor diebus ante
conſuetum purgationis tempus: & ratio qua impulſus fuit Galenus, eſt quia tunc temporis magis fluxi-
lis redditur ſanguis, & promouetur hoc remedio impetus naturæ. Paulus lib 3. cap. 61. ſcribit, nullo mo-
do mittendum eſſe ſanguinem ante tempus naturæ conſuetum, ſed mittendum eſſe decem diebus poſt
purgationes præteritas. In hac contradictione, quæ vt dixi illuſtris eſt, duobus modis reſponderi poteſt:
vno modo, Paulum reſpexiſſe ad ſectionem venæ cubiti, aut indifferẽter. Galenum verò ad venæ ſectio-
nem partium inferiorum: etenim ſi ſanguis vnquam mittendus eſt à cubito, præſtat mittere quo tempo-
re natura non vult mouere, quàm quo tempore inceperit mouere, quia ſic minus imminet periculi, ne
impetus naturæ aut impediatur, aut tardetur. Alio modo reſponderi poteſt, quod ſectio venæ partium B
inferiorum duo pręſtat, vnum per ſe, alterum autem per accidens. Per ſe ſectio venæ inferiorum partium
deriuat ab vtero, & hoc teſtatur luculenter Galen. 2. ad Glauc. 2. & 13. Method. meden. cap. de inflamma-
tione Vteri: quod aũt huiuſmodi ſectio facit per accidens, eſt quod attrahit ad vterum, propterea quòd
cùm deriuet & euacuet ab vtero, natura vt repleat loca inanita, à corpore toto, mittit ſanguinem ab vte-
rum, atq; ita fit attractio. Accedit etiam, quòd cùm tollat obſtructionem relaxatis vaſis, ſanguis facilius
ad ipſa defluit. Quando ergò Galenus docet mittendum eſſe ſanguinem, quatuor aut quinq; diebus, an-
te tempus conſuetum & debitum purgationis, reſpexit potius ad deriuationẽ quàm ad attractionem, eò
quòd tum conſentaneũ eſt, deriuandum eſſe cùm iam materia fluxa eſt, vt paulò ante debitum tempus.
Attrahendi verò tempus eſt, nõ quando naturæ conſuetum eſt tempus, ſed ante hæc tempora. Quocirca
Paulus reſpiciens hanc attractionẽ, voluit mittendum eſſe ſanguinẽ decem diebus poſt purgationis tem-
pus. Poſſumus alio modo & forſan melius reſpondere, Galenum locutum eſſe in ſuppreſsione menſiũ,
at Paulum in defectu: nam diminutè fluentibus præſtat euacuare poſt euacuationẽ naturæ, quam ante:
ſicut vbi natura imperfectè criſim facit, Medicus purgat, relicta à natura. *Modus mittendi ſanguinis* quod e-
rat poſtremum caput, duplex eſt: vel per ſectam venam, vel per ſcarificationẽ crurum, & propterea Ga-
len. lib. de Curat. per Venę ſect. cap. 18 (quod etiã confirmatũ eſt ab Auicen.) ſcripſit: Mulieres quæ ſunt
albidæ, quæ congregãt tenuem ſanguinem, quæ ſunt carnoſæ & pingues, fœliciùs & vtiliùs euacuari per C
crurum ſcarificationẽ; quæ verò ſunt nigricantes & habent ſanguinẽ craſſum & ſunt emaciatæ, faciliùs &
fæliciùs purgantur per venæ ſectionem, quàm per ſcarificationẽ; ratio eſt, quia ſicuti illæ minus ſangui-
ne abundant quam iſtæ, ita pauciore habent opus eius extractione. Modus ſecandi Venã à partibus in-
ferioribus, diuerſus hodie ab eo eſt quẽ veteres in vſu habuere. Hodie namq; vt noſtis, fricatis cruribus
ponunt pedem in aquam, ſupra talum ligant, atq; deinde venã ſecant, & iterum pedem in aquam immit-
tunt. Oribaſius ex ſententia Antilli Medici 7. Collect. cap. 9. docet alium modum, & eſt, quod ſi fieri po-
teſt pręſtat ſemper ſanguinem mittere in balneo: & ratio eſt, quia venę inferiores ſunt admodum tenues
& obſcuræ, in balneo tumeſcunt & fiunt clariores: quod ſi id in balneo non conceditur, primò fricanda
ſunt crura, deinde madefacienda cum ſpongia aquæ callidę, ligandum eſt crus ſupra genu, quo ligato in-
ambulandum eſt, inquit Oribaſius, & quando incidenda eſt vena, ſuper altero crure manendum eſt ere-
ctum, ita vt altero pede terra tangatur. Pes verò à quo mittendus eſt ſanguis, in ſcamno, vel alio loco al-
tiori maneat. Hic modus veteribus accommodatiſsimus erat, ita vt rarò contingeret vt Chirurgi fruſtra-
rentur ſuo fine. Sed ſæpè contingit, vt mulieres cogantur iacere, quo in caſu hodiernus modus accõmo-
datiſsimus eſt, modò habeatis cõmodum miniſtrũ, quia ſæpè fruſtra tundũt Chirurgi venas, id quod ſæ-
piùs vidi. Modus aũt ſcarificãdi, à Veteribus traditus eſt, pręſertim ab Oribaſio 7. Col. c. 18. & 19. vbi ſcri-
bit, quod ſi coxa vel crura ſint ſcarificãda, primò fricandæ ſunt partes, deinde vel aqua tepida, vel ſpõgia
calida vſquequò calefiat, vel etiã ad ignẽ ſcarificanda pars: deinde pars rubefacta, non punctiua, id eſt, ea D
quã iſti vocãt Moſchetta, ſed nouacula tractim eſt incidẽda pars, ita vt à partibus inferioribus incipiatur
& aſcendatur ad ſuperiora, ne ſanguis fluẽs impediat. Quo in loco debetis obſeruare, quod etiã admonet
Auicẽna, videlicet iſtas ſcarificationes apud veteres factas eſſe profundas, ita vt ſanguis ſpontè multus
flueret, & hoc apparet, quia volũt vt incipiatur ab inferiorib. partibus, ne ſi incipiatur à ſuperioribus ſan-
guis multus fluens impediret & alias ſectiones. Quocirca multum ignari ſunt illi miniſtri, qui putantes
hodie ſeſe ſcarificationes veterum adminiſtrare, apponũt Cucurbitulas ſuas, ex quibus minimũ ſangui-
nis trahunt, valde remoti à ſententia omnium Medicorum, imò nõ inuenietis Veteres ad ſuas ſcarifica-
tiones adhibuiſſe Cucurbitulas: vtebantur quidẽ interdũ Cucurbitulis cum ſcarificatione & ſine ea, ſed
ſcarificationes ſimpliciter dictæ aliæ erant. Contingit ſæpè vt neq; ſcarificationes adhiberi poſsint, neq;
Cucurbitulæ ſcarificatæ, neq; venæ ſectio, quo in caſu Hirudines erunt applicandæ, quæ loco horũ om-
nium poterũt ſupplere in neceſsitate. *Secta vena, ſequitur alia remedia adhibenda eſſe* neceſſariò, quod vt pru-
denter faciatis, debetis conſiderare, an ſuppreſsio fiat à cauſa calida vel frigida. *Si à frigida*, primo leniatis
aluum aut Clyſtere, aut huiuſmodi Bolo.

℞. Specierum hieræ Galen. ʒ. ij. Electu. Leni. ℥ j. Miſce, fiat Bolus. Sed antequam veniatis ad lenien-
dam aluum & præparandos humores, duo debetis intelligere: alterum ne vnquam adminiſtretis ea

quæ

A quæ præparant humores hos, & prouocant menſes, niſi vel ſanguis ſit miſſus ſi mittendus, vel aliquo pacto lenita aluo. Alterum ne ſemper vtamini prouocantibus menſes in hac curatione, quia in principio vbi venæ adhuc ſunt obſtructæ valde, & ſanguis compactus, ſi quæ prouocant egregiè menſes exhibeatis, augebitis magis obſtructiones, quia ſecum hæc producent humores quotquot inuenerint in corpore. Præterea docet Galen. 5. Simplic. Medicam. capite 22. Medicamenta quæ prouocant menſes, eſſe admodum calida, propterea non conueniunt in principio, etiam in materia frigida, & eò minus cum materia & cauſa calida eſt, quanquam eſt quidam gradus inter ea quæ prouocant menſes, vt dicit Galen. de Cura per ſanguinis miſsionem, capite 18. quia alia mitia ſunt: vt, pulegium, nepeta: alia vehementiora, vt Sabina, Dictamnus. Nam vt docet Galen. libro Simplic. iam citato, ea quæ prouocant lac, menſes, vrinam, partim conueniunt, partim diuerſa ſunt. Conueniunt omnia quia calefaciunt: diuerſa ſunt in exſiccando & caloris menſura, eò quia quæ prouocant lac, ſunt calida quidem moderatè, ſed nihil deſiccant: quæ prouocãt menſes, ſunt admodum calida, ſed parum ſiccant: quæ prouocant vrinas, ſunt valde calida & ſicca, ita vt prima, ſecũda & tertia prouocent omnia vrinas, dicit Galenus. Prima aũt & ſecunda, ſolùm menſes: tertia verò propriè dicuntur diuretica, quoniam non ſolùm mouent vrinas, ſed mouent ſolas vrinas, non autem menſes & lac. Circa quam Galeni ſententiam, eſt contradictio non obſcura, quia vt intellexiſtis hoc in loco 5. Simpl 22. ſcribit clariſsimè, prouocantia vrinas non mouere menſes. Verumtamẽ eodem lib. 5. cap. 13 inter vera diuretica adnumerat etiã meum & aſarum, quæ duo
B ſcribit etiam menſes ciere. Præterea videbitis etiam Galenũ multis in locis ſcribere, fœniculum, apium & multa alia, quę ſunt verè diuretica, etiam prouocare menſes, ideo non videtur verum quod antea ſcripſit, diuretica vera menſes non mouere. Apud me hæc difficultas noua eſt & difficilis pro cuius ſolutione duo occurrunt reſpondendi modi: Vnus eſt, eadem medicamenta poſſe adminiſtrari, vel in ſemine & radicibus, vel in herba. Si adminiſtrentur in herba, poſſunt prouocare menſes & vrinam mouere, ſed nõ ſunt vera diuretica. Si adminiſtrentur in ſemine & radice, erunt vera diuretica, neq; menſes & lac mouebunt. Sed hæc reſponſio mihi non ſatisfacit, quia obſeruaui eadem ſemina facere ad prouocandos menſes & vrinã. Ergò alter reſpõdendi modus ens eſt, quod prouocare menſes, dupliciter cõtingere poteſt, per ſe, vel per accidens. Diuretica vera quæ ſunt multum calida & ſicca, per ſe ſolùm prouocant vrinam; per accidens etiam menſes hoc modo: quia vt intellexiſtis, quæ prouocant vrinam, id faciunt quia colliquant ſanguinem, & partem craſsiorem à tenuiori ſegregant, quę quidem operatio, licet per ſe prouocet vrinam, tamen conſequenter etiam per accidens poteſt prouocare menſes, quia ex caliditate horũ cùm ſanguis agitatur, intumeſcunt venæ, & ad eam intumeſcentiam conſequitur apertio venarum. Vbi igitur cauſa quæ hunc morbum facit, frigida fuerit, vt intellexiſtis, principio erit aluus lenienda medicamento leniente, aut Clyſtere, quo facto, quamprimũ veniendum eſt ad præparandos frigidos humores, in quibus præparandis ſemper debetis eam rationem habere, vt medicamẽtis miſceatis ea, quæ facultate propria menſes ciere nata ſunt. Exemplum erit hoc:

C ℞. Fol. Nepetæ, Pulegij, Capilli Veneris, Cichorei, Ceterach. ana ℳ. j. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde, ℞. Decoctionis dictę ℥. iiij. Syrup. Capill. Ven. ℥. j. de Arthemiſ. de Cichoreo an. ℥. s. Miſce. Si expendatis hanc potionem, videbitis mixturam eſſe ex rebus quæ humores frigidos præparant, moderatè aperiunt, atq; etiam menſes prouocãt, cuiuſmodi miſcenda docuimus ſemper in principio: poſtquam humores fuerint præparati, ſupereſt eos expurgare. Præclariſsimum omnium medicamentorum iudicatum eſt à Galeno, Hiera: eò quod præterquam quod expurgat humores, facultatem quandam habet ratione aromatum expurgandi vterum, quapropter in hunc modum poteſt fieri medicamentum; ℞. Specierum Hieræ ʒ. ij. Trochiſ. de Myrrha ʒ. j. s. Electuar. Indi ℥. s. Miſce cum melle Roſato ſolutiuo, fiat bolus, qui capiatur hora Pharmacorum conſueta.

Si potionem vultis, poteritis hoc modo componere: ℞. Myrrhæ ʒ. j. Cinam ℈. ij. Aquæ Arthem. ℥. vij. Paſſular. ℥. s. Fiat decoctio, ſecundum artẽ: deinde, ℞. Decoctionis dictæ ℥. iiij. Agarici Troch. ʒ. j. Fol. ſenæ ℥ j. s Infundantur ſecundũ artẽ. Deinde facta diligenti expreſsione, adde. Elect. Roſ. ſolut. ʒ. iij. Mellis Roſa. ſo. ℥. ij. Miſce, & fiat potus. Pilulæ Hierę cum Colocinthide etiam cõmendantur, quia Colocinthis maximè valet ad prouocãdos menſes. Poſt humores purgatos, debetis ſtatim ad validiora pręſidia, & ea quæ facultatem maiorẽ habent menſes prouocandi progredi, quæ duum ſunt generũ, alia quæ intrinſecus adminiſtrantur, alia quę extrinſecus. Quæ intrinſecus, aut potu accipiũtur, aut in confectioni-
D bus, aut Trochiſcis: quę extrinſecus, aut ſunt peſſi, aut ſuffumigia, aut inunctiones, aut emplaſtra, aut fomenta ſiue balnea. Quę accipiuntur per os, ſolent poſt purgatũ corpus accipi in aliquibus brodijs decocta. Circa quorũ vſum quatuor eſtis docendi: vnũ eſt, quænã ſint medicamẽta hæc prouocantia menſes: multa enim reperiuntur apud Medicos quę dicũtur hoc facere. Sed potiſsimũ à Galeno & alijs celebrata, hæc ſunt: Sabina, Dictamnũ, Meliſſa, Arthemiſia, Meũ, Iris, Calamentha, Pulegiũ, Coſtus, Caſsia, Cinamomũ, Ariſtolochia, Bunium. Valentiſsima habentur, Radix cyclamini, Elleborus, Colocinthis: inter quæ alia ſunt mitiora, alia valentiora. Mitiora ſunt, vt intellexiſtis, Nepeta, Meliſſa, Ciceres rubri: alia verò ſunt vehementiora. Alterum, non ignorandum eſt, huiuſmodi medicamenta debere accipi in maiori copia, quàm ſoleant aliæ potiones. Exẽpli gratia, ad viij. vel x. vncias. Et ratio eſt, quia longũ eſt iter quod tranſire debent, vnde neceſſe eſt, vt vis eorũ in multa debeat ſeruari quantitate, quò magis prouocent vt vrinas, ita etiã & menſes. Tertiũ ſciendũ eſt, tempus accommodatũ horũ medicamentorũ vſurpandorũ vniuerſale eſſe, vt vſurpẽtur eo tẽpore quo ſolent mẽſes moueri: tẽpus particulare eſt, vt adhibeãtur poſt inũctiones, aut fomẽta, aut balnea: & ratio eſt, quia ſi medicamẽto extrinſeco prius vaſa vteri fuerint diſpoſita & emollita, certũ eſt facilius hæc eſſe penetratura. Poſt acceptũ deinde huiuſmodi medicamentũ, pedes in aqua calida detineãtur pauliſper, & deinde inambulet ſi poteſt, cuius rei ratio eſt admodũ conſona, quia ex huiuſmodi pedum lotione fit attractio ad eas partes, ita vt medicamẽtum veluti manu du-

catur. His omnibus prænotatis ſupereſt, vt habeatis exempla eorum medicamentorum, quæ ſunt vobis A vſurpanda. In potione ſic parari poterunt:

℞. Fol. Pulegij, Arthemiſiæ ana ᴍ.s Rad. Altheæ, Petroſelini ana ʒ.j.s. Cicerum rubro. ᴘ.j. Terantur omnia diligenter, deinde in brodio bulliant quantum ſufficit, & facta colatura.

℞. Bodij dicti ℥.viij. vel x Exemplum confectionis ad prouocandos menſes eſt:

℞. Cinamomi, Coſti, Dictamni an. ℈.j.s. Sem. Arthem. Meliſſæ an. ℈ j. Terantur omnia diligenter, & cum ſaccharo quantum ſufficit, fiant rotulæ; vel cum melle deſpumato q.ſ. fiat Electuarium. Inter medicamenta quæ per os aſſumuntur, poteſtis etiam apponere aquas thermales, quarum multæ reperiuntur quæ prouocant menſes, vt ſunt aquæ Patauinæ calidæ, aquæ Lucenſes quas non ſemel ego expertus ſum mirificè prouocare retentos menſes: quò ad extrinſeca remedia, primum locum obtinent peſsi, vt docet abundè Paulus, ni fallor, lib. 6. Et notate huiuſmodi medicamentum vario modo nuncupari: Græci enim vocant modò peſſos, modò priapiſcos, modò Balanos: Cęlius Aurelianus vocat etiam Balanos: Medici communiter vocant, Suppoſitoria, Barbari Naſſalia. Celſus vocabulo latino notare voluit & nõ potuit. Dicit Paulus hos peſſos nihil aliud eſſe, niſi lanam carminatam rotundam ad formam magni digiti, quæ medicamentis ſtrigmentitijs oblita, inditur in vuluam. Et videbitis per iocum hæc medicamẽta vocata eſſe peſſulos, quia inſeruntur tanquam peſſuli in oſtium. Forma peſsi eſt.

℞. Pulpæ Colocinthidis, Nigellæ ana ʒ s. Gentianæ, Pulegij, Dictam. ana. ʒ.ij. Myrrhæ ʒ.i. Terantur B diligenter & cum ſucco radicis Ariſtolochiæ conficiatur medicamentum ad conſiſtentiam ſtrigmentitiam. Nam poteſtis cum puluere varios liquores miſcere, vinũ, Succos & interdum mel, Theriacam Diatheſſaron, quæ in hunc vſum conueniunt: exempli gratia.

℞. Theriacæ diateſſa ʒ ij Nigellæ, Mirrhæ ana ʒ.j. Cum Vino, fiat mixtura & obliniatur prædicto peſſario. Vnctio autem hoc modo fieri poteſt.

℞. Ol Amigd dul. ℥ j.s. Cinamomi, Coſti, Mei. an. ʒ s. Sem. Arthem. ℈.j. Zibetti ℈.s. Miſce omnia diligenter & hoc medicamento vngatur pecten, & loci muliebres. Forma Emplaſtri quod etiam pectini adhiberi poteſt, erit huiuſmodi:

℞. Fari Lupinorum, Cicer. rub. ana lib.s. Abſinthij, Pulegij, Dictammi ana ᴍ.s. Nigellæ, Ellebori, Myrrhæ ana ʒ j Omnia terantur diligenter & in vino albo ad ignem fiat Emplaſtrum. Inſeſſus autem & Balnea parantur ex eadem materia, & in aqua decoquuntur:

℞. Arthemiſiæ, Pulegij, Meliſſæ, Dictamni ana ᴍ iij. Rad. Cyclam. lib.s. Contundantur & in Maſtello Aquæ communis bulliant: deinde detineatur Mulier in hac aqua calida, vſq; ad vmbilicum. Suffumigia docui vos ſæpè quomodo debeant parari, quomodo adminiſtrari, propterea ſat erit hoc tempore docere materiam, quæ erit huiuſmodi:

℞. Pulpæ Colocinthidis ʒ.j. Cinamomi, Aſari, Coſti, Calami odorati ana ʒ ij. Myrrhæ ℈ iiij. Contun- C dantur, fiant ſecundum artem Suffumigia, quæ capiat locis debitis. Hæ ferè ſunt formæ omnium medicamentorum, quibus Medici vtuntur in cauſa frigida. *Vbi cauſa erit Calida,* inſtituenda eſt Victus qui vergat ad facultatem refrigerandi, ſimiliter erit ſanguis mittendus, vt docui: & poſtea deueniendum eſt ad præparandos humores, & antea lenienda aluus, in hunc modum:

℞. Seri [illegible]uli vel caprini ℥ v Syr. Roſ. ſolut ℥.iij s. Miſce, fiat potus. Lenita aluo, deinde præparandi humores hoc medicamento & cum alijs medicamẽtis, quæ non admodum, vel nullo pacto, calefaciunt:

℞. Fol. Scariolæ, Endiuiæ, Nepetæ, Hyſopi, Capill. veneris ana ᴍ j. (ᴍ.s.) Radic. Tapſi barbati, Altheę ana ʒ.ij. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥ iiij. Syr. de End. compoſ. de Cichor. ſimp ana ℥.j. Miſce, & fiat potus. Poſt prę- paratos humores, erit expurgandum medicamentis, ad humores calidos accommodatis: vt

℞. Pulpæ Tamarin ℥.s. Sebeſten num. x. Folio. Senæ ʒ j. Fol. Meliſſæ; Violari. ana ᴘ.s. Fiat decoctio in ſero caprino vel Bubulo: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥.s (℥.v.) Rhabarb. electi ℈.iiij Cinamomi Coſti an. gran. iiij. Vini Aromatici ʒ. iij. Fiat infuſio ſecundum artem. Deinde facta diligenti expreſsione, adde, Diaphenici ʒ.iij. Syr. Roſ. ſolut. ℥ ij.s Miſce, & fiat potus. Poſtquam erunt expurgati humores calidi, eadem ratio, quam demonſtraui in cauſa frigida, erit ineunda, vt ſtudeatis prouocandis menſibus, remiſsioribus quam in cauſa frigida, & propterta, non excedetis in brodijs Nepetam, Pulegium, Arthemiſiam & Cinamomum. Idem etiam erit D obſeruandum in alijs medicamẽtis extrinſecis & intrinſecis, vt quidem vtamini eadem forma & eodem modo, ijs quæ dixi prouocare menſes, ſed minus calidis, ſc. caſtigatis per mixtionem rerum frigidarum. Sed dubitare quis poteſt, an in cauſa calida expediat vti ſuffumigijs, quia cum fiant igne, atq; etiã medicamentis calidiſsimis, ita vt propter caliditatem maximè aperiant & attenuent, nõ videntur conuenire, quibus tamẽ Hipp. indifferenter vſus fuit? Reſpondeo. quanquã cauſa fuerit calida, ſi tamẽ ſanguis craſſus fuerit ob caliditatẽ, poteſtis vti ſuffumigijs, modò tamen vtamini eis, vt dixi, mitioribus atq; tepidioribus, eo quia tametſi aliquantiſper poterũt calefacere vterũ, tamen maiorem operam præſtabunt in attenuando craſſo ſanguine. Quod ſi præter cauſam calidam ſanguis nõ eſſet craſſus, aut habitus corporis admodum bilioſus eſſet, ita vt bilis in vtero eſſet, ſum eius ſententię, vt abſtineatur ab his, & potius vtendum eſſe balneis, inunctionibus & inſeſsibus. Atq; hæc eſt abſoluta tractatio de Menſibus prouocandis.

DE FLVXV MENSTRVORVM immodico. CAP. II.

Retentioni Menſium, eſt alter planè contrarius affectus, qui dicitur à Græcis ὑπερκάθαρσις, Latini immodicum menſtruorum fluxum dicunt, Apud Matthæum & Lucam legitur quædam mulier, quæ per duodecem annos paſſa eſt hunc morbum & vocatur αἱμοῤῥοοῦσα. interpretes tranſtulerunt hæmorrhoiſin.

A hæmorrhoiſin. Sed antequam vlterius procedamus, debetis illud non ignorare, duas eſſe vias per quas huiuſmodi ſanguinis fluxus fit. Vna eſt per venas internas corporis vteri, & fluxus ille, propriè mẽſtruus dicitur. Altera via eſt per eas vias, quæ terminantur in ceruice & collo vteri, quæ venæ vbi euomũt multum ſanguinis, vocantur à Græcis & Arabibus Hæmorrhoides vteri. Ariſtot. 2. de Generatione animalium quart. dixit, affectũ hunc ſimilem eſſe Mariſcis, aut alteri ſanguinis profuſioni. De vtroq; fluxu agã, & primum de immodico menſtruorum fluxu, qui fluxus efficitur, vbi quantitate tùm continua tùm diſcreta exuperat. Sed dicetis, quis eſt terminus huius exceſſus. Dico quemadmodum aliàs, nõ eſſe determinatam menſtruorum menſuram, quia aliæ minus purgantur alijs. Sed verus character immodici ſanguinis fluxus eſt, quando in maiori quantitate, & pluribus diebus ſanguis exit, quàm cõueniat, ita vt naturales actiones ob id lædantur. Appello actiones omnes naturales, quæ fiũt à natura. Iurè additur actionum læſio, quia ſi multum ſanguinis fluat, vt contingit in nimio otio, in partu, in abortu, & non lædantur actiones, nõ dicuntur menſtruæ purgationes excedere, ſed tùm ſolùm, quando cum exceſſu ſanguinis, læduntur operationes. Eſt hic affectus Symptoma in genere excretorum immodicè fluentium. Locus affectus propriè vterus eſt.

CAVSAE.

B Cauſarum huius affectus, quædam ſunt internæ, quædam externæ: rurſus *internæ*, aut ſunt ex parte ſanguinis, aut vaſorũ, aut ex parte facultatis. Cauſæ internæ ex parte ſanguinis, ſunt: vel quia ſanguis multus eſt, ita vt non contineatur. Sed aduertite, niſi lædat operationes, propter quantitatem nunquam dicetur morbus. Vel ſanguis eſt prauus, ſcilicet acris, ſubtilis, aut aqueus. Fit acris ſanguis dupliciter, vel propter admixtionem multæ bilis genitæ ex feruore iecoris, vel propter aliquam corruptionem contractam: Fit verò aqueus & ſubtilis propter inconcoctionem, vt contingit in corpore Cachectico & Hydropico. Quo in caſu docet Hipp. in 2. de Morbis mulieb. fieri plurimas purgationes, quòd ſcilicet ſanguis aqueus nimis & ſubtilis ſit: Ex parte vaſorum cauſæ ſunt omnes illæ, in quibus os venarum apertum eſt & hiat. Aperiuntur verò vaſa multis de cauſis, vel quia rarefiunt propter calidam & ſiccam intemperiem, ex qua rarefactione, cum ſanguis non retineatur, exit, & dicitur hæc affectio διαπήδησις. vel hiant vaſa, quia corrodũtur, & fit vbi ſanguis vel humores alij putridi ſunt & acres, & ſalſi, propter quod vaſa corroduntur, & ſanguini permittitur exitus, dicitur Græcis ἀνάβρωσις: vel quia ora vaſorum aperiũtur, & hoc contingit, quãdo ſanguis magno impetu mouetur per venas, ita vt ora ipſarum aperiat & vocatur à Græcis ἀναστόμωσις: vel quia vaſa franguntur: franguntur autem aut nimis extenſa & compreſſa, & dicitur ῥῆξις: aut diuiſa & vulnerata, & dicitur διαίρεσις. Atq; tot ſunt modi propter quos ſanguinis menſtrui immodici fluxus propter vaſa, ſolent mulieribus contingere. Cauſę ex parte facultatis comprehenhenduntur ſolummodo duobus generibus, aut cum expultrix nimis cõcitatur propter aliquam intemperiem,

C & præcipuè calidam, aut contentrix nimis languida & imbecillis eſt, quod contingit vel propter humidam, vel ſimul humidam & frigidam intemperiẽ. Atq; hæc affectio comprehenditur ab Aetio lib. 16. cap. 73. ſub nomine imbecillitatis vteri. Hic eſt Catalogus omnium cauſarum internarũ nimiæ menſtruorum muliebriũ purgationis. Circa quod eſt vna dubitatio, cur ſcilicet Galenus 5. Aphoriſ. 57. cùm profiteatur ſe omnes cauſas nimij fluxus inueſtigare, tamẽ dimittit cauſas ex parte facultatis, ſolummodo meminit cauſarum ex parte ſanguinis, & ex parte vaſorum. Augetur dubitandi ratio, ex dictis Auer. 2. Collec. 29. vbi ſcribit hic autor grauis, ſanguini menſtruo eadem accidere, quæ ſolent contingere digeſtioni venarũ. & propterea ſuperfluitatem fluxus menſtrui ſanguinis eſſe, vel quia nimis robuſta eſt vis expultrix, vel quia retẽtrix eſt nimis languida: ita vt videatur Auerroes omnes cauſas huius immoderati fluxus, retuliſſe ad facultatem, Galenũ verò hoc prorſus ſiluiſſe. Reſpondendum eſt dupliciter: vno modo, rariſsime contingere, vt fluxus hic fiat propter ſola hæc facultatis vitia, & propterea ſecundum hoc ſiluiſſe, tanquam aliquod rarum. Vel potius reſpondendum eſt, Galenum hoc ſiluiſſe, quia in omni fluxu immodico ſanguinis, ſemper oblæſa eſt aliqua ex his facultatibus, idq; cum Auerroes conſideraſſet, iurè videtur ſola vitia facultatis memoraſſe, quaſi ſemper in quolibet immodico fluxu facultas ſit vitiata. Nã ſi ſanguis ſit nimis acris, aut mordax, ratione acredinis ſtimulata expultrix, nimis quàm par ſit, concitatur. Similiter ſi ſanguis ſit nimis acris & ſubtilis, facultas retentrix vitiata eſt: pariter vbi vaſa ſunt corrupta, fracta, aut alioquin aperta, ſemper facultas retentrix vitiatur, ita vt non liceat vllum genus fluxionis

D proponere, in quo aliqua ex his facultatibus non ſit læſa. Cauſæ externæ immodici fluxus menſtrui ſunt omnes illæ, quæ internis cauſis præbent occaſionem. Primum eſt, aer nimis calidus & ſiccus, vehemens animi motus, vt ira, timor, nimium otium, & dimiſsio conſuetarum exercitationum, potus vini generoſi, vſus rerum ſalitarum, rerum acrium, vt ceparum, alliorum, vſus quoq; herbarum & fructuum, ſcilicet qui ſanguinem nimis fluidum & aqueum producunt. Inter has cauſas ſunt, quæcunq; vaſa ipſa aperiunt, caſus, percuſsiones, vulnera, partus difficiles, abortus, coitus factus cum viro valdè mentulato, balnea, nimius cibus & potus, tandem vſus omnium rerum quæ prouocãt menſes: frigidus quoq; potus inter has cauſas recenſendus: dicit Hippoc. frigidum venas frangere. Rhaſes ſcribit ex Gal. in Com. ſuper librũ de aere, aquis & locis, ſæpe Romanas mulieres ob nimium vſum niuis & aquæ frigidæ, menſes corrupiſſe & ſteriles euaſiſſe.

SIGNA.

Signa vniuerſalia quibus cognoſcuntur immodici fluxus, vt plurimum ex relatione mulieris comparantur, & etiam ex alijs accidentibus, quæ à Galeno 5. Aphoriſmo 3. & 6. de locis affectis, & Auicenna, vbi agit de immodico fluxu menſiũ, proponuntur. Sunt verò accidentia, defædatio coloris, cutis & corporis, tumores pedum laxi, viriũ debilitas, inappetentia ciborum, digeſtiones vitiatæ, conuulſio, Hydrops. Addit Auicenna & Rabi Moyſes 16. Aphoriſ. dolores lacertorum, & aliorum ſpinæ membro-

rum. Et certè hoc accidens eſt frequentiſsimum, vbi mulieres nimis purgantur. *Signa quæ cauſas indicant* A plura ſunt atq; varia. Nam externæ cauſæ cognoſcuntur, tùm relatione, tùm obſeruatione in indagandis morbis. Ex relatione, debetis ſemper eſſe ſoliciti & diligentes, vt omnes cauſas externas percunctemini. Internarum cauſarum indicia ſunt, quòd ſi fiat immoderatus fluxus ex multitudine ſanguinis, dicunt Galenus & Auic. hoc cognoſci ex repletione faciei & totius corporis extuberantia venarum, ex tollerantia & iuuamento fluxus. Si verò oriatur malum ex debilitate vteri, cognoſcetur, vt dicit Aetius, his argumentis, quia mulier abhorret vſum veneris, repleta eſt flatibus, mẽſes nigri ſunt & aquoſi, bis terue in menſe fluunt. Semen viri non continetur, ſed defluit & mulier non concipit, vel facilè abortit, vel fœtus imbecillos & ægros parit: adhæc vbi inſtant menſtruorum tempora, dolent lumbi, pectẽ, crura videntur graueſcere, ſtomachus malè concoquit, ex multitudine mulieres ſæpè delirant, atq; veluti ab humore melancholico agitatæ furiunt. Quod ſi malum contingit propter qualitatẽ ipſius ſanguinis, Hipp. 3. de Morbis muliebr. & etiam poſteriores ſcriptores, docent modũ cognoſcendi, ſcilicet vt ſanguis flues colligatur ſuper arenam, quæ deinde ponatur ſub ſole, quãdo fuerit exſiccata, demonſtrabit colore, qualis ſit ſanguis, quia ſi bilioſus, flaua erit: Si melãcholicus, nigreſcet: ſi pituitoſus, erit arena ſubalbida. hoc idem cognoſcere poteſtis ex pannis, qui vbi exſiccati à vobis fuerint in vmbra, ſimiliter coloribus produnt qualitatem ſanguinis, quia erunt flaui, ſi bilioſus, nigreſcent, ſi melancholicus: ſin pituitoſus, color ipſorum ſolum albidus erit. Præter hæc poteſtis etiã cognoſcere alias qualitates ſanguinis, quia ſi bilioſus, acris & calidus erit ſanguis, aderit ſitis, & vt docuit Galenus & Auic. ſanguis velociter aceruatim & B non guttatim fluet, aderit ſenſus mordacitatis & caliditatis. Præterea ratio victus anteacta, tempus anni & habitus corporis illud docebunt, idem quoq; cognoſcetur, ſi ſanguis corruptus ſit, quia mordebit, aderit fœtor. Hippoc. 1. de Morbis mulieb. habet, ſi ſanguis manioſus fuerit, rodit terram ſuper quã fluit: quod ſi aqueus erit aut pituitoſus, apparebit viſu aqueus: ſeu vt dicit Hipp. veluti pelliculoſus, & tanquam aranearum tela, nullus calor, nulla mordacitas: ait Auicenna quod color & habitus ſunt velut in Hydrope. Idem dicendum de ſanguine melancholico. Quod ſi exit ſanguis vena fracta, habetis ſigna quæ locupletiſsimè indicant apud Galenum 6. de locis affect. Quod ſi eroſa vena erit, exibit ſanguis paulatim, dolor aderit ex corroſione, vt docet Aetius. Si verò per exſudationem, ſanguis erit paucus & tenuiſsimns. Si verò exit, eò quod ex compreſsione aut diuiſione venæ ſint apertæ, ea quæ præceſſerunt erunt conſideranda; quia ex ijs inuenietis cauſam.

PROGNOSTICA.

Signa prognoſtica ſunt primum ea, quæ vno quodam oraculo tradita ſunt ab Hippoc. 5. Aphoriſ. 57. quo in loco dicebat Hipp. vbi fiunt immodici menſtruorũ fluxus, & vbi diminuti ſunt, fiunt ex vtero morbi: in cuius Aphor. explicatione laborat Galen. ad quid referenda ſit particula illa (fiunt ex vtero morbi) num ſcilicet ad immodicum fluxum, an verò ad retentionem. & tandem concludit referenda eſſe ad retentionem, eò quod retentis menſtruis, fiunt Eryſipelata, tumores, inflammationes, vnde poſtmodum innumera mala toti corpori innaſcuntur. Circa quam Galeni interpretationem poſſet aliquis & meritò dubitare, particulam illam etiam, referendam eſſe ad immodicum fluxum: & ratio eſt, quia videmus ex immodico fluxu oriri plurimos morbos in mulieribus, & non modò morbos, ſed etiam iugulari interdum videbitis ſub immodico fluxu. Sed huic dubitationi aliquis reſpondere poſſet, mala quæ eueniunt mulieribus, hoc fluxu laborantibus, eſſe quidem quàm plurima: verumtamen nõ propter vterum oriri, ſed propter fluxum & exitum ſanguinis, ita vt verum ſit in nimio fluxu morbos non fieri ab vtero, ſed ab immodico fluxu. Verùm aduerſus hanc reſponſionem eſt & alia inſtãtia, quia ex immodico fluxu poſſunt vlcera varia oriri in vtero, quoniam ſi ſanguis qui fluit, fluat propter acredinem & mordacitatẽ, proculdubiò fient vlcera in matrice, & vlcera quidem praua: ab his deinde vlceribus poſſunt innumera mala oriri, propterea dicimus aduerſus Gal. propter immodicum fluxum morbos quoq; oriri ex vtero. At vt tueamur Galenũ, dicendum mihi videtur, in fluxu ipſo duo poſſe conſiderari, vel ſolummodo immodicam fluxionem, vel cauſam illius immodici fluxus. Si ſolum conſideremus immodicum illum fluxum, ex illo non fiunt morbi illi in vtero, propter quos deinde redundent in vniuerſum corpus, & aliæ malæ affectiones. Si autem cõſideremus in fluxione cauſas, ratione cauſarum, poſſunt fieri vlcera in vtero, & ab vlceribus communicari corpori innumera mala. Sed iſti morbi non fient ex fluxu, ſed ex cauſis fluxus. Itaq; quando Galenus dicit, propter hunc immodicum fluxum menſtruorum non oriri morbos in vtero, conſiderat tantum quantitatem fluxus, non autem cauſas fluxus: iurè igitur interpretatur Hippoc. ſententiam hoc modo. Igitur ſigna prognoſtica ſunt hæc, nam vbi ſanguis immodicus fluit, poſſunt D oriri multi morbi, vel propter fluxum ſolùm, vel propter morbos uteri. Signum prognoſticum & maximum eſt, vbi nimij fluxus menſtruorum diu prorogantur, aut incurabiles euadere, aut difficulter curari. Et notate, ęgritudines omnes quæ curatæ ſunt à CHRISTO Saluatore noſtro, incurabiles fuiſſe: hoc dico, quia fluxus ille mulieris omninò erat incurabilis, vt debeamus timere vbi prorogantur fluxus, malũ euadere incurabile. Adhæc vbi fluxus immodici diutius durant, timendum eſt ne mulier fiat hydropica, cachectica aut alia propria mala incurrat, ideò eſſe ſoliciti debetis in curatione.

CVRATIO.

Curationis fluxus immoderati menſtruorum communiſsimus ſcopus eſt, vt ſiſtatur, eò quòd licet non ſit toto genere præter naturam, ſunt tamen ſecundum quantitatem præter naturam. Ratio verò ſiſtendi hunc fluxum varia eſt, prout variæ ſunt cauſæ immoderati fluxus. In omnibus ferè eſt vna *victus ratio*, quare Aer primum eligendus eſt, natura frigidus aut ſiccus, nõ tamen multùm. Theodorus Priſcianus commẽdauit & iurè, vt ægra decumbat in cubiculo obſcuro, paruo. Sunt qui vigilias potius laudant quàm ſomnum, adducti hac ratione, quòd in ſomno calor natiuus retrahitur, vnde maior fit expulſio.

A expulſio. Sed ego potius ſomnũ laudo, eò quòd tametſi humores intrò trahantur cum calore, verumtamen nõ expelluntur, ſed potius retinentur, quoniã ſcimus omnes excretiones in ſomno retineri Monet Theodorus & rectè, monent & alij, vt ſomnus fiat cruribus elatioribus, atq; ad inuicẽ complicatis. Omnis motus, & animi & corporis fugiendus, ſolæ conueniunt frictiones, prçſertim ſuperiorũ partium & ligaturæ: inter quas Serenus & Democritus Medici antiqui commendant, vt mãmæ ſtrictæ ligentur Balnea & venus omnino fugienda. Circa cibum & potũ magnus adhibendus delectus, vinum ſit pauciferũ, ſubaſtringens, potiùs rubeũ quàm nigrum, & in modica quantitate, vnde cõmendare non poſſum Auic. qui videtur cõmendaſſe vinum craſſum & dulce. Loco vini cõuenit aqua pluuialis & chalybeata: ſuccus Tamarindorũ, Cydoneorum: cõmendant aliqui poſcam. Sed ego iuxta Hipp. maximè abhorreo àb aceto in omnibus affectibus vteri. Edulia omnia meliora ſunt aſſata, quàm elixa, & ſi elixanda ſint, conuenit vt elixentur in aqua pluuiali, vel chalybeata, vel admiſceantur aliqui ex prædictis ſuccis: carnes auium & quadrupedum præſertim ſylueſtriũ: & ex animalibus quadrupedibus, cerebrũ, pedes, viſcera omnia cõueniunt, quia ſua viſciditate adimunt ſanguini fluxibilitatẽ. Ex cerealibus, conueniunt pro pulte far, panicum, milium, oryza, lentes, cocti in aceto, conueniunt præ cęteris oua ſorbilia, caſeus recens, lac acetoſum, piſces ſquamoſi. Inter herbas laudantur plantago, portulaca, acetoſa, vtraq; conſolida, radix cardui ſylueſtris. Ex fructibus, conueniunt cydonia, granata, corna, meſpila, mora immatura, fructus rubi, pyra, mala omnia adſtringentia. Atq; hic ferè victus communis eſt in omni immoderato menſtruorum fluxu.

B Hanc ſolum rationẽ ſemper habere debetis, vt ſi cauſa ſit calida, victus inclinet ad frigidius: ſi frigida, eligantur calidiora. *Inſtituto victu, erit nobis cogitandum*, an fluxus menſtruorum oriatur ex multitudine ſanguinis, an ex motu critico naturæ, quo in caſu nihil vobis erit moliendum, vt fluxum conſtringatis, niſi tamẽ ex fluxu ægra ad immoderatam deuenerit imbecillitatem, quo in caſu proculdubio conandum eſt ſiſtere. Si ſanguis alia de cauſa fluat immodicè tres ſcopi vobis erunt implendi, vt communiſsimum aſſequamini. Primus eſt, vt repellatur ille impetus: Secundus, vt ſanguinis fluxibilitas auferatur: Tertius vt vaſa corroborentur & conſtringantur. Ad primum ſcopum implendum multa ſunt remedia, ligaturę ſuperiorum partium, frictiones, & præſertim ſanguinis miſsio, qui ſi nihil impediat, mittendus eſt à vena brachij, atq; id agendum non ſemel, ſed pluribus vicibus, & in pauca quantitate, eò quòd, vt docet Galenus in lib de curatione per venæ ſectionem 18. efficaciſsimè coercet ſanguis miſſus à brachio mẽſtruorum fluxum & præſertim ſi repetatur. Quòd ſi ſanguinẽ mittere impediamini, erunt & Cucurbitulæ ſcarificatæ & non ſcarificatæ ſub Mammis ponendæ. Itaq; lenita aluo Clyſtere vel lenitiuo, erit veniendum ad ſanguinis miſsionẽ: deinde contemplandum an ſanguis ſit blioſus, id eſt, an fluxibilis propter bilem & acrimoniam, an verò propter aquoſitatem & pituitam. Si blioſus & acris, erit expurgandus & depurgandus, & antequam purgetur, præparandus erit hoc Syrupo:

℞. Rad. Symphiti ʒ. ij. Fol. Plantag. Portulacæ, Acetoſæ, Conſolidæ maioris ana M. j. Fiat decoctio ſe-
C cundum artem: deinde

℞. Decoctionis huius ℥. iiij. Syr de Ribes, de Cydon. de Myrthil. an. ʒ. v. Miſce, & fiat potus. Quo tempore exhibebitis Syrupum, poteſtis curare vt habeat aliquam confectionem, qua vtatur veſperi & ante cœnam: vt

℞. Sacchari roſat. antiqui ℥. ij Pulu, vtriuſq; conſolidæ ʒ. ij. Maſticis ʒ. j Miſce. Capiat huius confectionis ſingulis vicibus ℥. s. Poſtquam præparati fuerint humores, erunt expurgandi hoc Bolo:

℞. Myrobol. citrinorũ & chebulorum pulueris an ℥ s. Rhabarb. toſti ℈. iiij. Sacchari roſ ℥. s. Miſce, fiat Bolus. Quod ſi magis placeat exhibere potionem, ℞. Myrobol. prædictarum an. ℥. j. Pulpæ Tamarin. ℥. s. Bulliant in aqua Plantaginis, ſecundum artem, deinde ℞. Dictæ decoctionis ℥. iiij. s. Rhabarb. toſti ℈. v. Infundantur ſecundum artem. Deinde facta diligenti expreſsione adde Elect. de ſebeſten ſine ſcamo. ʒ. iij. Syr. violati ſolut. ℥ ij. Miſce, vel loco Syrupi viol ſolut. poteſtis tantundem Mannæ admiſcere.

Quòd ſi contingat, vt ob huiuſmodi auxilium non ſuccedat ſanguinis fluxum hunc compeſci, deueniendum erit ad alia & intrinſeca & extrinſeca. Intrinſecus, ſi accipiamus brodium pedum vituli, in quo incoquatis huiuſmodi folia & cortices, ad conſumptionem quartæ partis, & facta colatura accipiantur eius vnciæ octo. Extrinſecus conueniunt balnea inſeſsiones: Exempli gratia:

℞. Fol. & cortic. quercus, Corticis glandium an. p. iij Fol. Myrthi, Plantaginis. Rubi, Balauſti. an. M. iij.
D Bulliant in aqua pluuiali, & fiat inſeſſus. Poteſtis autem linire præſertim vmbilicum: Et notate in his affectibus linimenta debere applicari vmbilico, quia ibi eſt magnus venarum confluxus.

℞. Ol. ompha. ℥. ij. Thuris. Boli Armeni, ſanguinis Drac. an. ʒ. j. Cymini toſti ℈. ij. Miſce omnia ad ignẽ & illiniatur vmbilicus. Circa adminiſtrationem horum remediorũ, debetis tria ſemper obſeruare: Vnũ eſt, vt in fluxu ex blioſo ſanguine, nõ deſcendatis ad valida adſtringentia, præſertim extrinſeca, niſi magna in neceſsitate. quia ſi ſanguinem hunc ſiſtatis antequam probe depuratus ſit, cohibetur quidem fluxus, ſed fiunt dolores maximi & ſæpè ſanguis retentus maiorem acquirit acrimoniam, vnde magis poſtea fluit: ideò non debetis ſtatim venire ad aſtringentia extrinſeca: Intrinſeca autem licet adſtringant, contemperant. Alterum eſt ex Auicenna, vt huiuſmodi adſtringentibus ſemper miſceatis aliquod aromaticum, quod corroboret, & conſoletur, & habeat etiam facultatem ſiſtendi ſanguinẽ: vt eſt, roſa, myrtus, maſtix, thus, cyminum toſtum, coriandrum toſtum, ſantali omnes. Tertio obſeruandum eſt, in extremis caſibus, licere vti Opiatis, propterea Athanaſia laudatur ad quantitatem ʒ. s. liquefacta cum ſucco plantaginis, vel etiam cum aliquo Syrupo vt de Myrrho. Aelius Promothus Medicus antiquus, laudauit etiam in hoc genere, vt capiantur ſingulo mane tria grana ſeminis Hyoſciami. Ego ſoleo in huiuſmodi caſibus tales facere pilulas:

℞. Calchanti, Opij, Thuris, Maſticis, Coriandri toſti an. gr. j. s. Terantur diligenter & cum Syrupo de Ribes fiant Pilulæ quæ accipiantur noctu quatuor aut quinque horis poſt cœnam, nam huiuſmodi pi-

ſulæ congelant quaſi ſanguinem: ſed vt dixi, huiuſmodi remedia non ſunt adminiſtranda, niſi cum videbitis vires corruere ex immodico fluxu. Si fluxilis ſit ſanguis ob aquoſitatē, ob pituitam, erit ſtatim purgandus, & primo præparandus hoc modo: A

℞. Fol. Roſ. p. s. Cort granato. ʒ. ij. Balauſti ℥ s. Fol Plantag. м. s. (Et aduertite, Plantaginē quia hæc & à Galeno & Serapione maximè commendatur in his caſibus) Fiat decoctio ſecundum artem: deinde,

℞. Dictæ coct. ℥. iiij. Syr. Roſ. de roſ. ſiccis, de Portul. de Ribes an ʒ v. Mellis Roſati ʒ iij. Miſce. Hoc etiam tempore, quo capiet Syrupos, poterit etiam aliquam Confectionem capere veſperi, vt dictum eſt.

℞. Diacydon. ſimp. Sachari viol. an ℥. j. Coriandri toſti ſubtil puluerif ℥. j. Sumach, Spodij, Trochiſ. de Carabe an. ℈. j. Terantur omnia diligenter. Miſce: Poſtea erunt humores expurgandi, hoc modo:

℞. Agarici præparati ʒ. j. Turbith ℈. s. Diacathol ℥. j Miſce. In potu, hoc medicamentum commodiſſimum erit.

℞. Agarici infuſi & expreſsi, ſecundū artem in aqua Plant. ℈. iiij. Elect. Ind. ℥. s. Syr. Roſ. ſolut ℥. j s. Miſce: Cum decocto cordiali fiat potio & capiatur mane. Si huic medicationi non ceſſerit, erit deueniendū ad validiora, propterea intrinſecus huiuſmodi Confectio efficaciſsima erit:

℞. Diacyd. ſimp. ℥ ij. Lapidis Hæmatit. Boli Armeni an ʒ. s. Pulueris vtriuſq; conſolidæ ʒ. j. Acaciæ, Spodij an. ℈. j. Succi plantag ℥. s. Puluerizentur puluerizanda, fiat Mixtura, cuius poterit capere drachmas duas vel tres mane ſtomacho ieiuno. Similiter conuenit in hoc caſu, Linimentum pectini & vmbilico. Exempli gratia: B

℞ Olei Myrtil. Cydon. an. ℥. j Thuris, Boli Armeni, Maſticis an. ʒ j. Succi Myrti ʒ. ij. Aceti parum. Miſce, fiat Linimentum. Pręter Linimenta conueniunt Infuſiones in matricem, peſsi. Infuſiones, vt ſi in vino rubro adſtringente coquatur Sumach, Carabe, Cortex glandium ad quantitatem ʒ. ij. Deinde huiuſmodi Vinum infundatur pro Clyſtere in Vterum. Poteſt quoq; fieri Peſſus huiuſmodi:

℞. Aluminis, Spod. j, Lapid. Hæmat. an ʒ. j Cumini toſti ℈ j. Flo. roſ rub. Nucum, Myrthi an ʒ. j s. Terantur omnia diligenter & ponantur in pannum ad formam digiti, atq; ita illinatur oleo roſ. Omphacino, & indatur. Huiuſmodi remedia poſſunt à vobis plurima excogitari, ſatis ſit habuiſſe formas. Si fiat propter vaſorum apertionem, nihil aliud erit vobis agendum, niſi vt glutinetis vaſa aperta, quæ agglutinabitis vel extrinſecis, vel ijs quæ induntur in Matricem. Nam quæ ſumuntur ore, in hoc caſu à me non valde laudantur: nam ſi ſanguis ſit purus nihil aliud agendum, quam claudere, quod optimè fit per indita in Matricem, propterea poteſtis vti vino prædicto & peſsis, qui maximè glutinant, vt factis ex Tragacantha vſta, ex gūmi Arabico vſto, Maſtice, Terra ſigillata, Bolo Armeno: hæc enim omnia maximè glutinare vaſa aperta poſſunt. Quod ſi vaſa ſint corroſa, eſt vtendum ea ratione medendi, quam docet Galen. 5. Method. in curandis vaſis corroſis in Pulmone, vt ſcilicet ſtudeatis ſanguinem optimum generare: deinde medicamenta Sarcotica applicare, quorum copiam habetis apud Galenum 7. medicam. local. 4. Sunt poſtmodum medicamenta à proprietate occulta: Serenus laudauit puluerem ſuberis, in aqua calida potum. Moſchio & Cleopatra laudarunt caſeum lactis capræ, nondum ab hœdo ſuctę, qui dicitur Coloſtros, ſi in ſiniſtro brachio ligetur & geſtetur. Albertus Magnus laudat gemmā Corneolam dictam, digito geſtatam. Laudatur etiam herba à proprietate, quæ dicitur pes Leporinus: Lapis Iaſpis & multa quæ apud Plinium referūtur Sed inter cætera laudant Rhaſis, 9. contin. Sulphur viuum ad ʒ. j. cum muſto cocto potum, quod quidem remedium inuenio eſſe vſurpatum ab Ælio Promotho Sed quanquam naturali facultate ſulphur poſsit prodeſſe, tamen puto etiam manifeſta qualitate, eò quòd vehementer ſiccat, ſiccando videtur poſſe ſanguinē congelare & ſiccare: quare ſolummodo vtendum eſſe ipſo, conſulo in ſanguine aquoſo & pituitoſo. C

DE FLVXV MENSTRVORVM Hæmorrhoidali. CAP. III.

CAVSAE.

INter alias immodici menſtruorum fluxus cauſas, poſui etiam Hęmorrhoides hiantes, quæ conſueuerunt hunc fluxum efficere, etenim vt in Ano confluxus quidam venarū apparent, quæ interdum plus ſanguinis euomunt, quàm conueniat: Sic in vtero ſunt quidam confluxus venarum, cùm in corpore vteri, tùm in collo & ceruice præcipuè, quæ vbi nimis aperiuntur, ſolent immoderatum ſanguinis fluxū facere, & quanquam vt dixi, oriatur etiam hic fluxus ex venis, quæ ſunt in corpore vteri, hoc tamen (vt docent omnes) rariſsimè contingit, frequentiſsimè verò effluit ex ijs venis quæ ſunt in collo, aut ceruice. Vbi igitur venæ iſtæ aperiuntur, & plus ſanguinis effundunt quàm conueniat, dicitur fluxus menſtruus hæmorrhoidalis Sunt verò harum venarum duæ differentiæ, quoniam aliæ venæ ſunt ſimplices, molles, humidæ, leues & breues. Aliæ verò ſunt duræ, aſperæ, longæ, quæq; dolorem & vtero & partibus vicinis inducunt. D

SIGNA.

COgnoſcuntur huiuſmodi hæmorrhoides viſu, cognoſcuntur & alijs indicijs. Modus cognoſcendi eſt per Dioptron inſtrumentum, dictum Speculum matricis, quo vtuntur Medici ad dilatandū os vteri, vt poſsint videre oculis affectus ipſius. Signa alia quibus cognoſcitur hic affectus ſunt, quia ſanguis plurimus exit guttatim, non continuus, interdum etiam continuus ſine vllo ordine, ſine vlla periodo, cum laſsitudine corporis, pallore, atq; etiam macie: ſanguis verò qui fluit, interdum eſt niger, quando ſcilicet venæ ſunt apertæ, interdum flauus, quando arteriæ hiant. His indicijs poſſunt dignoſci fluxus Hæmorrhoidales à fluxu menſtruorum, quia fluxus menſtruorum ſolet habere aliquas periodos, quamuis ſit immodicus, ad hæc non eſt cum dolore, corpora non ita emaciantur.

PROGNO.

A
PROGNOSTICA.

SIgna prognoſtica ſunt hęc. Venæ Hęmorrhoidales duræ, aſperæ, & grandes difficiliores curatu ſunt, quam aliæ. Rhaſis 9. Cont. docet, eas eſſe deteriores ex quibus ſanguis niger emanat: leuiores verò, ex quibus emanat ſanguis flauus. Sed dicet aliquis veſtrum, ſi flauus emanat ex Arterijs, niger ex venis, videntur difficiliores eſſe curatu fluxus, vbi ſanguis eſt flauus, quia maiore labore coaleſcũt Arteriæ, quàm Venæ. Dico Rhaſis ſententiam interpretandam eſſe, quod illæ ſint deteriores, in quibus ſanguis niger emanat propter accidentia, quia cum ſanguis ſit ater, acris & fœculentus, videtur magis eſſe venenatus & natura infeſtus quàm flauus, & propterea deteriora ab eo ſequuntur Symptomata. Habet tamē hic fluxus, dicit Rhaſis, illud boni, quod ſi forte fortuna ſuppreſſa ſint menſtrua, ex qua ſuppreſsione caput grauatum ſit, uel tenſio aliqua appareat in corpore, vel laſsitudo, beneficio huius fluxus, omnia accidentia aut mitigantur, aut tolluntur.

CVRATIO.

CVratio huius affectus tota poſita eſt in claudendis huiuſmodi venis: & quoniam variæ ſunt cauſæ propter quas aperiuntur, vt omnes illæ quas iam monſtraui immoderatum menſtruorum fluxum
B facere, propterea eadem ferè erit ratio curationis, vt ſcilicet ſi ſanguis ſit ater & craſſus, corrigatur & expurgetur. Si ſit minus fluidus & aqueus, ſimiliter purgetur & corrigatur. Quod aũt ſpectat ad clauſionem vaſorũ, duo ſunt modi: vnus quo vtebantur veteres: alter quo recentiores ſunt vſi: ſed in omnibus neceſſaria eſt inprimis victus ratio, quæ præſcripta eſt in fluxu immoderato. Monet Rhaſis, vt ægra detineatur in Aere frigido, modicè comedat, abſtineat à vino & carnibus. Modus verò ſiſtendi & claudendi huiuſmodi venas, vnus eſt per medicamenta, quando ſcilicet adſtringentia ipſis venis ſuperponuntur, aut etiam pectini vt eſt pilus Lepotinus inunctus albumine oui, vnà cum ſtercore aſinino, puluis gummatis Prunorum, Sumach, Myrtillorum, Gallæ: accipiuntur iſti pulueres vel omnes, vel aliqui, & interdum aridi venis ſuperponuntur, interdum vel albumine oui, vel ſucco adſtringente, aut ſucco plantaginis colliguntur & ſuperponuntur venis. Inter pulueres commendantur, Calchanti vſti puluis, vt in extremis caſibus & puluis aluminis. Rhaſis commẽdat ſedere in aqua gelida, & eadem abluere pedes. Quod ſi iſte modus ſiſtendi fluxum non tollat malum, nihil aliud ſupereſt quàm Venas auferre quas auferendi ſunt duo modi: vnus antiquior, alter vero Moſchionis, Cleopatræ & Pauli. Veteres ſolent huiuſmodi Hæmorrhoidas filo ligare, & quotidie filum illud adſtringere magis, donec totæ auferantur. Vel ſcarificabant venas circa radicem, deinde puluerem cauſticum ſuperſpargebant, donec deciderent mortuæ. Sed iſti duo modi à Cleopatra & Moſchione repudiantur, quia dicunt nimis grauem eſſe modum & acerbum. Paulus etiam videtur dixiſſe, modum hunc fuiſſe reprobatũ à Chirurgis maioribus. Quapro-
C pter alter modus ipſis fuit probatus & laudatus, vt forfice & cultello abradatur. Modus autem quo ſunt exſcindendæ docetur à Paulo lib. 6. cap. 71. & à Moſchione, & à Cleopatra abundè. Poſtquam abſciſſæ ſunt, aſpergitur puluis ex Galla, ex Alumine, ex Sumach. Roſis, & alijs quæ modicè adſtringunt. Monet tamen Moſchio & iure, abſtinendum eſſe à medicamentis acrioribus & acerbioribus. Ratio, quia huiuſmodi medicamenta exacerbant valde, & propterea magis proritant fluxum.

DE MENSTRVORVM STILLIcidio. CAP. IV.

INter vitia immoderati menſtruorum fluxus, adnumeratur illud quoq; ab Aetio, quod dictum eſt ab eo, Menſtruorum ſtillicidium. Etenim ſicut Veſicæ contingit, vt quandoq; offenſa retentrice facultate, vrina non poſsit retineri, ſed iugiter & guttatim expellitur, ita contingit vteri facultati retentrici, nam ea debilitata, cùm non poſsit retinere ſanguinem, dimittit eum iugiter, ac veluti guttatim euomit. Eſt hic affectus proculdubio Symptoma in genere excrementorum immodicè fluentium, quod ſuos ſequitur morbos, vt dictum eſt de alio immoderato fluxu.

CAVSAE.

HVius affectus ab Aetio quinq; numerantur cauſæ, meatuum anguſtia, virium debilitas, ſanguinis multitudo, ſanguis pituitoſus, & fæculentus. Atq; hę omnes cauſæ ſunt internę, externæ verò ſunt
D omnes illæ, quæ huiuſmodi ſanguinem producere natæ ſunt.

SIGNA.

SIgna habentur ex relatione ægrotãtis, quod ſanguis iugiter fluat, quaſiq; guttatim ſtillet, vt iure poſſit appellari vteri ploratus quidam.

CVRATIO.

CVratio tota, vt docet Aetius, poſita eſt in cauſarum amputatione, nam ſi ſanguinis multitudo cauſa fuerit, miſsio ſanguinis erit optimum remedium. Si propter virium debilitatem, facultatis præſertim retentricis, erit ſtudendum viribus roborandis, vt ſi ſanguis fuerit pituitoſus, vel fœculentus, erit corrigendus, vt aliàs docui: idem dicendum de meatuum apertione. Sed hoc *aduertendum* eſt, in hoc caſu eſſe dolorem, qui potiſsimum vrget ægram & Medicum, ita vt propter dolorem cogatur quandam viam diuerſam incedere, & doloribus potius intendere quam cauſis. Quo in caſu docet Aetius, aerem tepidum & non obſcurum eſſe debere, in quo decumbat ægra, poſtea extrema liganda & fricanda: vtendum geſtationibus, abſtinendum ab omni cibo & potu acri, ſalſo, flatuoſo: Aquæ potum inprimis prohibet Aetius, cuius cauſam eſſe puto, quoniã aqua quæ retinetur in Hypochondrijs flatus inducit, ex quibus perſpectum eſt, dolorem augeri & exaſperari. Si vires ferant, vbi dolor maximus eſt, ſecanda eſt omnino vena, quoniam vt docet Galenus lib. de Curatione per ſanguinis miſsionem, ad dolores mitigan-

dos maximum remedium eſt ſanguinis miſsio. Adhæc vtendum eſt inunctionibus, inſeſsionibus quæ A dolorem leniunt, vt ſi aquæ incoquantur ſemina Lini, Altheæ, folia maluæ, Arthemiſiæ, atq; in hac detineatur Mulier vſq; ad vmbilicum, quo modo fiunt inſeſsiones. Conferunt etiam Cataplaſmata pectini impoſita. Ego laudo huiuſmodi: ℞. Sem. Lini lib. s. Panis tritici (al. triti) lib. j. Vitellorum ouorum num. iiij. Lactis q. ſ. ad efficiendum Emplaſtrum, Fiat emplaſtrũ. Superponatur Pectini, adhibeatur etiam locis muliebribus, & ſolet huiuſmodi dolorem mirificè lenire Infundo etiam lac cum ſucco maluæ. Oleũ de vitellis ouorum, etiam maximè confert ad leniendum dolorem. Adhæc butyrum, pinguedo Anſeris, & Gallinæ inuncta ſingillatim, vel coniũctim, dolorem quoq; leniunt: ſic ſi eædem pinguedines immittantur in vterum. Si hæc non iuuant, monet Aetius vt Cucurbitulæ apponantur pectini, poſt quas fiant ſcarificationes ſi ſit neceſſe, vel loco ſcarificationum adhibeantur Hirudines. Et vtilitas quæ ex hoc remedio habetur eſt, quia ſanguis qui fluit ad vterum retrahitur, ex quo inhibetur fluxus & conſequenter dolor aufertur. Si hæc non iuuant ad rubrificantia, ad Dropaciſinos veniendum, quæ remediorum genera, vt aliàs docui, in extremis caſibus adhibita ſunt ab antiquis. Quod ſi menſtrua non lædant quantitate ſed qualitate ſola, vt in diuiſione monſtratum eſt, huic etiam debetur curatio, quia tametſi in præſentia nullum detrimentum inferat, ſuſpicandum tamen eſt, ſi mala qualitas menſtruorum non corrigatur, fore vt tandem mala plurima inducat. Sunt verò prauę qualitates menſtruorum, quando ſunt vel minus aquea, vel nimis acria, calida, ſalſa craſſa. Quomodo gignantur hæ qualitates & quomodo cognoſcantur docui, vbi tractaui de ſuppreſsis & fluentibus menſtruis, quorum rationem explicui. Quare ne inutiliter B hæc omnia repetam, remitto vos ad illa, quæ antea ibi docui.

DE GONORRHOEA. CAP. V.

INter alias quæ ab Vtero fluunt humiditates, vna à Medicis adnumeratur, humiditas Seminaria, quæ ſicut aliæ omnes ſuos morbos habet, inter quos potiſsimum eſt ille, qui dicitur à Græcis γονόρροια. Latini appellant diuerſis nominibus: Inter quos qui Barbari ſunt, dicunt Gomorrhacam: puriores Gonorrhœam: Celſus dixit, nimiam Seminis profuſionem. Plinius appellauit, Seminis profluuium. Eſt hic affectus, vt dicit Galen 5. de locis Affect. 6. inuoluntaria & continua ſeminis emiſsio. Moſchio dixit, eſſe ſeminis emiſsionem, ſine cupiditate Viri. Celſus quoq; ſine imaginatione: Aetius ſimiliter, ſine concitatione Veneris. Sed hæc vox inuolũtaria idem eſt ac ſi diceremus, ſine cupiditate, ſine imaginatione: iure dicta eſt à Galeno eſſe inuoluntariam, & continuam emiſsionẽ, vt diſtinguatur à Pollutione nocturna, quæ dicta eſt à Græcis Onirogmos. Differt autem Gonorrhęa à Pollutione nocturna, in duobus: In vno quoniam Pollutio ſemper eſt cum aliqua imaginatione, cum aliqua cupiditate: Gonorrhœa verò, ſine aliqua cupiditate: differt & in altero, quia Gonorrhæa in qualibet hora exercet homines: Pollutio autem ſolummodo noctu. Quapropter Rufus Epheſius, Medicus apud Oribaſiũ 6. Collecta. cap. vlt dicit Pollutionem nocturnam magis perturbare homines, quàm coitum: quia cum Pollutio inuenit hominem C ſomno oppreſſum, & vires ſopitas, magis percutit hominem, & magis afficit. Sed dicet aliquis veſtrum, Gonorrhœam non eſſe recenſendam inter morbos muliebres, tum quia rari fuerunt Medici, qui de hac tractarunt, tùm quia morbi muliebres ſunt, qui non ſunt communes viris. Hæc proculdubiò eſt communis viris, imò videtur hæc ſolummodo paſsio eſſe virorum. Nam vt hoc etiam obiter dicam, in Leuit 15. habetur viros putari immundos, & viros lege ſtatui immundos eſſe, qui laborant fluxu ſeminis: Mulieres verò ſolum cùm menſtruorum fluxu: ſed licet hic affectus communis ſit viris, verumtamen vt videbitis in orationis progreſſu, diuerſus eſt in viris & mulieribus. Et ratio diuerſitatis eſt, quia mulieris ſemen, diuerſum eſt à ſemine viri, in aliqua re, cùm quia modus eiaculationis in fœminis, & locus per quẽ, & ad quem fluit, diuerſus eſt. Quapropter fateamur hunc affectum diuerſum eſſe, quare iure Theodorus Priſcianus & Moſchio hunc inter Muliebres morbos recenſere voluerunt. Sed antequam vlterius progrediamur, conſtituendum eſt à nobis, *an mulier verè ſemen habeat*, nam hæc materiæ tractatio ſuperuacanea eſſet, ſi hæc res apud vos indiſcuſſa maneret. Et vt intelligatis vim huius conſiderationis, ſciendum eſt ferè omnes Medicos & Philoſophos in hoc cõueniſſe, etiam mulierem præter ſanguinem menſtruũ, aliquid aliud emittere. De hoc autem dubium eſt, an ſit ſemẽ an non, id eſt, an vt ſemen viri facultate effectrice & formatrice præditum eſt, ſic etiam hæc materia mulieris habeat vim effectricem & formatricem. Cum igitur dubitamus an mulier emittat ſemen, dubitatio eſt, an tale ſemen emittat, quod habeat D vim cauſæ informatricis & effectricis, vt ſemen viri. Pythagoras, Democritus, Hippocrates & Epicurus grauiſsimi omnes Medici & Philoſophi, hanc habuerunt ſententiam; Mulierem quemadmodum virum emittere ſemen verum: ad quod ſentiendum, tribus potiſsimum ſunt impulſi rationibus, quarum prima eſt, quòd in coitu mulier æquè delectatur ac vir, cum emittit ſemen. Si ſic eſt, vt eodem tempore & eodem modo delectetur vt vir, vir delectatur, quia emittit Semen, igitur & mulier. Et vt huius rationis vim intelligatis, ſciendum Hippoc. lib. de Genitura, videri habuiſſe ſententiam aliam à priori, vbi ſcribit mulierem minus delectari in coitu, quàm virum & minus durare: Verum ſciatis, lectionem vulgatam Hippocratis eſſe mendoſam, quia vt habetur ex textibus antiquis manu ſcriptis, ſententia Hippocratis eſt: Mulierem minus delectari, ſed diutius durare eius delectationem. Quæ ſententia confirmata eſt ab Auicen 11. Animal & 21. Fen. 3. Canon. cap. 2. Et etiam ab Aliabbate Commen. 9. ſuę Theoricę, qui omnes ducti (vt puto) hac Hippoc. autoritate, dixerunt mulieris voluptatẽ duplo magis durare, voluptate viri. Secunda ratio qua ducti ſunt, eſt, quod conſtet experientia viros dum coeunt, percipere humiditatem matricis eo tempore emanantem, quæ cum nõ ſit ſanguis menſtruus neceſſe eſt fateantur eſſe materiam ſeminalem. Tertia ratio horum, quam attribuit ipſis Galenus lib. 1. de Hiſtor. Philoſophorũ (ſiue ille liber ſit Plutarchi, vt exiſtimo,) eſt quòd mulieres habeant teſtes vt viri: ergo & ſemen: quia teſtes nullum aliud munus habent, quàm deferendi & conficiendi ſemen. Hippon Philoſophus, quem ſecutus eſt

Athenæus,

A Athenæus, fuit alterius ſententię, qui exiſtimauit fœminas quidem emittere Semen, ſed inutile ad generationem, quia illud emittitur extra matricem. Si emittitur extra matricem, ſignum eſt materiam illam tanquã infœcundam, explodi è locis muliebribus. Ariſtoteles & cum eo Peripatetici omnes, aliam ſententiam non modo habuit, ſed etiam penitùs in animis ſequacium inſeruit, ſcilicet Mulierem nullo modo ſemen habere, niſi æquiuocè, quæ ſententia fuit etiam Zenonis & Stoicorum omnium. Hanc autem materiam Ariſtoteles tractat. 3. de Genere Animalium 19 20 Et cap. 2 de Generat. Animalium 1. Ariſtotelem ſecutus Auerroes, de eadem re diſputat. 2. Collect. 10. Rationes quibus *Peripatetici* fuerunt adducti multæ fuere, ſed potiſsimum eſſe quatuor videntur. Prima, quod mulieres in omnibus rebus ſint ferè ſimiles pueris in Voce, Pilis, Carne, Viribus: ergo etiam ſimiles debent in hac re eſſe, vt ſicut pueri non habent ſemen, ita nec Mulieres. Altera, quod mulier ſit mas læſus: ſi eſt Mas læſus, ita vt deficiat valde à Mare, debet propter hoc deficere, quia in ipſa non eſt vis generatiua, vt eſt in Mare, quod cùm non ſit, non poteſt illi ineſſe verum ſemen tertia, quæ apud ipſos videtur omnium grauiſsima, quod mulieres concipiant ſine vlla humoris emiſsione: in qua reprobanda laborat Auerroes multis exemplis, dicit enim ſe audiuiſſe à multis mulieribus, quod conceperũt ſine voluptate: ſimiliter refert de ſua vicina, quę concepit in balneo ſine coitu: ſi hoc verum eſt, neceſſarium eſt non habere ſemen, quia fieri non poteſt vt vnquam conceptio fiat, ſine hac emiſsione. Quarta & poſtrema, quod mulier ſi haberet ſemen, poſſet concipere abſque mare Probatur, quoniam ſi ſemen eſt efficax ad efficiendum & conformandum, cùm

B etiam habeat materiam generationis & locum, ſponte etiam poſſet generare ſine vllo viri coitu. Hæ ſunt rationes quibus Ariſtoteles & eius ſequaces exiſtimarunt, mulierem carere ſemine: Et quia videbant Hippocratis rationes vrgere, conati ſunt ijs reſpondere. Primum de voluptate reſpondet Ariſtoteles, mirum non eſſe, vt poſsit ſine ſemine in coitu delectari, propterea quod voluptas naſcitur ex ſpiritibus qui mouentur, vt in pueris, quibus ex affricatione naſcitur voluptas, non quia emittunt ſemen, ſed quia pleni ſunt ſpiritibus: ſic voluptas oritur in muliere ex ſpiritu, non ex ſemine. Ad ſecundam rationem de emiſsione humiditatis, reſpondet Ariſtoteles & cum eo ſequaces, illam humiditatem non eſſe ſemen, ſed potius quid aliud, quod probat tribus aut quatuor rationibus. Prima, quòd nõ omnes mulieres eam humiditatem emittant, quia albæ fœminæ emittunt quidem, nigrę verò & virgines non emittunt. Quod ſi illa humiditas eſſet ſemen, proculdubiò inquit omnes emitterent. Secunda, quia non emittitur per contrectationem eius membri à quo emittitur ſemen in viris. Etenim à viris emittitur ſemen ab eo mẽbro quod contrectatur, ſcilicet à pene: mulieribus emittitur ab eo membro, quod non contrectatur: emittitur enim à cornibus vteri, contrectatur verò ſolummodo ceruix. Tertia, quia eſt materia quædam aquea, fluida, propter quod dicunt iſti, conſtat non aſsimilari materiæ ſeminali. Ad tertiam rationem de teſtibus. reſpondet nequaquam neceſſarium eſſe. & ſi habeant teſtes, vt in ijs ſit ſemen, quia fieri poteſt, vt in mulieribus teſtes ſunt occulti, ita etiam habeant alium vſum ab eo, quem habent viriles, qui ſunt

C protuberantes & manifeſti. Et quia aliquis potuiſſet Ariſtoteli & Peripateticis obijcere, ergo videtur materia quæ ineſt teſtibus, eſſe vana, prona, propterea quod nullum habeat vſum in generatione, quia non vt materia, non vt forma, aut efficiens: Reſpondet Auerroes 2. Collec 10. quod non valeat hæc conſequentia. Probat, quia mammæ in mulieribus deſeruiunt generationi, in viris non, & tamen non eſt dicendum eſſe inutiles. Sed vt mammæ deſeruiunt alteri vſui in viris quàm in mulieribus, ita etiam teſtes & ſemen deſeruiũt in fœminis alteri vſui, quàm ad generationem. Quis verò hic ſit vſus, poſſet Medicus ſciſcitari à Peripateticis: pro quibus Ægidius Romanus in lib. de Generatione hominis, ex Auicenna & Auerroe ſcribit, tres eſſe poſſe vſus huius humiditatis in fœminis. Primum, vt frigiditate ac tepore huius nimia ſeminis virilis caliditas refrænetur. Secundum, vt viſciditas ſeminis virilis diluatur quodammodo ab hac humiditate aquea, quoniam cum ſemen debeat totum vterum percurrere, ſi nimis ſit viſcidum, dicit iſte vir, non poteſt. Tertiũ, qui etiam ab Auerroe ſignificatus eſt, dicebat Ariſtoteles, eſſe propter voluptatem, idq; dupliciter. Primò, vt matrix voluptate huius humiditatis attractę, ſimul etiam magis attrahat ſemen virile, & magis cõſequenter ipſum complectatur. Secundò, vt mulieres propter hanc voluptatem, deſiderent & quærant concubitum magis. Atq; hæ ſunt rationes præcipuæ, quibus Peripatetici probant ſuam ſententiam, & ad Hippocratem reſpondent. *Galenus* verò poſt Ariſtotelem, habuit aliam ſententiam & meliorem ſecutus eſt, ſcilicet quod mulier ſemen emittat, verumtamen ſemen hoc

D ſit differens à ſemine viri: tùm ſubſtantia, tùm etiã facultate. Subſtantia, quia muliebre ſemen magis fluidum eſt & aquoſum: facultate, quia tametſi mulieris ſemẽ vim habeat effectricem, eſt tamen hæc vis imbecillior in muliere, quàm in viro, ita vt ad hoc, vt fiat generatio, neceſſe ſit tùm ſemen fœminæ, tùm etiam maris adeſſe. Ad aſtruendam hanc opinionem contra receptiſsimam Ariſtotelis ſententiam, vſus eſt multis rationibus, ſed nos tantum tres ſelegimus. Prima ratio Galeni, quæ etiam ſecundum ipſum eſt efficaciſsima, capta eſt à ſimilitudine filiorum ad patrem & matrem, quod filij gignantur quotidiè, qui aſſimilantur matribus, non ſolùm ſecundum ſexum, ſed ſecundum plurima alia accidentia. Hoc conſtituto, inquit Galenus, vis hæc aſsimilatoria & vis hæc effectrix, cum æquè ſit aſsimilatio ad matrem atque ad patrem, neceſſum eſt, vt naſcatur à principio communi & maris, & fœminæ, propter quod ſæpè aſsimilatur & patri & matri Si igitur à principio communi ad generationem concurrunt tantùm duo, ſemen & ſanguis menſtruus: hæc vis non poteſt eſſe in ſanguine menſtruo, quia is non poteſt eſſe communis mari, nam nunquam aſsimilaretur fœtus patri, ſi ibi eſſet vis aſsimilatrix. Ergo neceſſe eſt, vt ſit in ſemine: ſi in ſemine, ergo neceſſum eſt in fœmina adeſſe ſemen, veluti in mare, merito cuius poſsit fœtus aſſimilari propriæ matri. Secunda Galeni ratio lib 2. de Semine 1. accepta eſt ab ipſa Anatomica inſpectione, quod videamus, vbi ſecantur corpora mulierum, non ſolùm apparere oculis vaſa ſpermatica, vt ſunt in viris, verum etiam repleta materia alba & craſſa ſeminali, id quod voſmet in Anatome contemplati eſtis. Si hoc eſt, quo modo fieri poteſt, vt cum ſenſui pateat, dicamus eas carere ſemine. Tertia ratio

eſt ex pollutionibus nocturnis, nam mulieres, inquit Galenus, perinde patiuntur nocturnas pollutiones atque viri. Viri incidunt in hos affectus, ſolùm propter ſemen, ideò & mulieres ſolùm propter ſemen capiuntur his pollutionibus. Accedit etiam, quod Galenus dicit, ſe vidiſſe in vidua quadam, quæ cum tentata fuiſſet vteri præfocatione maxima, tandem vterus euomuit materiam albam, craſſam, qua educta ſtatim liberata eſt; inquit Galenus, hæc materia non aliud erat, nec dici poterat, quàm ſemen. Eam humiditatem, quam Mulieres in nocturnis Pollutionibus emittunt Semen eſſe, probat Gal tribus rationibus. Prima, quod in emiſsione eius percipitur eadem voluptas, quá percipiunt viri in emiſsione ſpermatis, propter quod & maximè veriſimile eſt, & ipſam ſemen habere. Altera, quòd emittatur hæc humiditas à teſtibus & vaſis ſpermaticis, quæ omnia ita ſunt in mulierib. illuſtria, ſicut & in viris. Circa quod notare debetis Ariſtot. vt & Medicos, confeſſum eſſe, in mulieribus vaſa hæc & teſtes reperiri: veruntamen fuit huius ſententię, quod ſicuti in viris, nullum habent præcipuum vſum ad generationé, ita etiam non habent in mulieribus, quod falſiſsimum eſſe oſtendunt Medici, & pręſertim Gal. de fœminis brutis, quæ vbi caſtrantur, omnino infœcundæ redduntur, id quod etiam apertiſsimum eſt in Viris, qui exciſis teſtibus, permutantur non ſolùm operibus, verùm etiã animis. Et iurè magnus ille Auenzoar, lib. 2. tract. 3. cap. 1. ſcripſit, nullum fuiſſe vnquam virum caſtratum, qui eſſet optimi intellectus & bonorum morum, vnde vos cõſiderate, qua ratione homines tardos & ſtupidos, appelletis Teſticulos. Tertia Gal. ratio eſt, quod hæc humiditas proijcitur in vterum, nó enim poteſt proijci in vterum fruſtra, propterea gratia generationis omnino proijcitur, neq; valent illæ vtilitates huius humiditatis, quas Peripatetici adducunt, B quoniam non inſeruit huiuſmodi humiditas ſolùm voluptati, quia etiam ſecundum Ariſtotelem ſæpè fit conceptus ſine voluptate: nó etiam inſeruit temperando calori, aut viſciditati temperãdæ, quia multi reperiuntur, qui habent ſemen liquidũ, tenue & frigidum, vt confeſſus eſt Lucretius 4. de Natura, dum ait:

Nam ſteriles, nimium craſſo ſunt ſemine partim,
Et liquido præter iuſtum tenuiq; viciſsim.

Propter quod ſi hæc humiditas huic inſeruiret, plus mali quàm boni efficeret, eò quòd illi qui habent ſemen liquidum & tenue, euaderent prorſus ſteriles, ſicut etiam qui habent ſemen tepidum. Itaque his rationibus, probat Gal. humiditatem illam, quam emittunt mulieres, ſemen eſſe. Et quia Galenus videbat hanc Ariſtotelis rationem maximè vrgere, quod ſi mulier emitteret ſemen, poſſet fieri conceptus ſine mare. Reſpondet, quod vis informatrix maris, non eſt efficax per ſe, neq; etiam vis ipſius fœminæ, ita vtrumq; opus habet altero, & vt non poteſt fieri generatio ſine ſemine mulieris, ita etiam neq; ſine ſemine viri. Auic. lib. 9. de Anim. 2. & 3 necnó ſecunda Fen. 3. tract. 1. cap. 3. auſus eſt Galenum irridere, eò quòd parum Philoſophiam nouerit in hac re, quaſi ſententia Gal. valde deterior ſit quàm Ariſtotelis. Auic. ſecutus eſt Albertus lib. 9. tract. 2. atq; etiam Ægidius Romanus, lib. de formatione hominis, ita vt omnes videantur conſpiraſſe aduerſus Galenum, qui primo conſtituerunt, ſententiam hanc Ariſtotelis veram eſſe, quòd mulieres non emittant ſemen niſi æquiuocè, eò quòd ſolùm ſi quid habent, ſit mera materia, tanquam ſanguis menſtruus, & quòd ſolùm vis effectrix generationis poſita ſit in ſemine maris. Quo C conſtituto, reſpondent rationibus Galeni, & primò de ſimilitudine ſexus, dicunt cum Ariſtot. mares & fœminas generari, non propter ſemen mulieris, ſed quia ſi ſemen viri calidum ſit, à dextro teſte fluat, & in dextram vteri partem decumbat, mas fit: è conuerſo, ſi decidat ſemen frigidum à teſte ſiniſtro in locum ſiniſtrum, fit fœmina: ſi verò ſemen calidum à teſte dextro in ſiniſtrum vteri latus decumbat, fit pro ratione dominantis & qualitatis & loci: Quòd ſi, dicunt iſti, ex vtraque parte qualitates valentes ſint, fiunt Hermaphroditæ. Cui rei fidem facere conatur Albertus Magnus exemplo, qui ſcribit ſe cognouiſſe mulierem, quæ cùm poſt coitum ſemper decumberet in latus ſiniſtrum, ſemper peperit puellas: vbi verò Medicorum conſilio, cœpit cubare in latus dextrum, cœpit ſimul & maſculos procreare. De ſimilitudine indiuiduali, in qua re maximè vrget Gal. ratio, reſpondet Auic. hoc fieri propter reſiſtentiam ſeminis muliebris, non quòd vllam vim effectricem habeat, ſed quia, cùm propter reſiſtentiam humiditatis illius, nequeat fœtus aſsimilari patri, aſsimilatur matri. Ad ſecundam & tertiam Gal. rationem reſpondet, humiditatem quidem illam aſsimilari ſemini, quia uiſcida eſt & alba, veruntamen non eſſe verum ſemen. Et quod docet Gal. de vidua, inquit ille, fuiſſe hanc humiditatem, quæ ob moram in vtero craſſefacta erat. Argumentis quibus nititur Gal. probare eſſe ſemen, reſpondet id quod dicit Ariſtot. aduerſus Hippoc. voluptatem effici à ſpiritibus & motu, non autem quòd ea humiditas ſit ſemen. De vaſis verò ſeminarijs & teſtibus reſpondet, quanquam materia in his contineatur, non tamen eſſe aſſerendum D quòd ſit ſemen, quia etiam viri interdum ex huiuſmodi vaſis emittunt quandam humiditatem, quæ nequaquam ſemen eſt. Ad tertium', quod pertingat hæc humiditas ad vterum, inquit, non eſſe mirum, quia & ſanguis menſtruus, qui citra omnem controuerſiam non eſt ſemen, etiam ad vterum pertingit. Contra id quod ſcribit Gal. virtutem informatricem in ſemine mulieris ineſſe, inſurgunt iſti duabus rationibus apud ipſos grauiſsimis. Vna, quòd ſi debiliter informaret vis ſeminis mulieris, poſſet etiam citra marem fieri debilis conceptus, quia ab agente ſecundum gradum, ſemper euenit effectus ſecundum gradum: ſed falſum eſt, mulierem vllo modo poſſe concipere abſque mare. Ergo ſequitur, nullo modo ſemen mulieris, vi informatrice præditum eſſe. Secunda ratio qua vtitur Auicenna & Albertus eſt, quod nulla potentia actiua indigeat aliqua re, quæ deducat ipſam ad actum, quare vis informatrix maris, nullo modo indigebit adiutorio informatricis fœminæ vt gignat: imò dicit Albertus, quod ait Galenus eſſe rariſsimum, nec inueniri ſimile in natura. Et quia poterat aliquis pro Medicis dicere, ſemen viri formam adferre, ſemen verò mulieris figuras & accidentia. Obijciunt quod dans formã, det & accidentia per Ariſtotelem 8. Phyſicorum: igitur ſi ſemen maris dat formam, dabit figuras & alia accidentia. Hi igitur ſunt diſcurſus, quibus Auicenna, Albertus & Ægidius, nitũtur probare à fœmina ſemen non mitti, quod habeat vim effectricem. Pro qua re ſtatuenda, illud ante cætera dicendũ eſt, quod ſcribit

Auicenna

A Auicenna 20. tertij, tractat.1. capite 3.ſcilicet hanc quæſtionem pertinere potius ad naturalem Philoſophiam, & huius rei ignorationem nequaquam eſſe nocuam Medico, quia tamen puto & Galeni & aliorum Medicorum ſententiam eſſe veram, propterea nobis cum Galeno ſtatuendum eſt, mulierem emittere omnino ſemen, quod non ſolùm, vt docet Auicēna, diſponat materiam ad recipiendam informationem, ſed etiam quod informet, verùm debiliùs quàm ſemen viri. Sed quia magna ex parte refutatæ ſunt iſtæ opiniones & rationes, nonnullis reſpondebo breuiter: & primò de ſimilitudine indiuiduali, quæ eſt maxima Gal. ratio, quod ratio Auicennæ omninò futilis ſit, nempe ſolam reſiſtētiam præbere, propterea quod ſi ſolum ſemen fœminæ reſiſteret, proculdubiò efficeret ſolum, vt fœtus non aſſimilaretur patri. at præter hoc facit etiam, vt aſsimiletur matri, ergo neceſſe eſt fateamur, aliquam vim ineſſe ſemini mulieris, quæ hāc aſsimilationem faciat. Et propterea magnus ille Lucret.4 de natura dicit, fœtus ſimiles fieri matribus propter ſemen muliebre, ſicuti ſunt ſimiles patribus propter ſemen paternum: cum ait,

Tum ſimiles matrum, materno ſemine fiunt:

Et patribus, patrio.

Quod porrò dicunt, reſpondentes Galeno, humiditatem illam eſſe quidem ſimilem, ſed non eſſe verum ſemen: videtur mihi ratio vana, propterea quòd ſi ab ijſdem locis emanat, atq; ijſdem accidentibus præditum, neceſſariò etiam videtur eandem habere facultatem: imò poſſunt iſti conuinci Ariſtot. ratione, qui 1. de Generat animal.19. ſcribit, mulieres & viros pingues, idcirco infœcundos fieri, quia ſemen B vtriuſque abſumitur in pinguedinem. Si igitur propter abſentiam ſeminis, vt vult Ariſtoteles, tollitur fœcunditas in muliere, igitur & ex præſentia ipſius ſeminis dicitur fœcunditas fieri. Igitur ſecundum Ariſt. neceſſariò coguntur fateri, ſemen mulieris vim habere in generatione. Neq; valet, quòd ſi hæc facultas effectrix debilis eſt, poſſet etiam fieri conceptus debilis ſine mare, propterea quod vis illa, nullo modo poteſt operari, niſi iungatur facultati ſeminis maſculini. Et ideò, ſicut ſemen viri non informat ſine ſemine mulieris: ita nullo modo poteſt informare ſemen fœminæ ſine ſemine maris. Nam vt exemplum adferamus in artificialibus. vt adfert Ariſtoteles, ad probandum ſemen maris non poſſe eſſe vt materiam, id perinde eſt ac ſi quis vellet impellere aliquam rem, ita vt ſolus non poſſet, ſed beneficio alterius: nam vt alter ipſorum non poteſt ſine altero impellere, & vis vtraque alterum iuuat, ita contingit in ſemine, vt facultas fœminæ adiuuet facultatem maris, quanquam facultas maris ſit efficacior. Nec dicendum eſt hoc mirum eſſe, eò quòd non reperiatur in alijs rebus, quia vt teſtatur Plato in Epinomide, & Ariſtot. & Auicenna, in Generat. animalium, eſt neceſſariò quid diuinum, quod in alijs rebus non reperitur, vt non ſit mirum ſi in hac rē reperiatur aliqua conditio, quæ non reperitur in alijs rebus naturalibus. Cùm igitur vera ſit nobis putanda ſententia Medicorum, quòd ſcilicet mulieres emittant ſemen, *Gonorrhœa mulierum* nil aliud erit niſi emiſsio huius ſeminalis materiæ, citra viri cupiditatem, & (vt dixit Moſchio) cum pallore & labefactatione. Eſt hic affectus, ſymptoma in genere excrementorum immodicè fluentium. Locus verò affectus, vt teſtatur Galen.6. de locis affect.6. nullus alius eſt quàm vaſa ſeminalia.

C

CAVSAE.

Cauſæ Gonorrhœæ *internæ* aliæ ſunt eſſentiales, aliæ per conſenſum. Rurſum eſſentiales aliæ ſunt ex parte ſeminis, aliæ verò quæ pertinent ad vaſa ſpermatica. Cauſæ facientes Gonorrhœam ex parte ſeminis, ſunt vel quia ſemen in quātitate peccat, vel quia qualitas ſeminis mala eſt. Vbi quantitas exuperat, proculdubio præ abundantia ſemen fluit: & huiuſmodi Gonorrhœa ſolet fieri In viduis: & in illis virginibus, quæ nuptias nimis protrahunt. Si verò qualitas ſeminis cauſa eſt, fit, quia ſemen nimis calidum eſt, aut nimis acre, aut nimis tenue, nimis calidum ſemen fit, quando homines nimis laborant: & hac ratione, Ariſtot.5 probl.31. dicebat, eos qui nimis exercentur, laborare nocturnis pollutionibus, propterea quod ſemen nimis calidum euadit. Similiter ſolet etiam ſemen nimis fieri calidum in febribus, & præſertim in ijs quæ ſunt habituales, vnde dicebat idem Ariſtot. Phthiſicos frequenter tentari pollutionibus nocturnis, propter hanc caliditatem. Fit etiam Gonorrhœa, vt dixi, ex ſeminis acrimonia, vnde illi qui equitant celerrimè ſolent his affectionibus obnoxij eſſe, quia ſemen illis acre euadit. Idem contingit, vbi ſemen fit nimis tenue & fluidum, quàm par ſit. Ex parte vaſorum ſpermaticorum cauſæ ſunt, vel quia vis retentrix vaſorum offenſa eſt, vt docet Galen.3. ſympt. Atq; hæc læſio contingit propter malam intemperiem, vel quia vis expultrix nimis valida eſt, quod etiam in intemperiebus cōtingere ad- D uertitur: vel quia vaſa ſpermatica conuulſa ſunt. Sic ſæpè videbitis, eos qui conuulſionibus capiuntur, emittere ſemen, propter ſcil. ſpaſmum vaſorum ſpermaticorum, id quod docet Galen.14. de vſu part.12. & 3. ſympt.4. atq; hæ ſunt cauſæ eſſentiales. Cauſæ verò per conſenſum ſunt illæ, quæ communicant affectus vaſis ſpermaticis, & hæ vel ſunt in renibus, vel in muſculis: in renibus, quādo ipſi maximè feruefacti ſunt, ita vt feruorem vaſis ſpermaticis communicent: in muſculis, quando muſculi ſuperpoſiti vaſis ſpermaticis ſunt valde accenſi: atq; tot ſunt cauſæ internæ. *Externæ* verò cauſæ ſunt, longa inprimis abſtinentia, coitus, cogitationes, ſermones, lectiones rerum venerearum, nimia frequētia coitus, nimius corporis motus, otium, ſomnus ſuper dorſum factus, ſtrictura lumborum, & pannorum nimis calefacientiū ſuper lumbos vſus: adhæc potus meraciores cibi, vt ſunt oſtrea, bulbi, tubera, cardui, ciceres, nuclei pinus, & tandem omne eduliorum genus, quod vel multiplicare ſemen, vel prouocare poteſt. Quo in loco notare debetis ferè omnia quæ Gonorrhœam in viris generant, eadem generare in mulieribus. Imò verò Theodorus Priſcian. lib.3. ſuæ Medicinæ cap.10. ſcribit curationem in viris, nihil differre à curatione mulierū.

SIGNA.

Signa generica huius affectus, comparantur ex relatione vel ipſius patientis, vel miniſtrarū eius, quoniam ſæpè erubeſcunt mulieres id fateri, vnde neceſſum eſt hoc intelligere vel à matribus, vel à miniſtris. Inter alia ſigna quæ referuntur à miniſtris hoc vnum eſt: quia ægra dicit exire è vulua mate-

riam albam craſsiuſculam ſine voluptate. Sed dicetis, quæ eſt cauſa vt nulla percipiatur voluptas? Hæc eſt, quia vt intellexiſtis, voluptas oritur ex ſpiritibus & motu ſeminis, qui confertim & ſubitò fit: iam verò ſemen quod in Gonorrhœa effluit, ſpiritibus priuatum eſt, tardiſsimè mouetur, & paulatim emanat, ita vt omnes deſiderentur voluptatis cauſæ. Sed quia materia quæ exit à matrice, interdum ſperma eſt, interdum verò non, propterea neceſſe eſt, vt habeatis *ſigna quib. diſtinguatis, quando materia ſeminaria eſt, & quando non.* Subſtantia quæ ſemen eſt, habet has conditiones, nam tametſi minus craſſa ſit quàm ſemen viri, veruntamen habet & ipſa nonnihil craſsitiei: materia quæ ſemen non eſt, tenuiſsima eſt, & multum fluxilis. Adhæc materia ſpermatica pauca eſt, & longis interuallis emanare ſolet: materia vero quæ ſperma non eſt, copioſiſsima eſt, & magis cõtinuè fluit. Quod vt melius intelligatis, debetis meminiſſe illius quod ſcribit Ariſtot. 1. de Generat. animal. 18. vbi ait: illud ex quo generatur ſemẽ, omnino pauciſsimum eſſe, propterea quod ex tota cibi quãtitate, pauciſsimum omnino eſt illud, quod membris pro nutrimento apponitur: ex hoc verò pauciſsimo, generatur ſemen, quod eſt minima portio ipſius pauciſsimi. Ita vt neceſſe ſit omninò ſemper paucum eſſe ſemen, & propterea in Gonorrhœa paucam hanc materiã exire. Sed dicetis, ſi materia ſeminaria adeò exigua eſt, cur interdum in Gonorrhœa videtur maxima ſeminis copia exire. Dico propter duas cauſas hoc fieri: Prima eſt, quia ſæpè ſemini miſcetur aliena materia, vt pituita defluens à capite, quæ videtur augere ſubſtãtiam ſeminis. Altera cauſa eſt, quia vaſa ſpermatica, vbi fiunt intemperata, vehementer attrahunt à toto, ita vt quod deberet nutrire membra, ad ſe rapiant, & ita videtur ſemen multiplicari. Ex quo loco notare debetis errorem eorum, qui putant ſemen fieri album in teſtibus, quia in Gonorrhœa ſemen album exit, & tamen ne momento quidẽ moratur in teſtibus. Adhęc dignoſcitur materia ſeminaria ab alia, qualitatibus viſibilibus & odorabilibus, quemadmodum vbi materia ſpermatica fuerit, ſemper valde albeſcit, ſplendet, & ſemper ſine vllo fœtore eſt, præſertim in principio: vbi verò aliena fuerit materia obſcurior eſt, interdum nigra, interdum rubra, & variorum colorum. Accedit his ſignis & aliud, quod in Gonorrhœa ſi diutius perſeuerabit, neceſſariò corpus contabeſcit, quia membra priuantur nutrimento proprio: in fluxu verò alienæ materiæ, corpora non ita emaciantur, & contabeſcunt. Tandem prægnantes mulieres nunquam Gonorrhœa capiuntur, ratio eſt, quia ſemen vt intellexiſtis fluit in vterum, ex vtero foras emanat. in pręgnantibus vteri os clauſum eſt, itaque non poteſt ſemen profluere. Fluore verò aliarum materierum laborant quidem prægnantes, idcirco vbi in prægnantibus adeſt talis fluxus, certi eſſe debetis, non eſſe Gonorrhœam. *Cauſæ* verò ex quibus fit hoc malum, *cognoſcuntur* ſuis ſignis, quia ſi fiat à multitudine ſeminis, cognoſcitur ex vita anteacta: vt ſi otioſa fuerit mulier, ſit bene nutrita, abſtinuerit à coitu, vſa ſit cibis ſemen multiplicãtibus: pręterea ſi corpore carnoſo, calido & humido prædita ſit, non pingui: etenim, vt docet Ariſtoteles, pinguia corpora ſunt infœcunda, ob ſeminis inopiam. Sic corpora calida & humida ſemper exuperant ſemine, vt iure aſsimilarit ea Plato arboribus nimium fructificantibus. Accedit & aliud ſignum, quod quãdo Gonorrhœa fit à ſeminis multitudine, nullum nocumentum ſentit, imò tanquam onere leuata, mulier videtur melius habere. Si oriatur à ſeminis caliditate & acrimonia, cognoſcetis calore genitalium & lumborum pruritu, mordicatione. Si ſit ex acuitate & tenuitate, dicunt aliqui adeſſe coitus deſiderium: verum ſum alterius ſentẽtiæ, ſcilicet non poſſe adeſſe coitus deſiderium, quia proprius character huius morbi eſt, vt ſit ſine cupiditate & deſiderio, itaque adeſt mala quædam ſenſatio & punctio. Quod ſi propter vaſorum ſpermaticorum intemperiem malum fiat, cognoſcetis vbicunque nulla alia aderunt ſigna, quę alias cauſas declarent. Sin ex affectu renum proficiſcatur, in dorſo percipitur debilitas quædam, mala ſenſatio caliditatis, & in vrina ſupernatat veluti quædam pinguedo, quia propter feruorem eliquatur pinguedo renum, miſcetur vrinæ, & ſupernatat ipſi. Cauſæ externæ ſolum comparantur ex relatione aſtantium & ipſius mulieris.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſunt, quod vbi hoc malum diu perſeuerauerit, deducit ægros ad maciem, ad crurum infirmitatem, ad vlcera & vrinæ difficultates. Referunt alij practici, ſe vidiſſe interdum mulieres ſub hac ægritudine occubuiſſe, eo quod præ pudore noluerunt detegere hunc morbum.

CVRATIO.

CVratio tota poſita eſt in cauſarum ablatione: & quia hic morbus partim factus eſt, & partim ſemper eſt in fieri, ideo Medicus diligens eſſe debet, vt non ſolùm factum tollat, verumetiam prouideat ne fiat. Ad omnia maximè conducit victus ratio rectè inſtituta: propterea ante alia prouidẽdum, vt aer frigidus ſit & ſiccus, parum dormiat: dicit Ariſtot. 4. Problem. 5. dormiẽtes facilè nocturnas pollutiones pati, eò quod in ſomno corpora maximè calent & humida fiunt, quæ omnia exitum ſeminis iuuant. Somnus debet eſſe ſuper ſtragula dura & refrigerantia, vt ſunt: folia nympheæ, lactucæ, vitis, ſalicum, violarum & præſertim foliorum viticis. Nam relatum eſt, mulieres Athenis quæ miniſtrabant ſacris Cereris, conſueuiſſe ſuper viticem dormire, vt caſtitatem ſeruarent, vnde planta hæc Agnus caſtus dicta. Sed *dubitabit* aliquis veſtrum, quomodo conferre poſſunt huiuſmodi exteriora, quando ſcribit Galen. 6. Epidem. 1. text. 6. externa medicamenta renibus adhibita, parum omninò prodeſſe, tùm propter corporis renum denſitatem, tùm etiam propter multitudinem corporum, quæ renibus ſuperponuntur. Ita vt difficile omninò videatur, medicamenta extrinſeca poſſe penetrare: quod ſi verum eſt, eò minus medicamenta penetrabunt ad vaſa ſpermatica. Dico, verè hæc remedia non poſſe id admodum præſtare integrum, quod deberent, eò quod vis ipſorum ob dictas rationes mirificè frangitur, veruntamen propter longum & frequentem vſum omnia conferunt: quinimò dicit Galen. 6. de Tuend. valet. 14. ſe interdum renes mirificè refrigeraſſe, ſolum externis medicamentis, quapropter non malè faciunt, qui ſubinde ſuper renes laminas plumbeas geſtant, vel pillulas plumbeas in ſacculo, quia longo vſu neceſſario frigiditas communicatur vaſis ſpermaticis. Motus corporis vitandi ſunt & præſertim crebræ equitationes: ſic quoque

A quoque prouidendum eſt,vt lumbi & renes,multis tegumentis non tegantur, neque admodum ſtrictè
ligentur,& ego curaui multas mulieres, quæ in hunc affectum incurrerant propter pannorũ ſtrictorum
vſum. Auertendæ ſunt omnes cogitationes rerum venerearum,lectiones & ſermones:picturas etiam &
ſigna formoſa amouenda eſſe à viſu,conſulit Aetius;potius adhibenda quæ tragica ſunt,aut quæ mœro-
rem,aut horrorem,aut odium coitus excitent. De potu,abſtinendũ ſi fieri poteſt à vino,& in vſu haben-
da vel aqua chalybeata,vel pluuiæ,vel cui incoctum ſit ſemen rutæ,ſemen agni caſti,ſemen quoq; Nym-
pheæ,de quo ſcribit Galen.8.ſimpl.illud omni ſeminis nimio fluxui compeſcẽdo,maximè conferre. Sic
etiam, ſi aqua non placeat, vtatur vino tenui ſubaſtringente, cui immacerata ſint huiuſmodi ſemina per
noctem:vinum fuluum,quod ab Aetio commendatur,nequaquam probo.Ciborum delectus habẽdus,
quemadmodum ſi malum ortum duxerit à ſeminis multitudine, debet cibus eſſe paucus & pauci nutri-
menti:vnde herbarum vſus conuenit,plãtaginis,nymphex,rutæ,lactucæ. Panis debet eſſe furfuraceus:
fructus conueniunt,vt pyra, poma,meſpila: fugienda caro caponum,aut aliorum animalium, quæ mul-
tum nutriunt.Quod ſi velitis vti carnibus,debent eſſe in aceto elixæ,nuclei pini,amygdalæ,piſtacea.fu-
gienda:ſic oſtrea,bulbi & omnia quæ ſemen multiplicare nata ſunt. Quod ſi malum fiat propter ſeminis
acuitatem,conueniunt ea quæ non ſolum parum nutriunt, verùm etiam emplaſtica quodammodo ſunt
& adſtringentia,vt lactuca,portulaca,plantago: pultes ex farre,hordeo,oryza,milio. Pedes animalium
conueniunt,cerebella, gellatinæ, piſces. Quod ſi proficiſcatur ex vaſorum ſpermaticorum intemperie,
B præſertim calida,debent cibi eſſe refrigerantes non ſolum actu, ſed etiam potentia. Sed ſemper debetis
hic aduertere,vt cibus parum generare ſanguinis aptus ſit, eò quòd ſubrepto fonte ſeminis generatio-
ni,neceſſariò fluxus & malum omne tollitur. Inſtituta victus ratione, *cogitandum ſtatim quæ ſit Gonorrhœæ
cauſa:* ſi enim ex multitudine ſeminis ortum ducat, cum ferè ſemper plenitudo hanc cauſam comitetur,
ſtatim ſecanda eſt vena,ſed prius lenita aluo.Erit autem ſecanda,aut baſilica,aut ſaphæna,vel etiam ſca-
rificanda crura.Secta vena,deinde ſtudendum eſt,medicamentis & intrinſecis & extrinſecis, fluxum ſe-
dare.Inter intrinſeca conueniunt variæ confectiones,& etiam ſerapia: vt pro confectione:

℞. Conſeru.de aceto.Citri ℥.ij.Camphor.℈.ij.ſem.nymphex,agni caſti,rutæ ana ℈.j.Puluerizatis pul
uerizandis, fiat Mixtura : & aduertite baſim ferè huius medicamenti eſſe, conſeru. de aceto. Citri, quia
ſuccus citri & limonum mirificè confert ad extinguendam ſeminis copiam.Imò ego ſoleo vti in Gonor
rhœa ſucco citri & limonum,magna felicitate.Serapium poteſt hoc modo fieri:

℞. Fol.ſcariolæ,endiuiæ ana M j. ſem.rutæ,lactucæ,citrulli,nymphex ana ℥.j. Contundantur omnia
craſſo modo, deinde imponantur in lib.iij aquæ pluuialis, & bulliat vſque ad conſumptionem duarum
tertiarum. Deinde facta colatura cum ſaccharo,ſecundum artem ſyrupizentur: & dicti ſyrupi capiantur
ſingulo mane vnciæ tres vel quatuor.Extrinſecus commendantur varia,ſed præ cæteris commendatur
& apud me vſu probatum eſt, oleum ex ſemine hyoſciami: capiantur ſemina hyoſciami & contundan-
C tur,deinde irrorentur aqua vitæ,poſtmodum ponantur ſub prælo,& exprimatur oleum.Hoc oleo inun-
gantur lumbi,loci muliebres,& mirificè confert. Poteſt etiam componi linimentum,vt: ℞. Ol.myrtill.
ſem.hyoſciami ana ℥ s. ſem.mandrag lactucæ ana ʒ.j.Camphoræ ℈.ij.Aceti optimi q.ſ. Puluerizatis pul
uerizandis,fiat linimentum. Hac eadem intentione licebit componere inſeſſus : accipe huiuſmodi her-
bas & ſemina, atque in aqua pluuiali incoquantur, & curetur vt mulier patiens ſedeat vſque ad vmbili-
cum. Si cauſa fuerit mordacitas & acuitas ſeminis,in hoc caſu,dum nihil obſtet, mittendus eſt ſanguis,
quo miſſo,refrigeratur iecur & conſequenter mordacitatis cauſa aufertur. Miſſo ſanguine,ſtudẽdum eſt
mordacitatem abolere ſeminis,id quod & intrinſecus & extrinſecus agẽdum. Intrinſecus conuenit hoc
brodium: ℞. ſem.portulacæ,lactucæ,ſolatri,rutæ ana ʒ.ij Fol.lactucæ,lapathi,plantaginis ana M.s. Con
tundantur omnia & bulliant in brodio carnis vitulinæ: deinde facta colatura:

℞. Dicti brodij ℥.vj.Fiunt quoque confectiones variæ in hoc caſu.Exemplum eſt iſtud

℞. Sacchar.roſ.ʒ ij.camphoræ,(quæ commẽdatur,quaſi propria facultate ſemen aboleat,vt vſu quo-
tidiano comprobatum eſt)ſem.portul.lactucæ an.ʒ.ij. Huius mixturæ capiatur ℥.s.ad ſummum ſingulo
mane. Conuenit quoq; linimẽtum præſcriptum in hoc caſu & inſeſſus,vbi ſemen tenue & aquoſum eſt,
commendatur præ cæteris Tryphera Meſues,quæ ſolet mirificè ſemen incraſſare. Quod ſi malũ oriatur
propter retentricis imbecillitatem,ſtudendum eſt,primo intemperiem,ex qua oritur imbecillitas corri-
D gere:deinde vtendum eſt ijs quę conſtringere poſſunt.Sed ante alia vſu mihi probata eſt hæc confectio:

℞. Diacyd.ſimpl.℥ ij.pulu.corall.rubr.ʒ.j.s. balauſtiorum ʒ.ij.ſem.rutæ,agni caſti ana ʒ.j. Pulueriza-
tis puluerizandis fiat mixtura. Et aduertite, quod ſemper quæcunque ſit cauſa debetis hoc cogitare, vt
medicamentis miſceatis ea quæ ſemen extinguere poſſunt: nam inter ea quæ id faciunt,ſunt quæ à pro-
prietate conferunt,vt eſt cornu cerui vſtum,lapis hæmatites,ſemen anethi, agni caſti. Poſt malum fini-
tum, ſolet interdum relinqui corpus valde emaciatum & ex carne, propter quod neceſſe eſt corpus refi-
cere,pro quo poteſtis vti hac confectione:

℞. Margar.ſub pulu.ʒ.j.s.nucleorum pini ℥.s. Pulpæ caponum ʒ.ij.ſacchari opti.℥.iiij. ſecundum ar-
tem fiant morſelli. Atque hæc eſt integra curatio Gonorrhœæ muliebris.

DE FLVORE MVLIEBRI.
CAPVT VI.

POſtremo loco ſuccedit aliud malum, cui mulieres ſolæ ſunt obnoxiæ, & eſt fluxus humiditatum ab
vtero, qui neque menſtrua ſunt, neque ſemen: appellant hunc morbum Græci ῥοῦν γυναικεῖον: Latini
fluorem muliebrem : vulgus verò mulierum menſes albos: quanquam interdum confundatur cum
Gonorrhœa. Eſt hic affectus continuus ex vtero variarum humiditatum fluxus . Dico variarum, quia
interdum exeunt putridæ, interdum imputridæ, interdum materia billioſa eſt,interdum rubra, ſæpiſſi-

mè alba,rariſsimè nigra. Et ratio cur materia nigra rarò fluat eſt,quia humor ater ſua natura torpidus eſt, neque facilè diffluit. Eſt hic affectus ſymptoma,in genere excrementorum immodicè fluentium, id eſt, quæ tùm qualitate peccant, tùm quantitate tàm continua, quàm diſcreta. Dubium eſt de loco affecto quis ſit: Altimarus ductus Galeni autoritate 3.Symptom.4.& 6.de loco affectis 5. in fine, putauit nullum certum locum huius affectus poſſe aſsignari. Sed ſum ego alterius ſententiæ,quod in fluore muliebri interdum locus affectus ſit vniuerſum corpus, ſæpè vterus, nonnunquam alia aliqua corporis pars: atque adducor iiſdem autoritatibus Galeni,quibus vtitur Altimarus: Galenus ſcribit in fluore muliebri non ſemper vterum affectum eſſe : quorum verborum ſi vim expendamus , nihil aliud innuere vult, niſi quod ſæpè vterus ſit affectus,ſed non ſemper. Hanc eandem mentem videtur habuiſſe Auicenna 21.tertij,tract.3.capite 32.vbi ſcribit, fieri non ſolùm ob humorum ſuperfluitatem,verùm etiam propter imbecilitatem venarum menſtrualium. A

CAVSAE.

Cauſæ internæ fluoris muliebris,ſunt vel ex parte membrorum mandantium, vel ex parte recipientium,vel ex parte materiæ fluentis. Ex parte membrorum tam mandantium, quàm recipientium, cauſæ ſunt,vt docet Galenus, lib.de Differ.ſymptom.vltimo,aut quia facultas ſanguificatiua eſt læſa,ita vt nõ gignatur is ſanguis qui gigni deberet:vel quia expultrix offenſa eſt,ita vt plus expellat,quàm deberet,& eo tempore quo non deberet:vel quia facultas diſcretoria offenſa eſt.(Et notate hunc locum, quia difficilis eſt,ex hoc enim & etiam ex 4 de vſu part.1.colligere eſt,Galenum non cognouiſſe eam facultatem diſcretiuam,quàm adeò celebrat Auerroes,) vel quia facultas retentrix offenſa eſt. Sed dicetis, quomodo poteſt in fluxu retentrix offenſa eſſe,quia retineat magis quàm deberet? Hoc fit vt dicit Galenus l.c.quia vbi corpus conſtipatum eſt,vel etiam renes conſtipantur, aut facultas corporis retentrix valida eſt,membra retinent materiam craſſam: pars ſeroſa & tenuis cum non poteſt euacuari, neque per vrinas,propter renes obſtructos,neque per cutim,neceſſariò demãdatur ad vterum,& fit muliebris fluor. Itaque clariſſimum eſt ex Galeno, ex robore retentricis fieri hunc morbum. Ex parte materiæ fluentis cauſæ ſunt,quia vel humores ſunt tenues, fluxiles & ſeroſi : vel quia materia putreſcit in aliqua parte,ex putredine biliosa euadit : vnde merito acrimoniæ excitat & ſtimulat perpetuò expultricem facultatem. Externæ cauſæ, vt dicit Auicenna, multæ ſunt, & imprimis aer frigidus & humidus, mœror, conſumatum otium,& hac ratione mulieres agreſtes rariſsimè tentantur hoc morbo:tentantur nobiliores ob nimium otium. Inter has cauſas ſunt varia eduliorum genera, & præſertim herbarum & fructuum eſus, partus graues & difficiles,ſed præ cæteris frequentes cruditates.vt non immeritò dixerit Auicenna,cruditates eſſe omnium morborum matres. Inter cauſas externas recenſere etiam poteſtis ætatem, quanquam ætas poſsit dici cauſa interna,ſed mediatè. Dico de ætate,quia Hippocr.2. de morbis Muliebr. & Aetius lib 16. cap.65.ſcribit albos menſes frequentiſsimè fieri ſenioribus : in ætate vigente conſtitutis, fiunt frequenter rubri & pallidi:virgines ferè ab hoc morbo liberæ ſunt. B C

SIGNA.

Signa fluoris muliebris, quanquam comparantur ex relatione ægræ, tàmen à Medico diligenti, propria etiam induſtria acquiruntur.Etenim ſunt omnes mulieres,quę patiuntur hunc affectum,triſtes, pigræ,ſine appetitu,difficulter ſpirant dum ambulant.Galen.2.de Præſag.ex pulſu,capite 9.addit,in hoc affectu fieri ſæpe pulſus vermiculares: adhæc vteri ſemper aliquam humiditatem ducunt,quæ ſæpè fœtet:interdum eſt fœtoris expers,modò rubra eſt, modò pallida,modò alba : & vt dicit Aetius, ptiſanæ inſtar.Hippocr.lib.de Natura mulierum & ſecund.de morbis Mulieb ſcribit,vrinas harũ eſſe,veluti ſunt aſininæ. Notate,quanquam videatur hic fluxus ceſſare,tamen dixi perpetuum eſſe & continuum: & verum eſt,quia vt dicit Paulus lib 3 cap.63.licet materia non deſtillet ſemper,tamen loci illi muliebres madent magis quàm naturæ cõueniat,facies decolorata eſt,oculi tument: circa quem tumorem oculorum, debetis notare errorem Auicennæ & Altimari: errarunt iſti,vnus propter malè Paulum intellectum: alter propter ignorantiam linguæ Græcæ,& malam Andernaci tranſlationem Dico Andernaci,quia Cornarius hunc locum Pauli bene vertit. Auicen.21.tertij tract 3.cap.32.ſcribit,in hoc affectu,tumorem oculorum interdum eſſe cum dolore,interdum ſine dolore: id quod etiam afferit ex Paulo lib.3.cap.63. Altimarus.Sed hoc falſiſsimum eſt,neque Paulus dicit:nam vt in cachexia & hydrope oculi tument,nunquã dolent,ita neque in hoc affectu. Neque hoc Paulus dicit,vera inquam litera Pauli,nam Andernacus vos fefellit. Dicit Paulus oculos tumere:poſtea dicit,fieri hunc affectum modò cum dolore, modò ſine dolore. Ita vt Auicenna, Andernacus, Altimarus, quod Paulus tribuit affectui,putent tribui tumori oculorum. Igitur inter ſigna poteſtis recenſere,interdum fieri cum dolore,cùm ſcilicet materia eſt acris,interdum ſine dolore. An fluat à capite,an verò à ventriculo,autor libri de Natura mulier.docuit nos cognoſcere,vbi ſcribit,quòd ſi materia mordax non ſit,neque acris,argumento eſt humores fluere à capite. Si verò materia mordeat & rodat, indicium eſt fieri à vẽtriculo. Sed hæc ſigna nequaquam firma ſunt,quia ex cruditate ventriculi,poteſt fieri materia cruda, pituitoſa,quæ non mordeat:itaque certa non ſunt.ſed illa certiora,quãdo toto corpore affecto,intelligimus malum fieri à toto:affecta aliqua parte,vt vtero vel iecore,intelligimus malum ab ea parte oriri. Cognoſcuntur humores facientes malum ex colore,quia ſi panni quibus ſolent vti mulieres ad detergendas has ſordes, exſiccentur in vmbra, demonſtrant quales ſint humores: quia ſi biliosa,color eſt pallidus: ſi ſanguinea,color erit rubeus: ſi pituitoſa,erit ſubalbidus: ſi melancholica,niger. Cognoſcitur muliebris fluxus rubeus à menſtruorum fluxu,duobus potiſsimum ſignis: vno,quia in fluore,materia quæ exit,refert aquam in qua ſunt ablutæ carnes. In menſtruo fluxu, materia quæ exit,eſt ſanguis ſyncerus: altero,quia in fluore muliebri,materia exit continuò nulla ſeruata periodo. Vbi fluxus menſtruorum eſt,neque continuò fluit materia,ſed quaſdam periodos habet. D

PRO-

A

PROGNOSTICA.

PRognoſtica hæc ſunt, quod fluor muliebris vbi perdurat, ſemper morbos peſsimos inducit, hydropes, cachexias, vlcera, neruorum læſiones, & innumerabilia mala. Hippocr. 5. Aphoriſm. 56. ſcribit: ſi fluori muliebri ſuperuenerit conuulſio, malum eſſe. Ratio eſt, quia hoc malum ſemper requirit exinanitiones: conuulſiones ex inanitione lethales ſunt, vt alibi dicit Hippocrates. Optabit aliquis veſtrũ ſcire, cùm omnis fluor malus ſit, quis deterior, an vbi materia fluens alba eſt, an vbi rubra, aut flaua? Dico, quod ad cauſam attinet, ſemper fluores albos deteriores eſſe, ratio eſt, quia hi fiũt à cauſa frigida, quæ ſemper deterior eſt calida: vnde iure ſcribit Hippocr. 2. de morb. Muliebr. Fluorem in ſenioribus incurabilem eſſe, & eas vſque ad mortem comitari. Quod verò attinet ad ſymptomata, dico fluorem rubrum & bilioſum deteriorem eſſe, quia rarò contingit quin huiuſmodi fluores mordeant, & vlcus inducant.

CVRATIO.

CVratio huius affectus tota poſita in exſiccatione & ablatione fluxus, qui quoniam tribus conſtituitur, ſcilicet membris mandantibus, recipientibus, & materia fluente, propterea tres oriuntur ſcopi: quorum vnus eſt, vt membra mandantia corrigantur: alter, vt membra recipientia corroborentur: tertius eſt, vt materia fluxus aboleatur. Ad quos ſcopos adimplendos, neceſſaria eſt victus ratio: aer ſiccus eligendus vel parandus, ita vt in materia calida frigidus ſit: in materia frigida calidus. Somnus quantò longior, tantò melior, eò quòd tempore ſomni omnes euacuationes conſiſtunt: cõfert ſomnus factus
B pedibus elatioribus & cruribus complicatis. Mœrores, triſtitiæ & cogitationes omnes ablegandæ. Corporis motus vitandus præter frictiones, quas Galenus & Paulus commendant. Indigeſtiones tanquam peſtis fugiendæ, & ſtudendum eſt, vt omnes coctiones optimè perficiantur. Vinum conuenit tenue & ſubaſtringens: Hippocrates laudat vinum dulce, aquoſum: ſed magis mihi placet, quod Paulus laudat craſſum, quia ab hoc humores alioqui fluxiles, incraſſantur & tardantur: debet ſemper potus eſſe pauciſſimus. Panis optimè fermentatus, ex flore farinæ, ſiue farina ſit hordeacea, ſiue triticea: oua, carnes venationis, piſces ſaxatiles: carnes præſtabit coquere cũ aqua pluuiali, vel chalybeata & addere modò Omphacium, modo ſuccum granatorum, modò cydoniorum. Berberi commendantur ſummopere à Dioſcoride, & idcirco horum ſucci conueniunt. Abſtinendum ab omnibus ſalitis acribus. Inſtituto victu, *videndum eſt quæ ſit materia fluoris* quia ſi rubra fuerit, mittendus erit ſanguis à cubito, deinde omnia remedia & intrinſecus & extrinſecus adhibenda, quæ præſcripſimus in immodico mẽſtruorum fluxu, ne eadem repetantur. Si fluor bilioſus vel pituitoſus erit, erunt purgandi humores, ſed prius præparandi: & aduertite in horum præparatione, non eſſe neceſſarium vt tandiu vtamini ſyrupis. In materia pituitoſa, ſyrup. de betonica, mel roſatum conuenit ſine diluto. In materia bilioſa, ſyrupi de endiuia, de acetoſa, de portul. atque ſufficit duobus vel tribus diebus ad ſummum vti. Poſtmodum erunt expurgandi iiſdem medicamentis, quæ ſæpius docui. Facta expurgatione, conſequens eſt, vt corrigantur membra mandan-
C tia, & roborentur recipientia, & materia diſsipetur. Membra mandantia, cum hoc agant præſertim ob intemperiem ventriculi, vel iecoris, ſi frigida, vtendum calefacientibus: ſi calida, refrigerantibus: quo in caſu commendatur ſerum lactis ab Hippocr. 2. de morbis Muliebr. niſi mulier fuerit lienoſa. Ex quo loco poteſtis intelligere, in affectibus lienis fugiendum eſſe ſerum. Similiter commendantur potiones refrigerantes & decocta. In intemperie frigida, maximè commendo aquas thermales, vt præ cæteris aponitanæ vel porritanæ ſunt. Ad hæc confectiones magnæ, vt theriaca, triphera perſica, diatrionpipereon, diacalamenthum, quæ omnia non ſolùm calefaciunt, ſed etiam exſiccant excrementitias humiditates. Poſtremò veniendum eſt ad diſſipandam humiditatem, quæ diſſipatur frictionibus, præſertim factis cum melle cocto, nec non arena, vt Galenus lib. de Præcognit. ad Poſthumum cap. 8. factum fuiſſe in caſu vxoris Boethi narrat: neque ſolum his modis ſiccanda materia quæ fluit, verumetiam reuocanda ab vtero ad alias partes, vt per vomitum, quem laudat Auicenna, vel per aluum, vel per veſicam: & videtur Galenus maximè commendare reuocationem ad veſicam, qua ſola ferè gloriatur ſe curaſſe fœliciter vxorem Boethi, & inde gloriam & nummos lucratum fuiſſe. Vltimo loco *roborandus venit vterus*, medicamentis adſtringentibus: ſed ante vſum adſtringentium debetis ſemper tria diligenter conſiderare. Vnum eſt, vt non vtamini adſtringentibus, niſi videatis corpus exactiſsimè expurgatum eſſe. Alterum verò, vt dum adſtringere vultis, ſemper procuretis materiam fluentem aliò diuertere, quia cum ſemper ali-
D quid fluat, ſi materia non diuerteretur & euacuaretur per alias partes, periculum eſſet, ne retenta faceret hydropas, cachexias, quem errorem & commiſſum fuiſſe à Medicis & à ſeipſo in vxore Boethi in lib. de Præcognit. ad Poſthumum cap. 8. Galenus fatetur. Tertiò aduertendum eſt, vt non ſolum proſpiciatis rebus adſtringentibus, ne vterus recipiat, verumetiam ne noui humores regenerentur, quem quoque errorem fuiſſe commiſſum in caſu prædicto ſcribit Galenus, atque ab ipſo errore monitum narrat, ſe præcepiſſe, vt mulier illa parce biberet & comederet, atque fricaretur melle cocto. Adſtringentia quæ conueniunt, multa vobis à me ſunt propoſita, vbi egi de immodico fluxu menſtruorum, multa quoque quæ ab Auicenna, Moſchione & Plinio ſunt tradita. Sed quod ego in vſu habeo probatiſſimum, eſt coagulum leporinũ, cum decocto foliorum quercus, nam curo coqui folia quercus in aqua, & decocti prædicti accipio vncias quinque vel ſex, vna cum drachma vna coaguli, atque ita octo vel decem diebus inueteratos fluxus curaui. Infunduntur etiam quædam in vterum, quæ cõſueuerunt mirifice hunc fluxum ſiſtere. Soleo ego vti ptiſana liquida, facta interdum ex milio, interdum ex hordeo & farre. Sed ptiſana ex milio videtur mirificè conferre, quia vehementer exſiccat, infundunt per inſtrumentum quod Medici vocant Mytrenchitam, addo quandoq; ſuccum granatorum, berberorum, labruſcæ, præſertim cum vterus eſt calidus. Eſt *dubitatio*, an in hoc affectu curando, conueniant ea quæ prouocant vrinam: ex vna parte eſt Galeni autoritas, qui in vxore Boethi, dicit ſe hoc malum extinxiſſe, ſolo diureticorum vſu,

Ex altera parte obſtat ratio, quia quæ prouocant vrinam prouocant & menſes: prouocare in hoc affectu menſes, eſt valde noxium. Altimarus qui vidit hanc difficultatem, vt occurreret, dixit non eſſe verum, contra Arabes, quæ prouocant vrinam, prouocare menſes: & adducit autoritatem Gal. 5. Sympt. 13. vbi aſſerit prouocantia vrinas, non mouere menſtrua. Addit Altimarus, Galenum in vxore Boethi vſum eſſe aſaro & appio, quæ prouocant quidem vrinas, ſed non menſes. Sed miror Altimarum hac in re dormitaſſe, quoniam Galen. in eodem met capite ab ipſo citato, & cap. 22. ſcribit, aſarum prouocare vrinas & menſes. Præterea 8. de Simplic. cap. de Appio ſcribit, appium prouocare vrinas & menſes: idem de petroſelino eodem loco aſſerit. Igitur falſum eſt Altimari dictum, Galenum vſum eſſe aſaro & appio, quia prouocent vrinas, non autem menſes, quia clariſsimæ ſunt autoritates Galeni, vbi ſcribit, hæc prouocare vrinas & menſes. Dicendum igitur, vt aliàs vos docui, in hoc affectu maximè prodeſſe diuretica, quia ſi prouocant menſes, id tamen agunt ſecundariò & per accidens, ita vt materia deducatur ad vrinas, quæ eſt potior operatio, ad menſes exigua, aut nulla. Imò dicit Auicenna quoſdam laudaſſe in hoc caſu, quæ prouocant menſes, atque ea probat, modò fluor non oriatur ab vlceribus matricis, modò non adſit corroſio in matrice, neque ſit debilis retentrix: quia in alijs caſibus non debemus timere prouocantia menſes, modò principaliter vrinas prouocent. A

DE MORBIS VTERI A SOLVTIONE vnitatis. CAPVT VII.

B

PErtractatis morbis vteri, qui fiunt cum materiæ fluxibus, accedendum nobis eſt ad aliud genus morborum, quod fit in vnitatis ſolutione, quod quidem genus, duobus potiſsimum compreheſum ab autoribus inuenio, ſcilicet ſub vlcere & ſub pruritu vteri: quare mihi videtur conſequens ordini noſtro, vt breuiter de his tractemus hoc tempore, eò magis quòd vlcera conſueuerunt fieri poſt gonorrhœam & poſt fluorem, quia vt ferè omnes ſcriptores narrant, iſte morbus, ſcilicet vlcus matricis, non ſolet aliunde fieri, quàm ex his aut alijs præcedentibus morbis. Locus affectus vlceris eſt ſæpiſsimè, vt dicit Galenus de Locis affectis 8. Ceruix & collum vteri, fit tamen quandoque etiam in corpore vteri, ſed rariſsimè, eò quòd vlcera depaſcuntur carnoſas partes, vterus circa ceruicem & collum carnoſus eſt. Hæc verò vlcera, multas habent differentias, vel enim ſunt ſordida & putrida, vel ſunt pura & omni ſorde priuata. Rurſus vel ſerpunt & dicuntur Græcis νομαι vel non ſerpunt. Item fiunt cum inflammatione & ſine inflammatione.

CAVSAE.

CAuſæ vlcerum matricis, nullæ ferè ſunt aliæ, quàm morbi præcedentes, aut aliæ externæ cauſæ, vt Archigenes, Paulus & Aetius docuerunt. Exempli gratia, fluxus acres & erodentes, acria medicamenta tàm per os accepta, quàm vuluæ infuſa: abſceſſus rupti, difficiles partus. Quemadmodum ſcribit Albertus Magnus lib. de Secretis muliebr. ſæpè mulieres inter pariendum diſcindi atque dilacerari, vt iure Medea apud Euripidem dixerit, ſe maluiſſe decies in acie pugnare, quàm ſemel parere. Adhæc fœtus extractiones ferro factæ, fœtus diſſectiones: quibus omnibus cauſis addit Auicenna percuſſiones & caſum, quas ſiluere Græci medici. Etenim ſi rem ritè expendamus, difficile admodum erit, & videbitur vlcera matricis fieri percuſſione & caſu, niſi dicamus ex percuſsione & caſu abſceſſus fieri, qui tandem rupti, deſinant in vlcera. C

SIGNA.

SIgna vlcerum partim habentur ſenſu, partim ratiocinio. Quoniam, vt docet Galen. 6. loco affect. 5. ſæpe vlcera manu tanguntur, vel oculis inſpiciuntur, præſertim ſi ſint in ſummo: nam inſtrumento Dioptra vocato, facilè poſſunt Medici oculis, vlcera ceruicis & colli matricis intueri. Ratiocinio comparantur ſigna, quia ſi ſint in penitioribus vteri partibus, dolor percipitur circa illas partes punctorius, humores emanant ex interuallis quibuſdam ſanioſi: dolor adeſt lumborum, inguinum, capitis & pręſertim ſyncipitis. Addit Hippocr. 1. de morbis Muliebr. fieri quoque delirium, fiunt quoque dolores circa radices oculorum & ligamenta, qui pertingunt etiam vſque ad extremas manus. Et hoc eſt ſignum allatum ab Archigene apud Aetium libro 16. cap. 88. Poſtremò, vtilitas percipitur ex rebus aſtringentibus, detrimentum ex mollientibus: hæc ferè ſunt ſigna generica. Sunt etiam multa alia *particularia, quæ demonſtrant ſpecies vlcerum.* Etenim ſi ſimplex fuerit excoriatio, percipitur ardor, punctio, & interdum materia quædam ſubtilis & ſeroſa emanat. Si fuerint corroſiones in vtero, aderit dolor vehementior, pulſatioque atque etiam aliquis fœtor. Si præter corroſionem fuerint vlcera inſignia, vel erunt cum inflammatione, vel ſine. Vlcera cum inflammatione cognoſcuntur febre, horripilatione. Humor, vt dicit Paulus, paucus eſt & cruentus, ſed præ cæteris maximus vrget cruciatus. Si fuerint vlcera ſine inflammatione, atque ea putrida & tabida, vt dicit Auicenna, multa humiditas manat virulenta, mitior dolor vexat: propter quod Hippocr. dixit 1. de morbis Muliebr. de hac ſpecie mentionem faciens, eam lethalem eſſe: ſi putredo fuerit mala, adeſt præ cæteris maximus fœtor: quod exit ſimile eſt aquæ, in qua ſit abluta caro. An verò malum hoc immediatè ab vtero oriatur, an aliundè, docet Hippocr. intelligere, eò quòd vbi malum eſt in vtero, id quod exit compactum eſt & craſſum: vbi verò aliundè manat, materia quæ exit tenuior eſt, & magis ſeroſa. Eſt ſcitu dignum, cur Archigenes inter alia ſigna vlcerũ vteri, adnumerarit dolorem circa radicem oculorum, quoniam videtur admodum remotum, vt debeant oculi compati vlceribus vteri. Huius rei puto eſſe cauſam, quod cum vterus totus ſit nerueus facile, ipſo affecto, compatitur principium ſpinalis medullæ, à radice ſpinalis medullæ oriuntur nerui optici, vt luculentiſſimè his diebus monſtrauit Conſtantinus Varolus, Anatomicus Bononienſis celeberrimus. Cum igitur à principio ſpinalis medullæ oriantur, facilè fit, vt læſo illo principio cõmunicetur affectus neruis opticis, qui affectus ſeſe monſtrat in fine eorum neruorum, vt conſueuit fieri in affectibus neruorum. D

A

PROGNOSTICA.

PRognoſtica vlcerum ſunt, quod omnia difficilè curentur: præſertim difficilia ſunt quæ in profundis partibus ſunt poſita. Imò verò non defuerunt, qui exiſtimarunt nunquam curari poſſe. Auenzoar lib.2. tract.5. capite 30. narrat hiſtoriam cuiuſdam mulieris, quam cum ipſe curare non poſſet, efflagitauit à patre curationem, qui tandem reſpondit, id malum curationem non recipere. Quod tamen intelligendum eſt de vlceribus magnis & valde putridis: eò quòd Hippocrates 1. de morbis Muliebr. ſcribit, vlcera quæ non admodum ſunt putrida, quæúe non habent inflammationem, curari poſſe, alia verò incurabilia eſſe.

CVRATIO.

IN curandis his vlceribus duplex exoritur ſcopus: vnus, vt totum corpus depuretur, ne ſcilicet malum foueatur à malis humoribus: alter, vt vlcera ipſa perſanentur. *In purgando toto corpore* ante cætera neceſſarium eſt, inſtituere rectam victus rationem. Sit aer in paſſiuis ſiccus, in actiuis non multum excedat: ſomnus bonus eſt, modò ſuper latera fiat, nam iubent medici & iure neque prono, neque reſupino corpore dormiendum eſſe. Quies vtilis, motus omnes periculoſi ſunt, tùm corporis tùm animi: vnde B mœrores & cogitationes auertendæ. Vinum fugiendum, ſolus aquæ potus conuenit: omnia dulcia, omnia dura edulia, aeria, ſalſa, acuta ſunt fugienda. Carnes quæ conueniunt, ſunt omnes carnes ſicciores: & dicebat Hippocrates, ita victum inſtitui debere, vt mulier quàm ſicciſsima euadat. Inſtituto victu, ſi vlcus ſit cum inflammatione, ante cætera mittendus eſt ſanguis è vena media, & demum purgandi ſunt humores: ſed primum præparandi. Purgabitis bilem & præparabitis, nec non humorem pituitoſum, vt ſæpè docui, ne eadem repetā. Hoc in purgatione & præparatione ſemper cauete, ne miſceatis ea quæ pertingunt ad vterum, propterea quod ſummoperè cauendum eſt, ne humores ad vterum ferantur. *Hoc poſito expendendum* eſt, an vlcera ſint ſine dolore, an cum dolore: ſi cum dolore, ſedādus eſt dolor, ne ab ipſo trahantur humores, quo in caſu magnus ille Auenzoar commendat ol. vitelli ouorum & iure: poſſunt etiam in hoc caſu dari ad ſedandum dolorem ſyrupi refrigerantes, vt de nymphea, papauere, endiuia. Adhibentur extrinſecus linimenta cordi, quia propter conſenſum ſolet pati: adhibentur etiam pectini, vt ol. roſaceum completum cum lumbricis. Lac etiam locis muliebribus apponitur & infunditur, & præſertim ſi, vt dicit Rhaſis, ſit lac muliebre. Ego ſoleo in his caſibus albumina ouorum tria vel quatuor diligenter conquaſſare, & addere nunc emulſionem ſeminis papaueris, modò mucilaginem ſeminis pſyllij. Vtor etiam aqua hordei, cum albumine ouorum, ſucco ſeminis hyoſciami: addo etiam in extremis neceſsitatibus opium, nec id timendum eſt, propterea quòd vteri mala ſæpè ad mortem mulierem deducunt, præſertim dolores. Opiata vtero infuſa, poſſunt quidem facere ſterilitatem, mortem nequaquam, ſi C prudenter adhibeantur. Quòd *ſi dolor non adſit*, vel erit ſola excoriatio, vel corroſio, vel vlcus putridum. Si ſimplex fuerit excoriatio, ſat erit incoquere balauſtia, gummi, ſpodium, in aqua pluuiali, vel in aqua ſcabioſæ, vel fumi terræ, atque ſæpè per metrenchytam infundere. Si præter excoriationem adfuerit altior corroſio, valentiora conueniunt adſtringentia: vt, ſuccus plantaginis, cum myrtho, bolo armeno, ſanguine draconis. Quòd ſi vlcera fuerint putrida, ante cætera mundificanda ſunt: & ad mundanda vlcera vtile eſt decoctum hordei cum melle & ſaccharo, decoctum caudæ equinæ, cum burſa paſtoris. Accipiantur etiam ariſtolochia rotunda, iris, matricaria & bulliant in aqua hordei, deinde hac aqua abluatur vterus. Poſſumus etiam vti lactis ſero, quod in affectibus vteri etiam commendatum eſt à Galen. 10. ſimplic. Vbi verò emundata fuerint vlcera, deueniendum erit ad exſiccantia. Cognoſcitur mundatum eſſe vterum, cum nihil amplius emanat: vel quod emanat, parum eſt æquale, album, odoris expers. In exſiccando perpetuò obſeruandum id, quod monet Aetius, vt ſemper à leuioribus ſumatur principium, quia valde exſiccantia & eſcharotica, difficulter ſuſtinet vterus. Et quanquam Galenus dixerit, huiuſmodi medicamenta debere eſſe valde exſiccantia, intelligit de vlceribus rebellibus & antiquis. Itaque Pompholix lota conuenit, crocus, aloes, quæ omnia macerantur & eliquātur ſucco plantaginis, aut myrtillorum, & induntur. Habetis apud Galenum & Aetium multa alia, vt eſt emplaſtrum Azanite, quod commendatur à Galeno 5. de medicamentorum compoſit. ſecundum genera 2. Et vt habeatis aliquod aliud exemplum, ſoleo ego vti hoc linimento:

D ℞. Lithargiri, ſarcocollæ ana ℥.j. thuris ℥.j.s. Ceruſſæ, ſanguinis drac. ana ℥.s. tragacanthæ infuſæ in aqua plantaginis ℥.ij. olei roſati ℥.j. ceræ q.ſ. fiat linimentum. Linimenti huius vſus eſt, vt ſi vlcera ſint in ſummo vteri, applicetur vt applicari ſolent vnguenta. Si verò vlcera fuerint in profundo, eliquatur hoc linimentum, cum ſucco vel myrti vel plantaginis, & mittitur in vterum. Si maligna fuerint vlcera, hæc non ſufficiunt, ſed neceſſe eſt venire ad aes vſtum & ſquammam æris, quæ commendatur ab Hippocr. 1. de morbis Muliebribus.

DE PRVRITV MATRICIS.
CAPVT VIII.

HVic congener eſt alter affectus, qui dicitur pruritus matricis, ab Arabibus dicitur Priapiſmus: Aetius lib.16. cap.82. vocauit Satyriaſim. Et nihil eſt aliud hic affectus, niſi ardens deſiderium ſcalpendi, & ardens cupiditas coitus cum dolore: qui à coitu potiùs efferatur, quàm mitigetur, eò quòd ex contrectatione humores magis decurrunt ad locum affectum.

CAVSAE.

FIt hic morbus, vt docet Auicenna & Aetius, ex humoribus acribus & ſalſis, quia cum corroſionem facere non poſsint, neque etiam exire, retenti in cute, pruritum efficiunt.

SIGNA.

A

SIgna habentur ex relatione,ſed cognoſcitur etiam hic morbus,quia mulieres creberrimè admouent manus locis ſuis,ad hæc corpus contabeſcit & excruciatur.

PROGNOSTICA.

SOlet huiuſmodi affectus, ſæpiſsimè finiri in vlcera, propter quod neceſſe eſt & eius curationem intelligere.

CVRATIO.

CVratio in hoc poſita eſt, vt humores praui è corpore auferantur, & præſertim è loco affecto: vnde ante alia cibi eſſe debent ſorbiles,minimè flatulenti,neque etiam debent eſſe qui poſsint ſemen generare. In potu aquam tepidam commendat Aetius & iure,quia ſi quid eſt quod pruritus & intrinſecus & extrinſecus ſedet, eſt aquæ tepidæ vſus. Secanda eſt vena media, ſi omnia conſentiant, deinde vena ſaphenæ:vel cucurbitulæ ſunt adhibendæ,coxis vel crura ſcarificanda: poſt præparandi humores, & præparati expurgandi. Expurgatur verò feliciter bilis, rhabarbaro & ſcammonea : pituita,agarico & pillulis ſtomachicis,vt dicit Auicenna : humor verò niger, epithymo, ſenna, elleboro nigro, myrobolanis nigris & alijs,quæ conſueuerunt hos humores purgare. Poſt purgationes infundenda ſunt decocta, quæ leniant & facultate refrigerent. Dico facultate, quia actu ſemper debent eſſe tepida: inter alia hoc vtor emplaſtro: B

℞. Lentium excor.℥.j.fol.plantag.lactucæ ana M.j.corticis granat. P.S. Decoquantur in vino aquoſo & vinum infundatur colatum. Serum etiam lactis acceptum per os, mirificè confert, quia expurgat & ducit huiuſmodi humores. Soleo ego vti aqua roſarum,cui incoquo tamarindos, atque etiam ſandalos rubros,qui poſtea colati,infunduntur & mirificè prodeſt:multi laudant ea quæ ſemen extinguunt,quanquam calida ſint,vt eſt crocus,ruta,cyminum,ſed hæc parciſsimè mea ſententia ſunt adhibenda,vel ſemper frangenda ſunt & caſtiganda cum refrigerantibus,vt cùm ſucco lactucæ,portulacæ,plantaginis. Habetis apud Auicen.lib.21 tertij, tractat.tert.cap.18.multa alia medicamenta,quæ poſſunt etiam à vobis vſurpari. Sed quæret aliquis veſtrum,cur Aetius in hoc affectu mandat caput irrigari aceto roſaceo? nam videtur inutiliſsimum eſſe,perinde ac ſi quis curaturus caput,calcaneos vngat. Sed ego puto non abſque ratione commendatum ab Aetio, quia ex hoc affectu vteri, ſolent mulieres interdum incurrere in furorem vterinum,de quo agam cùm tractabo de intemperiebus vteri. Ne igitur eo furore cerebrum afficeretur,voluit iure Aetius,vt caput cuſtodiretur, vt praui vapores tendentes ad caput, deorſum truderentur. Atque hæc ſufficiant de Affectibus vteri in ſolutione continuitatis.

DE MALA VTERI TEMPERIE.

CAPVT IX.

C

ARæteus Medicus grauiſsimus,2.de diuturnis paſsionibus cap.11 ſcribit,vterum ad partum & conceptum magnoperè conferre, veruntamen eſſe veluti quoddam aſylum omnium malorum. Etenim nullum ferè eſt morbi genus,cui vterus non ſubijciatur, vt iure merito hæc à nobis prouincia ſit cœpta,omnes vteri morbos tractandi, quorum iam magna pars tractata eſt: ſuperſunt aliqua non minus vtilia,quàm grata cognitu, inter quæ morborum genera vnum eſt circa malam temperiem, de qua etſi à nobis ſint aliqua tractata,breuiter tamen nonnulla alia vos docere eſt neceſſarium. Nam intemperies vteri,dum actiones ſenſibiliter non lædunt, diſpoſitiones prauæ dicuntur: vbi verò iam inſigniter actiones offendunt,verè morbi dici debent. Atque hæ intemperies, vel ſunt naturales, vel accidentariæ:rurſum,vel ſunt ſimplices,vel coniunctæ & copoſitæ. Non enumero intemperies ſimplices & compoſitas,quia ſunt notiſsimæ.

CAVSAE.

CAuſæ naturalium intemperierum, ferè omnes ſunt ex vitio ſeminis : vt enim dicit Galen.6. Aphoriſm.28.multas fieri podagricas,propter ſeminis vitium: ita quoque omnes intemperies naturales, ex vno ſemine originem trahunt, eò quòd omnis conſtitutio corporis noſtri, dependet ex ſemine & ſanguine menſtruo. Accidentariæ intemperies cauſas habent vel præcedentes morbos,vel errata aliqua in rebus ſex non naturalibus,vt vel in aere,vel in cibo aut potu,aut alijs huiuſmodi. D

SIGNA.

SIgna intemperiei calidæ, vt dicit Auicenna,ſunt intemperies totius corporis calida, & præcipuè cordis & iecoris,eò quòd,vt docet Gal.lib.de arte Medica,tẽperies partium corporis ſolet ſequi temperiem cordis & iecoris. Adhæc in intemperie calida mẽſtrua ſunt pauca,craſſa,flaua,aduſta,mordicantia:pili in pectine citò naſcuntur, multus adeſt coitus appetitus,velox ſeminis effuſio. Frigidus verò vterus ſimiliter cognoſcitur ex intemperie totius. Menſes pituitoſi ſunt craſſi,pauci,tardi,albi, interdum aquoſi. Veneris abominatio eſt,aut exiguus appetitus, nulla in coitu delectatio, pectinis depilatio, ſtupor quidam & frigidus circa lumbos ſenſus. Cognoſcitur huiuſmodi vterus non ſolùm temperie totius, verùm etiam quia loca muliebria ſemper humida ſunt, menſes fluxiles & tenues,copioſi,frequenter aboriuntur,præſertim dum fœtus augetur,minima in coitu adeſt delectatio. Signa ſicci vteri,præter ſigna temperiei totius ſunt hęc,adeſt continua ſiccitas locorum muliebrium,paucitas & craſsities menſtruorum:appetitus coitus,qui tamen non ſedatur, quia non emittunt ſemen. His ſignis poſſumus addere alia duo genera, quæ ſunt communia, ſcilicet vtilitatem ex remediorum contrariorum adminiſtratione: adhæc præcedentem victus rationem. Atque hæc ſunt ſigna ſimplicium intemperierum. Compoſitarum etiam,ipſa ſigna ſunt complicata,vnde cognitis ſimplicibus,cognoſcuntur compoſita.

PRO-

A

PROGNOSTICA.

PRognoſtica intemperierum nulla ſunt alia, quàm quæ tradit Hippocr.5. Aphoriſ.62. ſcilicet vnamquanque intemperiem dum excedit, ſterilitatem inducere. Sed præter hoc malum etiam multa alia induci ſolét, & præſertim à calida intemperie, à qua furor Vteri vocatus, naſcitur, de quo mox agam. Id tamen debetis ſcire, ſæpè caſum in his intemperiebus multum operari, vt dicebat Celſus, operari in omnibus morbis & malis, eò quòd ſæpè communicatur huiuſmodi intemperies alijs morbis. quemadmodum ſcribit Auenzoar, ſe cum eſſet ſterilis, factum fœcundum ex febre ardente, in qua coactus fuit cibis frigidis vti, qui eius calidam intemperiem correxerunt.

CVRATIO.

CVm igitur non parum referant intemperies, ſatagendum eſt eas curare. Quarum curatio perficitur per contraria, ſiue pharmaca ſint, ſiue cibi: ſed potiſsimum cibis & ratione victus, quemadmodum, vt ſcribit Galenus, tantùm poteſt recta viuendi ratio, vt non ſolùm accidentarias intemperies, verùm etiam natiuas corrigat. Remedia particularia harum intemperierum non docebo hoc loco, quia plu ries intellexiſtis vbi alios morbos tractarem, quomodo ſint intemperies curandæ. Solùm tria vos volo monere, vnum eſt, in curandis his intemperiebus longa opus eſſe perſeueratione, eò quòd, vt ſcribit Galen.3. Sympt. vltimo intemperies inducitur in humano corpore longo tempore, vnde etiam diuturnitate temporis egent, vt poſſint curari. B Alterum eſt, in quacunque intemperie curanda, debere euitari vſum aceti, nam Hippocrates & Galen.3. Acut. maximè damnarunt vſum aceti. Et Auenzoar libro 2. tract.5. cap.1. narrat, ſe in componendis medicamentis muliebribus, ſemper auerſatum eſſe aceti vſum. Cur vterus offendatur ab aceti vſu, & non ventriculus, retulit Auenzoar eo in loco quatuor cauſas, quas memini me vobis aliàs declarare. Tertium noſcendum eſt, ſi intemperies vteri & totius corporis conſentiant, contrarijs ſemper audaciùs & copioſius, vti licere. Si diſſentiant, vt ſæpè fit, mulieres ventriculum frigidum & vterum calidum habere, aut contrà, tunc quæ ſumuntur, omnia debent remiſsiora eſſe, quàm po ſtulet gradus lapſus vteri. Hæc breuiter de intemperiebus vteri.

DE FVRORE VTERINO. CAPVT X.

ET quia dixi à calida vteri intemperie oriri furorem, locus poſtulat, vt eum affectum vobis tradam, quia ſcriptores Medici de eo etiam tractarunt. Ex Sorano apud Aetium libro 16. cap.74. dicit, furor Vterinus: Moſchio dixit Satyriaſin. Sed aduertite, Satyriaſin apud Aetium diuerſum morbum eſſe, apud quem nihil aliud eſt, quam pruritus & priapiſmus Moſchionis & Arabum. Eſt huiuſmodi affectus, vt colligitur ex Moſchione & Arabibus, appetitus quidam venereus immoderatus, cum vteri ardore & delirio: ſic enim videtur Soranus apud Aetium etiam declaraſſe. Etenim diſtinguitur hic morbus à priapiſmo & pruritu, quia in illis adeſt quidem deſiderium coitus, ſed ſine ardore & delirio, & cum ſolo pruritu: C in hoc verò adeſt delirium & ardor. Diſtinguitur etiam à præfocatione vteri, quia in hac mulieres manent attonitæ, ſine motu, ſine reſpiratione, nedum ſine ſermone. In furore vterino agitantur, anhelant, obloquuntur, garrulæ ſunt, & inſtar furiarum aguntur. Diſtinguitur etiam à cæteris delirijs, quia alia deliria ſunt diuerſa, in hoc, furor eſt ſolum circa Venerem, nihil aliud loquuntur, nihil aliud cogitant, ſi genitalia contrectentur, demulceri ſolent. Imò mulieres aliquando eò dementiæ veniunt, vt ſeſe ſuſpendant, vel in puteos & fluuios præcipitent: id quod relatum habetis ab Hippocrate, in fragmento de morbis Virginum. Poſſet quis eruditus dubitare, an morbus quo virgines Mileſiæ laborarunt, & mulieres Lugdunenſes fuerit hic morbus, quoniam refert Plutarchus lib. de Virtut. mulierum, interdum virgines Mileſias ſeſe cateruatim ſuſpendiſſe, nec potuiſſe vlla vi aut precibus impediri: quod refert à nonnullis aſſcriptum fuiſſe aeris vitio. Relatum etiam eſt, Lugdunenſes mulieres cateruatim ſeſe in fluuios præcipitaſſe, atque hoc attributum fuiſſe defluuio ſtellarum. Ego verò puto nullum aliud morbi ge nus extitiſſe, quàm hunc morbum: primò, quia mulieres Mileſiæ virgines erant. Hippocrates verò, Soranus & alij, ſcribunt hunc morbum peculiarem eſſe virginibus & caſtis. De Lugdunenſibus idem dico, quæ ſe ipſas præcipitabant in aquam, non ob aliud, quàm ob ardorem, qui cum in nulla alia parte appareret, & puderet manifeſtare, ideò ruebant in aquam, tanquam remedium. Nam relatum eſt à Lucretio 6. de Natura, in peſte illa Athenienſi, ægros præ ardore in fluuios ſe præcipitaſſe, ita vt veriſimile ſit D mulieres eam ob cauſam eò deueniſſe. Eſt hic affectus ſymptoma in genere actionum naturalium & animalium læſarum: nam cum coitus appetitus deprauatur, clarum eſt naturalem operationem offendi, ſimiliter cum lædatur cogitatio & imaginatio, perſpectum eſt animalem functionem offendi. Morbus quem ſequitur hoc ſymptoma, nullus alius eſt quàm intemperies calida vteri: locus affectus primò eſt vterus, deinde diaphragma & cerebrum: ſiquidem, vt docet Soranus, vterus dum feruet, immotus manens, vapores feruidos & prauos in cerebrum & diaphragma mittit, vel per ſpinalem medullam, vel per alia vaſa, qui feruor communicatus cerebro, omnia hæc mala facit.

CAVSAE.

INternæ cauſæ huius feruoris, ſunt calidæ intemperies, & natiuæ vteri & totius corporis, quæ vbi nimis augentur, nouas & accidentales intemperies inducunt: adhæc inter has cauſas numerantur, ætas florens, virginitas & caſtimonia. Externę cauſæ ſunt inprimis regiones calidę, & aer impensè calidus: vnde Heſiodus & Ariſtoteles ſecutus Heſiodum 4. Problem. 26. prodiderunt florente Scolymo, id eſt, æſtate ſumma, maximè mulieres incitari ad libidinem, quo tempore etiam canes, & multa animalia, hac ratione efferari conſpicuntur, atque ita ſcriptum eſt ab Herodoto lib.2. & à Strabone in Ægypto, quæ eſt regio feruida, mulieres omnes eſſe libidinoſas, ita vt nullæ caſtæ reperiantur, atque etiam interdum cum hircis coeant. Inter eas cauſas adnumeratur coitus intempeſtiuè factus, vnde Ariſtot.7. de Hiſtor. animal.1. ſcribit, eas mulieres fieri libidinoſiores, quæ intempeſtiuius incipiunt concumbere. Somnus in

plumis factus & ſuprà dorſum, huic furori generando opitulatur. Balnea ſimiliter, potus meraciores, ci- A
bi calidi & flatuoſi, & quæ ſemen gignunt, vt ſunt, tubera, teſtes animalium, cardui & alia edulia, quæ ad libidinem excitandam inſeruiunt. Sed quæret à me ſtudioſus, cur potiſsimum virgines infeſtentur hoc morbo: cui reſpondendum id quod Hippocrates in fragmento de morbis Virginum, ſcribit virgines & non vtentes coitu, affici hoc morbo, præſertim quando tempora menſium apparent, eò quòd tunc temporis multum ſanguinis ad vterum confluit, qui cùm totus expelli non poſſit, recurrit ad cor & diaphragma: quo ſanguine dicit Hippocrates, hæc viſcera fatua primum fiũt, mox ſtupida, poſtremò deliria omnia ſubnaſcuntur. Accedit etiam quòd propter hunc ſanguinem, & Vterus & Diaphragna inflammantur, hoc inflammato, facilè mens à ſuo ſtatu decidit, quia ſcitis hoc membrum ab antiquis Phrænas dici, quia hoc læſo læditur ratio. Cur potius virgines eligant ſe ſuſpendere aut ſtrangulare, aut in puteos præcipitare, refert cauſas Hippocrates ex preſsione cordis, quia dum cor premitur, imaginationem inducit, quaſi totum corpus comprimendum ſit, vnde ſtrangulatio oriatur, tanquam res totum corpus comprimens. Accedit, quòd (vt dixi) propter ardorem amant iſtæ miſeræ in aquas ſeſe præcipitare, tanquam remedium ſui ardoris quærentes: niſi dicamus ob varietatem & prauitatem phantaſmatum, eligere mortem tanquam fugam, & remedium malorum maiorum. Plato in Timæo, aliam cauſam videtur huius attuliſſe, quia in fine eius Dialogi ſcribit, vuluam animal eſſe conceptionis auidum, & ideo cùm procul à fœtu detinetur, in ætatis flore ægrè fert moram, indignatur & inſtar animalis iracundi, modò hùc, modò illùc fertur, ſicque nunc ſpiritum intercludit, nunc varijs anguſtijs vexat, & (dicit ipſe) omnib. malis cor- B
pus premit. Poſſumus addere etiam aliam rationem, ſcilicet quod tempore quo menſtrua debent educi, fit magnus ſanguinis ad vterum confluxus, qui vbi feruet, titillat, & propter hunc ardorem, immodicum deſiderium coitus inducit, propter quod meritò Ariſtot. 7. de Hiſtoria animal. 1. præcepit cuſtodiendas eſſe hoc tempore puellas diligentiſſimè, quia hoc tempore facilè præ ardore & cupiditate, res nefandas & inhoneſtas committunt. Eſt dubitatio, qua ratione virgines quæ nondum expertæ ſunt Venerem, poſ ſint ita coitum appetere, vt in furorem labantur. Nam D. Hieronymus in Epiſtola ad Geruntiam & Tertull. lib. 1. ad vxorem, probauit facilius eſſe ſeruare virginitatem quàm caſtitatem, eò quòd facilius eſt nõ optare, quod nunquam eſt habitum, quàm quod aliquando eſt habitum: cùm igitur virgines nunquam ſint coitu vſæ, non debent hoc optare, ita vt in furorem labantur. Eſt & altera dubitatio, an quemadmodum in mulieribus datur exceſſus deſiderij coitus, ita detur defectus, nam viri expoſiti ſunt tàm morbis in exceſſu, quàm defectu: ergo & mulieres deberent eſſe ita expoſitæ, tàm ad defectum, quàm ad exceſſum. Ad primam dubitationem dico, quòd Galen. 6. de Locis affect. circa principium dicit de brutis: ſcribit enim Galenus, bruta appetere coitum, non ob voluptatem, ſed duntaxat, vt fugiant moleſtias ex ſemine retento. Sic dicendum eſt de virginibus, quæ cùm grauentur ſemine pruriente, exoptant hanc moleſtiam deponere: & quoniam hoc fit frictione, propterea amant frictionem hanc, vt vitent moleſtias ſeminis. Imò verò ſunt mulieres quædam, quæ ſolummodo hanc frictionem amant, & quæ mutuo ſe fricant. & iſtæ mulieres dicũtur Tribades, id eſt, fricatrices: ſæpè enim legetis hoc nomen apud ſcriptores. C
Ad ſecũdum dubium dico, in mulierib. non dari morbum in defectu deſiderij coitus, ſed ſolùm in viris, quia fœminæ nullæ, præterquam inſectorum quædam, mittunt membrum in virum, ſed ſolùm recipiũt, ita vt ex ſe mulieres ſemper ſint aptæ recipiendo, niſi tamen occludantur, de quo tractabo poſtmodum. Viri autem, cùm exerceant hunc actum, immittendo membrum in mulierem, neceſſarium eſt, vt membrum ſit rigidum, alioqui nihil fit. Et quia ſæpè fit vt viri incurrant hunc morbum, etiam qui habent pulcherrimas mulieres, vt non poſſint immittere, hinc fit, vt ſint viri ſubiecti defectui.

SIGNA.

Signa furoris vterini ſatis manifeſta ſunt, nam mulieres mente errant, ſemper loquuntur de Venere, vertunt oculos huc atque illuc, fricant locos ſæpè manibus, & tanquam furiæ quædam agitantur. Inter ſigna etiam reponuntur ea quæ præceſſerunt, vt eſt coitus abſtinentia, coitu adhibito, iuuamentum: ætatis flos.

PROGNOSTICA.

Hic morbus eſt quidem indecens & turpis, veruntamen ſi medici diligentiam adhibeant, facilè curatur: quemadmodum ſi negligatur, ad extremam inſaniam & furorem deducit, & videbitis mulieres ſæpè inſanientes hoc furore vterino. D

CVRATIO.

Qvapropter ſatagendum eſt circa curationem huius affectus, quæ tota poſita eſt in vteri refrigeratione, quare aer eligendus eſt frigidus & humidus: & miror qua ratione motus Moſchio, voluerit in hac curatione aerem eſſe calidum. Exercitationes moderatæ conueniunt, omnes animi motus, ſiue ad iram, ſiue ad lætitiam vitandi: vitandæ etiam lectiones rerum venerearum, ſemper loquẽdum eſt ipſis de rebus pertinentibus ad honeſtatem & pudorem. Nam virgines illæ Mileſiæ, quę laborabant hoc morbo, curatæ ſunt, vt ſcribit Plutarchus, promulgata lege, vt mulieres ſeſe necantes, per forum nudæ traherentur: hoc enim intellecto, præ pudore virgines reſipiſcere cœperũt. Balnea aquarum frigidarum conueniunt: abſtinendum eſt à vino, à cibis calidis, carnibus, & omnibus quæ gignunt multum ſanguinem, & multum ſemen. Vſus herbarum refrigerantium conuenit, lactucæ, endiuiæ, nymphe æ, agni caſti & vſus cicutæ hac in re probatur. Nam Baſilius, qui fuit & inſignis Medicus & Theologus 5. homil. ſupra Hexameron, ſcribit ſe vidiſſe quaſdam quæ potione cicutæ extinxerunt rabioſas cupiditates. Quòd, tametſi intelligi poteſt de appetitu ciborũ, tamen magis placet, vt intelligatur de appetitu venereo: nam relatum eſt, ſacerdotes Athenienſes cicutæ vſu, libidinis incendia extinguere conſueuiſſe. Coitus hac in re maximè laudatur ab Hippoc. imò ſcribit ſe curaſſe multas virgines, ſolo coitus precepto. Sed dicetis, quo-

A tis,quomodo hoc fieri poteſt, vt vtilitatem vllam adferat, nam relatum eſt à nobis in tractatu de Pruritu vteri, quód coitus potius exaſperat pruritum, quomodo igitur ſanare poteſt? Dico quòd, quanquam vt ſcribit Ariſtot 4. Problem. 26. Virgines ex coitu fiant libidinoſiores, tamen mulcentur & furorem mittunt. Præter Victum, ſunt & alia *quæ in vſu ſunt remedia*, & quia in his mulieribus ſæpè abundant humores calidi & feruidi, propterea expurgandi ſunt ante cætera illi humores. Expurgantur autem faciliter, ſi prius præparentur: ideo neceſſe eſt prius corpus præparare; quomodo verò præparentur & euacuentur humores in huiuſmodi affectibus calidis, pluries docui, non eſt vt hic repetam. Poſtquam præparati erunt humores, vel dum præparantur, eſt habenda cogitatio de ſanguinis miſsione, quia niſi quod impediat, ab Hippocrate, nullum præſtantius remedium pro hoc morbo vincendo, iudicatum eſt. Erit igitur ſanguis mittendus à vena communi, & Saphena, modò vires permittant & nihil impediat. Præter euacuationem vniuerſalem & humorem peculiarem, eſt maximè vigilandum, vt vteri calida intemperies mitigetur: ad quod agendum, ſunt medicamenta intrinſeca & extrinſeca. Intrinſeca ſunt brodia, in quib. ſolanum vel cicuta ſunt cocta, quibus debetis ſemper commiſcere quæ peculiarem habent facultatem petendi vterum. Sed efficaciſſima omnium habentur balnea refrigerantia, aquæ thermarum refrigerantes: & nôdum agitur annus, ex quo curauimus mulierem hoc ſolo remedio. Igitur facta purgatione, præſtantiſsimæ erunt aquæ refrigerantes, aquæ virginis. Præter hæc ſunt extrinſeca, quæ applicantur partim capiti, partim vtero: capiti conueniunt irrigationes ex aqua roſarum, ſolani, lactucæ, nympheæ, & tandem ex omnibus alijs quæ caput refrigerare poſſunt. Vtero adhibetur peſſulus, veluti eſt ſuccus ſolani mixtus cum ruta & adhibitus. Ceratum etiam myrthinum, ruta & caſtorium commixta, quæ licet ſint calida, tamen cùm adeſt multitudo ſeminis, nihil præſtantius ruta, quia propria quadam facultate & etiam manifeſta, abſumit geniturам. Laudat Moſchio radiculam, panno inuolutam & immiſſam, de qua narrant vermes in ipſa generari, tanquam miraculo quodam. Hactenus tractauimus morbos vteri, qui pertinent & ad temperaturam ipſius, & ad vnitatem ipſam; ſupereſt modò, vt perſequamur eos, qui pertinent ad compoſitionem, qui morbi quatuor ſunt, in numero, in via, magnitudine, in ſitu.

B (margin)

DE MORBIS QVI FIVNT IN COMPOSITIONE ipſius vteri: & primò de lapide vel ſanguine grumoſo, in vtero contento. CAPVT XI.

Videamus primò morbos qui fiunt in numero, qui morbi quatuor ſunt: lapis vteri, lumbrici, de quibus tractat Moſchio, nympha & cauda. Quòd enim in veſicis mulierum gignantur calculi & in inteſtinis, hoc fuit à nemine dubitatum: quod autem in vtero etiam fiant lapides, apud neminem vidi, niſi apud Aetium lib. 16. cap. 98. Sed quanquam hoc memoriæ tradiderit Aetius, veruntamen admodum dubito an verum ſit, quoniam ſi ſitum vteri contemplemur, ſubſtantiam ipſius facilè intelligere poſſumus, fieri non poſſe vt in vtero colligatur materia, quæ ſit apta in lapidem durari: quòd ſi etiam interdum poſsit durari, videtur rationi conſentaneum vt excurrat. Nam ſi ſemen etiam ab vtero reijcitur propter hiatum, niſi fiat conceptus, proculdubiò etiam aliæ ſubſtantiæ, quæ non ſunt amicæ & familiares vtero vt ſemen, deberent excludi: propterea non video, quomodo in vtero poſsit concreſcere lapis, niſi ſanguis poſsit grumeſcere, & grumi illi poſsint referre formam lapidis. Atque id voluiſſe ſignificare Aetium veriſimilius eſt.

C (margin)

SIGNA.

Qvod autem poſsint concreſcere grumi ſanguinis, habetis traditum in lib. de Natura muliebri, ſub nomine Hippocratis, vbi ſcribit, quòd ſi ſanguis in vtero grumeſcat, apparet vterus, veluti muco plenus, atque id intelligitur tactu.

CVRATIO.

Ad grumos ſanguinis diſsipandos, nulla alia curandi ratio debetur, quàm quæ monſtrata eſt ab Aetio, vt ſcilicet attenuantia & diſſoluentia, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus vtero adhibeantur.

DE LVMBRICIS VTERI. CAPVT XII.

D

Lvmbricos excretos ſe vidiſſe, teſtatus eſt Antonius Beniuenius in lib. de Occultis morborum cauſis. Sed quia experientiæ credendum eſt, dubitatum eſt, an lumbrici qui reperiuntur in vtero, in ipſo fiant, an aliunde mittantur. Priſcianus & Cleopatra videntur voluiſſe, eiuſmodi lumbricos ab inteſtinis mitti in vterum: ſed non poſſum videre, qua via & ratione ab inteſtinis egredientes, ingrediantur in vterum, quia ſi hoc fieret, perforatis inteſtinis & vtero, ſanè ſub dolore, & ſub his vulneribus, interirent mulieres. Quapropter magis mihi conſentaneum eſt, gigni in vtero, & eò magis quòd memini me aliàs docuiſſe, vt dicit Ariſtot. Albertus, & alij, vermes fieri in cerebro, & vaſis ſpermaticis, vt non ſit adeò abſurdum, ſi etiam fiant in vtero.

SIGNA.

Cognoſcuntur lumbrici exiſtentes in vtero, vt dicit Cleopatra, pruritu, non modò ventris, verùm etiam vteri. Cognoſcuntur ab humore quodam limoſo decurrente, ſudore denſo.

CVRATIO.

Cvratio eſt per ea, quæ necant lumbricos, & quoniam via ab ore longior eſt, idcircò melius eſt adhibere remedia intrinſecus vtero, & extrinſecus, ſiue per fomenta, ſiue per infuſiones, ſiue per peſſaria, modò tamen ſemper ea adhibeantur, quæ vermes enecare poſſunt, & putantur. Quorum medicamentorum ſyluam non monſtrabo vobis, ne tranſgrediar terminos noſtros.

DE NYMPHA ET CAVDA. A

Capvt XIII.

IN vtero etiam interdum generatur caro quædam, aut genita à natura augetur, quæ caro duos morbos facit, prout ſcilicet in duobus locis hæc caro augetur, aut generatur. Si enim ſupra alas vteri, vbi pudenda cõmittuntur, in quo loco eſt vrinarius meatus, augeatur, appellatur hic morbus à Græcis nympha, quod vocabulum refert Suidas fuiſſe Samiorum: apud Ruffum Epheſium grauiſſimum Medicum, & apud Pollucem, dicitur hic morbus ἐπιδερὶς & ὑποδερὶς Hippocrates lib. de Natura muliebr. videtur appellaſſe κίονα ſcilicet Columellam, eò quòd hoc perinde ſit ac columella in gargarione. Albuchaſis Chirurgus inter Arabes illuſtriſsimus, vocauit hunc morbum Tẽtigenem: Auicenna appellat Virgam, Moſchio, Symptoma turpitudinis: eò quòd (vt Aetius ſcripſit) ſæpè hæc caruncula ad tantam magnitudinem augetur, vt nõ ſolùm deformitatem inducat, verùm etiam pudorem aliquem immittat mulieribus. An verò ſit caruncula muſculoſa, vt Paulus & Ruffus Epheſius in lib. de Nominibus partium corporis noſtri tradiderunt: an verò ſit cutacea & pelliculoſa ſubſtantia, vt Aetius ſenſiſſe videtur. Puto ego mediam quandam ſubſtantiam eſſe, ſcilicet inter carnem & cutem veram, & vt hanc rem optimè intelligatis, debetis ſcire, vt dicit Galen 15. de Vſu partium, quòd natura loco prædicto, vbi committuntur pudenda, fecit carunculam quandam, propter duo: tùm propter ornamentum, vt etiam præputium in membro virili: tùm etiam propter tutelam à puluere & frigore, vt in gargarione fecit illam columellã, ad hoc B vt defenderet partes ſpirituales, ab immodico externi aeris frigore. Vbi igitur hæc ſubſtantia inter proprios terminos continetur, mulier ſana eſt, nec vllam læſionem percipit. Vbi verò nimium excreſcit hęc caro, præter turpitudinem quam perpetuò facit, affert etiam incredibile coitus deſiderium. Et ſententia eſt omnium Medicorum, & experientia probatur, huiuſmodi carunculam arrigi interdum, perinde ac pudendum virile. Si verò caro non gignatur circa vterum, ſed ſolummodò in orificio ipſius, fit morbus, qui dicitur à Græcis κέρκος & κέρκωσις: Latini vocant Caudam: Moſchio & Polyxeno ſimpliciter vocant carnem: Auicenna, vocat Allatarum: Albucaſis, ægritudinem caudatam: Haly Rodoam in Comment. ſuper artem Medic. Gal. lib. 3 text. 177. vocauit Hæmorrhoidam: ſed maximè deceptus fuit hic vir, quia vt ſuo loco intellexiſtis, valde differunt morbus Hæmorrhoidalis vteri vocatus, ab hoc qui dicitur Cauda. nympha & cauda, vt intellexiſtis, morbi ſunt in numero & in via Symptomata verò quæ hos morbos ſequuntur, hæc ſunt, quia in Nympha, læditur hæc operatio naturalis, ſcilicet coitus qui deprauatus fit, cùm magis deſideretur, quàm par ſit. in cauda verò, impeditur ingreſſus & egreſſus ſeminis.

CAVSAE.

CAuſæ naturales harum affectionum ſunt, luxuries ipſius naturæ in gignenda carne, atque etiam abundantia materiæ in partibus naturalibus. Auicenna 21. tertij, tract. 4. cap. 23. ſcripſit, has affectiones, & præſertim caudam, æſtate augeri ſecundum latitudinem: hyeme verò diminui. Et ratio hu- C ius eſt, quia propter aeris calorem, corpora magis funduntur & dilatantur, vt propter frigus magis condenſentur & magis minuantur.

CVRATIO.

CVratio huius vtriuſq; affectus, tota eſt Chirurgica, propterea expurgato corpore, ſtatim veniẽdum eſt ad Chirurgicam operationem, eo pacto quo docuit Aetius, Paulus, Albucaſis, Rhaſis & Auicenna. Sed aduertendum eſt, in nymphæ curatione ſolummodo neceſſariam eſſe inciſionem, vel abſciſionem potius. In cauda curanda, veteres Medici duobus modis vſi ſunt: vno, ligatura, nam filo ſerico ligatur ea caro prope radicem, & quotidie aſtringitur, donec tota pars emortua decidat. Alter modus eſt, per abſciſionem, vt de nympha diximus. Illud non eſt ignorandum, quod refert Haly Rodoam loco citato vltima lectione, ſe vidiſſe Reginam, quæ Caudam habebat inſtar vnius digiti, quam curare noluit, quia nobiliſſima erat. Quod poteſt eſſe præceptum, Medicos in curandis nobilibus debere eſſe cautiores, quàm in curandis ignobilibus.

DE VTERI CLAVSVRA.

Capvt XIV.

HIs prædictis affectibus, multò grauior eſt hic affectus, quando mulieres neque coire, neque concipere, neque purgari poſſunt, propter vteri clauſuram. Mulieres verò quæ tentantur hoc affectu, à D Gręcis dicuntur ἄτρητοι, nos Latini appellamus non perforatas. Albucaſis appellauit hunc affectum Alraticum: Rhaſis vocat Ractam: Auicẽna ſeu eius interpretes, vocant Clauſurã ſimpliciter. Eſt verò hic affectus nihil aliud quàm occluſio foraminis matricis, ita vt impediat operatiões naturales vteri. Quod ſit morbus in via, clariſsimũ eſt, ſicut non eſt obſcurum, locum affectum eſſe ipſum vterum ſecundũ os.

CAVSAE.

HVius affectus cauſæ aliæ ſunt naturales, aliæ accidentales: vbi fit à cauſis accidentarijs, appellatur à Galeno 9. de Compoſ. medicam. ſecund. loca 6. & à Paulo lib. 6. cap. 72. φίμωσις, & φιμός. *Cauſæ naturales* non perforatarũ, vt dicit Aetius & Moſchio, tres ſunt: vel vt quia in labijs, vel alis vteri, concreſcit caro ſeu membrana, ita vt obturet foramen. Nicolaus Florẽtinus ſcribit, huiuſmodi mulieres dici Velatas, quaſi ipſarum matrix ſit velo obducta, atque in hac cauſa (vt tradit Moſchio) impeditur coitus, conceptus & purgatio. Aut huiuſmodi impedimentum, quę eſt ſecunda cauſa, naſcitur in ſinu penitiori, atq; in hoc caſu impeditur coitus & conceptus, non purgatio. Aut fit huiuſmodi impedimentum in carne, aut membrana vteri, & hoc eſt, quòd à natiuitate margines colli & oris vteri ita conniuent, vt vel nullum, vel exiguum foramen relinquatur: de his Moſchio dicebat, omnia alia impediri præter coitum. De his quoque ſermonem habuit magnus Ariſtot. 4. de Generat. animal. 1. & Auicen. 21. tertij, tract. 4. cap. 1.

A qui Ariſtoteles dicebat, quibuſdam os vteri à natiuitate eſſe coalitum & coniunctum, atq; hoc non cognoſci, niſi tempore menſtruæ purgationis, quia hoc tempore aut ſponte diſrumpitur hoc impedimentum, quod fit vt dicit Albertus 10. de animal. 8. propterea quòd venæ præ calore & ſanguine intumeſcũt, vnde tumefactæ diſrumpuntur, atq; ſic impetu quodam etiã rumpitur obſtaculum. Alijs (dicit Ariſtot.) huiuſmodi impedimentum à Medico rumpi: nonnullas verò interijſſe vel dum hæc pars frangeretur, vel dum nulla vi frangi poſſet. Quem Ariſtotelis locum dum exponeret Sueſſanus, dixit ex ſententia Epheſij, hunc affectum fuiſſe vocatum à Medicis Marmorem. Sed non potui hunc locum apud Epheſiũ inuenire: ſunt enim eius commentaria quæ circumferuntur ſub nomine Ioannis Philoponi, ſupra lib. de Gener. animal. Ariſtotelis. Cauſæ *accidentariæ* huius affectus, ſunt vel vlcera, quando ſcilicet vlceribus ſupercreſcit caro, quæ obturat: vel ſunt inflammationes induratæ, vt dicit Paulus & Aetius. Nam inflammationes, vel ignorantia, vel alio caſu, ſæpè ita indurantur, vt diſcuti non poſsint, vnde obturant meatum. Idem faciunt & alij tumores, qui oriuntur in ore vteri. Nicolaus Florentinus inter cauſas accidentarias adnumerandam cenſuit ſiccitatem, quia propter ſiccitatem poſſunt vteri margines & labia ita ſimul colligi, vt nullum relinquant foramẽ: atq; ad id aſtruendum vſus eſt Hippocratis autoritate, qui lib. 5. Aphor. 54 ſcribit: quibus vteri os durum eſt, ijs conniuere & concluſum eſſe. Sed pace huius viri, non mihi videtur fieri poſſe, vt ob ſiccitatem hæc clauſura fiat: ratio eſt, quia ſi vnquam fieret, proculdubiò id contingeret in fœminis maraſmatis, in quibus conſentaneum eſt, ſicuti reliquum corpus apprimè ſiccatum eſt, pariter os vteri ſiccatum eſſe. Sed hoc falſum eſt, propterea non videtur vnquam fieri poſſe, neq; etiam id Hippocrates dixit: multùm enim abeſt, vt ex ea Hippocratis ſentẽtia, poſsit hoc elici. Inter cauſas accidentarias poſſunt annumerari medicamenta adſtringentia, id quod facere dicuntur meretrices, quæ medicamentis adſtringentibus adeò arctè conſtringũt os vteri, vt nullo modo, vel ſumma cum difficultate poſsit coitus exerceri: & id faciunt, vt videantur virgines. Accedit etiam Nicolai teſtimonium, qui refert ſe vidiſſe mulierẽ, quæ poſt partum, cùm obſtetrices adhibuiſſent medicamenta valde adſtringentia, ita clauſa reddita fuit, vt non potuerit coitum exercere. Celſus lib. 7. cap. 28. omnes cauſas huius affectus redegit in duo genera, in naturalem ſcilicet & accidentalem: naturalem vocauit membranã ori vteri oppoſitam: aduentitiam, carnem ex vlcere ſubnatam. Sed qui delectamini lectione Celſi, debetis obſeruare in eius lectione, quod ferè morbos tractat, qui frequentius inuadũt, rariores ſilentio ferè obuoluit, propterea cùm frequentiores ſint hi duo, ſcilicet membrana obducta, & caro ex Vlcere, idcirco horum duorum tantum meminiſſe viſus eſt.

(B is printed in the margin at the line beginning "tum eſt, pariter os vteri".)

SIGNA.

DE ſignis non perforatarum Rhaſis ſcribit, non poſſe vlla ſigna haberi ante tempus eruptionis menſtruorum, quæ ſententia etiam videtur fuiſſe Ariſtot. 4. de generat. animal. 4. vt dixi. Verùm ſum ego alterius ſententiæ, quòd ſcilicet poſsint haberi ſigna, viſu & tactu: viſu Dioptra inſtrumento
C Medico, quo vtũtur obſtetrices & Chirurgi ad conſpicienda vteri penetralia. Tactu etiã, quia vt ſcribit Hippocrates ſiue alius autor, libro de natura mulierum, quibus os vteri concluſum eſt, vterus fit ſpiſſus inſtar ficus groſſæ, & ſi digito comprimatur, apparet durus & ita contractus, vt digitum non intromittat adeò vt ex his verbis poſsimus intelligere, licere nobis cognoſcere hos affectus ante tempora menſtruorum. Signa verò quæ habentur tempore menſtruarum purgationum, ſunt quòd menſtrua non fluunt quo tempore deberent: vnde notare debetis, Moſchionem non vera dixiſſe, quando ſcribit interdum in huiuſmodi clauſuris apparere menſtruas purgationes: eò quia tametſi fluat interdum ſanguis, ille tamen fluit per venas, quæ terminantur in vteri os: quæ venæ dicuntur apud Ariſtotelem Hæmorrhoides, Theodorus tranſtulit Mariſcas: ſed huiuſmodi ſanguis non eſt menſtruus, quia non emanat à venis in vteri ſinum labentibus. Igitur non eſt dicendum vt Moſchio, fluere in his menſes, quià nunquam fluunt: adhæc in iſtis ſemen non ſuſcipitur, dolet intus venter, dolent lumbi & ilia, imò interdum adeò vehemens eſt dolor, & ſurſum & deorſum & ad latera pertingens, vt mulieres penè ſuffocentur. Addit Auicenna & Rhaſis, in iſtis corpora denigrari, propter hanc rationem, quia ſanguis menſtruus retentus, diffunditur per vniuerſum corpus, ex eo refuſo nutriuntur membra, & quia ſanguis ater eſt, inde fiunt membra nigra dicunt iſti. Sed quanquam ego non diffitear hoc contingere, non eſt tamen perpetuum, neq; eſt ſignum neceſſarium, quia ſæpè mulieres inuenietis, quibus ſuppreſsi ſunt menſes,
D quæ pallidiores quidem euadunt & decoloratæ, verum nigriores nequaquam fiunt: adhæc in iſtis fieri coitus non poteſt. Quòd ſi præceſſerunt vlcera, aut inflammationes, & aliæ cauſæ præter naturales, tunc intelligi poteſt cauſas eſſe aduentitias.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſunt, quod cuius cauſæ ſunt externæ & aduenticiæ, facile curari poſſunt. Si verò interior cauſa & naturalis, non ſolùm difficilis, verùm ſæpiùs erit impoſsibilis. Dicit Hippocrates, quibus concluſum eſt os vteri, aut non concipere, aut mori in partu. Sed dicetis, ergo videtur ex hoc Hippocratis loco colligi poſſe, interdum mulieres non perforatas concipere, quomodo hoc fieri poteſt? Reſpondet huic obiectioni Auicenna, poſſe fieri conceptum duobus modis, quod membrana illa obuelans ſit texturæ raræ, ita vt meatibus ſit plena, per quos ſemen transfunditur, & tranſcolatur in vterum. Altero modo (inquit) poteſt contingere cõceptus, quãdo in caruncula vel membrana ſit aliquod foramen, ſed anguſtum, per quod vulua attrahit ſemen. Etenim vt docuit Galenus, lib. 1. de ſemine, natura indidit vtero oblectationem quandam ſeminis, propter quam attrahit etiam è longinquo ſemen ipſum. Et quia potuiſſet quis Auicennę obijcere, concedo tibi trahi ſemen ab vtero, ſed illud erit perquàm exiguum, nec poterit ſufficere generationi. Reſpondet, quanquam paucum ſit, ſufficere tamen, quòd in ipſo pauco ſit poſita vis formatrix, quia pro materia & generandis membris, poſtmodum præſtat ſemen

ipſum muliebre. Et notate quòd Auicēna dixit, hāc eſſe Philoſophi ſententiā,vnde niſi intelligatis apud A Auicennā pro ſemine ſanguinem menſtruum, falsò dixit Ariſtotelis ſententiam eſſe, quia in diſputatione noſtra de ſemine, demonſtraui Ariſtotelem mulieribus denegaſſe ſemen.

CVRATIO.

CVratio non eſt negligenda, fit autem ſolum ope Chirurgica & dicebat iurè Auicenna, quod non fiat hæc curatio, niſi ferro. Scopus eſt, vt id quod obturat, auferatur, aut quod partes connectit, ſeparetur. Modus curationis, vt ego apud Medicos reperire potui, duplex eſt: videlicet, vt ſi adſit foramen aliquod anguſtiſsimum, fiat Collyrium ex ſpongia arida ſubtiliſsimum, atq; intromittatur in illud foramen. Nam ſpongia illa repletur humore, vnde augetur, aucta inſenſibiliter dilatat: vnde quando ſemel dilatatur foramen, augetur magnitudo collyrij, atq; hæc curatio ſolet ſuccedere, ſed tempore. Vel ſi ſpongia vti non placet, efficitur cannula plumbea vel ſtannea, quæ intromittitur in foramen, & repletur pulueribus corrodentibus: illinitur etiam vnguento, quod poſsit carnem comprimere: & in inſtrumento obſeruatur, vt indies augeatur groſsities cannulæ. Quòd ſi propter medicamenta fuerit adſtrictum foramen, adhibentur linimenta ex Butyro, Oleo amygdalarū dulcium, ex Oeſypo. Sunt etiam collyria, & dicit Paulus, ex Oeſypo, Nitro, Reſina, Terebinthina: atq; hic vnus eſt modus. Alter modus eſt, vt ferro pars abſcindatur, atq; hoc fit tribus modis: vnus eſt, vt ſuperfluum auferatur: alter, vt vbi non eſt ſciſſura, fiat: Tertius, vt prohibeatur, ne partes ſciſſæ & ſeparatæ iterum coaleſcant. Quę omnia quoniam Chirurgica ſunt, & modus diligentiſsimè demonſtratus eſt ab Arabibus & à Græcis, idcircò ego nō declarabo. Hoc tantum hic *volo vos monere*, vt ad has operationes Chirurgicas nunquam deſcendatis, niſi prius exactè corpus fuerit purgatum, & per ſanguinem euacuatam: quia corpore pleno, fieret noua attractio materiæ ad vterum: Deinde curandum eſt ſemper, vt inciſio fiat perfecta, ne ſcilicet aliquid relinquatur, propterea quòd ſi inciſio fieret, & relinqueretur aliquid ſuperfluum, licet conceptus fieret, tamē in partu ſemper de vita periclitaretur. Poſtremò eſt etiam prouidendum, vt dum amputantur illę partes, partes neceſſariæ nihil tangantur, eò quòd ſæpè ſolent fieri dolores vehementiſsimi, cōuulſiones & alia mala, quæ etiā contingere poſſunt, niſi caueātur partes curatæ à frigore aeris, & medicamentorū actuali. B

DE MORBIS VTERI IN MAGNItudine. CAP. XV.

MOrbi vteri in magnitudine appellantur, quotieſcunq; vterus in molem augetur, vt lædat operationes, quoniam licet in conceptu tumeat vterus, tamen tumor ille operationes non lædit, quare neq; morbus dicitur.

CAVSAE.

HOrum morborum cauſæ materiales, ſunt vel flatus, vel humores. Si fiant à flatu, vocatur vteri inflatio: ſi ab humoribus, aut humores ſunt aquei, & fit hydrops vteri: aut eſt ſanguis, & fit inflammatio vteri: aut ſanguis eſt bilioſus, & fit eryſipelas: aut melancholicus, & orietur cancer: aut pituitoſus, craſſus & terreſtris, & fit ſcirrhus: aut alia quæuis materia, & efficitur multitudo tumorum, vt ſunt condylomata, Rhagades, Verrucæ, & alia genera morborum. Omiſi Oedema, propterea quòd tametſi Arabes meminerunt tumorum laxorum qui fiunt à pituita, iſti tamen rariſsimè fiunt, aut contingunt, vt docuit Auenzoar lib. 2. tract. 5. cap 2. quia ſubſtantia vteri neruea eſt, idcircò pituita fluida in parte neruea non facile retinetur, ſed excurrit, cuius contrariūm contingit in partibus carnoſis & laxis. Sed dicetis, quomodo igitur fit Scirrhus? Reſpondeo, quia eius materia eſt craſſa, tenax & viſcida, nō autem fluida, & ideò in vtero, ſiue in vteri ſubſtantia, poteſt hæc materia retineri. C

DE INFLATIONE VTERI. CAP. XVI.

IAM verò vteri inflatio, de qua Arabes ferè non meminerunt, eſt tumor ex flatu genitus, vterū diſtendens & operationes lædens. Locus in quo colligitur hic flatus, vt dicit Aetius lib. 16. cap. 78. duplex eſt: aut eſt ſpatiū ipſius vteri & cauitas, aut eſt corpus ipſius vteri, qui flatus vel in vtero ipſo gignitur, vel aliunde miſſus, in vterum includitur, ſed potiſsimum gignitur hic flatus in vtero.

CAVSAE.

CAuſa effectrix ipſius, eſt calor debilis vteri: fit autē calor debilis multis de cauſis, aut ex frigore externo, quod ingreditur vterū: aut ex abortu, vel difficili partu, aut (vt dicit Aetius) ex grumo ſanguinis, ori vteri impacto. Quanquam de grumo dicendum ſit, potius eſſe cauſam vt retineatur flatus ne exeat, quam vt ab ipſo fiat flatus: Nam vt hic fiat morbus, neceſſarium eſt ſemper claudi os ipſius vteri, quod clauditur modò morboſa aliqua affectione, modò grumis, modò alia ratione. Loquor tātūm de illa inflatione, in qua continetur flatus in vteri ſpatio, nō in ſubſtantia, quia vbi continetur in ſubſtantia, poteſt hoc fieri etiamſi vteri os ſit apertum. D

SIGNA.

SIgna huius morbi ſunt, primò tumor & dolor pectinis atq; imi ventris, qui dolor punctiuus eſt. Scitis enim ex Galeno 1. & 2. Loc. affect. vbi partes neruoſæ dolent, ſpeciem eſſe doloris punctiui: ad hæc, dolor iſte modò aſcendit ad ſeptum tranſuerſum, modò ad inguina, ilia & lumbos: modò ad hæc omnia, flatus ex vtero erumpūt. Addit Rhaſis, propter hos flatus moueri vterum de loco ad locum, non quòd verè moueatur, ſed quia inſtar membrorum palpitantium, vbi tumet attollitur, vbi detumeſcit deprimitur, atq; ita ſpeciem cuiuſdam motus oſtēdit. Hæc ſunt ſigna communia inflationis. Quæ verò diſtinguunt flatum exiſtentē in ſpatio, à flatu qui continetur in ſubſtantia, hæc ſunt, quod dum voluitur mulier, fit ſtrepitus & fragor quidā, perinde ac in torminibus inteſtinorū, ſi tāgatur vterus, pulſat inſtar tympani.

A ſtar tympani. Quòd ſi flatus in corpore vteri contineatur, dolores fiunt grauiores, curatu etiam difficiliores, neq; tantus tumor adeſt, neq; ſonitus. Sed optabitis ſcire quomodo dignoſcatur quando flatus continetur in vtero, & quando continetur in inteſtinis. Reſpondeo, quod quamuis multa ſint communia, ſunt tamen alia quædam particularia ſymptomata, relata ab Hipp. lib. de natura Muliebri, quæ poſſunt indicare differentiam hanc nam in inflatione vteri, pedes & caua oculorum intumeſcût, color corporis fœdus eſt, retinentur menſes, non fit conceptus, anhelitus adeſt difficultas, præſertim in ambulando, vbi mulier quid edit aut bibit, magis affligitur, triſtior euadit. Addit Moſchio, interdum & ſupprimi vrinam.

PROGNOSTICA.

EST hoc vitium malum, ſed neq; lethale, neq; diuturnum, ſed niſi curetur, aliorum malorum ſolet eſſe origo.

CVRATIO.

IN curatione primò victus ratio, vt dicit Aetius, debet inſtitui, quæ attenuet & flatus diſcutiat, vnde nô ſolum in aere calido & ſicco conſeruanda eſt mulier, ſed eius corpus totum conſeruandum eſt calidum. Monet Rhaſis & optimû eſt, vt aer ſit plenus odoribus, quia eiuſmodi aer maximè confert ad diſcutiendos flatus: dum acceſsio huius doloris inſtat, monet Paulus & rectè, abſtinendum eſſe ab omni B cibo & potu. Eſt dubitatio, an in hoc affectu miſsio ſanguinis conueniat: Paulus & Aetius, niſi quid prohibeat, conſulunt mittendum eſſe ſanguinem: ex aduerſo, Moſchio in hac curatione nullam mentionem facit miſsionis ſanguinis, neq; etiam videtur conuenire, propterea quòd cauſa huius morbi effectrix ſit calor debilis, qui proculdubio calor fit debilior, & infirmior miſſo ſanguine, ita vt non videatur conuenire hoc auxilium Dico, côuenire ſectionem venæ, vbi adeſt ſumma plenitudo in corpore, & vbi ſit hoc malum ex abortu, aut difficili partu, poſtquâ vel puerperia, vel menſtrua ſunt ſuppreſſa, quo in caſu conuenit miſsio ſanguinis à ſaphena. Vbi autem ſit hoc malum à ſola frigida cauſa, nequaquam côuenit hoc auxilium, & quoniam flatus continuo ſuggeruntur ab humoribus, propterea ante alia euacuandi ſunt humores à corpore, & antequâ euacuentur, præparandi. Niſi igitur fuerit lenita aluus, poteſtis ante alia lenire, vel clyſtere, vel hiera. Lenita aluo, ſunt præparandi humores, & poſſunt præparari hoc ſyrupo:

℞. Fol. Arthemi. Calamintæ, Pulegij ana M.j. Sem. Aniſ. P.s. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Decoctionis huius ℥.iij. Syr de Arthemi. de Biſant. ana ℥ j. Miſce Vbi fuerint humores præparati, erunt ſtatim expurgandi, & pro purgatione commendatur Hiera Ruffi, Logodi. Exempli gratia:

℞. Specierum Hieræ Ruffi ʒ.ij. vel ℥ j.s. Diacartha. ℥.j. Miſce fiat Bolus. Poſtquam præparati & purgati erunt humores, veniendum ad ea, quæ flatus diſcutiunt, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus. Intrinſecus conuenit huiuſmodi puluis.

℞ Seminis Fœniculi, Aniſi ana ʒ j Fol. Arthemi. Pulegij ana ʒ.s. Coriandri ℥ j.s. Terantur omnia dili-C genter, & per ſecerniculû mittantur. Deinde addatur Sacchari fini ʒ.s. vel ℥.j. Poterit ægra vti huiuſmodi puluere, vel loco ſalis, vel cum brodijs: conuenit etiam Diacyminum, Diacalamentum, Theriaca. Extrinſecus aût conueniunt Emplaſtra ex Arthemiſia Furfure, Oleo Rutaceo, Chamome. Exempli gratia:

℞. Folio Arthemi. Rutæ ana M.s. Furfuris p.j.s. Bulliant omnia in vino, vſq; ad conſiſtentiam Emplaſtri: deinde addantur Olei Rutacei ℥ ij. Fiunt & ſuffitus ex Coriandro, Aniſo, Arthemiſ. Quod ſi grumus ſanguinis adfuerit, mandat Aetius & iure, curandum eſſe, vt obſtetrix accipiat grumum manibus, atque diſſoluat: deinde foueatur matrix ex decocto ficuum, nitri, & abſinthij Permanente & inualeſcente morbo, deueniendum ad validiora, quo in caſu magna Cucurbitula pectini & vmbilico adhibita, maximam vtilitatem præſtant. Adhibentur interdum Sinapiſmi, Frictiones, & omnia quæ valenter poſſunt calefacere, & exſiccare. Duo tamen ſunt *aduertenda*, vnum eſt, vt caueatur ſuffitus aromatum in ijs mulieribus, in quibus caput eſt affectum; & ratio eſt, ex Hipp. auctoritate, qui dicebat aromata caput maximè offendere. Alterum aduertendum eſt, vſum adſtringentiam eſſe aduerſiſsimum huic morbo.

DE HYDROPE VTERI.

CAPVT XVII.

D PRæter flatum aquam etiam colligi in Vtero, explicatum eſt ab Hippoc. 1. de morb. Mulieb. fol. 85. & in fine lib. 4. de Morbis: ab Aetio lib. 16. cap. 79. ab Auicenna 21. tertij tract, 4. cap. 25. Ita vt non ſit dubitandum, quin etiam vterus patiatur eam morbi ſpeciem, quæ vocatur Hydrops. Cæterùm quanquam conſtet, aquam colligi in ipſo vtero, dubitari tamen poſsit in qua vteri parte colligatur, & quomodo generetur. Dico colligi aquam in vtero, tùm in ſpatio, tùm in ſubſtantia: & hæc fuit etiam ſententia Aetij. Quomodo colligatur in ſpatio clariſsimum eſt, nam ſicuti in ſpatio ventris colligitur aqua, ſic etiam colligitur in vtero. Sed de ſubſtantia non ita clarum eſt: vt intelligere poſsitis Aetium, debetis ſcire hanc aquam colligi inter tunicam & tunicam vteri, non quòd tunicæ totæ à ſe inuicem diſcindantur & ſeparentur, ſed quia in aliquibus partibus tantum ſeparantur, ita vt fiant in ſubſtantia vteri, veluti veſiculæ aqua plenæ. Nam ſcribit Galenus 7. Aphoriſ. 55. in iecori fieri ſæpe huiuſmodi veſicas, quando ſcilicet pars membranæ veſtientis iecur, ſeparatur à ſubſtantia iecoris, atque hoc inquit apparere in iugulatis animantibus: & memini me vidiſſe hic in Anatome annis elapſis, in quadam oue iecur repletû huiuſmodi veſiculis. Vt igitur fit in iecore, ſic etiam fit in vtero: atque hoc eſt quod dicit Aetius, aliquando fieri in vtero corpuſcula veſicæ fellis ſimilia, in quibus aqua continetur. Cæterùm, an in vtero ſemper poſsit contineri aqua, vt continetur in veſiculis, dubitari poſſet. Nam quod colligatur dictum eſt, ſed quomodo côtineatur, difficile eſt, propterea quod os vteri niſi infeſtetur aliqua ægritudine, ſemper apertum eſt, niſi in conceptu. Cùm autê aqua quæ ſupereſt, per os vteri ſemper exeat, licet foramen ſit angu-

ſtiſsi mum, videtur debere huiuſmodi aquam exire. Dico hoc veriſsimum eſſe, aquam non poſſe colligi A in vtero, niſi prius os vteri clauſum ſit, vel propter aliquam ægritudinem, vel propter conceptum, quoniam fieri poteſt, vt conceptus fiat, & ſtatim mortuo conceptu, aqua congregetur & retineatur. Sed dicetis quomodo retinetur: nam dicebat Galenus, aperiri os vteri vbi conceptus mortuus eſt, Dico propter multitudinem aquæ diſtendi partes vteri, & ſic eius os conniuet & concluditur.

CAVSAE.

CAuſæ internæ huius affectus ſunt, intemperies frigida vteri: externæ verò vt dicit Hippoc. 1. de morb. Mulieb. ſunt abortus, frigus externi aeris, potus aquę frigidæ, vſus ciborum refrigerantium, inſeſsiones factæ in rebus refrigerantibus.

SIGNA.

SIgna hæc ſunt, menſes ſtatim retinentur, conceptus nequaquam fit: nam vt dixi, poteſt hydrops ſequi conceptum. Sed vt præcedat conceptum, fieri non poteſt, duplici ratione: Vna eſt, quia os vteri eſt clauſum: Altera, quia vt dicebat Gal. vt plantæ non gignuntur in aqua, ſic animalia in aquoſo vtero gigni non poſſunt. Adhæc inter alia ſigna hæc ſunt, quod imus venter, inguina & pedes tumeſcunt, mammæ fiunt molles. Si adſit lac in mammis, vitiatur omnino, & aqueum euadit, murmura in vtero percipiuntur, difficulter ambulant, excrementa alui malè olent, os vteri gracile & humidum, ſi tangatur apparet: & quantò magis morbus hic progreditur, tantò fiunt deteriora hæc omnia mala. Addit Moſchio, B his mulieribus nares fieri mucoſas. Duo hoc in loco *notanda* ſunt, vnum quòd tametſi Aetius & Moſchio inter hæc ſigna retulerunt retentionem menſtruorum, verumtamen exeunt his mulieribus etiam humiditates quædam ſanguinolentæ, quæ æmulantur menſtruas purgationes: ſed tamen differunt, vt dicit Hippoc. quia iſtæ purgationes prauæ ſunt diminutæ, cito finiuntur, nullum ordinem ſeruant, ita vt vera menſtrua iurè non poſsint appellari. Alterum eſt, mulieres quæ patiuntur vteri hydropem, ſæpiſsimè videri prægnantes: imò refert Iacobus de Part. & teſtatur quotidiana experientia, ſæpè Medicos & obſtetrices deluſos eſſe hoc morbo, qui cùm putaſſent mulierē ferre in vtero, tandem emiſſa aqua, deluſi ſunt. Vt igitur vos nō illudamini, debetis diligenter dicta ſigna aduertere, quia vbi prædicta perluſtraueritis, diſtinguetis an fœtus an aqua ſit in Vtero.

PROGNOSTICA.

MAlum hoc ferè lethale eſt, quia hydropem vteri facilè ſequitur hydrops totius corporis, ita vt nō immeritò ſcriptum ſit ab Hippoc. ſi febris ſuccedat hydropi vteri, atque vexet ſitis, fieri protinus ſplenem aquoſum: quapropter erit quamprimum curatio huius morbi habenda.

CVRATIO.

EST autem curatio ſecundum Hippoc. hæc, vt primùm ſi dolor vexet ægram, mitigetur rebus ano- C dynis & laxatiuis. Huiuſmodi eſt decoctum & fomentum ex Althæa, Fœnugræco, Meliloto, Malua, quæ omnia decoquantur in aqua & oleo roſarum, atq; cum ſpongijs foueatur totus imus venter. Sedato dolore, ordo curationis ſecundum Hippoc. eſt, vt purgentur humores, tùm per interna, tùm per externa. Quapropter lenita aluo, vt intellexiſtis, erunt præparandi & expurgandi, vt monſtraui in inflatione. Poſtmodùm purgatis humoribus, exhibenda ſunt remedia tùm intrinſeca, tùm extrinſeca, quæ poſſunt aquam vel educere, vel diſsipare. Et ante cætera laudantur intrinſecus brodia, quæ poſſunt vrinas prouocare. Exempli gratia:

℞. Folio. Sabinæ, Matrica ana M. s. Aſari ʒ. ij Rad. Apij ℥. s. Bulliant in brodio & brodij propinetur lib. s. Valent etiam confectiones Dialacca, Diacurcuma. Extrinſecus autem conueniunt inſeſsiones factæ ex Laureola, Geniſta, Saxifraga, Cucumere aſinino, quæ omnia coquantur in aqua & fiat inſeſſus. Infunduntur quoq; quædam in vterum, quæ poſſunt euacuare aquam, veluti oleum Irinum, cui additur Ellebori ʒ. j. aut Elaterij ℈ j. aut grani Gnidij ℈. s. Fiunt etiam Collyria & peſsi, ex Elleboro, Nitro & Colocinthide. Exempli gratia:

℞. Nitri. ℈. s. Colocinth. Ellebori ana ʒ. j. Mellis q. ſ. Fiat Collyrium ſiue peſſarium & indatur ſecundū artem. Conueniunt quoq; Emplaſtra ex ſtercore canino, ex conchilibus & præſertim cochleis deuſtis & in puluerem redactis. Adhibentur etiam interdum Emplaſtris Cantharides. Poſtquam verò his ingenijs & alijs, aqua fuerit educta, docet Aetius exercendum eſſe corpus, fricandum ventrem, atq; fomentis & D ſuffumigijs calefaciendum, & ſiccandum vterum.

DE VTERI INFLAMMATIONE.

CAPVT XVIII.

INter præcipuos vteri morbos qui fiunt in magnitudine, numeratur inflammatio, quæ in vtero fit, vt & in alijs noſtri corporis partibus, hoc eſt, per collectionē ipſius ſanguinis: quæ collectio hâc varietatē patitur, eò quòd vel in dextra vteri parte, vel in ſiniſtra, vel in anteriori, vel poſteriori parte efficitur.

CAVSAE.

CAuſæ internæ inflammationis vteri tres potiſsimùm exiſtunt, plenitudo ſanguinis totius, propter quem in vtero multiplicatus ſanguis hunc tumorem facit: adhæc menſtruorum retentio, quę licet plenitudinem neceſſariò faciat vteri, non tamen facit vniuerſalem plenitudinem. Poſtremo ſunt Vlcera facta in vtero, ab aliquo humore erodente. His cauſis internis addunt Arabes alias, vt inflammationes, quæ dolorem inducunt, nec non ſpermatis multi abundantiam. De *externis* cauſis conueniunt Arabes & Græci ſcriptores, quòd præcipuè ſint percuſsiones, caſus, abortus, partus, difficilis, multitudo coitus, ſeſsiones in duriori ſella, ambulatio longa & intenſa, frigiditates externæ, & flatuum multitudo.

A
SIGNA.

Signa inflammationis vteri generica ſunt: ardores & dolores qui apparent in locis muliebribus, præſertim in lumbis, pectine & toto ventre. Adhæc, ſi vteri os tangatur, durũ apparet, retractum, ardens, dolor fit circa lumbos, ſtupor quidam & genuum frigiditas. Hippoc. 2. de morb. Mulieb quem ſecutus eſt Paulus, multa alia addit ſigna, inter quæ hæc ſunt præcipua dolor capitis, deliriũ, profundus ſomnus, colli conuulſio, ceruix multis tenuibus venulis inſtar telæ aranearum variegata, venter nunc durus, nunc mollis, nunc tumidus, ita vt prægnans quodammodo videatur, vomitus, Lipothymiæ. Atque hæc omnia ſunt ſigna vniuerſalia, præter quæ ſunt *particularia*, quæ oſtendunt vel partem affectam: vel tempus inflammationis. Si ſit inflammatio in parte anteriori, dolor magis pectinem infeſtat, vrinæ ſupprimuntur, eò quod veſica ab inflammata parte comprimitur: ſi non ſupprimitur vrina, ſæpè guttatim defluit. Si in poſteriori parte fiat inflãmatio, dolor magis lumbos infeſtat, ardor, retinentur fæces. Quod ſi latera afficiantur, dicit Hippoc. dura apparere inguina dum tanguntur, infirma crura eſſe, atque interdum mulieres claudicare cogi. Sin autem inflammatio in vteri ore ſit poſita, nullum ſignum euidentius, quàm id quod habetur ex tactu, quia manu ipſa percipitur locus durus, rigidus, & ardens. Vbi inflammatio augetur, prædicta ſigna omnia adſunt vehementiora, præſertim dolores, deliria, deliquia animi, ſingultus, extremorum frigiditates, excrementorum retentiones, dolores capitis, & tandem omnia alia
B accidentia inflammationis, ſemper augeſcente ipſa acerbiora euadunt. Et aduertatis, quòd ferè ſemper, vt aliàs dixi, caput afficitur, ſed potiſsimum in inflammatione vteri. Ratio habetur à Galeno ſexto. Epid. tex. 5. cont. 1. vbi dicit: in vtero venas multas & amplas reperiri, propter quas ſanguinis in ipſis fit multa putrefactio & inflammatio. Ex inflammatione & ebullitione, febres magnæ, & propterea copioſiſsimi feruntur vapores in ſynciput, in quod terminantur plurimæ arteriæ, per quas facillimè feruntur vapores copioſi. Quod ſi inflammatio ad ſuppurationem conuertatur, dolores fiunt & febres multo maiores, tumor partis affectæ magis attollitur, dolor punctorius magis infeſtat, vrina & fæces ſupprimuntur. Sin verò non in ſuppurationem, ſed in Scirrhum potius conuertenda ſit inflammatio, apparet tumor ſi tangatur veluti lapideus, dolor vel exiguus, ſi tamen ſit legitimus Scirrhus, vel nullus, ſi Scirrhus ſit confirmatus: adhæc corpus debile, crura imbecilliora ſunt, & quodammodo torpeſcunt. Circa hoc duo ſunt ex Paulo notanda: vnum eſt, Scirrhũ non modo conſequi inflammationes vteri, verùm ſæpè fieri à principio in vtero. Alterum notandum eſt, ex genere Scirrhorum eſſe eam duritiem, quæ ſolet fieri circa ceruicem vteri, & communi nomine à Græcis vocatur Σκίρρος, noſtri vocant duritiem, quæ eſt tumor, ſed minus tactui renitens, & cum modico dolore. Quod ſi inflammatio ſit Eryſipelacea, docet Hippocrates 2 de morb. Mulieb quomodo ſit cognoſcenda, tùm quia in huiuſmodi inflammatione tumeſcunt mammæ, pedes, ſæpè totum corpus, tumores apparent liuidiſsimi, oriuntur rigores, febres ardentes, deliquia
C animi creberrima, deliria, ſpiritus difficultates, dolores ventris, capitis, pectinis tremores ſequũtur: corpus repletur puſtulis, facies rubicunda fit, ſicca & aſpera. Atq; hæc ſunt ſigna ex Hippocrate inflammationis Eryſipelatoſæ.

PROGNOSTICA.

Prognoſtica huius inflammationis ſunt, quod omnis inflammatio vteri eſt periculoſa & lethalis. Sed eò magis periculoſa, quando vel totum vterum obſedit, vel magnam eius partem: & quanquam vt dixi, omnes inflammationes ſint periculoſæ, verumtamen minùs periculoſa habetur, quæ oritur in ceruice, propterea quòd pars illa carnoſior eſt, & propterea non percipit ea ſymptomata, quæ pars vteri neruea infert. Scriptum eſt ab Hippoc 5. Aphoriſ. 43. & 2. de morb. Mulieb. quòd ſi Eryſipelas vterum tentauerit, omnino mulieres pereunt, vbi ſunt prægnantes: vbi verò non ſunt prægnantes, paucìſsimæ curantur. Scirrhus vteri ſolet frequentiſsimè in Hydropem vteri finiri.

CVRATIO.

Qvocirca in curanda hac affectione, laborandum & præſertim circa inſtitutionem rerum non naturalium, inter quas primum eligendus aer frigidus, odoratus, omnis motus auferendus, & quies quærenda. Vult Auicenna & prudenter, in hac inflammatione non eſſe curam gerendam multi
D ſomni, imò verò vigilandum quantum fieri poteſt: & ratio eſt, quoniam vt ſcribit Galenus ſexto. Epid. comm. 4. text. 17. Inflammationes internæ omnes, mirificè augentur à ſomno. Accidentia animi & perturbationes ſunt ablegandæ: Vinum remouendum prorſus, & eius loco aqua hordeacea, vel vinum granatorum cum aqua cocta, vel etiam aqua deſtillata, vt aqua endiuiæ, acetoſæ, vtendum erit. Cibus autem à principio, & præſertim primis diebus tribus, tenuiſsimus eſſe debet, ita vt non excedatis vel panatellam, vel ptiſanam liquidiorem. Poſt vnum diem poteſt addi vel brodium parui pulli, vel vitelli ouorum: & quia vires magnopere diminuuntur hoc morbo, additur etiam aliud, vt caro pullorum, auicularum, interim Plantago, Polygonum, Endiuia, Borrago, & quę incendia cordis refrenant, poſſunt quoq; coqui cum carnibus. *Inſtituto victu*, deueniendum eſt ad alios inflammationis ſcopos implendos, qui duo ſunt potiſsimũ: vnus eſt, vt prouideatur ne creſcat inflammatio, nam ſi quis eſt morbus, qui ſtatim augmentũ capiat, eſt inflammatio & præſertim vteri, quia calor & dolor, immenſos vndiquaq; trahunt humores ad ſe. Ex quo iure in omni inflammatione, & præſertim viſcerũ, ſtudendum eſt ante alia huic ſcopo, vt prohibeatur ne inflammatio augeatur. Alter ſcopus eſt, vt id quod factũ eſt tollatur, ad quæ omnia præſtanda, & præcipuè ad primũ ſcopum, maximè omniũ conferunt Frictiones, ligaturæ, Cucurbitulæ, Scarificationes, ſed potiſsimũ Venæ ſectio Cuius *venæ ſectionis* hoc loco eſt pulcherrima, difficilis & vtilis quęſtio, nam Galenus libro de venæ ſection. capite 18. & 13. Method. 11. hoc videtur perpetuum præceptum tradidiſſe, vt in vteri inflammatione, vt & Coxendicum, Veſicæ & Renum, ſemper ſanguis mit-

tendus ſit ex inferioribus partibus,ſcilicet vel ex poplite,vel ex Malleolo: quam ſententiam etiam videtur aliquo pacto inſinuaſſe Hippoc.2. de morb. Muliebr. vbi tametſi venæ ſectionis nullam faciat mentionem,verumtamen ſcribit in hac affectione curanda, potiſsimum remedium eſſe, vt per inferiora corpus purgetur, quaſi etiam hoc ipſo voluerit monere, euacuationes ſemper eſſe per inferiora faciendas. Contrariam videtur a Galeno ſententiam ſectatus Paulus, Aetius & multi recentiores, qui Baſilicam potius ſecandam exiſtimarunt, adducti hac ratione potiſsimum, quòd ſcopus maximus curandi inflammationes eſt,vt prouideatur ne augeatur, iam verò prouidetur optimè ſi fiat retractio, quia creſcit propter fluxum humorum: ſi retrahatur fluxus impeditur quo minus etiam creſcat. Vnus Auic. videtur varia ſenſiſſe circa hanc rem, hic lib.3. fen. tractat. quarto, cap.12. tria ad hanc rem pertinentia tradit: primum eſt, quod licet Baſilicæ ſectio in hac inflammatione curanda videatur conferre ex vna parte: obeſt tamen ex alia parte, eò quia menſes retrahit, vt etiam dicit Galenus, & quia trahit menſes, videtur hoc nocumentum inferre, vt inducat ſuppreſsionem. Alterum ab Auicenna traditum eſt, quòd phlebotomia Saphenæ eſt conuenientior ratione communitatis, atque magis ſanguinem attrahit: meliusq; eſt in hoc caſu prouocare menſes,quàm retrahere,præſertim vbi malũ ex menſibus ſuppreſsis ſit ortum. Tertium eiuſdem dictum eſt,rectius eſſe, vt in principio inflammationis Baſilica tundatur,quia prohibet fluxum materiæ ad locum inflammatum: deinde Saphenæ, vt corrigatur malum quod factum eſt à ſectione Baſilicæ,atque menſes impediti prouocentur, itaque vt videre poteſtis, tres ſunt ſententiæ circa locum ſectionis venæ, vna Galeni, altera Pauli & Aetij, poſtrema Auicennæ. Altimarus vt conciliaret Galenum B cum alijs, accepit Auicennæ ſententiam, & dicit Galenum in locis prædictis, ſolummodo locutum eſſe de deriuanda materia, & euacuanda, non autem de diuertenda. Paulum autem potius reſpexiſſe diuerſionem,quàm deriuationem & euacuationem,ita vt (dicit Altimarus) ſi corpus fuerit plenum ſanguine, & inflammatio magna fuerit, à principio ſecanda ſit vena Baſilica, deinde Saphena: ſin verò nulla fuerit ſanguinis exuperantia, neque inflammatio magna admodum fuerit, ſtatim mittendus eſt ſanguis à Saphena. Hæc ratio Altimari probanda eſt, quia hæc eſt veritas: ſed non tuetur Galenum & alios à calumnia. Non tuetur Galenum, quia Galenus cum tradit regulas curandi inflammationes vteri, proculdubio debet tradere eas quæ conueniunt perfectæ curationi. Sed per Altimarum dedit rationem curandi tranſacto principio, reliquit ſcopum quem dixi eſſe præcipuum, ſcilicet prohibitionem augmenti, quæ obtinetur per retractionem. Adeò vt ſi vera eſt ſententia Altimari, fallax ſit Galeni ſententia, quia non docuit quomodo ſit curanda in principio. Non tuetur alios, quia iſta dimiſerunt curationem inflammationis, quæ debetur ipſi tranſacto principio, ſcilicet deriuationem & euacuationem. Quid igitur dicendum? certè locus ille difficilis eſt: Nam illo loco lib. de Venæ ſectio 18. etſi dici poſſet eum minimè præcepiſſe ſolum miſsionem ſanguinis inferiorum partium, eò quia cùm Galenus traderet ſuperiùs regulas curandi recentes inflammationes renum, & ſimilium partium, dixit, in recentibus mittendum eſſe ſanguinem à ſuperioribus, in vetuſtis ab inferioribus: & cum hoc dixiſſet ſubiungit, magis auxilium haberi ex ſectione venarum inferiorum partium, quaſi dicere voluerit, quod vbi recens, id eſt, vbi inchoat, C mittendum eſſe ſanguinem à ſuperioribus, ſed tandem ab inferioribus: Locus hic ſic defendi poteſt. Sed locus 13. Methodi 11. multò difficilior eſt, quia Galenus ibi de inflammationibus incipientibus ſermonem habens, inquit: in Angina mitti primò ſanguinem à manu, deinde à lingua: in inflammatione occipitis primò à fronte: in inflammatione iecoris, à cubito dextro: in inflammatione lienis, à ſiniſtro: in inflammatione vteri, à malleolo: ita vt videatur etiam ſenſiſſe Galenus, in inchoantibus inflammationibus vteri eſſe mittendum ſanguinem, non à ſuperioribus, ſed inferioribus, quaſi huiuſmodi euacuatio poſsit ſeruire deriuationi & euacuationi, & reuulſioni. Vnde valde miror Altimarum, qui dixit Galen. hoc in loco ſolùm de venæ ſectione deriuatoria, & euacuatoria, non autem de reuulſoria, quæ in principijs debet ſermonem habere. Quare hæc res, vt dixi, difficilis eſt, tamen ſententia mea eſt, hoc loco Galeni conſilium eſſe, de ea inflammatione ſermonem habere, quæ ſola eſt citra corporis plenitudinem, quaſi ſemper vbi non adeſt plenitudo, etiamſi inflammatio ſit in principio, ſemper ſit ſanguis mittendus ab inferioribus: & ratio eſt, quia vbi non adeſt plenitudo, hæc ſectio non ſolùm euacuat & deriuat, ſed etiam reuellit. Vbi verò adſit ſanguinis abundantia, dico eo in caſu primo venæ ſectionem neceſſariam eſſe in cubito: nam Galen.10. Med. local.2. loquens de Iſchiade, inquit, auxilium maximum eſſe, ſi ſecetur vena tali, aut poplitis: deinde magis ſententiam ſuam explicans, dixit: ac plenitudine ſanguinis exiſtente, euacuationem primò ſanguinis faciendam eſſe per cubitum, deinde ab inferioribus. Sed D quæret aliquis veſtrum, cur Galenus mentionem non fecerit huius plenitudinis Præterea Galenus ibidem dicit, in principio cauendum omnino eſſe, ne menſes prouocentur, quod ſi verum eſt, ergo etiamſi non adſit plenitudo in principio non erit ſectio facienda in inferioribus, eò quòd prouocantur menſes. Dico breuiter, non meminiſſe Galenum ſanguinis plenitudinis, quia ad eum non pertinebat ibi mentionem facere. Præterea tradidit regulas vniuerſales Galenus, quòd ſemper plenitudine exiſtente vniuerſali, ante omnia alia tollenda eſt plenitudo, per eam venam, quæ totum euacuat. Ad aliud dico, Galenum loqui de prouocatione menſium, quæ ſit per medicamenta, & etiam de ea quæ ſit plenitudine exiſtente in corpore, ita vt voluerit, non eſſe prouocandos menſes, neq; per medicamenta, neque per ſectionem: non negauit tamen non eſſe prouocandos, vbi non adeſt plenitudo, nam etiam Auicenna, vt intellexiſtis, dicebat in his caſibus ſanguinem eſſe prouocandum. *Secta vena*, diligenter inueſtigandũ eſt, num ſola ſit inflammatio in vtero, an verò ſit Eryſipelacea. Si adſit Eryſipelas, erit ſtatim aluus mouenda, quo in caſu Hippoc.2. de morb. Mulieb. vtebatur ad mouendam aluum lacte. Vos poteſtis vti decocto Thamarindorum, Manna, Caſsia, Syrup. roſ. ſolut. Rhabarb. & Sero. Sed quia, ſiue ſit inflammatio ſola, ſiue ſit Eryſipelas, ſemper dolor vrget ægrotantes, propterea ante alia omnia prouidendum erit, vt dolor ſedetur. Conueniunt autem pro ſedando dolore, oleum roſaceum & poſca, quæ modo infunduntur, modo

A modo apponuntur pectini, & locis muliebribus. Cataplaſmata quoq; conferunt ad ſedandum dolorem, vt eſt iſtud:

℞. Lactis Vaccini, lib. j. Olei roſati, lib. ſ. Panis triti q. ſ. Fiat emplaſtrum. Quod ſi fuerit ſolum Eryſipelas pro ſedando dolore, conuenit lac decoctum Polygoni, Portulacæ, Papaueris, Nymphеæ: cui decocto miſcentur modo lac, modo oleum roſ. modo violaceum. Poſtquam ſedatus, aut ſaltem diminutus fuerit dolor, videndum quò magis vergat inflammatio, an ad diſcuſsionem, an ad ſuppurationem. Si videbitis eſſe diſcutiendum, auxiliandum his remedijs quæ diſcutere poſſunt, tum intrinſecis, tum extrinſecis, modo id ſeruetur, ne diſcutientia nimis calida adhibeantur. Quapropter inſtituto victu humectante & refrigerante, ſimiliter erit deueniendum ad ea quæ diſcutiunt, vt ſi fiat decoctio ex Chamomilla, Anetho. Inunctiones ex Oleo Anethino & Chamo. Emplaſtra ex iiſdem oleis & decoctis, cùm farina hordei, aut fabarum, quæ moderatè diſcutere poſſunt. Quòd ſi ad ſuppurationem magis tumor incliner, vtendum erit ſuppurantibus, cuiuſmodi ſunt fomentationes ex oleo ſimplici & aqua, ex decoctione Maluarum, Caricarum & Altheæ. Exemplum quoq; optimum fuerit eiuſmodi:

℞. Rad. Altheæ coctarum & cribratarum lib j Butyri lib. ſ. Axungiæ porcinæ ℥. iij. Fermenti ℥. j. Miſce ad formam Emplaſtri. Vbi ſuppuratus fuerit tumor, curandum eſt, vt docet Aetius lib. 16. cap. 85. cum ijs quæ vlcera purgare poſſunt.

B DE SCIRRHO VTERI. CAP. XIX.

POST inflammationẽ ſæpè materia craſſa & terreſtris relinquitur, ex qua generantur Scirrhi: quanquam & Scirrhi generentur in vtero, ſine præcedente inflammatione. Sed aduertendum, differentiam eſſe inter Scirrhum & Scirroſin, id eſt, inter Scirrhum & Duritiem: quia quanquam vt dicit Moſchio, durities ſit affectus totius vteri, & tumorem nullum oſtendat, tamen vt docet Soranus apud Aetium libro ſexto, capitul. octuageſimoquarto, propriè durities efficitur in ceruice vteri. Paulus etiam lib. 3. capit. ſexageſimooctauo, ſecutus Soranum, dicebat duritiem fieri circa ceruicem vteri, atq; minùs tactui reſiſtere quàm Scirrhum, & abſq; dolore prorſus eſſe. Cæterùm Scirrhus duplex eſt, alius qui legitimus dicitur, alius verò ſpurius: etenim, vt in alijs humani corporis partibus tumores gignuntur, ſic etiam fiũt in ipſo vtero. Legitimus Scirrhus dicitur ille, qui neq; ſenſum, neq; dolorem vllum facit. Spurius verò, qui vel dolorem & ſenſum, vel ſaltem alterum horum facit.

CAVSAE.

CAuſa materialis nulla eſt alia, quàm humor craſſus & terreſtris, & tandem poteſt eſſe cauſa materialis Scirrhorum, quidquid craſsi remanet, difflatis & diſsipatis partibus ſubtilioribus. Cauſæ antecedentes ſunt, vel inflammationes malè curatæ, vel retentiones menſtruorum, vel mala viuendi ratio, quia humores craſsi gignuntur. Similiter percuſsiones, labores magni ex partu & conceptu.

C

SIGNA.

SIgna horum Scirrhorum ſunt hæc. nam ſi malum in vteri fundo ſit poſitum, ſemper inclinabit vterus in illam partem, in qua tumor erit poſitus. atq; in ea parte apparebit tumor aliquis cum duritie, modò aderit dolor, in ſpurio ſcilicet, modò nullus aderit, ſi erit legitimus. Adhęc eſt in ea parte motus difficultas, grauitas non modò crurum, ſed etiam totius corporis, pigrities quædam in obeundis actionibus: addit Auicenna quandoq; totum ventriculum intumeſcere, extenuari crura. Quòd ſi fuerit malum in collo vteri, vt optimè notat Moſchio, nullus tumor in exterioribus partibus apparebit: obſtetrix cùm digitum in os immiſerit, percipiet duritiem, & quandam oris illius latitudinem, quia retracto ore ipſius vteri, fit os magis patens: adhæc vbi fit coitus, dolor adeſt & punctio, vbi tamen Scirrhus fuerit ſpurius. Scirrhus legitimus cùm ſit veluti callus, neq; ſenſum, neq; dolorem parit.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica huius affectus ſunt, quòd ſi durities fuerit circa collum facilè curatur, vt dicit Aetius, nõ quòd ſimpliciter ſit facilis curatu, ſed reſpectu Scirrhorum qui fiunt in corpore ipſius vteri. Omnes ferè Scirrhi hoc habent, vt niſi rectè curētur, ſoleant totum corpus vitiare, hydropem inducere. Imò verò notat Auicenna & rectè, quod niſi ſumma diligentia tractetur, ſolet in Cancros deſinere.

D

CVRATIO.

QVapropter omne erit adhibendum ſtudium, vt præſens morbus tollatur, in quo tollendo, ſcopus præcipuus curationis eſt, vt humor qui facit tumorem, diſſoluatur. Sed quoniam res duræ nequaquam diſſolui poſſunt, niſi prius emolliantur, propterea antè emolliendus erit tumor. Vnde inſtituta primum victus ratione, ſcilicet optimi ſucci, mediocris quantitatis, & quæ potius attenuare, quàm incraſſare poſsit: erunt præparandi & purgandi, quod fit vt dicit Aetius, ijs quę craſſos & melancholicos humores ducunt. De ſectione venæ multi Medici non meminerunt, Paulus & Aetius monuerunt, ſi nihil obſtiterit ſanguinem mitti debere, quod ſemper intelligendum erit vobis, vbi ſunt indicia ſanguinis in corpore redundantis. Quòd ſi ſanguis nõ poſsit euacuari aliqua ratione, erit corpore purgato, venien dum ad ea quæ molliunt, vt ſunt inſeſſus, ex Fœnugræco, Meliloto, Malua, Lapatho, Althæa, ſemine Lini. Hæc enim omnia, vel aliqua horum, coquantur in aqua in qua ſedeant mulieres: præter inſeſſus ſunt & alia, vt eſt huiuſmodi vnctio:

℞. Oeſipi, Butyri an. ℥ ij. Pingued. anſerinæ ℥. iij. Olei amygd. dul. ℥. iiij. Miſce diligenter: Et aduertite, vt fiant largæ iſtæ inunctiones & ſæpè iterentur. Præter inunctiones & inſeſſus, ſunt quoque luta aliqua, quæ poſſunt mirificè mollire, vt ſunt luta bituminoſa, qualia ſunt, S. Bartholomæi, S. Helenæ. Poſt emollitionem deueniendum eſt ad diſcutientia, vt ſi adderemus alicui emollienti oleo, aliqua

diſcutientia, vt ſunt oleum Irinum, Nitrum, Cyminum: ſimiliter ſi inſeſſui addantur Arthem. Pulegium, Calamentha. Additur etiam inūctionibus Oxymel ipſum: inſeſſui acetum: poteſt etiam adhiberi fumus lapidis Pyritis igniti, & aceto acerrimo conſperſi, qui fumus maximè ab antiquis commendatus eſt, ad diſsipandos Scirrhos. Poſtremò, ad tollendum prorſus morbum, adhibentur ea quæ ſolùm diſcutiunt, inter quæ ſunt luta, vt lutum S. Petri, S. Helenæ, & præſertim, quod eſt prope domum. Tandem deuenitur ad medicamenta valentiora, quæ fiunt ex metallicis diſcutientibus lotis. A

DE CANCRO VTERI.
CAPVT XX.

DIxi, ſi rectè memoria tenetis, Scirrhos malè curatos, in Cancros deſinere, de quo ſunt vobis quædam breuiter noſcenda. Nam ſicut in alijs corporis partibus, ſic etiam in vtero, fit Cancer: qui nihil aliud eſt, quàm tumor durus, melancholicus atque varijs veluti ſpiris apparentibus factus, colore liuido & nigro.

CAVSAE.

HVius Cancri cauſa materialis nulla eſt alia, quàm humor melancholicus: vnde temperaturæ melancholicæ, ætas conſiſtens, inter cauſas internas reponuntur, quę poſſunt tumorem hunc producere. Externæ cauſæ ſunt, quæcunq; humorem melancholicum, vel generant, vel in vtero congregare poſſunt, vt mœror, timor, cogitationes: potus & cibus qui gignunt huiuſmodi humores, vt ſunt, carnes ſalitæ, piſces ſaliti, vſus frequens braſsicæ: vſus frequens vinorum craſſorum & calidorū. Sunt Cancrorum duo genera, vnum genus eſt cum vlcere, aliud ſine vlcere. B

SIGNA.

NON vlcerati Cancri ſigna ſunt, quòd circa os vteri, apparet tumor quidam renitens ad tactum inæqualis, cognoſcitur colore nigro & rubeo mixtis, aut liuido & nigro, qui tumor vehementer dolorem facit circa inguina, pectinem, lumbos, & præſertim dolores inducit, quando vel manibus tractatur, vel medicamentis exacerbatur, vt iure dixerit Hippocrates, Cancros occultos & non vlceratos, melius eſſe nō tractare. Auicenna addit, dolores, læſionesq; communicari à loco affecto Diaphragmati, atq; dolorē ſæpè ſimilem fieri in oculis & temporibus. Cur autem in affectibus pleriſq; vteri fiant dolores oculorum, ſuo loco paulo ante vos docui. Signa cancri vlcerati ſunt, nam præter dolores & alia prædicta, apparent vlcera corroſa, inæqualia, eminentia plerumq;. Paulus & Aetius, inter alias conditiones horum vlcerum ſcripſerunt, quandoq; albedinem apparere, ſeu vt ipſi dicunt, hæc vlcera eſſe albicantia. Sed an verum ſit, quod iſti dicunt, non audeo affirmare, quandoquidem color albus non apparet in ipſa cute: imo verò color cutis, aut niger, aut ſubliuidus, aut ex nigro & rubro mixtus eſt, nunquā aūt videbitis cutem albicare. Non enim poteſt vera eſſe horum ſententia de materia, quia vt dicit Auicenna, materia quæ exit à Cancro vteri vlcerati, vt plurimum nigra eſt, mali odoris, mali coloris, interdum rubea, interdum viridis, virulenta ſemper, rariſsimè alba: adeo vt non videatur vera ſententia Aetij & Pauli de colore cutis, neq; de materia exeunte à Cancro. C

PROGNOSTICA.

Hæc affectio incurabilis eſt planè, ſolumq; leniri poteſt.

CVRATIO.

PRopterea ne malum acerbius & ſæuius euadat: ante alia diligens & aſsidua habenda eſt Victus ratio: & niſi Mulieres, quæ hoc infortunio tentantur, ſint in victu diligentes, miſerè cruciantur, & miſerè vitam finiunt. Eſt verò victus inſtituendus, quemadmodum dicit Paulus, qui humorem melancholicum attemperare poſsit, optimum ſanguinem gignat, & à ſucco melancholico producendo ſit alienus. Præter victus rationem, eſt quoq; corpus diligenter vacuandum à ſuccis craſsis, & melancholicis: imò ſi quis eſt caſus, in quo ſit Melancholiæ purgatio neceſſaria, proculdubio eſt Cancer vteri. Et in hoc ſoleo ego curare, vt Pharmacopola habeat paratos Trochiſcos de Myrrha cum Elleboro. Nam Trochiſci de Myrrha, propria facultate expurgant vterum, ſi parentur cum Elleboro, expurgabunt Melancholiam: vſus etiam continuus, decocti Myrobalanorum nigrorum, accommodatus eſt. Præter euacuationem, ſunt & alia quæ poſſunt demulcere dolorē, vt ſunt inſeſſus facti cum Fœnugræco, Malua & Oleo, ſiue ſit oleum roſatum, ſiue violatum, aut etiam oleum ſimplex. Lac muliebre, cui admiſcetur parū Croci, accommodatum eſt remedium, ad leniendum dolorem. Conuenit autem huiuſmodi lac, infuſum in vterum: idem præſtat oleum vitelli ouorum. Vitelli ipſi ouorum conueniunt, cum ſucco polygoni & plantaginis, prę ſertim cum fluor & dolor vrgent. Monet Rhaſis, cauenda eſſe in Cancri lenitione, omnia illa medicamenta, quæ ſunt acuta, quoniam vterus canceratus, neq; Clyſteres, neq; Suppoſitoria, neque vlla alia medicamenta ſuſtinere poteſt, quæ aut nimis acuta, aut nimis calida exiſtunt. Sunt præter hos tumores, Verrucæ, Thymi, Condylomata, quæ omnia ope Chirurgica debent curari: & curantur, vt in alijs partibus, de quibus habetis Chirurgos ampliſsimè. D

DE MORBIS IN SITV. CAP. XXI.

MOrbos eos qui fiunt in magnitudine, ſequuntur qui fiunt in Situ, quando ſcilicet Vterus à Medicis ſitum mutaſſe dicitur: non quod verè mutetur ſitus, ſed quia conſtrictus, aut dilatatus, locum mutare videtur. Hoc autem dictum eſt à me, propterea quòd magnus Plato in Timæo fuit huius ſententiæ Vterum perinde, atq; ànimal quoddam, mutare locum, & in corpore moueri, de parte in partem. Quam ſententiam, ſatis copioſè refutauit Galenus 6. de locis affec. Sed antequam hanc rem fuſius tractemus, debetis ſcire, *Vterum in animalibus diuerſum ſitum à natura habuiſſe*, vt Ariſtot. 1. de Gener. anim. 3. & 1. de Hiſt. anim. cap. vltimo, nos docuit. Nam animalia ouipara, habent vterum prope diaphragma, in parte

A parte poſteriore, prope lumbos collocatum. Animalia verò quæ pariunt viua, vt eſt homo, habent vterum in aluo poſitum longè à Diaphragmate, ita vt dum ſupinum eſt corpus mulieris, ſit ſupra inteſtina, & infra veſicam, quo pacto intelligenda eſt ſententia Ariſtotelis, alioqui obſcura, quando ſcribit vterum hominis eſſe ſuper inteſtina, & infra veſicam. Fuit vterus in fœmina poſitus longè à Diaphragmate, vt dicit. Ariſtot. propter præfocationes: quia ſi proximus eſſet, ita vt contingere poſſet Diaphragma, ſæpiſſimè præfocarentur miſeræ mulieres. Poſitus eſt vterus in parte ſupra inteſtina, quia ſi poſitus eſſet in dorſo vt ouiparis, cum fœtus deberet augeri, proculdubio impediretur fœtus auctio. Sed duo hic pulcherrima problemata exſurgunt: vnum eſt, cur in fœmineo ſexu, cuncta animalia habeant vterum intra corpus, multa vero animalia maſcula, habeant ſua virilia extra corpus. Alterum problema eſt: Cur potius in ouiparis animalibus, vterus poſitus ſit in anteriori parte. Primo quæſito reſpondet Ariſtoteles prim. de Generatione animalium duodecimo: quod fœtus atque embryo, cùm debeant augeri intra corpus humanum, vel beluinum, opus habent multo calore, & multa cuſtodia. Hic calor vt cuſtodiatur, natura nullum alium locum poterat machinari, quàm intra corpus. Teſtes vero animalium, cùm debeant fabricare ſemen, & cuſtodire, propter ſalutem propria quadam ratione indigebant quodam coopertorio particulari, quod coopertorium, in ijs animalibus quæ habent cutem mollem, vt homo &
B animalia alia multa, meliùs erat vt extra fieret. quàm intra. Animalia verò quæ cutem duram habent, non poterant coopertorium habere hoc genitalium, & propterea factum eſt, vt in his animalibus intra corpus latitent teſtes, in homine & alijs multis, extra corpus. Addo ergo aliam rationem, ab Ariſtotele non tactam, quod aues & piſces, neceſſario habuerunt teſtes intra corpus, eo quòd ſalus horum animalium poſita eſt in natatu & volatu. Si auibus & piſcibus teſtes penderent extra corpus, vt in alijs multis animalibus, citra controuerſiã impedirentur à natatu & volatu Hoc in loco volo vos docere, rem quandam miram, quam ſcribunt illi, qui nouum orbem inuiſerunt, ſcilicet quoddam animal reperiri, quod duos vteros habet, vnum internum, alterum externum. Interno vtitur ad generandam & concipiendam prolem, vt alia animalia: Externo, dicunt ipſi, tanquam burſa ad defendendos pullos ab alijs animalibus. Ad ſecundum quæſitum, Cur potiùs in anteriori parte quàm poſteriori ſit conſtitutus. Reſpòndendum id, quod reſpondet Ariſtot. 1. de Generatione animalium 12. ſcilicet ea animalia, quæ habent vterum in dorſo, habere etiam vterum valde tenuem & ſubtilem, ita vt preſsione ſua non poſsit vlla viſcera offendere. Præterea animalia quæ habent vterum in anteriori parte, dicit Ariſtoteles cùm habeant meatum excrementorum ſiccorum in poſteriori parte, nequaquam natura rectè feciſſet, ſi vterum poſuiſſet, vnde fæces eſſent excludendę. Accedunt & aliæ rationes, quòd quæ habent vterum in dorſo, oua pariunt, oua incrementum magnum minimè ſuſcipiunt, ita vt non impediatur auctio. Secus autem eſt in viuiparis, quorum fœtus cùm incrementum ſuſcipiant in anteriore parte, duo habent bona: vnum vt augeri ma-
C gnopere poſsint, alterum quòd facilius cuſtodiantur quæ ſunt ante oculos, quàm quæ ſunt poſt oculos. Cum itaque ſit huiuſmodi vteri ſitus in fœmina, *mutare dicitur locum tripliciter*: mutare inquam Metaphoricè, non propriè: vno modo, quando ſurſum aſcendit, & dicitur à Medicis Aſcenſus vteri: alio modo, quando mutat locum ad latera, vocant hanc mutationem Reclinationem, ſeu inclinationem Vteri. Quando ad inferiores partes labitur, dicitur mutare locum tertio modo, & dicitur [illegible] Græcis Latini modò Prolapſum vteri, modò procidentiam appellant. Omnes tamen mutationes à Barbaris Medicis ſæpiſsimè vocantur præcipitationes, ſiue ſint ad ſuperiora, ſiue ſint ad latera, ſiue ad inferiora. Ad ſuperiora dicitur vterus aſcendere ab Hippoc. 2. de morb. Mulieb vel ad Cor, vel ad Caput, vel ad ſeptum tranſuerſum, vel ad Iecur: ad hæc enim omnia loca videbitis Hippoc. ſcribentem vterum mulieris ſæpè aſcendere. Ad latera autem dicitur vterus moueri, quando vel ad inguina, vel ad Coxas, vel ad Ilia decumbit, modò in ſiniſtram, modò in dextram partem, modò in poſteriorem. Dicunt Medici deſcendere vterum, quando extra os vteri propendet, ita vt ouum Struthiocameli extra eſſe videatur: imò verò Hippoc. loco citato dixit, vterum etiam deſcendere ad crura, vel ad pedes: non quòd vterus verè ad hæc loca moueatur, ſed quia vt videbitis, dilatatus aut conſtrictus, modò hanc, modò partem illam magis lædere videtur. Eſt hic affectus morbus, & eſt morbus in ſitu, & quia morbi eſt proprium lædere actiones, proculdubiò ab hoc morbo læduntur omnes vteri operationes, quæ vt dicit Auerroes 3. Collect cap. 29. quatuor ſunt: Attractiua, repulſiua, retentiua & digeſtiua. Appellat Auerroes digeſtiuam,
D conſeruatiuam, dicitq; hanc facultatem eſſe propriam vtero, eò quòd proprium vteri eſt conſeruare Embryonem. Nihil facit vterus niſi vt conſeruetur fœtus. Quo in loco notate hunc etiam virum magnum, negaſſe vtero vim vllam diſcretiuam, quam poſuit in alijs partibus, ductus hac ſententia propria, quod vterus non nutriatur ſanguine menſtruo, ſed puriore, ita vt non opus habeat diſcretione vtilis ab inutili, vt aliæ partes.

C A V S AE.

Cauſas huius morbi, loco citato reduxit Auerroes ad tria genera, ſcilicet ad caſum, ad percuſsionem & ad humiditatem lubricitatiuam. Sed in his cauſis recenſendis. fuit Auerroes valde diminutus, vt in multis alijs: & aduertite qui vultis legere Auerroem in libro Collect. rarò percurrit omnes cauſas rerum, quia non erat perfectus Medicus. Cauſæ igitur mutationis ſitus in vtero, aliæ ſunt internæ, aliæ externæ: Cauſæ *internæ* omnes deducuntur ad duo genera ſumma, ad inanitionem, & repletionem, quæ videtur fuiſſe ſententia Auicennæ duodecim. tertij tractat. quart. capite, quarto. Nam ſi vteri vaſa repleantur, duo contingere poſſunt, vt repleta hæc vaſa inclinent ad latera, & ita faciant inclinationem, cum ducant ſecum quaſi totum vterum: quod ſi hæc vaſa coanguſtent os vteri, vt corpora omnia concaua dum coarctentur, longiora euadunt: ita quoque vterus dum eius os coarctatur ex plenitudine videtur quodammodo in longum produci, quæ productio dicitur aſcenſus, quia elongatur fun-

dus vteri verſus partes ſuperiores. Quidnam dicendum de inanitione? inanitus vterus ſanguine, veluti quiddam flaccidum ſolet prolabi, atq; veluti in ſe ipſum extra concidere. Vnde iurè Auicenna dicebat, Apoſtemata omnia eſſe cauſas præcipitationis ipſius vteri. Sic quoq; vbi præ humiditate vteri, laxantur membranæ, quibus appenſus eſt vterus, videtur modo in vnam partem, modò in alteram prolabi, non quòd ligamenta diſrumpantur, ſed quia laxata permittunt, vt vterus ſitum proprium non ſeruet: & hæc affectio, frequentiſsimè omnium contingit. Et propterea excuſari poteſt Auerroes, qui inter cauſas internas retulit ſolâ humiditatem lubricatiuam. Nam Moſchio quoq; autor grauiſsimus, hanc præcipuam cauſam præcipitationis dicit, ſcilicet humiditatem, eas membranas relaxantem. Inter has cauſas poteſt recenſeri, tẽperatura humida, ætas inclinans, vt teſtatus eſt Paulus & Aetius, qui in Mulieribus perfectioribus, ab humiditate excrementitia, ligamenta Vteri faciliter relaxari, prodiderunt. Cauſas *externas* multas profert Hippocrat. ſecund. de morbis Muliebribus, & qui eum ſequuntur. Nam ſi Mulieres poſt partum, onus aliquod graue tollant, ſi tumore graui opprimantur, ſi currant, aut magnis ſternutationibus vexentur, in his ſcribit Hippocrates, Vterum facilè dimoueri. Addunt alij, Abortus difficiles, & graues, errata obſtetricum in educendo fœtu, vel in educendis ſecundinis, percuſsiones ſupra vterum factas, Conſternationes animi ex malo nuntio allatas. Vnde diſcite cuſtodire Mulieres, ne mala nuntia ad ipſas deferantur & præſertim ex inſperato, quia magnopere offenduntur. Addit Auicenna his cauſis, vociferationes magnas, magnos ſtrepitus, vt ſunt bombardarum. Hippocrates in fine libri de Sterilibus, ſcripſit Mulieres illas incurrere hoc malum, quæ vel à puerperio laborarunt, vel in ipſa purgatione puerperij, ſunt vſæ Venere. Summatim verum eſt id, quod ſcribit Hippocrates. Mulierem quæ alioqui debilis ſit, facilè incurrere præcipitationes Vteri, ex qualibet occaſione, ex frigore pedũ, ex percuſsione, quia in Muliere debili, fieri non poteſt, vt vterus etiam non peſsimè ſe habeat. A B

SIGNA.

Signa quibus cognoſcitur hic affectus, ſecundum Hippocratem varia ſunt: alia demonſtrant aſcenſum, alia quæ inclinationem, alia quæ prolapſum. Rurſus ſignorum *quæ demonſtrant aſcenſum*, alia demonſtrant aſcenſum ad caput. Exempli gratia, vt dicit Hippoc. ſi venæ ſub naſo & partes ſub oculis dolore afficiantur, ſi mulier alto ſopore detineatur, ſi ſpuma ori circumuoluatur. Hæc omnia ſunt ſigna apud Hippoc. vteri ad caput aſcendentis. Vbi verò ad cor aſcendit, dicit idem Hippocrates cognoſci, qui aer violenter admodum attrahitur, fiunt vomitus, flatus exeunt, & ab ore & ab alijs partibus. Aſcendentis verò vteri ad ſeptum tranſuerſum ſigna, ſunt vomitus feruidi & acres, dolores qui penetrant modò ad caput, modò ad collum, modò ad vtraque: Suffocantur mulieres, veluti ſuffocari videntur qui veratrum biberunt: Stomachus vehementer vellicatur, recta ceruice neceſſariò fit ſpiratio, interdum etiam fit vomitus acidus, os aqua impletur & crura refrigerantur. Quòd ſi ad iecur aſcendat vterus, mulier voce deſtituitur dicit Hippocrates, dentes conſeruntur, totum corpus liueſcit. Hoc verò dicit Hippoc. contingere virginibus vetulis, vel viduis, quæ diu à coitu abſtinuère, ſed maximè omnium dicit accidere ſterilibus, in quibus ſcilicet non expurgantur excrementa, neque per puerperium, neque per fœtum, neque etiam per vteri tumorem. Et aduertite, omnes aſcenſus vteri, ſiue ſint ad caput, ſiue ad cor, ſiue ad aliud, hoc perpetuum ſymptoma habere, vt præfocationes contingant, de quibus agemus in ſequentibus. *Signa inclinationis* vteri hæc vniuerſalia ab Hippoc. 2. de morbis Mulieb. traduntur, quod mulieres ſub hoc tormento contrahuntur, gibboſæ fiunt, ſteriles, menſtrua non fluunt, aut ſi fluant, praua, aut pauca omnino ſunt. Vbi ad ſiniſtrum inclinat, in ea parte dolent lumbi, ilia, crus claudicat, & durities quædam apparet. Quòd ſi verſus dorſum magis inclinet, præter dicta accidentia, etiam fæces retinentur: idem quoq; exiſtimandum eſt ſi ad dextrum inclinet latus. Vbi verò ad coxam decumbit, præter dicta ſigna coxa fit dura ſolida, imus venter magnis cruciatibus torquetur. *Si deſcendet vterus*, hoc præcipuum ſignum habetur, quod vbi obſtetrix locos muliebres tangit, videtur ouum quoddam magnum tangere, vulua dolore torquetur, ardet, febrili quodam calore mordetur, & vrina guttatim ſtillat. Scribit Hippocr. hoc malum fieri, quando mulier ex partu recens laborauit, aut fatigata ſit, ſi vterum nimis imprudenter attrectarit, ſi coierit tempore puerperij. Ex quo Hippoc. oraculo, diſcite puerperas iubere conſeruari in ſumma pace, & quiete, quia eo tempore errores commiſsi ſunt irremediabiles. Si ad crura & pedes prolabatur vterus, hæc ſigna ſunt ex Hippocr. quod pedes ſecundum digitos conuelluntur, & præſertim in parte vnguibus proxima, dolent crura & femora. Cauſarum *externarum ſigna* comparantur ex ægræ relatione. C D

PROGNOSTICA.

Prognoſtica, huius affectus ſunt, quòd omnis mutatio ſitus vteri grauiſsima eſt, non ſolùm quia cauſa eſt aliorum grauium malorum, ſed quia ſæpe ad mortem perducit. Scribit enim Hippocr. 2. de morb. Mulieb. non modò fieri ſteriles mulieres, vbi ad latera inclinat vterus, verùm etiam ſæpè interire, & paucas hoc malum effugere. Habet tamen hoc vteri procidentia, vt in florenti ætate, ſi ab initio adhibetur curatio euadant, in prouectiori dicit Aetius, & rectè, non euadunt, quia tametſi reſtituantur vteri, recurrunt tamen iterum. Scribit Hippoc. 5. Aphoriſm. 47. quod ſi qua parte vterus ad coxam inclinauerit, & ſuppurauerit, neceſſe eſt mulierem emotam fieri, id quod etiam confirmat 2. de morb. Mulieb. vbi addit, eas perire niſi quid fecetur, aut vratur. Galenus in explicatione eius Aphoriſm. declarans quid ſit apud Hippocratem emotam fieri, ſcribit nihil aliud eſſe, quàm medicatione per * linimenta indigere. Ita vt hæc ſit ſententia Hippocratis, vbi vterus ad coxam prolapſus ſuppuratus fuerit, neceſſe eſt curationem fieri per linimenta. Sed (pace Galeni dixerim) non eſt ſententia digna Hippocrate. Quis enim ignorat, vbi ſuppurantur partes in corpore, quin neceſſarium eſſe linimenta adhibere, nullus eſt Chirurgus adeo bardus, qui id ignoret. Quæ igitur erit ſententia Hippocrate digna? Sum ego huius ſententiæ

* *Linamenta.*

A tentiæ cum aliquibus ſcriptoribus modernis, qui detexerunt hunc errorem Galeni, quod emotam fieri, nihil aliud ſit, quàm ſi ſuppuretur vterus ad coxā prolapſus, quod vlcera fiunt cura & fiſtuloſa. nam hæc vox emota apud Hippocratem, ſignificat rem quæ opus habet longo penicillo, id eſt, vlcus cauum fieri & fiſtuloſum.

CVRATIO.

CVratio huius affectus poſita eſt in hoc, vt ſitus vteri reſtituatur, & quia malus hic ſitus, augetur & conſeruatur à mala viuendi ratione, ante cætera curandum eſt, vt omnes cauſæ externæ fouentes hunc morbum corrigantur. Propterea *primò erit dan ia opera*, vt aer habeatur frigidus & ſiccus, vt ægra in ſumma detineatur quiete, fugiantur timores, terrores, mali nuntij, ſtrepitus & clamores, vociferationes, tuſſes, ſternutationes, abſtinendum eſt à coitu. Quod tamen debetis intelligere de omnibus alijs, præterquam de prolapſu vteri. Nam Ariſtoteles 7. Hiſtor. animal 2. ſcribit, interdum mulieribus propter deſiderium coitus, vterum deſcendere, quando ſcilicet vel virgines longo tempore fuerunt, aut ſaltem abſtinuerunt à coitu. Et cùm Ariſtoteles dicat has mulieres curari vbi concipiunt, argumentum eſt, in hoc caſu coitum potius prodeſſe, quàm nocere. Frictiones conueniunt, præſertim partium aduerſarum. Exempli gratia in prolapſu, frictiones ſuperiorum: in aſcenſu, inferiorum: in inclinatione, partium aduerſarum. Aluus habenda eſt lubrica, edendum & bibendum moderatè: B pro potu, vinum mediocre, odoratum, tenue conuenit. Aqua ſola inimica eſt huic affectui, præſertim frigida: imò aduertite ſemper edulia & potus frigidos, ſummoperè aduerſari huic affectui. Cibi humidi, frigidi & flatulenti vitandi, vtendum ijs qui optimi ſunt ſucci, qui facilè concoquuntur, quique extenuandi aliquam vim habent. Poſt victum inſtitutum, debet Medicus tres ſcopus ante oculos habere: vnum, vt cauſa immediata & interna amputetur: alterum, vt vterus in ſedem priſtinam reponatur: tertium, vt repoſitus conſeruetur. *Ad cauſam remouendam*, ſi ſit repletio, vt plerumque eſt, euacuatio omnino neceſſaria eſt, & quia neceſſariò fit per pharmaca, & ſanguinis miſsionem, ſi aderit aliqua plenitudo vel vniuerſalis, vel ſaltem particularis vteri, neceſſum eſt venam pertundere, in aſcenſu, venam ſaphenæ, in deſcenſu, venam brachij: in inclinatione ſemper pertundetur vena cruris aduerſi. Quòd ſi non concedatur venam ſecare, cucurbitulæ vſu veniunt ſcarificatæ, vel non ſcarificatæ, modò ſemper habeatur ratio contrarietatis partis affectæ. Poſt ſanguinem euacuatum, ſunt præparandi humores: in præparatione humorum, qui faciunt hos morbos, conueniunt Saluia, Iua, Meliſſa, Arthemiſia, Maiorana, radix Aſari, radix Enulæ, Syrup. de Arthemiſia, de quinque radicibus, de capillo Veneris, de Eupatorio. Ex his poteſtis parare Syrupos, & cum ijs præparare humores, qui vbi erunt præparati, ſtatim erunt euacuandi. Conueniūt pro euacuatione, pillulæ de Colocinth. de Agarico, Trochiſci de Myrrha: vt eſt forma hæc pilularum:

℞. Pillul. de Agarico ℈. ij. Pillul. Colocinth. ℈. j. Trochiſci de Myrrha ʒ. s. Miſce: cum ſyr. de Ar- C them. fiant pilulæ. Propono vobis potius pilulas, quàm medicamenta potulenta, quia in his caſibus medicamenta debent eſſe ea, quæ multitudine & copia (vt ita dicam) non grauent ventriculum, quia facilè in his malis ventriculus labefactatur cum vtero. Debent tamen medicamenta eſſe efficacia, vt ſunt pilulæ. Sed dicetis, debemuſne in vteri prolapſu adhibere medicamenta aluum ſoluentia? Nam Hippocr. 2. de morb. Muliebr. prohibet vt aluus hoc loco moueatur. Dico in prolapſu vteri duplex à Medico poteſt haberi ſcopus, vel euacuandi humores multos, vel reſtituendi vterum in primum ſitum. Si neceſſarium ſit euacuare humores vteri, proculdubio neceſſaria eſt hæc euacuatio per medicamenta: ſin autem non ſit Medico animus euacuare, ſed ſolùm reſtituere, in hoc caſu non conueniunt aluum mouentia. Et ita intelligendus eſt Hippocrates, eò magis quòd cùm ipſe laudet vomitum parato decocto ex melle & aceto, clariſsimè colligitur eius mentis fuiſſe, per vomitum reuocare & reſtituere vterum. *Poſtquam purgati fuerint humores*, ſurgit ſecundus ſcopus reſtituendi, ad quod agendum, Mulier locanda eſt ſupina, ita vt pedes elatiores contineat, quo facto habendum eſt vinum auſterum, aut aqua, in quibus ebullierint Myrthus, Acacia, ſanguis Draconis, Plantago: in hac aqua vel hoc vino, immergenda eſt lana, deinde ea apponenda eſt locis muliebribus, & arctè colliganda. Nam ratione horum medicamentorum, repellitur vterus ad locum proprium. Interim adhibendæ ſunt res odoratiſsimæ naribus, vt Moſcus, Ambra. Super vmbilicum adhibenda cucurbitula, D quia ſicuti medicamenta illa attrahunt, ſic cucurbitula attrahit. Sunt multa alia *medicamenta, quæ à proprietate* dicuntur reſtituere vterum, vt eſt lana arietis nigri ſuffumigata. Nicolaus Florentinus, narrat ſe pluribus experimentis probaſſe, ouum antiquum in nido conſeruatum, ſi conquaſſetur & ſupra paruum linteum apponatur vtero, miro quodam modo eum reſtituere. Aetius libro decimoſexto, capite 76. commendat in hunc caſum, corium torpedinis detractum atque appoſitum: ſimiliter & aculeum paſtinacæ marinæ, *Vbi reducta eſt matrix*, ſurgit tertius ſcopus, ſcilicet conſeruandi reſtitutam matricem, id quod fit perpetuis frictionibus partium ſuperiorum: cucurbitulis, mammis, vel ſub mammis appoſitis. Inſeſsionibus quæ fiunt ex aqua vbi bullierint Plantago, Cortices nucum viridium, baccæ myrthi, Cortices Granatorum & Cydoniorum. Præter inſeſſus fiunt etiam Emplaſtra & Cerata, quæ & pectini, & lumbis appoſita, retinent vterum in ſuo ſitu, vt eſt iſtud Ceratum.

℞. Thuris, Maſticis, Galbani, Styracis, Picis ſiccæ an. ℥. j. Nucum Cupreſsi ℥. s. Sanguinis Draconis ʒ. vj. Olei Maſticini, Myrthini an. q. ſ. Ceræ q. ſ. Miſce: ſecundum artem fiat Ceratum. Sed dicetis, *ſi non poßit vterus vlla arte reduci, quid agendum eſt?* Reſpondeo vterus qui reduci non poteſt, neceſſarium eſt, vt vel dureſcat, vel putreſcat. Nam corpora extra propriam ſedem ſæpè adeo dureſcunt, vt etiam ſine corruptione permaneant. Si igitur dureſcat vterus, mandat Hippocr. vt nihil aliud agatur, quàm vt conſeruetur locus ille calidus. quia vbi conſeruatur calidus, non eſt periculum, vt præ frigo-

re emoriatur penitus. Sin verò putreſcat, exſcindendus eſt vterus, auferendus è corpore mulieris, ne- A
que deterreamini, vbi neceſsitas vrget ab hoc opere, nam vt monet Paulus lib. 3 cap. 72. Aetius libro 16.
capite 76 relatum eſt, Mulieres exciſſo vtero, ſanas ſuperuixiſſe: id quod etiam auorum noſtrorum tem-
poribus ſe vidiſſe, teſtatus eſt Nicolaus Florentinus. Atque hæc quæ hactenus diximus, ferè pertinent
ad deſcenſum vteri. Vbi verò non deſcendit, ſed *inclinatus ſit in partem*, quid agendum? Primò, ſi opus
erit ſecanda vena, præparandi humores & purgandi: quibus peractis, diligenter aduertendum, in quam
partem procumbat vterus: quòd ſi ad ſiniſtram partem, dextræ ſunt adhibendæ frequentes cucurbitu-
læ, frictiones, ligaturæ, & ſuper eandem partem perpetuò decumbendum eſt. Neque hoc ſolum ſufficit,
ſed præcipiendū eſt, vt obſtetrix inungat digitum aliquo oleo, vt oleo Amygd. dulc. oleo communi dul-
ci: deinde digitum inunctum immittat in os vteri, atque paulatim conetur in aduerſam partem trahere.
Ita namque fit, vt continua hac contrectatione, atq; alijs præſidijs reſtituatur in propriū ſitum Atque id
quod dico de vna parte, dictum putate de alia Hippoc. laudat lac bubulum, exhibitum per quadraginta
dies, laudat braſsicam, laudat etiam coitum. Vbi vterus non ad latera, ſed *ſurſum aſcendit*, potiſsima cura-
tio eſt, vt odorata vtero ſubijciantur, ligentur partes inferiores, ſcarificentur crura, naribus vero ſuppo-
nantur fœtida. Sed quia curatio hæc eadem ferè eſt, quæ præfocationis vteri, idcirco quæcunque dixe-
ro pertinentia ad præfocationem vteri, eadem accommodari poterunt curando aſcenſui vteri. Sed de
præfocationibus vteri in ſequentibus agam, quam tractationem ita afferam, vt pro poſtremis lectioni-
bus me ſatisfacturum pollicear. B

DE VTERI PRAEFOCATIONE.
CAPVT XXII.

VLtimum locum tractationis Muliebrium morborum, ſeruauimus affectui qui maximè omnium
ſolet Mulieres turbare. Dicitur hic affectus à Græcis πνὶξ ὑστερικὴ: à nonnullis, vt ſcribit Galen. 6.
locor. affect. 5. vocatus eſt ἄπνους, ſeu ἄπνοια, de quo integrum librum Heraclidem Ponticum com-
poſuiſſe, ibidem memoriæ mandauit Galenus: Latini appellant hanc affectionem Vteri præfocatio-
nem, non quòd vterus ſtranguletur, ſed quia in cauſa eſt, vt mulieres ſtrangulari videantur: propterea
Plinius vocat hunc affectum, ſuffocationem Mulierum. Sunt etiam inter ſcriptores Latinos, qui vo-
cant mulieres ita affectas Hyſtericas, & Martialis libro 11. quo in loco olim malè Hictericam loco hy-
ſtericam legebatur. Celſus libro 4. capite 20. cùm videret Latinam linguam deſiderare vocabulum hu-
ius morbi, potius ipſum circumſcribere, quàm nominare voluit. Definitur hic affectus à Paulo libro
3. capite 7. recurſus Vteri ad ſuperiora. Verùm hæc Pauli definitio, propter tres rationes mihi explo-
denda videtur. Vna eſt, quia, vt ſuo loco intelligetis, non eſt verum vterum aſcendere ad partes ſu-
periores. Secunda, quia licet concedamus Paulo vterum recurrere ad ſuperiora, nihilominus iſte re-
curſus non eſt affectus vteri, ſed eſt cauſa affectus. Tertia ratio, quia, vt nos docuit Galenus 6 loc.
affect. etiam fit præfocatio ſine vteri recurſu, vt non videatur Pauli definitio conuenire cum definito. C
Moſchio autor Græcus & antiquus, alio modo definit, ſcilicet præfocationem eſſe reſpirationis im-
pedimentum, cum omnimoda quiete. Sed nec hæc definitio mihi probatur, eò quia etiam Apople-
xia impedit reſpirationem, & ægrotantes videntur in ſumma quiete ſæpè ita vt nonnunquam ſimiles
mortuis ſint, quò fit, vt hæc Moſchionis definitio non conueniat. Quapropter puto ego ita melius de-
finiri hunc affectum, vt nihil aliud ſit quàm magna reſpirationis offenſio, cum corporis refrigeratio-
ne, ex vteri vitio. Dicitur magna anhelitus offenſio, quia tametſi magnoperè offendatur, nunquam ta-
men prorſus aufertur reſpiratio. Etenim dicit Ariſtotel. tamdiu viuere animalia, quouſque ſpirant, &
hæc ſententia confirmata ab omnibus eſt. Dicitur cum corporis refrigeratione, eò quòd calor natiuus
ſub hac paſsione quaſi ſtranguletur, quo calore hebetato & diminuto, reſpiratio neceſſariò diminui-
tur. Et propter hoc Soranus apud Aëtium, appellat hanc affectionem flatuoſam refrigerationem.
Quòd autem hoc ita eueniat, habetis locupletiſsimum teſtem Auerroem, qui 3. Collect. capitul. 29.
ſcribit, in affectu non ſolùm vteri functiones lædi, verùm etiam omnes corporis actiones, non alia ra-
tione quàm quòd à vaporibus prauis natiuus calor valde hebetatur, vt proinde corpus mulierum ne-
ceſſariò refrigeretur. Additum eſt à me poſtremò Vitio vteri, quoniam vt teſtatur Aretæus 2. acut.
11. & vt audietis ſuo loco, ſunt alij morbi qui in mulieribus & viris, efficiunt hæc eadem ſymptomata,
vt in Catoche: verùm non fiunt ratione vteri, & propterea diſtinguuntur iure à præfocatione. Cæte- D
rùm, quis ſit affectus præter naturam hæc præfocatio, non admodum certum eſt. Sunt qui exiſtiment
hunc morbum Conuulſionem eſſe, quorum ſententiam ſequi non poſſum, quoniam multas videbi-
tis præfocatas, quæ immobiles manent: in Conuulſione corporis aliquæ partes ſemper conuellun-
tur, atque contrahuntur. Dico igitur, hunc affectum nihil aliud eſſe niſi ſymptoma in genere actio-
num læſarum, actionum dico omnium. Audiuiſtis me ex Auerroe dicentem, in hoc morbo lædi om-
nes mulieris actiones. Locus affectus nullus alius eſt quàm vterus, qui vt dicit Galenus cùm magnam
habeat communicationem cum Corde, Cerebro, & alijs partibus ſiue viſceribus, ipſo vehementer
patiente, patiuntur & hæc viſcera, cumque patiantur, facilè fit vt earum actiones lædantur. Morbi à
quibus huiuſmodi Symptoma oritur, ſunt mala intemperies cum materia, præſertim intemperies fri-
gida & ſicca, & frigida & humida. Eſt & interdum morbus in ſitu, non propriè ſed meta-
phoricè. Theodorus Priſcianus Methodicæ ſectæ amator, reduxit
hoc ſymptoma ad laxum & ſtrictum
morbum.

CAVSAE.

A

CAVSAE.

SYmptomatis huius cauſæ, aliæ ſunt internæ, aliæ externæ. Cauſæ *internæ* immediatæ, ſunt humiditates præternaturales & corruptæ, quæ vel replendo vaſa, vel vapores prauos ex ſeſe mittendo in Cor, & in alias partes, tandem faciunt huiuſmodi accidentia. Sed antequam vlteriùs progrediamur, duo ſunt vobis magnopere *conſideranda:* vnum eſt, quomodo hæc accidentia fiant ab humiditatibus, & quæ ſint illæ humiditates. Alterum, vt ſicut fit præfocatio à repletione, ita etiam fieri poſsit ab inanitione. Quod ad *primum* attinet, fuerunt aliqui, vt habetur in libro ſub Galeni nomine de Vtilitate reſpirationis, qui dixerunt, vterum repletum prauis humoribus, ſurſum aſcendere, & aſcendentem cor comprimere: corde autem compreſſo, hæc ſymptomata ſequi. Sed hæc ſententia falſiſsima eſt, pluribus rationibus: Primò, cum vterus multis membranis corpori ſit alligatus, ſi ſua ſede moueatur, ita vt neceſſariò aſcendat, illa ligamenta, vel membranæ frangentur, vel ſaltem magnoperè extendentur: neutrum fieri poteſt ſine ſummo cruciatu, vnde mulieres immenſos dolores ſuſtinerent, cùm tamen aut nullos aut obſcuros dolores ſuſtineant. Præterea ſi vterus aſcenderet ad cor, ita vt comprimeretur, neceſſariò deberet tranſire ſitum ventriculi, iecoris, atque tangere diaphragma, & ita tangendo cor, comprimere. Sed quomodo hæc fieri poſsint, non eſt facilè intelligere, niſi dicamus eſſe animal, vt dicebat Plato, quod per corpus huc atque illuc vagetur. Ergo dicendum eſt, id quod ſignificauit Galenus 6. lo-
B corum affect. 5. qui ſcribit, vaſa repleta efficere vt vterus dilatetur, atque elongetur, ſine tamen inſigni ligamentorum detrimento. Dilatatus vterus & elongatus, communicat, propter humorum qualitates prauas, ipſi cordi, iecori, & alijs viſceribus, vt videmus morſum Phalangij, Scorpionis, torpedinem communicare, ab vna corporis parte cordi, atque toti corpori. Neque ſolùm poteſt vterus hæc efficere, per qualitatis prauæ communicationem, imò multò magis per humores putridos, & venenoſos, ita vt ab ipſis emanentes vapores inficiant viſcera, & ita coinquinent, vt poſtmodum hæc ſequantur. Cæterùm humores qui faciunt hæc mala, vt teſtatus eſt Galenus, potiſsimùm ſunt duo, ſanguis menſtruus & ſemen retentum, qui humores ſi diu & præter morem in corpore retineantur, proculdubiò ita inſignem contrahunt putredinem, vt veneni verè naturam æmulentur. Præter hos duos humores, ſunt & alij, qui, vt Galenus & Auerroes atteſtantur in corpore noſtro, ita poſſunt corrumpi, vt lethales euadant. Vnde magis exiſtimandum, hos fieri in vtero, qui cùm ſit receptaculum & cloaca quædam prauorum humorum, poſſunt in ipſo facilè quilibet humores diu retenti, adeò corrumpi & venenati effici, vt nihil differant à veneno. Hæ tres humiditates habent hanc communem conditionem, vt euadant aduerſiſsimæ calori natiuo, qui quando diminuitur valde, & hebetatur, neceſſariò corpus ipſum refrigeraſcit. Circa *ſecundum,* eſt ſententia Hippocratis vel alterius autoris in libro de morbis Muliebribus præfocationes ex ſiccitate ſeu inanitione etiam fieri, eò quòd vaſa vteri inanita, ſtimulant matricem, quæ exſiccata, ſur-
C ſum aſcendit, vt humiditatem depaſcatur: ſurſum aſcendens, dicit ille autor, præfocationem facit. Huic ſententiæ adſtipulari videtur Ariſtoteles 1. de Generatione animalium 11. vbi ſcribit: vteros euacuatos ſurſum aſcendere atque præfocationes efficere: fauet etiam huic ſententiæ ratio, quia præfocatio vteri eſt veluti conuulſio quædam, ſi non perpetuo, interdum ſaltem. Conuulſio, vt inquit Hippocrates, fit tùm à plenitudine tùm ab inanitione Ex aduerſo videtur eſſe Galeni ſententia 2. locorum affect. qui ſcribit, nequaquam propter ſiccitatem aſcendere vterum, & præfocationem facere: neque valet, quod frigidum in vtero ſiccitatem quandam cauſet, propter quam deinceps fiat hoc malum, quia frigidum facit præfocationes, non quia exſiccet, ſed quia frigidum eſt inimicum neruis: nerui verò cum patiantur, compatitur cerebrum & vniuerſum corpus. Quid igitur dicendum? dico præfocationem ſicut fit à repletione, pariter fieri interdum à ſiccitate, non quòd vterus exſiccatus ſurſum aſcendat, quia potius deberet deſcendere, quia omnia neruoſa exſiccata, in anguſtius contrahuntur. Sed fit à ſiccitate præfocatio, propter aliam rationem, vt intelligetis. Et hoc modo intelligenda eſt autoritas Galeni, quando videtur negare præfocationem à ſiccitate. Fit autem præfocatio à ſiccitate, propter hanc rationem, quia vterus; vt ſcribit Alexander 2 problem 65 factus eſt maximè neruoſus, vt maximam perciperet voluptatem ex ſeminis attractione. Cùm igitur ſit maximè neruoſus vterus, ſcimus omnes neruos oriri à cerebro, propterea exſiccato vtero, neceſſariò compatitur cerebrum, tanquam origo neruorum. Et quod ſit hoc ve-
D rum, inde patet, quia mulieres in hac paſſione, mente capiuntur, cerebro maximè patiente, cor in conſenſum trahitur, ita propter hanc rationem, ſiccitas vteri & inanitio faciant præfocationem. Inter has cauſas adnumerantur etiam Complexio càlida, humida, de qua loquens Plato, dicebat: eam aſsimilari arboribus nimis fœcundis, quòd ſcilicet in hac complèxione plus ſeminis congregetur, congregatum ſemen putreſcit & hoc malum facit. Eſt etiam inter cauſas internas complexio frigida & humida, ætas iuuenilis, de qua ſermonem faciens Aretæus loco citato ait: ſicut iuuenilis mens vaga & erronea, ſic etiam matrix errabunda & inſtabilis eſt, quaſi voluerit dicere hic autor, iuuencularum animum in vterò eſſe, quod falſiſsimum eſt. Ariſtoteles 7. Hiſtoriæ animalium capitulo 2. ſcribit: mulieres dum menſtruà apparere incipiunt, præfocari ſæpè conſueuiſſe. Quæ ſententia confirmat id quod dixi, ætatem iuuenilem inter cauſas internas eſſe. *Externæ cauſæ ſunt præfocationis,* abſtinentia coitus, propter quam viduæ & moniales ſæpè vexantur hoc morbo. Sunt enim inter has cauſas, omnia illa quæ ſupprimunt menſes, quæue nimias profuſiones faciunt, balnea, luxus, otium, nimia exercitatio, cibi craſsi & melancholici: addit Moſchio, frequentes abortus, & crudos partus. Notare debetis illo in loco, id quod ſcriptum eſt à Rhaſe, mulieres dum vtero gerunt, aut dum pariunt, raró præfocationes pati alias, quàm quæ fiunt à vaporibus prauis aſcendentibus. Sed hoc in loco *pulcherrima eſt conſideratio,* quomodo inter cauſas externas recenſeantur ab omnibus odores boni naribus adhibiti, res à paucíſsimis conſiderata. Fuerunt

autem qui dixerunt, proprietate quadam vterum delectari bonis odoribus, & propterea cùm naribus apponantur, tractum vterum iucunditate odorum, ſurſum aſcendere, & ſuffocationem facere. Sed hæc opinio eſt explodenda, quia odor eſt obiectum odoratus, vterus autem non habet odoratum, non igitur delectatur odoribus: præterea, iam probauimus non aſcendere vterum, ſed contrahi & dilatari. Alexander 2. problemat. 64. refellens eos qui vterum animal putabant eſſe, dixit: odoramenta ſi ſupponantur vtero, prodeſſe, quia facultate ſua exſiccatoria humores conſumunt. fœtida vero ſi ſupponantur naribus, obſtruere, atque ita efficere ne ſuffocationes fiant. Hic Alexandri diſcurſus errores duos habet: primus eſt, quia Alexander ſolùm rationem adfert cur ſuppoſita odoramenta præfocationem inducant: non autem explicat rationem, cur ſuppoſita naribus præfocationem inducant. Alter error eſt, quia ſi fœtida prodeſſent ſubiecta naribus quia obſtruunt, ſequeretur potiùs fœtida ante præfocationem iuuare, quàm in ipſa præfocatione. Sed experientia contrarium oſtendit, quia dum mulieres ſunt occupatæ præfocatione, nullo auxilio feliciùs reſtituuntur, quàm fœtidis. Vt huius rei veritatem poſſideatis, duo debetis notare: vnum eſt, non omnes mulieres propter odoramenta incurrere præfocationes, ſed ſolùm illas, quibus alioqui malè affectus eſt vterus. Alterum notandum, huiuſmodi mulieres non ſolùm propter odores incurrere hæc ſymptomata, ſed etiam alijs de cauſis, etiam leuibus, propter malam vteri diſpoſitionem. His itaque ſic conſtitutis, dico odores ſua natura percellere caput: dicebat Hippocrates 4. Aphoriſm. aromata omnia maximè petere caput, vbi ab odoribus affectum eſt cerebrum, ſtatim coafficitur vterus, quia vt intellexiſtis, & vt dicit Galenus, maxima eſt communicatio inter cerebrum & vterum. Vterus cùm ſit affectus malè, propter compaſsionem cerebri, perturbatur, eo perturbato, humores praui qui ſunt in vtero, quibus agitatis, eleuantur praui vapores ad cor, & ſuffocationem faciunt. Atque hæc eſt ratio, cur vapores inducant præfocationem, non quod matrix delectetur odoribus, vt vulgus credit. Sed dicet aliquis veſtrum, cur non praui vapores id faciunt etiam, cùm & ipſi petant cerebrum? Reſpondeo, quod vt ſcribit Ariſtotel. 13. problem. 4. praui odores fundati ſunt in vaporibus crudis & craſsis: crudi & craſsi vapores, non ita cerebrum afficiunt, vt acuti & cocti, ſed propter craſsitudinem potius obſtruunt, & cùm obſtruant, nequaquam poſſunt acrimonia vlla cerebrum afficere & percutere. Sed, cur igitur excitantur Mulieres prauis odoribus, ſi praui odores non offendunt cerebrum. Dico, excitari duabus rationibus: primò, quia praui odores maximè ſenſus ipſos tentant, & præſertim odoratum: alia ratio eſt, quia praui odores ſunt maximè naturæ noſtræ inimici, & ratione huius contrarietatis, natura in Mulieribus quanquam ſopita, excitatur tamen. Et hæc eſt cauſa, cur Epileptici propter prauos odores incurrant ſymptomata, quia natura eorum alioqui infirma, offenſa fœtoribus agitat cerebrum, quo agitato, humores præcipitantur in ventriculos & oritur ſymptoma. Dixi, prauos odores eſſe naturæ noſtræ aduerſiſsimos, quia naturæ ſimpliciter non ſunt inimici, & probatur, quia bruta non offenduntur prauis odoribus: imò ſunt multa animalia quæ illis delectantur, vt ſues & canes. Concludens igitur dico, odores bonos facere præfocationes, quia percutiunt cerebrum, ipſo percuſſo vterus coafficitur: ipſo affecto, humores praui in eo exiſtentes agitantur, & ſublati vapores, inducunt præfocationem. Inter cauſas externas præfocationis numerantur etiam tempus anni, quia vt ſcribunt Paulus & Auicenna, videntur præfocationes quaſdam periodos habere, & Hyeme & Autumno potiſsimum fieri, atque tum in virginibus potiſsimùm & ſterilibus. Sed dicetis hoc eſſe contra Hippocr. quia 1. de morbis Muliebrib. ſcribit, mulieres ſeniores magis tentari, quàm alias præfocatione propter leuitatem vteri. Dico hunc librum non eſſe Hippocr. & hanc ſententiam eſſe falſam, vt multæ falſæ ſunt aliæ eo in libro.

SIGNA.

Signorum huius affectus tres ſunt claſſes, alia enim ſunt diſtinctiua, alia ſignificatiua, alia prognoſtica. *diſtinctiua ſunt* ea, quæ diſtinguunt præfocationem ab alijs ſimilibus morbis, vt ab apoplexia, epilepſia, lethargo, lumbricis, ſyncope: hi namque affectus, ſunt valde ſimiles præfocationibus. Horum ſignorum duo ſunt genera, aliud communius, aliud particulare. *Communia* ſigna diſtinctiua ſunt duo. vnum eſt, quod vt dicitur à Cleopatra & Moſchione, præfocationes vteri ſemper ſunt cum præcedentib. querelis vteri, aliæ affectiones non habent huiuſmodi vteri querelas. Secundum ſignum eſt, primò traditum ab Aetio, qui dicit præfocationes in hoc diſtingui ab alijs, quia præfocatæ reſtituuntur odoratis ſuppoſitis vtero: quæ patiuntur alios morbos, non reſtituuntur odoratis. Signa diſtinctiua *particularia* ſunt plurima, nam quæ patiuntur epilepſiam, cognoſcuntur, quia poſt conuulſionem cadunt in terram, ſpumas plurimas emittunt, pulſum habent maiorem quàm antea. Hyſtericæ autem nullas aut paucas ſpumas emittunt, pulſum vel nullum, vel exiguum habent, & quem habent, denſior eſt valde. Addit Auicenna & aliud, quod epilepticæ ſemper amittunt memoriam, & valde diminuuntur ſecundum rationem: præfocatæ non ſemper errant mente, imò vero interdum poſtquam reſtitutæ ſunt, referunt quæ paſſæ ſunt: itaque apparent non amiſiſſe memoriã. Imo ſcribit Ariſtot. lib. de Somno & vigilia, atq; etiam vſu probatur, præfocatas varijs phantaſmatibus agitari, quæ non eſſe inſomnia conuincit, ſicuti etiam alijs animo deficiẽtibus ſæpè contingere ſolet. Rurſum epilepticæ pulſum habent magnum, ſpirant, ſed videntur ſenſum & motum planè amiſiſſe: Hyſtericæ non videntur ſpirare, pulſum non habent, accedit quòd in epilepſia mulieres habent faciem rubentẽ, venas tumidas, & quando euadunt, paralyticæ fiunt: Hyſtericæ neq; rubent circa faciem, neq; fiunt paralyticæ. Diſtinguuntur à lethargicis, quia in lethargo & catoche febris adeſt, pulſus magnus, & vndoſus eſt in præfocatione, non adeſt febris, non adeſt pulſus: nedum vndoſus. Quæ lumbricis infeſtantur, ſentiunt punctiones in inteſtinis, pulſus habent quales ſunt lumbricis laborantium: in hyſtericis, nihil horum adeſt. Diſtinguuntur à ſyncope, quia citiſsimè finitur

A finitur ſyncope, præfocatio durat duabus aut tribus horis, interdum tribus diebus, vt Raby Moyſes lib. ſecundo, directorij capitul. 41. ſcribit. Ideò lege cautum fuit, vt mulieres quæ patiuntur præfocationes, non ſepeliantur niſi poſt triduum, quia repertæ ſunt mulieres, quæ in ſepulchris reſurrexerunt, cum præfocatæ & non mortuæ fuerint ſepultæ. Diſtinguuntur à mortuis eo ſigno, quod tradit Galenus 5. loc. affect. 5 quia ſi lana carminata apponatur ori, viuente muliere lana illa mouetur: ſi mortua ſit, lana eſt immobilis. Itidem dico de vaſe aqua pleno, quòd ſi vas imponatur ori ventriculi, vbi viuit, aqua effluit, vbi mortua eſt, aqua immobilis eſt. Potiora ſigna non habuerunt Medici, vt diſtinguerent præfocatas à mortuis, quia ſæpè ſimiles ſunt mortuis: & ſæpè, vt dicit Aretæus, perierunt ſub hac paſſione. *Signa ſignificatiua*, alia ſignificant futuram præfocationem, alia præſentem. Signa *futura* præfocationis, hæc adducuntur à Serapione, & ab omnibus Arabibus, quòd quando proximus eſt Paroxyſmus, incipit anhelitus eſſe difficilis, pulſus cordis minuitur, pallor faciei inſurgit, oculi humectantur, mens confunditur & memoria, torpeſcunt crura, pigræ fiunt admodum. Igitur vbi mulier conſueta fuerit pati præfocationem, & hæc ſigna videbitis, portendetis citò futuram præfocationem. Signa quæ ſignificant præfocationem præſentem, alia ſignificant eſſe in ſtatu, alia verò in declinatione. Signa *fientis* præfocationis, ſunt amiſſio ſenſus & motus, amiſſio anhelitus, contractio crurum, pulſus aut nullus eſt, aut vix percipitur, corpus frigeſcit, & tandem in omnibus mulier mortuæ ſimilis eſt, præterquam in colore vultus, qui ſæpè rubens eſt. Sed dubitabit ingenioſus, quomodo dixerim præfocatas eſſe ſine pulſu & reſpira-
B tione: ſcriptum enim eſt ab Ariſtotele & ab omnibus confirmatum, non poſſe animal viuere ſine pulſu, & tamdiu viuere, quamdiu pulſus & anhelitus adeſt, quomodo igitur poteſt viuere ſine pulſu & reſpiratione? Dico, verum eſſe animal ſanguineum non poſſe viuere ſine pulſu; neque præfocatæ viuunt ſine pulſu, ſed pulſus, & reſpiratio ſunt ita praua vt non deprehendantur, cuius cauſa eſt frigiditas cordis. Audiuiſtis enim his mulieribus cor valde refrigerari, propter contrariam vim vaporum, vnde dicit Ariſtoteles 1. Hiſtoriæ animalium 1. poſſe etiam animal viuere ſine reſpiratione, vt ſunt piſces, & inſecta, quę cùm ſint frigida, non opus habent reſpiratione. Signa declinationis præfocationis ſunt, quod murmur percipitur in vtero & inteſtinis: humiditas ex vtero emanat, mens redit: Auicenna dicit, pituitoſum fieri vomitum. Quæ *ſignificant cauſas* ſunt, quòd ſi præfocatio contingat ob retenta menſtrua, ſignum eſt iſtud potiſſimum, quia per plures dies præceſſerunt retentiones menſtruorum: quòd ſi fuerint menſes Bilioſi, accidentia ſemper ſunt ſæuiora: ſi Melancholici, cognoſcetur propter complexionem, cognoſcuntur etiam, quia magis delirant. Si fuerint pituitoſi, omnia erunt quietiora. Si à ſpermate retento fiunt præfocationes, cognoſcuntur ex diuturna coitus abſtinentia, vbi præſertim complexio calida & humida ſit, & vbi mulier fuerit aſſueta Veneri, vt ſunt viduæ luxurioſæ, de quibus habetis apud Galenum hiſtoriam 1. de Semine 6. item de locis affectis 5. Addunt quidam, in menſtruali præfocatione ſenſum amitti: in ſpermatica, ſenſum & motum. Quod quidem nulla alia ratione poteſt fieri, quàm quia grauior
C eſt præfocatio ex ſemine, quàm ex menſtruis.

PROGNOSTICA.

PRognoſtica ſunt, quòd vterina præfocatio quæcunque ſit, mala ſit, tùm propter accidentium ſæuitiam, tùm quia mulierem interdum perducit ad mortem. Eſt tamen differentia quædam: nam vt ſcribit Galenus, ea quæ fit ex retento ſemine, multò grauior eſt, quàm quæ fit ex retentis menſtruis. Circa quod notare duo debetis: vnum, non eſſe ſemper verum, præfocationem ex ſemine eſſe deteriorem ea, quæ fit ex menſibus, quia ſi menſtrua retenta ſint melancholica, interdum grauiſſima inducunt ſymptomata. Ad hæc ſemen, multò benignius eſt ſanguine menſtruo, & probauit hoc Raby Moyſes, quia ſemen intus acceptum non offendit, ſanguis verò menſtruus incredibilia mala facit. Dico veram eſſe Galeni ſententiam, propter tres cauſas: vna, quia ſemen eſt magis perfectum, quàm ſanguis menſtruus, quæ ſunt perfectiora, vbi corrumpuntur ſemper deteriora euadunt, & hoc eſt, quod tradit Auicenna, & experientia comprobatur. Si panis corrumpatur in ventriculo & carnes optimæ, deteriores fiunt corruptiones, quàm ſi piſces aut herbæ corrumperentur: & ratio eſt, quia quæ ſunt perfectæ concoctionis, vbi corrumpuntur fiunt deteriora: & hinc fit, vt fæces brutorum minus fæteant, quàm hominis: & diuites magis peſtiferis morbis capiantur, quàm pauperes, quia vbi perfectiores cibi corrumpuntur, fiunt multò deteriores. Altera cauſa eſt, quia ſemen fit ex ſanguine menſtruo: ſanguis menſtruus a-
D lioqui prauus eſt, ita vt ſemen ex ipſo prauum fiat, & propterea præfocationes ex hoc ſemine ſunt valde prauæ, nam in viduis licet ſperma retentum noceat, magis nocet quàm in viro, quia in viro fit ex perfecto ſanguine, in muliere verò ex ſanguine menſtruo. Tertia cauſa eſt quædam proprietas, propter quam ſemen valde inimicum euadit mulieri, nam quod habeat hanc proprietatem dum corruptum eſt, hinc licet colligere, quia vbi ſemen integrum eſt, nonne habet hanc proprietatem vt vitam inferat, cùm corrumpitur, vertitur in contrariam naturam: igitur ſi integrum vitam dabat, corruptum mortem inferet: & hæc eſt proprietas, ob quam ſemen corruptum in mulieribus fit deterius. Scribit Hippoc. 5. Aphoriſm. 35. quòd Mulieri præfocatæ, ſi ſternutatio ſuperueniat bonum eſſe. Bonum dicit Galen. dupliciter, quia naturam excitat: ſecundò quòd ſternutatio, dicebat Ariſtot. eſt ſignum ſanctum & ſacrum, quia ſignificat cerebrum vbi eſt ſedes animæ, robuſtum & validum.

CVRATIO.

CVratio præfocationis vteri duplex eſt: vna in paroxiſmo, altera in paroxiſmi remiſſione. *Curatio in paroxiſmo* eſt, quæ vt mulieres maximè fatigat & Medicos, ita etiam magis glorioſos ipſos reddit. Scopus in acceſſione nullus alius eſſe debet Medico, niſi vt naturam ſoporatam & dormientem excitet, quoniam excitata natura, calor naturalis ſimul excitatur, calore excitato, facilè vapores & morbificæ cauſæ euincuntur. Quæ excitant naturam ſunt trium generum, quia alia excitant

per ſenſum tactus, alia per ſenſum auditus, alia per ſenſum odoratus. Quæ per ſenſum tactus, ſunt li- A
gaturæ, frictiones. Cucurbitulæ infernarum partium, clyſteres & glandes, & demum omnia quæ vtero
ſupponuntur. Ligaturæ & frictiones in his conueniunt caſibus, tum infimis partibus, tùm etiam ſupre-
mis: cucurbitulæ conueniunt potiſſimum partibus inferioribus. Et inter partes inferiores, nullus locus
accommodatior, quàm coxæ & crura, quæ cucurbitulæ interdum apponuntur ſcarificatæ, interdum le-
ues & non ſcarificatæ. Dubitare poſſet aliquis, an in ipſo paroxyſmo, vt conueniunt cucurbitulæ ſcarifi-
catæ, ſic etiam conueniat venæ ſectio. Dico, cùm in hac paſſione corpus mulieris ſit valde refrigeratum,
niſi ſumma adſit plenitudo, nequaquam in acceſſione conuenire poſſe ſanguinis miſsionem, ratio eſt,
quia miſſo ſanguine, refrigeratur magis corpus. Sed ſi adſit plenitudo, quæ morbum efficiat, ipſa ſublata
vel imminuta auferuntur morbi. Clyſteres & glandes, qui conueniunt in his caſibus, debent eſſe acres
& vehementes: ratio eſt, quia cùm ſenſus omnes ſint torpidi & ligati, neceſſariò opus habent magnis ſti-
mulis vt excitentur. Et vt habeatis clyſteres & glandes, exempla vobis propono:

℞. Fol. centaur. minoris, arthemiſ. pulegij, maioranæ ana M. s. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctio. lib j. s. hieræ archige. ℥. s. olei rutæ ℥. iiij. mellis deſpumati ℥. ij. ſalis ʒ. j. s. Miſce &
fiat clyſter. Exemplum glandis hoc eſt:

℞. Salis gemmæ, coloquin. ana gran. iiij. ellebori nigri ℈. s. nitri, cymini ana gran. v. mellis q. ſ. Fiat ſup-
poſitorium. Supponuntur autem vtero, ad excitandum per ſenſum tactus, etiam res odoratæ: ſed aduer-
tite, non curare quia ſint odoratæ, ſed vt dicebat Alexander 2. problemat. 65. proſunt res odoratæ, quia B
cùm ſint tenues, calidæ & acres, diſsipant & exſiccant omnes vteri humores. Supponuntur autem vte-
ro moſchus, zibetum, ambra, gallia moſchata Meſues. Atque tot ſunt quæ per ſenſum tactus excitant mu
lieres præfocatas. Quæ vero per ſenſum odoratus excitant, ſunt fœtida omnia, vt ſternutamenta, quia
fœtida (vt intellexiſtis) ſunt naturæ noſtræ inimica, & ſpiritus animales malis odoribus offenſi, agitan-
tur vt repellant, atque in hac agitatione vehementer concitant corpus, & calorem natiuum. Sunt autem
hæc fœtida, caſtorium, ſagapenum, præſertim in aceto maceratum, lucernæ extinctæ, abrotanum, ruta,
ſoleæ vetuſtæ deuſtæ: præterea, à proprietate capilli ipſius mulieris patientis deuſti, & naribus ſuppoſi
ti, putantur mirificè excitare præfocatas. Aduertenda ſunt circa res fœtidas & odoratas duo: vnum, vt
vbi odorata ſupponuntur vtero, ſemper ſtudeatur ne ad nares perueniant, propter quod machinantur
Medici vaſa & integumenta, quæ tueantur quo minus odores aſcendant ad nares: ſimiliter ſi fœtida ſu-
perioribus partibus adhibeantur, danda eſt opera, ne fœtores ad vterum perueniant, quod etiam iiſdem
remedijs conficitur. Alterum eſt circa hanc rem aduertendum, licet ferè ſemper laudarint Medici in his
caſibus, ea quæ ſunt vehementer calida, veruntamen interdum curandum eſſe frigidioribus, vel tepi-
dioribus. Nam contingit plerunque, vt frigeant valde præfocatæ, & opus habent calidis: poteſt tamen
vſu venire, vt præfocatæ ſint calidiores, ratione cuius neceſſe eſt temperare medicamentum. In hoc ca-
ſu apprimè conueniunt roſæ, camphora, violæ, & eæ herbæ quæ ſunt frigidiores aut tepidiores, ſternu- C
tamenta etiam, quæ excitantur per odoratum, maximè commendantur. Sed circa vſum horum eſt ad-
uertendum, quia ſi repleto capite adhibentur, imminet periculum ne ex præfocatis fiant apoplecticæ,
quocirca diligenter reſpicere debetis, an præfocatæ caput plenum habeant, nec ne. Quæ excitant per
ſenſum auditus, ſunt clamores vehementes, nam conſueuère mulieres vocare patientes, interdum e-
tiam bombardis, & omni genere fragoris & tonitruum vtentes. Præter hæc remedia, quæ excitant per
ſenſus, ſunt & alia quæ citra vllum ſenſum videntur excitare, vt ſunt emplaſtra & vnctiones, quæ pecti-
ni adhibita, putantur excitare: vt inunctiones ex oleo Chamoine, liliaceo cum ſale. Emplaſtrum ex cæpa
lilij cocta ſub prunis, quæ ſi nihil conferant, mandat Auicenna, vt obſtetrix digitum vuluæ immittat at-
que fricet. Nam habetis exemplum apud Galenum illius viduæ, quæ cum præfocata eſſet, reſtituta fuit
digito immiſſo ab obſtetrice in vterum & emiſſo ſemine. Puluis chryſtalli bibitus, putatur à proprietate
excitare præfocatas, vt etiam apud Galenum commendatus eſt Agaricus, in puluerem redactus & pota-
tus. Quod ſi nihil etiam hæc conferant, quid agendum? Laudant Medici, vt capiatur oleum feruens &
ſuper caput infundatur. Laudant etiam aliqui, vt caput ægræ inuratur, & hoc remedij genus ego magis
amplector, quia oleum candens & bulliens, præterquam quod ignem diutius retinet, ſolet etiam caput
valde deformare, quod quidem non facit ignis, ſi prudenter adminiſtretur. Atque hæc eſt ratio ſubue-
niendi præfocatis, dum tenentur à paroxiſmo, in quo de victu non verba feci, quia dum ſunt in hac paſ-
ſione, non eſt cogitandum de victu, ſed ſolùm certatur remedijs. *Curatio extra paroxiſmum*, vt rectè inſti- D
tuatur, ante alia cogitare debetis, à qua cauſa fa. .a ſit præfocatio, an ex menſtruis retentis, an ex ſemine
retento: ſed vtcunque ſit, quoniam hæc curatio eſt potius præſeruatoria, quàm curatoria, neceſſe eſt an-
te alia viuendi rationem proponere: vt aer ſit calidus & ſiccus, fugiantur nimiæ vigiliæ, motus grauio-
res, quia ex ſolo timore & gaudio viſæ ſunt mulieres præfocari. Similiter, otium conſumatum eſt pror-
ſus fugiendum, corpus exerceri debet moderate horis matutinis, potius ante cibum, quàm à cibo, bal-
nea fugienda; ſi mulier ſit aſſueta Veneri & ſit fœcunda, id eſt calida & humida, debet aliquam rationem
Suprà cap. 10. in curat. Furor. vterinorum. habere, vt libidinem compeſcat & refrenet. Quæ autem refrenant ſunt: inedia, ſomnus factus ſupra a-
gnum caſtum, mandragoram, iuſquiamum, cicuta bibita, vt aliàs docui vos, extinguit veneris incendia.
Circa cibum & potum, debent eſſe mulieres valde ſolertes, quia potus niſi ſit ex vino tenui, modicè au-
ſtero, potiùs vetuſto, quàm recenti, aut ex aqua aliqua, confecta cum aromatibus, profectò noxius eſt.
Cibi debent eſſe qui extenuent, exſiccent, calefaciant, & nutriant moderatè: quare omnia edulia craſſa,
dulcia, legumina omnia in his caſibus ſunt fugienda. Victu inſtituto, ſi ex retentis menſibus malum pro-
ficiſcatur, cogitandum eſt quamprimum de aperiendis menſibus. Aperiuntur menſes, vel medicamen-
tis purgantibus, vel ſectione venæ ſaphenæ, vel medicamentis ad prouocationem accommodatis. Pro
purgatione corporis, primum lenienda erit aluus ſequenti bolo:

℞. Ele-

A ℞. Electuar. Indi.ʒ. iij electuar. lenit.℥.j. Miſce & fiat bolus. Quo accepto præparandi ſunt humores, cum rebus quæ aperiunt menſes, vt,

℞. Fol arthemiſ. beton. cuſcutæ ana M.j. ſabinæ M.ſ. Fiat decoctio ſecundum artem: deinde

℞. Dictæ decoctionis ℥.iiij. ſyrup. de duabus rad. de arthemiſia ana ℥.j. Miſce. Vbi ſyrupi exhibentur, niſi quid obſtet, omnino eſt ſanguis mittendus per ſaphenam, & pro ratione virium eſt ſecanda vena. Si ſecari non poteſt, habetis cucurbitulas, ſcarificationes crurum, quæ ſi in vllo caſu proſunt, certè iuuant in mulieribus ſecundum vterum laborantibus. Poſtquam erunt præparati humores expurgandi, & quanquam habeatis alia remedia à me propoſita, iſtud tamen eſt accommodatiſsimum.

℞. Agarici troch.℈.iiij. myrrhæ ℈.ſ. aſari, mei an. gran. iiij. Infundantur ſ.a. in aqua arthemiſ. deinde facta expreſsione, adde prædictæ infuſioni, diaphæn.ʒ.iij mel. roſ. ſol.℥ iij. Fiat potus. Facta hac purgatione, non eſt deſiſtendum, quin imò auxilio enitimini menſes prouocare. Habetis plurima medicamenta in proprio capite propoſita. Sed in his caſibus, duo remedia ſolent eſſe præſtantiſſima, vſus thermarum, tàm in potu, quàm in infuſione, vt ſunt aquę Aponenſes, Aquarinæ: in calidioribus, aquę dictæ Laſtrenſes, in agro Patauino. Aliud remedium eſt, vſus cauteriorum in cruribus, quæ præſtant duo maximè bona: nam reuocant naturam ad opus ſibi familiare, ſcilicet ad euacuandum ſanguinem per vias conſuetas. Præterea, vapores, qui ſurſum feruntur, beneficio illius cloacæ non eo impetu ſurſum feruntur, imò ſæpiſsimè extinguuntur. Si fiat ex ſemine retento, dubium eſt an conueniat venæ ſectio: ratio dubitationis

B eſt, quia ſcribit Auicenna fugiendam eſſe phlebotomiam. Ex altera parte, vbi ſperma redundat & retinetur, neceſſariò etiam abundat ſanguis, ſi abundat ſanguis, videtur conuenire venæ ſectio, tamen Auicenna ſcribit cauendum eſſe. Moſchio & Græci non meminerunt. Dico verum eſſe quod ſcribit Auicenna, non mittendum eſſe ſanguinem in ſemine retento. Sed intelligenda eſt Auicennæ ſententia, de muliere quæ eſt in Paroxiſmo, vel paulò poſt: & ratio eſt, quia mulieres in præfocatione, propter inimicam illam qualitatem quam intellexiſtis, magis refrigerantur, magis vires ipſarum deprimuntur, quare ſi mittas ſanguinem, idem eſt ac ſi iugules. Ex aduerſo cùm remotæ ſunt à Paroxiſmo, cùm in ijs abundet ſanguis, dico ſanguinis miſsionem magnopere conferre, & præſertim quando mulieres ſic affectę, non poſſunt Venere vti. In hoc igitur caſu maximè conueniunt ea, quæ ſperma extinguunt, quæ hoc loco enumerare nolo, propterea quod habuiſtis ante à me in capite de Gonorrhœa, quibus auxilijs & remedijs, ſeminis fœcunditas coercenda ſit.

IOAN. BAPTISTAE
MONTANI
C
DE
VTERINIS AFFECTIBVS.

INTER omnes ægritudines, quæ humano corpori contingunt, illæ maximè ſunt neceſſariæ, vt cognoſcantur exquiſitè, quæ vterum mulieris afficiunt. Nam pręterquam quòd ſunt frequentes admodum, ſunt etiam curatu perdifficiles, atq; interim exitiales: plurima quoque annexa habent digna cōſideratione: quorum ratione notitiam illorum inueſtigare debemus, maximè cum nobiliſsimum quodque membrum in conſenſum trahat vterus, nimirum cor, cerebrum, hepar, neruos, & præcipuè ventriculū. Vnde omnes actiones tam animales, quàm naturales, & vitales ſummoperè læduntur propter conſenſum. De animalibus ſatis conſtat, quoniam virtutes motiuæ intercipiūtur: præterea ſenſus tam interiores, quàm exteriores læduntur, & intercipiuntur, ita vt mulieres affectæ priuentur ſæpe ſenſu, & motu. De vitalibus autem quid dicemus? Videmus enim cor ipſum ita in conſenſum trahi, vt pulſus ſæpe amittatur, & difficile ſit cognoſcere viuántne mulieres, an mortuæ ſint? & hoc dicit Galen. 6. de Locis affectis, cap 5. De naturalibus verò, nimirum, virtutes naturales afficiuntur propter vteri conſenſum. nam virtus concoctrix, ſanguificatrix, diſtributrix, attractrix, retentrix, expultrix, & omnes reliquæ debilitantur, ac quandoque corrumpuntur. Vnde non

D mirum eſt, ſi accidunt ſæpe apoplexia, epilepſia, paralyſis, tabes, hydrops, tumores præter naturam, vlcera maligna, & peſſima. & denique nullum eſt genus peſsimarum ęgritudinum, quod non poſſit ex huiuſmodi affectione vteri cōtingere. præterea circa has ægritudines oriuntur plurimæ difficultates: quippe quod vteri affectus ſunt maximè incogniti. Vnde plerique non curantur tum propter imperitiam & ignorantiam medicorum: vel pudorem, qui neſciunt quādoque percunctari, vel non audent: tum etiam quia mulieres affectæ ſingula quandoq; narrare non poſſunt, vel neſciunt ea exprimere: vel nolunt, qui verecundantur dicere, quæ eis contingunt: propter igitur omnes iſtas rationes medici antiqui, præcipuè Hippocrat copioſiſſimi fuerunt, & diligentiſſimi in his morbis pertractandis, licet in alijs ieiuni ſæpe & compendioſi extitiſſe videantur: & ratio huius fuit, quia miſerti ſunt humani generis. Nam videbant quod præter cætera incommoda huiuſmodi ægritudines tollunt genus humanum, & propagationem ſobolis, & conceptum. Quid autem miſerius ſterilitate in hoc orbe? contrà quid vtilius poterat eſſe, quàm prohibere ne animal interciperetur, ſed generaretur? Noſtri autem medici noui valde defecerunt, quia deſtituti ſunt methodo: & quia iſti morbi ſunt valde difficiles, & intricati. Solet autem id perpetuo fieri ab ipſis nouis, vt vbi eſt aliqua difficultas, ſemper deficiant, & ſint inſufficientes in rebus difficilioribus carentes methodo: & quanto ſunt negligentiores, tanto ſunt morbi difficiliores. Nos hoc animaduertētes, rati ſumus operæpretium facturos, ſi de his morbis exquiſitiſsimè tractaremus: ſed cùm

Doctrinæ huius vtilitas & neceſſitas.

Inſtituti, & ordinis ratio.

latiſſimus ſit huius materiæ campus, vt vix annus ſingulorum narrationi ſufficeret, & nobis breue admo- A
dum ſit tempus, & habeamus rationem maximæ vtilitatis veſtræ, eoque magis, cùm practici ſimus: ideo
interim decreui ſub methodo, & typo quodam vniuerſali, omnes vteri ægritudines complecti: ea ratio-
ne ductus, vt qui ſunt magis eruditi, ex iſto typo & methodo poſſint per ſe facilè & rectè particularia in-
uenire: qui verò rudiores ſunt, occaſionem & facultatem habeant aſcendendi ad altiora, & vlterius ſpe-
culandi. Poſito hoc fundamento fortiſsimo, iuxta illud Horatij. Dimidium facti, qui bene cœpit, habet:
ita procedemus, vt poſita communi omnium ægritudinum vteri methodo, poſtea exempli loco expli-
cemus vnum particularem morbum de fluxu menſtruo pręter naturam: vt igitur per methodum proce-
damus à loco illo communi, vnde trahimus omnia principia, ſumemus exordium, vt aliàs ſemper con-
Merborum vte-rinorum, ſecundum diuerſam vteri conſiderationem, diuiſio.
ſueuimus facere: talisq́; proceſſus erit incipiendo à natura rei, hoc eſt, ab vteri natura. Vterus itaquè po-
teſt dupliciter conſiderari: vno modo prout eſt membrum ſimilare, alio modo prout eſt membrum or-
ganicum: & ſic ſecundum diuerſam conſiderationem habet etiam diuerſos morbos, & diuerſam cura-
tionem. Nam ſi vt ſimilare conſideretur, poteſt pati omnes ægritudines, & ſymptomata, quæ alia mem-
bra ſimilaria, vt omnes intemperies ſimplices, & compoſitas, cum materia, & ſine materia: præterea flu-
xiones, ſiue ſit fluxio ſanguinis, ſiue bilis atræ, ſiue pituitæ, ſiue humorum putrefactorum, ſiue etiam ſe-
minis corrupti: & hoc videtur magis proprium ipſi vtero Amplius patitur tumores omnes præter natu-
ram, inflammationes, rhagades, ſcirrhos, œdemata, ſolutiones continui, vlcera cuiuſcunque generis, can- B
cros, fiſtulas: hæ omnes ægritudines contingunt vtero, vt ſimilari membro: de quibus non multum lo-
quemur, quoniam ſunt communes etiam alijs partibus: & quod diximus de reliquis mẽbris, hoc etiam
de vtero dicendum eſt: nec habent illæ diuerſas indicationes ab iſtis præter eas, quæ ſumuntur à natura
membri. Nam vterus non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum alijs, nec eandem habet colligantiam. Vnde quia
ex ſubſtantia membranoſa & neruoſa eſt, & habet talem vel talem colligantiam, hoc vel illud faciendum
eſt. Sed de his poſtea in particulari tractatione. Alio modo vterus cõſideratur, vt membrum organicum:
& nos de morbis vteri ſic accepti tractabimus procedentes methodo. Quatenus igitur vterus eſt inſtru-
mentum, duos habet vſus: quorum alter eſt, vt concipiat, & retineat fœtum ratione propagandæ ſobo-
lis: alter eſt, vt excrementa excernat tum ratione ſexus, tum ratione loci: frigidæ enim ſunt fœminæ, &
ratione frigiditatis multa excrementa congregant, quibus expurgãdis natura fæcit vterum. Signum eſt,
quod quandiu fluent, & erunt ſecundum naturam menſtrua, tandiu ſecũdum vterum fœmina erit ſana:
& quum non habuerit mẽſtrua, vel fuerint præter naturam, incidet in omne genus ægritudinum. Quan-
diu ergo iſti vſus ſecundum naturam ſe habebunt, tandiu vterus erit ſanus: ſin minus, erit inſalubris. Mu
tantur autem iſti vſus, & impediuntur à morbo aliquo. Sed morbi ſunt triplices, intemperies, mala com-
I. Morbi vteri, quatenus eſt inſtrumentum concipiendi.
poſitio, & ſolutio vnitatis: vterque igitur vſus impediri poteſt ab his trib. generibus morbi. Sed vt pro-
grediamur ſecundum rectam methodum, incipiamus ab vſu concipiendi, & videamus quot modis im- C
pediatur hæc actio, vel vſus? Non diſcedam autem à Galeno, qui in libro de Cauſis ſymptomatum ait
actionem omnem tripliciter lædi, vel vt prorſus auferatur, vel vt diminuatur, vel vt corrumpatur. Im-
peditur igitur, & læditur actio concipiendi his tribus modis. Nam aufertur prorſus, quoniam non con-
tinetur fœtus: vel ſi retinetur, corrumpitur, & nullam formam naturalem animalis, nec præternaturalem
recipit. Si verò huius actio non auferatur prorſus, ſed diminuatur, concipit quidem mulier: ſed non po-
teſt continere, nec peruenit ad proprium & vltimum finem: imò ante tempus deijcit ſuum. Si corrum-
patur actio concipiendi, retinetur quidem fœtus, ſed non generatur id quod generari debet: idq́; etiam
læſio eſt. & dupliciter contingit: vel enim quod generatur, eſt ex toto genere præter naturam, & eſt caro
illa quam Græci molam appellarunt: quæ caro eſt informis, & generatur in vtero, & non eſt durities vte-
ri, vt ſenſit Paulus. Vel non eſt ex toto genere præter naturam id quod generatur, ſed eſt aliquod mor-
boſum, & eſt conceptus corruptus, quoniam vel mortuus eſt fœtus antequam editur: vel ſi non eſt mor-
tuus, adeò informis & debilis generatur, vt ſtatim poſt partum moriatur: quia non poteſt viuere, quum
Concipiendi vis ablata.
in ipſo etiam partu iſtæ actiones ſint impeditæ. Cauſæ quare auferatur vis concipiendi, ita vt nihil pror-
ſus ſeminis contineatur, id eſt, ne tantillum quidem ſemen immoretur in vtero, multæ poſſunt eſſe: pri-
ma eſt imbecillitas virtutis appetendi & contrahendi, ad quam ſequitur debilitas virtutis attractiuæ: v-
bi enim non eſt appetitus, nec ibi delectatio: qua deficiente, ſecuta eſt huiuſmodi debilitas: & quum non
attrahat, virtus attractiua eſt cauſa quòd ſemen non continetur: multæ enim propter morbos faſtidiunt
coitum. Cauſa verò huius imbecillitatis, ſeu carentiæ appetitus, eſt frigiditas vteri, quæ ſiue ſit ſola in- D
temperies, ſiue cum humiditate iuncta, ſiue cum materia, facit inappetentiam: præterea ſi vlcus, vel in-
flammatio, aut tumor aliquis præter naturam eſſet in vtero, vel in collo ipſius, poſſet eſſe in cauſa iſtius
inappetentiæ: ergo dum penis viri attingit locum illum affectum, cauſat dolorem, & tunc appetentia ceſ
ſat: ſed iſta ſunt per accidens. Vel poteſt eſſe propter maximam debilitatem virtutis contentiuæ, ita vt
quicquid in vterum conijcitur, ſtatim excidit: & hoc fit propter plurimam humiditatem, quæ eſt cauſa
immediata, cum faciat laxitatem matricis. Ea autem humiditas poteſt eſſe vel cum materia, vel ſine ma-
teria, ſiue ſit eſſentialiter ibi, ſiue aliunde influit. Item poteſt eſſe ratione caliditatis exiſtentis in vtero, ra
tione cuius vterus non appetat: poteſt etiam cõtingere propter aliquam malam compoſitionem, vt pro-
pter tumorem, & duritiem exiſtentem in collo, quæ impedit rectam iniectionem ſeminis: vel quia col-
lum vteri eſt inuerſum ad aliquam partem: & quum inuertatur foramen illius, non eſt continuatum, imò
clauditur, quia in parte vbi inuertitur fit angulus, & hoc frequentiſſimum ſolet eſſe in mulieribus. Sed à
quo cauſetur talis inuerſio, maxima eſt lis inter ſequaces Galeni, & priſcos medicos. Antiqui enim vole-
bant quòd huiuſmodi inuerſio fiat propter ſiccitatem exiccationemq́; vteri, eò quòd exiccetur vterus,
quum non fluunt materiæ, ſicuti ſolebant fluere (vt autor de morbis mulierum ait, qui liber adſcribitur
Hippocrati) & propterea retrahatur vterus ad ſuperiora tanquam ad pabulum quoddam. Sed Galenus
deridet

A deridet hanc rationem priſcorum,quæ impoſſibilis ſit. Nam vterus eſt valde adligatus,nec poteſt accedere ad ſuperiora,quum non poſſit niſi per tatillum ſpacium moueri,ſit autem huiuſmodi inuerſio(dicit ipſe)quoniam dum continentur menſes in venis,implentur,& humectantur venæ,& dilatãtur:& quum dilatentur,fiunt breuiores. Nam id quod augetur per latum, per longum abbreuiatur, & verſus principium contrahitur. Et ideo quum venæ ex repletione nimia dilatantur,de neceſſitate retrahuntur,fiuntque breuiores,& ſuſpendunt vterum,quia in tali retractione retrahitur etiam vterus,vnde ſequitur talis inuerſio.& quia venæ in dextra parte ſæpius magis intumeſcunt,in ea etiam fit vteri magis inuerſio. Vnde Galen.in 6.de Locis affectis capite 5 inquit: Quòd ſi retractio ſit æqualiter facta in illis vinculis,non magis vertitur vterus ad vnam, quàm ad aliam partem : ſed ſi inæqualiter fiat retractio, ad partem vehementius trahentem inuertetur.iſta eſt Galeni ratio,ſed fortè non demonſtratiua. Quare vel propter inappetentiam, vel propter imbecillitatem virtutis, vel ob inflammationem in vtero exiſtẽtem interficietur conceptus,vel ratione ſolutæ vnitatis non fiet conceptio. Accidit etiam quandoque vitio ipſius viri, vel ratione ſeminis quod ſit valde aquoſum, vel alioquin habeat malam qualitatem,vel quòd penem habeat nimis breuem,ita vt congeletur ſemen prius,quàm ad locum deueniat:vel quod is nimis longus ſit. (ſunt hæc dicenda loco ita exigẽte,licet parum ſint decora) iſtæ ſunt omnes cauſæ,quare ſemen prorſus
B non contineatur in vtero,quæ auferunt vſum concipiendi. Quandoq; ſemen recipitur quidem, & retinetur in vtero:ſed corrumpitur ibi poſt tres,vel quatuor,vel quinque dies,vel ſex,ita vt prorſus nihil generetur,nec concipiatur: & iſta corruptio contingit vel ratione ſeminis,quòd ſit aquoſum, & nimis humidum,& calore deſtitutum: vel ob nimiam vteri caliditatem, quæ trahit ad ſe, & exiccat humiditatem innatam ipſius ſeminis,ratione cuius ſequitur corruptio:vel ex nimia vteri frigiditate,ob quam in vtero perinde fit,atque in terra:quæ quum nimis frigida ſit,fruſtra ſemen accipit,nullumq; fructum affert,imò corrumpitur. Et hæc de cauſis,quæ prorſus auferunt vſum concipiendi: quod erat primum membrum de actionibus ablatis. Secundum membrum erat,quando actiones diminutæ lædebantur,quæ quidem actiones diminutæ alio modo ſe habent. Nam contingit, vt vterus concipiat quidem,& deueniat conceptus ad aliquam formam embryonis: ſed poſtea quàm grandiuſculus efficitur, non poteſt retineri, & excidit ante tempus, ſicut validiſſima & formoſiſsima quædam matrona Veneta ſæpius quidem concipit,ſed ferè ſemper abortit. Itaque poteſt contineri quidem conceptus per tres vel quatuor menſes: ſed cùm non poſsit vterus amplius continere,ſequitur abortus. Abortus igitur dicitur talis actio diminuta, quæ non poteſt peruenire ad finem in:ẽtum: & hoc fit vel vitio ſeminis, vt cùm eſt magis calidum, frigidum,ſiccum,ac humidum, vel nimis aquoſum, vel nimis humidum: ſemine enim poteſt generari fœtus,ſed non perfici. Vel fit,& ſæpè,vitio vteri,quando eſt nimis humidus,& nimis laxus,in quo quidem fit inchoatio fœtus:ſed cùm grandior efficitur,& deuenit ad aliquam molem,non poteſt retineri, ſed ex-
C cidit, quia vincula etiam ratione nimiæ humiditatis diſrumpuntur: vel fit vitio temperamenti valde pituitoſi,quod augetur alimento frigidiori. Nam in talibus mulieribus plurima pituita generatur,& plurimus ſanguis humidior: & quum tale alimentum ad vterum deferatur plus quàm oportet,tunc ab eo ſuffocatur fœtus,& non poteſt contineri quantum oportet:& iſtæ ſunt omnes cauſæ diminutæ conceptionis. Tertium membrum erat de actionibus corruptis:actiones conceptionis corruptæ ſunt,quod generatur quidem,& continetur diu illud quod generatur, ſed tale vel eſt omnino præter naturam,vel ſaltem maxima ex parte. Quod ex toto genere præter naturam generatur, eſt caro illa quam molam appellant iſtæ nutrices. Et ſecundum Galen.in 14.de Vſu partium cap.7.eſt caro quædam informis,& non poteſt generari hæc caro,niſi conueniat ſemen virile: & in hoc differt ab illis ſubuentaneis, quæ generantur ſine ſemine,& ὑπηνέμια ibidem à Galeno vocãtur: dicitur autem ex toto genere præter naturam,quia nullo modo conſequitur finem:natura enim animal intendit. Tale autem generatur vel propter multitudinem ſeminis muliebris ſuffocantis facultatem ſeminis virilis, quod quidem facit aliquid: atque tale eſt præter naturam omnino : vel propter ſemen viri, quum nimis calidum & ſuperaſſatum ſit: ſed hoc rarò aduenit.Sicut enim actio bona fit à calore moderato:ita actio corrupta fit à calore immoderato. Et ideo quum excedit calor, non poteſt regulari à virtute formatiua: vnde poſtea generatur illa mola omnino præter naturam. Quando verò conceptus corrumpitur,quia generatur aliquid,quod non eſt ex toto genere præter naturam,tunc generatur quidem animal: ſed tale animal infirmum eſt, & moritur ante par-
D tum,vel in partu,vel paulo poſt partum corrumpitur,& tale animal inutile eſt:& hoc fit ab eiſdem cauſis ſuperiùs dictis à mala temperatura vteri,& mala ſeminis qualitate.Sed differunt in gradu:quia vbi prorſus conceptio aufertur, tunc illæ cauſæ vehementiores ſunt: vbi verò diminutè vel corruptè aufertur, non ita potentes illæmet cauſæ redduntur. Omnes has cauſas intrinſecas adiuuant cauſæ extrinſecæ, ita vt intendantur ab iſtis, vt aer,cibus & potus, nimius motus, nimia caliditas, vel nimia frigiditas, potiones nimium aperientes & reliqua ſimilia:quandoque omnes iſtæ cauſæ tam intrinſecæ,quàm extrinſecæ concurrunt: quum vos methodum habeatis, poteſtis eas componere: & nihil poteſt contingere, quin præuideatis illud. Quantum verò attinet ad ſecundum vſum vteri, qui vſus eſt, vt excernatur id quod excerni debet, vt habeamus etiam methodum iſtius, ſciatis id quod excernitur, vel eſt ſecundum naturam,vel præter naturam: ſecundum naturam erit ſanguis menſtruus,vel ſemen quando ſecundum naturam excernitur: præter naturam autem quodcunque iſtorum erit, quando intercipiantur omnino, vel diminuantur menſes,& ſemina,vel exeant plus quàm oporteat:& ita vtrunque iſtorum poteſt vel auferri prorſus,vel diminui,vel corrumpi. Sed de ſemine primò dicamus. Aufertur & intercipitur prorſus ſemen,vel ſeminis fluxus propter multas cauſas: vel quia mulier priuetur delectatione,& vir: atque delectatio aufertur mulieribus,quando virum non habent,vt caſtis ſcilicet contingit. Vnde poſtea ex retentione ſeminis ſæuiſſima accidentia ſequuntur, vt Galen.6. de Locis affectis: vel intercipitur ſemen propter aliquas obſtructiones factas in vijs, & ego cognoui quendam virum nobiliſsimum,qui in coitu

Vis conceptionis diminuta.

Abortus.

Conceptionis actio corrupta, ſeu deprauata.

Mola.

II. Morbi vteri, quatenus eſt inſtrumentum excernendi.

Seminis fluxus interceptio.

multum delectabatur: ſed dum ſemen veniſſet ad quendam terminum, non poterat niſi cum difficultate A exire, ita vt multum afficeretur. Nam licet ſemen à proprijs vijs egrederetur, non tamen omnino progrediebatur: & hoc in viris rarò contingit: in mulieribus autem ſæpius ac frequentius, vel propter frigiditatem, vel propter craſsitiem ſeminis, vel etiam quia non ita citò aſſequuntur finem mulieres ſicut viri. Quare permanet ſemen, & incraſſatur: & iſtæ ſunt cauſæ retentionis ſeminis. Cauſa verò retentionis ſanguinis menſtrui, ita vt non defluat ſingulis menſibus, poteſt eſſe, vel ratione ſanguinis, quia ſæpe ita craſſus & fœculentus eſt, vt non poſsit exire, vel propter anguſtiam viarum, vel propter paucitatem ſanguinis, vel propter frigiditatem vteri & ſanguinis, vel propter obſtructionem vteri, vel etiam propter omnes iſtas cauſas contingit priuatio ſanguinis menſtrui: & tunc difficilior fit ægritudo, quando propter plures cauſas, quàm propter vnam ſupprimuntur menſtrua: quod ſi penitus auferantur, & contineantur menſtrua, ſequuntur ſæuiſsima accidentia, & grauiſsimi morbi, vt apoplexiæ, epilepſiæ, ſpaſmi, hydropes, & quæcunque ægritudines ex repletione ſolent & poſſunt accidere.

Sanguinis menſtrui fluxus ablatio, ſeu ſuppreſsio.

Menſtruorum diminutio.

Diminutio verò menſtruorum habet eaſdem cauſas, quas & eorum ablatio: ſed cauſæ quæ diminuunt menſtrua, ſunt debiliores quàm quæ prorſus ea auferunt: tunc enim non emittunt tantum menſtruorum, quantum oporteret: in vniuerſum eædem ſunt ſuppreſsionis excrementorum cauſæ, quæ & diminutionis, niſi quòd illæ ſunt validiores, hæ verò diminutæ, non ita potentes in gradu, & ſic imbecilliores ſunt. Cæterùm quando ſunt imbecilliores in gradu, tunc etiam ipſæ diminutè agunt: quum verò ſunt in gradu potentiores, prorſus auferunt & intercipiunt actionem. Reliquum modò eſt, vt aliquid etiam dicamus de actione B corrupta, quando menſtrua ſunt corrupta, & deprauata. Dicimus enim actionem eſſe corruptam, vel aliquid eſſe deprauatum, quando illud agit quod agere non debet: quando igitur excrementa menſtrua exeunt, quomodo & quando exire non debent, dicitur actio corrupta, vel deprauata: ſed quoniam deprauatas actiones non poſſumus recte cognoſcere, nec intelligere, niſi prius ſciamus quæ ſint actiones naturales: ideo videndum eſt, quot conditiones requirantur ad hoc, vt excretio tam ſeminis, quàm menſtruorum dicatur naturalis: ita enim facile apparebit quæ ſit deprauata & non naturalis: eſt etenim duplex excrementum, alterum naturale in ſubſtantia, & excretione: alterum etiam naturale quantum ad excretionem, & ſubſtantiam: dum excretum eſt, efficitur præter naturam, vt ſanguis menſtruus.

Actio corrupta.

Menſtruorum excretio naturalis.

Quod autem ad menſes ſpectat, illa menſtruorum excretio naturalis eſt, quæ ſeruat iſtas quatuor conditiones: prima, vt ſeruet periodos ſuas: naturales autem ſuæ periodi ſunt, vt ſingulis menſibus excernantur menſtrua: quando verò tardius vel citius exeunt, præter naturam ſunt, & periodus non eſt naturalis: ſecunda conditio, vt durent debito tempore, & naturali, hoc eſt tribus, aut quatuor ad ſummum diebus: quod ſi quartum diem pertranſeant, non ſunt naturalia: tertia conditio, vt ſit debita quantitas: quantitas autem menſtrui ſanguinis, ſunt duæ cotylæ Atticæ: & cotyla Attica pendet nouem vncias: Latina autem noſtra eſt 19. vnciarum: nos loquimur de cotyla Græca. Quum igitur tota quantitas, debeant eſſe duæ cotylæ, erunt vnc. octodecim: quarta & vltima conditio eſt, vt præter quantitatem ſanguinis ſubſtantia C ſit naturalis: ſubſtantia autem naturalis debet eſſe talis præciſè, qualis eſt ſubſtantia ſanguinis victimæ iugulatæ: iſtæ ſunt quatuor conditiones requiſitæ naturali menſtruorum excretioni, quæ ſumuntur ex primo lib. de Morbis muliebribus, ſiue modò ille liber ſit Hippocr. ſiue Polybi, ſiue alterius: certum eſt quòd eſt viri doctiſſimi. Cæterum vbi aliqua iſtarum conditionum defecerit, excretio illa menſtruorum erit præter naturam, & ſecundum rationem exceſſus, magis vel minus mulier erit infirma. Nam ſi ſecundum vnam tantum conditionem declinabit, non erit admodum ſenſibilis læſio: ſi vero ſecundum plures, fient etiam læſiones plurimæ. Menſuranda igitur ægritudo eſt pro gradu defectionis ab his quæ ſunt ſecundum naturam: iſta omnia poteſtis etiam accommodare alteri excremento, ſcilicet ſemini: ſiquidem ad naturalem ſeminis excretionem requiritur primò debita periodus, & tempus debitum, quod eſt quando congreditur cum viro, vt ſimul concurrat viri & mulieris ſemen: ſi verò & ſine congreſſu & citra congreſſum viri exeat ſemen, non eſt naturalis excretio: deinde requiritur quantitas, quæ quamuis non ſit ita determinata & nota, debet tamen eſſe proportionata ſemini virili: ſi verò plus ſeminis emittatur, quàm oportet, præternaturalis erit excretio. Videatis in lib. de Morbis mulierum, vbi hæc omnia habetis: deinde requiritur, vt ſemen ſit puriſſimum nulla mala qualitate, aut odore affectum: aliàs erit præter naturam. Poſtremò requiritur ſubſtantia ſeminis naturalis. tot dicta ſint de excretione naturali tum menſtruorum, tum ſeminis: ex quibus facile colligi poteſt, quæ ſint conditiones excretionis præter naturam, tam menſtruorum, quàm ſeminis, nimirum illæ ſunt, quæ non ſeruant quatuor illas condi- D tiones dictas naturales. Atque prima eſt, quando non ſeruatur debitum tempus, ita vt excretio non fit in tempore, in quo fieri debet: ſecunda, quando non ſeruatur debita quantitas, ſed plus vel minus excernitur: tertia eſt, quando mutatur qualitas, vt quando excrementum eſt nimis tenue, vel ſalſum, vel amarum, vel fœtidum: quarta eſt, quando mutatur ſubſtantia, vt ſi loco ſanguinis exeat pituita, vel aliquis humor alius corruptus. Sufficit autem vna conditio ad hoc, vt excrementum ſit præter naturam: hoc eſt, ſi in vna declinauerit, & ſi plures conditiones ex his quatuor fuerint, maior erit exceſſus: eoque magis ſi fuerint intenſæ, & de his nobis magis erit conſiderandum.

Seminis excretio naturalis.

Seminis & ſanguinis menſtrui excretiones præter naturam.

Seminis.

Cauſa autem cur excernatur ſemen præter naturam extra tempus, & quando excerni non debet, prima & potiſsima imaginatio eſt. Sunt enim quædam mulieres ita ſalaces, & valde imaginatiuæ, vt dum cogitant & vident iuuenem pulchrum, ſtatim ſemen emittunt, ita vt ſola mulieris vel pueri pulchri imaginatio eſt cauſa, vt ſemen emittatur: & huiuſmodi emiſsio dicitur præter naturam: ſecunda cauſa eſt in ipſo ſemine, vt quando ſemen eſt nimis calidum & feruens, qua ratione facile ad motum excitatur: tertia cauſa eſt viarum amplitudo: & ideo mulieres aſſuetæ ad coitum, quia habent meatus ampliſsimos, ſunt paratæ ad talem excretionem: quarta cauſa eſt vteri caliditas, & teſticulorum muliebrium ſemen facile eiaculantium. præterea multitudo ſeminis eſt cauſa talis excretionis; tenuitas etiam ſeminis, & mordacitas, ac acrimonia: tenuitas autem

ſeminis

A ſeminis eſt à tenuitate ſanguinis : quia nihil aliud eſt ſemen, quàm pars ſanguinis optima bene conco-
cta, & perfectiſsima. ſed non eſt eadem tenuitas vtriuſque, eo quòd concoctio naturalis procedit ſem-
per incraſſando : tamen tenuitas ſeminis proportionatur tenuitati ſanguinis, quæ quidem generatur à
moderata caliditate,cui adiuncta eſt ſiccitas. Et iſti qui habent huiuſmodi ſanguinem tenuem, ſunt ad-
modum ingenioſi,habent optimum ingenium,& perfectas ac expeditas operationes: quia leui etiam ti-
tillatione mouentur ad ſeminis excretionem. iſtæ ſunt cauſæ cur ſemen non ſuo tempore excernatur,
quæ erat prima conditio ſeminis præter naturam excreti.Secunda conditio erat,quoties in maiori quan
titate prodit ſemen quàm prodire debet : quæ etiam excretio eſt præter naturam, & eſt ab eiſdem cauſis
dictis : vel enim nimius feruor, vel nimia copia ſeminis, vel viarum amplitudo, & reliqua ſunt in cauſa,
cur ſemen prodeat in maiori quantitate quàm prodire deberet. Tertia conditio erant ipſæ qualitates a-
cuentes ſicut ſalſedo,quæ ratione alicuius putredinis fit : & acrimonia, quæ fit ratione bilis, vel alicuius
humoris erodentis. Quarta conditio erat, quoties ſemen mutatur & corrumpitur : cauſa verò cur cor-
rumpatur tota ſubſtantia ſeminis,eſt vel longa mora, & detentio ſeminis in vaſis, vel aſſuetudo mulieris
ad coitum aliàs,præſertim ſi mulier aſſueta fuerit, quæ poſtea abſtineat à coitu,aggregatur enim quanti-
tas maxima ſeminis,& putreſit:qua aggregata, & corrupta, inſurgit poſtea virtus expulſiua ad expellen-
dum,& tunc incipit gonorrhœa.præterea ab alijs cauſis etiá poteſt prouenire gonorrhœa,vt à nimia ca-
liditate:vnde ſi plures concurrant cauſæ eo peior erit illa gonorrhœa. Sed notetis quòd fluxus ſeminis
B contingit ab huiuſmodi cauſis: & aduertatis, in huiuſmodi mulieribus talem fluxum eſſe illum qui dici-
tur gonorrhœa. Nihilominus videbitis paucißimos, qui diſtinguant tam in cognitione,quàm in cura- *Gonorrhœa.*
tione hunc fluxum gonorrhœæ in mulieribus, à fluxu menſtruorum alborum : quum tamen ſint diffe-
rentes,& diuerſam curam exigant : & certè nulla eſt cura,nec caſus magis neceſſarius & vtilis,quàm tra-
ctatus iſte,tametſi ſit admodum difficilis,& confuſus. Hæc ſatis de excretione ſeminis præter naturam,
ſiue de illo affectu qui dicitur gonorrhœa in mulieribus : modò de fluxione ſanguinis menſtrui præter *Sanguinis*
naturam agamus. Sanguinis autem menſtrui fluxio ſi debet eſſe præter naturam, eaſdem conditiones, *menſtrui.*
quas ſeminis eſſe diximus,habebit. Primò requiritur, vt ſanguis menſtruus non exeat debito tempore,
in quo debebat exire, ita vt non ſeruet ſuas periodos de menſe in menſem : vel etiam excernitur tempo-
re non opportuno,quando mulier eſt prægnans. Duo igitur ſunt tempora minimè opportuna, ad quæ
ſequuntur iſtæ excretiones non opportunæ. Sed cauſæ cur menſtrua prodeant tempore prægnationis, *Menſtruorum*
multæ poſſunt eſſe : cauſæ enim primitiuæ & extrinſecæ poſſunt eſſe, vel mala & indebita victus ratio, *fluxus tempore*
vel incommodus coitus cum viro, & congreſſus ſine aliqua moderatione, vel quod iactetur violenter, *prægnationis.*
vel plurimi motus,& multum exercitium:præterea exeunt menſtrua mulieribus prægnantibus, quę in-
cedunt in curru:nam ex illa valida agitatione currus,agitantur menſes,ſicut ſolet noſtris Patauinis con-
tingere. Præterea excitantur neutiquam opportunè menſtrua à cibis plurimis nimis aperientibus ſum-
ptis. Item ex timore,& ex quocunq; vehementi animi motu:& iſtæ ſunt cauſæ extrinſecæ. Cauſæ verò
C intrinſecæ poſſunt eſſe multitudo ſanguinis, latitudo viarum, vteri caliditas : ex huiuſmodi enim cauſis
mulieres incidunt facilè in fluxum ſanguinis,& menſtruorum,licet etiam ſint prægnantes.Quòd ſi men
ſtrua in prægnante fluant validè,id eſt,plurima copia,vt Hippocr.ait,ſæpe abortus ſequitur: ſi verò mo-
deratè,& pauca quantitate fluant,non ita obſunt,neque nocent conceptui.Cauſæ verò excretionis men
ſtruorum quando mulier non eſt prægnans, hoc eſt, quum prodeunt in medijs ſpacijs inter menſtrua,
ſunt illæ eædem cauſæ, quæ ſunt cum prægnatione : præterea ſæpe contingit talis excretio menſtruo-
rum propter aliquod vitium exiſtens in mala compoſitione vteri : vt ſi nimis laxa fuerint ipſius orificia,
vel ſit tumor aliquis præter naturam in vtero,vel adſit laxitas ipſius. Item ſolutio continui, vt vlcus ali-
quod,& alia. Iſtis de cauſis non prodit ſanguis menſtruus horis conſuetis: & hæc de prima conditione.
Secunda conditio eſt, vt quando ſuis temporibus quidem exit, ſed excedit quantitatem ſuam debitam,
& in maiori quantitate exit quàm oportet : & hæc ſimiliter excretio eſt præternaturalis, & contingit
propter eaſdem cauſas accedente:præterea tenuitate ſanguinis,& acrimonia humorum,quæ ſtimulent.
Tertia conditio eſt, quando peccat in qualitate, vt quando efficitur ſalſus ob putredinem, aut propter
admiſtionem pituitæ ſalſæ: vel quando fit acris,ob admiſtionem bilis:aut acidus,propter admiſtionem
humoris melancholici. Quarta conditio eſt,quando ſanguis menſtruus peccat in tota ſubſtantia, ita vt
non peccet in qualitate,nec in quantitate, ſed ſubſtantia ſit quæ peccet : quandoquidem purus non ex-
D eat,imò differat tota ſubſtantia à natura ſanguinis,ita vt ſit vel humor pituitoſus,vel bilioſus,vel melan-
cholicus,qui fluat, vel aliquis humor putrefactus habens malas qualitates putridas, & fœtidas varias, &
ferè innumeras ob putredinis varietatem, vt voluit Galenus in fine 2.de Facult. natur. Et quanquam
tredecim genera humorum ponantur ab Eraſiſtrato, tamen poſſunt eſſe infiniti ratione putredinis, vt
bene loco citato dicit Galenus : & hoc fit ratione diuerſitatis corporum. Nemini autem dubium eſt,
quod talia excrementa vel bilioſa, vel pituitoſa non alia de cauſa excernuntur, niſi propter multitudi-
nem talis humoris exeuntis exiſtentem in corpore, aut propter talem corporis conſtitutionem : vt ſi
fluat pituita, erit propter pituitæ multitudinem, vel ratione multæ frigiditatis : ſed de his poſtea magis
diſtinctè loquemur. Iſte eſt typus,in quo omnes morbos, qui vtero contingunt,tanquam in tabella vi-
detis, quam vos poteſtis deinde per lineas facere : & ſi eritis ingenioſi, poteritis vobis arborem quan-
dam facere optimè per ſuos ramos diſtinctam,in qua habeatis omnes differentias,& cauſas omnium æ-
gritudinum, quæ vtero accepto tanquam membro organico contingunt, vt ita nihil poſſit eſſe quod
impediat actiones vteri vel auferendo prorſus eas, vel diminuendo, vel corrumpendo, quin illud co-
gnoſcatis : & hoc polliciti eramus. Sed quoniam & illud promiſimus, vt vnum membrum ex his diui-
ſionibus velut pro exemplo poneremus, in quo & morborum cauſas & ſigna & indicationes oſtende-
remus, id quod etiam Galenus ſæpe facit in methodo, vt promiſſa ſeruemus iam tempus eſt. Nam hæ-

ctenus propoſuimus methodum à natura rei, quæ erat neceſſaria pro cognitione ſequentium, vt videa- A
mus tanquam in exemplo fluxionem menſtruorum corruptorum, & dicamus de his explicitè, quæ ſint
De deprauata fluxione menſtruorum. cauſæ, quæ ſigna, & quæ indicationes. Sed primò ponamus fluxionem illam deprauatam, vt quum dici-
mus quod virtus agit deprauatè, & videamus quomodo menſtrua exeant deprauat.. Et in hoc primùm
quæcunque ſunt communia, dicamus: deinde quæ particularia, ſeruando eum ordinem quem Ariſtot.
Plato, Galenus, & alij ſeruant, quum aliquid methodo docent. Pro declaratione iſtius rei oportet pri-
mùm videre eſſentiam iſtius ſymptomatis: nam excretio præter naturam eſt ſymptoma quoddam: de-
inde oportet videre cauſas omnes tam efficientes, quàm materiales: & tam intrinſecas, quàm extrinſe-
Quid ſit. cas: tum iudicium, id eſt, mores ægritudinis conſiderare oportet. Quod autem attinet ad eſſentiam, cer-
tum eſt quod quando excernitur id quod excerni non debet, huiuſmodi fluxus dicitur ſymptoma: ac
nemini dubium eſt, quòd iſtud ſymptoma eſt fluxio: & certè omnis bonus doctor antè quàm ad aliam
curam accedat, deberet à capitulo fluxionis initium facere, tanquam ab eo à quo cæteræ ægritudines
dependent. Collocatur igitur hoc ſymptoma ſub genere fluxionum: fluxio eſt quædam expulſio de v-
no membro ad aliud membrum: iſta eſt definitio, & character fluxionis propriè. Quum igitur ſympto-
ma hoc ſit fluxio, ei quoque conuenit definitio generis, ita vt & ipſum erit expulſio præter naturam de
vno membro ad aliud: & quum ſit expulſio de vno membro ad aliud, oportet vt hæc omnia requirantur
& conueniant: primum vnum membrum principium, vel plura mandantia: deinde recipiens mem-
brum, quod vterum appellamus, tum viæ, per quas tranſit: præterea humor, qui demandatus: poſtremò B
virtus mandans, ſeu expellens. Quod autem attinet ad cauſas, hic tres cauſæ conueniunt, efficientes, ma-
teriales, & præparantes, quæ inſtrumentales appellantur à Platone: atque prius loquamur de cauſis in-
Cauſæ intrinſecæ. trinſecis, deinde de extrinſecis dicemus. Cauſæ efficientes intrinſecæ ſunt, fortitudo virtutis expulſiuæ
in aliquo membro exiſtentis: quæ virtus expulſiua ita fortis eſt, vt expellat quod expellere non debe-
ret, & illud etiam quod ſibi eſſet vtile, idque propter fortitudinem ſuam: & iſta eſt cauſa efficiens. Mate-
riales cauſæ ſunt omnes humores, qui generari poſſunt in humano corpore, ſanguis, pituita, bilis, me-
lancholia, & aliquid ex his commiſtum. Præparantes cauſæ ſiue diſpoſitiuæ ſunt ipſæ viæ, vt latitudo
viarum: nam faciunt ad hoc, vt facilis excretio fiat. Cuius rei iudicium illud eſt, vt ſcribit autor de Mor-
bis mulierum, quòd illæ mulieres quæ pepererunt, ſunt magis obnoxiæ fluxibus talibus præter natu-
ram, quàm illæ quæ nunquam pepererunt, & adhuc magis, quàm illæ quæ nunquam cõcubuerunt cum
viro, quales ſunt puellæ, & virgines. Et nunquam videbitis in virginibus menſtrua alba, & præter natu-
ram: ſi videbitis, dicatis quod illa puella cum viro concubuit, tametſi neſciatur. Prȩterea diſpoſitio mem
bri recipientis, vt quum membrum recipiens laxum eſt, & non denſum, & habet vias latas. Amplius ſi
fuerit imbecillum: & ſic iam habetis in genitali omnes cauſas intrinſecas: ſed vt magis ad particularia
deſcendamus, incipiamus.

Declaratio. In explicandis deiectionibus, ſiue euacuationibus vteri præter naturam, vt rectè cognoſceremus to- C
tam naturam iſtius ſymptomatis, tria ſuprà propoſueramus: primum eſſentiam ipſius ſymptomatis, hoc
eſt, ſub quo genere collocaretur: deinde cauſas tam intrinſecas, quàm extrinſecas: tum quinam eſſent
mores huius ſymptomatis, vtrum maligni, necne? Atque ita hanc rem tractauimus, vt breuiter omnes
cauſas explicuerimus, & circa eſſentiam iſtius ſymptomatis, quum ſciremus huiuſmodi excretiones col
locandas eſſe ſub genere fluxionis: vidimus quid eſſet fluxio, quòd erat expulſio præter naturam de v-
no membro ad aliud: ex qua definitione nacti ſumus quinque: primum erat membrum mandans, ſecun-
dum virtus expellens, tertium humor fluens, quartum membrum recipiens, quintum viæ per quas tran
ſit humor fluens: iſta omnia dicebamus eſſe inquirenda. quæ ſe habent tanquam cauſæ intrinſecæ om-
nium fluxionum: diximus etiam, quæ ſe haberent vt cauſæ efficientes, vt eſt virtus expellens: item quæ-
nam eſſent cauſæ materiales: & diximus eſſe omnes quatuor humores: præterea quæ eſſent cauſæ præ-
parantes, & diſponentes: & ſunt viæ per quas deducuntur materiæ ipſæ facientes fluxionem, & mem-
brum recipiens, vt locus ad quem. Cùm igitur hæc omnia ita diſtinctè habuerimus, diximus huiuſmodi
excretionem eſſe quandoque, quoniam vitium eſt in membro mandante: quandoque etiam, quoniam
eſt in membro recipiente: huiuſmodi igitur excretio ſemper proueniet vel vitio membri mandantis, vel
vitio recipientis: iſta enim duo ſunt principaliter conſideranda alijs etiam adiuuantibus. Nam diximus,
quòd virtus expellens fortis & valida, quoniam & tanquam cauſa efficiens ſæpe ſolet eſſe in cauſa, vt D
fiant tales excretiones menſtrui præter naturam: ſed modò videndum eſt, quidnam ſit illud quod faciat
robur virtutis. Dicimus tria eſſe quæ faciunt virtutem: primum, ſanguinem, & humores in membro be-
ne temperatos: deinde ſpiritus & calorem innatum laudabilem ſecundum proportionem membri: tum
temperaturam, & habitum ſecundum naturam membri. Vbi hæc tria conueniunt, de neceſſitate ta-
le membrum robuſtum & validum reddunt: ad hoc autem, vt cognoſcamus membrum eſſe validum &
robuſtum in operationibus, tria requiruntur: primò, vt facilè accedat ad opus: deinde, vt opus citò per-
ficiat, tum vt validè operetur: vbicunque hæc tria fuerint, illud videtur validum membrum. Per facilè
autem agere intelligimus quando membrum facilè excitatur ad opus à quacunque leui cauſa, & agit ſi-
ne reſiſtentia, & impedimento. Per citò operari intelligimus, quum opus ſuum perficit, & multa opera-
tur in breui tempore: per validè operari intelligimus, quando paſſum minimam admodum facit reſiſten
tiam. Virtus ergo expulſiua debet habere illa tria ad hoc, vt ſit valida & robuſta. Sed quum illud quod
validum eſt, facilè excitetur, videndum eſt, quod ſit illud quod facilè excitat ipſam virtutem. illud mea
quidem ſententia eſt plenitudo: & quoniam plenitudo duplex eſt quoad vaſa, & quoad virtutem: quoad
vaſa plenitudo dicitur, vbicunque non eſt aliqua mala & inſignis quantitas peccans vel caliditate, vel
frigiditate etiam, ſed adeſt tantùm multitudo humorum, & moles magna, quæ tantùm venas nimium
replet & diſtendit: quoad vires autem plenitudo dicitur, quæ offendit vires, onere illas grauans & pro-
ſternens.

A ſternens. Nemini autem dubium eſt, quin virtus expulſiua, vbi fuerit robuſta, facilius inſurgat, & excitetur ad expellendum à quacunque plenitudine, quàm virtus debilis: ergo fortitudo virtutis dat occaſionem fluxioni: ſecundum autem eſt membrum mandans, quod & ipſum dat ſuas occaſiones fluxioni, cum excitet virtutem, detque illi occaſionem: illud autem eſt facilitas ſenſus membri, & imbecillitas eius ad patiendum, quæ dant occaſiones huiuſmodi excretionibus. Nam facilitas ſenſus membri à quacunque leui cauſa percipit nocumentum, & tunc virtus inſurgit, & quanto magis ſenſibile eſt membrum, tanto magis excitatur virtus ad expellendum: præterea imbecillitas membri recipientis & quæcunque imbecillitas dat illi occaſionem, quia oportet, vt membrum ſit robuſtum, ſi debet expellere. dicitur autem membrum imbecillum, quotieſcunque habet texturam raram, & debilem. & ſciatis membrum recipiens concurrere paſsiuè ad operationem: tertium membrum erant viæ latæ. Sed quæ eſt cauſa latitudinis viarum, vt facilè menſtrua pertranſeant? Cauſæ intrinſecæ (nam de intrinſecis loquor) vt caliditas naturalis, & præcipuè quæ in hepate fundatur, continuæ mẽſtruationes, & partus frequens: nam ratione caliditatis vaſa ipſa dilatantur. Item propter continuum menſtruorum fluxum viæ dilatantur: præterea viæ earum, quæ pepererunt ſunt magis aptę ad fluxum, quàm viæ virginum: iſtæ ſunt cauſæ, quæ vias reddunt fluxas, & ſunt cauſæ præparantes. Cauſæ verò omnium humorum quænam ſunt?
B Cauſa generationis ſanguinis eſt calor moderatus hepatis maximè, & ventriculi, vel caliditas ſimplex ſit, vel iuncta cum humiditate temperata, generat multum ſanguinem. Cauſa generationis pituitæ, eſt temperatura frigida, præcipuè hepatis, & ventriculi, quæ membra quum excedant à temperamento per frigidum, maximè ſunt in cauſa, cur pituita abundet in corpore. Cauſa verò generationis reliquorum humorum bilis flauæ, & nigræ, æruginoſæ, & aliorum, eſt exceſſus caloris ſecundum varios gradus: nam ſi calor parum exceſſerit, generabitur bilis flaua: ſin verò tantus erit, vt etiam adurat, generabitur bilis illa atra, & nigra: & ita generãtur alij humores omnes ſecundum diuerſitatem caloris, & ſecundum putredinem variam. Atq; hæc de humoribus fluentibus, quod erat quartum inuentum ex definitione fluxionis. Quintum autem erat vterus, terminus ad quem, & membrum recipiens: nam ægritudines omnes contingentes in vtero ſunt in cauſa fluxionis menſtruorum. Omnes enim vteri intemperies, & præcipuè intemperies calida, & humida, (nam exceſſus frigiditatis, & humiditatis potius conſtipat, aut potius ſuppreſſionem facit menſtruorum, quàm fluxum) ſunt in cauſa fluxionis menſtrui: præterea ſolutiones continui, & vlcera, inflammationes, & ſcirrhi: faciunt enim vterum debiliorem ſeipſo, & præparatum ad excretionem: & ita diſcurrendo per iſta quinque habetis omnes cauſas internas mouentes fluxionem. Vbi verò vterus nihil patietur, neque erit affectus eſſentialiter, oportet vt afficiatur & patiatur fluxum per conſenſum aliorum membrorum, quæ ad eum deferant excrementa: & tunc neceſſarium eſt inuenire membrum mandans, vel mandantia, quæ ſint aliquo modo affecta: & ſi rectè inſpicietis, natu-
C ram humoris prodeuntis præcipuè indicabit vobis membrum mandans, quod laboret: & vt poſſitis habere cauſas iſtius rei, hoc modo procedetis, incipiendo primò à ſanguine. Nam vbi videbitis fluxionem ſanguinis naturalis exire ab vtero inſtar victimæ iugulatæ, & quod ſanguis ille non peccet, niſi in quantitate, & in tempore, quia non exit horis ſuis debitis, vtero nihil patiente: dicatis neceſſariò alterum duorum eſſe in cauſa, vel quòd ſit multitudo ſanguinis generati in hepate, vel quòd ſit ſolutio continui facta in aliqua vena tendente, ad vterum. Et ſi non erit ſolutio continui, erit multitudo ſanguinis in hepate: & ratio virtutis expulſiuæ validæ, expellentis humorem ad locum debitum talium ſuperfluitatum: nam aliunde non poteſt prouenire, quàm ab hepate. His viſis, facile poſtea curationem inueniemus. Si verò fuerit pituita vera, quæ exit, & fuerint menſtrua alba, tunc vel à ventriculo, vel à cerebro, vel à toto corpore emanabunt, tamen vt plurimum à cerebro, & à ventriculo, quandoque etiam à toto. Et omnes mulieres, quæ patiuntur menſtrua alba, ferè ſemper habent catarrhos, & ventriculum debilem, & imbecillum: & tales ſunt exangues, pigræ, ſomnolentæ, & videntur ſemper habere humiditatem quandam in oculis: & ita vbi apparuerit pituita, ſemper erit aliquod iſtorum ſignorum, vel plura, vel omnia ſimul. Sunt etiam ſigna diſtinguentia, de quibus poſtea dicemus. Si autem fuerit bilis, quæ per vterum excernatur, membrum mandans erit illud, à quo pręcipuè generatur bilis, & erit hepar, quod quidem generat bilem propter caliditatem excedentem in ipſo: & in hoc differt à generatione ſanguinis, propterea quòd moderata hepatis caliditas generat multum ſanguinis: bilis autem prouenit ab exceden-
D te caliditate. Si verò quod exit fuerit ſubnigrum, erodens, & vergens ad atram bilem, nemini dubium eſt, quin iſtud proueniat ratione vitij exiſtentis in ſplene non bene potente expurgare ſuas ſuperfluitates: aut erit caliditas magna in toto corpore prædominans, & adurens humores, & vt plurimum tales mulieres ſunt ſpleneticæ. Si verò fuerit quod excernitur bilis praſſina, vel æruginoſa, quum talis bilis generetur in ventriculo, nemo homo dubitat, quòd hoc erit vel ratione alicuius alimenti calidi, & acris, vel vitio ventriculi excedentis in caliditate: & ita cauſa proxima generationis bilis praſsinæ, vel æruginoſæ erit caliditas. Vbicunque igitur tales humores fluunt, ſemper quærendum eſt membrum mandans, ſi debetis curare, aliter nunquam poteritis: & iſtæ ſunt omnes cauſæ intrinſecus accidentes variorum humorum defluentium ad vterum: & vbi fuerint, neceſſariò dicatis quòd eſt aliquod membrum mandans, in quo redundant iſtæ ſuperfluitates: & iſtud eſt vnum membrum continens omnes cauſas effectrices internas fluxionum, quando fluxio fit per conſenſum, & non per eſſentiam. Quòd ſi velimus ſcire, quando fluit ſemen putridum in gonorrhœa, quomodo diſtinguatur à menſtruis albis, dicemus quòd multæ ſunt cauſæ manifeſtiſſimę, ſicut caliditas magna vaſorum ſpermaticorum, latitudo viarum, quæ cauſæ ſunt & dicuntur præparantes ſemen ad excretionem, & quæcunque poſſunt facere putredinem: & iſtæ ſunt cauſæ omnis fluxionis per conſenſum. Reliquum modò eſt, vt dicamus de cauſis facientibus fluxum per eſſentiam in vtero. Et vbicunque eſt vterus malè affectus in ſe ex mala aliqua complexione, vel mala compoſitione, vel ſolutione continui, & ex ſe rheumatizans: dicitur enim membrum

Menſtruorum fluxus deprauati per conſenſum vteri cum alijs membris.

Per proprium affectum.

rheumatizans, quando non tantùm non poteſt conficere proprium alimentum, ſed continuè etiam redundat excrementis, etiam quòd illa excrementa non demandentur ab aliquo alio membro. Nam ratione imbecillitatis recipit, habet etiam quod ratione ſuæ imbecillitatis non poteſt expellere ſuas ſuperfluitates, ita vt neceſſariò ſemper redundat excrementis: & tale membrum dicitur rheumatizans. Vbicunque igitur erit malè affectus in ſe vterus, iſta duo habebit, vt aggreget, & facile recipiant in ſe excrementa ex præſuppoſito illo, quod ſemper fortiora membra mandent ad imbecilliora, ita vt vterus duo habebit, quorum ratione fluxio fiet, tum ratione imbecillitatis propriæ, tum quia excrementum mandatur aliunde. Vbi ergo vterus erit hoc modo affectus in re, corpus vteri erit ſemper humidum, & diſtillabit ſemper excrementum, etiam quod non ſit vitium in aliquo membro mandante, quia erit factus debilior: tum etiam maximè diſtillabit, ſi accedat caliditas, aut dolor: nam ratione eorum magis attrahet ſuperfluitates proprias aliorum membrorum ſanorum exiſtentium: & ſi vterus quando eſt ſanus, recipit (etenim ad eum demandantur ſuperfluitates menſtruorum) quanto magis, quum erit ægrotus, recipiet? Ergo poteſt ſtare, quòd vterus eſſentialiter affectus ſemper diſtillet ex ſe, etiam quod non ſit aliquod membrum mandans vitiatum, & excrementum, quod exibit erit virulentum, & variæ ſubſtantiæ. Si verò contingat, quod vterus ſit affectus, & redditus imbecillior ſe ipſo exiſtat, atque etiam aliquod membrum mandans, tunc ſit ægritudo curatu difficillima, propterea quòd ſit circulus peſſimus: nam continuè plurimi humores demandantur à membro mandante, quos vterus recipit: deinde quoniam vterus habet conſenſum multum per contactum cum inteſtino recto, & cum veſica vrinæ, & vaſis vrinarijs, ratione vteri malè affecti fiunt teneſmi, ſtranguriæ, & ſuppreſſiones vrinæ. præterea propter vicinitatem habet conſenſum cum ventriculo: fundus enim vteri accedit ad vmbilicum, & etiam cum eo communicat ratione ſubſtantiæ: vnde debilitantur actiones multæ, & fiunt concoctiones deprauatæ, & aggregatur materia pituitoſa. Ad hæc vterus communicat cum hepate, & venis ratione vaſorum, vt patet ex anatome, propterea ſæpe incidunt in hydropem tales mulieres ita affectæ: conſentit etiam cum corde per conſenſum arteriarum: à corde enim ad vterum perueniunt arteriæ notatu dignæ: vnde in ſyncopen incidunt ſæpiſsimè, & ita refrigerantur, vt non ſentiant virtutem vitalem. Præterea per neruos cum cerebro, & cum omnibus membris membranoſis conſenſum habet, non per cõtactum: & hoc non quod multos habeat neruos à cerebro, ſed propter ſimilitudinem, vt bene dicit Galen. quia membranoſa eſt ſubſtantia vteri, in qua conuenit cum neruis, & per conſequens cum cerebro: inter enim res ſimiles ſubſtantia maior eſt conſenſus. Cum igitur vterus per conſenſum, per contactum, per vicinitatem, & ſimilitudinem afficiat alia membra, quæ affecta & ipſa aggregent multa excrementa, quę deinde tranſmittantur ad vterum, committitur circulus, & ita fit peſsima ægritudo: ſi accedit membrum mandans ad eſſentialem vteri læſionem, paucæ mulieres ita affectæ euadent, niſi ſagaciſsimos reperiant medicos. Et hæc ſatis de cauſis intrinſecis menſtruorum præter naturam tam per conſenſum, quàm per eſſentiam.

A

Vteri cum alijs partibus conſenſus quis.

B

Cauſæ extrinſecæ menſtruorum præter naturam fluentium.

Cauſæ extrinſecæ, vt ſeruemus eundem ordinem, & dicamus primò de his quæ faciunt virtutis robur, ſunt quæcunque augent ſanguinem, caloremque innatum, & ipſos ſpiritus, in quibus robur virtutis conſiſtit, ſicut eſt aer moderatus, exercitium moderatum. Cauſæ dilatationis viarum extrinſecus accedentes ſunt: calor aeris, regionis, conſtitutio calida temporis, & anni: & propterea non mirum eſt, ſi in æſtate faciliores fiunt excretiones, quàm hyberno tempore: quia in æſtate venæ omnes ſunt apertiores: deinde vigiliæ, quia calefaciunt corpus, ira, timor, & quicunque animi motus ſubiti faciunt apertionem venarum: deinde coitus immoderatus, & præcipuè ille coitus, quo vtuntur iſti, genus Sodomitarũ comburendum, cum pueris, vel de coitu Anaxionis intelligas: præterea crebræ ac multæ purgationes menſtruæ, cibi abſtergentes, aperientes, potus amari, vina alba tenuis ſubſtantiæ, & omnia prouocantia vrinam, vias aperiunt. Cauſæ mediæ inter intrinſecas & extrinſecas, ſunt corporis temperatura calida, habitusque laxus. Cauſæ extrinſecæ generantes multitudinem ſanguinis, ſunt aer temperatus, calor regionis temperatus, conſtitutio temporis, & anni temperati: tranquillitas animi, gaudium, moderatum exercitium, coitus moderatus, ſomnus moderatus, cibi boni alimenti & chymi, concoctuque faciles: vinum dulce, tenue, album, præcipue ſi bene concoquatur. Cauſæ mediæ generantes ſanguinem ſunt, temperatura corporis, & habitus temperatus. Quæ pituitam generant, ſunt: ſomni longi, aer frigidus, ocium multum, tranquillitas animi, hoc eſt nihil cogitare, multus & frequens coitus, abſtinentia à coitu longa: omnia enim hæc refrigerant. Item cibi humidi, frigidi, vt lactuca, olera, paſtacea omnia: vina craſſa, nigra, potentia, quæ non bene concoquantur. Quæ verò bilem generant, ſunt: aer calidus & ſiccus, triſtitia, motus corporis multi, vigiliæ, cibi calidi & ſicci, acres & potentes, temperatura calida & ſicca. Quę generant bilem atram (loquor de naturali) caliditas maxima & intenſa eſt immediata humoris melancholici: non autem frigiditas, vt quidam volunt. Nam multi credunt frigiditatem & ſiccitatem abundare humore melancholico, ſed non eſt verum: quia ex caliditate immodica fit humor melancholicus: & aliud eſt temperatura frigida & ſicca, & aliud humor melancholicus. Neque verò valet ſic argumentari, melancholia eſt frigida & ſicca: ergo temperatura frigida & ſicca eſt melancholica: ſed potius, qui ſunt frigidi & ſicci, abundant pituita, vt ſenes, ex ſecundo de Temper. vbi autem plus eſt caloris, ibi fit melancholia: & hoc eſt, quia eſt multum ſanguinis qui calidus eſt: atque plurimi ex ſanguineis fiunt melancholici: quia vbi plurimum eſt ſanguinis, ibi etiam multæ ſunt fæces: vbi igitur eſt ſuperabundantia caloris excedens, & ſuperaſſans, generatur melancholia, vnde deliria fiunt in autumno, vbi in æſtate magnus æſtus præceſſerit. Item aer nebuloſus, regio, tempora valde calida generant melancholiam: nam aer nebuloſus, vt 3. Epidem. dicit Galenus, facit ſpiritus etiam tenebroſos, quia non poſſunt bene diſſlari: nec etiam calor innatus, quoniam ſpiritus & calor craſſefiunt: vnde quum non poſſint euentari, fiunt craſsiores ſeipſis, & ſuperaſſantur: & hinc eſt, quòd habitantes in paludibus maximè efficiuntur melancholici, propterea quòd non diſſlantur humores, ſed incraſſantur.

C

D

Cùm

A Cùm iam habuerimus omnes morbos, qui in vtero cõtingere poſſunt ſatis diſtinctos per ſuas cauſas *Dictorum ſumma.*
ea methodo, vt facile appareat nõ poſſe neq; plures, neq; pauciores eſſe: ex eis elegimus fluxũ menſtruo
rum præter naturã: ac circa hanc rem vt exquiſitè procederemus, propoſuimus omnia illa, quæ in ſimili
materia eſſent indaganda: & primò naturã rei inueſtigandam, ex qua inuenimus ſemper quinq; princi-
pia ſeu capita eſſe conſideranda in ipſa fluxione, quorum omnium iam quadã ſerie inquiſiuimus cauſas,
& tandem deuenimus ad membrũ recipiens, quod erat quintum caput à nobis propoſitũ. Quemadmo *Cauſæ fluxionis menſtruorũ præter naturam ex læſione ipſius vteri.*
dum enim cauſas intrinſecas per conſenſum facientes fluxionem menſtruorũ præter naturã explicatas
habuiſtis, ita nunc cauſas habebitis per eſſentiam: quænam ſunt cauſæ facientes, vt vterus patiatur per
eſſentiam, & inducentes fluxionem menſtruorũ præter naturam? Hæ autem ſunt cõmunes omnibus: &
ſunt omnis aeris exceſſus occurrens ipſi vtero pręſertim quando ſedent mulieres in aliquo loco frigido,
ita vt refrigeretur vterus ab aere aſcendente: deinde quando mulieres habent beneficium ventris, & ca-
cant, ventus aſcendit ad vterum, & iſta eſt vna validiſsima cauſa alterans temperaturam vteri, vt poſtea
per eſſentiam ægrotet: tum lotiones odoriferæ calidæ, & ſuffimenta facta ex rebus odoratis calidis, &
aperientibus, quę ſolent ſæpe facere iſtę delicatę mulieres, vt odore iocundo & munditie delectent ſuos
viros & maritos, vel amantes. Lauant enim ſeſe herbis odoratis, quę lotiones ſunt calidiſsimæ, & alterãt
vterum, & ſunt maximè pernicioſæ. præterea plurimus coitus, & frequens, vt quãdo mulier delectatur
multo coitu: ex ea enim frictione aperiuntur viæ, & præcipuè ſi coeat cum viro habente maximũ inſtru-
B mentũ ſecundum tres dimenſiones. Item vbi mulier habeat, vel habuerit conceptus difficiles, & ſępe ob
id moriatur partus in vtero: tunc enim fit maxima viarũ apertio, & læſio eſſentialis vteri, & ita mulieres
quæ habent partus difficiles, habent etiã vias latas ratione doloris, & acquirunt malã vteri diſpoſitionẽ,
& incidunt in menſtrua varia præter naturam: deinde hoc prouenit vitio obſtetricum: nam quandoq;
obſtetrices ineptæ, dum tractant partes illas, dilacerant eas manibus: ſicut ego cognoui nobiliſsimam &
pulcherrimã Venetam, cui inepta ac imprudens obſtetrix partem pudendi auulſit, credens ſe extrahere
fœtum: deinde cibi aperientes, & vina alba, potentia, aperientia præparant vias. ita & intemperies aliqua
calida nimis, naturaliter exiſtens in vtero hoc idem facit: deinde mala compoſitio ſiue naturalis, ſiue ad-
uentitia facit in vtero fluxionem per eſſentiã: inter reliqua natura prouidit ipſi vtero & circa os pudendi
fecit quandam carnem magnam, ſiue carunculam prominentem, & quaſi oſtiolum, quod prohiberet, ne
aer frigidus ingrederetur, & afficeret vterum, aliàs oſtenderet matricem: iſta quidem caruncula à Gręcis *Nymphe.*
appellatur νυμφη: à noſtris verò neſcio quomodo nominetur, niſi ſit præputiũ muliebre. Vnde contingit
quandoq; quód huiuſmodi caro eſt admodum gracilis, & arida, vt nõ poſsit tegere & cooperire puden-
dum, & ita non poteſt defendere aerem, ne aſcendat: atq; contingit in aliquibus quod iſta caro ex morbo
Hiſpanico, Neapolitano, ſeu Gallico, vel alio morbo pereat omnino, & abſciſſa ſit. Quapropter os matri-
cis remanet apertum, & vterus præparatur maximè ad tales ægritudines. Poſtremò videndum erat, quę
C nam eſſent cauſæ extrinſecus facientes gonorrhœã: nam magni refert hoc ſcire, quum diſtinguatur go-
norrhœa à menſtruis albis: quam diſtinctionem plurimi medici ignorãt: & ſpero me facilè oſtenſurum,
quot errores contingant in curandis his affectibus mulierum. Cauſę igitur extrinſecus facientes gonor- *Seminis fluxum excitantes cauſæ extrinſecæ.*
rhœam, ſunt: aer calidus extrinſecus, qui aperit meatus (calidi enim eſt aperire) & facit aptitudinem ad
fluxus: deinde labores corporei dilatantes; Sol, animi motus: fortes etiã imaginationes de ſuis amatori-
bus, præſertim illarũ quæ domi cuſtodiuntur recluſę: namq; talia mulieribus cogitantibus excidit ſemẽ,
& ita continuè excidendo incidũt in gonorrhœam: tum coitus frequens, & nimius: quoniam ex hoc ma-
ximè dilatantur viæ, & debilitatur virtus contentiua: atq; contrà nimia à coitu abſtinentia eſt cauſa go-
norrhœæ in mulieribus, ſicut etiã in viris: nullã enim habent differentiam in hoc, propterea quòd ex ea
aggregatur maxima copia ſeminis, & ita corrũpitur: quo corrupto, virtus expulſiua irritatur, & inſurgit
ad expellendum, ipſumq; expellit. Amplius cibi nimis aperientes, præcipuè multum ſeminis generan-
tes, qui cibi ſunt calidi, & ventoſi: poſtremò vina alba potentia, generantia ſemen: naturalis temperatura
calida, præcipuè renum, & teſticulorum: & ita propter huiuſmodi cauſas dictas facilè incidunt in gonor-
rhœam: & iſtæ ſunt cauſæ omnes tum internæ tum externæ, quæ faciunt quamcunq; ſpeciem fluxionis,
præter naturam. quibus ſic expeditis cauſis, nunc de ſignis habendus eſt ſermo. Signa autem ſunt in tri- *De ſignis.*
plici differentia; quædam enim ſunt ſigna, quæ portendunt ægritudinem futuram, & ſunt prognoſtica:
D quædam quæ ſignificant præſentem ægritudinem: quædam quæ portendunt futurum euentum mor-
bi: videlicet an morbus ſit habiturus fœlicem euentum, necne? Hæc omnia docto medico ſunt cogno-
ſcenda: ſi quidẽ ſine his omnis medicus deficit in arte ſua: maximè verò circa prognoſticationẽ ſe debet
exercere ſenſatus artifex, iuxta illud Hipp. in principio Prognoſt. Nã hęc pars eſt vtiliſsima medico, quia
affert illi maximam gloriam: deinde vtilis eſt ipſi infirmo: quia ſi medicus prædicit illi aliquid de futura
ægritudine, conſolabitur ægrũ, qui etiam cauebit à multis, & ita ęgritudo pręcaueri poterit: iſta eſt opti-
ma pars medici: nec ſecus accidit optimo medico, quàm etiã optimo agricolæ: proponamus igitur ſigna *Signa futuri fluxus menſtrui.*
portendentia futurã fluxionẽ menſtrui. Vbi videbitis prouenire grauitatẽ & caliditatẽ in toto corpore,
& quaſdã laſsitudines veluti vlceroſas, tunc primũ erit vobis ſignum, quód incipit moueri & agitari ſan-
guis, qui vult fluere & deſcẽdere ad vterũ: ſecundò apparet dolor & grauitas capitis propter multos va-
pores aſcendẽtes: deinde apparet dolor, & calor magnus circa ſpinã & renes & lumbos: circa ſpinã, quia
multæ venæ & maximę veniunt à caua vena, & tendunt per ipſam ſpinã, vnde ſpina incaleſcit, & ratione
caliditatis præter naturã fit dolor: pręterea plurimæ arterię deuenientes ad vterũ, adhærẽt dorſo: & quia
ibi feruet ſanguis, & cõmotus eſt, & facit tenſionem, eam ob rem percipitur maximus dolor, & calor, qui
eſt præter naturam. Inſuper percipitur dolor in renibus propter maximũ conſenſum, quem habent re-
nes cum matrice. (Attendatis, quia mulieres magis nobis cõfidunt, vbi intelligũt nos ſua negotia ſcire)
& magis dolẽt in rene ſiniſtro, quã in dextro. Nam ſcitis ex corporũ inciſione, quòd à rene ſiniſtro rami-

ficatur quædam vena notabilis, quæ deueniat à vena caua ad vas ſeminarium, & vadat ad vterũ. accedit A quód percipitur dolor circa lumbos, & hypochondria: quoniam omnes venæ deſcendẽtes, per lumbos decurrunt: tument etiã ventre ita, vt nonnullæ videantur prægnantes, & hoc ratione multæ aggregationis materiæ: propter quã videtur grauitas circa ventrẽ, maximè circa os ſacrum propter fibras neruorũ, quæ omnia vergunt ad inteſtinum rectum. Amplius apparet quędam vteri attractio circa inguina, & dolent coxæ: fortè ratio eſt, quia quum venæ ipſæ replentur, de neceſsitate in longitudine abbreuiantur, & retrahuntur: & quum retrahantur, neceſſariò & vterus retrahitur, & per conſequens inguina, & ita conſentiunt coxæ & dolent: iſta ſunt ſigna futurum fluxum portendentia: & ſunt maiora, aut minora, prout fluxus maior vel minor debet fieri ſecundum diuerſitatem corporum mulierũ. Noui ego mulieres, quæ coguntur decumbere in lecto, quando imminet iſte fluxus.

Signa fluxus præſentis.

Signa verò indicantia præſentem fluxionem ſunt hæc: primò apparet pallor in facie ſemper à quacunq; cauſa fuerit fluxio, ſiue à ſanguine, ſiue à bile, ſiue ab alio humore fuerit: ſi à ſanguine, ipſe derelinquit partes ſuperiores: ſi à pituita, totum corpus redditur frigidum & album: ſed inter partes faciei, maximè genæ oculorum efficiuntur pallentes: atque etiam apparent liuidæ, & ſubnigræ: quoniam membranoſæ ſunt, & exangues: & quum refrigerantur, magis patiuntur quam carnoſæ partes: quippe quę derelinquuntur à calore innato, & ſpiritibus, ita ſubnigræ fiunt. Præterea acies oculorum non eſt clara, & lucida: quoniam ſpiritus omnes ſunt conturbati propter maximam motionem ſanguinis in toto corpore: & hinc ratio cognoſcitur, quare mulieres men- B

Menſtruo laborãtes, ſpeculum ſi inſpiciũt, cur id inficiant.

ſtruatæ intuentes ſpeculum, ſtatim ipſum inficiunt: & eſt ſecundum Ariſtot. in lib. de Somno & vigilia: quoniam per contactum aer, qui contangit oculum, inficitur: qui infectus, pòſt inficit ſpeculum: nam ratione motionis ſanguinis agitantur ſpiritus, qui deueniunt ad oculos. & propter vaporum craſſorum admiſtionem, inficiunt aerem contangentem oculum: & ille aer alium inficit, donec aer ille vltimus contangens ſpeculum, ipſum inficiat. Secundum verò Galenum, hoc euenit propter exitum iſtorum vaporum inficientium ſpeculum Deinde ſubſequitur aliud ſignum, anhelitus non bonus, quandoque etiam fœtens: nam ſemper mutatur ad deteriora: quia putridi vapores admiſcentur ſpiritibus: & quoniam tales habent calorem naturalem magis debilem tum propter vapores, tum quia calor decumbit inferius, ob id non bene concoquunt, ſed faciunt omnes concoctiones peiores ac deteriores: & quum non bene concoquunt, ſemper modò nidoroſa, modò acida eructant prout calidi & frigidi ſunt ventriculi: quæ ſi frigidioris fuerint ventriculi, acida eructabũt: ſi calidioris, nidoroſa: præterea in ventre habent perpetuã grauitatem, eandemq; inguinum contractionẽ percipiunt, & coxarũ dolorem: iſta ſunt ſigna indicantia præſentem menſtruationem. Signa porrò indicantia futurũ euentum, ſunt etiam à nobis cognoſcenda: ſed quoniam iſta ſigna conſequũtur menſtrua, à quacunq; cauſa, & ſunt cõmunia ad quamlibet cauſam,

Signa indicãtia futurum euentum ſecundũ ordinem cauſarũ fluxũ menſtruorum præter naturã facientiũ.

oportet vt diſtinguamus vnamquamq; ſpeciem. Propoſuimus (vt dicit) illa quinq; capita, membrum mandás, membrũ recipiens, virtutẽ validã, &c à quibus ſolent prouenire mẽſtrua: & ſecundũ hæc capita C inueſtigamus cauſas, ita & in ſignis tradendis faciemus: nam ita ſigna trademus, vt correſpõdeant cauſis ſecundum iſta capita. Signa igitur indicãtia, quod ſit membrũ mandans, dicebamus quod ad hoc, vt cognoſcamus *membrũ mandans*, debemus obſeruare, & conſiderare genus & naturã humoris fluentis: nam ſi fuerit ſanguis, eſt videndũ, an ſit purus, nécne: dũmodo non ſit affectus vterus eſſentialiter: ſi ſanguis fuerit purus, neceſſe erit dicere, vel quod hepar generat, & multiplicat plus ſanguinis, quàm debeat, & poſsit continere, vel quod in toto ambitu venarũ eſt huiuſmodi ſanguinis abundãtia, & ita vbicunq; defluxerit ſanguis purus, cauſa erit neceſſariò alterum iſtorum duorum: ſed difficilè admodum erit videre, quomodo hepar generet multum ſanguinem, & venæ non ſint plenæ: ſi verò ſanguis non eſt purus, ſed ſit tenuis citrinus, & feruens, dicatis ipſum emanare ab ipſo hepate magis calefacto: ſi verò aquoſus fuerit, dicatis ipſum emanare ab eodem hepate, ſed frigidiori facto. Quod ſi fuerit pituita, quæ defluat, hoc eſt, mẽſtrua alba, & fuerit vera pituita alba, ſimplex, & pura, dicetis ventriculum maximè redundare mucoſitatibus, & cerebrum nonnihil diſtillare: neq; videbitis vnquam pituitam per totum corpus emanare, quin ventriculus & cerebrum patiatur. Vnde rectè autor ille de ægritudinibus muliebribus, ſiue modò Hippoc ſiue Galenus ſiue alius fuerit in eo libro, non ad aliud refert cauſam menſtrui albi, quam ad ventriculum, & cerebrum. Quòd ſi fuerit bilis, dicetis quòd membrum mandans eſt hepar, & chyſtis fellis, & totus ambitus venarum. Si verò fuerit melancholia, vel hoc erit propter maximam aduſtionem, vel quia multa fæx abũdat in toto corpore: cognoſcetis autem ex habitu corporis: ſi enim eſt ſanguineũ, D erit ex fæce ſanguinis melancholia: ſi bilioſum, erit ex bilis aduſtione nimia, & ita à natura humorũ ſemper cognoſcetis membrum mandans: dico vbi vterus patiatur fluxum per conſenſum: deinde ſemper videbitis quòd mulier conqueretur de dolore illius partis quæ erit affecta, & ſemper in ea erit aliquis tumor, de quo non pauca erit vobis indicatio, vbi ſit vitium, & quod ſit membrum mandans. Sunt modò videnda indicantia *fortitudinis*, & ſunt hæc: quũ enim videtis non eſſe in corpore ſigna multitudinis exiſtentis quoad vaſa, & tamen videtis continuum fluxum, tunc iudicate quod non eſt multitudo quæ aggrauet: ſed eſt fortitudo virtutis nõ potentis tolerare ne modicam quidem læſionẽ Signa indicantia *latitudinem viarum* ſunt, vbi videbitis temperaturam hepatis calidam, & venas exteriores amplas, interiores etiam tales erũt: & ſi audieritis ſæpius peperiſſe, & plura excrementa menſtrua habuiſſe, hoc erit indiciũ latitudinis viarum. Signa porrò indicantia *dominium humorũ*: ſi fuerit ſanguis, cognoſcetis ex tẽperatura calida, ex colore ſanguineo, ex dolore, ex venis tumidis, vel tumefactis: deinde ſi vixerit in multo ocio, & in delicijs. Item ex fluxione ipſa poteritis cognoſcere humorẽ fluentẽ, & poteſtis percunctari, ſi menſtruum fluit ſine eroſione, & ſine acrimonia, & tunc erit indicium ſanguinis Cęterũ ſignum quod tutius eſt, & nunquam vos fallet, erit inſpicere pannos lineos: nam ſi in eis nulla relinquatur macula, erit ſanguis: vbi verò maculæ apparebũt, inſpectione macularũ illarum cognoſcetis dominium humoris: quoniam ſi multa albedo apparebit, erit pituita: ſi maculæ citrinæ relictæ fuerint, erunt ex bile: ſi virides, ex

praſsina

A praſsina. Si verò fuerit dominium pituitæ, facies mulieris apparebit ſubtumida, coloris plumbei: mulier
erit ſine ſiti, & ſine appetitu: quæ etiamnum abominabitur coitum, quia mortificata eſt virtus ex nimia
refrigeratione, & ſicut ſemimortuæ habent perpetuam frigiditatem circa vterum. Amplius ſi accipiatis
pannos illos linteos triplicatos, ponatisq; in plicaturis cinerem, deinde ponatis ſub vtero, ita vt defluat
ſuper illos fluxus, ſi in cinere apparebunt guttulæ ſimiles muco, tunc erit ſignum humoris pituitoſi: &
ſi illæ guttulæ erunt tenues, & citrinę, erit ſignum bilis: & ſi habebunt alium colorem, ex eo cognoſcetis
humorem dominantem: & hoc experimẽtum, quod ponit ille autor de Morbis muliebribus, eſt verum,
& nunquam vos decipiet: præterea ex iſto experimento aliud commodum habebitis, quòd ille pannus
ſeu ſacculus etiamſi oſtendat vobis dominium humoris, erit etiam loco medicinæ, quia corroborabit &
exiccabit vterum: adeò omnia bene excogitarunt antiquiores. Si autem bilis fuerit quæ dominetur, co-
lor faciei erit citrinus: poſtremò mulier percipiet caliditatem in dorſo, vel circa ſpinã, & hepar erit tem-
peraturæ calidæ, & totum corpus calidum & ſiccum erit: ſicut dicit Galenus ſecundo de Temperament.
& ſecundo Artis paruæ: & iſtud eſt perpetuum ſignum bilis peccantis. Itaq; vbicũq; eſt aliquis fluxus,
videndum eſt vtrum ſit bilis quæ fluat (intelligo ſemper defluxionem quæ fit per conſenſum) vt autem
cognoſcatis bilem eſſe, primò cõſiderabitis temperaturam corporis: nam ſi calida & ſicca fuerit, iudica-
bitis huiuſmodi eſſe bilem: deinde fluxum bilioſum cognoſcetis ex colore citrino in facie, ex pallore to-
tius corporis, & imbecillitate, & gracilitate: deinde verò iſtæ, quibus menſtrua bilioſa fluunt, appetunt
B coitum: quę tamen ex coitu patiuntur, & percipiunt nocumentum: quia dum attrahuntur, materiæ plu-
res quàm oportet defluunt, & faciunt eroſiones. Item percipiunt caliditatem in dorſo, & dolorem ſimili-
ter in lumbis, vbi ramificantur rami venarum vteri: quæ omnia indicant multam bilem eſſe collectam in
corpore: deinde ſi moleſtatæ fuerint plurimis animi accidentibus, & multis corporis motibus, ſi bibe-
rint vina potentiora, ſi vſæ fuerint victus ratione calida & ſicca, & comederint cibaria acria, qualia ſunt
allia, & cæpas: ſi verſatæ fuerint in aere calido, omnia hæc faciunt nõ leuem coniecturam bilis. Sed vnũ,
quod vos nunquam decipiet, eſt, vt inſpiciatis pannos illos lineos, ſuper quibus defluit humor: & ita cõ-
ſideratis colorem, & ſubſtantiam humoris. Si verò fuerit melancholia, quę dominetur in menſtruis, mu-
lier erit colore ſubnigro: nam quale dominium humoris eſt in corpore, talis color apparet in toto. Sed
quoniam bonus medicus nõ tantùm debet ſcire & cognoſcere ex viſu, verùm etiam ex coniectura, ideo
per coniecturam etiam hæc cognoſcet: nam ſi in facie apparebit cutis ſubnigra, tunc erit coniectura hu-
moris melancholici: deinde ſi mulier patiens menſtrua prius vexata fuerit ab aliquo tumore lienis, po-
ſtea dum menſtrua fluant, dicat ſe liberatam eſſe, & non amplius vexari, ſignum erit humoris melancho-
lici, & cauſa eſt, quoniam quum lien ſit receptaculum humoris melancholici, quum vexabatur tumore
lienis, ſignum erat multam materiam melancholicam ibi aggregatam eſſe: atq; quum menſtrua aduene-
runt, liberata fuit: quia materia illa faciens tumorẽ fuit euacuata per vterum. Inſuper ſi mulier fuerit ſan-
C guinea in principio, & temperaturæ calidæ, quia in tali multiplicatur ſanguis craſſus, maximè ſi vſa fue-
rit victu craſsiori, ſi multum laborauerit, & moleſtata fuerit multis accidentibus animi, ſi fæces tenues,
aduſtæ & nigrę fuerint, incidet in huiuſmodi fluxiones melancholicas: quod magis cognoſcetis ex pan-
nis lineis. quòd ſi fuerit dominium melancholiæ, maculas habebunt ad fuſcedinem & nigredinem ten-
dentes. Si igitur mulier abundauęrit plurimo ſanguine craſſo, incidet in fluxionem melancholicam: cõ-
trà in bilioſam, ſi humor tenuis fuerit abundans in toto corpore. Si fuerit humor æruginoſus, & praſsi-
nus, qui dominetur in menſtruis, ſigna hæc erunt, ventriculum malè ſe habere: & ſi mulier dicat ſe vexa-
tam eſſe eructationibus, erit coniectura æruginoſæ bilis: deinde ſi eroſionem percipiet in exitu, & calor
etiam indicabit totam materiam, & propterea poteritis inſpicere in pannis lineis, vbi defluxerit materia:
nam ex maculis relictis in panno cognoſcetis humorem peccantem: & hæc eſt vna omnium humorum
cognoſcendorum regula. Si *humores in fluxu fuerint commiſti*, ſigna etiam apparebunt commiſta: nam ſi co-
lor citrinus albus & rubeus fuerit, indicium erit omnium humorum ſimul exiſtentium: & hæc ſatis ſint
quantum ad omnia ſigna & cauſas fluxionis exiſtentis in vtero per conſenſum. Reliquum modò eſt, vt
videamus ſigna, quando *fluxio eſt eſſentialis* in vtero, id eſt quando eſſentialiter vterus patitur: iſta autem
ſigna non debent ſumi à rebus communibus, ſicut ea ſumpſit Auic. nam ex colore humoris non poſſu-
mus iudicare, vtrùm vterus ſit eſſentialiter affectus: quia poteſt aliquid citrini humoris fluere ex vtero,
D & tamen nulla erit caliditas in ipſo: oportet igitur videre propria ſigna indicantia vterum eſſe affectum
eſſentialiter. Signa autem erunt, ſi vterus ſit affectus ex intemperie ſua, verbi gratia, ex caliditate, ita vt
declinet à temperamento per caliditatem, mulierq; percipiat ad tactum caliditatem manifeſtã circa ma-
tricem & in parte externa, & in parte interna: deinde à calidis vtero adhibitis lædetur: à frigidis autem
iuuabitur. Atq; rhagadibus, & pruritu magno afficientur circa extimam cutem, & tandem erit obnoxia
omnibus ægritudinibus, quæ fiunt ab intemperie calida. Quod ſi etiam perpetuò habebit ſiccitatẽ in il-
lis partibus, tunc indiciũ erit de manifeſta caliditate: quę cõcipit, pariet maſculos. Si caliditas vteri fuerit
iuncta cum ſiccitate, puer quem pariet, erit colore nigro: tales etiam habebũt menſtrua citrina, quæ pu-
trefacta erumpent aliquando cum eroſione. Solent etiamnum pati pruritum circa pudenda, & excoria-
tiones propter moram, & ſæpè ante partum habent impetigines & πτερύγια circa pudenda. Si verò ca-
liditas illa fuerit iuncta cum humiditate, tunc illa caliditas nõ erit ita mordax, & pudendum ſuum nun-
quam erit ſiccum, ſed ſemper humidũ: & illæ partes ſemper erunt fœtentes propter humiditatem in illis
partibus putreſcentem: atq; tales leui de cauſa abortiunt. Si verò fuerit intemperies frigida & humida,
ille vterus ſemper rheuzimatizans erit ratione caliditatis diminutæ, tum quoniam non poteſt conficere
proprium alimentũ, tum etiam quoniam imbecillior ſeipſo redditus, facilè aliunde recipit excrementa,
quia tunc omnes ſuperfluitates deſcendũt ad illum. Quod ſi frigiditas fuerit iuncta cum ſiccitate, vterus
quidem erit rheumatizans ratione frigiditatis, propter quam nõ poteſt concoquere proprium alimen-

tum, ſed ratione ſiccitatis corpus vteri redditur denſum, & minus idoneum ad recipienda excrementa, A
iuxta illud Galeni ſexto, de Locis affectis: eſtq; vnum aliud adnotandum, quòd vbicunq; fuerit frigiditas in vtero iuncta cum humiditate vel ſiccitate (licet rarò cum ſiccitate iungatur) ſemper tales mulieres abhorrent à coitu, & rarò concipiunt: & ſi concipiũt, pariunt fœminas: ſed iſtę ſæpè & facilè abortiunt, & poſt ipſum abortum plurimũ materiæ pituitoſæ effluit, hoc modo vos cognoſcetis vteri intemperies. Si verò fuerit mala cõpoſitio in vtero, facilè cognoſcetis: nam ſi fuerit apoſtema, ſeu inflammatio aliqua in vtero, erit febris acuta, intenſa ariditas, dolor, vrinæ retẽtio, ita vt vrina nequeat quandoq; reddi. Si fuerit ſcirrhus, ex grauitate cognoſcetis: propterea quòd percipiet grauitatẽ ex tactu, à malo colore mulieris: ex alijs quoq; ſignis deprehendetis. atq; hęc ſatis ſint de omnibus ſignis affectuum, qui contingunt vtero eſſentialiter. Quia verò etiã de cauſis gonorrhœæ aliquid diximus, merito etiam de ſignis indicantibus gonorrhœam, & diſtinguentibus ipſam à fluore, ſeu menſtruo albo aliquid dicendum eſt: primò enim gonorrhœa diſcernitur à fœtore, & à colore albo: nam fluor ſeminis eſt perlucidus, clarus, non viſcoſus, ſicuti reliquus, magisq; concoctus: quoniã ſuperfluitas ſeminis eſt melius concocta quàm ſit pituita. Nam ſemẽ mulieris, autore Galeno in 4. de Vſu partium, reſpondet colore ſemini viri, vel potius humiditati, quę pręcedit ſemen viri, à glandulosis carnibus emananti: ſcitis enim quòd dum aliquis delectatur cum mulieribus, & eſt in illa imaginatione antequam coeat cum muliere, exit quędam humiditas è pene tenuis, & illa humiditas aſsimilatur ſemini mulieris: deinde verò à quantitate cognoſcitur: ſi quidem non tantùm ſeminis prodit in gonorrhœa, quantum pituitæ in fluore albo: quæ patiuntur gonorrhœam, imbecillitatem & dolorem percipiunt in toto corpore, & maximè circa dorſum: & quia ibi generatur ſemen, & accipit formam ſeminis, longè maiorẽ percipiunt imbecillitatem & dolorem quàm in menſtruis albis: quoniam ſemen eſt vtilis ſuperfluitas, & facit ad ſubſtantiam ſolidorum membrorũ, non ſine dolore exit: atq; tales mulieres nõ ſunt multum frigidæ, ſed potius calidæ, ſunt contrariæ prorſus illis quæ patiuntur menſtrua alba, quæ plerunq; frigidæ ſunt: quomodo autem ex colore & acrimonia, eroſione, ſubſtantia, qualitate, & quantitate gonorrhœa diſtinguatur à menſtruo albo, facilius eſt cognoſcere quàm vt dicatur à nobis: & hæc ſint dicta in vniuerſali de quacunq; gonorrhœa: nunc de ſignis ſingularum ſpecierum gonorrhœæ dicendum eſt. Si igitur propter multitudinem ſeminis facta fuerit gonorrhœa in muliere, talis mulier habebit bonum habitũ corporis, lautè & opulenter vixerit, vſa fuerit venere rariore, & ſi diu abſtinuerit à coitu, poteſt eſſe ſignum gonorrhœæ propter multitudinem ſeminis. Eſt & aliud ſignum maximum, quod dum exit ſemen, non percipit imbecillitatem, imò iuuamentũ potius, & robur percipit, & videtur leuior & fortior fieri: & hoc indicat gonorrhœam eſſe propter multitudinem ſeminis, quoniam euacuatione illius materiæ fortificatur, quum ſuperflua materia euacuatur quod defluit, nõ differt ſubſtãtia, & colore à naturali ſemine, quod exit in coitu: quinetiã illud ſemẽ exit cum delectatione: & hoc eſt quod ænigmaticus, confuſusq;, & ſine diſtinctione, dixit Auic. quando exit ſemen in muliere cum delectatione in gonorrhœa: vobisq; iuuenibus facile eſt ſcire, quo modo curentur mulieres patientes hanc gonorrhœam. Si verò fuerit gonorrhœa propter ſeminis tenuitatem, facile apparebit ex ſubſtãtia ſeminis. Quod ſi fuerit ratione alicuius malæ qualitatis calidę, dicet illa ſe maximam acrimoniam, mordacitatem, & eroſionem ſentire in exitu, & color erit malus præter naturam. Si verò fuerit propter imbecillitatem virtutis contentiuæ, patientes ſummam imbecillitatem percipiunt circa dorſum, & vt ipſæ dicunt, videtur illis totum corpus eſſe marcidum, & vix poſſunt ſe erigere: hæ abhorrent à coitu, & maximum nocumentum accipiunt ex coitu: in quibus perpetuò emanat aliquid, quod non contingit in alijs gonorrhœis: nam aliæ gonorrhœæ habent aliqua interualla, & illud quod exit non eſt coctum, ſed eſt materia ſatis tenuis: aliquando etiam ſanguinolenta, quia propter imbecillitatem non poteſt bene concoqui, & dealbari. Sin verò fuerit gonorrhœa propter corruptionem ſeminis, & putredinem. vel erit, quoniam ſe nimis abſtinuerit à coitu, vel erit propter nimiam caliditatem locorum: ex putrefactione enim virtus ad expulſionem excitatur, & fit gonorrhœa. Hanc autem cognoſcetis à fœtore ſeminis prodeuntis, & in anteriori induſij parte & pannis lineis exiſtentis: atque apparet maximus calor in dorſo. Iſta ſunt ſigna omnia indicantia non tantùm gonorrhœam, ſed etiam omnes eius ſpecies diſtinctas. Et hæc hactenus de omnibus ſignis fluxionum menſtruorum, & ſeminis præter naturam. Reliquum eſt, vt accedamus ad curationem ſingularum ſpecierum: ſed prius oportet videre vnum, quod eſt multum vtile & neceſſarium. & eſt vt conſideremus iudicium morbi: nam nõ tantùm oportet cognoſcere cauſas, ſed oportet etiam prognoſtica ſcire, & præuidere futurum: vtrum ſit bene terminatura ægritudo, an malè? primùm ex comparatione cauſarum inter ſe, deinde ex motu, tum ex temporibus, poſtremò ex termino. Quantum ad comparationem cauſarum inter ſe, ſcitis nos reduxiſſe fluxionem ad quinque capita, & quinque requiri ad veram fluxionem, virtutem expellentem, membrum mandans, membrum recipiens, per quas tranſit humor vias, denique humores: iſta ſunt quinque capita, in quibus omnes cauſæ conſiderantur. Oportet modò comparare ſingula iſta, vt totam naturam morbi præuidere poſsimus, & cognoſcere quid futurum. Et primò quantum ſpectat ad virtutem fortem, vel debilem, ſi comparetis vitium, quod eſt in virtute forti expulſiua cum vitio quod eſt in virtute retentiua imbecilla, & velitis videre vtrum vitium ſit deterius: videbitis, quòd longè deterius eſt vitium virtutis retentiuæ debilis, quàm vitium virtutis expulſiuæ, nam cauſa fortitudinis virtutis expulſiuæ eſt ſpirituum multitudo, robur caloris, & ſenſibilitas membri, ita vt ne minimum quidem nocumentum percipere poteſt, quin ſtatim expellat illud: & niſi eſſet virtus ita valida, non expelleret. Cauſa verò imbecillitatis virtutis retentiuæ eſt laxitas, vel laxatio membri, temperatura mala, calor debilis: ergo deterior eſt diſpoſitio membri, vbi eſt retentiua virtus debilis, quàm vbi eſt virtus expulſiua fortis: quia facilius emendatur vitium quod prouenit à virtutis fortitudine, quàm quod prouenit à debilitate virtutis, propterea quod difficilius eſt addere robur, quàm demere. Si verò fluxus fuerit propter latitudinem

Signa Gonorrhœã diſtinguẽtia à menſtruis albis.

Signa cauſarum gonorrhœæ omnium ſpecierũ.

Iudicia & prognoſtica horum morborum deſumpta.
I. ex Cauſis.

B C D

A latitudinem viarum,ſcitis hunc eſſe difficilimum curatu:cùm membra lata ſint intima,& non poſsint ita
facile cõſtringi venę illę interiores.Iudiciũ verò quod ſumitur ab humoribus,& cauſis materialibus per
comparationem inter ſe, facile erit videre, quis humor faciat deteriorem fluxionẽ. Nam ſi fuerit ſanguis
ſolus, quamuis fluxio illa perſeueret, & cùm ſit humor vtiliſsimus, maxima incommoda ferat, & debeat
dici difficilis ratione ſubſtantiæ excretæ: tamen propter facilitatẽ emendandi (eſt enim ſanguis humor
benignus,qui facile obedit)longè facilius curatur fluxio pendens à ſanguine,quàm fluxiones reliquorũ
humorũ Si verò fluxio prouenit à pituita,tametſi ratione excrementi non debebat dici pernicioſa,tamẽ
quia difficillimè emẽdatur,eſt longa,& diuturna,& peſsima eſt,quia chronica:& vix poteſt remoueri ob
frigiditatem.Si fuerit fluxio bilioſa, humor bilioſus facit ſæuiſsima accidentia:facit rhagades,& peſsima
morborũ genera. Quare fermè ſemper talis fluxio terminatur ad malum. Sin aũt fluxio fiat à melancho-
lia,longè deterior erit,& deteriora pluraq; incommoda faciet,quàm illa quę pendet à bile.Nam primùm
non minus longa eſt,quàm quę fit à pituita:deinde etiã habet accidentia peſsima,ſicut cancros,ſcirrhos,
& vlcera erodentia:& ideo pernicioſiſsima eſt. Si fluxio fuerit ab humore æruginoſo & praſsino,dicen-
dum eſt has quoq; fluxiones peſsimas eſſe. Iudicia porrò quæ ſumuntur à membro recipiente ab vtero,
ſunt hoc modo obſeruanda. Vbicũq; vterus erit malè affectus eſſentialiter,raró curabitis ipſum,ſiue ſint
inflãmationes,ſiue vlcera,ſiue malæ temperaturæ: omnia enim hæc ſunt difficillimæ curationis tum ra-
tione membri,quoniam membranoſum eſt & exangue,& non facile excutitur quod illi ineſt: tum etiam
B ratione maximè ſenſibilitatis:quia quum ſenſibile admodũ ſit,nõ poſſunt bene remedia applicari:ſiqui-
dem offenditur,& excitatur à quacũq; cauſa,etiamſi leuiſsima ſit,ita vt medicus nõ poſsit operari: quòd
ſcilicet medicamenta facilia nõ curent,vehementia exaſperent: præterea vterus eſt ſentina omnium ex-
crementorũ in corpore exiſtentium: nam omnia excrementa defluunt ad vterum, id quod etiam impe-
dit curam:eſt & aliud incommodum, quòd mulieres propter pudorem nolunt fateri veritatem: tametſi
coactæ ſunt plerunq; dicere veritatem, nolunt tamen facere quod iubent medici: neq; volunt in ea par-
te admittere medicaméta Hoc mihi ſemel accidit,cùm curarem mulierem quandam nobilem menſtruis
albis laborantem: volebam vterũ mundificare:& ipſa rogauit me, quibus eum vellem mundificare: ego
dixi cum clyſtere in vterũ iniecto.Cùm aũt audiuiſſet me cum clyſtere velle mũdificare vterũ, illa adeò
excanduit,ita vt tota facies ſubitò mutaretur,& mori potius vellet, quàm admittere huiuſmodi medica-
mentum: & marito, ſi vnquam, inquit,vir mi, mihi tuæ coniugi obſecuturus es, ne ſinas eum medicum
vnquam adire meipſam: ita vt noluerit me amplius videre, maluitq; eligere aliud remedium. Reſtat *II. ex Motu.*
nunc, vt pinguiori quadam Minerua de iudicijs agamus: quæ quidem iudicia ſumuntur à medicis tam
antiquis, quàm nouis penes motum, vt quando ægritudo vel velocius mouetur, vel tardius: nam aliter
curamus ægritudinem, quæ habet ſuos motus velociſsimos, & aliter quæ tardos habet motus. Si in flu-
xionibus iſtis fluat ſanguis,proculdubio huiuſmodi fluxio eſt breuior,& veloces habet motus:& quam-
C uis omnis fluxus menſtruus præter naturam ſit diuturnus & chronicus, hæc fluxio tamen quandoque
peracuta & breuiſsima eſt, ita vt quandoq; viderim ipſam in ſeptima terminari: quod nihilominus raro
eſt,ſed vt plurimum chronica eſt Si verò fluat,bilis erit velociſsimi motus: fluxus autem qui à pituita &
melancholia dependent,tardiſsimi motus ſunt.Iudicium verò quod ſumitur penes quatuor tempora in *III. ex Tempo-*
his fluxionibus eſt hoc, quod ſemper principiũ in ægritudine longiſsimum eſt, loquendo de vero prin- *ribus.*
cipio,vt principium diſtinguitur cõtra reliqua tempora,& ſumitur penes cruditatem materiæ,ita vt ferè
ſemper occupet maiorem partem morbi. Augmentum verò & ſtatus ſunt breuiſsimi: declinatio eſt etiã
longa,non tamen ita vt principium:nam principium fluxionis menſtruę quandoq; durat per totum an-
num:& ſi malè terminetur, plures moriuntur in principijs ipſis nullis apparentibus ſignis cõcoctionis:
ſi verò principium bene terminetur, habent augmentum breue, & ſtatum longiſsimum. Quærunt non-
nulli, vtrum in fluxionibus menſtruis dentur quatuor tempora? Dicatis reſolutè, quod in omni morbo
dependente à materia habetur principium,augmentum,ſtatus,& declinatio, quodq; nullus eſt morbus
terminaturus ad ſalutem quin habeat hæc quatuor tempora: & totum principium dicitur, donec nõ ap-
paret ſignum concoctionis, id eſt, aliqua moderatio in materia, à qua poſsit medicus ſumere iudicium.
Deniq; ſumitur iudicium penes terminum, & hoc iudiciũ eſt valde adnotandum: nam huiuſmodi men- *IV. ex Termino.*
ſtrua vel reſoluuntur, & terminãtur ad ſalutem,vel permutantur: ſed paſsim faciunt permutationes.In-
D cipiamus à menſtruo ſanguineo:fluxio ſanguinea ſępiſsimè terminatur per fluxionem ſanguinis è nari-
bus, quæ eſt auerſio per oppoſitũ & iſta terminatio eſt laudanda: quandoq; terminatur per hæmorrhoi-
das,& iſta terminatio dicitur deriuatio, quæ etiam non eſt intercipienda: ſunt etiam terminationes me-
diæ,vt quando fluxio ſanguinea terminatur ad aliquam inflammationem extrinſecus ſe habentem:quæ
terminatio neq; omnino laudanda eſt neq; vituperãda: pernicioſa verò terminatio, ſiue permutatio eſt,
quando fiunt inflammationes internæ ſiue in vtero, ſiue in hepate, ſiue in alio membro, ſicut contingit
ex cõſtrictione nequaquam opportunè facta ab imperito medico. Si fuerit fluxio pituitoſa, habet & ipſa
ſuas permutationes, quando non curatur: ſi per vomitum terminetur, eſt bona & perfecta terminatio:
aliquando per diarrhœam terminatur,per fluxum ventris diarrhϾ pituitoſæ:& iſta eſt etiam bona ter-
minatio. Mediæ verò terminationes ſunt, quando fluxio pituitoſa terminatur ad podagram: nec dicatis
mulieres non laborare podagra:immo cum menſtruis quandoq; eam moleſtantur.Lethales & pernicioſæ
terminationes ſunt,quando terminatur ad paralyſim,ad aſthma,ad apoplexiã,vel ad epilepſiam: ſed po-
tius ſunt permittenda, vel prouocanda huiuſmodi menſtrua, quàm ſinere vt ad tam pernicioſas ægritu-
dines permutentur.Si fuerit fluxio bilioſa & permutetur ad arquatũ morbũ,(Græcè ἴκτερος erit) permu-
tatio laudabilis.Media verò permutatio eſt,quum ad vlcera, herpetes, & eryſipelata permutatur: perni-
cioſa eſt,quum ad vlcera interiora,& ad phrenitin permutatur.Si verò fuerit menſtruatio melancholica,
ſæpe permutatur ad hæmorrhoidas, & ad varices: & iſta permutatio eſt laudabilis, & ſalubris: quan-

doq; terminatur ad tumores lienis,& eſt media permutatio,quæ quidem non eſt bona, nihilominus patientes euadunt,& non moriuntur:pernicioſa autem & lethalis permutatio eſt, quũ permutatur ad cancros vteri,aut mamillares:nam cancer nullam recipit curam:atque ſi permutetur ad deliria,apoplexiam,& epilepſiam,& melancholiam,peſsimę ſunt permutationes.De gonorrhœa autem dicendum eſt,quod vel terminatur ad ſalutem,vel permutatur ad tabem: quoniam conſumitur humidum ſubſtantificum,& radicale.Hæ ſunt permutationes omnium fluxionum,de quibus hactenus:& hæc ſatis de iudicijs.Nunc tẽpus nos vocat,vt de indicationibus agamus: ſed prius oportet videre quid ſit indicatio,quia volo ſemper conſulere vtilitati veſtrę Indicatio nihil aliud eſt,niſi nota indicans quid agendum ſecundum rationem à natura rei,cuius gratia vel agimus,vel affectum ſumimus curandũ:ſtante hoc principio,quum indicatio talis ſit,vt ſemper reſpiciat naturam,vel affectum rei cuius gratia agimus, quid eſt id cuius gratia agimus in curationibus?Eſt vt inducamus ſanitatẽ in aliquo.Sed quomodo inducitur ſanitas? tollendo morbum: hic duo ſunt,corpus,& morbus,ſeu membrũ cui ineſt morbus. Ergo ſi volumus rectè curare, oportet quod in omni curatione rei naturam & affectum membri cõſideremus . Naturam morbi & affectum membri explicauimus : natura enim morbi erat penes ſuam rationẽ formalem,quæ ſumitur penes genus,& cauſas ſuas tam efficientes,quam materiales: affectus erat penes motum,tempora, & terminũ: quæ ſit natura morbi,& affectus mẽbri,& quę indicationes pariant,videbimus poſtea. Sed quando vultis aliquem curare,habetis iſtos duos conceptus,nempe tollere morbum,& ſanare membrum: hoc non ſufficit,ſed oportet hic etiam adnotare aliud,& conſiderare.Non enim vos ſanatis,ſed eſt natura,quæ ſanat:bene vos datis remedia,ſed nõ ſanatis:quin virtus eſt autor ſanitatis. Igitur indicatio eſt à natura etiam ſumenda: & videndum eſt vtrum natura permittat curare,necne?Nam quandoq; natura talis eſt, vt omnino prohibeat curationem, ita vt non ſinat vos aliquid operari,quandoq; permittat vos, imò iubet, atq; vrget medicum ad curam:ergo naſcitur tertia indicatio à virtute,ſeu natura operante:& ita tres potiſsimũ ſunt indicationes: vna,quæ ſumitur à morbo:altera à loco affecto:tertia à viribus: in his tanquã ſcopis debemus nos exercere:ducent enim nos ad finem,& præſtabunt vt habeamus rectas intentiones operandi.Sed incipiamus ab illa,quæ ſumitur à morbo. Natura autẽ morbi poſita eſt in ratione formali, & cauſis,quæ eſt ratio formalis iſtius ſymptomatis: quæro ſub quo genere collocandus eſt iſte morbus? Diximus collocandũ eſſe ſub genere fluxionis : & quòd fluxio nihil aliud eſt, quàm expulſio præter naturam excrementi de vno membro ad aliud membrum:hinc naſcuntur omnes indicationes: ſi enim iſta fluxio eſt expulſio de vno mẽbro ad aliud præter naturã, vt reuera eſt,oportet ipſam intercipere: ex quo eſt præter naturam:ergo ſi volumus fluxũ intercipere,oportet vt auertamus:& ita naſcitur iſta prima indicatio prohibendi fluxionẽ,retrahendo materiam ad oppoſitũ.Sed quoniam diximus,quod eſt expulſio de vno membro pręter naturam affecto ad aliud,iam forſitan debilitatũ,eam ob rem naſcitur vna alia indicatio,quod debemus prouidere,vt membrum quod tam facilè expellit,non tam facilè mandet.Amplius ex quo tranſit huiuſmodi materia per media vaſa , oportet vt etiã intercipiamus & conſtringamus vias,ne ita facilè deducatur materia: poſtremo oportet vt corroboremus membrũ recipiẽs,ne tam facilè recipiat,imò vt reſiſtat & repellat:in his quatuor cõſiſtit tota curatio.Incipiamus rurſus à principio. Iſte *fluxus eſt intercipiendus*:quomodo? quæcunq; materia ſit illa quæ fluat(nam ſub cõceptu fluxionis nõ magis vnus humor eſt intelligẽdus quàm alius)fluxus ſemper eſt auertendus,& ad partem oppoſitã trahendus,ſicut natura nos ducet:cur ad oppoſitũ trahendus?quia quando eſt impetus alicuius humoris ad aliquem locum,non poteſt is intercipi, niſi trahatur ad oppoſitũ:nam ſi traheretur antrorſum vel dextrorſum,adhuc etiam aliquid ſemper flueret: ſed ſi trahatur ad oppoſitum omnino totus fluxus intercipitur: tunc aũt motus eſt conueniens valde , cùm citò perficitur quod deſiderabamus . Hinc videtis quanta ſit vtilitas auerſionis: eſtq; ratio docendi ſimilis mathematicæ,in qua ſemper ex principijs demõſtratis alia intelliguntur rectiſsimè Ad veram aũt auerſionem tria requiruntur:primùm,rectitudo lineę:deinde,rectitudo ſitus,& conſenſus venarũ:tum diſtantia.Rectitudo aũt lineæ intelligitur,quę conſtat ex minoribus angulis: quia nõ poteſt reperiri illa rectitudo mathematica in venis exiſtẽtibus in corpore humano: quãto igitur linea erit rectior, tanto melior & facilior fiet attractio,& auerſio. Nam ſi habuerit aliquẽ angulum magnũ, hinc ſtatim fiet impedimentũ in illo angulo: & quanto minores erunt anguli in illa rectitudine,tãto perfectior erit attractio, & hoc eſt quod primò dicebat Hippocrates, deinde laudabat Galenus,ita præcipiens: Si nõ potes habere lineam rectam, elige vnam,in qua ſint paucifsimi anguli.Et ideo D Hippoc. inquit: ſi poſterior pars capitis dolet, vena frontis inciſa dolorẽ ſanat. Et Galenus in pleuritide eligit venã eiuſdem lateris. Nam phlebotomia, quæ fit à latere eodẽ affecto eſt rectior, & habet minores angulos,quàm phlebotomia illa,quæ fit à latere oppoſito. Secunda cõditio eſt, vt ſeruetur rectitudo ſitus:vt ſi in parte dextra,ad ſiniſtram auertendũ eſt:ſi ſurſum,eſt auerſio facienda deorſum:ſi antè retrorſum:ſic enim corpora naturalia & cœleſtia ſitũ ſeruant rectũ:quandoquidẽ natura ſemper facit ſuos motus contrarios:& ita debemus ſeruare ſitũ,vt ſemper fiat per oppoſitũ. Præterea & conſenſum venarum obſeruare debemus,& vbi ſunt latiores venę,per eos magis ducemus.Hic videtis quàm nota vobis corpora debeant eſſe,ita vt tanquã digiti veſtri deberent illa à vobis dignoſci. Tertia cõditio eſt, vt ſeruetur debita diſtantia,vt motus auerſionis bene terminari poſsit ad locum oppoſitũ illi ad quẽ repit humor,& vt motus fiat de vno termino ad aliũ : nam aliter motus auerſionis nõ terminaretur ad terminũ intentũ: quoniam ſi diſtantia erit nimis longa, motus nõ poterit terminari ad terminũ. Quum iſta ſeruantur, poſtea ad actum deueniendum eſt. Materiæ aũt indicabunt,quo inſtrumento ſit auertendum,vtrum phlebotomia,an pharmaco?Sed de hoc poſtea.Secundũ caput à quo ſumebatur ſecunda indicatio,erat *membrum mandans*: quæ indicatio eſt,vt prouideatur *ne tam facilè mandet*:& quoniam membrum mandãs mandat vel propter fortitudinem,vel propter debilitatem,vel propter maximam ſenſibilitatem:ſi fuerit propter fortitudinem virtutis expulſiuæ, prouidebitis ne ſit tam fortis : & pertinax caſtigando calorem & ſpiritus

De Indicationibus curatiuis in his morbis.

I. à Morbo.

A B C

A ſpiritus, ſiquidem talis efficitur ex multitudine ſpirituum, & caloris. Caſtigabitis autem calorem ſpiritusq; vel cum euaporantibus, ſi facietis euaporare membrum: vel cum ſcarificatione mittendo ſanguinẽ ab illa parte, vt virtus tam validè mittens non mittat amplius: quòd ſi fuerit ob imbecillitatem virtutis contentiuæ, corroborabitis virtutẽ: nam ſi ratione intemperiei membrũ erit nimis laxũ & humidũ, exiccabitis: ſin nimis frigidũ, calefacietis, & tonum ſeu robur facietis cum adſtringentibus, & ſtypticis: quæ autem ſit natura iſtorũ, habuiſtis in noſtra methodo, vobis tradita in illo libello de Simplic. medicam. & apud Galenũ: omnia quę diximus, cohærẽt veluti cathena. Si verò fuerit ratione maximæ facilitatis ſenſus, eo quia à minima re lædatur, oportet vt obtundatis membrũ cum narcoticis, quę frigida ſunt. Habetis aũt eo in libro, in quo gradu frigiditas eſſe debeat, ſicut in hyoſciamo, papauere albo, opio, mãdragora, & alijs, quæ ſtupefaciunt: idq; facietis tum cũ refrigerantibus rebus exterius applicitis, tum cũ rebus interius aſſumptis: ſemper tamen admiſcendo cũ iſtis aliquid calidi, vt penetrare poſsint: nam aliter non penetrarent: & iſta eſt cauſa, quare frigida miſta cum calidis, citius interficiant. Videatis philoniũ, in quo licet ſint plurima frigida, ſunt tamẽ in eo aliqua calida: ex quo naſcitur pulcherrima dubitatio, quam etiã tetigi in Methodo mea, vnde ſit, quòd venena frigida miſta cũ calidis, citius interficiant? & ita miſcendo frigida illa ſtupefacientia cũ calidis, obtundemus ſenſum membri in fluxionibus menſtruis, ſicut etiam ſolemus facere in diarrhœa, & dyſenteria: exhibemus enim opiata ad obtundendã acrimoniã humorum & ſenſibilitatem membri, prouocando etiam ſomnum, eo quia in ſomno fluxiones retinẽtur. Tertia indicatio ſumebatur à *vijs*: ſi modò viæ fuerint nimis apertæ, reſtringendæ ſunt, eo quòd cura ſemper fiat

B per cõtrarium. Sed quo modo conſtringentur? Quidam applicant frigida renibus: ſed ſunt nugatores, & faciunt aliquid vt videantur medici, etiam cum nocumento ægri: quum venæ ſint intrinſecus, quamuis difficilimũ ſit venas interius conſtringere, & nõ ſemper faciendum: tamen quando id faciendũ eſt, tunc debetis eas conſtringere potius cum intrinſecus aſſumptis: nam cum extrinſecus aſſumptis nihil facietis. Ergo ſi ſecundum rationẽ agendum, viæ illæ per interius aſſumpta ſunt aſtringendæ: ſed habito hoc, quibus ſint conſtringendæ, videndum eſt. Si enim exhibebitis potiones, quę ſimpliciter aſtringunt, non poterunt ad illas venas peruenire. Sunt igitur admiſcenda diuretica, quę habent proprietatẽ deducendi ad ipſos renes, vt deducant aſtringentia iſta ad renes, & vaſa: recentes autem, vt etiam Sauonarola, Gattinaria, & alij, non ſunt contemnendi in omnibus: principium enim habuerunt methodi, ſed finem attingere non potuerunt. Vbi igitur materia frigida ſit, optimum erit, ſi accipiatis ſyrupum de mentha; quia calefacit, & aſtringit: ſed non eſt exhibendus ſimplex, debetisq; aliud addere: exempli gratia: Recipe ſyrupi de mentha ℥.j. vel ℥.j. s. cum aliquo diuretico, vt cum ſyrupi acetoſi de radicibus ℥.s. vel poteſtis accipere ſyrupi de artemiſia ℥.j. s. cum decoctis ex eadem artemiſia, & chamæmalo: item ſyrupum de ribes: præterea poteſtis accipere pentaphylum: & fortè quòd pentaphylum per ſe ſumptum, optimum erit, quoniam maximè prouocat vrinam. Amplius poteſtis accipere ſyrupum, de myrtho in materia calida, permiſtum cum decoctis ex ſeminibus melonum, cucurbitæ, & cum aqua graminis: quæ om-

C nia ſunt diuretica frigida: & ſic aſtringetis vias. Poteſtis etiam hæc exhibere in forma electuarij, ea componendo modo electuarij. Quarta indicatio erat, quæ ſumebatur à *membro recipiente*, vt corroboremus ipſum, quod eſt vterus. Debetis igitur prouidere, ne tam facilè recipiat: & ſi in eo fuerit aliqua intemperies, cum contrarijs ipſum corroborabitis, & ad naturalem habitum reducetis: ſin autem fuerit apoſtema, ipſum apoſtema curabitis, & inter omnia ſemper ſtudeatis, vt vterus reddatur denſus, quia denſitas vteri eſt potiſsima cauſa intercipiendi, & ſupprimendi fluxus menſtruorum, teſte Auicenna.

Sed quoniam polliciti fueramus indicationes particulares, quæ à materia ſumuntur, non quatenus materia in communi, ſed quatenus materia talis ob eam cauſam, quod id optimum, vobisq; omnibus vtiliſsimum fore videtur, tractabimus. Itaq; pollicita præſtanda: poteſt autem materia quæ fluit eſſe varia: nam poteſt eſſe ſanguis, pituita, bilis, melancholia, ſemen. Cùm igitur tot ſint materiæ, quæ fluere poſſunt per vias ad vterum, omnes quot ſunt, tot etiam faciunt varias indicationes: aliter enim auertimus ſanguinem, ſi erumpat, quàm pituitam, & alios humores. Si namq; *ſanguis* effluet, qui totus continẽtur in hepate, & in venis per totum ambitum corporis exiſtentibus tanquã in proprio loco præter eum qui eſt in dextro ventriculo cordis, nulla melior eius eſt retractio quam phlebotomia, quatenus ea fieri poteſt, propterea quòd vera ſanguinis auerſio eſt miſsio ſanguinis per venę ſectionem. Quòd ſi ætas, vel aliqua hominis conditio repugnet, & prohibeat phlebotomiam, vt ſi ſenex eſſet, vel ſi haberet ventricu-

Indicationes curatiuæ, pro ratione materiæ fluentis ad vterũ, in fluxu præternaturali menſtruorum.

D lum imbecillum, tunc ſanguis melius auertitur cum cucurbitulis, & ſcarificationibus, cum hirudinibus, & alijs ſimilibus, quæ ſupplent vicem phlebotomiæ: & hoc ſit dictum ſatis, quia de conditionibus auerſionis abundè ſuprà diximus. Si modò *pituita* fuerit quæ fluat, & ipſa auertenda eſt: nam hæc (vt diximus) eſt indicatio communis omni materiæ fluenti: ſed quatenus talis materia eſt, variam auerſionem exigit: quònam modo pituita ſit auertenda, natura rei indicat: quam conſiderantes prudentes medici, agunt & nunquam peccant: quum itaq; pituita ſit potiſsimum, & generetur in ventriculo, & etiam in cerebro (iſta enim ſunt loca & veluti receptacula pituitæ: licet etiam quandoq; in venis generetur propter frigiditatẽ hepatis: ſed iſta non eſt ita vera pituita, ſicut illa quæ in cerebro & in ventriculo generatur) ſicq; optima auerſio erit, vt prouocetur vomitus, & educatur per nares: iſtę enim ſunt mineræ pituitæ: immo omnes ægritudines quę pendent à pituita, ſolo vomitu liberantur. Sæpe videmus, albas menſtruorũ fluxiones ſolo vomitu eſſe curatas: vt etiam Galen. admonet febrem quotidianã hoc modo curandam eſſe. Item, huiuſmodi auerſio fiet per errhina, id eſt, caputpurgia, gargariſmata, apophlegmatiſmos, ſiue maſticatoria: ſed quoniam vultis eſſe veri medici, ideo non ſatis eſt ſcire expurgandam eſſe pituitam à ventriculo: ſed oportet etiam videre quomodo ſit euacuanda, & vnde ſumimus indicationem. Scitis, pituitam eſſe humorem craſſum viſcoſum, tenacem, & obſtruentem vaſa, ita vt haud facilè euacuetur. Quare oportet vt concoquatur, & præparetur: & (vt dixi pluries) concoctio non eſt idem quod

Coctio diuerſa à præparatione. præparatio: nam concoctio eſt ſeparatio boni à malo, & fit à calore naturali, ſeparando vtile ab inutili, A
ſicut fit in pomis, piris, & omnibus fructibus immaturis: in quibus cum ſeparatur vtile ab inutili per
concoctionem, inutile difflat, & euaporat: præparatio autem fit incidendo, & abſtergendo materiam.
Igitur prius concoquenda eſt materia, & non ſtatim educenda, iuxta illud Hippocr. concocta medicari,
&c. & hoc faciendum eſt cum calore innato: ſed quoniam pituita eſt humor frigidus, vbi calor naturalis
erit paucus, illa non poterit concoqui: ideo oportet adiuuare calorem innatum, vt poſsit concoqui ma-
teria, recentes autem neſciunt quid ſit concoquere: quia abſtergunt ſolum & incîdunt: Sed hoc eſt præ-
parare. Itaque vt calor adiuuetur, oportet fouere ventriculum calefaciendo ipſum, vt dicit Galen. 4. de
Tuenda ſanitate: vbi iubet, vt æger à cibo abſtineat: & exhibet diatrionpipereon: quod habet vim cale-
faciendi: præterea pręcipit balnea aquæ dulcis: quoniam caliditas & humiditas balnei iuuat concoctio-
nem: item quietem, ita vt ſit probè coopertus pannis. Hæc enim omnia iuuant concoctionem, quæ con-
coctio fit à calido & humido. Facta concoctione, ſi pituita, quamuis concocta non poteſt bene excerni
propter ſuam viſcoſitatem, & craſsitudinem, & tenacitatem, tunc debetis accedere ad præparationem,
quæ fit incidendo materiam, & abſtergendo: & hæc dicitur præparatio vera, non concoctio. Et ideo
quum accedetis ad virum aliquem, vel mulierem laborantem fluxu pituitoſo, vel alio morbo pituitoſo,
debetis iubere, vt maneat quieta illa mulier per duos, vel tres dies, & vtatur cibis calidioribus, vt rectè
ventriculus poſsit concoquere: & ita accedere debetis ad concoctionem calefaciendo ventriculum: po-
ſtea tranſactis iſtis diebus, vbi materia concocta fuerit, niſi exeat ex ſe vel per vomitum, vel per viam vri- B
næ, tunc debetis accedere ad præparationem materiæ incidendo, attenuando & abſtergendo mate-
riam, ſi craſſa & viſcoſa fuerit: craſſefaciendo autem, ſi tenuis erit. Quapropter optimum erit in præpa-
parando humoré pituitoſum exhibere dioſpoliticon, diacalamenton, diacyminon, & quæ magnam vim
habent incidendi, vt docet Galen. in 4. de Tuen. ſanit. & ita ſemper prima eſt concoctio: deinde ſequi-
tur præparatio, niſi natura expulerit ante præparationem materiam concoctam. Cæterùm tranſacta ſe-
ptima, vel decimaquarta, tunc demum vos euacuatis cum euacuantibus pituitam, ſi natura nō euacuat,
& tunc omnia feliciter ſuccedent, & cũ ratione, ita vt omnes etiam vos admirétur: & iſte eſt modus ope-
randi. Sed habito modo, videndum eſt cum quibus inſtrumentis ſit operandum: inſtrumenta ad conco-
ctionem faciendam iam dicta ſunt: ad inciſionem verò præter electuaria multa, ſunt inſtrumenta bona,
diacyminon, dioſpoliticon, diacalamenton, plirisarcoticon, confectio diamuſci, diambar, confectio im-
perialis, & omnes confectiones calidæ ſyrupi, qui incidũt, abſterguntq;, vt oxymel, quod tamen non ca-
lefacit, ideo valet in materia calida. Sed ſi vultis calefacere, vt hoc poteſt, debetis eligere oxymel cum ra-
dicibus, deinde ſyrupum de hyſſopo, de abſinthio, propter magnam abſterſionem, & alia ſimilia: ſed non
in principio vti debemus ſyrupo de abſinthio propter nimiam abſterſionem, deinde ſyrupus de betoni-
ca celebratur ab iſtis, quo quidem ſemper vtuntur: ſed neſcio quare tantopere ipſum extollant, quũ apud
me nō habent vim incidendi, neq; abſtergendi, eo quia inciſio fit à calore: & caliditas nō reperitur in iſto, C
quæ ſit ſufficiens ad incidendũ: nec etiam abſtergit, quia abſterſio ratione amaritudinis eſt: atqui illi non
ineſt amaritudo, & ita non video, quomodo incîdat, & abſtergat Habetis autem omnia iſta, & multa alia
inſtrumenta in lumine, & apothecariorum theſauro. Item in Meſue, & in Nicolao illo Græco, quẽ ego in
arcanis habui, nũc traductus eſt, in eo ſunt omnia copioſiſsimè: iſta eſt via procedendi in pręparanda pi-
tuita. Ad eam autem euacuandam præcipua vis eſt in agarico, colocynthide, elaterio. cnico, turpeto ſiue
Turbith. turbith: ſed à turbith vſitato abſtineatis, quantũ poſsibile eſt: quia nihil aliud facit, niſi quod turbat ven-
triculum: & credo, quod dictum ſit turbith à turbando, quia turbat, & non euacuat humores: pręter ergo
ipſum turbith laudo omnia alia: habetis etiam compoſita, vt eſt confectio Hamech: pilulæ cochiæ & ag-
gregatiuæ ſunt conuenientiſsimæ, iſta ſunt quæ dicenda erant de euacuatione pituitæ. Si verò fluat *bilis*,
& auertenda ſit, à quo membro fiet auerſio? Nam bilis eſt tanquã tyrannus quidam peſsimus: non enim
habet certam ſedem, neq; ſcit ſtare loco: bene habet propriã ſedem generationis, ſed nō manſionis: nam
quandoq; eſt in vētriculo, quandoq; in capite, quandoq; in venis, & in ambitu totius corporis: neq; po-
teſt celari, neq; ſe abſcondere vbi eſt, quia ſemper ſe oſtendit, & manifeſtat. Nam ſi fuerit in toto ambitu
corporis, proditur colore citrino: ſi in ventriculo, facit nauſeam, & ſitim: ſi in capite, fit furor, calor, phre-
nitis, vigiliæ. Vbicunq; igitur ſit, à loco auerti debet: & commodiſsimè quidem ſi in ventriculo per vo-
mitum. Sed dubium eſt, vtrum ſtatim euacuanda ſit, nulla prępoſita præparatione? Nonnulli noui, Rha- D
ſis etiam, voluerunt, quòd bilis ſtatim euacuaretur, & nulla indigeret præparatione: quandoquidem ſit
humor tenuis, ſubtilis, mobilis, & ſtatim exeat. iſtud eſt falſum: & iſti decepti ſunt, quia non perfectè di-
dicerunt medicari: nec cognouerunt in bile tres eſſe conditiones, quæ maximè requirunt præparatio-
nem: prima eſt, quę etiam ei eſt communis cum alijs humoribus, quod bilis eſt permiſta ſanguini: & quũ
ſit permiſta ſanguini, certum eſt tunc non debere euacuari: quoniam bonum ſimul cum malo educere-
tur: oportet prius ſeparari bonum à malo, & hoc quidem eſt concoquere, quod fit à calore naturali. Sed
quomodo id faciemus, quum hic calor ſit maior quàm oportet, & calor faciat concoctionem? Nam ſi au-
geamus calorem, fiet maior copia bilis, & augebimus fluxum. Quomodo ergo faciemus? Dico quod nō
augendus eſt calor: ſed calor adæquandus, & ad temperamentũ reducendus contemperando, & remit-
tendo calorem illum auctum cum frigidis, & humidis, ſicut in pituita: vbi calor erat diminutus, augeba-
tur calor, & ita ad temperamentum reducebatur. Verùm ſtatim dicet aliquis, quomodo cum frigidis &
humidis concoquitur, cùm concoctio fiat à calore naturali. Dico quòd frigidum & humidum non con-
coquit, ſed calor temperatus eſt, qui concoquit: & quum remittatur calor ille præter naturam à frigido
& humido, & fiat naturalis, propterea dicimus, quòd à frigido & humido fiat concoctio, remittendo il-
lum calorem, & faciendo ipſum temperatum: & ita ſemper concoctio fit à calore innato temperato: nam
ſi calor diminutus eſt, augetur: ſi auctus, diminuitur. Syrupus itaq; frigidus & humidus, non eſt qui con-

coquit,

A coquit, vt Germanus ille Fuchſius decipitur in ſua methodo: & iniuſtè inuehitur in recentes: quia nemo ita ſentit. ſed ſyrupus alterat, & reducit calorem innatum ad temperamentū: qui poſtea ad temperamentum reductus, ſeparat bonū à malo, & iſta eſt concoctio. Habet igitur bilis primò, quod eſt permiſta cum bono, & ita debet ſeparari: ſeparatur autem remittendo calorem. deinde habet bilis vnum aliud, propter quod indiget fortaſſe maiore cōcoctione, quàm pituita: nam quum ſit ſyncera, feruet, attrahit, exiccat, excoriat, & vlcerat locum per quem tranſit, vt apparet in dyſenteria, & cum mouetur in febribus acutis: & ego vidi cholericum humorem non concoctum, dum tranſiret per inteſtina facere dyſenteriam, & fluere ab ortu diei vſq; ad veſperam. Eget ergo bilis maiori præparatione, quàm vllus alius humor: & minimè mouenda eſt, antequā concoquatur, obtundatur, ac præparetur: & certè longè maius periculum eſt euacuare bilem nō concoctā, vel præparatam in illa ſua nō naturali diſpoſitione, & furioſa, quàm pituitam, quando adhæret: quia in bile ſequuntur inflammationes, & excoriationes, & alia incommoda: in pituita verò ſequitur illud ſolùm, quod nihil educitur. Cum refrigerantibus igirur & humectantibus bilis eſt & præparanda, & concoquenda, quæ calorem adæquent: & hæc ſufficient ad concoctionem. Atque etiam bilis acrimonia obtundenda eſt: & ſic admiſcebimus emplaſtica, quæ habent vim obtundendi acrimoniam. Ad obtundendam bilem maximè conuenit in cibis chondrus, quem vulgares Far appellant: eſt

B enim in eo vis emplaſtica. deinde pedes vitulorum conueniunt, & omnis deniq; cibus emplaſticus. Antiqui dabant res confectas ex paſta, vt placentas, lagana, & paſtacea reliqua. Hipp. in hoc caſu dat piſces paluſtres, vt vitient humorem biliosum: tertiò habet bilis quando eſt ſyncera, quod eſt tenuis, & calida, & ob id aperit membra, & imbibitur bilis ita, vt non facile ab ijs extrahatur, niſi utamur abluentibus & abſtergentibus: ergo bilis abluenda eſt, & abſtergenda cum humidis, quæ ſunt ſine caliditate, vt ptiſana: quæ habet vim abſtergendi ſine eroſione, abluendi, & refrigerādi. Item potus aquæ hordei, & aqua mulſa bene diluta: vt ſint octo partes aquæ, & vna mellis: vel ponatur ſaccarum loco mellis, vt nos facimus: longeq; meliora ſunt ſemina maiora melonum, cucurbitarum, cucumerū, & citrullorum: quod in Ægypto anguria, hoc eſt Galen. pepo. Sed caueatis à ſyrupis de anguria, quum ſint frigidi, & crudi: & licet Ægyptij non habeant aliud melius pro præparanda bile, quàm ſuccum anguriæ & optimè faciant: noſtri tamen medici, qui & ipſi volunt idem facere, malè faciunt, quia non vident quòd multum differunt noſtræ anguriæ ab illis: nam noſtræ ſunt admodum crudæ ratione noſtri cœli, & quia ſumus alia in regione. Illæ autem, quia Ægyptij ſunt in regione valde calida, ſunt optimæ & commodiſſimæ, ex quarum vna expreſſa, exit ferme ſitula ſucci. Itaq; quum bilis tria habeat vitia, tria etiam habebit inſtrumenta, quibus illa corrigantur: primum enim cum frigidis & humidis eius calor remittendus eſt: deinde cum emplaſticis obtundenda eſt eius acrimonia: tum bilis cum imbibatur in penitioribus locis cum attrahentibus & abſtergentibus eſt extrahenda. Ex quo patet, eos qui dicunt quòd bilis non ſit concoquenda, falſum dicere.

C Sed quomodo euacuatur bilis? illis peractis, euacuatur cum rhabarbaro, ſcammonio, manna, caſſia, cum ſyrupo roſato ſolutiuo ἐξ ὀπώρων, & cum multis alijs, quæ omnia medicamenta diſtincta habetis per ſua capita apud Aetium, Paulum, Actuarium, & Meſuen: & hæc ſunt ſatis de bile. Quantum verò attinet ad *humorem melancholicum* auertendum, qui maximè reſidet in ſplene, licet quoad generationē etiam in hepate generetur: nam omnia excrementa in hepate fiunt, aliquando tamen ſpargitur per totum corpus, & ad vterum quoque deſcendit vel præ multitudine humoris, vel ex imbecillitate ſplenis. Si erit ratione multitudinis, tunc melancholia per phlebotomiam aut hæmorrhoidas educetur, vel per pharmaca euacuantia melancholiam: per vomitum autem minimè tentetis, quia nihil eſt deterius, quàm euomere nigra, vel ciere vomitum in humore melancholico: quinetiam cauendum eſt à validè educentibus, vbi eſt dominium melancholiæ. Et ideo optimè facit Galenus qui non tranſit epithymum, & pilulas de Hiera ſ. licet aliqui admirentur ipſum, quoniam non eſt irritandus iſte humor: ſed quando debet euacuari, prius eſt cōcoquendus, vt bonum ſeparetur à malo: id quod maxime fiet cum rebus odoratis, & confortantibus calidis & humidis temperatè: neq; iſta concoquentia debent eſſe tantæ calliditatis, ſicut ſunt concoquentia pituitam. Cibi humidi, balnea aquæ dulcis maximè conuenient. Item vina alba, tenuia, mediocriter dulcia: ſi potiones vultis, optimus erit ſyrupus de ſucco boraginis, & bugloſſæ: item ſyrupus de glycyrrhiza: ſyrupus de pomis dulcibus: eſt enim calidus & humidus. Amplius confectiones non nimis calidæ conueniunt, vt confectio ex oleo amygdalarum dulcium, & zuccaro, ſyrupus

D vel confectio Sabor regis: & ita vbi humectaueritis corpus aliquo tempore, quum terreſtris admodum ſit iſte humor, debetis poſtea vti acetoſis inciſiuis, ſed non continuè: nam quum per quatuor aut ſex dies humectaueritis, exhibendo ea quæ ſupra diximus: deinde per duos aut tres dies incidetis dando oxymel, piſces ſalſos, acres cibos. Legatis Aurelianum methodicum de morbis chronicis, vbi optimè docet præparare humorem melancholicum hoc modo: primùm per octo dies cibat ægrum cum optimis alimentis calidis & humidis: poſteà deuenit ad piſces, & ad cibos acres inciſiuos: & ita vtitur diæta ab iſtis recorporatiua dicta: & ratio eſt ſua anaſyncriſis, eo quia Aurelianus ſequitur doctrinam Aſclepiadū, qui putabāt corpora conſtare per σύγκριſιν, & ita cū leuioribus ſemper procedit. Nā quæ euacuāt melancholiam, præter iſta ſiccant corpus: quæ verò valde exiccāt corpus, augent melancholiā: hæc ſatis quantū ſit de quatuor illis humoribus. Sed quoniā eſt aliud genus humoris ſcilicet ſemē ipſum quod facit gonorrhœā, & exit à matrice, ideo nunc videndū eſt, quomodo iſte humor curari debeat. Scitis, vt dicebamus, *Indicationes curatiuæ in Gonorrhœa.* quū de cauſis ageremus, quod gonorrhæa fit quinq; de cauſis: vel propter multitudinē ſeminis, vel propter malā qualitatē, & acredinē ſeminis ſtimulantē virtutē, vel propter debilitatē virtutis cōtentiuæ, vel *Là Morbo.* quia viæ ſunt nimis apertæ, vel quoniā corrūpitur ſemē: vnde ſtimulatur virtus ad expulſionē: iſta quinq; faciūt diuerſas indicationes. Nam ſi à multitudine ſeminis fuerit, ſtatim cū frigidis & ſiccis occurretis, & ex his nutrietis ęgrū, & iubebitis vt à carnibus & vino abſtineat, & vtatur aceto, lentibus in aceto coctis, & omnibus deniq; cum aceto conditis, vt paucisſimū ſemen generet: nam debetis exhibere, quæ paucū

ſemen generent: idcirco mentha eſt optima, quia prohibet generationem ſeminis: vnde milites antiqui vtebantur mentha in caſtris pro cibis quæ Itali meneſtras, Galli potagia vocant: quia caſtitatem inducit. A

20. Problem. Qua in re Ariſt. errauit in Probl, vbi volēs reddere cauſam, cur milites nō vterētur mētha in caſtris, dicit quod prohibet Venerē: quantū ad hoc, rectè dixit: ſed deinde audēs huius rei reddere cauſam, dicit eam prohibere ſemen ob ſuam frigiditatē, quod falſum eſt. ſiquidē illud ſit ratione ſuæ ſiccitatis: nam mentha valde exiccat. Bonus conciliator volens excuſare Ariſt. dicit, fortaſſe voluit dicere, Mentha eſt frigida, id eſt calida: fortè irridens ipſum. Debemus igitur nutrire ægrū tali nutrimento, quòd exiccet ſemē, vt eſt mentha, quæ ratione ſiccitatis prohibet ſemen: præterea debemus facere, vt multū laboret & regatur ſecundum præceptū Auic. in capite de his qui inhoneſto vtūtur coitu, vbi dicit, quod tales indiget verberibus, vt contineātur in officio, & ponendi ſunt in carceribus: nā ita remittetur ſemē. Si vero gonorrhœa fuerit ex nimia tenuitate ſeminis, & acredine, vti debetis rebus emplaſticis, ſicuti eſt tragacanthum diſſolutum in aqua roſacea, & violacea: deinde ſyrupus de iuiubis, de mirthis. Amplius chondrus, oriza, cucurbita, & omnia emplaſtica conueniunt ad hoc, vt tenue fiat craſſum: nam quando ſemen nimium tenue eſt, emplaſtica conueniunt. Qui porrò ſemper eodem modo curant diſpoſitiones à diuerſis cauſis ortas, mirum eſt dictu quot errores committant miſeri, qui ita ſine methodo curant. Si verò gonorrhœa ſit propter nimiam apertionem viarum, & laxitatem, ſemper ſtypticis vtendum eſt, vt aqua plantaginis, & alijs, quæcunq; adſtringunt interius & exterius admota. Si fuerit ex debilitate virtutis contentiuæ, hoc poteſt eſſe vel quia partes illæ relaxantur ex nimio coitu, quia humore crudo humeſcunt, vnde calor naturalis diminuitur, & redditur imbecillis, & tunc iſti adiuuantur cum rebus valde & optimè nutrientibus, & cum vino bono, ſtyptico, nigro, odorato, & aromatico: vel propter maximum laborem, & coitum. Si verò fuerit propter corruptionem ſeminis, hic tria ſunt facienda: primùm ſtatim debet euacuari quod corruptum eſt aperiendo: & caueatis, ne conſtringatis in principio: deinde facta euacuatione debet prohiberi putredo, faciendo euentationem cum balneis, fomentis, & euaporationibus, adhibendo, calefacientia, & aperientia: tum cum adſtringētibus, & corroborantibus adiuuare oportet. Hinc facile apparent errores practicantium vulgarium in curanda gonorrhœa. primùm errant, quia ſemper exhibent emplaſtica, & frigida: deinde peccant, quia ſemper interius, & exterius applicant adſtringentia, quæ debent applicari in dilatatione viarum: præterea peccant ſupra renes frigida admouendo. Nam frigida debent applicari ſub renibus, non autem ſupra renes: neque in medio renum, ſed inferius. Nam ſcitis à vena in ſiniſtra parte ad renes tendente prius, quàm renes attingat, ramum porrigi ad vterum, ſeu ad penem: in dextra autem non item, ſed à medio corpore venæ cauæ exit ad vterum, ſeu teſticulos. Miror ego cur applicent remedia ad renes: ſanè in parte ſiniſtra infra renem poſſent applicari, & magis verſus ſpinam. At cum bene intra coxas vtrinq; accedant venę ad teſticulos, nō video quomodo ibi ſub coxis nō rectè poſſint applicari remedia. Sed non confidatis multum in his quæ exterius applicantur, ſed magis confidatis in his quæ intrinſecus ſumūtur, quia hæc conuenientiſſima ſunt. Reliquum modò eſt, vt explicemus indicationes, quæ ſumuntur ab effectibus conſequentibus morbū, qui ſunt tres, motus, tempora, & terminus præcognitus: ab his tribus debet bonus medicus ſumere indicationes. Incipiamus à motu. motus ægritudinis poteſt & debet intelligi dupliciter: vno modo pro ipſa alteratione quę imprimitur in corpore affecto tanquam paſsio: alio modo pro inuaſione, ſeu incremento. quod fit certis & ſtatis diebus, & vterq; motus facit diuerſas indicationes. Motus primo modo dictus poteſt dupliciter conſiderari: vel enim iſta alteratio, ſeu impreſsio procedit tardè, vel velociter. Si tarda eſt, indicat quod ratio victus, & medicinæ debent ipſe ita tardè procedere. porrò tarditas ipſa poteſt prouenire à pluribus cauſis: vel enim erit propter debilitatem virtutis tardè cōcoquentis, vel propter aliquem malum affectum, & anguſtias viarum: vel propter craſsitiem, viſcoſitatem, & cruditatem materiæ: à quacunq; cauſa prouenerit iſta tarditas, ſemper debet medicus tardè procedere. Nam ſi fuerit propter imbecillitatem virtutis, virtus ipſa corroboranda eſt, & nō ſtatim feſtinandum eſt ad ipſum medicamentum, quia tunc virtus corroborata facile inſurget ad aliquam criſim faciendam. Si verò fuerit ob anguſtias viarum, neque tunc eſt feſtinandum ad medicamenta, ſed prius debemus aperire & diſponere vias. Si fuerit ob craſsitudinem & cruditatem materiæ, hic etiam debemus tardare: nullo enim modo eſt educenda materia, niſi prius concoquamus, & præparemus eam & ita à quacunque cauſa contingat tarditas motus, debet & medicus tardè procedere, aliter in vanum laborabit: idem voluit Hippoc. in ſecunda particula Aphoriſm. 8. vbi dicit, quòd corpora quæ tardè reſoluuntur, tarde etiam refici debent. Quòd ſi tarditas motus fuerit à tribus iſtis cauſis ſimul, vel à duabus, eo magis erit tardandum. Si modò motus eſt velox, nimirum erit propter cauſas contrarias, vel propter fortitudinem virtutis, vel propter amplitudinem viarum, vel propter tenuitatem materię. & tunc non debemus tardare. Nam ſi tardaremus, periculum eſſet, ne materia præcipitaretur ad membrum aliquod nobile, & principale, & faceret aliquam inflammationem. Et hoc eſt quod dicit Hipp. in acutis morbis, Raró in principio vtendum eſt medicamentis: & in principio ſi quid videtur mouendū, moue, &c. & ita quum motus fuerit velox, quia tunc materia turget, eſtq; ferè furioſa, ideo minimè tardare debemus: & hæc de motu conſiderato pro alteratione. Si verò conſideretur motus, vt eſt exacerbatio certis & ſtatutis diebus inuadens, tunc videndum eſt vtrum inuadat in die pari, an in die impari? Nam ſi in die impari exacerbatur morbus, tunc in die pari medicamēta exhibebitis, & victum inſtituetis: ſi verò fiet exacerbatio in die pari, contrà in die impari occurretis. Quare ita faciendum? præceptum eſt hoc: quòd ſemper in die minoris exacerbationis debemus cibare, & mederi. ſed dicet quis: mihi videtur potius eſſe faciendum oppoſitum, quia debemus occurrere, quādo materia eſt in motu: ſiquidē tūc facilius euacuatur. At in die afflictionis eſt huiuſmodi: ergo, & ſicut etiā magis iuuandus eſt ille, qui eſt in periculo. Reſpondeo, quòd totū contrariū eſt faciendū, quia maximum eſſet incommodū, aggredi curationem in die afflictionis, & in tempore maioris exacerbationis: &

ratio

Margin notes: B (beside "hoc poteſt eſſe vel quia partes…"); *II. à Motu morbi, dupliciter.* C (beside "magis confidatis…"); *I.* (beside "à motu. motus ægritudinis…"); D (beside "riſm. 8. vbi dicit…"); *II.* (beside "conſideretur motus, vt eſt exacerbatio…").

A ratio eſt, quoniam nihil aliud eſt exacerbatio, quàm motus violentus naturæ inſurgentis contra materiã, tanquã velit cum ea pugnare, Gal. 3. de Criſibus. Hæc cùm ita ſint, ſi tunc occurritis, & velitis iuuare naturam, multa & peſsima incõmoda ſequentur: primò ex quo tunc natura eſt occupata circa materiam, & circa morbum inimicũ, ſi pharmacũ exhibeatis, quũ illud debeat deduci ad actum à natura: ea erit coacta relinquere morbũ, & conuertere ſe ad medicamentũ, & interim morbus fiet fortior ſupra naturam: & ita quũ prius pugnaret tantùm contra morbũ, nunc etiã contra pharmacũ pugnabit: nam & hoc in principio eſt illi inimicũ. Quare quum duos habeat hoſtes, magis ac magis aggrauabitur: prçterea natura in ea pugna repatitur, & fit imbecillior: quòd ſi pharmacũ exhibeatur, adhuc reddetur imbecillior, ita vt quãdo non poſsit pugnare contra morbũ, & contra pharmacũ, ſuccumbendum ei ſit. Amplius natura in ea pugna ſæpe tentat expulſionẽ per aliquam partẽ, quam tu ignoras, aut per ſudorem, aut per vomitum: & quum das pharmacum, tu ducis per ſeceſſum, & impedis virtutẽ, ne poſsit expellere quod tentat. Ad hęc dum natura cõcoquit illam particularem materiã facientem exacerbationẽ, tu exhibendo pharmacum, auertis naturam ab illa actione, & ita natura irritatur quandoq;: & vt dicit Gal. 3. de Diebus criticis, prorumpit ante tempus criſis, quod dicunt [illegible]: & fiunt peſsimæ criſes, & ſequuntur peſsima accidentia, quoniam materia ante concoctionẽ irritatur: vnde natura cogitur præcipitare ipſam materiã ad aliquod membrũ nobile: & contingunt omnia incõmoda, quæ fiunt à criſi imperfecta, & non facta conuenienti & debito tempore, quæ fit materia nõ concocta. Quare longè plura ſunt incommoda hic, quàm
B ſi reſpicias motum materiæ: nec valet illa ſimilitudo de amico in periculo exiſtente, quia non eſt eadem ratio. Non eſt igitur mouenda materia in die afflictionis, ſed in quiete: nam ſi mouerimus materiam paratam & concoctam, tunc fiet eductio facillima: & quamuis non purgetur tota materia vnica vice, in alia poſtea acceſsione natura inſurget fortior ad reſiduum expellendum, fientq; breuiores & minores paroxiſmi: iſtæ ſunt indicationes, quæ ſumũtur à motu ægritudinis, quæ eſt prima affectio contingens morbo. Secunda affectio morbum conſequens, ſunt quatuor tempora, principiũ, augmentũ, ſtatus, & declinatio, quæ omnia habent varias indicationes medendi, & ſunt diligenter aduertenda: nullus enim bo- *III. à Temporibus morbi.*
nus medicus in principio medetur, ſicut in augmẽto, ſtatu, & declinatione. Sed quoniã tempora poſſunt conſiderari dupliciter, vno modo, vt particularia vniuſcuiuſq; acceſsionis: alio modo, vt vniuerſalia totius morbi: Galenusq; ſingulis dicauit librũ. Incipiamus à temporibus particularibus, & primò conſideremus indicationes quæ ab eis ſumuntur: quia hæc magis vrgent propter rationẽ ciborũ: tempora particularia quatuor ſunt, ſicuti & vniuerſalia & vnaquælibet acceſsio habet quatuor tempora, principium, augmentũ, &c. quæ tempora diſtinguuntur inter ſe penes cruditatem, & concoctionẽ, vt aliàs diximus. Indicationes igitur quæ ſumũtur à tẽporibus particularibus, ſunt particulares, & dupliciter poſſunt ſumi, vel ratione cibãdi, vel ratione pharmacãdi: quantũ ad cibationẽ, certũ eſt quod neq; in principio, neque in augmẽto, neq; in ſtatu acceſsionis ægrũ cibare debemus: & hoc propter autoritatẽ Hipp. in fine primi de Ratione victus, vbi dicit, quod quãdo calor ad pedes deſcẽderit, tũc eſt cibãdus æger: per calo-
C rẽ aũt qui reliquerit partes ſuperiores, & deuenerit ad infimas, intelligit declinationẽ, vt ibi exponit Gal. prçter autoritatẽ eſt ratio etiã à natura rei ſumpta: nã ſcitis, quòd in acceſsionibus vẽtriculus, & thoracis partes maximè calent, ac feruẽt in principio, augmẽto, & in ſtatu ſunt in ſummo: quod ſi tũc detur cibus. quũ cibus à calore naturali moderato cõficiatur, & ab immoderato aduratur, quoniã ibi eſt calor immoderatus præter naturã, aduritur, & inflãmatur cibus, & ita augetur paroxiſmus, quia calor adhuc magis augetur tũ intenſiuè, tũ extenſiuè, & totũ corpus incẽdit, ipſumq; exiccat. Igitur nullo modo eſt exhibẽdus cibus in principio, augmento, aut ſtatu: in declinatione aũt, quũ tunc temporis calor ſit moderatus, poteſtis cibare ægrum, quia cibus tunc bene cõficitur à calore naturali, & nõ aduritur: & hoc quantũ ad cibationem Quantũ vero ad medicamenta exhibenda, dico quòd in ægritudine habente huiuſmodi acceſsionem neq; in principio, neq; in augmento, neq; in ſtatu debetis dare pharmaca, ſed in declinatione, vel tempore quietiori: huius rei rationes dictæ ſunt ſuperius, quãdo loquebamur de motu ægritudinis. Sed hic inſurgit dubitatio, ſi quotidie fiant acceſsiones, ſicuti in tertianis nothis contingit, & proportionalibus, quæ continuas quotidie habent acceſsiones, vt etiam in hæmitritæo contingit, in quo tempore euacuandum erit? Supponamus quòd in die illa, quæ ſit minoris afflictionis, ſint ſæua accidentia, ſicut de facto poteſt contingere: dicet aliquis, euacuandum erit in declinatione paroxiſmi, quia ille eſt pars quietiſsima. Sed contrà: ſi in declinatione euacuatis, tunc contingunt duo incommoda: quod prohibe-
D tis ægrum à cibo, & à ſomno, eo quia nullum eſt aliud tempus cibandi ægrum, & dormiendi præter declinationem: nam in illa debet æger cibari, & dormire: & ſi in declinatione exhibes pharmaca, quando cibabitur & dormiet æger? ſi in declinatione non eſt pharmacandus æger, ergo in principio futuri paroxiſmi: in principio autem paroxiſmi hoc non poteſt fieri commodè, nec rectè, ſicuti diximus, quia deteriorem reddemus exacerbationem. Reſpondeo, & notate quia recentes implicantur, & multos interficiunt, quos Deus nouit: dico igitur quòd in huiuſmodi ægritudinibus habentibus acceſsiones ſuas continuas ita, vt non ſit notabilis differentia vnius diei ab alio, ſi materia eſt calida, & ſit bilis, vt plerunque contingit, nullo modo debetis exhibere pharmacum euacuatiuum, ſed tantùm debetis facere miſſionem ſanguinis in declinatione: nam ex huiuſmodi ſanguinis miſsione primò euacuatur corpus ſtatim, deinde non prohibetur cibus, nec ſomnus: quia poſt horam miſsionis ſanguinis poteſt cibari, & dormire, ſi modò virtus conſtiterit: quod ſemper intelligendum eſt, quia ſi virtus non conſtaret, etiam non pharmacares. Virtus enim debilis non poteſt operari: & ſi virtus non operatur, fruſtra medicus aggreditur curare: nullum ergo pharmacum eſt exhibendum in caſu: nam ſi pharmaca exhibueritis, ſemper augebitis morbos, eoſq; reddetis deteriores: ac credatis mihi, huiuſmodi ægritudines non curantur medicamentis: ſed curantur primò miſsione ſanguinis, poſtea refrigerantibus, & abſtergentibus, prouocantibus vrinam, & lenientibus aluum. Si verò fuerit materia frigida, ſicuti in febribus

quotidianis contingit, quæ eodem modo continuè affligunt, neque etiam nunc debemus euacuare, vel mittere ſanguinem: ſanguis enim mittendus non eſt, quia nulla eſt indicatio miſsionis ſanguinis, quoniam hic materia frigida craſſa & viſcida eſt: quandoque tamen contingit, vt parum ſanguinis mittatur: & tunc quando eſt obſtructio aliqua in hepate, & raro hoc contingit, nec fit niſi in principio. Quid igitur faciendum? Certum eſt, quod omnem ægritudinem à materia pendentem ſanat euacuatio. Quibus igitur euacuantibus vtemur? conſilio meo vos euacuabitis materiam illam frigidam per vomitum, ita vt æger prius cœnet, & poſt cœnam euacuetur: & talis euacuatio erit præſentanea: & iſte eſt vnus modus euacuandi pituitam: alius modus eſt, vt ſemper aluus ſit lenis, & aperta: oportet igitur primo lenire ventrem cum flore caſsiæ, & cum clyſteribus: deinde oportet vti incidentibus, & abſtergentibus, & ſyrupis: præterea cum frictionibus euacuatur pituita, non in principio, ſed ſuo loco, & tempore debito, ita vt primò leniatur venter, deinde dentur ſyrupi: deinceps prouocantia vrinam & frictiones adhibeantur. Iſtis medicamentis occurretis febribus continuis. Si verò acceſsiones habuerint interualla, vt contingit in reliquis febribus, tunc poteritis euacuare in die quietiori. Sed poſſet aliquis dicere: Cur poſuiſti hæc, dum vis fluxionem menſtruorum euacuare? Feci hac de cauſa, tum vt vos docerem regulam & methodum, quæ deſeruiet non ſolum fluxionibus, ſed etiam omnibus ægritudinibus, tum etiam quia hactenus non diximus de huiuſmodi vniuerſalibus: & quoniam ſunt, qui non amplius vocabunt medicinę, ne defraudentur, hoc dicendum erat in vniuerſali. Sed adhuc eſt vna alia quęſtio, & dubitatio: Nunquid ſtantibus rationibus per me dictis, quòd in die maioris afflictionis non licet dare pharmacum, an B liceat ſaltem exhibere ſyrupos digeſtiuos? Reſpondeo, quòd ſi vnquam hoc inuenietis apud bonos autores, erit mihi gratum, ſi illud quoq; mihi oſtenderitis. Sed dico vobis, quòd nunquam inuenietis apud aliquem, quòd in die maioris afflictionis debeat æger vel cibari, vel pharmacari aliquo medicamento alterante, id eſt quod habeat aliquam energiam alterandi, incidendi, & abſtergēdi: eo quoniam omnia incommoda ſuperius dicta ſequentur à pharmaco faciente aliquam euacuationem in die paroxiſmi exhibito. Non eſt igitur cibandus, aut pharmacandus æger in die maioris afflictionis. Sed qui velint exhibere ſyrupos prouocantes vrinam, eos debent exhibere in minori afflictione, nimirum in declinatione: quoniam illud eſt tempus conueniens: non autem in principio, augmento, & ſtatu. Sed in augmento & in ſtatu debetis occurrere accidentibus: vt ſi fuerit maxima ſitis, nō debetis eſſe ita crudeles, vt nihil exhibeatis: nam malè faceretis: ſed debetis potare ægrum, & refrigerare tranſacto principio: ſi fuerit periculum ſyncopes debetis præuidere, & occurrere, ne accedat, ſicuti docebimus in anno futuro, Deo dante: & ita in accidentibus moleſtis circa augmentum & ſtatum debet occupari bonus medicus: vt ſi fuerit humor tenuior repens ad ventriculum, ipſum cohibebit. Si dolor capitis ita intēſus, vt etiam ſit periculum delirij, debet refrigerari caput ratione delirij, & occurrere cū fomentis refrigerantibus: & ſic in alijs. Iam diximus, tempora poſſe dupliciter conſiderari: vno modo vt particularia, de quibus iam diximus: alio modo vt vniuerſalia, de quibus nunc dicendum eſt: quomodo ab his ſumuntur indicationes cibandi, & pharmacandi? Certum eſt, quòd nec in principio, nec in augmento, nec in ſtatu, quantum attinet ad C pharmaca euacuantia, debent exhiberi: quia concocta medicari, &c. Sed dicet aliquis, Nónne in ſtatu materia eſt concocta? Si concocta eſt, cur non euacuas? Præterea quomodo in declinatione vis euacuare, ſi tunc iam omnia ſunt perfecta, & euacuata? Reſpondeo, & dico, quòd in ſtatu natura euacuat: & quū natura euacuat, non debet medicus aliquo modo ſe intromittere. Bene verum eſt, ſi natura non euacuaret tempore ſtatus, materia concocta, tunc medicus debet euacuare, quia dicit Hipp. Et ſi natura nō euacuat, vel non mouet, moue tu hora motus eius: ſed dum natura euacuat, medicus nihil debet operari. In declinatione autem dixi, quòd debet medicus euacuare, eo quia contingit aliquando quod natura facit criſes imperfectas, ita vt non euacuet totam materiam. & quoniam quæ relinquuntur in morbis, iuxta Aphoriſmum, recidiuas facere conſueuerunt: ideo oportet, vt medicus euacuet reſiduum humoris relicti: verum eſt: quòd ſi natura perfectè euacuat in ſtatu, non amplius euacuabit medicus. Nam medici eſt ſolū incidere, præparare, diſponere, & cōcoquere materiā, quę incidenda, præparāda, & cōcoquenda eſt. Natura aūt eſt illa, quæ operatur: & non eſt neceſſariū quod ſemper medicus euacuet, niſi quādo natura nō euacuat: & quū in ſtatu natura euacuet, ob id in ſtatu medicus nō debet euacuare: & ſi nō perfectè in ſtatu euacuat natura, tūc in declinatione euacuabit medicus: & hoc quantū ad pharmaca attinet. Quantū verò ad cibationē, habetis Hipp. 1. Aphor. itē in toto libro de Ratione victus, & in libro de Criſibus: in D quibus locis docet, quòd debemus regulare cibū ſecundū quod regulantur quatuor tēpora: nam ſi fuerit principiū breuius, victus parcus & tenuis eſt inſtituendus: ſi longius, victus copioſior & craſsior eſt inſtituendus: & ſimiliter dicendum de reliquis temporibus: & hæc de indicationibus, quæ ſumuntur à ſecūda affectione cōtingente morbo. Tertia affectio erat terminus præcognitus: plurimum enim refert cognoſcere, quorſum terminabitur morbus, non ſolùm ad curationes, ſed etiam ad præcognitiones: quę quum mali quippiam prænunciant, culpa liberant medicum: ſi poſtea accidat contrà, vt bonum aliquod oſtendant, maximā medico pariunt exiſtimationē. In menſtruis albis fiunt multæ permutationes, criſes vel bonæ, vel malæ: quę quandoq; terminantur ad criſim, quandoq; ad hydropiſim, quandoq; imperitus medicus facit errorē, & quandoq; mulieres pariter, ſæpiusq; confugiunt ad obſtetrices: aſtringentibus vtūtur, & ita inducūt miſeras patientes in apoplexias, & alios morbos. Si autē in hydropiſim debeat fieri terminatio, cognoſces ex ſignis: ſi in phthiſim, tota corporis facies marceſcet, & mutabitur. A varietate ergo terminorū varias ſumes indicationes. Si terminus fuerit laudabilis vt ſi incidat in hæmorrhoidas, habes indicationem à termino præcognito, quòd adiuuanda natura ſit, quæ materiā per hæmorrhoidas expellat. Si autem menſtrua fuerint alba, & fiant vomitus multæ pituitæ, eſt terminus bonus, qui adiuuabitur, vt ſit ſufficiens. Si humor ille fuerit viſcoſior, excoquendus erit, & incidendus, vt eo facilius excernatur: & hactenus habuiſti indicationem à morbo. Indicatio à loco affecto. In loco affecto iſta conſiſte-

IV. à Termino præcognito.

Indicationes à loco affecto.

A ſiderantur, Subſtantia an ſit carnoſa, an neruoſa, membranoſa, oſſea, an etiam pluribus conſtet, vt ſunt muſculi. Modus ſubſtantiæ an ſit dura, mollis, aſpera, lenis. Temperies an calida, frigida, vt caro, oſſa, nerui. Colligantia, an coniungatur cum membris principalioribus & nobilioribus, aut contrà. Diaplaſis, id eſt, conformatio, quæ foramina habeat, an habeat vaſa per quæ expelli poſſit materia. Senſibilitas, an ſit multa ſenſibilitas necne, an ſit penitus nulla. Nobilitas quæ conſiſtit in magnitudine, & neceſſitate operationis. Et hæc ſunt, quæ conſiderantur in natura membri affecti. In caſu noſtro propoſito vterus affligitur morbo, recipit ſuperfluitates: eget curatione, non poteſtis autem curare, niſi cognita natura membri. ergo iſta animaduertatis. Subſtantia vteri eſt membranoſa, ſimilis veſicæ, craſsior tamen in mulieribus, quæ ſæpe pariunt, amplior & minus tenuis, aliquando tamen tenuior ipſa veſica: habet venas ſubtiles, & quidem copioſas, id quod indicat multitudo menſtruorum rubeorum ex vtero defluentium: eſt præterea membrum panniculoſum, habet quoq; paucos neruos, qui à vertebris dorſi deferuntur ad vterum. Cùm igitur ſit temperatus, membranæ vero ſint longè ſicciores, vtriuſque habenda ratio eſt. Habet quoque conuenientiam cum cerebro propter defluxus, & propter membranas: propter defluxus quidem, quibus vterus obnoxius eſt. Modus ſubſtantiæ vteri eſt denſa caro. Temperatura eſt frigida, & ſicca ratione membranæ: ſed ratione venarum, quæ propter contenta calidæ ſunt: non omnino frigida eſt temperatura, ſed aliquid habet aduētitiæ caliditatis. Frigidum itaq; vocabis abſolutè vterum temperatum, tamen aliena caliditate Hîc incidit quæſtio. Quòd ſi temperatura membri affecti à tempe-

B ratura totius diſcrepet, quid ſit agendum? De hac quæſtione conſule Galen. 3. Methodi. Colligantias vterus validiſsimas habet: alligatus eſt dorſo (vnde dorſum maximè dolet his, quibus vterus malè afficitur) & renibus, præcipuè ſiniſtro, quia quędam vena valde inſignis ramificatur à caua ad renes, & poſtea ad teſticulos: habet quoq; colligantiam vterus cum hepate propter venas à concauo delatas: & inde eſt etiam, quòd tales incurrant in hydropē facilè, quæ ex vtero laborant, quia frigiditas vteri conſentit cum frigiditate hepatis. Eſt quoque illa colligantia cum corde propter arterias deſcendentes ab aorta. Cum cerebro quoque maximè propter ſitum. nam inde vapores mali rectà petunt, & afficiunt cerebrū, & inde fiunt apoplexiæ, conuulſiones membrorum. Nec diſſentit à veſica: nam inde fit ſtranguria ratione vicinitatis, in magnis affectibus vteri. Quare his omnibus circa vterum perſpectis, etiam proſpiciendum eſt aliud: ſenſibilitas ſcilicet, propter neruos, panniculos, & membranas vterus valde eſt ſenſibilis. Nobilitas: hæc eſt per accidens: prodeſt enim vterus naſcituris, non natis. Nulla enim eſt operatio vteri, niſi quòd pariat: eſt enim vas factum ob generationem, & propter excrementa: alioqui niſi excernat, afficit totum corpus varijs affectionibus: nobilitas ergo iſta ſua eſt per accidens. A natura ſiue virtute membri indicatio, conſiderat vigorem facultatis. Vigor autem iſte conſiſtit in tribus: in humoribus laudabilibus, calore & ſpiritu, ac ſolidis membris: calor & ſpiritus ſi reſoluuntur, virtutem quoque reſolui neceſſe eſt: humor quoque laudabilis, qui fouet calorem & ſpiritum, ſi perierit, etiam virtus debilitabitur. Præ-

C terea ſi membrum ſolidum non fuerit, in quo conſiſtet virtus? & hoc eſt quod dixit Hippocrates, ex impetentibus ſpiritibus, ex fluentibus, & ſolidis conſtare virtutem validam. Vide Galen. 12. Therapeut. Cùm igitur virtus in his conſiſtat, quæ ſi deficiat, eam quoque deficere certum eſt: proinde cautione in his vtetur Medicus: ſi ſanguis fuerit diminutus, reſtaurabit: ſin minus ſolida fuerint membra, conſolidabit, atque diligenter ſe exercebit, vt arte agat omnia. Si enim (iuxta Ariſtot. in Ethicis) malè citharifando fiunt mali citharœdi, quanto magis in hac arte, niſi bene te exercueris, ſingula deteriora facies? præterea ſi non arte didiceris rem agere, oportebit te rurſus iuxta Ariſtot. 1. Meth. eadem dediſcere. Apud Galenum, vt hæc demum dicam propter eos qui non ſunt admodum exercitati, eſt quoddam diſcrimen librorum: & omnino comparandus eſt vobis Galenus, ſi vultis proficere: ſed tamen qui libri in Galeno præcipuè legendi ſunt? libros de Elementis, ſi qui feſtinant, poſſunt omittere: non autem ſunt omittendi, neque oſcitanter legendi libri de Temperamentis, de naturali facultate, de Locis affectis, libri Anatomici, quos malo, quàm oculares comparetis. Sunt poſtea perlegendi ſex libri de Differentijs, & cauſis morborum, & ſymptomatum, aurei quidem, & ad vnguem addiſcendi: item libri de Sanitate tuenda: libri de Simplici medicina: & tandem Therapeutica: iſti ſunt libri organici, qui vos inſtruent ad rectè exercenda opera medica: neque ſunt ita multi, vt vno anno non poſsitis omnes iſtos, ſi fueritis diligentes, cognoſcere, atque per vos ipſos intelligere.

Galeni libri qui maximè legendi.

D

CONSILIA DE AFFECTIBVS MVLIEBRIBVS.

CVM tibi Candide Lector, dederimus opuſculum Ioannis Baptiſtæ Moytani, de Morbis Vterinis: Placuit etiam ex eiuſdem conſilijs Medicis, deſumere ea, quæ de affectibus Muliebribus habuit: his itaque in rem tuam vtere.

CONSILIVM I.

De Sterilitate.

EST nobiliſsima mulier, quæ conqueritur de ſterilitate, cùm tamen ſit iuncta viro in flore ætatis conſtituto. Et non videtur ex apparentibus, quòd talis ſterilitas procedat ex aliquo horum. Maritus patitur gonorrhœam. Vxor percipit dolorem circa ventriculum, & interdum in capite. Menſes etiam, plus albedinis habēt quàm conueniat: nec tamen verè albi, nec ſunt in quantitate debita. Ipſa non eſt incontinens, ſed in ipſo actu tardiſsima. Certum

eſt, quòd cauſa ſterilitatis, vel eſt in inſtrumentis, vel in materia. Non numerabo omnes cauſas, quomo do vitientur inſtrumenta, neq; quomodo vitietur materia. Dicam per concluſiones. Dubitatur an ſit ex defectu mulieris: pono hanc concluſionem, vitium eſſe in muliere per ſe, licet in maſculo ſint plurimæ rationes, quæ adiuuant: & dico, quòd eſt vna cauſa, ratione cuius ſequitur talis effectus. Ego omnia audio eſſe in ea frigidæ temperaturæ, quantum ad genitalia. Primo eſt tardiſsimi coitus, & ſine appetitu. Præterea ex his, quæ emittit ſcil. menſtruis, audio, quemadmodum ſint mucoſa, & habent humiditatem, talis humiditas & reliqua ſigna, arguunt magnam frigiditatem in talib. membris. Et dico magnam, quia cùm ſit iuuenis 22. annorum, & ditiſsima, eſt tamen frigida: & talis frigiditas, quando eſt intenſa neceſſariò, facit ſterilitatem. Primò condenſat vterum, vt cotylidones ſint ſtrictiores, vt non tranſeat materia menſtrui ad vterum: & fiunt leuia, quia ſemper mucus aliquis ibi adeſt. Et mucoſitas cotylidonum facit, vt conceptus non retineatur. Non dico, quòd non retineat, & non concipiat, quia non poſsit ſeruari ſemen: ſed quia acetabula ſunt impura, & ſunt repleta illa muco, vt non poſsit peruenire ad vterum ipſum menſtruum. Et ſemen emiſſum à muliere, facit potius ad voluptatem, quàm ad conceptionem. Nam reuera materia conceptus, eſt ſanguis menſtruus, qui cùm non poſsit exire in hac muliere, non poteſt fieri conceptus, vt 1. de Semine dicitur. Et iſtæ ſunt cauſæ neceſſariæ: nam quando eſt frigiditas intenſa valde, non fit generatio: ſi verò modicus ſit exceſſus, & reperiat ſemen appoſitum, fit conceptus: ſed cùm fuerit magnus exceſſus, non fit conceptus. Quòd autem vir citò emittat ſemen: non eſt credendũ, quod aliquo tempore non ſit in aliqua diſpoſitione emiſſum ſemel & ſimul, ideò hoc nõ eſt neceſſarium. Præterea gonorrhœa poteſt impedire, quando ſemen non eſt ita concoctum bene: tamen hoc non eſt neceſſarium, quin aliquo tempore ſit concoctum. Et credo, quòd tantùm vitium ſit in muliere, ex aliquo perpetuò, & neceſſariò in ipſa mouente, videlicet ex frigiditate vteri, quæ facit cotylidones ita contrictos, & facit mucoſitates, vt non poſsit generare. Ita potiſsima cauſa eſt frigiditas ipſius. Et non negauerim de mala ratione victus, & de mala ventriculi temperatura. Iſta breuiſsimè dicta ſint. Credo quod mulier in cauſa ſit: & ſiquidem verum eſt, quòd ſit cauſa frigiditas, oportet vt calefiat & ſiccetur & corroboretur. Et ſi caput deſtillat, occurratur capiti & ventriculo. Ideò arbitror optimum eſſe, vt concoquatur materia pituitoſa, cum incidentibus, attenuantibus, abſtergentibus, vt ſyrupo de betonica & oxymelle Factis verò concoctionibus, euacuetur pituita cum pilulis, quæ habent colocynthidem & agaricum, quia verè iſta euacuant pituitam. Et poſt purgationem, deueniamus ad balnea, quæ maximè conueniunt: bibenda prius, poſtmodum maneat in illis, ex quo fouebitur locus proprius, & facilè inde concipiet, auxilio Dei, cùm partes illæ fuerint roboratæ ex tali balneo, & ex medicamentis iam enarratis. A B

CONSILIVM II.

Ad ſuſtentationem partus.

Electuarium hoc ter in die ſumendum, duo cochlearia, tribus horis ante cibum, & in introitu lecti.

℞. Succi pentaphylli, betonicæ, rad. conſolidæ ana ℥. iij. Purificentur ſucci, & cum ſaccharo candido fiat electuarium. C

Mortuo embryone.

℞. Ariſtolochiæ rotundæ, panis porcini ana ʒ. j. ſauinæ, florum tamariſci ana м. j. bulliant in aqua communi, huius decocti ℥. iiij. Dentur cum iulepo viol. ℥. ij. Primò ſumat vnam pilul. trochiſc. de myrrha, & ſuperbibat hunc ſyrupum calidum.

Viuente partu.

℞. Caſsiæ ligneæ ʒ. j. cinnamomi electi, caſsiæ fiſtulæ an. ʒ. ij. aquæ ſauinæ vel iuniperi q. ſ. Fiat potus.

Ad retentionem fœtus pro abortientibus.

℞. Olei myrtini roſati omphacini ʒ iij. coaguli hœdi, boli armeni orientalis, balauſtiorum, maſtichis, ſanguinis draconis, hypociſthidos, ſemin. roſat. rubearum acatiæ, raſuræ eboris, cornu capri vſti ana ℈. viij. ceræ q. ſ. fiat vnguentum.

CONSILIVM III.

De Menſibus diminutis cum febre.

Dolor capitis, aſperitas cutis, ardor oculorum, dolor in ſpina dorſi, & ventris, hæc ſunt ſymptomata, cùm ſunt menſtrua quantitate diminuta, & qualitate corrupta, vt hic: quia aquoſa & pallida. Affligitur à quocunq; medicamine, & incurrit in febriculum. Nam cùm agitatur materia, facilè fit ebullitio & putredo. Optimi eſt ingenij, habet igitur ſpiritus tenuiſsimos & ſubtiliſsimos, & calorem naturalem ac ſanguinem talem. Habet calorem moderatum, parum exuperantem in qualitatibus paſſiuis. Habitus eſt valde rari, hepar recedit à temperatura reliquorum membrorum: quare facilè inflammatur, & ventriculus frigidus multiplicat pituitam. Catarrhus eſt, ratione membrorum inferiorum mandantium. Muſculi abdominis ſunt graciliores, & hac ratione ventriculus ſit frigidior: ac propter iſtam extenuationem arteriæ magnæ motum in ventre puellæ ſentimus. Hæc frigiditas ventriculi cauſa eſt, quod incidit in menſtrua alba, quia hepar calidum antè coctionem nutrimentum attrahit. Fuit ſana antequàm haberet maritum, nunc cùm reſoluatur, fit debilior. Non fit dolor in capite, quia leues habet humores, & textura rara eſt, ideò reſoluitur, fit autem grauitas ab humoribus craſſioribus. Dolor dorſi eſt, cùm ſanguis deſcendit ad matricem, & quia eſt pituitoſus, flatuatur, & ventos facit, ita fit dolor. Habet febriculam quaſi ſemper, non poteſt eſſe putrida, quia bene appetit, bene dormit, & tamen febricitat, pulſus frequentior, & velocior. Adeſt autem perpetuum ſignum febris hecticæ, ſtatim poſt cibum incaleſcere: poteſt igitur eſſe in primo gradu febris hecticæ, eſtque illa facta ex febre putredinali, qua antea laborauit: ſed illa febris eſt fixa leuiter. D

Prognoſt.

A *Prognoſt.* Credo quòd poſſit facilè curari, quia corpus eſt facilè alterabile, etiamſi membra debilia, generent multam materiam.

Cura. Primò remouendæ obſtructiones, & cienda menſtrua: his factis, ſi corpus fuerit ſupercalefactũ, alterandum. Aperimus attenuando, ſubtiliando, & abſtergendo. Miſſio ſanguinis non eſt neceſſaria, & iam facta. Nunc igitur debet concoqui, & euacuari materia. A validiorib. medicinis omninò abſtinerem, neque vnquam tranſirem rhabarbarum, agaricum non omitterem, corroborat ventriculum, cor confortat, & omnia membra naturalia, vt ait Dioſcor. Additur ei ſal gemmæ, leuitatis ratione. Nos medicinam ex aloe, rhabarbaro, & agarico faciemus: & aloe erit loco ſalis. Nec verenda eſt ſcypticitas rhabarbari: manifeſtum enim eſt, quòd vehementer aperit & abſtergit. Aliudque eſt, cùm intra corpus aſſumuntur talia, & aliud cùm extrà applicantur, quia exterius aſtringunt partes cutis, interius penetrant, vt abſinthium. Syrupi dentur, vt acetoſæ compoſitiones de cichorio Nicolai, & mel roſatum. Erit enim facilis inciſio. Ita paulatim euacuabimus. Alteratio fiet, corroborantibus ventriculum, ſaccharo roſato, & corpus inungetur molliter oleo roſato poſt frictiones. Item fiant fomenta poſt euacuationem ex decocto chamæmeli. Applicentur ventoſæ coxis. Balnea his omnibus factis non erunt neceſſaria.

CONSILIVM IV.

De ſuppreſſione Menſium, & hyſtericis affectionibus, pro nobiliſſima puella Helena à Saurau Germana.

B

SVppoſita temperatura nobiliſsimæ adoleſcentulæ, pituitoſa ſcilicet, venis paruis, & occultis, colore albicanti: ſuppoſita etiam mẽſium ſuorum ſuppreſsione, ex qua vteri præfocationes acceſſere, ſimul etiam cum cordis tremore: his inquam ſuppoſitis, quæritur nunquid cùm ad menſes prouocandos, tùm ad ſymptomata remouenda, conueniat ſanguinis miſsio ex ſaphæna, & aluminoſarum thermarum potio, ſiue balneum. Reſpondemus, quantum ad miſsionem ſanguinis attinet, non ita temerè procedendum. Cùm enim pituitoſus ſit ſanguis ille, & conſequenter crudi humores redundent in venis, & ſi in venis, longè magis in vẽtriculo & inteſtinis, miſsionem ſanguinis hoc tempore potius nocituram puto: nihil enim deterius, quàm ſanguinem mittere humoribus crudis exiſtentibus tùm in ventriculo, ac primis venis, tùm etiam in toto venarum ambitu, ſi modò & rationi & Galeno credimus. Prgterea, dum ſaphænam conſulimus incidendam, vt ſanguis prouocetur & deriuetur ad vterum: impediẽtibus obſtructionibus venarum, quæ perpetuò conſequuntur crudos humores, & pituitoſum ſanguinẽ, fruſtrà tale præſidium molimur: ſed non fruſtrà tantùm, imò etiam cum magno diſcrimine: nam ex ſanguinis importuna euacuatione, corpus non refrigerandum refrigeramus, humores crudos augemus, & omninò diſpoſitionem reddimus deteriorem. Quantum verò ad aluminoſas aquas attinet, in propatulo eſt, illas omninò in hoc caſu deteſtandas: cùm enim adſtringant, & conſtipent, tam interius, quàm exterius applicatæ, nos verò apertionem & inciſionem quærimus, erunt omnibus ſuffragijs aluminoſæ aquæ repellendæ. Cùm ergò parentes illi optimi, nimio forſan amore obcæcati, vtrunq; remedium propoſuerint: parcent, ſi nos alio lumine rem ſpectantes contrariam ſentiamus. Proinde doctiſsimi medici iudicium laudamus, qui & ipſe, ab vtroque importuno remedio videtur abhorrere. Quid verò agendum eſt, pro menſibus retentis huius nobiliſsimæ adoleſcentulæ? quam poſtea retentionem plurima ſequuntur ſymptomata. Neceſſarium duco, vt habita prius rectiſsima ratione victus tam in cibo ac potu, quàm in alijs ſex rebus non naturalibus: purgetur primò exquiſitiſsimè, deinde ad ea perueniat, quę aperiunt. Non enim probabile eſt, in puella delicata & bonæ temperaturæ, decimum quintum annum ætatis agente, menſes retineri, vel quia ſanguis craſſus, vel quia paucus, vel quia imbecillitas virtutis ſit expellentis: ergo (me iudice) ad viarum obſtructionem cauſa referenda eſt. Purgatio hoc modo fieri debet:

℞. Specierum hieræ ſimpl. ʒ ij. florum caſsiæ ℥ j. Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium.

℞. Syrupi de abſynthio, oxymellis ſcyllitici ana ℥. j. aquæ cichorij ℥. iiij. Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro nouem. Poſtea

℞. Agarici præparati ʒ. ij. floris caſſiæ ʒ. vj. Miſce & fiat bolus, dandus in aurora cum cuſtodia. Facta euacuatione, tunc accipietur coma abſinthij quantum manu capi poteſt, & decoquatur in aqua cichorij: cuius decocti, circa quinque aut ſex vncias, manè quatuor horis ante prandium per plures dies accipiet. Atque interim bis in ſeptimana, accipiet pilulam aloeticam, ex aloe pura & non lota, pondere vnius ſcrupuli, hora ante cœnam. Et ijſdem temporibus manè, & veſperi ante cœnam, abluentur illi crura ex decocto pulegij, maioranæ, foliorum lauri, & chamæmeli, ſitque aqua calida: qua etiam inſpergantur coxæ, deorſum perfricando. Eodem tempore, dum in balneo commoratur, applicentur ventoſæ ſine ſcarificatione ſub vtroq; poplite: & ita perſeueretur per multos dies. Vltimò, his non iuuantibus, ſanguis quoque mittatur à ſaphæna: qui quidem in hoc caſu vltimo loco mittendus eſt, & non in principio, ſicut plurimi faciunt, communem mittendi ſanguinis regulam obſeruantes. Efficaciſsimæ quoque erunt pilulæ infraſcriptæ, vbi aloe non ſatis perfecerit: quæ habent. *Nota.*

D (margin letter beside "cuius decocti")

℞. Myrrhæ, croci, aloes, agarici præpar. ana ʒ. ij. Pulueriſentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea aſpergantur cum ſucco maioranæ, permittantur exiccari, & ita iteretur ſepties: poſtea fiat magdaleon cum ſyrupo de abſinthio, formentur pilulæ pro ſingula drachma tres, ſumendæ tribus horis ante prandium, bis in ſeptimana. Quantum verò ad cordis tremorem, & hyſtericas ſuffocationes attinet, ſi fortè plus æquo moleſtatur, his quoque ſuccurrendem eſt. Pro cordis igitur tremore laudauerim, vt linimento vteretur in hunc modum facto:

℞. Vnguenti roſ meſuæ ℥ j. ſpecierum cordialium temperatarum ʒ. ij. roſ. rubearum, ſandalorum citrinorum an. ʒ. j. Miſce cum modico olei roſ. completi, fiat linimentum pro corde.

Item: A

℞. Sachari roſati, conſeruæ borraginis, florum nymphææ ana ℥.ij. Specierum diamoſci dulcis, aromatici roſati ana ʒ.ij. Miſce omnia cum ſyrupo de corticibus citri, fiat electuarium, de quo ſumat cochlearia duo ſingulis vicibus, paulò ante prandium, & ante cœnam. Pro hyſtericis ſuffocationibus ſi fortè contigerint: præſentanea certè remedia ſunt, vt frictiones, ac ligaturæ fiant in cruribus, & circa genua, & cucurbitulæ apponantur ſub vtroque poplite, & quandoque etiam, vbi vapores plurimi ad caput, & cor irrepſerint: ponenda eſt magna & ampla cucurbitula circa vmbilicum, in parte inferiori ad vteri regionem, atque interim fœtida naribus apponere debent, vt ſunt calceamentorum veterum ſoleæ vſtæ, pennæ perdicum, & reliquarum auium, quæ & ipſæ adurantur. Locis vero, & ori vteri, odoramenta apponantur, fiant peſſaria, madefacta oleo maioranæ cum moſco & ambra. Hæc enim præſtare poterunt, quæ intendimus: atque his remedijs ſpero nobiliſs. adoleſcentulam euaſuram, cum ſummi Dei auxilio, cuius nomen benedictum.

CONSILIVM V.

De ſuppreſsione Menſium, cum grauitate capitis, pro Magnifica muliere.

QVoniam caſus huius magnificæ mulieris futurus eſt omnino longus (quod illam præmonitum velim) & moleſtus, ideò erit diligenter ineunda ratio curandi illam. Et hoc ſibi penitus perſuadeat, hanc rationem non aſſecuturam ſuum effectum, niſi lôgiſsimo tempore: quoniam difficiles B morbi non curantur pauxillo momento temporis: nam hoc omnib. perſpectum eſt, quòd breui tempore nil bene efficitur. Hoc ergo pro conſtituto & ſuppoſito habeat, ſe non liberam euaſuram ab his diſpoſitionibus quibus affligitur, niſi diuturnitate temporis, aliter meum conſilium non penderet nucem caſſam. Hoc exiſtente fundamento, dico principalem partem curationis ſuæ, conſiſtere in recta ratione victus. Et ideo circa aerem hæc diligenter aduertat, vt effugiat aeris frigiditatem, ventos cuiuſcunq; qualitatis, & maximè nocturnum aerem, nec habitet in locis humidis & ſubterraneis, & ne propè accedat ad ignem, maximè vero capite. Prætereà conſulo, vt lauet caput ſemel tantùm in ſeptimana cum lixiuio dulci, in quo decocta ſit chamomilla, malua, betonica, & maiorana: & exiccabit caput pânis lineis mediocriter calidis, non multum fricando, ſed ſuauiter exiccando. Hora verò huius lotionis, erit commodior veſpertina, quàm matutina. Inter omnia maximè euitabit moleſtias animi, & iram, quoniam hæc citiſſimè vitam eripiunt hominibus. Præterea exercebit ſe moderatè manè, vel domi res domeſticas tractâdo, vel foris deambulando: hoc agat prout illi commodiùs. Item ſtudebit, vt omni mane aluus ſaltem ſemel reſpondeat. & ſi aluus non fungatur munere ſuo, accipiat quartam partem vnciæ vnius terebinthinæ per horam ante cibum, quod eam iuuabit in his ſuis affectibus non mediocriter. Circa cibum, quamuis iam habeat modum viuendi ſibi præſcriptum, in tam diuturno affectu, tamen ego dicam ea quæ ſunt magis C principalia, & maximè de vino, quod vt commodum ſit, multum refert. Habeat ergo vinum pauciferum, clarum, & tranſparens, ſubtile, non intenſi coloris, optimè maturum, & ante omnia ne ſit auſterum. Et de tali vino, in prandio & cœna bibat mediocriter, quod non ſit actu frigidum, & ideò igni pauxillû adhibebitur, vt illa frigiditas actu exiſtens repellatur. Varietatem ciborum euitabit: vnico cibo contenta ſit. Fugiat carnes antiquas, vt ſunt bouinæ, caſtratorum antiquorum: aues aquaticas, vt anſeres, anates, carnes porcinas, tam recêtes quàm ſalitas, nec piſces cuiuſcunq; generis comedat nec caſeum, nec paſtilia. Sed cibus ſuus erit, pulli, caro vitulina, oua recentia, far, ſpelta, hordeum, & milium præparatû in optimo brodio. Pro inſalatitio comedat aliquando cappares, cichorium, boraginê, & lactucas coctas. Et hic erit ſuus modus viuendi. Circa verò medicamenta hoc obſeruet, vt bis purgetur in anno, hunc in modum:

℞. Flor. caſsiæ ℥ j ſpecierû hieræ ʒ.ij. Cum ſaccharo fiat bolus, detur trib. horis ante prandiû. Deinde:

℞. Syr. de cichorea Nicoli cum rhabarb. Byzantini côpleti an ℥ j. brodij pulli, in quo decoquátur rad. petroſel. ℥.iij Miſce pro vno ſyr. & ſic pro alijs. Finitis iſtis ſyrupis, accipiat infraſcriptam medicinam:

℞. Confect. hamech ʒ.iij. ſyrupi roſati ſolutiui ℥ iij. Cum aqua boraginis fiat potio breuis. Detur in aurora cum cuſtodia. Præterea laudo vt acceptis duobus ſyrupis primis, ſecetur vena baſilica brachij dextri: & ſi hæmorrhoides apparerent, maximè laudarem, vt aperirentur appoſitis ſanguiſugis, & poſtea ſtatim reciperet fumum ex aqua, in qua bullierit chamomilla. Item, conſulo vt ſæpiſſimè vtatur ſaccharo roſato: vt ſi ſingulis diebus acciperet ℥.s. ſacchari roſ. ante cibum, vehementer laudarem. Item ſemel D vel bis in ſeptimana accipiat ʒ.s. rhabarbari, vel maſticando illud, vel puluerizatum miſcendo cum ℥ j vuæ paſſæ, vel cum ſaccharo roſ. Et hic modus eſt præſeruandi hanc Magnificam dominam ad vernum tempus: quo tempore, ſi placuerit ſuæ Magnificentiæ, me certiorem reddat de valetudine ſua.

CONSILIVM VI.

De ſuppreſsione Menſtruorum, pro coniuge nobiliſsima Seruatij à Teuffenbach ex Stiria. Anno Chriſti 1549. Menſe Nouembri 10. Cratoni Veronæ dictatum.

SVppoſita diſpoſitione vteri præter naturam nobiliſſimæ mulieris, cuius ratione menſes ſunt diminuti, vel infœcunditas timetur. ſuppoſita etiam intemperie frigida præternaturali, cum gracilitate corporis, & venarum exilitate, dicimus hoc corpus indigere, & præſeruatione, & curatione. Præſeruatione, quantum pertinet ad ipſam intemperiem naturalem: curatione, reſpectu actionis læſæ in vtero exiſtente. Erunt tamen pleraq; eorum, quæ afferentur, vtriq; communia. Pro præſeruatione igitur, quod diligentiſsimè obſeruari oportet, eſt optima ratio in ſex rebus non naturalibus, ac primùm omnes aeris exceſſus euitabit, præcipuè tamen vbi frigiditas, vel humiditas, vel vtraque ſimul, exceſſerint. Ergo flatus omnes Boreales & Auſtrales cauebit, non exponet ſe: vel aliquo pacto habitabit in locis Septêtrioni

oppoſitis,

A oppoſitis,neque in terrenis habitationibus,aut humidis quoquo modo. Non abluet caput horis matu-
tinis,ita quemadmodum moris eſt. Poſt lotionem, aeri ſe non exponet, præſertim ſi in aere frigiditas,
vel flatus aliquis dominetur. Pluuioſas etiam conſtitutiones cauebit,& quantum fieri poteſt,tunc tem-
poris intra domum ſe continebit. Suffumigijs vtetur ex aromatibus odoratis intra cubiculum ſuum,
qualia ſunt,quæ ex aromatibus confici ſolent à pigmentarijs. Laudauerimq; maximè,ſi ijſdem ſuffumi-
gijs vteretur localiter ad vteri corroborationem, excipiendo vapores intra vterum, quantum fieri po-
teſt veſtibus vndecunque circumiectis,ne aliunde vapor exſpiret. Hoc fieri poterit crebrò,& quocunq;
tempore anni: erit enim remedium efficaciſsimum, ad vterum aperiendum expurgandum & roboran-
dum. Et ne aliquid erret in materia,poterit ſuffumigij talis eſſe deſcriptio:

℞. Caryophyllorum, nucis muſcatæ,calami aromatici, ſeminis ocymi, florum maioranæ ana ʒ.j. La-
dani electi & optimi,myrrhæ,ſtyracis,benzoini ana ℥.j.s. Pulueriſentur pulueriſanda,& liquanda lique-
fiant, deinde in oleo ſpicæ odorato pigmentariorum, & modico ceræ vel picis colophoniæ, fiant tro-
chiſci parui,pondere vnius drachmæ,& ſeruentur pro ſuffumigijs. Laudo,vt caput abluatur ſemel in ſe-
ptimana, præcipuè ſi fuerit aſſueta, hora conueniente potius ante cœnam,vt tutior ſit ab aere,facilius e-
tiam illis horis intra domum ſe continebit. Lixiuium ſit dulce,ex cinere ſalicum,ſeu ſarmentorum vitis,
in quo poſtea lixiuio confecto,decoquantur maiorana, chamæmilla, betonica & roſæ cum ʒ.j. Agarici
ſimplicis:& iſtud erit auxilium pro capite abluendo. Exercebit corpus horis matutinis,quantum pote-
B rit,vel intra domum circa familiaria negotia, vel extra illam quomodocunque libuerit, ſi aeris qualitas
patietur. Euitabit omnes animi moleſtias,præcipuè mœrorem animi,quo nihil in hoc morbo poteſt eſ-
ſe pernicioſius. Curabit,vt quotidie aluus ſubducatur. Quòd ſi natura defecerit, vtetur etiam alternis
diebus ſi oportuerit ℥ s. optimæ laricinæ terebinthinæ, tribus horis ante prandium. Hoc remedium,
non tantùm mollem aluum ſeruabit,ſed etiam maximè faciet ad omnes obſtructiones tollendas,& ape-
riendas,ad purgandos renes,& veſicam,ac vterum aperiendum,ac mundificandũ: ideò conſulo,etiamſi
id non faceret ratione emolliendi aluum,ſumatur ratione medicamenti. Circa cibum & potum,abſtine-
bit ab omnibus cibis craſsioris nutrimenti, à lacticinijs, caſeo præcipuè,à piſcibus, ab oleribus crudis,à
fructibus cuiuſcunque generis, ab auibus paluſtribus,à carne ſuilla, tam domeſtica quàm ferina, à vino
dulci,turbido,parceq; comedet & bibet,& bis tantùm in die. Fricetur antequam à lecto ſurgat,frictione
leui,& ſuaui,longaq; in toto corpore: optimumque erit,ſi mulier, quæ perfricabit, manus illinat oleo a-
mygdalarum dulcium. Et hæc ſunt ad præſeruationem maximè neceſſaria. Quantùm verò ad curatio-
em attinet,laudo vt bis ſingulis annis, Vere & Autumno purgetur. Purgatio autem poterit eſſe talis:

℞. Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij. Commiſceatur cum melle roſato q.ſ. & fiat bolus paruus,vel pillulæ,
quæ exhibeantur tribus horis ante prandium. Deinde:

℞. Oxyſacchari,id eſt,ſyrupi de ſaccharo,& aceto confecti ℥.ij. Decocti betonicæ, & radices petroſe-
C lini ℥.iiij. Miſce pro vno,& ſic pro ſex alijs. Acceptis ſyrupis,ſumat amplius:

℞. Agarici præpar. ʒ.ij Rhabarbari ʒ.j. Infundatur in aqua beton. per horas 24. & fiat expreſsio fortis:

℞. Diacatholiconis ʒ.ij.s. Miſce,fiat potio breuis. Poſt hanc purgationem laudo,vt ante prandium to
ta hyeme vtatur confectione diacymini, vel diatrionpipereon, vel aromat.roſar.quomodocunq; libue-
rit,vel ſaccharo roſato,vtatur ſemel in menſe,ſummo mane ℥ j. Mithridati opt.ſumpto modico vini albi
aromatici. Inungat infimam partem circa vterum ad pudendum vſque,odorifero oleo ex ſtyrace,vel ga-
ryophyllis,vel benzoinio,vel oleo de ſpica,prout ei erit magis gratum. Imò erit optimum,ſi cum ijſdem
oleis illinatur peſſarium, & imponatur. Conuenientibus verò temporibus, videlicet vel poſt medium
veris, vel circa finem æſtatis, optimum erit etiam bibere aquas thermarum in Italia, vel Apponenſium,
vel Poretanarum,vel earum,quæ de Aquario appellantur. Et hæc ſunt, quæ digniora occurrunt, vt pro
ſalute Magnificæ dominæ notarentur,ad laudem Dei Opt.Maximi.

CONSILIVM VII.

De Menſtruis albis pro eadem Matrona. Datum cùm reuerſus eſſet Patauium.

QVoniam poſt conſultationem meam, audiui nobiliſsimam matronam, præter alias diſpoſitiones
D præter naturam,vexari etiam fluxu menſtruorum alborum:ita vt quandoque calida actu effluant,
& ad luteum colorem tendentia, ſiue cum ardore & pruritu: & cùm etiam conſpexerim eandem
nobiliſsimam matronam, quam anteà non videram:facilè deprehendi ex colore, habitu corporis,& ve-
nis,habere aliquam caliditatem in hepate: cuius ratione bilis quoque multiplicetur: vnde etiam calidi
renes ſunt, propterea etiam redundat arenis, vexaturq; dolore ferè aſsiduo circa lumbos: quæ omnia à
nobis diligenter ſunt perpendenda. Pro curatione igitur,præter ea, quæ in prima conſultatione facien-
da decreueram,dico hepatis quoq; temperaturam & renum reſpiciendam eſſe. Laudo igitur,vt ante ci-
bum manè,& veſperi quotidie,aut quando crebrius fieri poterit,vtatur ſaccharo roſato eiuſdem anni,ad
pondus ʒ.s. Hoc enim mirum in modum faciet in emandando hepate. Erit tamen,& hoc remedio,& a-
lijs deſcriptis,vtendum tempore prolixo,ſi perceptura ſit iuuamentum: eſt enim ægritudo chronica. V-
ſus etiam rhabarbari ante cibum commanducati & deglutiti, efficaciſsimè proderit ad menſtrua illa al-
ba abolenda: ſimiliter etiam hepar & renes non minus confortabit. Detur etiam manè,tribus horis an-
te cibum,pondere ℈.ij. bis in ſeptimana. Oportet autem vt diligentiſsimè caueat,ne aliquis ſiue medi-
cus ille fuerit,ſiue alius,quoquo modo Empiricus,aut fœmina (vt moris) perſuadeat,vti aliquib. aſtrin-
gentibus,& impedientibus fluxum alborum menſium,ſiue per ſuffumigia,ſiue cerata applicata, ſiue per
ea,quæ per os,ſiue per ea quæ deglutiuntur: quocunq; enim modo talem curam tentauerit,maximo ſuo
periculo faciet. Retinebit enim excrementa violenter in corpore,& vtero,vnde neceſſariò generabun-

tur incurabiles ægritudines: quòd facilè indicatur ex eo tumore, qui tam frequenter apparet circa vterum. Neque enim alia ratione fit, quàm cùm materiæ retinentur, & flatuantur. Quid ergo contingeret, ſi omnino confertim, & violenter retinerentur? Hoc volui admonere, cùm nouerim, quàm facilè credatur aliorum conſilijs: ferè enim omnes cùm huiuſmodi fluxus curant, aſtringentibus vtuntur. Caueat igitur, me conſule: vbi enim membra redundantia rectè curata fuerint, materiæque partim euacuatæ, partim in alium locum deriuatæ, non laborabit vterus: vel ſi laborabit, tunc tutius poterit medicus corroborantibus vti. Et ne aliquid deficiat: laudo, vt reliqua quæ ſcripſimus, ſi non iuuerint, neque propterea fluxus ille remoueatur: vt fiant auerſiones per cauteria in vtroque brachio, in parte ſuperiori verſus ſpatulam, à chirurgo tamen perito, qui ſciat anatomen, & ſitum neruorum & muſculorum: erit enim hoc præſtantiſsimum in auertendis materijs ad oppoſitas partes. Balnea etiam calidarum aquarum, quæ in præcedenti conſultatione laudaui, iterum commendo: neque enim minus facient, ad hæc menſtrua abolenda, ſi opportunè, & ſuo tempore admouebuntur. Poſt aliquot dies cùm intenderetur dolor, pro illo leniendo ſequentia ordinauit: A

℞. Maioranæ, artemiſiæ, chamædryos, chamæmeli, liliorum alb. ana M. j. ſeminis lini, fœnugræci contuſi ana ʒ j. Decoquantur omnia in duabus libris vini albi, non dulcis, cum pari quantitate aquæ, vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Et cum hoc decocto fiat fomentum ſpongia expreſſa, iterando bis vel ter, poſtea abſtergatur, & apponatur emplaſtrum ſequens, inuolutum in panno lineo, hoc modo cõfectum:

℞. Olei communis, vini dulcis, butyri recentis ana ℥. ij. Furfurum medianorum, quæ ſunt inter farinam, & furfures latos ℥. iij. Ponantur omnia in olla ad ignem, & bulliant ebullitione leui, donec fiat emplaſtrum, quod applicetur leuiter calidum, & frequenter iteretur. B

a Iubdi. Crato. Hæc Montanus: Ego [a] cùm eſſem curationi adhibitus, & nobiliſsimam mulierem grauidam iudicarem, dixi præceptori me nolle abortioni operam dare: id quidem tulit grauiter, ſed non multò poſt magno cum periculo abortum fecit Venetijs. Hæc cur hoc quoq; in loco commemorem, in ſecunda Centuria expoſui. Nam Montanũ ſummum fuiſſe medicum ſtatuo, verùm hominem tamen: imò hunc in arte Medica profeciſſe puto, cui placet Montanus. Quare minimè magnifacio, nec faciendos duco eos, qui Germanos pluris facere Mõtanea quàm ſint facienda, vt ſuam exiſtimationem augeant, ſuperbè dicunt.

CONSILIVM IIX.

De fluxu Menſium alborum cum ventriculi imbecillitate, pro matrona Veronenſi.

Anno M. D. L. Iunij 22.

PRo præſeruatione coniugis D. Dominici, primò attendendum eſt rectę victus rationi. Atque in primis cauere oportet à paſtilibus, à lacticinijs & piſcibus placentis, à carnibus ſuillis, ab auibus quæ in aquis degunt, vt anſeribus & anatibus, ab oleribus crudis, & fructibus, præter ficus bene maturas: ab omnibus rebus frictis in ſartagine, à leguminibus, à carnibus antiquis, ſicuti bouinis. Vinum nec nimis potens, nec nimis pauciferum, ſed mediocre, limpidum, & clarum, & pręcipuè non ſit acerbum: non bibat inter cœnam & prandium, præcipuè poſt cœnam. Quantum attinet ad medicinalia, conſueſcet ſumere ſingula ſeptimana ſemel, tres ſcrupulos hieræ ſimplicis in formam pillularum redactos, vna hora ante cœnam. Deſcriptio hieræ erit iſta: C

℞. Aloes optimæ ʒ. vj. Cinnamomi, maſtiches, ſpicæ, croci, aſari, cubebarum ana ℈. j. Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea fiant pillulæ, ſingulæ ſint vnius ſcrupuli. Præterea illiniat renes vniuerſos infraſcripto linimento:

℞. Conſolidæ maioris, roſ. rubearum, radic. rubi, nucum cupreſsi, raſuræ tabularum ana ℥ ij. Bulliant omnia ſimul in aqua communi, ad conſumptionem duarum partium. Deinde facta diligẽti expreſsione:

℞. Olei roſ. completi, cydonior myrthæ ana ℥. j. Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem aquæ, deinde: ℞. Sand. maſtich. Thur. ana ʒ. ij. Conterantur minutiſsimè & ponantur in prædictis oleis, & miſceantur. Ex his fiat linimentum, addita modica cera. Hoc linimento illinet vniuerſos renes vſque ad ſedem, prætermiſſa ſpina dorſi, & temporibus calidis illinet eo frigido: hyeme verò modicè calefiet, quoad tepefiat. Præterea laudo, vt alterno mane vna hora ante prandium, ſumat pillulam factam ex maſtiche in puluerem redacta, quæ optima ſit & electa. Hæ autem pillulæ formentur cum mel. roſ. pondus ſingularum pillularum erit ſcrupulus. Hoc modo ſi perſeuerauerit in hac victus ratione, & his remedijs vſa fuerit, non dubito, quin ſua Dominatio non ſit opt. ſanit. conſecutura, ad laudem Dei omnipotentis. D

CONSILIVM IX.

De ſuffocatione ab vtero, cum alijs ſymptomatibus.

CLariſſimus Doct. dixit omnia, & habeo ei gratiam. Ego tamen dicam, quæ videntur mihi ex propria conſcientia, & ſuppono matronam in ætate 33 annorum, temperaturæ ſatis laudabilis, & viro ſano iunctam, &c. pati grauia ſymptomata. Primò ſuffocationem: quod demonſtrant ſigna, difficultas anhelitus, & impedimenta circa motum, vt nec loqui, nec moueri poſsit: & ſentit flatus à partibus inferioribus ad ſuperiores, & ſunt ſuppreſſa menſtrua. Sed cum vnius ſymptomatis variæ poſsint eſſe cauſæ, ideò diuerſæ ſunt curæ: ergo inquiratur cauſa proxima, vt vera curatio inſtitui poſsit. Solet autem præfocatio accidere, propter vterum malè collocatum, vel propter vitium compoſitionis, vel collum intortum, vt materia exire non poſsit, ſed congregetur, & comprimat membra vicina per ſucceſsionem, vſque ad diaphragma, non quod vterus eò aſcendat, ſed per quandam communicationem, vt comprimat membra proxima ſucceſsiuè, vſque ad diaphragma. Poteſt etiam hoc contingere, propter intemperiem contractam, vel per eſſentiam, vel per affluxum materiæ cuiuſdam vel corruptæ, vel non corruptæ: quæ ibi putreſcat, & recipiat externas qualitates, & faciat aſcendere vapores. Poteſt etiam contin-

N. gere, ex retentione ſeminis, & hoc eſt peſsimum. Prouenit quoq; animi affectu: idq; ego ſæpe vidi, cum aliqua

A aliqua mulier ex zelotypia viri iraſceretur,& animus valde afficeretur,tunc ſequuta illa ſuffocatio. Et e-
go noui quaſdam mulieres, quæ ita iraſcebantur & afficiebantur à zelotypia, vt ſtatim caderent in hunc
morbum,& perpeſſæ ſint ſæuiſſima accidentia. Sed à quànam ex his cauſis prouenit ægritudo huius No
biliſſimæ mulieris? cùm enim tot eſſe poſsint,videndum eſt quænam hic proxima ſit cauſa. Quod apud
me valde eſt difficile. Nam primum audio hanc mulierem eſſe diuitem: & charum virum habere à quo
diligitur. Et ideò non credo,quòd proueniat ex ira, aut zelotypia. Nec tamen hoc certum ſtatuo, quia
nullus mihi ea de re quidquam retulit, ſed tantùm ex communi ratione & coniectura. Quòd non ſit ex
retentione ſeminis,patet,quia virum habet iuuenem: niſi aliquid ſit, quod neſciamus. Quòd non ſit ex
humore crudo,vel aduſto,patet ex temperatura, colore & habitu corporis & motu, quia eſt in perpetuo
motu. Et licet comedat lactucas,non poteſt inde tanta copia humorum generari,cum ventriculus & he-
par ſint membra bene conſtituta: neceſſe eſt coctionem primam ſecundam, & tertiam bene ſe habere,&
tot ſigna apparent eius rei. Eſt boni coloris,abundat ſanguine,quod oſtendit color in corpore,teſte Gal.
Vnde igitur tanta pituita,à qua obſtructio? Si velim dicere eſſe malæ cōpoſitionis vitium, neſcio quàm
rectè faciam,cùm nihil de hoc ad nos ſit ſcriptum,& poteſt eſſe aliud. Habet autem cor calidum,quia ad
iram prompta eſt: & ab hac cauſa ſæpe vidi præfocatas, cùm ſpiritus efferbuerunt,& obtenebrantur,in-
B de ſtatim conciderūt in ſuffocationem,ideò non poſſum bene fundare rationem,quia non bene eam ex-
preſsit,qui ſcripſit. Sed tamen vt dicam meam ſentētiam,credo,ſi quæ eſt cauſa,eam eſſe multitudinem
humorum aggregatorum in venis,non pituitæ ſeu bilis,ſed plethoram omnium æqualiter: & ideò dico,
quod vel hoc ſit ab affectibus,vel à plethora: & poſſunt iuuare cauſę extrinſecę,vt animi affectiones,&c.
Et quia illa anhelitus difficultas non durat, ſed eſt in paroxiſmo tantùm, quando ſenſus & motus impe-
ditus: ideò certum eſt vapores aſcendere,cùm videl. ex toto corpore & ambitu venarum,aggregetur ma
teria multa ſanguinea, & deueniat ad vterum, & impleat venas vteri. Non exit inde, ac ſi exit,non tota
exit,ſed relinquitur pars quę dum moram facit,ibi corrumpitur,ex qua vapores inde ad cor & ſuperiora
membra aſcendunt. Et ita non video aliam rationem,quàm plethoram illam per totum ambitum corpo
ris. Et quando illa plethora deuenit ad locū propriū,licet pars euacuetur,tamen tota euacuari nō poteſt,
ideo putreſcit: & ad hoc ordinanda cura. Nam alia cura eſt,quando plethora: alia,quando materia cruda.

Prognoſt. Facilè curabitur,ſi tollatur plethora, & caueatur multiplicatio ſanguinis. *Cura eſt*, vt redda-
tur corpus æquale. Primo victui aliquid detrahendum, & vtendum bonis alimentis. Non pono curam
in euacuatione, aut miſsione ſanguinis, quia reſolueretur potius corpus, quàm quod tolleretur cauſa.
Curatio itaque duplex eſt,vna in paroxiſmo: tum frictiones,ligaturæ,& tandem ventoſarum applicatio-
nes ſub poplitibus & coxendicibus conueniunt: item,miſsio ſanguinis, enemata, & omnia quæ diuer-
tunt vapores à ſuperioribus ad inferiora. Extra paroxiſmum,pro præſeruatione teneatur corpus mun-
C dum,ſæpe euacuetur cum hiera & caſsia,aut rhabarbaro, & in hebdomada ita ſemel aut bis. Hoc enim
modo,& euacuatio,& diuerſio fiet. Et crederem, quòd ex ſolo hoc poſsit conſeruari à paroxiſmo: quia
in quolibet fluxu, quatuor ſunt conſideranda. Eſt habenda ratio membri mandantis & recipientis, ſed
præcipuum eſt,vt tollatur materia: ea ſublata tollentur ſymptomata, vt vt ſint diſpoſita mēbra: quia ma-
teria principaliter mandatur,& hæc eſt ſententia Auic. Miſsio quidem ſanguinis eſt bona,ſed tamen fre-
quens in eodem corpore,non eſt laudabilis. Si autem non ſufficit hæc mundificatio,vti poterimus alijs
diuertentibus: prouocare hæmorrhoides,applicare cauteria in vtroq; crure,quod eſt efficaciſsimum re-
medium,quando materia tendit ad ſuperiora: quia facit diuerſionem continuam. His factis, optimum
eſſet confortare membra mandantia & recipientia,vt hepar, quod cauſat ſanguinis multitudinem,refri-
gerantibus,vt non tanta efficacia excoqueret,& etiam adureret ſanguinem. Vterer ſaccharo roſato,licet
ego credam,quòd non ſit admodum opus alterare hepar,potius alterarem membrum recipiens, & pro-
hiberem ſuperfluitatem in venis. Laudarem igitur maximè pro diuerſione, & difflatione tertiæ conco-
ctionis,vt ſudaret mediocriter cum balneis aquarum dulcium, quod eſt optimum, pro excrementis in
ambitu venarum & corporis: quia difflantur materiæ, aperiuntur meatus cutis, ne aggregentur vapo-
res. Vtatur igitur frequenter,& poſtea cùm exierit fricetur,vt difflentur melius vapores,& vltimò exic-
cetur. Corroboratione neſcio an ſit vtendum, ſi adeſſet ei imbecillitas, conſulerem. Sed poteſt fieri ra-
tione excrementorum, quæ expelluntur,& non ſufficienter. Si ergo materia educetur,ceſſabit affectus,
D & erit vterus confortatus. Dicat aliquis,menſtrua ſunt ſuppreſſa? Non puto vias anguſtas eſſe,cùm ſit
calidi hepatis,poteſt fieri vt ſint obſtructi meatus,qui ſanguinis miſsione iterum aperiri poſſunt: ideò e-
go conſiderem in præſeruatione,bona victus ratione,& continua euacuatione,ac diuerſione per caute-
ria. Friſimelica planè diuerſum ſentiebat. Putabat vtendum victu attenuante,carnibus calidis & ſiccis,
vt ſunt columbarum cum decocto apij & cinnamomo. Secundo concoquendum attenuantibus,vt de-
cocto pulegij,calamenthi,& ſyrupo de betonica,cum aliqua parte cichorij: poſt incidendam ſaphænam
in vtroque pede tempore menſtruorum. Matricem roborandam balneis euocantibus menſtrua,vt ma-
tricaria,pulegio,& roſis. Et quia iam peperit,imponantur ei,quæ diuertunt ad inferiora,vt mercurialis.
Exhiberem inquit calamentum montanum, quod attenuat & roborat, item diacalamentum. Vltimo
Mithridatum cum modico Philonij. Sed Montanus exiſtimabat planè abſtinendum à calidis, quia ſan-
guinem ſicciorem,& magis melancholicum redderent,ſtante tanta hepatis caliditate,ſi attenuarent.

CONSILIVM X.

Ad Scirrhum matricis, pro puella virgine, obſeruatio. 1547.

PRimo balneum ordinauit ex decocto anethi, chamomillæ, radicum althææ & artemiſiæ, in quo ſe-
deret vſque ad vmbilicum. Deinde totum locum ab vmbilico infra inungeret ſequenti vnguento:
℞. Oeſipi humidi, adip. anſari ana ℥.j. olei amygdal. dulc. ℥.s. Cum modico ceræ fiat linimentum,

pro tota parte ſub vmbilico, applicet deinde cerotum hoc: ℞. Diachylon ſine gummi, dialth. ana ℥. A
Cum modico ceræ, fiat cerotum. Item ſemel in ſeptimana, ſumat tres pillulas ex infraſcriptis:

℞. Bdellij, myrrhæ, aloes opt. ana ʒ.ij. croci ℈.j. roſear. rubearum ʒ.j. Cum melle roſato fiant pillulæ pro ſingula ʒ.iij. Præ omnibus vtatur bona ratione victus.

VICTORIS TRINCAVELLII MEDICI OLIM VENETI ET PROFESSORIS PATAVINI CONSILIA III. Muliebria.

CONSILIVM I.

Pro Muliere quæ filios alere non poterat.

NOBILIS hæc matrona, de qua ſumus inſtituturi ſermonem, ætate quidem viget, tempe-
raturæ verò naturalis calidæ eſt, & ſiccæ. Calorem oſtendit color optimus, & procera ſta- B
tura, præterea procliuitas in iram: caloris enim hæc omnia, apertiſsima ſunt argumenta:
gracilitas verò ſiccitatem demonſtrat. Et ipſa quidem multo abundat ſanguine, qui & ad
rationem caloris non parum facit, verùm non admodum bono, ſed potius bilioſo, & excre
mentitio: hoc enim facile poteſt multis argumentis comprehendi, primò ex ſcabie, qua ſecundùm tibias
vltimis menſibus cœpit laborare: ea enim excrementoſum ſanguinem, ad eas partes propulſum demon
ſtrat. Sed & eo tempore, quo habet in vtero, ita male habet, vt & frequentiſſimè mingat: plurimùm enim
in ſanguine ſeroſum humorem contineri, ſatis manifeſtò oſtendit, cùm frequenter ad mingendum exci-
tet: ſed & quòd ſitibunda ſit, indicium eſt copiæ calidorum & ſiccorum humorum eo tempore conge-
ſtorum, ac huic eidem & alia aſtipulantur, quæ ſubinde narrantur, videlicet quòd abhorreat cibos bo-
nos, vt ſunt carnes, & quadrupedum & altilium, imò & potum vini, & præter id quòd incongrua capiat
cibaria, potum aquæ, & lactis deſiderat: hæc enim omnia vitioſos, calidos nempè & ſiccos ſuccos ad ven
triculum delatos, eamque male ex his habere demonſtrant. At verò quo tempore grauida eſt, eiuſmodi
ſymptomata, magis quàm alio excitantur, quia dum non gerit in vtero, habet ſuas menſtruas purgatio-
nes, per quas, ſi non omni, ſaltem magna ex parte corpus ab iſtiuſmodi excrementis expurgatur, maxi-
mè in hac viridi ætate, quia vires ſuapte natura ſe habere & calidum eſſe, rationi conſonũ eſt: nam & fœ-
cunditas, & liberi omnes maſculi, qui & bene alti in lucem æduntur, poſſunt iſtius rei locuples teſtimo- C
nium præſtare. Sed quiſpiam fortaſsis dubitabit, cur ergo ex nouem tantùm tres fuere vitales? reliqui
verò ita facili negotio interiere? Reſponderem ad hanc dubitationem, quòd quamuis ita viderentur il-
lius boni habitus, dum æduntur, latebat tamen in illis prioribus aliquod vitium, ab vtero contractum ex
malo ſanguine, quo nutriebantur, quod non niſi tempore longiori potuit vim ſuam manifeſtare. Poſtre-
mi verò citiſsimè extincti, ob nimiam virium imbecillitatem, quam ſecum in partum afferunt. Quòd ſi
quæſieris, & quæ nam eſt cauſa iſtius languoris virium, ego dico, fluxus ille præpoſterus menſtrui ſan-
guinis, qui per octiduum ante opportunum pariendi tempus ingruit, ſubtrahitur enim alimentum fœ-
tui, fortuita fluxione, qui tamen tunc eo eget copioſo, cùm grandior ſit. Iſtius tamen profluuij hanc pu-
to cauſam eſſe, nimirum multa congeſta excrementa, & ea acria in venis vteri, tempore, quo menſes ſunt
ſuppreſsi, fœtus autem attraxit eas illius ſanguinis partes, quæ illi alendo erant aptiores, relictis magis
excrementoſis, à quibus excitata, & irritata facultas expultrix. quæ nequit vſque ad tempus eam perfer-
re moleſtiam, præceps inſurgit ad expellenda ea, imò non ſolùm excrementoſum ſuccum expellit, ſed &
ſi quid boni immixtum ſit, & ea ratione, infans adeò languet, vt viuere deinde nequeat. Hæc ſunt ergo,
quæ de ratione eorum, quæ honeſtæ huic mulieri circa partum contingunt, ſentio: quantum verò ſpe-
ctare poteſt ad ea, quibus poſſemus ipſam ab his moleſtijs in poſterum tueri, dicam, vt honeſtiſsimo, &
docto viro Ioanni, morem geram. In hac re non admodum facili, ſecundum ſententiam meam, duo, vt D
quidem exiſtimo, in primis procuranda, nempe vt omnis occaſio excrementorum in hoc corpore gene-
rãdorum tollatur: tolletur autem per commodam, & rectam victus rationem, tam in cibo & potu, quàm
in cæteris rebus, quæ à medicis non naturales appellari ſolent. in vniuerſum verò ab his cauendum eſt,
quæ ſanguinem calefaciunt, & aſſant: fit enim ea ratione malus, & excrementoſus: calefaciunt autem a-
romata, acriaque vt allia, cæpe, porri, & alia eiuſce generis reliqua, multus raphani vſus, herbarum præ-
terea, quæ calefaciunt, immoderatus vſus, vt eruca, ſerpillum, ſaluia, petroſelinum, ſatureia. Item & ſemi-
na, vt feniculi, aniſi, cymini, & eiuſmodi reliqua: ſed & legumina non ſunt illi multum ſalubria, præterea
verò & vina potentiora, vnde vinum quidem illi bibendum eſt, ſed leue, modeſtè autem id fiet. Vtatur
carnibus, quæ concoctu ſint faciles, ac ſanguinem bonum gignant, vt ſunt vitulinę, hœdinæ, gallinaceæ,
ſed & perdicum, faſianorum, cæterarumq; auium nemoralium item, non erunt incongruæ: à ſalitis om-
nibus, aut ſaltem ab eorum multo vſu illi cauendum eſt. Piſces aliqui ex his qui non damnantur, & in bo
nis aquis capiuntur, interdum concedi poſſunt, modò non condiantur condimentis acribus, & calefa-
cientibus: omnia præterea elixa, magis quàm toſta frequentius offerantur, quòd ſi elixa interdum faſti-
diantur, ea toſta dentur, quæ non ſint aſſata adeò, vt exuſta videantur. Nimia etiam exercitatio, qua ſan-
guis accendatur, incongrua omninò eſt, ita & vehemens ira, & eiuſmodi reliqua, ſed & nimia venus. His
ergò rectè inſtitutis, deinde antequam grauida fiat, corpus à congeſtis iam excrementis purgandum &
mundum

A mundum reddendum eſt,atque prætereà aliquo modo ea intemperies cùm iocinoris,tùm verò vniuerſi corporis,ex qua vitioſus ſanguis gignitur,temperanda. Quantùm ergo ad corporis purgationem pertinet,conſulerem vt ſtatim ab initio curationis,aliquo leui, & facili medicamento aluus leniretur,vt communia excrementa,quæ in communibus vijs reſident,facilè educerentur.Medicamentum verò id mihi parandum hunc in modum videretur,vt acciperetur, caſſiæ noſtræ iſtius vulgaris vncia, hoc eſt floris eius,vel pulpæ, vt aiunt : illius verò electuarij, appellati diacatholicon ſemuncia, & bolo ex his confecto, ac ſaccharo inuoluto, deuoranda omnia per horam ante prandium exhibeâtur, vel ſi deuorare nequeat, & malit bibere,diſſoluantur ex aqua cichorij,aut boraginis,aut alia ſimili.Mox verò ſequenti die corpus ad vberiorem vacuationem erit parandum,per aliquos ſyrupos, aut decocta aliqua, verùm prius interpoſito vno,vel altero die,à prima hac expurgatione.Sanguinem ſecta vena mitterem ea copia,quę videbitur ſatisfacere præſenti medico,cõſiderata ſanguinis qualitate,habitu corporis,plenitudine venarum, viribus,& tempore,nempe vt vitioſo ſanguine vacuato,per rectam rationem victus probus congeratur, atque ſi ipſa de more copioſas haberet ſuas menſtruas purgationes, ex vena interiori in cubito,quam cephalicam appellant,ſanguinem detraherem:ſin autem contrà,ex venis pedum prope malleolos. Syrupi verò quibus primum vterer,hi ſunt : acciperem primum ſyrupum ex cichoreo,ſyrupũ ex fumaria,& roſaceum,ex recentibus roſis,ſingulorum ſemunciam:aquarum verò endiuę,boraginis,lupulorum,ſingulorum vnciam.miſ.omnia,& exhibe ſummo mane per aliquod dies,vt ex vrinis videbitur præſenti medi-

B co. Mox verò medicamentum ſubſcriptum exhibeatur,videlicet, accipe ſenæ electæ ſemunciam,paſſularum, liquiritiæ raſæ, granorum hordei excorticatorum, ſingulorum parum : fructus ſebeſten num.4. pruna arida num.tria,flor.violarum,boraginis,fumiterræ,ſingulorum drachmam : aquarum capillorum veneris,cichorei, boraginis,quantum ſatis ſit:coquantur omnia ex arte,& expreſſo decocto,maceretur, vel infundatur, (vt aiunt) rheubarbarici ſeſquidrachma , ſquinanti ℈.s. quæ tamen vino albo odorato pauco prius aſpergantur,& ſimul immergantur in decocto præſcripto per noctem : poſtea verò ſummo mane exprimatur humor,& ex eo diſſoluantur ſyrupi roſacei ſolutiui, ex multiplici roſarum infuſione facti,vnciæ quatuor: electuarij, quod confectio Hamech vocatur, drachmæ ij.miſce & fiat potus, & in aurora bibatur:atque eo bibito,per horam ſi poterit,dormiat,differat autem prandium,ad quintam horam ab aſſumpto medicamento,ac ſi plenè videbitur eo corpus expurgatum,quieſcat:ſin minus,ijdem ſyrupi,ac mox idem etiam medicamentum erit iterum repetendum, vt corpus exquiſitè mundum reddatur. Expurgato itaq; corpore,ijs erit agendum, quæ etiam concoctricem vim poſſunt roborare, & intemperiem,ſi qua relicta ſit,temperare.Ita ergo agerem,vterer ea appellata confectione,quam Diarhodon Abbatis appellant,eiusq; rotulam, quæ drachmas tres ponderet, per ſeſquihoram mane ante prandium,& tantundem ſero ante cœnam acciperet: vel aliam miſturam pararem,ex ſaccharo roſaceo,& boraginato, portionibus paribus ſimul commixtis, ita vt quotidie mane tempeſtiuè comederet ſemunciam. Hæc currenti calamo excepta ſunt,in gratiam iuuenis mihi amiciſsimi & chariſsimi.

C

CONSILIVM II.

Primò menſium ſuppreſſio, poſtea immodica eorundem eruptio,muliebre item profluuium, hæmorrhoidum vehemens dolor, facies decolor, tumidi pedes.

SI rectè mihi videor ea percipere,quæ ab excellẽtiſsimo viro literis non modò commiſſa legi,ſed non ſemel etiam repetita, quatuor præſertim prauis affectibus, illuſtris matrona anno ſuperiori fuit obnoxia: poſteaquam in præſentia bene ſe habere illi videtur,ſi tamen affectus,vt ſecundo Methodi ait Galenus, ex ipſis ſymptomatibus nuncupationem aliquando habere ſolent, qùi non modò diuerſi fuêre, ſed ex aliqua etiam parte contrarij : nam quamuis fortaſſe potuerint ortum habuiſſe ab vna prima, & communi cauſa,neceſſe tamen eſt,ſi ſymptomata fuerint diuerſa,& aliquando contraria,quod proximas & priuatas cauſas aliqua ratione diuerſas habuerint. Affectus ergo, vel, ſi potius ita loquendum videatur,ſymptomata fuêre,menſium ſuppreſſio,deinde immodica eorundem eruptio: tertio id,quod muliebre profluuium Medici,præſertim priſci,ſoliti ſunt appellare: quartò verò dolor vehemens & tumor hæmorrhoidum. Hæc enim ea videntur præcipua,& quæ magis afflixêre,reliqua verò,ex magna ſaltẽ parte ſi non omninò,ab his defluxêre,nempe tarda & languida concoctio,flatus,aliquis tumor ventris,& fa-

D ciei,& quaſi initium mali habitus:poſtremò dolor capitis.Et quia pleraque horum ab aliqua intemperatura pendent,aut vniuerſi corporis, aut alicuius,vel plurium principum particularum, aut aliarum quæ plurimam connexionem,vel conſenſum habent cum principibus : neq; fieri alioquin poteſt, vt rectè,& ex methodo conſulamus,qua ratione poſsint hi affectus depelli,ſi aliquæ adhuc ſuperſint eorũ reliquię, vel ſaltem à medico illa cuſtodiri, quo minus iterum in eoſdem relabatur, niſi horum omnium rationes ſint nobis perſpectæ,ideò quo breuius poterimus,horum omnium cauſas ſcrutabimur : & cùm morbus ſit lapſus,vel receſſus à ſanitate,nec ſufficiat ſolùm nouiſſe quis ſit morbus,ſed non minus etiam ſit præterea neceſſarium,tenere quantus ſit is morbus,qui præſens nobis curandus offertur,hæc omnia diſquiremus,vt his tanquam præcipuis fundamẽtis innixa oratio,recta methodo progredi poſsit. Plurimum, ni mea me fallit ſententia,ad inueſtigandas horum omniũ ſymptomatum cauſas,referebat nouiſſe quod eorum prçceſſerit,quodq; ſubinde ſequutum ſit:ecce enim,ſi horum omnium prior extitiſſet menſtruorum ſuppreſsio , quæ poterat habere ortum à morbo in via, nempe ab obſtructione venarum vteri , qui princeps , & primus videtur fuiſſe locus affectus, in hac illuſtri domina , inde ſerie quadam alios omnes affectus,tanquam à primario fonte defluxiſſe,facilè & rationabili coniectura putare poſſemus. Sed & iſtarum obſtructionem cauſas, non eſſet difficilè inueſtigata, ſumpta iſtius rei occaſione ab illis, quæ tradita literis ab excellenti medico diligentiſsimè fuerunt: cùm enim vitam degeret talem,vt pleræq; nobi-

les matronæ degere ſolent, nempe otioſam magne ex parte, alioquin tamen ſplendidam, & opiparam, vt A
nobiliſsimam illam familiam decet, & illi in more eſt, fieri ferè nequit, quin tandem congerantur excrementa craſsiora, & crudiora, quæ ſimul cum ſanguine, præſtita illi occaſione ex aliquo præterea errore in victus ratione, ad vterum quaſi ad cloacam, qui tum ad expiationem vniuerſi corporis muliebris, tùm propter alias cauſas omnibus notas, à natura inſtitutus & genitus eſt, delata, illas obſtruxiſſe potuêre, ac intercœpiſſe tranſitum mẽſtruis purgationibus. Quantum autem labis, & incommodi afferre poſſit excrementoſus is ſanguis, ſi retineatur, introque receſſerit, primùm ventriculo, & iecori, mox verò & reliquis viſceribus, vel ipſæ etiam mulieres norunt, quæ dum vtero gerunt, primis præſertim menſibus ſæpè vomunt, plurimùm expuunt, ventriculus in flatus ſpiritu flatulento, aliquibus œdemate pedes intumeſcunt, aliæ & decolores fiunt: crudior enim & frigidior eſt is excrementitius ſanguis, qui tùm multitudine ferè ſtrangulans natiuum calorem, tum verò frigidiori, qua præditus eſt natura, ſolet ventriculũ, ac eius concoctricem facultatem labefactare, ſubindeq; iecur, nec minus etiam vterum. Vnde natura à multitudine aggrauata & excitata, quæ nondum vires adeò amiſerat in hoc optimo habitu, & temperatura, vt facto impetu, non poſſet collectum ſanguinem, ad loca in mulieribus conſueta impellere, concitato motu, propulſa ea excrementoſi ſanguinis congerie ad vterum, & illata vi venis, illiſq; apertis, facere ſibi viam poterat: & cum vterus, ac illius venæ imbecilliores eſſent redditæ, non poterant modum ſanguini erumpenti, & profluenti imponere, vt deinde ex immodico illo profluuio, prędictis viſceribus addita ſit imbecillitas, maiorque præſtita occaſio, cur non admodum feliciter in concoquendo, ſuo funge- B
rentur officio naturalia viſcera, maximeq; ventriculus, & hepar. Vnde multa pituita à ventriculo genita, multoque aquoſo, frigido, ſeroſoque ſanguine ab hepate, illiſque ad vterum expulſis, muliebri profluuio in cauſa fuêre, quod hac deinde de cauſa diuerſorum colorum erat: albus etenim color, pituitam demonſtrat: ruber verò, ſanguinem, & illum vitioſum, cùm ſeroſus eſſet: ſi verò conſpiciebatur alter, vt flauus, id alicui bili atteſtabatur, quæ in hac temperatura & ætate, non poteſt non generari in aliqua copia. Poſſunt hæc item eadem excrementa, ex aliqua corruptione, vel putredine, in viridem colorem degenerare, etſi interdum vi medicamentorum, & curationis à medicis adhibitæ, ſiſtatur ſanguis menſtruus, vt nimis illi fluenti occurrant. facile tùm vicinitate, tùm connexione, quæ eſt inter has partes, diuertunt ea excrementa ad mariſcas, quæ nimis poſtea repletæ, & inflatæ, dolent: præſertim, cùm is crudior ſanguis, cui & pituita intermixta eſt, facilè in flatum digeri poſsit, qui venas illas diſtendens, ſubminiſtrat fomentum dolori. Nam neque ſemper hæmorrhoides increſcunt, & dolent, ex humore melancholico, ſed & varijs humoribus, vt & iuniores ferè omnes affirmant, qui Rhaſin, & Auicennam in hoc ſequuntur, quiq; multas hæmorrhoidum differentias nouêre. Quod autem ab eiſdem excrementis ad has partes defluentibus, ortum habuerint tam vteri, quàm hæmorrhoidum affectus, apertiſſimè id indicat, quod ſcribit excellentiſsimus Medicus, quòd plerunq; ſuppreſsis menſibus, excitari ſolitus erat, tùm dolor, tùm tumor hæmorrhoidum, qui fluentibus menſtruis quieſcebat. Quo autem pacto, ex non proba tam ventriculi, C
quàm iecinoris concoctione corpus decolor potuerit euadere, tumidique pedes, & oculi, & tandem ſuperuenire quidam quaſi malus habitus, non eſt cur à nobis ſit referendum, cùm nulli Medico hoc obſcurum ſit: ita etiam quo modo, cùm excremẽta hæc à natura commota, vt ad vias excretionis illa impellat, mouentur, à vaporibus ab illis excitatis ac caput petentibus, dolor concitari poſſit. Hanc ergo omnium horum affectuum ſeriem, ſi prior fuit menſium ſuppreſsio, hoc modo inde defluxiſſe putarem. At ſi præceſſerit immodica eorundem eruptio, effuſioque, inde pariter petenda eſſet princeps cæterorũ omnium occaſio. Dum habitum & temperaturam conſidero, præterea verò & victus rationem, non poſſum non niſi in hanc ſententiam deſcendere, quòd id acciderit tùm ratione copiæ ſanguinis in hoc corpore congeſti, tùm etiam qualitatis eiuſdẽ: nam quamuis omnia, quę de illuſtri matrona relata legi, oſtendant eam non parum eſſe ſanguineæ naturæ, nonnulla tamen etiam oſtẽdunt, illam eſſe etiam bilioſæ ſatis inſigniter participẽ. Nam & ſi ſit bene colorata ſuapte natura, hilaris, comes, eſt etiam facilis admodum & prompta vt iraſcatur, vehementerq; excandeſcit cùm iraſcitur, quamuis poſtea à plurimo ſanguine retuſa bili, facillimè, citiſſimeq; ſedetur & miteſcat. A multo itaque ſanguine, eoq; calido, atq; etiam à miſcella bilis reddito calidiori & tenuiori, irritata facultas expultrix valida, poteſt tanto impetu ad vterũ illum amandare, vt vi apertis venis, confertim adeò erumpat, vt detentrix facultas, nequiuerit deinde illum immodicè effluentẽ ita moderari, quin facta multa ſpirituum, & ſanguinis profuſione, vniuerſum corpus eua- D
ſerit languidius, & frigidius, exinanita non exigua copia natiui caloris: præſertim verò vterus, iecur & ventriculus. Vnde facilè poterant ſerie quadam cætera ſequi: redundantibus enim cruditatibus, obſtrui potuêre venæ vteri, quæ ſubinde factæ imbecilliores, redditæ itidem ſunt aptiores, vt cuiuſcunq; generis excrementa eò confluentia ſuſcipiant, tùm craſſa & lenta à quibus ſolent obſtrui, tùm tenuia, & ſeroſa, vel aquoſa, quæ continenter ferè defluentia ad locos, poſſunt concitare profluuiũ illud muliebre. Sed ſi profluuium tempore prius extitiſſet, nihilo ſecius ab illo potuiſſent cætera omnia ordine quodam ortum habuiſſe, hoc ſane modo. Cùm enim fuerit alioquin nobilis hęc matrona, optimi ferè & ſalubris tùm habitus, tùm temperaturę, nulla poteſt rationabilis cauſa afferri, vnde poſsimus cogitare, quòd ex aliqua naturali propenſione occaſionem habuerit hoc vitium, cùm nulla viſcera videantur in hoc corpore à natura procreata adeò intemperata, vt inde cauſa aliqua poſsit peti iſtius incommodi, confugiendum ergo eſſet ad externas & procatarcticas: præſertim ad errores in ratione victus, à quibus & ventriculi ſit labefactata princeps facultas, & præterea iecoris vel renum: ventriculi quidem, ob ea alba excrementa, quæ interdum excreta conſpiciuntur: iecoris autem, vel renum, quia ſeroſus ille humor, & ruber propterea multus excernitur, quia ex errore ſecundæ concoctionis multus in hepate genitur, aut quia à renib. non expiatur, pro ratione exigentiæ naturalis, ſanguis à ſeroſo excremento, quod mixtim cum ſanguine fluens, illum tenuiorẽ & ſeroſiorem, quàm par ſit, reddens, efficit, vt ad fluorem ſit prõptior, ſit etiam magis

vitioſus,

A vitioſus,& ad alendum ineptior: vnde à natura reiectus,facilè confluit ad loca in mulieribus excretionis
accommodata.Quòd verò diuturnius factum hoc profluuium,poſsit & omnia viſcera frigidiora redde-
re,& vniuerſum tandem habitum corporis, demonſtrant Medici omnes,præſertim Galen. Aetius,Pau-
lus,dum ſigna indicátia hunc affectum exponunt: nempe malus color,ſubtumidi oculi,flatus plurimus,
& malus habitus,& tandem aqua intercutem,quæ itidem ab excellenti Medico diligenter in hac matro-
na & obſeruata,& literis tradita ſunt.Non ergo iniuria à me fuit quæſitum,à quo habuerit initium ſeries
hæc malorum,ſicuti ſi poſt vltimum filium in lucem editum,habuerit in vtero, & an abortum aliquando
paſſa fuerit,quia ſæpè ex incommodis tùm partus,tùm abortus, ſolent ſequi hæc profluuia. Cùm ergo
ex his,quæ ſcripta legi, horum nullum fuerit definitum,illis, quæ ſcripta ſunt, quàm melius per me fieri
potuit,& diligentius æſtimatis,eam ſententiam,in quam magis & potius iui,tandem exponam.Summa
itaq; vniuerſæ iſtius rei atque vniuerſum momentum, mihi videtur conſiſtere in frigida & humida, tùm
vniuerſi corporis, tùm vel maximè internorum viſcerum intemperie: nempe ventriculi, hepatis ac re-
num, qui & ipſi à nimia humiditate laxiores redditi, & à frigore langueſcentes, nequeunt ſanguinem, à
multo ſeroſo humore in iecinore præ eius infirmitate genito, purum, quantum ſatis eſt, reddere, quæ
quidem viſcera mutuo, & quaſi in orbem hos affectus fouere, & augere ſolent, cùm vigent. Hinc ergo
B tam propriæ indicationes,quàm communes petendæ ſunt, & ſubinde etiam ſcopi, qui in hac curatione
ſpectandi ſunt: & cum conſtet,morbos omnes hos in intemperie,cum materia ponendos eſſe,neq; poſ-
ſit alioquin tolli intemperatura quæ à materia fouetur, niſi prius detracta materia, primum purgandum
erit corpus: purgandum autem per eas partes,quę aptiores ſunt,vt per eas ducatur ſuperuacuus humor,
deinde verò intemperies vitioſa corrigenda, poſtremò imbecillioribus viſceribus erit robur addēdum.
Quia verò materia tùm pituitoſa eſt, tùm ſeroſa, & ea copioſa, quæ momentum in primis habet ad vte-
rum,ita ducenda eſt,vt tùm ab vtero reuellatur, tùm etiam aliò deriuetur. Statim ergo oportet aggredi
vniuerſi corporis expurgationem,ita tamen,vt ſi quæ ſint excremēta,ſicut fermè non eſſe nequeunt,illa
prius coquantur & ad purgationem parentur: niſi quòd ſemper in his frigidioribus intemperaturis,cir-
ca ventriculum,inteſtina,communesque venas, crudiora congeri ſolent excrementa, quæ obſtant,quo
minus facultas medicamētorum,facilem poſsit tranſitum habere ad penitiores partes. Ab his ergo,mea
ſententia eſſet auſpicandum,vt & hac ratione corpus magis fluidum redderetur: quod tamen lenib.me-
dicamentis eſſet agendum,illis ſanè,quæ ad remotiora loca,quàm primæ illæ venæ ſint, pertingere non
poſſent.Ad hoc ergo officium,n[illegible]lum præferrem medicamentū hieræ ſimplici,quam in præſentia Gal.
appellant. Acciperem ergo pulu[illegible] hieræ drach.ij.vel paulò plus,quātum tamen magis opportunum vi-
deretur excellenti Medico,qui vſu ipſo poteſt illius corporis,quātum ad facilitatem ſolutionis pertinet,
me maiorem habere peritiam,ad illos verò,vel ſemunciam caſsiæ,vt aiunt,floris aſſumerem,vel aliquan
C ti ſyrupi roſacei ſolutiui,quem,ſi rectè memini,mucharum ibi appellant,atq; hoc medicamento commu
nes illas materias deponerem:mox verò aggrederer tùm apparatum, tùm etiam reuulſionem & deriua-
tionem horum excrementoſorum humorum. Reuulſio quidem,ni fallor,maximè apta eſſe poſſet vomi-
tus: præſertim ſi multam pituitam reſpexerimus quam præ ſe ferant alba illa excremēta: præcipuè igitur
vomitus mihi probaretur,ſi facilis ad vomitū eſſet,alioquin autem nollem violenter illum excitare. Sed
& ſecta vena in brachio, fieret quidem vehemens reuulſio, verùm cùm ita immutatus & refrigeratus ſit
vniuerſi corporis habitus, vt propenſa videatur in aquam intercutem (nam & decolor facies, & ſubtu-
midi oculi, pedesq; œdemate in maiorem molem elati, vnà etiam cum abdomine,videntur monere me-
dicos, vt in hac cauti ſint) ideò non facilè adduci poſſem,niſi aliud quidpiam,præter illa, quæ hactenus
legi,referantur,vt putarem poſſe illi eſſe vtilem venæ alicuius ſectionem: vnde alia ratione,& via cogita-
rem corpus eſſe exinaniendum,& mox deriuandum,inanito vniuerſo corpore. Ad apparatum autem i-
ſtorum humorū,atq; vt fluidum corpus redderetur, partimq; vt ea materia aliò deriuaretur, mihi quàm
maximè probaretur decoctum confectum ex agrimonio,ita vt vulgo appellato, quod antiquorum eupa
torium plerique credunt,vt etiam eſſe puto: item ex cetrach, quod ſcolopendrium eſſe credimus, & ex
abſinthio. Nam eupatorium citra caliditatem inſignem, mirificè amicum iocinori eſt, illud roborans ſi
quod aliud,eiusq; obſtructiones aperiens: & nonnulli illo ad cienda lotia vtuntur,neq; id abſq; ratione,
cum tenui ſubſtantia conſtet,vel tenuibus partibus,atque pręterea ſatis exiccat,quàm autem commoda
D ſint quæ vrinas cieunt huic affectui,omnes antiqui medici,vt Galenus,Aetius & Paulus,prædicant. Ab-
ſinthio verò,roborando ventriculo nullum ferè accommodatius medicamētum eſt: & quamuis non vi-
deatur inſignis labes eſſe in liene contracta, fieri tamen ferè nequit, vt hoc item viſcus integrum ſit, cui
optimum medicamentum eſt aſplenon,vel ſcolopendrium, quòd & ipſum tenui conſtat ſubſtantia: vn-
de & ſtranguriæ vtile eſt medicamentum, & calculos in renibus atterit. Quo fit vt non poſſim non cre-
dere,quòd & ipſum quoq; vrinam prolectet: huius autem decocti ex aqua parati acciperem vncias tres,
vel quatuor,illisq; adderem ſyrupi ex cichorea ex deſcriptione Nicolai Florētini vnciam vnam, acetoſi,
diarhodon vnciam ſemis,hisq; vterer,quoad vſque præſenti & excellenti Medico videretur ſatis. Con-
ſideratis lotijs,& alijs,quæ ſolent obſeruari à Medicis,mox corpus purgarem, facillimis tamen,vt ſupe-
riùs diximus,medicamentis, in quib.rhabarbarum eſſet præcipuum, quod ex ſupraſcripto decocto ma-
cerarem,acciperem autem illius ad ſeſquidrachmam,addito potius ſquinanto etiam,quàm ſpica,& facta
expreſsione: diluto illo adderem muchari, vel ſyr.roſacei ſolutiui, quantum videbitur ſatis poſſe eſſe ad
purgandum corpus iſtud: niſi quòd mihi etiam probaretur,ſi ſcrupulus eiuſdē rhabarbari triti ac in pul-
uerem redacti adderetur, vt eo aliquantiſper fluxio ad vterum coerceatur. Poſtea verò per aliquot dies
vterer paſtillis, vel trochiſcis, ex abſinthio, vel ex rhabarbaro, vel ex eupatorio, à Meſue deſcriptis, ad
ſcrupulos duos, poſt quos ſi ſuperbiberetur decoctum ex radicibus apij, petroſelini,aſparagorum,mihi
videretur ex ratione id fieri, vt ſuperuacuæ illæ humiditates, per lotia ad renes & veſicam deriuarentur,

vt antiqui omnes, præſertim verò Galenus, Paulus, & Aetius inſtituêre: & ſi iudicaret medicus nondum plenè inanitum & purgatum eſſe corpus, repetendum eſſe ſupraſcriptum pharmacum putarem, vel ſi etiam illi drachma myrobalanorum chebularum, in eodem decocto maceratarum adderetur, id vtiliter fieri putarem. Sed quia neque inutilis eſſet, ni fallor, auerſio iſtorum excrementorum ad cutem, ſudore excitato, præſertim plenè iam expurgato corpore, ſi balneæ domi pararentur, ex decoctis earum rerum quæ exiccare, & roborare poſſent inferiorem ventrem, crederem vtile fore auxilium, poſtea quàm omnes in his affectibus hunc in alijs ſcopis poſuêre, nempe exiccare, & ſudorem ciere: vnde in coctis roſis, chamæmelo, betonica, agrimonio, radicibus fœniculi, & alijs id genus ſimplicibus, vellem vt tali decocto inſideret, ibique aliquandiu ſudaret. Sed & inunctio aliqua, qua illinatur vniuerſus inferior venter, non eſſet præter hoc inſtitutum: ſicuti ſi acciperetur oleum abſinthinum, nardinum, & maſtichinum, ſingulorum vncia vna, puluerum autem aromatici roſacei drachmæ tres, ceræ quantum ſit ſatis. Quod ſi neque his cederet morbus pertinax, mihi non parum probaretur, vt thermis vteretur calefacientibus, & ſiccantibus, roborantibusque interna viſcera opportuno tempore, aut Porettanis, aut Aquarianis, eas autem eligerem, quas magis ſtatus illius nobiliſsimæ matronæ eo tempore videretur indicare, quas laudarem vt biberentur: itemque vt in eis lauaretur. Hæc eſt mea in hac re ſententia. A

CONSILIVM III.

Lectio pro muliere quadam laborante aliquando fluxu rubeorum menſtruorum, aliquando verò alborum infeſtantium cum vehementibus, & moleſtiſsimis doloribus. B

CAſus, de quo ſumus hodierna die habituri ſermonem talis eſt, qualis deſcribitur in hac nobis exhibita charta. Iam integer agitur annus, cum honeſta quædam mulier quadrageſimum annum nata, incidit in fluxum alborum aliquando menſtruorum, & aliquando rubeorum. Veruntamen fluxus rubeorum, non eſt illi adeò moleſtus, ſicut fluxus affligit eorum, quæ alba ſunt, continuo enim tempore fluunt, adueniuntque cùm dolore continuo, qui modò percipitur in dorſo, modò in vtero circa ilia: aluus verò aſtricta eſt, nec vnquam ex ſe exſoluitur, niſi clyſteribus irritata: tuncque maximum dolorem percipit, qui non facilè ceſſat, materia verò quæ exit pituitoſa eſt, craſſa, vitrea, & viſcida. Iam verò octo annis ante ſuppreſſa ſunt illi menſtrua, idque ex animi maximis perturbationibus, propter ſui viri abſentiam: nunc verò, magis quàm debeant, fluunt: præterea habitum corporis ſatis bonum habebat, quamuis nunc conſumpta ſatis videatur. Ex præſcripto ergo iſtius (vt ita dicam) informationis, nobis hodie agendum eſt circa querelas mulieris: vexatur itaque mulier hęc fluxu menſtruorum alborum, & rubeorum, infeſtantium cum vehementibus doloribus, vt facilè poteſt percipi. Hæc autem ſunt duo ſymptomata, quorum alterum ad exiens mutatum: alterum verò ad actionem læſam pertinet: eſt enim actio læſa, dolor. Fluxus autem, exiens permutatum ſecundum multiplicem rationem, eſt enim permutatum ſecundum ordinem, & naturam. Nam quum ex præſcripto naturæ debeat fluere ſanguis rubicundus, vitioſa tamen, & corrupta videtur ipſius eſſe ſubſtantia, quia non rubicunda, ſed alba ſunt menſtrua. Sunt etiam læſa, quantum ad ordinem, menſtrua enim ſecundum naturam ſe habentium mulierum, ſtatutis temporibus fluere conſueuerunt, qua quidem ratione menſtrua dicuntur, quia ſcilicet ſingulis menſibus fluere ſoleant: hæc autem qua de nunc agitur, continua eſt ipſorum fluxio, non certis periodis limitata, ſed continuo quodam motu, & abſque intermiſsione moleſta. Quum autem à ſymptomate non accipiatur ratio curationis, ſed ab ipſa natura corporis patientis, & à morbo: ideò prius diſcurſu quodam breui oportet diligenter inueſtigare, quæ ſit cauſa iſtorum ſymptomatum, nam ſtatim tum omninò exquiſitam, & perfectam cognitionem morbi habemus, quando cauſam ſymptomatum percipimus. C

Si igitur adhibuerimus rationem temperaturæ corporis, iam originem habebimus iſtarum affectionum, methodique curandi huiuſmodi morbos. Conſideremus ergo primum præcipuumque ſymptoma, menſtrua videlicet illa alba: ſunt enim colore albicante, quod nobis demonſtrat materiam pituitoſam. Eſt ergo aliquod excrementum pituitoſum, quod per vterum purgatur, quum menſtrua excreméta per vterum excernantur, quando ad vterum deriuari poſſunt. Nam pręter id, quod ad conceptionem eſt à natura formatus vterus, eſt etiam veluti ſentina & cloaca, quæ in cauitatibus ſolet eſſe, per quam omnia excrementa deducuntur, ideò vos iuuenes videtis, quòd non eſt tantum locus, & membrum voluptatum, & delectationis, verùm etiam excremẽtorum, & ideò quandoq; abſtinere debetis ab huiuſmodi incommodo: verùm redeamus ad propoſitum. Vtrum generetur in vtero hoc excrementum, & per vterum quidem expurgetur, an potius generetur in viſceribus, aut in toto corpore, & per vterũ, poſtea expurgetur. Si conſideremus copiam, & quantitatem ſuperfluitatum, & excrementi, atq; quòd menſes ipſi fuerunt ſuppreſsi, quum eſſet eiuſmodi ſano habitu, carnoſo, pleno, & bono: nunc verò facta ſit macilenta, gracilis, & macra: ſignum hæc eſſe videntur non modò, quòd non bene ſe habeat vterus, ſed quòd ratio morbi etiam pendeat ab vniuerſo, & quòd in toto corpore gignantur excrementa: itaque excrementitiæ iſtæ materiæ per vias promptiores, laxiores, imbecilliores, & magis idoneas à natura excernuntur, & expurgantur. Sed primam occaſionem vnde putas tu prouenıſſe? Puto ex vitio ventriculi, nam ſcitis eſſe ſententiam Gal. quòd maxima cauſa generandi pituitam, eſt ventriculus: nam quum calor ipſius deficit, dum non probè poſtea concoquit iecur, conficit multum materiæ craſſæ, frigidæ, & pituitoſæ. Nam trita eſt ſententia Gal. quòd ſecunda concoctio, non poteſt corrigere primam vitiatam: ideò cauſa morbi habet originẽ à ventriculo, ſ. ab excrementitia materia in ventriculo genita. A qua verò cauſa putas generari? A cauſa frigida, & humida: nam eiuſmodi tẽperies maximè facit ad generandã huiuſcemodi materiam. Vnde autem putas eam fuiſſe contractam in vẽtriculo? ex multiplici occaſione, & ex animi D

perturba-

A perturbationibus in primis. Ait enim Gal. in Arte medicinali; ex mœrore, triſtitia, & animi affectionibus, deijci vires, & vitiari primã concoctionẽ ventriculi. Quum igitur ex abſentia viri ſui, qui in longiores prouincias abierat, fuerit perturbata, eo mœrore deijci potuit concoctio in ventriculo, vnde genita ſunt excrementa, quibus ſucceſſerunt hæc menſtrua alba. Huc acceſsit ſecunda cauſa, ſuppreſsio menſtruorum per longum tempus, ſuppreſsio autem menſtruorum valida cauſa eſt, vt facilè poſsit deijcere vires corporis, in primis autem vires ventriculi. Nam quum ſanguis menſtruus ſit non planè concoctus, & ſit excrementitius, vt dicebat Ariſtoteles, vbi de ratione menſtruorũ tractat, vt pituitoſus, melancholicus, aut bilioſus, ſuppreſsio menſtrui illius ſanguinis, poteſt efficere ægritudines ferè omnes, & varias in corpore humano, maximè verò in vẽtriculo: quòd eo argumẽto facilè intelligitur, quia in mulieribus ſuperueniunt vomitus, nauſeæ, faſtidia, ſyncope, & eiuſmodi alia, & potiſsimum ſuperueniunt in prægnantibus in initio, circa prima tempora, dum fœtus paruus eſt, vt nõ poſsit multum materiæ illius conſumere: ideo ea collecta regurgitat, & ad corpus ipſum excrementa redeunt, maximeq́; vires ventriculi deijciuntur, & multa oriuntur ſymptomata: mirum enim cõſenſum, vterus habet cum ventriculo. Quapropter læſa eſt facultas concoctrix, nec modò ventriculi, ſed etiam vniuerſi corporis. Nam toti corpori communicatum eſt vitium concoctricis facultatis, ex ſuppreſsis menſibus: imò ex ipſa labefactatione ventriculi, & iocinoris, nõ eſt ſanguis bonus genitus, & totum corpus alteratum eſt. Ex parte ergo temperaturæ ventriculi, & iocinoris, ac demum vniuerſi corporis, generata eſt materia iſta excrementitia,

B non tamen dixerim, inde pendere omnem rationem iſtorum affectuum, vt vitium in vtero non ſit. Nam cum vitiata ſint menſtrua, non niſi vitio vteri, id poteſt prouenire ex duplici occaſione, præcipuè verò, quia ſuperſit ſuccus melancholicus craſsior, genitus ex mœrore: nam dum genita ſunt excrementa craſsiora, factæ ſunt obſtructiones multæ in vtero, quibus poſtea priuata eſt purgationibus menſtruis naturalibus: accidentibus autẽ albis, deiecta eſt virtus vteri, qui ſua natura frigidus, factus eſt frigidior. Nam, vt audiui, eſt ſterilis, ſterilitatis autem cauſa eſt frigiditas, frigiditatis verò ſignum eſt ipſa ſterilitas: factus eſt ergo frigidus, vnde læſa fuit operatio virtutis naturalis, qua læſa ſuppreſsio menſium ſequuta eſt. Læſa autem eſt, quia concoctio ex animi perturbationibus fuit immutata, qua immutata, multa excrementa ſunt generata. Nam excrementa quid aliud ſunt, quàm ea pars, quæ à calore naturali, per vim concoctricem non potuit conuerti, ad naturam ipſius corporis? Ideò expultrix, quæ nititur quod ſuperfluum, & ſibi moleſtum eſt, expurgare, per eam partem id tentat, per quam conſueuit expurgare mulieres: itaq́; hæc eſt cauſa menſtruorum alborum. Ex qua habetis, quòd, quantum ad temperiem, primò iſta mulier fuit temperati, & moderati cuiuſdam temperamenti: nam quum fuerit moderati habitus, fuit moderatè calidi, & humidi temperamenti, quod deinde factum eſt frigidum, & ſiccum: qua humiditate naturali priuata, facta eſt gracilis. Ex quo patet, humidum eſſe ipſius temperamentum, quantum ad excrementa: quantum verò ad naturalem ſtatum, ſiccum: nam ex defectu ſanguinis, & bonorum humorum atq́; ali-

C menti naturalis, exiccata eſt. Iam ergo deuenimus in cognitionem cauſæ, primi ſymptomatis, quòd eſt defluxus menſtruorum: reliquum eſt, vt conſideremus cauſam dolorum. Audiuiſtis, eam plurimum dolere, dolet autem circa ilia: quæ verò cauſa eſt ipſius doloris: quum ex his non videamus, quòd adſit acredo in excrementis, cùm non conqueratur de mordicatione, de ardore, de dolore graui: non enim ſunt querelæ huius rei, ſed potius eſt dolor continens, de quo conqueritur. Non ergo ſigna iſta monent, erodentem eſſe humorem, ergo ex alia cauſa neceſſe eſt efficiatur dolor: qua? flatuoſa ex pituita genita: nam dum pituitoſa materia à frigiditate genita mouetur, fit flatus: ita enim à caliditate innata imbecilli fieri ipſam dicebat Ariſtoteles. Ideò quum degeneraſſe in frigidiorem habitum dixerimus, factus eſt imbecillus calor: qui dum agit in hanc materiam pituitoſam, conuertit eam in flatum: concluſa uerò in vtero materia, rareſit à caliditate ipſius vteri, & in flatum vertitur, excitatq́; dolorem in ea parte, quæ eſt circa ilia. Nam quum vterus ſit colligatus tanquam per quædam cornua oſsibus iliorum, ea cùm repleantur materia pituitoſa, tenduntur, vel grauitate ſua etiam vterus trahitur deorſum, & ita cornua iſta ſentiunt dolorem. Sed ſupereſt vt alterius rei reddamus rationem, vnde eſt quod aſtricta eſt aluus? Ex multiplici cauſa, primò ex eo, quòd materia pituitoſa per inteſtina eſt diſperſa & infarcta: dum enim feces excrementitiæ deſcendunt ad inteſtina, retinentur à materia pituitoſa ijs obuoluta, vt non põſsint facilè deſcendere. Præterea bilis, quæ per meatum felleum ad inteſtina digeritur, vt virtutem ad egerendum

D irritet, dum inuenit materiam illam pituitoſam tegentem inteſtina, impeditur, vt non poſsit irritare inteſtina ad excretionem: vnde poſtea, quum vult deijcere, vix poteſt, & nõ niſi cum dolore. Præterea, quum magna pars excrementi geniti, declinet ad vterum, & per vterum expurgetur, fit vt ſupprimatur aluus, vt non poſsit deijcere de more: non poteſt autem niſi auxilio clyſteriorum, quibus impoſitis, cum maximis doloribus egerit. Vnde eſt hoc? Ex eo, quia colligitur multa materia, quæ quum ſi pituita vitrea, adhæreſcit parietibus inteſtinorum: nec excitat dolorem, niſi quum clyſteribus exagitatur. Omnis autem materia dum quieta eſt, minus lædit, quàm dum mouetur: vt inquit Galenus in libro de Symptomatum cauſis: ideo dum in motu eſt, ac magis exagitatur, & commouetur, maior etiam portio flatus gignitur, quia attenuatur craſſa materia ex eo mota, & flatus efficitur. Itaque ſecundum hanc rationem, habemus morbum atque retulimus cauſam ſymptomatum: videndum modò quid ſperandum. Procul omni dubio non poterit curari, niſi multo labore, quia tamen primo fuit bono temperamento prædita, poſſemus confidere huic fundamento, quòd remedijs adhibitis poterit tolli, non tamen ſemel tentando curationem, quia morbus antiquatus eſt: vterum enim ſatis infirmum habet, quum ſuapte natura ſterilis ſit. Sed prætermiſeramus cauſam, quæ non eſt prætermittenda: cur ſc. conſumpta ſit hæc mulier, vireſq́; corporis imbecilliores redditæ. Quia honeſta mulier hæc, caruit amplexu viri, nam hoc maximè facit ad debilitandas vires corporis, morboſaſq́; reddit mulieres: hinc eſt, quòd viduæ, quum ſe à coitu abſtineãt, nec cum hominibus congrediantur, fiunt valetudinariæ: & ferè omnes ſuppreſsionem menſtruorum pa-

tiuntur. Ideo quidam dicere ſolebat, quòd erat opus miſericordiæ ipſis ſubuenire, itaq; quũ caruerit am- A
plexu viri, facta eſt morboſa: cautæ autem mulieres, nõ permittunt ſe cade. e in huiuſmodi incommoda, ſed proſpiciunt rebus ſuis. Verùm hæc iocoſè dicta ſint, veniamus ad ſeria. Qua via, & methodo, quàue ratione curandus eſt iſte affectus: prima indicatio, à natura morbi ſumitur: illa verò referenda eſt in frigidam, & humidam intemperiem, cum materia craſſa pituitoſa, ideò debemus ſecundum omnem rationem, ad contrarium deducere in ratione victus. Nam ſi ex oppoſito oppoſiti curatio fit, victus debet eſſe talis temperaturæ, qui calefaciat, & exiccet ratione materiæ frigidæ, & humidæ: primò autem ſit attenuans ratio victus, & caueamus ab his, quæ fouent intemperamentum, atq; efficiunt obſtructiones: vnde abſtinendum eſt à generantibus craſſos humores, à carne antiquorum animalium, à piſcibus craſsis, fructibus, & leguminibus, à ferculis, quæ ex paſta conficiuntur, à rizo, vt quæ craſsiores gignant humores: indulgendum autem eſt his, quæ habent generare bonos ſuccos. Edat igitur carnes hœdinas, vitulinas, gallinaceas, perdicum, turdorum, phaſianorum, auicularum paruarum, & oua recentia: quæ ſi condiantur cum rebus calefacientibus, & aperientibus, non erit inconueniens. Non erit etiam incommodum, ſi condiantur cum radicibus apij, vel petroſelini, vel alterius rei: vel accipiantur folia roriſmarini, & maioranæ, quæ ita condirentur, ſicut cinamomo, & pipere: ſatis enim proſperè res ſuccederet. Quantum ad potum, vinum ſit tenue, ſubdulce, medij coloris, ſubſtantiæ mediocris, & odoris. Exercitatio, quæ inſtituenda ſit, erit modica, ſed purgato prius corpore: nam exercitatione calefit corpus, quod ſi reperiat plenum, & ſcatens excrementis, digeruntur ea in totum corporis habitum, & augentur obſtru- B
ctiones. Primò ergo corpus expurgandum eſt, vt exercitatione poſtea poſsit commodè, & ex vſu vti, & id quod diximus de motionibus, putetis dictũ de his, quæ eandem habent rationẽ. Sed præterea cauendum eſt ab animi perturbationibus, permaneat læta, & procuret, vt maritus ſuus redeat: nam vtile ipſi poterit hoc eſſe. A nimia vigilia, à nimio ſomno, atque à nimia quiete caueat Sed tranſeamus ad ea, quæ maiorem artem requirunt. Eſt ne euacuandum totum corpus? eſt omninò, aut per miſsionem ſanguinis, aut per expurgationem, aut per vomitum. Qua nam ratione ſtatim dictum eſt, aut per miſsionem ſanguinis? Quia ſanguis menſtruus ſuppreſſus, videtur requirere miſsionem ſanguinis per inferiores venas, & eò magis, quòd non aduerſetur nobis ætas. Nam circa 40. annum eſt, hoc eſt circa finem conſiſtentiæ, aut circa principium primi ſenij: in qua ætate commodiſsimè poſſumus mittere ſanguinem: præterea, & habitus corporis, qui fuit ſatis plenus, videtur ad hoc magis ſuadere, itaque videtur conſonum rationi, vt ſanguinem mittamus. Ex alia parte, inconueniens eſſe videtur, quum tantoperè abundent crudi, craſsi, & lenti humores in hoc corpore, mittere ſanguinem, & præcipuè in corpore conſumpto, in quo parum ſanguinis boni eſt: nam ſi ſanguinem eduxeris, frenum crudioris materiæ euelles, vnde crudiores, & craſsiores materias reddes Oportet ergo meminiſſe præceptum Auicennæ, qui ait: caue ne ad alterum extremorum deducas ægrotantem, aut ad frigidorum incrudationem, aut ad calido- C
rum ebullitionem: vnde purgatio materiæ, quæ excernatur per inteſtina, & per aluum, puto erit accommodata, niſi iſta fiat, non conſulerem, vt mittatur ſanguis. Itaque ad alia deueniendum eſt, & profectò ſi facilis ſit vomitus, eſſet euacuatio commoda. quia ſupponimus, quòd affectus cauſa ſit, quia gignitur multum materiæ craſſæ, & crudæ in ventriculo, quæ digeritur in venas, vomitu autem euacuatur huiuſmodi materia, reuellitur, ne deſcendat ad inteſtina, & ad eam partem deſtribuatur, quæ affecta eſt: eſſet igitur accommodata euacuatio. Nam ſi rectè memini, Galenus etiam in fine tertij commentarij in ſextum. Epid. dicit, quòd vomitus in fluxibus menſtruorum, eſt remedium reuulſiuum: itaque ſi facilis eſſet, excitarem aliquo leui remedio vomitum; vt ſi impoſito digito in internis illis partibus, tentaremus, ſin minus, cum aliquo decocto, vt in quo imponeretur oxymel, ſatis commoda euacuatio efficeretur. Quòd ſi mulier non ita facile vomeret, non eſſet vomitus ciendus, quia violentus motus deijcit vires: præterea ex hoc violento motu, ſi partes thoracis eſſent imbecilles, poſſet rumpi aliqua vena, & deinde aliquod aliud incommodum ſequi. Si ergo non adſit aliquid, quod impediat, ciendus eſt vomitus, vt ſi non quæramus aliquam reuulſionem ex ipſo, ſaltem deriuationem habeamus ipſius materiæ contentæ in ventriculo, & ſubtrahatur fomentum fluxus menſtrui. Si hoc igitur non ſuccedat, vnde incipienda erit euacuatio, vt expurgetur ventriculus, cùm alioqui ea, quæ aperiunt & attenuant, materiam illam, quæ in ventriculo eſt, ad venas interiores deducunt, deinde ad vterum. Statim igitur vacuandus eſt ventriculus, leui quopiam, & facili medicamento, cum hiſq; procedendum, quæ paruo negotio D
poſſunt euacuare: nullum autem eſt præſtantius ad mundificandum ventriculum, quando nolumus deuenire ad euacuationem materierum contentarum in toto, atque in interioribus membris, Hiera ipſa: quæ eſt maximè accommodatum medicamentum in hoc caſu, vel ſimplex, vel cum electuario lenitiuo, vel Diacatholicone, vel flore caſsiæ: vt in hunc modum inſtitueretis medicamentum: Accipe electuarij lenitiui, vel Diacatholiconis, vel caſsiæ, drachmas decem: magis tamen lenitiuum, vel Diacatholicon ego probarem, quàm caſsiam, quæ quum ſit parumper flatuoſa, excitat dolores inteſtinorum: duas autem drachmas ipſius hieræ exhiberem, per duas horas ante cibum. Euacuato autem ventriculo, inſurgit altera indicatio euacuandi materias, quæ in vtero, vel in alijs partibus continentur, quod non debemus aggredi, niſi per concoctionem corpus præparetur, vt facilius expellantur, quia alioquin non poſſunt ſine magna vt excrementa ipſa cruda educi. Habetis enim tritam illam autoritatem Galeni, in libello, Quos, quomodo, quando & quibus medicamentis purgare oportet, quòd tenues, & ſeroſi humores inter initia morbi euacuandi ſunt, craſsi, & tenaces quales ſuapte natura ſunt pituita, & melancholia, concoquendi: cruda igitur quum ſit materia, neceſſe eſt vt concoquatur. Sed quomodo? attenuantibus, ſcilicet ſyrupis, quia hoc noſtro ſeculo hi ſunt in frequentiſsimo vſu apud Medicos, qualis eſſet ſyrupus de Betonica, attenuaret enim, alteraret, & calefaceret, atque vterer ſimili aliquo alio, in quo non eſſet vis multa calefaciendi. nam à plurimum calefacientibus cauendum eſt, ne dum rareſiunt occultæ venæ,

A venæ, augeatur fluxus. Itaq. leuioribus concoquẽdæ ipſæ materiæ, vt facilis ſequatur euacuatiò, diluerẽ autem cum decoctis, aut aquis ſtillaticijs: ſi cum decoctis, cum aliquibus accommodatis, vt ex cichoreo, in quo vis extat tenuandi & aperiendi, quo etiam vis calidiorũ remitteretur: deinde acciperem matricariam, ſaluiam, hyſſopum, iuniperum cum portione aquæ, accepto pugillo iſtorum ſingulorum, pararem decoctum: vel etiam ſi magis placeret vti aquis deſtillatis, aquas boraginis, cichoreæ, matricariæ, id eſt, arthemiſiæ: acciperem autem iſtarum ad tres vncias, in quibus diſſolueretur ſyrupus de Betonica, oxymel quod præcipuum eſt, vel mel roſaceum: differunt enim quod in oxymelite, maior vis eſt incidendi: vt in melle roſaceo, vis confortandi maior eſt, & abſtergendi. Concoctam deinde materiam, euacuarem: quibus euacuandum eſt? Debemus vti leuibus, quia fortia medicamenta dum violenter, & confertim commouent materiam, non poſſunt illam omninò euacuare: ideo faciunt maiorem adhuc copiam excrementorum defluere ad locum morboſum, ad quem materia commota ſtatim defertur, vt ad imbecilliorem, ideò potius frequentibus euacuationibus debemus inſiſtere. Ego quidem laudo Agaricum, in quo eſt vis incidendi, attenuandi materias, & euacuandi, quæ ſunt in vtero: affectibus enim vteri maximè conuenit: vnde Galen. in libro de medicamentis componendis ſecundum loca, vbi de affectibus vteri loquitur, in ſtrangulatione vteri appellata, Agarici drachmam maximè commendat. Præterea Diaphænicon laudarem, item confectionem illam, quam Benedictam appellant: has autem deſcriptiones medicamentorum, habetis à Nicolao in ſuo Antidotario, & ab ipſo Meſue. Pararem primò decoctum,
B cui quatuor drachmas Diaphænici adderem, deinde acciperem quatuor ſcrupulos Agarici trochiſcati, & hoc modo, ex electuario de Dactylis pararem medicamentum, tàm ſecundum illud, quod deſcribitur à Meſue, quàm ſecundum deſcriptionem Pauli, quod paulùm diſtat ab eo, quod conficitur à Meſue. Verum ego iubeo accipiendum illud Meſues, quia vbique paratum inuenitur: acciperem ergo drachmas quatuor, duas, tres, vel plures, ſecundum quod videbitur: vnam verò drachmam, aut ſeſquidrachmam Agarici trochiſcati, atque exhiberem per quinque horas ante cibum, & ita euacuarem: vel ſi magis dextrè vultis euacuare, poteritis hoc modo conficere. Accipe electuarij lenitiui ℥.j. Diaphænici ʒ.ij. Agarici trochiſcati ad ſemidrachmam. Deinde ad alterationẽ deuenirem, fieret autem cum oxymelite ipſo ſimplici, vterer etiam oxymelite ſcillitico, & ita pararem ſyrupum, quem exhiberem per aliquot dies, ſtatimq; deuenirem ad conſimilem euacuationem, quæ ſi ſatis eſſet, ſiſterem pedem: ſin minus, etiam ad tertiam deuenirem, & vterer Hiera maiori, vt Hiera Pachij, quam deſcripſit Scribonius Largus in ſuo libro, quam etiam Gal. appellat Hieram Diacolocynthidos, hancq; ſummoperè laudarem: nam quamuis videatur medicamentoſam qualitatem præ ſe ferre, tamen Gal. ipſam probat in pleuritide, ſecundo de ratione victus in morbis acutis, vbi pertractat de expurgatione pleuriticorum commẽto 11. circa finem. Itaq; laudarem euacuationem per hanc Hieram, atque ego imponerem aliquid Diaphæniconis: nam in huiuſcemodi affectionibus à frigidioribus humoribus productis, & pendentibus, miram quandam vim
C habet. Præterea vterer aliquibus corroborantibus, vt ſunt inunctiones exteriores, inungerem enim aliquibus ventrem ipſum inferiorem: Acciperem oleum liliorum alborum ſic appellatum: eſt enim hoc theriaca matricis ab antiquis dictum, quod miſcerem cum oleo violæ citrinæ, quod Arabes oleum de cheiri appellant, iſti violaceum nominarunt, Græci verò λευκοῖον violam hanc, ex quo conficitur, dicunt, vtentes nomine generis, hoc tamen oleum in apothecis de cheiri appellant: imponerem oleum chamomelinum, & his omnibus commixtis, vngerem partem inferioris ventris totam. Superiorem verò ventriculi partem, fouerem decocto ex abſinthio, mentha, maſtice, vt cuiuſcunq; pugillum vnum ſumatur, & in limpida aqua decoquantur, quo decocto foueatur ventriculus cum ſpongia. Vel ſi vultis oleum, quod miram facultatem habeat, & quo ego vti ſæpiſsimè conſueui, faciatis in hunc modum: Accipe abſinthij, chamæmeli, anethi, maſticis, ſpicæ, horum ſingulorum manipulum, & in vino cum aqua commixto decoquantur, duabus quidẽ partibus aquæ, vna verò vini, poſtea ſuperinfundantur quatuor vnciæ olei amygdalarũ amararum, deinde permittatis bullire ad conſumptionem tertię, vel quartæ partis: colligatur oleum, & ſeruetur ad vſum: eſt enim amplæ, & miræ facultatis, quia retinuit facultates omnium medicamentorum, quæ decocta ſunt, vterer ipſo ad fouendam partem ſuperiorem ventriculi. Si quando autem poſt euacuationem vellet balneare, vel lauare, & abluere corpus, ego balneum ex meo vſu ita facerem: Accipe betonicam, arthemiſiam, matricariam, chamæmelum, hyſſopum, calamenthum,
D origanum, quæ omnia in aqua communi decoquantur, & hoc decoctum in vaſe ponatur, quo lauetur vſq; ad vmbilicum: calefaciet enim hoc decoctum, fortiorem reddet vterum, attenuabit, atq; aperiet eas obſtructiones, quæ ſunt in vtero. Quòd ſi præterea vlterius confortandum eſſet, id præſtarem cum antidotis maioribus, his enim poterimus vti: quemadmodum ſi exhiberemus ſcrupulum theriacæ confectionis Galeni, aut Mithridaticæ, aut alterius ſecundum hanc rationem ex vſu eſſet: nam maximè conferunt iſta frigidioribus vitijs ipſius matricis: & ita ſecundum hanc rationem, hisq; poterimus in hoc caſu progredi: quia huius affectus aliam rationem curandi haberi nõ poſſe, quæ rectior ſit, exiſtimarem, omnia nanque tollentur. Sin aliquod relictum fuerit excrementum, & non omnino fuerit ab affectibus liberata, interim ſuperueniet tempus Thermarum, & tunc ego ſummopere laudarem vſum Thermarum: nam confortarent, & expurgarent ab omni ſorde, corroborarent matricem, vel vterum, ventriculum, atque vniuerſum tandem corpus. Hoc ergo caſu ego conſulerem, vt accederet Patauium, ad ſumendam in potu aquam Thermarum tempore congruo. Hæc igitur ſunt, quæ facienda, & dicenda erant, in hoc affectu propoſito.

ALBERTINI BOTTONI PHILOSOPHI AC MEDICI DE MORBIS MVLIEBRIBVS LIBER VNVS.

Præfatio.

SI in arte Medica tractatio aliquà vtilis reperitur, vel futuro Medico omnium maximè ne-
ceſſaria mente excogitari poteſt, illa certè, quæ de morbis Muliebribus agit, conſtanter &
citra aliorum controuerſiam, cenſeri debet. Hęc enim illorum malorum doctrinam conti-
net, quæ Symptomatũ magnitudine & frequentia, numero & varietate, reſiſtentia & acti-
uitate, latenti malitia & manifeſta ſęuitate, cognoſcendi deniq; obſcuritate, & curandi dif-
ficultate cætera omnia, quæcunq; naturalẽ humani corporis ſtatũ euertere poſſunt, longè lateq; ſupera-
re videntur. Quod ſanè fuit in cauſa, vt de his ad ſcribendũ, magis potuerint meorum ſtudioſorũ aſsiduæ
hortationes, quàm à tanto & tali negocio me auertendũ, plures & grauiſsimæ occupationes, quibus & B
publico docendi munere iam diu detineor, & ægrotantiũ aſsiduis viſitationibus; diſtrahor. His igitur, vt
animi mei propenſionẽ ſignificarẽ, & pro viribus aliqua ex parte ſatisfacerẽ, Deo duce, inſtitutũ aggre-
dior, ea tamen ratione, vt prætermiſſa omni dicendi obſcuritate & difficultate, quæ Iuuenes à legendis
veterũ libris dehortari ſolent, ea ſolũ proſequar, quæ ad ſcopũ conſequendũ, magis præſtare videbũtur.
Quod facturũ mihi facilè perſuadeo, ſi vanis quæſtionibus neglectis, duo tantùm, in examinãdis ſingu-
lis affectibus, explicanda propoſuero. Quorũ primũ, ad illorum cognitionem attinebit: ſecundum verò,
ad eorundem rectam curandi rationem magis ſpectabit: quæ duo, in hoc dicendi genere, tanta ſunt affi-
nitate coniuncta, vt ab eximio Medico, nõ niſi fruſtrato fine, ſeparari & patientis iactura, diuelli poſsint.
Quis enim oblatũ ſibi morbũ profligare audebit, niſi illius naturam, ſpeciẽm ac vim ante omnia callue-
rit? Quis Medica præſidia, ſalutariaq; remedia cognoſcere, vel in vſum deducere propria laude profite-
bitur, ſi ea ignorauerit, quæ illorum certam inuentionẽ & congruam adminiſtrationẽ, lucidè patefaciũt?
Quis deniq; morborũ euentum, hoc eſt, longitudinem & breuitatem prædicere, ſalutemq;, vel mortem,
vaticinari poterit, ſi illa neglexerit, quæ ad id præſtandum, non ſolùm ſummè neceſſaria ſunt, verùm etiã
Medicum venerandum & admirandum, reddere poſſunt? Hinc iurè & non aliundè, præſidiorum omniũ
inuentio oritur: hinc, inuentorum recta adminiſtratio deducitur: hinc deniq;, in debellandis morbis ci-
ta, tuta, & iucunda curatio tantùm prodibit. Sine his igitur, vana omnino erit omnis noſtra medela, ina-
nis quicunq; labor, fruſtra conatus noſtri in operando apparebunt. Quapropter, futuræ orationis exor- C
dium erit, rerum tractandarum ac proinde muliebrium morborum numerũ, in primis explicare: ſecun-
do, numeri huius neceſsitatem oſtendere: tertiò, de vnoquoq; particulatim diſſerere. In quorum expli-
catione, nominũ æquiuocatione prius ſublata, ſingulorũ naturam diligenter expendã, ſpecies, cauſas, ſi-
gna, euentũ, & curandi rationẽ, inueſtigabo & demonſtrabo, vt hinc proponendorũ malorũ integra co-
gnitio & abſoluta curatio, facilè haberi poſsit. Intelligo aũt per morbos Muliebres illos, qui huic tantùm
ſexui contingunt, ac proinde earum partium naturalem conſtitutionẽ corrumpunt, quæ viris minimè
ſunt cõmunes, cuiuſmodi extant Mammillæ & Vterus: quarũ altera, vt formationi Fœtus dicata fuit: ita
Mammillæ, illius conſeruationi, poſtquam in lucem editus eſt, incumbere videntur.

Quibus affectibus Vterus ſubijciatur. CAPVT I.

AB Vtero autem exordiens, inprimis ſatis conſtare debet eam eſſe corporis partem, quæ cuilibet
Morborũ ac Symptomatũ generi ſubijci poteſt, vt ex parte Morbi, illa afficiatur intemperie qua-
cunq;, ſimplici inquã & compoſita, ſine materia & cum materia, viuente & non viuente, quę rurſus
eſſe poteſt vaporoſa & humoroſa, alimentalis & excrementitia, bilioſa deniq;, pituitoſa, melancholica &
ſanguinea, aquoſa, ſanioſa & ſeminalis. Hæc eadem pars, corripitur etiã Morbis inſtrumẽtalibus, qui na-
turalem illius conformationẽ immutant, figurã videlicet, ſuperficiem, vias, ſitum; colligantiã, magnitu-
dinem & numerũ. Ad quod morbi genus referri poteſt peruerſa vteri figura, rotunda, inquam, quadrata, D
curua & aliorũ generum, quæ pro naturæ modo illi nõ conueniunt. Immutata eiuſdem ſuperficies, ſiue
aſperior & durior illa fuerit, ſiue mollior & leuigata extiterit, vt ex inducta cicatrice, cõtingere ſolet. Ca-
uitatum etiam aberratio, ſecundum nimiã dilatationem, vel cõſtrictionem. Proprij loci mutatio, ſurſum
videlicet, deorſum, ante & retrò, dextrũ, ſiniſtrũ, foris, intus. Ad quod genus pertinet vteri procidentia,
& eiuſdẽ nimia concentratio & cõuulſio. In colligantia pariter vterus alteratur, quoties vicinis partibus
naturaliter alligatus, à proprio loco dimouetur & alienũ occupat. Magnitudo præterea aucta & diminu-
ta, laudabilem vteri conformationem corrumpit. Ad imminutã magnitudinẽ, ſpectabit tùm illius tabes,
ſiue alimenti defectu, ſiue alia de cauſa oborta fuerit, tùm eiuſdẽ particula aliqua dempta. Ad auctam ve-
rò magnitudinem, referri debet, nõ ſolùm illius auctio, quæ per additionẽ nouæ ſubſtantiæ familiaris &
cognatę oritur: verùm etiam illa, quæ per affluxum materiæ, copia & qualitate peccantis, producitur: ſe-
cundum quam rationẽ, quocunq; tumorum genere detineri poteſt, flatulento inquam & humoroſo: atq;
hoc rurſus inflãmatorio, eryſipelaceo, œdematoſo, ſcirrhoſo & cancroſo. Huc pariter referri poſſunt mor-
bi illi, quicunq; numerũ partium conſtituentiũ Vterum immutant, ſiue augendo, ſiue minuendo id effe-
cerint, vt meritò aucti numeri, poſsit eſſe Mola: meritò verò imminuti, oritur defectus alicuius partis, ad
conſtituendũ vterũ neceſſariæ, ſiue illa ex toto fuerit abolita, ſiue diminuta & mutilata. Tandem vterus

illis etiam

A illis etiam morbis ſubijcitur, qui in ſoluta vnitate vocantur, cuiuſmodi ſunt vlcus, fractura, ruptio euulſio, vaſorumq; anaſtomoſis, diapedeſis, & diæreſis. Si deinde vteri Symptomata conſideremus, nullum erit pariter reperire genus, quo miseræ mulieres ſæpius non affligantur, actione inquam læſa, qualitate mutata & exeunte mutato. Vt meritò læſæ actionis, ſiue hęc princeps fuerit, ſiue inſeruiens, triplex ſymptoma illi occurrat, in actione videlicet ablata, diminuta & deprauata. Huc ſpectant Sterilitas, rara & imbecillis Conceptio, nec nõ etiam monſtroſa: quibus accedunt, concepti fœtus fruſtratus partus, deprauatus & magna cum difficultate factus. Penes qualitatem mutatam, idem vterus afficitur calore, frigore & dolore: quemadmodum etiam in exeunte mutato, læſio contingit, dum per vterum exit, quod intus detineri deberet: vel econtrà intus detinetur, quod ſecundum naturam effluere oporteret, hinc oriuntur varia Symptomatũ genera, qualia ſunt ſuppreſsio menſtruorum, diminuta expurgatio, ſtillicidium: profluuium muliebre immoderatum ſiue Seminis fuerit, vt in Gonorrhœa contingit, ſiue alterius humoris, ſanguinei videlicet, pituitoſi, bilioſi, ſeroſi & ex his permixti. Quæ igitur & quot ſint vteri vicia explicauimus, huius autem numeri neceſsitas vnde habeatur, ſequens caput explicabit.

De neceſsitate & origine propoſitorum malorum. CAP. II.

EX tot enumeratis malis, quædam vtero conueniunt, ratione qua communicat cum alijs partibus corporis: quædam verò ſecundum propriam rationem. Conuenit autem cum alijs partibus, penes B illa, quæ eius eſſentiam conſtituunt, ab eiſdem verò differt ſecundum ea, quæ eius eſſentiam conſequuntur, nempe penes actionem vtero propriam. Conſtat autem vniuerſa vteri eſſentia, quemadmodũ & cætera omnia corporis inſtrumenta, ex duobus, partium ſcilicet ſimilarium temperatura, quæ ex Elementorum mixtione oritur, vnde prima compoſitio partis habetur, quæ temperaturæ ſubiectum dicitur: & partium ſimilarium inter ſe conformatione, quæ ſecunda compoſitio, ſtructura partis vocatur, ſecundum quam morborum malæ compoſitionis eſt ſubiectum. His accedit continua, vel partis vnitas, per quam ſingula quæq; pars, ſiue ſimilaris, ſiue diſsimilaris fuerit, vna denominatur & functionẽ vnam & vſum habet quæ tertia compoſitio, æquè conuenit vtriſq; partibus & ſecundum hanc vterus ſubiectum eſt morborum in ſoluta vnitate Horum autem trium componentium conſtitutio ſecundum naturam, vt in qualibet alia parte, ſanitas eſt: ita eorundem præter naturam euerſio, morbus erit: Quare, quot erunt compoſitiones genere diſcrepantes, totidem etiam ſanitatis ac morbi genera ſtatuenda erunt: vt mirum eſſe minimè debeat, ſi vterus in primis ratione qua triplici hac compoſitione præditus eſt, triplici etiam morborum genere detineatur: in intemperie videlicet, quæ partium ſimilarium eius immoderata & præter naturam conſtitutio eſt: in vitiata deinde conformatione, quæ partium diſsimilarium inconcinna compoſitio dicitur: & in ſoluta vnitate, quæ vtriſq; partibus communis exiſtens, illarum continuitatem ſoluendo, morbum efficit, ambabus partibus communem. quæ triplex vteri conſtitutio, cum C alijs corporis inſtrumentis conueniat, meritò in hoc triplici morborum generę cum eiſdem communicabit: imo ob eandem rationem, conſentiet idem vterus cum cæteris partibus, ſecundum ſingulas differentias, quæ ſub ſingulis tribus generibus collocantur: ſicut enim ex triplici allata compoſitione præter naturam, tria primorum morborum genera naſcebantur: ſic in vnoquoq; morborum genere, pro multiplici ac diuerſo componentium numero, aliæ differentiæ ducentur, ita vt quot ea ſunt, quæ ſingulam compoſitionẽ conſtituunt, totidem morbi oriantur. At ſimilarium partium natura & compoſitio, tribus potiſsimum conſtat, propria forma ſeu facultate, de prædicamento Subſtantiæ, propria temperatura & materia: quapropter, morbus in iſtis tribus ponendus eſſet, videlicet in propria forma mutata & ratione huius, ſtatuunt plærique, oriri morbum à tota ſubſtantia, quamuis ego aliter ſentiam: nam forma iſta, cùm nec contrarium habeat, nec maius & minus ſuſcipiat, ideò per internam ſuam naturam eadem ſemper manens, morbo aliquo affici non poterit, ſicut etiam nec ſana propriè dici poteſt: ſed ſanitas & ægritudo, paſsiones ſunt corporis compoſiti ex contrarijs, & magis & minus ſuſcipientis: ideò ſi forma ſubſtantialis ſanitati & ęgritudini ſubijcitur, hoc illi conuenit ab extrinſeco, nempe ratione corporis, in quo & per quod opera ſua exercet & manifeſtat. In partis verò temperatura alterationem contingere, illamq; multiplicem ac variam, nemo eſt qui dubitet: quemadmodum etiam ex parte materiæ, eadem pars immutari poteſt, vt materiæ vitia ſint, nimia partis laxitas, vel conſtrictio: tenuitas, vel craſsities: raritas, vel D denſitas: per has enim partes, quibus ſimilaria omnia conſtant, forma ſubſtantialis, vt per ſua inſtrumenta, in compoſito membro agit & pro illarũ varietate diuerſimodè operatur & patitur: Ex laudabili enim temperatura primarum qualitatum, integra oritur actio, dictis partibus propria, attractio videlicet, retentio, concoctio, expulſio & nutritio Ex eiuſdem receſſu à naturali ſtatu, eædem actiones partium ſimilarium vitiantur. A pari dicendum de ſecundis qualitatibus à materia ortis, quarum pariter commoderatio, vel incommoderatio, eſt cauſa integrarum læſarũmue functionum: de quibus Galenus loquens libro Artis medicinalis, ſtatuebat, tenuem ſubſtantiam Cerebri, boni ingenij cauſam eſſe: eiuſdem denſitatem, bonæ memoriæ: contrarijs autem qualitatibus affectum, earundem functionum læſarum ſubiectum erit. Dum igitur vterus corripitur hoc primo genere morbi, quod aduenit componentibus partes ſimilares, ſecundum communem rationem afficietur, non autem ſecundum propriam. Quapropter vteri intemperies ſecundum primas qualitates, morbus erit communis & partium ſimilarium gratia illi aduenìens, ſiue hæc intemperies fuerit, ſiue materia & cum materia. Idem ſtatuendum eſt de morbo eidem vtero contingente ob exceſſum, vel defectum ſecundarum & materialium qualitatum. Si pariter idem vterus conſideretur penes ſecundam compoſitionẽ, quę ex partibus ſimilaribus conflata eſt, & ex qua oritur vteri ſtructura, ſeu conformatio, facultatem formatricem ſequens, hęc vbi naturalem conformationem quouis modo amiſerit, ſecũdo morbi genere afficietur, quod in vitiata partis ſtructura conſiſtit. Structura autem & conformatio eſt, quid commune cæteris omnibus partibus diſsimilaribus, vt in

Vteri mala cum alijs partibus communia.

hoc pariter morbi genere cum alijs,pleriſq; partibus vterus communicet. Tandem idem vterus,non ſo- A
lùm conuenit cum dictis partibus, per ſtructuram ſimpliciter & conſequenter per morbum etiam talem
ſtructuram vitiantem:verùm etiam ſecundum ſpeciales morbos ſub hoc genere contentos,communio-
nem habebit. Sunt autem huiuſmodi morbi plures ac diuerſi, pro multiplici ac diuerſo componentium
numero:at vniuerſa vteri conformatio,conſtat ex determinata forma,magnitudine,partium numero,ſi-
tu,colligantia & ſimilibus,ex quibus aptè compoſitis,tota vteri naturalis conformatio conſurgit:ſingu-
lorum autem lapſus, à naturali conformatione, morbos ſpeciales faciet, ſub vitiata vteri conformatione
contentos,vt inprimis ſi vteri forma læſa fuerit,triplici morbi genere detineri poſsit,pro vt forma huius
partis,vt etiam reliquarum omnium, in tribus potiſsimũ conſiſtit,in figuræ concinnitate,in conuenien-
ti ſuperficie & viarum debita latitudine & conſtrictione: ex quorum receſſu à naturali ſtatu, triplex ſpe-
cies morbi oritur, in figura ſcilicet vitiata, in ſuperficie & vijs. Vt ex parte vitiatæ figuræ vteri, morbus
oriatur, qui in peruerſione eius figuræ conſiſtit, ſiue vterus figuram planè rotundam acquiſierit, aut re-
ctam,curuam, vel alterius generis diuerſi, à propria & naturali ſui figura, quæ inſtar alicuius cucurbitæ
habetur. Ad morbum verò in ſuperficie,ordinabitur nimia aſperitas vel lenitas vteri. Ad morbum in ca-
uitate,reducitur nimia vteri conſtrictio,vel eiuſdẽ excedens amplitudo. Merito numeri,ſubijcitur mor-
bo tùm in numero aucto,vt cum in illo caro ſuperflua adnaſcitur vel imminuto,vt cùm aliqua pars vteri
conſtitutiua deſideratur. A cõuenienti verò magnitudine recedere ſolet dupliciter, prout plus iuſto au- B
ctus, vel imminutus eſt, ſiue talis mutata magnitudo natiua fuerit, ſiue aſcititia, ſi morbus fuerit in ma-
gnitudine aucta,multiplex eſſe poteſt, pro varietate materiæ vterum in tumorem attollentis, quæ ſi fla-
tulenta fuerit, Tympanite detinebitur: ſi minera Flatus extiterit, eſſe poteſt quilibet humor, atq; is tùm
impermixtus,tùm permixtus Si impermixtus fuerit & ſanguis extiterit, tunc ſubijcietur inflammationi
exquiſitæ. Merito pituitæ, tumori œdematoſo, merito bilis, eryſypelaceo & merito melancholiæ, ſcir-
rho. Si humores fuerint permixti,orientur illæ eædem ſpecies tumoris, ſed noti & ſpurij, denominatio-
nem ſemper ſuſcipientes à prædominante humore. Si idem vterus à proprio naturali loco & ſitu dimo-
ueatur,poterit ſecundum omnem loci differentiam dimoueri,ſuprà videlicet,infrà,antè, retro & ſecun-
dum latera,ad quód genus morbi reducitur procidentia vteri & eiuſdem nimia contractio & concentra-
tio. Prętерea idem vterus pati etiam poteſt ſolutionem continuitatis, tùm ratione vnius & eiuſdem par-
tis ſimilaris, tùm plurium inter ſe & prout vterum conſtituunt: ad quod genus morbi ordinabuntur vl-
Vteri mala propria. cus, fractura, ruptio, auulſio & huiuſmodi. Quod verò ad ea mala vteri, quæ propria magis videntur &
huic ſoli parti competunt,ea potiſsimum erunt,quę illius propriam actionem lædunt:hæc autem dupli-
cia ſunt, pro duplici vteri functione, quarum altera, reſpicit conſeruationem indiuidui, altera vero, ſpe-
I. Ratione læſæ functionis eius, qua cõſeruatur Indiuiduum. ciei. Prioris ordinis ſunt illa Symptomata,quæ conſuetam menſtruorum purgationem lædunt:quę ſanè
vteri euacuatio,poſt annum duodecimũ incipere ſolet, & magno corporis beneficio,cum per hanc mu- C
lier ab omnibus ſuperfluitatibus emundetur, vt quamdiu illa ſecundum naturam fit & conueniens ge-
nus materię euacuatur,atq; id in debita etiam quantitate,qualitate,tempore,loco & modo exeundi,tam
diu etiam integra valetudine fruitur: quamprimũ verò illa eadem aberrabit in vno, pluribus vel omni-
Lib.3. de ſympt. cauſis cap.4. bus iam dictis,totum etiam corpus patietur,& à naturali ſtatu recedet. Læſio autem,quæ dictæ functio-
ni contingit,triplex eſſe poteſt,pro vt vel aufertur,vel deprauatur,vel imminuitur:hinc triplex ſympto-
ma ortum habet,vt meritò ablationis oriatur ſuppreſsio,quę ſi ſolius materiæ Menſtrualis fuerit,exqui-
ſita dici poteſt: ſi etiam Seminis, ſpuria vocabitur, quæ duplex materia intus cohibita, ſi non ſolum co-
pia peccauerit,verùm etiam praua & venefica qualitate, orietur illud Symptoma, quod præfocatio ma-
tricis nuncupatur: meritò autem non integræ ſuppreſsionis, diminuta expurgatio fiet. Si deinde aliter
efficiatur,quàm pro naturæ modo cõueniat,orietur deprauata expurgatio, quæ multipliciter adhuc de-
prauari poteſt, pro vt vel diutius illa protrahitur, quàm par ſit & ita oritur illud Symptoma, quod voca-
tur immoderatum profluuium menſium: vel modus exeundi conſuetus non ſeruatur, quod contingit
quando menſes ægrè,cum difficultate,aut dolore effluunt,& ita naſcitur illud Symptoma,quod Stillici-
dium menſium dicitur:vel quia exiens materia alterius eſt generis ab illa,quæ ſecundum naturæ ordinẽ
exire deberet, & tunc oritur aliud genus profluuij, quod ſub ſe continet diuerſas ſpecies pro exeuntis
materiæ diuerſitate,tùm in eſſentia,tùm in modo eſſendi. Si namq; hæc materia ſeminalis fuerit,Gonor-
rhœam faciet:ſi humoralis,hæc modò alimentalis,modò excrementitia erit:ſi alimentalis extiterit,con- D
ſequenter cum noxa patientis facta & à toto prodeat, orietur profluuium muliebre immoderatũ, cuius
ſpecies multæ eſſe poſſunt,pro diuerſitate ſucci exeuntis,à quo etiam nomen accipient. Quare ſi exiens
materia fuerit ſanguis,naſcetur profluuium muliebre immoderatum ſanguineum & rubeum. Si à ſucco
pituitoſo fiat,profluuium album denominabitur. A melancholico obſcurum & nigrum:à bilioſo flauum
II. quæ Speciei. Et rurſum duorum generum. & rufum. Si autem ab vtero potius prodierit,fit illud ſymptoma quod dicitur Stillicidium vteri. Si dein-
de vterum ac vteri actionem conſideremus, pro vt reſpicit conſeruationem ſpeciei, orientur alia duo
Symptomatum genera,pro duplici actione & facultate,qua vterus præditus eſſe debuit,pro ſpecie con-
ſeruanda: altera eſt, fœtum concipiendi & conformandi: altera verò eſt, eundem formatum fœtum pa-
I. riendi. Quo ad facultatem concipiendi, hæc intra naturæ leges ſe continet, quotieſcunq; fœtum debito
tempore continet, donec ſecundum omnes ſui partes perfectus fuerit: in qua concipiendi functione ſi
error contingat,triplex eſſe poteſt,prout vel aufertur,vel diminuitur,vel deprauatur. Si auferatur,oritur
illud Symptoma,quod Sterilitas dicitur. Si diminuatur, dupliciter contingit, pro vt fœtus imperfectus
& non ex omni parte integer concipitur:vel ſi perficitur,diminuta dici poteſt actio,quia fœtus imbecil-
lior generetur, vel ſi robuſtus producitur, rarius tamen conceptio fit: quare hinc oritur conceptio rara
& tarda & imbecillis. Si autem conceptio deprauetur, multipliciter pariter deprauari poteſt, prout fœ-
tus, modo plurimum diſtat à parentũ ſimilitudine,à quibus, ſi rationibus omnibus diſtiterit,ac proinde
genere,

A genere, ſpecie & indiuiduo, tunc naſcetur illud Symptoma quod Mola dicitur: quæ nil aliud eſt, quàm fruſtum carnis informe, vllam ſimilitudinem cum parentibus ſeruans, non quidem in genere quia animal adhuc dici non poteſt: non in ſpecie, cum humanam figuram & formam non habeat, longè minus indiuidualem ſimilitudinē obtinebit, cùm nec in toto corpore, nec in aliqua illius particula cum parentibus affinitatem præ ſe ferat. Vel ſecundò fœtus deprauatur, quia ſeruata ſimilitudine generica & ſpecifica, deſideratur ſolum Indiuidualis, ſiue penes corpus vniuerſum, ſiue partem determinatam, id contingat. Hoc aūt fit, quoties fœtus in vtero ita conformatur, vt homo quidem generetur, at nulla ſeruata proportione cum parentibus, in figura, numero, magnitudine partium, ſitu & alijs, vt in ſpecie humana talis conceptio monſtroſa habeatur ſecundum totum corpus: vel fœtus dicitur deprauatus, ſi cum parentibus ſeruauerit ſimilitudinem genericam, ſpecificam & indiuidualem, deſideratur tamen ſimilitudo partis determinatæ, quemadmodum ſi fœtus naſcatur claudus, vel monoculus, quorum tamen vitiorū neutrum in parentibus reperiatur: & ita oritur cōceptio monſtruoſa, ſed ratione partis. Si denique eundem II. vterum conſideremus, vt eſt pariendi inſtrumentum, multiplex adhuc Symptoma oriri poterit, quorum numerus oritur ex multiplici receſſu partus à naturali ſtatu. Eſt autem Partus ſecundū naturam, quoties fœtus in vtero formatus, nō ſolùm foràs exit, ſed debito ſuæ maturationis tempore, & preterea exeundo debitum modum ac ordinem ſeruat: hinc tria errata illi aduenire poſſunt, prout dictus partus, vel penitus nō fit & ita naſcitur illud Symptoma, quod vocatur detentio & formati fœtus cohibitio: vel ſecundò B malè fit, quod tripliciter contingit. Primò, quia tardius fiat, quàm partui naturali conueniat, & oritur alterum Symptoma, quod tardus partus vocatur: vel celerius fit, quàm fieri conueniat & tunc oritur illud Symptoma, quod vocatur Abortus: vel tertiò, partus lædi poteſt, quia deprauatè fit, & oritur difficultas pariendi, quod cōtingit, quādo peruertitur ordo & naturalis pariendi exeundiq; modus, quemadmodū ſi fœtus ordine naturali peruerſo, exitū primò quærat ſecundū pedes, vel latera, non aūt ſecundū caput: ſi præterea cum dolore & labore fiat, ſi etiā fœtus mortuus & laceratus exeat, ſi ſecundina intus detineatur. Hæc igitur dicta ſint de numero & numeri neceſsitate, malorū omnium muliebriū, quę ratione vteri illis adueniunt, ſiue communioribus malis afficiatur, ſiue proprijs: & ſi communioribus, ſiue illi contingant ratione partium ſimilariū, uel diſsimilarium, ſiue vtrarumq;: & ſi malis proprijs, ſiue illa adueniant eius functioni, quæ dirigitur ad conſeruationem Speciei, aut Indiuidui, & rurſus ſiue in vtraq; functione ablatio contingat, ſit aūt imbecillitas, vel deprauatio. Communioribus ergo malis prætermiſsis, propria potiſsimū aggrediar, tùm quia ſcopus eſt, de affectibus muliebribus tractare, ac proinde de illis, qui viris non ſunt communes, tùm magis, quia agentes de muliebribus affectibus, ſimul etiam cōmuniores complectemur, vtpote illos, à quibus tanquam à cauſis, propria vteri Symptomata, dependent,

De Suppreſsione Menſtruorum. CAP. III.

A Suppreſsione igitur, immoderatoq; menſium profluuio exordior, vtpote ab illis affectibus pro- *Ordinis ratio, quæ tùm in hoc vteri ſympt. ſeruabitur, tùm in alijs cunctis.* C prijs, quorum curatio non ſolùm reſpicit Indiuidui conſeruationem, cui omnium maximè incumbendum eſt: verùm etiam, quia eorundem cognitio & curatio, ſummam lucem allatura eſt pleriſq; alijs vteri Symptomatibus, tùm proprijs, tùm communibus: in quorum tractatione, ſicut etiam in cæteris omnibus, eum ordinem mihi ſeruandum propono, qui ad docendum omnium maximè aptiſsimus futurus eſt. Ideò ab eſſentia propoſiti Symptomatis incipiam, ac proinde de forma, materia & cauſis efficientibus agam, internis inquam & externis, mediatis & immediatis: vnde generationis modus clarè etiam eluceſcet. Secundò, ex propoſita eſſentia, colligā omnes ſpecies ac differentias propoſiti mali. Tertiò, de proprietatibus talem eſſentiam conſequentibus tractabo, ſigna adducendo, quibus propoſitum nobis affectum, non ſolùm in genere cognoſcamus, verùm etiam ſingulas eius ſpecies diſtinguamus: mox ad curam deſcendam, eamq; non Empyricam, ſed Dogmaticam, eliciendo inprimis indicationes curatorias, præſeruatorias & vitales, quibus ſermo de Prognoſtico ſuccedet: tandem, de auxiliorùm materijs diligenter tractabo, Chirurgicis inquam, Pharmaceutricis & Dięteticis. Cur autem tot & non plura, vel pauciora conſideranda ſint, in propoſitis malis remouendis, artis medicę finis clarè oſtendere poteſt. Cùm enim in omnibus morbis propoſitis, ſcopus ſit præſentes remouere, imminuentes præcauere & vires cuſtodire, atq; hos ſcopos conſequi minimè liceat, niſi vſu & recta adminiſtratione materierum medicinalium: hæ autem, etſi infinitæ propemodum ſint, omnes tamen, ex triplici fonte hauriuntur, D Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico, & proinde circa ſingulos ſigillatim diſcurrendum Ad fontem Chirurgicum illæ præcipuè ſpectare videntur, quæ in externis inſtrumentis conſiſtunt & vt adminiſtrentur, manuum operatione indigent: ad quem ordinem referri poterunt venæ ſectio, cucurbitulæ ſcarificatæ & non ſcarificatæ, hirudines, cauteria, veſicatoria; ſinapiſmi, ligaturæ, frictiones, partiū in priſtinum locum repoſitiones, vſtiones & huiuſmodi. Ad fontem Pharmaceuticum referuntur lenientia, præparantia, purgantia & cætera eius generis, quæcunq; alterant, & locum affectum roborant, ſiue hæc intus præbeantur, ſiue extra admoueantur. Ad fontem Diæteticum diriguntur, recta adminiſtratio ſex rerum non naturalium. Aeris inquam, Cibi & Potus & reliqua. Horum autem omnium vſus quandoque habetur cum prædictione, quandoq; non: cum prædictione, habetur in Morbis lethalibus: citrà verò in ſalubribus, in quibus futuræ ſalutis certa ſpes haberi poteſt, vt hinc Prognoſticū ortum habuerit. Quod ſi bonum fuerit, audacter Curatio aggredienda erit: ſi autem malum, cum Hippoc. ſolis prognoſticis futuræ mortis, ægri relinquendi erunt: vel piè magis agentes, omnia erunt tentanda, cum prædictione tamen futuræ mortis: hac enim ratione, noſmetipſos ac Medicinam, ab omni infamiæ nota vindicabimus & patientes viſitando ſimul conſolabimur. Quapropter in pertractandis ægris, prognoſticum non erit negligendum, ſed ex arte potius rei euentus prædicendus erit: quam partem Medicinæ diuinus Hippoc. tanti fecit, vt in quadam epiſtola ad Philopœmonem, hanc ipſam cum vaticinatione comparauerit

& æquauerit, vt non immeritò hæc Medicinæ pars, Medicum etiam expoſtulet non vulgarem, ſed eximium, non Empyricum, ſed Dogmaticum, non ſcientificum tantùm, ſed valde exercitatum, ac proinde non ſola ac nuda obſeruatione rerum peritum, ſed ex ratione & ſummo iudicio omnia operantem: is autē ille eſt, qui nihil temerè agit, ſed illa ſolùm proſequitur, quæ à ſubiecti morbi eſſentia & natura indicātur, vt hinc orta fuerit indicantium & indicationū inuentio, prohibentiumq́; permittentiū, conſentientium & moderantiū, cognitio, quę ſola auxilia rectè operandi, nobis demonſtrant: quare de Indicationibus & annexis, agendū. Cæterùm Indicatio, cùm de genere eorum ſit, quæ ad alterū referuntur, nempe ad ipſum indicans, tale autem triplex potiſsimū ſit, morbus ſcilicet, cauſa morbi & virtus, ideò ante omnia cognitio morbi, cauſarū & virtutis præmittenda eſt, vt ex morbi cognitione, indicationes curatorias haurire poſsimus, ex cauſis præſeruatorias, & ex virtute conſeruatorias. Tandem, cùm rei cuiuſq; eſſentia per vocem propriam ſignificetur, ſæpeq; contingat, quid nominis latère, vel æquiuocationem continere, ideò ad tollendam nominis multiplicitatem, vel obſcuritatē, ab ipſius notione exordiendum erit. A

De Nomine ſuppreſsionis Menſtruorum. CAPVT IV.

Morborum & ſympt. nomina vnde.

CVm nomina temerè non ſint rebus impoſita, iurè cogitandum eſt, Morborum ac Symptomatum voces, non à caſu, ſed conſultò fuiſſe inuentas, vt nō immeritò Gal. 2. Method. 2. dixerit, quod omnia mala, quę humano corpori adueniunt, nomen deſumunt, vel à loco affecto, vt pleuritis à membrana pleura ita vocata, quę in hoc affectu inflammatoria compunctione afficitur: ſicut peripneumonia, à pulmonū inflammatione: podagra, à pedum vitio: nephritis, à renibus: arthritis, ab articulis: Ophthalmia, ab oculis: cephalalgia, à capite: & dyſenteria, ab inteſtinorū vlcere. Secundò capiuntur nomina ab aliquo Symptomate, vt ileos, à tenuiori inteſtino affecto: paralyſis, à reſolutione neruorū: apepſia, à mala ventriculi concoctione: teneſmus, à cupiditate deijciendi. Vel capiuntur ab vtriſq;, id eſt, à loco affecto & Symptomate, vt cephalalgia, & othalgia, id eſt, aurium dolor, eſtiralgia, id eſt, meri dolor. Rurſus, affectus qui à Symptomate denominantur nomen accipiunt ab actione læſa, à qualitate mutata & excūte mutato. Si à læſa actione tripliciter, ablata videlicet, vt Syncopis & apoplexia: vel diminuta, vt lypothymia & cruditas: vel à deprauata, vt tremor, tuſsis, ſingultus. Si ab exeunte mutato denominatio fiat, erit vt ſputum ſanguinis, lotium cruentum & huiuſmodi. Si à qualitate mutata erit, vt febris, icteritia & cætera eius generis. Præterea, capiuntur etiam nomina ab externarum rerum ſimilitudine, vt cancer, elephantiaſis, polypus, ſatyriaſis, ophiaſis, alopecia & tinea. Vel deniq; nomina capiuntur à materia faciente Morbum vt calculus, cholera, melancholia & reliqua: in hoc genere collocatur etiam ſuppreſsio B

Menſtruorū ſuppreſsio.

Menſtruorum, quod nomē ita proprium eſt huic affectui, ut cum alijs rebus præter naturam vllam conuenientiam habeat: at ſi ſecundum communiorem ſui notionem acciperetur, facilè cum alijs conueniret. Si enim capiatur, vt eſt quid diſtinctum à rebus naturalibus, communiſsima voce, res præter naturam vocaretur, & hoc modo non diſtingueretur à morbo, cauſa & Symptomate. Si autem conſideretur vt eſt ex eorum genere, quæ morbum ſequuntur. Symptoma nuncupabitur: ſed tunc non diſtinguitur ab alijs Symptomatum generibus, nempe à læſa actione, qualitate mutata & exeunte mutato. Si conſideretur vt conſequitur opus, materiam videlicet genitam, dicetur Symptoma ſecundum, ad differentiā primi, cuiuſmodi eſt Symptoma in læſa actione. Si verò hæc materia genita, præter naturam intus detinetur, Symptoma dicetur in exeunte mutato, in quo intus cohibetur, quòd foras exire deberet. Cuius vox adhuc communior eſt, quoniam cum plęriſq; alijs ſymptomatibus eiuſdem generis, conuenit. Tandem, hoc Symptoma vt reſpicit determinatam ſpeciem materię cohibitæ, nempe menſtrualis, proprium nomen deſumens, vocabitur ſuppreſsio Menſtruorum, quę vox, ita eſt propria huic affectui, vt per hanc C

Menſtr. variæ appellationes.

à cæteris omnibus clarè diſtinguatur. Vocatur autem Menſium ſuppreſsio, quia in muliere ſecundum naturam ſe habente, materia iſta ſingulo menſe effluere debet, cuius materiæ fluorem, quidam Flores appellant, ea (ni fallor) de cauſa, quia mulier cùm nata ſit ad procreandam ſobolem, non prius eſt apta concipere, quàm appareant Menſtruæ purgationes, quæ ſunt ſicut Flores arborum, qui fructus antecedunt, quæ ſicut prius fructum producere nequeunt, niſi flores antea appareant: ſic mulieres nunquam antea concipiunt, niſi Menſes fluxerint. Vulgares, Tempora vocant, quoniam hæc purgatio in Mulieribus ſtatutis quibuſdam temporibus, obſeruatur. Alij vocant malam Septimanam, vel, quia hæc fluxio ſeptem diebus perdurare ſolet: vel etiam, quia per integram hebdomadam mulier aliquid moleſtiæ patitur. Cæterum, vt omnis æquiuocatio circa hanc vocem tollatur, illud etiam adijciendum erit, hîc ſermonem futurum eſſe de ſuppreſsione Menſium morboſa, & præter naturam, ad illius differentiam, quæ D

14. de vſu part.

naturaliter fit, quemadmodū contingit in prægnantibus & lactantibus, in quibus hæc materia degenerat in alimentū, vel concepti fœtus, vt in prę gnantibus: vel pueri nuper nati & lactantis, vt in lactantibus contingit: & ſi accidat, vt in ijs Menſtrua quandoq; fluant, alterum duorum fieri ſolet, vt ex parte prægnantiū abortum patiantur, vel ſaltem fœtus imbecillior formetur, quorū vtrunq; ob alimenti defectum contingit. In lactantibus verò, generatio Lactis ceſſat, vel ſaltem imminuitur. Hæc de nomine.

De eſſentia ſuppreſſorum Menſtruorum. CAPVT V.

AB explicatione vocis, deuenio ad ſubiectæ rei eſſentiam explicandam, quæ cum in forma & materia conſiſtat, ideò quæ ſit propoſiti Symptomatis forma & quæ materia, expendere oportet. deinde verò quæ eiuſdem ſint cauſæ effectrices omnes & occaſiones, diligenter inueſtigabo. De finali

Lib. de diff. ſympt. cap. vlt. & 3. de ſympt. cauſ. cap. 4.

aūt cauſa, nihil dicendū occurret, quia, in rebus præter naturā, locum habere nō videtur. Quod ad formā ſpectat, ex dictis ſatis conſtat, quod hæc ſuppreſsio eſt quid præter naturā, non tamen in genere Morbi, vel cauſæ, ſed Symptomatū, & in eorum genere, quæ in exeunte mutato conſiſtunt, in quo ſcilicet intus cohibetur, quod pro naturæ modo effluere deberet. Cæterùm, hæc materia, quæ præter naturam intra corpus retinetur, cum eſſe poſsit vapor & vaporis minera, conſtat etiā eam non eſſe vaporem, ſed potius

mineram,

A mineram, cum exeundo ſenſibus conſpicua illa appareat: nô propterea negandum eſt, quòd talis materia intus detenta, caloris vi in vaporem aſsiduò non attollatur, hacq; ratione, ſenſim minuatur & diſsipetur, quòd certè ſi non fieret, breui tempore in tanta copia aggregaretur, vt neceſſarium eſſet, mulierẽ frequentius pati Menſtruorũ fluxum, vel à nimia illorum copia ſuffocari, aut ex ſuperueniẽte putredine & malignitate, febribus, lipothymiæ, Syncopi, apoplexiæ & alijs eius generis ſymptomatibus perpetuò ſubijci, vt ſæpè etiam aliquibus contingere videmus: & illis præcipuè, in quibus ob vitam ocioſam, talia excremẽta multiplicantur, pręſertim ſi in viuendi ratione etiam plurimũ delinquant: rariùs, aut nunquã illis accidunt, quæ in victu rectè ſe gerunt: vel ſaltem, plurimis exercitijs aggregationem ſuperfluitatum prohibent, aggregataſq; diſsipãt, atq; diſſoluunt: vel etiã, purgantibus medicamẽtis illas educunt. Cùm igitur hæc materia intra corpus cohibita, corpulenta ſit & humoroſa, vlterius quærendũ occurrit, an ſit alimentalis, vel excrementitia. Satis aũt conſtat, alimentalem eſſe nõ poſſe, quia ſuccus eſſet ſanguineus, pituitoſus, bilioſus vel melancholicus, quorum quilibet in corpore propriũ habet vſum, ideò retinetur, quoniã ex dictis ſuccis corpus & partes eius nutriũtur: pro quarũ diuerſitate in ſubſtãtia, & tẽperatura, neceſſaria fuit ſuccorũ alimentalium diuerſitas, quorũ nullus eſſe poteſt materia hæc menſtrualis, quod fuit in cauſa, vt prouida natura, in muliere nec prægnante, nec lactante, tale genus excrementi ſtatutis
B temporibus expurgaret. Cęterùm materia iſta excrementitia cũ duplex eſſe poſsit, vtilis & inutilis, prioris generis minimè erit, quoniã vel vtilis foret pro conſeruando Indiuiduo, vt Lac: vel pro conſeruanda ſpecie, ſicut eſt Semen, quorum neutrum eſt materia iſta Menſtrualis: non tamen negauerim, quòd poſt partum materia illa, quę in Menſtrua verteretur, in Lac non degeneret, quod puero nutriendo accõmodatiſsimum eſt alimentum. At hoc loco ſermo eſt, de ſuppreſsione Menſtruorũ præter naturam, conſequenter in muliere non lactante aut prægnãte, quæ ſingulis menſibus aggregata, tanquam inutilis per vterum naturaliter expelli debet: cuius autem coctionis illa ſit opus, ſequens caput declarat.

Menſtruum, eſſe excrementum ſecundæ coctionis. CAPVT VI.

CVm igitur hæc materia ſit excrementum inutile, oportet eſſe primæ, ſecundæ aut tertiæ coctionis excrementũ. Primæ eſſe non poteſt, cùm non ſit nec tenue, nec craſſum: accedit, quòd hoc genus excrementi, in inteſtinis recipitur & per infernum os expurgatur: per vterum vero, neutrum euacuatur. An verò excrementũ ſit ſecundæ, vel tertię coctionis, dubium eſſe videtur apud medicos, vt Galenus quandoq; in ea re, ſibi inconſtans videatur, quam difficultatẽ, hoc loco libenter prætermitto, quoniam diffuſius in Libro de principijs noſtræ generationis, tractaui. Quare, ſatis hic erit propoſitæ difficultatis veritatem proponere, & quibuſdam rationibus illam confirmare. Statuendum erit igitur, talem materiam excrementum eſſe ſecundæ coctionis, quæ in hepate & venoſo genere, habetur. Commune
C enim eſt omnibus partibus corporis, humores generantibus, eos vtiles producere, vel ſibi ipſis, vt conſeruentur: aut pro alijs partibus generationis gratia, vt ſemen: vel pro fœtus nutritione, vt ſanguis menſtruus, ita vt humores, qui poſt cuiuſq; partis nutritionem ſuperſunt, earum partium ſint ſuperfluitates & cum illis ſimilitudinem naturæ ſeruent: huiuſmodi erit in teſtibus ſemen, in mammis lac, in ventriculo pituita, in articulis humor glutinoſus, in oſsibus humor albus in cauernis contentus, in carne pulmonis humor ſpumoſus: ſic denique, in hepate erit ſanguis, cuius ſuperfluitas, quæ pro reliquarum partium alimento, neceſſaria futura non eſt, menſtrualis materia euadit, quæ per vterum debitis temporibus expurgatur. Quod ipſum confirmat etiam rubeus color, quo materia hæc menſtrualis prædita eſt: quare erit ſuperfluitas ſanguinis, conſequenter excrementum ſecundæ coctionis. Præterea, ſi locum conſideremus, vbi ſanguis menſtrualis continetur & per quem expurgatur, cùm in venis contineatur & per venas vteri expurgetur, non aliter dicere poſſumus, niſi excrementum eſſe primorum humorum, qui in venis continentur, & membris nutriendis, nondum ſunt delegati. Hinc fit, quod mulieres quamdiu conſuetas vteri purgationes ſeruant, nullam aliam ſanguinis euacuationem ſponte naturæ factam patiuntur, nec per nares nec per mariſcas: at conſueta menſtruorum purgatione cohibita, illius copia & qualitate, natura grauata & irritata, conſueuit per alias partes talem ſuperfluitatem euacuare, vt quandoque experientia compertum fuerit, quaſdam mulieres, quibus menſtrua erant ſuppreſſa, copioſum ſanguinis vomitum habuiſſe, & maximo naturæ iuuamento, at menſtruis denuo ſuperuenientibus, ſolutio
D fit. Quapropter materia hæc menſtrualis, ſicut alia quæcunq; ſanguinis fluxio per alias partes facta, primorum humorum ſuperfluitas erit, qui in ſecunda coctione generantur. Tandem etiam ea confirmatio addi poteſt, quæ ſumitur ab obiecto tertiæ coctionis & excrementis eius, nam obiectum tertiæ coctionis, ſunt humiditates ſecundæ, quæ ex capillaribus venis exeuntes, nutriendis membris delegantur, à quibus nouam coctionem acquirentes, longè aliam formam ac ſpeciem ſuſcipiunt, ab illa quam antea retinebant, dum in venis eſſent & ſecundæ coctionis opera ſubeunt, quoniam amittunt ſubſtantiam fluidam, & in membris conſiſtentem acquirunt, rubeum colorem deponunt & album induunt, partibuſq; nutriendis omninò ſimiles fiunt: cuius tertiæ coctionis excrementa tenuia, per halitum inſenſibilem, vel ſudorem expurgantur. craſsiora verò, in pilos, vel in ſorditiem degenerant. Quorum excrementorum, neutrũ accommodari poteſt ſanguini menſtruo, vt tandem ijs omnibus rationibus concludendum ſit, ſanguinem menſtruum, excrementum eſſe ſecundæ coctionis: qua verò ratione peccet & peccet & peccando excitet expultricem ſtatim declaro.

Menſtruum, excrementum eſſe quantitate & qualitate peccans. CAPVT VII.

QVod autem materia hæc menſtrualis per vterum ſingulo menſe expurgata, quantitate imprimis peccet, plura oſtendunt. Primò, quia intus à natura non retinetur, ſed potius ſingulis menſibus, tanquam ſibi onus, euacuatur. Secundò, quia cùm beneficio totius corporis, talem euacuationem

molitur. Accedit, quòd ex illius retétione, natura multa & moleſta Symptomata patitur, vt quemadmo- A
dum per illius copioſæ materiæ præſentiam, corpus totum grauatur: ita per eiuſdem abſentiam, ſponte
naturæ factam ſubleuatur, quod eſt materiæ copioſæ argumentum. Quod autem tale menſtruum, non
ſolùm quantitate, verùm etiá qualitate peccet, atq; illa tùm manifeſta, tùm occulta, multa teſtari poſſunt.
Inprimis, quòd manifeſtis qualitatibus peccet, exeundi modus patefacit, poſteaquam non ſine moleſtia
& viarum aliqua mordacitate effluat, quod certè illius exceſſum in calore oſtendit. Idipſum confirmare
etiam poteſt, coitus per illud tempus factus: quoniam ex contactu huius materiæ, virile membrum, non
modò ruborem, verùm etiam excoriationem, circa præputium pati ſolet, quod pariter excedentis calo-
ris, indicium manifeſtum eſſe poteſt. Cùm igitur hæc materia quantitate & qualitate peccet, mirum eſſe
non debet, ſi ſenſim illa aggregata & ad determinatum ſuæ quantitatis terminum peruenta, quem citra
maiorem moleſtiam diutius ſuſtinere non poteſt, expulſionem per vterum tentet & moliatur, ad quod
peragédum natura excitatur, tùm ab illius copia grauata, tùm ab eiuſdem qualitate acriori irritata, quod
munus quamdiu integrè & ſtatutis temporibus abſoluerit, depurata vniuerſa humorum maſſa, tàm diu
etiam corpus hoc integra ſanitate potitur.

Sanguinem Menſtruum peccare occulta qualitate. CAP. IIX.

AN verò ſanguis menſtruus præter manifeſtas qualitates, occulta etiam & venefica præditus ſit &
ſecundum illam agat, difficultas eſſe poteſt. Si namq; hæc materia venefica eſſet, mirum videri de- B
beret, quomodo integro menſe in corpore detineatur, citra aliquam illius corporis moleſtiam, in-
ſignemq; noxam. Augetur adhuc magis difficultas, quia dum conſuetum ſuæ purgationis tempus per-
tranſit, maiorem prauitatem acquiret, ex hac etiam diuturna mora, vehementiorem agendi corrumpen-
diq; vim ſibi aſſciſceret, ratione cuius, non ſolùm corpus, in quo illa retinetur magis immutare deberet:
verùm etiam corrũpere & interficere, quod tamen minimè obſeruamus, cùm multæ mulieres reperian-
tur, quibus talis conſueta euacuatio ſupprimitur, quæ tamen à proprijs negotijs non deſiſtunt, ſed ſani-
Fernel. lib. 7. ſuæ Phiſiol. cap. 7. tate fruuntur & diutius viuunt. Ex altera verò parte, non defuêre qui affirmauerint, menſtruum ſangui-
nem, non ſolùm eſſe excrementum inutile, quantitate & qualitate ſimpliciter peccans, ſed etiam corru-
ptum, malignum & veneficum eſſe, vel ſaltem agendi poteſtate ac viribus veneno valde affine: nam pręter id, quòd ſtatis temporibus per conſueta loca luna decreſcente, non effluit, à purioriq; ſanguine, cui
eſt permixtus, non ſecernitur. Accedit etiam ratio, deſumpta ex illius operationibus vitæ corruptiuis,
quæ certè non illius modò inutilitatem oſtendunt, verùm etiam malignitatem & veneficam naturam
detegunt. Quo enim tempore mulier menſtruam purgationem patitur, non ſolùm illius vniuerſum cor-
pus diſcoloratum redditur, verùm etiam imbecillius efficitur: imò in alienum corpus agens, naturalem
illius diſpoſitionem euertere & corrumpere poteſt. Nam tempore quo menſtrua hæc fluunt, vapor, qui
ex tali materia eleuatur, obiectum ſibi ſpeculum fœdare, inficere, eboriſq; nitorem obſcurare ſolet, & vi- C
no pariter permixtus, totum corrumpere videtur: imò quod maius eſt, ſi ab hac ipſa materia ſemina tan-
gantur, vel in lotio menſtruatæ mulieris prius infundantur & terræ mandentur, nihil generant, ſed ſteri-
lia euadunt: & plantæ adhuc tenellæ, ab hac ipſa materia contactę, læſionis ſemel ſuſceptas notas perpe-
tuò ſeruant, vel potius areſcunt & moriuntur. Præterea, hic ſanguis ſi à canibus guſtatus & deuoratus
fuerit, rabie afficiuntur: homines verò ex eodem epoto, in comitialem morbum, elephantiaſin, pilorum
Lib. de Venen. cap. 78. defluuium & huiuſmodi incurrunt. Et Conciliator teſtatur pariter: quòd ex hoc menſtruo epoto, homo
euadit veluti præſtigiatus, maleficiatus, obliuioſus & lunaticus, cuius cura, inquit, eſt potare margaritas
frigidas tritas ad ℥.i. cum aqua Meliſſæ: & in aqua tepida balneari, cum puella coire & cum puellis con-
uerſari, & eius Bezoar eſt, comedere viperas præparatas. Hoc ipſum deniq; magis confirmatur, ex illarũ
etiam rerum euentu, quæ ipſiſmet mulieribus contingere ſolent: ſi namq; prægnans mulier fuerit, & al-
terius mulieris menſtruo partes ad vterũ pertinentes obliniantur, abortum patietur: ſi autem Vtero non
Diſtinguendum de ſanguine mẽſtruo. geſtauerit, concipiendi vis ei adimetur. Pro huius difficultatis reſolutione, diſtinguendum nobis eſt, de
ſanguine menſtruo, de quo, cum quæritur, an excrementũ ſit, vel alimentum: & ſi excrementum, an vti-
le, vel inutile: & ſi inutile, an ſola copia, vel qualitate peccet: & ſi qualitate, an Elementali ſolùm, vel etiam
venefica, ſermo eſſe poteſt: vel in muliere non prægnante, nec lactante: vel in prægnante & lactante. Si
primo modo, dupliciter adhuc intelligi poteſt, de muliere videlicet, in qua ratio temporis à natura con- D
ſtituta ſeruatur, pro tali purgatione facienda. vel de illa, in qua eadem purgatio præter naturam cohibita
eſt. Si de muliere primo modo intelligatur, ſtatuendum erit, talem ſanguinem excrementum eſſe, quan-
titate & qualitate peccans, ad differentiam prægnantis & lactantis mulieris: in quarum altera, euadit ali-
mentum fœtus in vtero geſtati, & aliqua ex parte, excrementum ſola quantitate peccans. Eſt quidem ali-
mentum, ſecundum eam portionẽ ex qua fœtus toto geſtationis tempore nutritur, augetur & perficitur.
Eſt autem excremẽtum, ſola copia peccans, reſpectu eiuſdem mulieris, in qua generatur & per id geſta-
tionis tempus aggregatur, quod deinde tempore partus expellitur: quæ videtur fuiſſe clara Galeni ſen-
tentia, 14. de Vſu partium cap. 8 & 2. de Semine cap. 5. & Aphor. 60. In muliere autem lactante, idem ſan-
guis vertitur in lac, quò fœtus in lucem iam editus alitur, qua ratione erit pariter alimentum & excre-
mentum vtile, ſola quantitate redundans, ita vt reſpectu pueri lactantis, alimentum ſit, reſpectu autem
mulieris in quo generatur, vtile excrementum erit. Si verò ſermo fuerit de muliere nõ lactante, nec præ-
gnante & de illa imprimis, in qua menſtrua ſecundum naturam fluunt, hîc ſanguis non ſolùm erit excre-
mentum, ſed etiam excremẽtum dupliciter inutile, ac proinde quantitate ac qualitate peccans. Declaro
vtrumq; & primò, quòd excrementum ſit, patet quia alimenti ratio & vſus, illi non competit: ſiquidem
alimentũ ratione ſimilitudinis, quã cum ipſo alito habet, intra illius corpus nutritionis, conſeruationiſq;
gratia retinetur. Contrà excrementum, propter diſsimilitudinem cum alito, ab illo ſecernitur, nullumq;
nutritionis

A nutritionis vſum in corpore retinens, tanquam inutile foras propellitur, cuius expulſio, cum in his mulieribus, ſingulo menſe per vterum à natura fiat, iurè concludendum, talem ſanguinem excrementũ eſſe inutile. Accedit & ea ratio, quòd ſi eſſet excrementum vtile, vel vtile foret pro ſpeciei propagatione, cuiuſmodi eſt ſemen, vel pro indiuiduo nupergenito, ſicut eſt lac: at hic ſanguis in his mulieribus neutrum præſtat, ſed ſpontè naturæ à corpore ſeparatur. Idem confirmatur, argumento deſumto à iuuantibus & lædentibus, quandoquidem illud excrementũ inutile exiſtimatur, quod in corpore per ſui præſentiam, eſt onus ipſi naturæ, & per ſui abſentiam & euacuationem, illa eadem exonerata ſubleuatur: huiuſmodi autem eſt talis ſanguis. Ergo, &c. vbi enim tale genus excrementi, præter debitũ naturæ modum in corpore retinetur, corpus hoc multum grauatur & moleſtia afficitur: eiuſdem verò expurgatione peracta, ab omni pondere ac moleſtia liberatur, priſtinumq; robur acquirit, quòd planè argumentum eſt, huiuſmodi ſanguinem, non ſolùm excrementum eſſe verùm etiam inutile.

Sanguinem Menſtruum inutile excrementum eſſe ratione copiæ & qualitatis.

CAPVT IX.

CÆterum excrementum inutile, cum multis modis moleſtiam corpori inferre poſsit, præcipuè verò ſi in quanto & quali peccauerit, vtriuſq; ratione hic ſanguis inutile excrementum erit Et primò ratione quantitatis, quod illius generatio & copioſa euacuatio oſtendit. vt merito generationis,
B conſtet generari & tanquam inutile excrementũ, in eodem corpore copiuſius aggregari: nam poſt ſanguinis diſtributionem, in omnes corporis partes nutriendas, mediantibus venis factam, quod ſuperfluũ futurum eſt, & poſt venarum nutritionem ſupereſt, retinetur & vnius menſis ſpacio, in vena caua copioſè coaceruatur, vt illius pondere grauata natura, poſt illud tempus ipſum expellat, cuius copioſam expulſionem molitur per venas vteri, vt in quibuſdam mulieribus, talis euacuatio ſeptem & octo diebus perduret, quod certe, non niſi magnam copiam demonſtrat. Quòd autem idem ſanguis mala qualitate affectus ſit, & primò manifeſta & calidiori, illius exeundi modus oſtendit: deinde verò effectus moleſtus inde productus, ſi modum exeundi conſideremus, excrementa omnia à corpore ſeparari ſolent, cum iucunditate, vel cum moleſtia: cum iucunditate illa exeunt, quæ omnem naturæ modum ſeruant in quanto, quali & opportuno exeundi tẽpore: hinc eſt quod in ſanis corporibus, excrementorũ omnium ſecundum naturam facta euacuatio, non ſolùm cum iucunditate fit, ſed etiam cum beneficio corporis expellentis, vt patet diſcurrenti per excrementa ſingularum coctionum. Contrà verò excrementa dum pręter copiam, malam etiam qualitatem coniunctam habent, fieri vllo modo poteſt, quin eorum exitus, non ſit aliqua ratione moleſtus, ſicut clare obſeruatur in mulieribus, tempore quo per vterum menſtrua exeunt, quoniam non niſi cum moleſtia effluunt, quę aliunde non cauſatur, quam à caliditate & acrimonia materiæ exeuntis: ideò mulieres, quo tempore ſua hæc purgatio perdurat, aliquid noxæ patiuntur, floridumq; colorem, magna ex parte, amittunt.

C

Qui ſanguis Menſtruus, praua & occulta qualitate peccet.

CAPVT X.

SI autem ſermo fuerit de illo ſanguine menſtruo, qui ſtatutis temporibus & ſecundum naturam non expurgatur, ſed intus & præter naturam diutius detinetur, tunc aliam prauiorem & occultam qualitatem concipiet. Ex illius enim longiori in corpore mora, ita alterari quandoq; ſolet, & à propria natura recedere, vt veneficam etiam naturam acquirat, ratione cuius, non ſolum alienis corporibus nocet, ſpecula fœdando, eboris nitorem turbando, vina corrumpendo, tenellas herbas & ſemina comburendo & ſterilia reddendo, brutiſq; animantibus, ac deniq; ipſis hominibus, varijs miriſq; modis nocendo, ſed maximas etiam moleſtias proprio corpori, in quo generatur & diutius retinetur afferre ſolet: vt hinc nauſeæ, inappetentia, dolores, vertigines, apoplexia, ſyncopes, matricis denique præfocationes, ortum habeant: quæ omnia cõtingere etiam ſolent, quando mulier tempore fluxionis menſtruorum, viro coniungitur & imprægnatur: tunc enim, ſuſceptum ſemen ab huius menſtrui permixtione ita alteratur & coinquinatur, vt prauam illius qualitatem recipiens, vitiatæ eiuſdem naturæ impreſsionem, vim ac proprietatem diu ſeruet ac retineat, ratione cuius, fœtus tali qualitate informatus, bonum alimentum ſibi adueniens, in prauum etiam conuertat: hinc morbilli, variolæ & pleræq; aliæ cutaneæ infectiones, non *Morbilli. Variolæ vnde*
D aliunde in natis corporibus naſcuntur, quàm ex huius ſanguinis impuritate ac prauitate: ſiquidem, ſanguis iſte in fœtus formatione ita vitiatus, ſuę prauitatis naturam in eo diu ſeruat, & occultè cuſtodit, donec tandem per longam ſui digeſtionem exaltetur, in variolaſq;, morbillos & cætera id generis, tandem effloreſcat, qui tamen ſanguis, non æquè in omnibus & ſemper hanc ſuam occultam prauitatem patefacit, nec eandem prauitatis ſpeciem in omnibus oſtendit, ſed in quibuſdam longiora, in alijs breuiora, ſuæ digeſtionis tempora retinens: pro prauitatis intenſione Symptomata etiam, modò tardius, modò citius, nunc vehementiora, nunc remiſsiora producit, quod contingere ſolet, quando vis illa menſtrui, in vniuerſa ſanguinea maſſa deliteſcens, exaltari incipit, & maiores agendi vires in calorem acquirere, qui deinde ita excitatus, aduerſus hoſtem pugnam aggreditur, & pugnando omni conatu innititur, vt ſuperet, quod tunc fit, quãdo in totam ſanguineam maſſam agens, partes omnes hæterogeneas & praua illa qualitate infectas, ſeparat & inſtar muſti, illius quaſi ſpumam tenuioreſq; halitus, à centro ad circumferentiam tranſmittit, & per cutim vniuerſam, in variolas & morbillos degenerat: craſsiora vero illius ſedimenta, per vomitum & aluum deijcit, quam prouinciam, ſi integram abſoluerit, & ſanguinem ab omni impuritate defecauerit, ſuperato interno hoſte, victoriæ & ſanitatis inſignia deportabit: ab hac verò prouincia, ſi natura ex toto, vel maiori ex parte impedita fuerit, ſuccumbet & vitam cum morte commutabit.

Qualis ſit prauitas Menſtrui ſanguinis. CAP. XI. A

QVamuis ſanguis menſtruus praua qualitate præditus ſit,nō tamen in omnibus mulieribus eiuſ
dem eſt rationis & malitiæ, ſed alia eſt prauitas in muliere quæ ſingulo menſe expurgatur, alia
verò in illa, quæ vltra præſcriptum naturæ tempus eum detinet. In priori ſiquidem muliere, vi-
tium eſt mite & manifeſta potius qualitate peccans, quàm occulta & venefica, vt ob id mirũ etiam non
ſit, ſi in eodem corpore,in quo generatur & aggregatur,ſui præſentia exiguum,vel vllum nocumentum
inferat.Nec obſtat,ſi quis obijciendo dixerit,huius etiam ſanguinis effectus prauos admodum eſſe,cum
ſuo contactu ſemina ſterilia reddat,virentes herbas exſiccet, vinum corrumpat & cætera id generis ma-
la apertè faciat,quæ venenis conuenire videntur:quia non inconuenit,vt id quod vni eſt familiare & ſi-
mile,alteri ſit inimicum & contrarium: helleborus enim homini eſt medicamentum, coturnicis alimen-
tum; & in eodem corpore bilis eſt veſicæ familiaris,cæteris verò partibus diſsimilis,& ſui contrarietate
moleſta. A pari dicendum de ſanguine menſtruo,qui in eo corpore,in quo generatur & ſecundum natu-
ram expurgatur,nullam noxam illi inferre videtur: in alieno autem corpore,quòd noceat,mirari nō de-
bemus,ob dictam rationem. Si autem ſermo fuerit de illo ſanguine menſtruo,qui ſecundum naturã non
expurgatur,ſed diutius & pręter naturam intra corpus cohibetur,hic certè longè prauiorem qualitatem
habebit,quam ex longiori in corpore mora ſibi contrahit, vt veneficam etiam naturam acquirere poſsit,
ratione cuius, non ſolùm alienis corporibus nocet: ſed proprio etiam minimè parcit, vt hinc oriantur B
præfocationes matricis, apoplexia, animi deliquia & cætera pernicioſa & lethalia Symptomata enarra-
ta. Cæterùm notandum, quòd talis ſanguis ita violenter in corpore detentus, licet ei noceat & vehe-
mentia Symptomata parere poſsit, hoc tamen perpetuò non contingit, & in ſingulis corporibus neceſ-
ſariò aduenit, cùm multæ mulieres reperiantur, quibus menſtrua diu non fluunt,integra tamen ſanitate
fruuntur: quòd dum accidit, cogitandum eſt illud euenire non ratione huius materiæ, quæ in diuerſis
mulieribus diuerſæ rationis ſit, vt in vna prauam retineat qualitatem, in alia verò non, cùm in omnibus
eandem formam habeat & agendi poteſtatem: Sed in alias cauſas diuerſitas hęc referenda erit,eaq; mul-
tiplex eſſe poteſt,inprimis quia hæc materia,etiam ſi per vterum non expurgetur, vt expurgari deberet,
à natura tamen per alia loca tranſmittitur, vt per fluxum ſanguinis narium,per hæmorrhoides vel etiam
purgantibus medicamentis educitur, ſiue per ſeceſſum illa purgauerint,vomitum,lotium, ſudorem,vel
inſenſibiles halitus: ſiue etiam talium prauorum humorum inanitio facta fuerit. validioribus exercitijs,
vt in ruſticis ſæpè contingit,ſiue ex tenuiori diæta,aut ieiunijs idem eueniat. At ſi hæc non præceſſerint,
ſed conſueta euacuatio ita ſupprimatur, vt in corpore aggregata in eodem etiam detineatur, nec aliquo
ex dictis modis minuatur,vel omninò expurgetur,tunc ratione diuturnioris moræ,quàm in tali corpo-
re præter naturam habet,putredinem & malignam qualitatem cōcipiet: vnde etiam ortum ducent mor-
bi peſsimi,& ſæua Symptomata,atque hæc diuerſa erunt,pro diuerſitate locorum,ad quæ illa decumbit:
vt ſi hæc materia, per totam corporis circumferentiam,diffuſa fuerit,nō ſolùm pruritum,ſed & ſcabiem, C
lepram & elephantiaſin producere poteſt: ſi in partem determinatam decubuerit, vt in cor, palpitatio-
nem,lipothymiam & ſyncopen facere conſueuit: ſi caput petierit,dolorem,vertiginem,epilepſiam,apo-
plexiam & varia deliriorum genera efficiet: ſi hepar,aut lienem detinuerit, obſtructiones, tenſiones,tu-
mores & ſcirrhos pariet. ſi vterum magis occupauerit, præter dictos morbos, conuulſionem, vlcera &
cancros illi inferre poterit. Hæc igitur & ſimilia, in illis potiſsimum mulieribus contingunt, in quibus
copioſior materia aggregabitur, & ex diuturniori mora, prauiores conditiones acquiret, quemadmo-
dum illis contingit,quæ vitam ſuam in otio potius,quàm in negocio degunt, vel in viuendi ratione plu-
rimum delinquunt, in genere inquam ciborum,in quantitate,qualitate,tempore & modo. Præterea hu-
ius diuerſitatis ratio,ex eiuſdem materiæ cruditate & coctione deſumi etiam poteſt,in quibuſdam enim
ſemen ſymptomata breuiora habet ſiue digeſtionis tempora, in alijs longiora, in nonnullis etiam
perpetuam ſeruat cruditatem, hinc ſymptomata oriuntur tempeſtiua, tarda & nullo etiam tempo-
re apparentia.

De ſanguine Menſtruo in muliere prægnante & lactante.

CAPVT XII.

SI autem ſermo fuerit,de ſanguine menſtruo,in muliere prægnante & lactante, longè aliter decernen D
dum erit. Quod enim ad prægnantem mulierem ſpectat,cum Auicenna ſtatuendum eſt,eius ſangui-
nem menſtruum,non eſſe omnino vniformem,homogeneum & laudabilem,ſed difformem,hetero-
geneũ & triplici ſubſtantia conflatũ, alimentali ſcilicet & benigniori, ex qua fœtus nutritur: excremen-
titia,quæ ad nutritionē & lactis generationē nihil confert,& hæc portio ea eſt,quę toto geſtationis tem-
pore,ſenſim aggregatur in tunicis ipſius fœtus,ibiq; quieta ſeruatur,vſq; ad pariendi tēpus, cui eam vti-
litatem afferre videtur,vt vias humectando & lubricando,faciliorē partũ reddat: quæ verò poſt partũ ſu-
pereſt,cùm nullius amplius ſit uſus,per vterũ expurgari tota debet,quòd cùm contingit,mulier integra
fruitur ſanitate: at ſi tota hæc portio,vel aliqua illius pars,cōtra naturæ leges intus detineatur,putredinē
concipere ſolet,& putreſcendo,febres & alia maiora ſymptomata cauſare conſueuit: ideo in parientibus
ſtudiũ noſtrũ eſſe debet,vt dum ſpontè naturæ hæc euacuatio non ſuccedit,omni induſtria & arte illam
promoueamus. Cur autem natura hanc portionē ita inutilē prius non euacuet,ſed toto geſtationis tem-
pore illam intus detineat,ratio eſſe poteſt,quoniã ſi tempore geſtationis,materia iſta euacuaretur,abor-
tus etiam ſuccederet. Tertia portio bona eſt & laudabilis,ſed non in quocunq; tempore,ſed magis circa
finem formati fœtus, vt ex hac, lac generetur pro puero conſeruando, hinc mammarum cum matrice
colligantia & magnus conſenſus ortum habuit: cùm prouida natura, per eadem communia vaſa, am-
bas partes coniunxerit,quę geſtationis tempore alimenti materiã deferendo,conformando,augendoq;
fœtui

A fœtui tantùm inſeruiunt, quo iam perfecto & edito, idem alimentum per eaſdem communes venas ſurſum ad mammillas fertur, vbi per nouam coctionem, quam ibi recipit, in lac degenerat. quod genitum, fœtus conueniens alimentum eſt.

Improbatio modernorum circa ſanguinem Menſtruum.
CAPVT XIII.

HInc Fernelij ſententia explodenda eſt, cùm nullo diſcrimine ſtatuerit, ſanguinem menſtruum in muliere tùm prægnante, tùm non prægnante vitioſum eſſe, & à puriori ita repurgatum, vt non modò tanquam inutilis à natura ſeparetur, verùm etiam vt veneficus habeatur, concludens ex huiuſmodi ſanguine vllo modo fœtum ali poſſe, vel lac generari. Nam ſi hic ſanguis veneficus eſſet, vt cenſuit ille autor, quærerem ab ipſo, quomodo fieri poſſet, vt per id tempus in quo naturaliter aggregatur, corpori etiam plurimum non officiat, & præterea cur ex illius auctione ſymptomata quoque non augeantur: nam per te (ô Ferneli) ſanguis iſte veneficus eſt: ergo corpus in quo ſubſiſtit, corrumpet & à naturali ſtatu plurimum euertet, ea tamen ratione & ordine, vt primis diebus, quibus incipit aggregari, ob materiæ paucitatem parum etiam corpus afficiat, ſequentibus diebus, in quibus talis materia augmentum ſuſcipit, paulò magis lædere deberet, quia in maiori quanto, maior eſt virtus: ergo in fine mẽſis, quo tempore in maiori copia materia eſt aggregata, magis alterabit, vehementioraque ſymptomata faciet, quo-
B rum tamen nullum obſeruamus, in illis mulieribus quæ naturaliter purgantur. Præterea, ſi modica portio alicuius humoris præter naturam, & nondum venefici, tot mutationes in corpore parere poteſt, nauſeas videlicet, vomitus, alui fluxiones, dolores, febres, vigilias & alia id generis, cur longè maiora & vehementiora non faciet, quando in maiori copia aggregata erit, & longiori tempore cohibita, præſertim cùm & ratione maioris copiæ, & prauitatis intenſioris, quam in longiori mora ſibi contrahit, validiores vires corrumpendi acquirat. Accedit quod alimentum & venenum, vt contraria, valde diſtant, cùm alimentum ſit naturæ humanæ ſimile, ratione cuius ſimilitudinis, poteſt virtutem cuſtodire, fouere & augere: contrà venenum ob diſsimilitudinem, contrarias habet facultates, quarum ratione aptum eſt deſtruere, corrumpere & interficere. Ergo ſi ſanguis menſtruus eſt venenum, ſemper corrumpet illud corpus cui contrariatur, & in quo reperitur, conſequenter per illius præſentiam & actionem ita in corpus corrumpendo aget, vt ſublata ſanitate, contraria affectio inducatur, cuius tamen oppoſitum in plurimis obſeruamus. Nec obſtat ſi aduerſarius diceret, quòd menſtruus ſanguis conſuetis temporibus effluens, corpus non corrumpit, inprimis quia ſæpè obſeruatum eſt, in multis mulieribus hanc materiam tribus & quatuor menſibus intra corpus retineri, non propterea alicui morbo ſubijcitur: præterea, quod ſecundum naturam fit in ſanis corporibus, non poteſt per ſe nocere corpori in quo illud fit & generatur: at in muliere prægnante, menſtrua per totum geſtationis tempus naturaliter retinentur: quare, ſi ſanguis men-
C ſtruus veneficus eſſet, conceptionis tempore nullo modo retineri deberet. Præter id enim, quod huic mulieri plurimum noceret, fœtum etiam enecaret, generationemque prohiberet. Eadem ratio & de lactante habenda eſt, quia ob eandem rationem ſanguis iſte tàm diu detentus, vel mulieri maximè officeret, vel lac alterando & pernicioſa ſua qualitate afficiendo, non poſſet eſſe conueniens alimentum pueri, & ita operatio ſecundum naturam facta, cederet in maleficium mulieris, in quã illa fit, & nutritionis fœtus, nec non etiam conſeruationis eiuſdem, poſtquam in lucem editus eſſet, hoc tamen experientiæ repugnat, cùm conceptionis, nutritionisque fœtus gratia, neceſſarium ſit cõſuetam vteri fluxionem ſupprimi, quemadmodum etiam fieri experimur, poſtquam fœtus in lucem eſt editus, aliter lactis generatione prohibita, iam conditum naturæ opus ſtatim periret. Addo quod rationabilius eſſet, vt prægnantes grauius ægrotarent, quàm cæteræ, quibus ob alias cauſas idem ſanguis retinetur: quandoquidem in non prægnantibus, ſanguis iſte prauus, quia cum bono & alimentali mixtus eſt, ſua hac permixtione facilè poteſt malitiam eius corrigere, ferocitatemque aliqua ratione moderari & miteſcere: at in prægnantibus ſecus eſſe deberet, quia in his melior ac purior pars, ab ipſo fœtu attrahitur, & portio relicta impurior & prauior remanet, ac proinde magis effrænis redditur, quare oporteret prægnantes mulieres lethalibus ſymptomatibus neceſſariò & ſemper affici. Augetur adhuc magis difficultas, quia ſanguis iſtè menſtruus, ſi veneficus eſſet, quantò in maiori copia aggregaretur, tantò efficaciorem corrumpendi po-
D teſtatem acquireret: at in vltimis menſibus prægnantis mulieris, copioſior quantitas huius ſanguinis eſt aggregata, quàm inter initia. Ergò hoc potiſſimum tempore, peſsimè ſe habere deberent, cuius tamen oppoſitum contingere videtur, cum ſæpè obſeruemus, prægnantes in primis menſibus deterius habere, quàm in vltimis. Quæ veritas, confirmari adhuc poteſt in mulieribus etiam lactantibus, in quibus toto lactationis tempore, nulla huius ſanguinis expurgatio apparet, quia medicorum omnium conſenſu habetur, quòd ſanguis qui menſtruus fieri deberet, in lac ipſum degenerat, quod optimum & ſuauiſſimum alimentum pueris exiſtit: quapropter cùm in iſtis materia generationis menſtrui non deſit, & illius euacuatio ſecundùm naturam nulla appareat, per totum id tempus, in quo puer lacte nutritur, concludendum iure videtur, ex tali ſanguinis redundantis ſuperfluitate, non menſtruum, ſed lac potius generari. Quòd ſi negare adhuc quis auſus fuerit, ab illo ego expeterem locum in corpore mihi aſsignari, in quo tam copioſè contineri poſſet, cùm per biennium & vltrà, nulla illius ſanguinis expurgatio in lactantibus appareat. Præterea, ſi in hoc tempore generaretur & locum haberet, vbi tam copioſè & longo tempore quieſceret, quæro, quomodo citra euidentem & inſignem illius corporis moleſtiam tam diu in eo ſubſiſtere poſſet, præſertim cùm ab aduerſarijs conſtitutum fuerit, non ſolùm copia peccare, verùm etiam qualitate quadam venefica præditum eſſe. Quòd ſi quis dixerit, ex tali ſanguinis ſuperfluitate lac generari, tunc quæro de hoc lacte, an ſit materia alimentalis, vel non: & ſi non, an ſit praua, aut venefica, vel alterius generis: negare non poſſumus, quòd non ſit alimentum, cum illo pueri

optimè nutriantur, ob quam cauſam ſtatuendum eſt pariter, omni vitiata qualitate carere. Quare ſi ea- A

Lib. de vena ſect. adu. Eraſiſtratum cap. 8. & lib. 14 de vſu part. cap. 6.

Lactis generatio.

dem eſt materia ſanguinis menſtrui & lactis, iam aſſerere non poterimus, venefica qualitate eſſe affe- ctum, in ea tamen re, vnum eſt animaduertendum, quòd in lactante muliere aſsiduò lac generatur, ex redundante ſanguine, poſt nutritionem ſanguinearum partium ſuperſtite, ita vt in ſingula coctione, portio illa quæ poſt nutritionem ſupereſt, per vlteriorem elaborationem, quam quotidie recipit à propria ſubſtantia mammillarum in lac vertatur, quod eſt in cauſa, vt lac ſit nutritionis materia, puero valdè iucunda & magni nutrimenti, quoniam non generatur ex ſanguine menſtruo diu aggregato, ſenſimque in corpore aucto & alterato: ſed ſicut in qualibet coctione, quotidie generatur & ſupereſt, ita ex eodem lac pariter producitur, qua ratione tantum abeſt, vt ob nimiam in corpore moram, qualitatẽ malam concipere poſsit, vt potiùs per nouam coctionem ſtatim ſuccedẽtem, maiorem depurationem, melioremque formam acquirat, quòd ſanè non contingit in mulieribus non lactantibus, & iis quæ vtero non gerunt. Quoniam in iſtis ſanguis, qui poſt nutritionem continuò redundat, cùm debitum finem ac vſum aſſequi non poſsit, alimentumque ipſius fœtus aut pueri fieri nequeat, ſed in corpore tanquam ociosus & nullius vſus diu detineatur, fit vt ex continua illius aggregatione & longa mora, ſenſim etiam alienam qualitatem acquirat, ab alimenti natura ac benignitate longè diſtantem, vt alimenti materia eſſe minimè poſsit, qui niſi conſuetis temporib. expellatur, iam enarrata ſymptomata producere conſueuit.

De cauſis generationis Menſtruorum in fœminis, non autem in viris. B

CAPVT XIV.

CVm conſtet in fœminis ſanguinem menſtruum generari, in viris autem nequaquam, huius diuerſitatis cauſa quærenda eſt. Ea autem non aliundè melius ſumi poterit, quàm ex fine in quem & propter quem, ſanguis iſte à natura producitur. Ex communi autem omnium conſenſu conſtat, mulierem factam fuiſſe ad procreandos filios, quorum generatio fieri non poteſt abſq; virili ſemine, quod in proprio vtero non ſolùm recipere debet, ſed receptum retinere, fouere, nutrire, conformare & augere: hæc autem præſtare non poteſt abſq; alimento, quod intra ſe habere debet, cuius alimenti ac nutritionis materia, non alia eſt, quàm ſanguis ipſe. Ergo ob hanc cauſam oportuit in muliere longè copioſiorem ſanguinem generari, quàm in viris, vt ratione huius copiæ, non ſolùm ſufficiat, pro alendo & conſeruando proprio corpore, verùm etiam pro fœtu nutriendo, donec ad integram perfectionem perueniat. Et poſtquam in lucem eſt editus, ex eodem ſanguine adhuc nutriri debuit, quod fit per illius cõuerſionem in lac: at in muliere, vtero non gerente, cùm ſponte naturæ hæc copia abſumi nequeat, præſertim ſi otio & ſomno dedita fuerit, ſenſim in vena caua colligetur, & ſtatuto tempore per venas vteri foràs erumpet: mares autem, quia ad generandum concurrunt, vt actiua principia ac proinde non in ſe ipſis, ſed in alio

4. probl. 26.

generent, ideò neceſſaria non fuit productio menſtrui, conſequenter nec eiuſdem purgatio: cui fauet etiam eorum calor robuſtior, non permittens aggregari talem ſuperfluitatem, & præſertim cum multis exercitiis dediti ſint, quorum cauſa, omnes ſuperfluitates facilè abſumuntur. Ex copioſa autem ſanguinis generatione & illius ſuperfluitate, quæ in mulieribus tantùm colligitur, clarè haberi poteſt, frigidioris eſſe temperaturæ quàm viri: vbi enim frigidior & humidior temperatura adeſt, neceſſarium etiam eſt, copioſiorem humiditatem, crudorumq; humorum maiorem quantitatem coaceruari, vt in fœmineo C

Gal. 2. de ſem. Hippocr. 7. aph. 44.

ſexu contingit: hinc etiam eſt, vt mulier ob eandem temperaturam plus appetere videatur, & ob eandem etiam minus coquere, ac proinde crudiori ſanguine redundare. Fauet quin etiam huic copiæ ſanguinis, earundem habitus corporis denſior, qui non ſolùm ſequitur dictam temperaturam frigidam, verùm etiam vitæ earum inſtitutum, quoniam in quiete & otio magis degunt, quàm in motu & negocio: hinc eſt, vt ab earum corporibus minor reſolutio fiat, & propterea largiori etiam ſanguine abundabunt,

Dubitatio.

atque eo frigidiori & crudiori quàm viri. Verùm quiſpiam dubitare poſſet, cur ſit quòd mulier, generans filium cùm generet ratione qua animal, non autem ratione qua homo, quòd etiam nõ communicet cum cæteris brutis, nõ ſolùm in generatione & generationis modo, verùm etiam in expurgatione huius men-

5. de hiſt. animal. cap. 20.

ſtrui ſanguinis per vterum, eo videlicet tempore, quo prægnantia non ſunt. Cuius rei cauſam reddens Ariſtoteles, inquit, bruta animantia menſtrua purgatione carere, quia omnem ſanguinis ſuperfluitatem variis modis abſumunt, modò in ſubſtantiam proprij corporis immutando, in quibuſdam degenerat in ſquamas, in aliis vertitur in pennas, in aliquibus in copiam pilorum tranſmutatur, in aliis in craſſiores & duriores cortices degenerat, vt in teſtudinibus, cochleis & conchis contingit. D

Quo tempore Menſtrua fluere incipiant. CAP. XV.

QVo autem tempore, quàve ætate fluxio menſtruorum in mulieribus incipiat, non eſt ita certum, cùm in aliquibus citiùs, in quibuſdam tardiùs, id contingat. Commune autem omnibus videtur, vt ante duodecimum annum non appareat, & ſi in aliquibus anno ætatis ſuæ vndecimo, vel paulò ante conſpecta fuerit, vt in ſanguineis & latiores venas habentibus, euenire poteſt, ſciendum hoc raro contingere, & propterea, hanc fluxionem non omninò naturæ modum ſeruare, quod teſtari poteſt vitæ earum breuitas: contrà verò, in illis longior iudicatur, in quibus hæc menſtrua purgatio tardius conſpi-

7. de hiſt. animal. cap. 1. & 1. de generat. animal. 20.

Lib. de genitura.

citur: communiter autem & vt in pluribus, ac ſecundum naturam conſueuit hæc purgatio incipere circiter annum decimum quartum, quo tempore incipiunt etiam mammillæ intumeſcere, & vox paulò minus acuta auditur quàm antea, grauior tamen redditur. Hippocr. libro de ſeptimeſtri & octimeſtri partu & alibi, reddens cauſam, cur ante decimumtertium annum menſes non prorumpant, ait: quia ante hanc ætatem venæ anguſtiores ſunt, vt ſanguis adhuc liberè permeare nequeat. Quocunque autem tempore incœperint, ſolent mulieres tunc potiſsimum pati Venereos ſtimulos & ad coitum accendi, ideò incipiunt diligere iuuenes, vt hoc potiſsimum tempore, magna etiam egeant cuſtodia, cùm ſemen

A incipiat generari, cuius præſentia & titillatione, ad Venerem excitantur: hinc colligi poteſt, mulierem non prius eſſe aptam ad generandum, quam incipiant fluere menſtrua, quoniam hoc ſolum & non alio tempore fœtus nutriri poteſt, qui prægnationis etiam tempore, illius gratia, intus detinetur. Accedit, quod per id tempus ſemen etiam in fœminis generatur, cuius pariter ad generandũ magna habetur neceſsitas: vtriuſq; autẽ carentia, quæ in extremis ætatibus ſunt conſtitutę, ſteriles & infœcundæ euadunt.

Quo tempore deſinant fluere Menſtrua. CAP. XVI.

TEmpus autem, quo menſtruorum fluxio naturaliter deſinit, non minus incertum habetur, principio fluxionis eorundem: cuilibet tamen mulieri commune eſſe videtur, vt poſt ætatis ſuæ annum ſexageſimum purgari deſiſtant, quibuſdam verò ante ſexageſimum purgatio iſta deſinit, plurimæ ante annum quinquageſimum, aliæ circiter quadrageſimum & quadrageſimum quintum dictam purgationem non patiuntur. Huius defectus cauſa, in caloris diminutionem referri poteſt, ratione cuius, nec copioſus ſanguis generatur, & ſi generaretur, non tam facilè, per longinquas partes, anguſtioresque vias expurgari poſſet: ideo, quicunq; vxorem ducunt prolis procreandæ gratia, ab extremis ætatibus cauere debent, eam non accipientes, priuſquam purgari cœperit, vel tempore quo à tali purgatione deſierit, quia vtroque tempore, ob eandem cauſam infœcundæ ſunt: at qui vxorem ducunt ne vrantur, ſciant ij, quòd quælibet mulier facilè poteſt huic negocio ſatisfacere, quoniam ad extremum vſque ſenium libenter venerem amplectuntur, nec tam facile centum adhuc viris ſatiantur. *7 de hiſtor. animal. cap. 5.* *Notandum, vxorem ducere volenti.*

B

De periodis repetitæ purgationis. CAP. XVII.

MVlieres quæ purgantur ſecundum naturam, quónam habeant conſtitutum ſuæ purgationis tempus, non videtur ita compertum, cùm in aliquibus breuiori tempore, in alijs longiori, talis purgatio fiat. Si cætera excrementa, quæ in corpore generantur, ſpectemus, clarè conſtat, quòd vt ſingulo die generantur, vt in pluribus etiam eodem expurgantur, ſiue de illis ſermo habeatur, quæ partem determinatam reſpiciunt, vt oris expuitio, narium emunctio & aurium euacuatio, quæ ad caput diriguntur: & lotij redditio, hepar & totum venoſum genus reſpiciens: & craſsiora alui excrementa, per anum expulſa, ventriculum & inteſtina inaniunt. Si ad vniuerſum corporis habitum ordinentur, erunt halitus inſenſibiles, ſudor & pili, quæ omnia per cutaneos meatus aſsiduò expelluntur, ad quorum excrementorum ſimilitudinem in ſeparatione & expulſione, menſtrua non ita ſe habent, quia nec aſsiduò, aut ſingulo die, vel alternis diebus effluunt, ſed longioribus egent interuallis, quod à natura prudenti admodum conſilio factum fuiſſe, exiſtimandum eſt: inprimis, quia mulier toto ſuæ vitæ tempore, in perpetua quadam moleſtia vixiſſet. Accedit, quòd ſi ſingulis diebus talis purgatio fieret, conceptionem prohiberet, quia ſimul cum materia menſtruali ob viarum lubricitatem, ſuſceptum quoque ſemen efflueret. Pręterea, tunc ſolet optimè mulier concipere, quando ab omni excremento vterus mundus eſt, & ab omni

C impuritate benè repurgatus, hoc enim tempore, ora vaſorum ſunt aperta, nullaque adeſt pręſentia menſtrui obruentis & quodammodo ſuſceptum ſemen ſtrangulantis. Addo, quòd ſordidum & abominabile viris valde foret, huiuſmodi mulieribus coitum inire, quibus vterus tali excremento madeſceret. Si igitur menſtrua hæc purgatio, nec quotidie fit, nec fieri debuit, quærendum vlterius, quæ temporis interualla, vt fiat, expoſtulet. Experientia comprobatum eſt, non omnes mulieres eodem conſtituto tempore purgari, ſed aliæ citius ac ſæpius, aliquæ tardius & rarius. Commune tamen omnibus, naturalem ſtatum ſeruantibus, eſſe videtur, vt ſingulis menſibus hæc euacuatio repetatur: nonnullis tamen conuenit bis, alijs etiam ter, quibuſdam longe tardius purgari. Cuius diuerſitatis cauſa, ea eſſe poſſe videtur, quæ ex coeundi deſiderio deſumitur, vt in quibus intenſius fuerit, purgatio etiam frequentior habeatur, pręſertim in ætate iuuenili, in corporis habitu ſanguineo, in habentibus venas latiores, ac in illis denique, quæ ventri nimium indulgent & in otio vitam degunt. *7. de hiſt. animal. 2.*

Quot diebus duret hæc purgatio, ſanguinis Menſtrui. CAPVT XIIX.

CÆterum purgatio iſta dum fit, ſiue per frequentiora, ſiue rariora interualla illa fiat, non videtur habere determinatum ſuæ durationis tempus, cùm in quibuſdam per plures dies, in alijs per pauciores perſeueret: vnde tempore Hippocratis, rarò contingebat vnam, vel alteram diem excedere:

D noſtris verò temporibus plures attingunt, vt ad quartum, quintum, ſextum, ſeptimum, & octauum perueniant. Imò ſi Paulo credimus, quædam ad duodecimum etiam aſcendunt, cuius diuerſitatis ratio ea eſſe poteſt, quia noſtri temporis mulieres, genio nimis indulgent, copioſius comedentes & cibos laudabilis ſucci, & in otio viuentes, quibus potiſsimum hoc aduenit, ſi iuniores fuerint, humidiores, venoſæ & magnum hepar habentes, quibus omnibus cauſis ita in vnum conſpirantibus, facilè contingere poteſt, in earum corporibus copioſum ſanguinem generari, magnamque illius copiam, poſt totius nutritionem ſupereſſe, pro cuius expurgatione, iurè non ſufficiunt duo vel tres dies, ſed plures ſint neceſſarij: & huiuſmodi mulieres illæ ſunt, quibus vteri ſtrangulatus ſæpius adueniunt, ſi conſueta illis purgatio ſuppreſſa fuerit, quod non contingeret, niſi prę nimia copia aggregati excrementi, natura ſatis ſuperque grauaretur. At mulieres illæ, quæ erunt magis viriles, calidiorisque temperamenti, quales illæ extant, quæ ſunt habitus neruoſioris & robuſtioris, ſicut pauciora excrementa congregant, ita breuiori temporis interuallo eadem expurgabunt: quæcunque etiam fuerint habitus obeſioris & pinguioris, anguſtioresque venas habuerint, parcius purgabuntur. ſanguinis enim portio, quæ in his poſt nutritionem ſupereſt, ob venarum anguſtiam copioſius congregari non poteſt: & præterea ferè tota in adipem vertitur, quòd etiam eſt in cauſa, vt huiuſmodi mulieres rarò concipiant, & ſi contingat has concipere, ob alimenti inopiam, imbecilles fœtus & graciles habere ſolent. Præterea, ratione etiam declinantis ætatis, exigua & breuis purgatio reddi ſolet, ob cauſam ſupra etiam allatam. In ijs pariter, quæ tenui vtun- *Lib. 3. cap. 50.*

tur victu, aut plurimum corpora ſua exercent, paucæ ſuperfluitates colliguntur, quoniam in illis, ob nimiam inanitionem, non generantur: in iſtis verò, præ nimio corporis exercitio, non retinentur, ſed per corporis halitum atque ſudorem diſsipantur. Teſtari hoc poſſunt ruſticæ mulieres & ſaltatrices, in quibus, ob dictam cauſam, purgatio hæc, vel nulla, aut perexigua obſeruatur, quod genus mulierũ, ad procreandam ſobolem videtur eſſe minus idoneum. In illis etiam exigua, vel nulla purgatio fiet, in quibus ſanguis per alia loca euacuatur, ſiue per nares ſpontè exierit, vel hæmorrhoidas, vel ſectam venam & alio quouis modo: quibus etiam larga alui euacuatio accidit, ſiue ſpontè, ſiue arte facta fuerit, conſueta vteri euacuatio omninò deſiſtere ſolet, vel ſaltem, maiori ex parte imminui. Quæcunque etiam febre & ea diuturna, corripiuntur, vel parum, vel etiam nihil purgabuntur: in his enim materia inter initia febris exigua generatur, in progreſſu nulla, ſed ab extraneo calore tota abſumitur. A

In qua menſura fluat ſanguis Menſtruus. CAP. XIX.

QVantitas etiam effluentis ſanguinis eadem in omnibus non habetur, cùm à multis & varijs cauſis, illa alterari, immutarique poſſit. Hippocrates ſtatuere videtur, conuenientem copiam fore ad duas vſque minas, vel libras: & alibi dicit, aquoſis mulieribus diu menſes durare, & niſi crebrò fluant, earum corpora intumeſcere, hoc intelligens de corporibus humidioribus. In calidioribus verò & ſiccioribus, parciores erunt, vtpote in illis, in quibus ſuperfluitas ferè omnis abſumitur. Nec ſolùm in quantitate diuerſitas contingit, verùm etiam in qualitatibus tùm primis tùm ſecundis, vt meritò primarum, materia iſta modò calidior & feruentior, modò frigidior ſit. Calidior erit in ætate iuuenili, in temperatura billioſa, in corporis habitu conſimili, in regione calida, & præſertim, ſi calidior victus ratio præceſſerit. Contrà frigidior erit, in muliere pituitoſi temperamenti, in corporis habitu pingui, in ætate decreſcente, in regione frigida, & potiſsimùm ſi ea etiam victus ratio acceſſerit, ratione cuius frigidiores humores multiplicentur. Diuerſitas etiam conſpicitur penes ſecundas & materiales qualitates, in craſſitie videlicet & tenuitate: in lentore & fluxibilitate, nec non etiam in colorum varietate, vt in iunioribus, calidi & ſicci temperamenti, in regione calida educatis, ſanguis iſte tenuior & rubicundior appareat: in adultioribus verò, in temperatura frigidiori, in regione conſimili, & craſsior & remiſsioris coloris obſeruetur. Differentia quin etiam apparet in modo exeundi: quamuis enim commune omnibus videatur, vt exeunte tali ſuperfluitate, aliqua moleſtia inferatur, differentia tamen erit penes magis & minus, quæ ſanè diuerſitas, cauſabitur à maiori & minori copia, ab intenſiori & remiſsiori caliditate huius materiæ exeuntis: hæc enim quantò copioſior fuerit, quia longius tempus ad ſui expurgationem expoſtulat, longiorem etiam moleſtiam pertranſeundo patienti adferet: quò autem parcior illa fuerit, minorem noxam inferet. Ex parte deinde qualitatis, hic ſanguis quantò calidior fuerit, tantò etiam mordacitate participabit, ac proinde illius exeundi modus, moleſtior erit: quò verò frigidior extiterit, eo minus mordax erit, conſequenter motu ſuo minorem afferet moleſtiam. Conſtitutum itaque ſit, ſanguinem menſtruum eſſe materiam illam, quæ in vteri ſuppreſſione intus & præter naturam cohibetur, eundemque excrementum eſſe ſecundæ coctionis, quantitate & qualitate peccans, non tamen in omnibus eandem coaceruari menſuram, nec idem tempus exeundi ſeruare, nec eodem tempore deſinere, nec eodem modo exire, ſed ob adductas cauſas, hæc omnia variari, alterari.

Lib. 1. de morbis Muliebr. §. 15. & lib. 6. Epid. ſect. 1. text. 7.

Diuerſitas in ſang. menſtruo ſecundum qualitates. B

Exeundi modus.

Dictorum ſumma. C

De loco euacuationis Menſtrui ſanguinis. CAP. XX.

HIc ſanguis ita præter naturam in corpore detentus, cùm determinatum habuerit à natura ſuæ euacuationis locum, talis communi omnium conſenſu, non alius eſt quàm vterus ipſe, ad quem ſicut dicta ſuperfluitas, quæ quotidiè & ſenſim generatur, confluit & recipitur: ita per eundem natura grauata, illius euacuationem molitur. Euacuatur autem per venas dicti vteri, interdum etiam, per venas ad illius ceruicem deductas, ſicut in quibuſdam prægnantibus quandoq; contingere ſolet. Fluit autem per hanc partem naturaliter & non per alias, quia tempore formandi fœtus, in hanc ipſam fluere debuit, pro illius nutritione, cùm in ſolo vtero & non alibi conceptio fiat: quo tempore ſi contingat menſtrua fluere, quod tamen rarò aduenit, prouida natura formationi fœtui maximè intenta, non per venas vteri, talem euacuationem faciet, ſed potius per venas ipſius ceruicis, hac enim ratione ore vteri adhuc clauſo manente, prout ad conceptionem requiritur, per dictas ceruicis venas euacuabit, & ita euacuando, ab abortu mulierem præſeruabit. Cæterùm cùm vteri ſuppreſſio contingit, ea fieri poteſt modò vtero primario affecto, modò per conſenſum: & dum primariò afficitur, vel totus, vel illius pars determinata læditur, quæ eſſe poteſt ceruix, cornua & cauitas eius. Hæc de forma & loco affecto. D

5. Aphor. 51.

5. Aphor. 60.

3. de Sympt. cauſ.

De cauſis ſuppreſsionis Menſtruorum. CAP. XXI.

DVm autem ſanguis iſte excrementitius per vterum non egreditur, vt egredi deberet, ſiue primario, ſiue ſecundariò læſus fuerit, ſiue totus, ſiue illius pars, aliquas huiuſce ſuæ læſionis cauſas habere debet, quapropter de cauſis ſuppreſsionis menſtruorum agendum occurrit. Non fit igitur hæc fluxio, vel labefactata expultrice vteri facultate, vel ob externos errores. Si labefactata fuerit, hoc fieri poteſt ob intemperiem, atque hanc calidiorem & frigidiorẽ, calidiorem etiam & ſicciorem, frigidioremq; & ſicciorem: ſiue hæc natiua fuerit, ſiue aſcititia, ſiue morboſa, ſiue non, ſiue ſecundum corpus totum; ſiue partẽ: & rurſus, ſiue cùm materia fuerit, ſiue ſine materia. Quo ad intemperiem calidam tãtùm, vel etiam cum ſiccitate coniunctã, ratione huius hic ſanguis non fluit, quia non generatur, ſed omnis ſuperfluitas, quæ poſt nutritionem ſupereſſe deberet, à dicta intemperie abſumitur, quemadmodum in febribus contingere ſolet: in quib. nec poteſt tanta copia ſanguinis alimentalis produci, qui pro corporis nutritione & conſeruatione ſufficiat, ob cuius defectũ, talia corpora nõ ſolùm conſuetis excremẽtis non redundant, ſed proprij etiã alimenti defectu, diminuta nutritione, quotidiè magis emaciantur. Citius autem ceſſat hæc fluxio in febribus continuis, quàm in intermittentibus, quia in his aſsidua fit exſiccatio,

in febre

A in febre autem quartana intermittente, inter initia hic ſanguis generatur & effluit, quia conſumptio per interualla tantùm fit,& ob id in errore ſunt illi practicantes,qui in quartana febre progreſſa,tentant viribus omnibus menſtrua prouocare, cùm non generentur. Si autem menſtrua non fluant, quia ſanguis poſtquam genitus & abſumitur, vt de more aggregari nequeat, hoc contingere poteſt, ob intemperiem calidiorem tantùm & adſciticiam & natiuam,non morboſam, ratione cuius ſanguis in maiori copia non generatur, calore in halitum inſenſibilem ipſum reſoluente: quemadmodum ratione natiuæ, contingit in mulieribus,quæ viragines ſunt, & ratione adſcititiæ in ſaltatricibus & alijs,quæ corporeis violentiſq; exercitijs,plurimum ſunt deditæ:meritò autem intemperiei frigidioris, hæc pariter eſſe poteſt morboſa & non morboſa.aſcititia & natiua,in toto corpore,& parte determinata:ratione cuius,non generatur talis ſanguis, & ideò non fluit, vt defluere deberet: non generatur autem, quia calor eſt diminutus, ideò Hippocrates & Galenus rectè ſentiunt,quòd corpora gracilia, vel obeſa, aut penitus carent tali euacuatione,vel modicam habent: in ſiccis quidem non fluit,quia ſanguis iſte non generatur,ſicut fit in calidis & humidis: in pinguibus verò,ſi generatur copioſa ſuperfluitas, non tamen ſub forma ſanguinis excrementitij aggregatur, ſed in pinguedinem potius vertitur: & ideò vbi occurrunt mulieres talis habitus curandæ, quibus menſtrua non appareant, inanes erunt conatus omnes noſtri in illis prouocandis. Quòd autem calor diminutus in cauſa ſit,vt talis ſanguis non generetur,teſtari poſſunt mulieres in ſenili ætate conſtitutæ,quæ frigidiores redditæ,vix poſſunt cibum coquere,& ex illo alterato,proprium cor

B pus nutrire & conſeruare,ne dum ſuperfluum generare:nec ſolùm totius intemperies,ſiue calidior,ſiue frigidior fuerit, in cauſa eſt, vt talis ſanguis non gignatur, vel etiam abſumatur, vel in alienam ſubſtantiam vertatur,nempe in pinguedinem,verùm etiam intẽperies partis determinatæ. Ideò ex aliquo diuturno affectu Ventriculi,Iecoris & ſimilium partium,virtus ita labefactari poteſt,vt vix ſanguis generetur pro nutritione indiuidui,neceſſarius. Similiter ob vteri & vaſorum eius intemperiem inſigniter calidam & ſiccam,facultas expultrix dictorum vaſorum labefactari poteſt,vt indurato vtero,genitum ſanguinem expellere nequeat: nec minus eadem facultas à frigida & ſicca intemperie labefactabitur,ratione cuius vterus & vaſa eius duriora & denſiora pariter fiunt, vt fruſtrata expulſione, ſuppreſsio ſuccedat. Si præter intemperiem accedat etiam materia,hæc non erit vaporoſa,ſed corpulenta,conſequenter ſanguinea,pituitoſa, bilioſa & melancholica, quarum quælibet dum copia, craſsitie & lentore peccauerit,vteri vias facilè obſtruere poteſt,totius inquam, & colli eius, qua de cauſa conſueta euacuatio rurſus impeditur. Ab hac ipſa materia,obſtrui etiam poſſunt venæ extra vterum, quæ tamen ad ipſum pertingunt,vt conſuetus fluxus auferatur,cui obſtructioni,ſi ea etiam accedat, quæ cæteras venas ſimul occupat,non ſolùm ſuppreſſio fiet,ſed priori adhuc longè deterior. Si deinde ſanguis iſte non fluat ob externos errores,iſti errores prodire poſſunt à cauſis tùm internis, tùm externis, ratione quarum eadem expultrix facultas à conſueto munere impeditur, vt merito cauſarum internarum, poſſit eſſe morbus tùm 5.Aph.36.28.

C in mala compoſitione, tùm in ſoluta vnitate:& quicunque fuerit,vel in vtero erit,vel alibi, atque tunc in toto corpore,vel in parte. Si in vtero extiterit, & primò ſi morbus fuerit in mala compoſitione,talis potiſſimum erit in anguſtia venarum totius vteri, ceruicis & cornuorum eius, merito cuius anguſtiæ,conſuetus tranſitus ſanguini menſtruo prohibetur. Cæterùm,hæc anguſtia cùm multiplex eſſe poſſit,diſtinguenda eſt,quoniam vel natiua eſt,vt cùm ceruix à membrana adnata clauditur,vel adſcititia,quę in obſtructione conſiſtit, vel conſtipatione, vel coaleſcentia,vel ſubſidentia, vel compreſſione. Si in obſtructione fuerit,hæc fit à materia,copia,vel qualitate peccante,videlicet à craſsitie & lentore. Conſtipatio autem cauſatur, vel à callo vteri & colli ipſius, vel adipe, vel carnis excreſcentia, vel adnata membrana circa collum & os ipſius,& in quibus talis membrana adnaſcitur, imperforatę vocari ſolent,quamuis rarò hoc contingat: Fernelius tamen teſtatur ob huiuſmodi cauſam ſe vidiſſe mulierem,cui nũquam menſes,vel aliud quippiam ab vtero fluxit,quæ tamen nunquam ob id malè habuit,ſed ad annum vſque ſexageſimum incolumis vixit. Cauſa autem coaleſcentiæ,eſt cicatrix vteri,ratione cuius venarum ora coaleſcunt,quod fieri ſolet ex præcedente vlcere. Cauſa verò ſubſidentiæ, eſt inſignis inanitio eorundem vaſorum,ad quorum vacuitatem ſubſident vaſa: vel etiam fit à cauſa refrigerante, denſante & aſtringente, quæ in illis fœminis locum habere ſolet, quæ proprio vtero ſtyptica & aſtringentia applicant, vt hominibus virgines appareant: quorum cauſa, facultas retentrix vteri adeò roboratur, vt menſtruum ſan- 3.de Sympt. cauſ. 5.Aphor.28. 5.Meth.5. Lib.6.Pathol. cap.16. 3.de Symptom. cauſ. 4.5.Aphor.7.

D guinem aliundè non ſuſcipiat: vterus enim venas quas habet, ea ratione habet, vt non ſolùm per illas alimentum propriæ conſeruationis gratia ſuſcipiat, verùm etiam vt eiuſdem ſuperfluitatem recipiat, & recipiendo per vterum euacuet,qua ratione debent hæc vaſa quandam imbecillitatem habere: ideò robuſtiora ſi reddantur,quod contingit dum conſtringuntur & denſantur,non amplius hanc materiam ſuſcipient,vel ſuſceptam non expellent. Compreſsionis verò cauſa,fit vel ab immodica pinguedine,vt ab omento venæ vteri comprimantur: vel etiam à tumore aliquo, præter naturam exiſtente in vtero, fieri conſueuit,qui eidem accidit ſecundum extimas illius partes,vel circumiacentes, qui tumor ſiue inflammatorius,ſiue alterius generis extiterit,ſuo pondere vterum comprimere poteſt, & cum illo ſimul etiam vaſa,quib.compreſsis, conſuetus tranſitus impeditur, vt excrementitius ſanguis per conſueta loca fluere,expurgariq; non poſsit. Si deinde menſtrua non fluxerint ob morbum ſolutæ vnitatis,eſſe poteſt diſruptio, abſceſſus, fiſtula, vlcus & huiuſmodi, quorum omnium cauſa per vterum aſſidua expurgatione fieri poteſt, & ſi non ſanguinis menſtrui, alterius ſaltem materiæ, in quam ille degenerare poteſt, priuſquam in menſtruum vertatur Hæc de cauſis ſuppreſsionis in vtero exiſtentibus. Si autem morbus alibi quàm in vtero fuerit,eſſe poteſt in toto corpore,& in parte determinata. Si in toto corpore hoc contingere poteſt vel quia non generatur, vel ſi generatur,in alia loca raptum habet: ſi non generetur, fieri hoc ſolet à quolibet morbi genere,& inprimis ob intẽperiem,& non quãcunque, ſed calidiorem, vt in febribus contingit,ſiue putridæ,ſiue hecticæ fuerint. Secundò,concurrit etiam morbus in mala cõpoſitione,

vnde corpora emaciata & tabeſcentia, talem ſanguinem non generant: quemadmodum illa etiam quæ A
hydrope corripiuntur, ſiue tympanitis, anaſarca, vel aſcitis ea fuerit, in quibus vel materia hæc non ge-
neratur,ſed alimentum in flatum,aquam,vel pituitam tranſmutatur,aut ſi generatur,propter obſtructas
vias intus detinetur. Accedit poſtremò morbus in ſoluta vnitate,ſicut contingit in ſcabie,tuberculis &
morbillis per cutim vniuerſam effloreſcentibus: in quibus ſi menſtrua generantur,non ad conſueta loca
feruntur,ſed cùm cæteris humoribus,ad vniuerſi corporis circunferentiam tranſmittuntur. Ratione au-
tem partis determinatæ,eadem euacuatio conſpici non poteſt,multis de cauſis,pro vt ſcilicet per alia lo-
ca natura copioſius euacuare ſolet, quod cùm contingit, fieri poteſt hæc euacuatio modo materiæ, quæ
5. Aphor.31. formam ſanguinis ſeruat,vt cum fit immoderatus fluxus ſanguinis per nares,aut hæmorrhoidas: quan-
5. Aphor.38. doque ſub alterius humoris ſpecie corpus totum exinaniri poteſt, vt contingit in euacuatione per mam
millas, vomitum, alui deiectionem, lotium atque ſudorem facta, quibus omnibus modis materia men-
ſtrualis per conſueta loca non effluit,ſed aliundè deriuatur,aut reuellitur.

De cauſis externis Menſtrua ſupprimentibus. CAP. XXII.

POſtremò menſtrua fluere non poſſunt ob externas etiam cauſas, quod dupliciter cõtingere poteſt,
pro vt huius materiæ generatio impeditur, vel fluxus genitæ prohibetur, quorum vtrunq; fieri po-
teſt, à cauſis tùm neceſſariò, tùm non neceſſariò occurrentibus: vt meritò cauſarum neceſſariò oc-
currentium, generatio impediatur, ab omnibus exſiccantibus & abſumentibus materiam, & mineram
talis ſanguinis: quales ſunt, aer calidior & ſiccior, regio & anni tempus conſimile: cibus etiam ac potus B
calidior, eorundem verò paucitas inaniendo abſument. Sic vigiliæ immoderatæ, ſuperflua inanitio, im-
moderata corporis motio, & animi accidentia, idem præſtare poſſunt. Fluxio verò ſanguinis geniti, in-
tus cohibebitur ab ijſdem cauſis, ſed diuerſa ratione agentibus: quoniam concurrent vias anguſtando,
per quas hæc fluxio fieri deberet: ſic ab aeris frigiditate, à natatione in frigida, venarum ora denſante, di-
cta fluxio impedietur. Cibus pariter ac potus, nimia ſui copia producẽdo ſanguinem tùm copioſiorem,
tùm craſſiorem & viſcidiorem, eaſdem vias obſtruere poterunt: ſomnus etiam longior, calorem hebetan
do & conſuetam tranſpirationem prohibendo, frigidiorum craſsiorumq; humorum generationem ad-
mittet. Cæterarum quoque excretionum inconſueta detentio, obſtructiones augendo, eandem purga-
tionem ſupprimere poterit: cui non parum fauebunt vita ocioſa, & cætera animi accidentia, quibus ac-
cedunt illæ etiam externæ cauſæ, quæ neceſſariò nobis non occurrũt, & hanc fluxionem prohibere poſ-
ſunt, vel genitam materiam per alias vias euacuando, vt purgantia medicamenta: vel alterando, & hæc
dupliciter concurrere poſſunt, manifeſtis ſcilicet & occultis qualitatibus. Si manifeſtis, hoc facient re-
ſoluendo, vt cauſæ omnes calefacientes, vel propria vi abſumendo, vt cauſæ exſiccantes. Si occultis e-
gerint, erunt medicamenta, quæ ea vi prædita eſſe poſſunt, vt huius materiæ generationem prohibeant.
Suppreſsio igitur menſtruorum violenta, erit exiens mutatum, ſanguinis ſuperflui & excrementitij, ſta-
tuto tempore per vterum non exeuntis, vt ſecundum naturam exire deberet, prodiens à læſa vteri facul
tate, vel quia ſit labefactata ob aliquam intemperiem, calidiorem, frigidiorem & ſicciorem, quæ modò C
eſſe poteſt ſine materia, modò cum materia, ſiue hæc ſanguinea fuerit, ſiue pituitoſa, ſiue banlioſa, ſiue me-
lancholica: & rurſus, ſiue ſola copia peccauerit, ſiue qualitate, atque hac prima & ſecunda, manifeſta vel
occulta, ſiue pluribus, ſiue omnibus modis: & pręterea ſiue eadem facultas impedita fuerit ob externum
errorem, quod contingere poteſt ratione totius aut partis, & quomodocunq; fuerit, vel facultas erit la-
befactata ob aliquam intemperiem, vel impedita, ſiue hoc impedimentum ab internis cauſis prodierit,
vel externis: & ſi ab internis, vel à morbo in mala compoſitione, vel in ſoluta vnitate, & ſi morbus fuerit
in mala compoſitione, eſſe poteſt in magnitudine tùm aucta, tùm imminuta: & ſi aucta, & primò ratione
totius, erit cauſa hydropis, ſi diminuta, ratione tabis, ſi fuerit in ſoluta vnitate, erit ratione ſcabiei, vel vl-
cerum totum corpus occupantium. Ratione etiam partis idem contingit, ſiue hæc pars alia ab vtero fu-
erit, atque illa tùm principalis, tùm inſeruiens, ſiue ipſemet vterus, qui detineri poteſt tùm morbo in vijs
anguſtioribus, & morbo in ſoluta vnitate: & ſi viarum anguſtia fuerit, conſuetum materiæ fluxum impe-
diens, fieri poterit à cauſis tùm internis, tùm externis. Si ab internis, locum habebunt obſtructio, conſti-
patio, compreſsio, ſubſidentia & coaleſcentia. Idem dicatur de omnibus externis cauſis, ſiue concurrant
conſtringendo & denſando vias, & rurſus ſiue neceſſariò occurrant, ſiue non, ſiue manifeſtis ſiue occul-
tis qualitatibus egerint. A pari dicendum, ſi idem vterus ſecundariò afficiatur, conſequenter ob aliarum D
partium læſionem, ſiue partes iſtæ principales fuerint, ſiue non principales: & ſi principales fuerint, ſiue
hepar, ſiue cerebrum, ſiue cor extiterit: & inter non principales, ſiue ventriculus fuerit, ſiue lien, ſiue pul
mones, vel aliæ partes, quæ omnes morbo potiſsimùm in vijs tum anguſtioribus tùm latioribus factis,
detinebuntur: vt merito anguſtiæ, materiæ motus in vterum impediatur, ſicut merito nimiæ dilatatio-
nis, poteſt eadem materia per alia loca euacuari, ſiue deriuando, ſiue reuellendo, vel vtroque modo con-
tingat: quemadmodum fieri ſolet ex apertione venarum narium, vel hęmorrhoidum: præterea etiam ex
fluxu aliquo, ſiue per aluum, lotium, vomitum, vel ſudorem, extiterit.

De differentijs ſuppreſsionis Menſtruorum. CAP. XXIII.

EX propoſita eſſentia dicti Symptomatis, numerus ſpecierum omniũ eius colligi facilè poteſt, qua-
rum aliquæ ab illius forma capientur, nonnullæ à materia ſeu loco affecto, aliæ verò, à cauſis efficien
tibus. Vt merito formę, ſuppreſsio hæc menſtruorum cum Symptoma ſit in exeunte mutato, in quo
videlicet non exit quod exire deberet, hæc materia vel omninò erit ſuppreſſa, vel maiori ex parte, hinc
oritur integra ſuppreſſio & diminuta. Merito deinde loci affecti, cùm vterus ſit, dicere poſſumus, quòd
eadem ſuppreſsio dum integrè adeſt, vel diminuta eſt, alia ſit vtero primariò affecto, alia ſecundariò: &
dum ſecundariò ſit, vel hoc eſt ratione totius corporis, vel partis determinatæ, & ſi ratione partis, pro
partium

A partium enumeratarum diuerſitate, differentiæ etiam diuerſæ oriri poſſunt, vt ſuppreſſio alia fiat læſa parte principali, alia non principali, & ſic de cæteris. Poſtremò, capiuntur etiam differentiæ à cauſis effectricibus, quæ pariter totidem oriri poterunt, quot à nobis fuêre cauſæ propoſitæ, & enumeratæ: ita vt menſtruorum ſuppreſſio, ſiue ratione totius, ſiue partis fuerit, & rurſus ſiue vterus primariò afficiatur, ſiue ſecundariò, alia fiat à cauſis internis, alia ab externis: & quæ ab internis fit, alia fit à morbo in intemperie, atque hac ſimplici, vel compoſita, cum materia, & ſine materia: alia fit à morbo in mala compoſitione, ſiue hîc fuerit in magnitudine aucta, vel diminuta, vel in vijs latioribus, aut anguſtioribus: & rurſus, ſiue fiat à copia materiæ, ſiue à craſsitie, & lentore, ſiue à cicatrice. Alia autem fit à ſoluta vnitate, & tunc vel ab vlcere, fiſtula, abſceſſu, vel diſruptione: denique, merito externarum cauſarum totidem differentiæ orientur, quot fuêre enumeratæ eius generis cauſæ, ita vt eadem ſuppreſſio alia fiat ab externis cauſis neceſſariò occurrentibus, alia ab his quæ neceſſariò non occurrunt.

De ſignis ſuppreſſorum Menſtruorum. CAP. XXIV.

EXplicata eſſentia ſuppreſſionis menſtruorum, ac proinde ſingulis eius cauſis, & generationis modo: ſpeciebus etiam omnibus enumeratis, reliquum eſſet curationem illius aggredi: verum quia vnica ea eſſe nô debet, ſed pro cauſarum multiplicitate, ac varietate varia & multiplex habeatur, propterea, vt citra omnem confuſionem illa proponi poſsit, præmittenda prius erit ſignorum tractatio, vt B eorum beneficio, non ſolùm cognoſcamus propoſitum Symptoma in genere: verùm etiam ſingulas illius cauſas, & ſpecies diſtinguamus, quæ pro vt diuerſæ ſunt, propriam etiam curam expoſtulant. De ſignis igitur tractaturus, ea inprimis proponam, quæ ad ſuppreſsionem ſimpliciter diriguntur: mox ad ea deſcendam, quæ ſingulas illius ſpecies declarant, inuicemque diſtinguunt. Generatim itaque cognoſcemus mulierem hoc Symptomate laborare, ex ipſius relatione: ex qua pariter cognoſcere poterimus, an eadem ſuppreſsio integra, aut diminuta fuerit, recens vel antiqua: & Hippocr. loco citato, inquit: Si mulier, quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. Fit autem hoc in his mulieribus, quia ſanguis menſtruus ita violenter cohibitus, ad mammillas raptum habet, vbi materia generationis lactis efficitur. peruenit autem ad has partes, mediantibus venis, quibus vterus nectitur & alligatur cum ipſis mammillis, ex qua colligantia, mutuus quidam conſenſus earum partium adinuicem oritur: vt hinc ex mammillarum contactu, magna in muliere voluptas ſentiatur, coeundique deſiderium excitetur: quare ex lactis præſentia, menſtrua ſuppreſſa eſſe, ſignificabitur. Vbi vero nihil lactis in mammis conſpicietur, ad alia ſigna deueniendum erit: conquerετur igitur mulier iſta, de laſsitudine & inſueta quadam totius corporis grauitate, quæ non aliunde cauſatur, quàm ex diffuſione huius materiæ copioſę per totum corpus, cuius præſentia, vt corpus grauatur, ita illius euacuatione, ab onere ſubleuatur, & priſtinum robur acquirit. Hæc præterea laſsitudo, non ſolùm corpus vniuerſum detinebit, ſed crura potiſ-C ſimum & coxas, propter harum partium cum matrice maiorem colligantiam. Conqueri adhuc magis ſolent, de quodam dolore lumbos & imam ventris partem potiſsimum occupante, idque ob harum partium propinquitatem cum loco affecto: de quo ſigno Hippocr. etiam meminit, quod tamen ſignum, nec perpetuum, nec neceſſarium eſt. Circa quod dubitandi occaſio oritur, cur ſit, quod hic dolor in prægnantibus quoque longè magis non obſeruetur, in quibus pariter menſes detinentur, & in magna copia. Dicendum, quòd in prægnantibus ſanguis iſte menſtruus in vterum fluit ſenſim, & citra violentiam, ob id triſtis illa ſenſatio non oritur, quæ nô ſolùm obiectum diſproportionatum requirit, verùm etiam vt confertim & violenter agat. Præterea, detentio menſtruorum in prægnantibus, ſecundum naturam fit: quæ autem naturaliter fiunt, nullam noxam afferre ſolent, & pręterea natura comparatum eſt, vt in prægnantibus ſanguis iſte menſtruus, qui poſt fœtus nutritionem ſupereſt, in determinato loco ſuſcipiatur, vbi etiam quietè cuſtoditur ad tempus vſq; pariendi: quapropter his & alijs de cauſis, pręgnâtes à dicta moleſtia immunes eſſe conſueuêre. Conqueruntur quin etiam de dolore ſpinæ, colli, oculorum, frontis, de ventriculi inappetentia, nauſea & grauitate, quæ omnia pariter contingunt, ratione eiuſdem colligâtiæ, quàm vterus habet cum his omnib. partibus. Totum præterea corpus impalleſcere ſolet, quâdoq; etiam horror conſequitur dictas mulieres, ſecûdum totum corpus, & fit. quia à ſuppreſſo ſanguine frigidiores vapores eleuantur, qui per ſenſibiles partes diſtributi, triſtem illam frigiditatis ſenſationem inducunt vt corpus totum veluti exhorreſcat. Nonnunquam etiam ad tales horrores ſequuntur febres, quod contin-D git, quando eadem materia putredinem aliquam concipit, atq; iſtæ, modò intermittêtes ſunt, modo continuæ, pro materiæ putreſcentis homogeneitate & heterogeneitate: modò etiam ſalubres, modo inſalubres, pro maiori & minori eiuſdem materiæ copia, pro excellentiori, & minus excellenti putredine, pro loci, in quo illa putreſcit maiori & minori propinquitate ad ipſum cor: & deniq; pro virtutis robore: aliquando fieri ſolent etiam præfocationes matricis. Cognoſcitur etiam hoc malû, quia per vterum conſuetis temporibus, vel nihil effluit, vt in integra ſuppreſsione côtingit, vel parum. Hæc de ſignis in genere.

6. de locis affect. cap. 5.
5. Aphor. 39.
1. de morbis Muliebrib.
Hippocr. lib. de genitura.
6. de locis affecti cap. 5.
Lib. de morb. virg. de morb. virg
Epidem. cons. 25.

De Signis differentiarum ſuppreſſorum Menſtruorum. CAP. XXV.

DIſtinguemus autem ſpecies inter ſe, & inprimis ſuppreſſionem fieri ab *externis cauſis*, ſi in viuendi ratione errores fuerint commiſſi, vt ex parte aeris, ſi mulier frigidiori expoſita fuerit, vel in frigida diu perſtiterit: ab his enim vterus & ora ipſius, ita cogi denſarique poſſunt, vt non effluat, quod effluere deberet. Idem contingere pariter poteſt, ex cibis copia & qualitate peccantibus, vt ſi craſsioribus & adſtringentibus vſa fuerit, quod ipſum de potu etiam intelligendum erit. Propter inediam verò conſueta menſtrua non apparent, non quia propriè ſupprimantur, ſed potius quia non generantur: ſomnus etiam & vigiliæ, vtrumq; ſi modum exceſſerit, conſueta vteri euacuatio non apparebit, ex longiori enim ſomno, non ſolùm ſuperfluitates aggregantur, ſed etiam ob nimiam copiam detinentur: ex vigilijs verò, materia abſumitur, corpusq; totum exiccatur. Interroganda etiam mulier erit, de motu & quiete, quæ ſi

in otio vitam degerit, non leuem occaſionem corpori præbet, vt aggreget materias copioſas, craſſas & lentas, à quibus venæ obſtrui ſolent. Si autem multis exercitijs vſa fuerit, & menſtrua non fluant, defe-ctui potius materiæ, cauſa tribuenda erit: deficit autem, quia à dictis exercitijs, genita materia abſumi-tur, & generanda prohibetur. Eadem ratione menſtrua non apparebunt, ſi mulier purgantibus medica-mentis fuerit aſſueta, quibus illa materia per alias vias euacuari ſolet: quód etiam contingit, ob fluxum ſanguinis narium, vel hæmorrhoidum & alias conſimiles euacuationes. Accidentia denique animi, quan tum poſsint in corporis mutatione & alteratione, neminem latere arbitror. Si autem nulla ex cauſis ex-ternis præceſſerit, argumentum nobis erit, ſuppreſſionis cauſam *internam* eſſe. At quæ nam ea ſit, diſcur-rentes per ſigna magis ſpecifica diſtinguemus: & inprimis ſi interna hæc cauſa vterum primario afficiat, ratione totius corporis, & cæterarum partium, mulier bene ſe habebit: dum autem vterus ita afficitur, vel facultas eius expultrix erit labefactata, vel impedita: & *ſi labefactata:* id contingit ratione intemperiei calidioris, frigidioris & ſiccioris, ſine materia, & cum materia, quantitate & qualitate peccante. Genera-tim igitur cognoſcemus nudam intemperiem, ex abſentia ponderis & grauitatis circa illas partes, ex lo-tij tenuitate, & ſi menſtrua exierint, pauca admodum erunt. An veró hæc intemperies calidior, vel frigi-dior fuerit, & in latitudine ſanitatis contenta, vel extrà, diſtinguemus: quia ſi calidior fuerit, in ſanitatis latitudine contenta, nulla aderit febris, vel alius morbus. Præterea, mulier circa vteri regionem calorem & feruorem ſentiet, vt tactus etiam iudicio facilè innoteſcat. Quæ etiam præceſsêre, conſiderâda erunt, quoniam vbi locum habet calidior intemperies, calefacientes cauſæ præceſſerunt, & tandem à ſimilibus B alterantibus talis intemperies augebitur, à contrarijs vero, iuuabitur: contrà ſi intemperies frigidior fu-erit, ſigna prioribus oppoſita obſeruabuntur. Siccior autem cognoſcetur ex duritie, denſitate, anguſtia & inſueta quadam ſiccitate oris vteri, & à cauſis exſiccantibus talis intemperies, intendetur, ab hume-ctantibus veró, commoderabitur: cui intemperiei ſi materia etiam acceſſerit, diſtinguere oportet mate-riæ genus, & eiuſdē peccata. Vt meritò generis, cùm eſſe poſsit quilibet humor, ſingulos diſtinguemus, recurrentes ad ſigna, quæ vnumquemque humorem conſequuntur, vt præter cætera conſideranda nobis occurrat, ſubiecti corporis temperatura, habitus, ætas, educatio, lotium & prægreſſa victus ratio. Quicun que autem fuerit humor, cùm ad ſuppreſsionem concurrere poſsit, ratione quantitatis, qualitatis & vtri-uſque, quantitatem nobis indicabit grauitas, & pondus ſecundum vteri regionem, palpebræ oculorum erunt ſubtumidæ, quorū radices cum matrice magnum habent conſenſum, vt hinc etiam fiat, quod tem-pore quo menſtrua imminent, vel iam fluunt, mulieres quandam moleſtiam in capite patiantur, in facie, & circa oculos alteratio apertè appareat: quibus, præterita etiam victus ratio, addenda erit. Si præter hæc, ſigna illa etiam acceſſerint, quæ eiuſdem materiæ craſsitiem, & lētorem nobis indicare poſſunt, iam etiam conſtabit, talem ſuppreſsionem, non ſolùm à materiæ copia cauſari, ſed ab eiuſdem etiam qualita-te produci. Si autem eadem facultas vteri, ob externos errores læſa potius fuerit, cùm talis læſio fieri poſ ſit, tùm vtero affecto, tùm aliunde, diſtinguemus vteri læſionem, quoniam mulier in reliquo corpore, aut C aliqua eius parte, conquerendi nullam occaſionem habebit. Dum autem vterus ita afficitur, cùm affici poſsit ſecundum propria vaſa anguſtiora reddita, vel ſecundum propriam ſubſtantiam, diſtinguemus, quia ſi ſecundum propriam ſubſtantiam oblæſus fuerit, tunc illius facultas potiſsimū impedietur à mor-bo in ſoluta vnitate: conſequenter vterus detinebitur vlcere, ad quod dolor comitatur, & saniei ſangui-nolentæ fluxione, vel fiſtula corripietur, & tunc exibit materia expers ſanguinis, vel abſceſſus, tuncque exibit materia purulentior & copioſior, alteriusque generis à ſanguine menſtruo. Si deinde *facultas impe-dita* fuerit ſecundum propria vaſa, cauſa referenda erit in morbum malę compoſitionis, & potiſsimum in vijs anguſtioribus redditis, quam vaſorum anguſtiam, cùm à multis cauſis prodire dixerimus, nempe ab obſtructione, conſtipatione, compreſsione, coaleſcentia & ſubſidentia: ſingulas hac ratione diſtingue-mus, vt merito obſtructionis, illam cognoſcamus ex corporis habitu plethorico, vel cacochymo. Si ple-thoricus fuerit, illius obſtructionis erit indicium, quæ à ſanguinis plenitudine, & ſola copia peccatis fit: quemadmodum ex cacochymo, alia obſtructio ſignificabitur, quæ à materiæ craſsitie & lentore produ-citur. Præceſsit quin etiam ea victus ratio, quæ vel ſanguinis copiam augere potuit, vel materiæ craſsi-tiem & lentorem generare. Cæterùm quia obſtructio iſta, quæcunque ea ſit, eſſe poteſt in venis vteri, vel alibi, diſtinguemus: ſi fuerit in venis vteri, circa illius regionem inſueta quædam grauitas ſentietur, nec

3. de cauſis ſym-ptom. non etiam circa illius partes circumiacentes, & pręſertim, ſi obſtructio à copioſa materia facta fuerit, cui D

5. Aphor. 28. ſi acceſſerit etiam lentor, & viſciditas, ſuperaddetur etiam laxitudo quædam, in coxis & tibijs, & præceſ-ſère etiam cauſæ externæ, quæ primò in vterum agere potuêre, & venas eius denſare. At ſignis iſtis ab-ſentibus, aliqua in nobis coniectura orietur de aliarum venarum obſtructione, de illis inquam, quæ in penitioribus partibus ſitæ ſunt, ad vterum tamen deducuntur. ſi eadem facultas à comprimente cauſa impediatur, hæc compreſsio, fiet vel à pinguiori habitu, vel à tumore aliquo vteri, aut partium circumia-centium, quarum grauitate, compreſſo vtero, illius etiam viæ & vaſa compreſsionem patiuntur. Cæte-rùm hic tumor cùm eſſe poſsit inflammatorius, eriſypelaceus, œdematoſus & ſcirrhoſus, diſtinguemus recurrentes ad propria eorum ſigna: nam ſi tumor inflammatorius fuerit, præter id, quód aderunt indi-cia ſanguinis copioſi, vehemens etiam febris infeſtabit, & in ea regione grauatiuus dolor aderit, cum ſen ſu doloris pulſatilis. Huc accedunt etiam ea ſigna, quæ capiuntur à temperatura corporis calida & hu-mida, ab habitu moderatè carnoſo, ab ætate iuuenili, & ea prægreſſa victus ratione, quæ ad ſanguinis ge-nerationem apta fuit. Si tumor fuerit eriſypelaceus, febris erit intenſior & acutior, grauitas in ea regione paulò minor, dolor tamen acerbior & moleſtior, & cum ardore & feruore inſigniori: quibus addenda e-rit temperatura calidior & ſiccior, corporis habitus gracilior, ætas iuuenilis, & præterita victus ratio, his proportionata. Si tumor fuerit atrabilaris, febris adhuc ſæuior erit, & Symptomata omnia magis letha-lia, temperatura corporis calidior & ſiccior, corporis habitus gracilis, color ſubobſcurus, ætas iuuenilis,

vel

A vel conſiſtens, & victus ratio quæ præceſsit calidior & ſiccior. Si tumor œdematoſus fuerit, aderit quidem grauitas, ſed cum obtuſiori dolore, cum febre remiſsiori, longiori tamen, & cum cæteris Symptomatibus magis moderatis: quibus pariter addas totius temperaturam frigidam & humidam, corporis habitum ſubtumidum, & prægreſſam victus rationem frigidam & humidam. Si autem menſes detineantur propter conſtipationem cognoſcemus, quia obſtetrix digitum immittendo, os vteri clauſum, ſtrictioremque ceruicem inueniet: & ad differentiam prægnantis mulieris, non ſolùm in ea parte talem anguſtiam obſeruabit, verùm etiam cum aliqua duritie coniunctam, quod Hippocr. etiam eo Aphor. ſino 5. Aphor. 54. ſignificaſſe viſus eſt, cùm dicit. Quibus os vteri durum eſt, his vteri os comprimi neceſſe eſt: quod ſi citra duritiem clauſum fuerit, illam vtero gerere conijcies. At ſi cum duritie clauſum ſit, vterum affectum eſſe ſignificabit. Si autem menſes detineantur propter coaleſcentiam, cognoſcemus quia præceſsit vlcus & poſt ipſum, ſubſecuta eſt ſuppreſsio. Si hæc ipſa euacuatio, non fiat propter ſubſidentiam, cognoſcemus, quia præceſsit vſus refrigerantium, quæ denſant, exiccantium & aſtringentium: vel etiam inſignis aliqua euacuatio, ratione cuius inanita vaſa ſubſident. Hæc de ſignis, vteri læſionem indicantibus, ſiue ob labefactatam illius facultatem, ſiue impeditam, facta fuerit, quæ facultas, ſi alterius cauſa potius impediatur, & primò *ratione totius, quia facultas eius naturalis labefactata ſit*, tunc ſigna aderunt totius intemperiem indicantia, ſiue calidior ea fuerit, ſiue frigidior, quæ pariter eſſe poteſt morboſa, & non morboſa, & vtraque cum materia, & ſine materia. Morboſa cognoſcetur, ſi ob dictas intemperies, totum in actio- B nibus ſuis lædatur, quemadmodum ſi febris adſit putrida, aut hectica, in hac menſtrua non fluent, ob totius calidiorem intemperiem morboſam. Cæterùm, dum ratione huius intemperiei fluxio non fit, cùm id contingere poſſit, quia materiæ fluendæ generatio prohibeatur, vel potius, quia genita materia intus cohibeatur, diſtinguemus vtrumque, quia ſi febris vehemens fuerit, qualis eſt ardens, inſigni ſuo calore, materiam genitam cito abſumere poterit, & ne in poſterum gignatur, prohibere. Pariter, ſi febris remiſsior fuerit, diuturna tamen, non minus poterit idem corpus inanire & exſiccare, vt eiuſdem materiæ generatio omninò inhibeatur, ſicut in hectica febre contingit. At ſi febris remiſsior extiterit, & cum breuitate coniuncta, ratione remiſsioris caloris, tantam agendi vim non habebit, vt genitam materiam, abſumere poſsit, ſed illius partes tenuiores reſoluendo, craſsioribus & magis lentis relictis, obſtructiones cauſabit, ſicque materiæ & genitæ & generandæ, fluxum impediet: vbi verò totum calidius fuerit, citra ſenſibilem facultatum læſionem, illius exceſſus caloris indicium erit, quia in ſanitatis latitudine adhuc continetur. Si autem totum frigidiori intemperie afficiatur, cognoſcemus quia nulla aderit febris vehemens, aut remiſſa, breuis aut longa, ratione cuius intemperiei, materia generari poterit, præſertim ſi cum humiditate coniungatur, ſed ob calorem diminutum, crudior illa erit, ac proinde ad obſtructionem pariendam idonea, quæ obſtructio, non ſolùm eſſe poteſt in vaſis ipſius vteri, ſed etiam in venis totius, quod cùm contingit, ſigna aderunt, copiam pituitæ in toto corpore indicantia: Si autem eadem intemperies frigidior, cum ſiccitate potius coniuncta fuerit, ratione huius menſtrua non fluent, quia non ge- C nerabuntur. Si præter intemperiem materia etiam accedat, cùm hæc concurrat ratione copiæ & qualitatis, ſolam copiam cognoſcemus ex corporis habitu ſanguineo, ex temperatura calida & humida, ex colore rubeo: & ſi aliqua portio materiæ per vterum fluxerit, illa pariter rubicundi erit coloris, ex venarum etiam latitudine, pulſu pleno, vrina colorata & rubea, & victus ratione præterita, apta ſanguinis copiam generare, & denique, mulier iſta, dum morbis corripitur, ſanguineis potiſsimum ſubijcietur: ſi iuncta fuerit cum materia bilioſa, pituitoſa, aut melancholica, recurrendum erit ad ſigna ſuperius propoſita. Et hæc de ſignis dicta ſint totius facultatem labefactatam indicantibus, ſiue fuerit labefactata à nuda intemperie, calidiori inquam, humidiori, frigidiori & ſicciori: atque hac tùm morboſa, tùm non morboſa, ſiue etiam cum materia coniuncta fuerit, ſanguinea inquam, pituitoſa, bilioſa, & melancholica, copia aut qualitate peccante. Si *verò autem facultas totius fuerit impedita*, cùm impediri poſsit, à morbo in mala compoſitione & ſoluta vnitate, diſtinguemus, quia ſi morbus fuerit in mala compoſitione, poteſt eſſe in aucta magnitudine, & tunc aderit Cachexia, vel hydrops, ſiue hæc tympanitis fuerit, anaſarca, vel aſcitis, quorum omnium cauſa, menſtrua non fluunt, quia materia per totum corpus diffunditur. A pari, ſi fluxio non fiat ratione morbi in magnitudine diminuta, corpus conſpicietur emaciatum & tabe confectum: quorum cauſa fluxio non fit, quia materia non generatur, imò ne dum ſuperflui humores redundare poterunt, ſed nec alimentales, pro corporis reparatione producentur. Quod ſi eadem facul- D tas impediatur à morbo in ſoluta vnitate, cognoſcemus ex præſentia ſcabiei, lepræ & reliquorum tuberculorum, in quibus affectibus, materia, quæ per vterum exire deberet cum alijs humoribus permixta ad corporis circumferentiam recurrit. Atque hæc de ſignis reſpicientibus læſam facultatem ratione totius corporis, ſiue illa fuerit labefactata à morbis in intemperie, ſiue impedita à morbis in mala compoſitione, & ſoluta vnitate. Si deinde ex altera parte menſtrua non fluxerint, quia *læſio ſit in partibus corporis*, cognoſcemus quia totum bene habebit: dum autem pars aliqua læditur, cùm principalis & inſeruiens eſſe poſsit, diſtinguemus, quia ſi quælibet pars principalis bene habuerit, cauſa referenda erit in alias partes, & quæcunque illa fuerit, vel illius facultas erit labefactata, vel impedita. Si labefactata, aliqua intemperie correpta erit, ſimplici, aut compoſita, cum materia, vel ſine materia. Vnde, ſi ventriculus intemperie affectus ſit, & menſtrua non fluant, referri poterit in eundem ventriculum, facultate eius labefactata. Similiter ſi apertæ fuerint venæ narium, vel hæmorrhoidum, vel alui fluxio adſit, in has quoque partes cauſa referenda erit. Si autem tales partes bene habuerint, ſuſpicio erit de principalibus partibus affectis, quæ pariter oblædi poterunt earum facultate labefactata, vel ob externos errores, vt ob morbos in mala compoſitione, vel ſoluta vnitate: propterea ad ea ſigna recurrendum erit, quæ dictarum partium malam conſtitutionem indicare poſſunt, ſiue hepar fuerit, cor, aut cerebrum: quæ dicta ſufficiant de ſignis ſuppreſſionis menſtruorum ob læſam vteri facultatem, ſiue pri-

mario, ſiue ſecundario, ſiue facultate labefactata, ſiue impedita, ſiue ratione totius, ſiue partis principalis & non principalis. A

De Indicationibus neceſſarijs ad curationem ſuppreſſorum Menſtruorum.

CAPVT XXVI.

PRopoſita cognitione ſuppreſſionis menſtruorum, tùm in genere, tùm ſecundum ſingulas eius ſpecies: tùm à priori, per ſuas cauſas formales, materiales, & efficientes, internas, & externas, proximas, & remotas: tùm à poſteriori, per ſua ſigna, ab actione læſa, qualitate mutata & exeunte mutato, accepta: reliquum eſt, ad illius curationem deſcendere, conſequenter ad cognitionem efficiendorum, auxiliorumque iuuantium inuentionem, & rectam eorum adminiſtrationem, quæ vt citò tutò ac iucundè habeatur, non hiſtoricè & ſola rerum obſeruatione proponenda erit, ſed ex rei potius natura depromenda, quod fiet, ſi Indicationum virtute, iuuátia auxilia inuenerimus, prout ad dogmaticum pertinet, mox verò de materijs eorundem, ſigillatim & diligenter tractaueri nus. In curanda igitur muliere, cui menſtrua ſint ſuppreſſa, tria potiſsimum nobis conſideranda occurrunt. Omnium primum eſt cauſa morbifica, quæ continens dicitur: ſecundò, cauſa quæ morboſa fieri poteſt: poſtremò vires, ſine quarum cuſtodi ı, nullus morbus profligari poteſt. Hinc triplex indicatio, triplexque iuuans auxilium oritur, vt à cauſa continente, curatorium auxilium indicetur: à cauſa quæ hanc præcedit, auxilium præſeruatorium: à virtute denique, ſiue totius, ſiue partis fuerit, vitale auxilium orietur. Quò igitur ad indicationes curatorias, ſi menſes inprimis non fluxerint, facultate vteri labefactata, cum ratione intemperiei labefactetur, indicabit auxilium alterans in contrarium. Si eadem fuerit impedita, venis vteri anguſtioribus factis, hæc anguſtia auxilium iuuans indicabit, merito cauſæ facientis talem anguſtiam, ſiue hæc obſtructionem fecerit, conſtipationem, compreſsionem, coaleſcentiam, vel ſubſidentiam. Vt merito obſtructionis, cum hæc fiat à materia, copia vel qualitate peccante: ex parte copiæ, indicabit auxilium minuens & euacuans: merito qualitatis, ſi calidior, vel frigidior fuerit, auxilium alterans in contrarium indicabit: quemadmodum ſi craſsior & viſcidior, auxilium attenuans & detergens. Ex parte deinde compreſsionis, cùm hæc fiat à tumore inflammatorio, œdematoſo, eriſypelaceo, & ſcirrhoſo, ad eorum tumorum indicationes adeundum erit: ex parte conſtipationis, cùm hæc oriatur à callo adnato & carne ſecundum vias & internas vteri partes, hæc amouenda erunt, inprimis tamen ex parte duritiei, emolliendum erit, ex parte materiæ facientis callum, digerere & reſoluere oportebit. Merito coaleſcentiæ, cùm hæc ſequatur vlcus iam ad cicatricem perductum, hæc cicatrix, cùm morbus ſit in ſuperficie leniore & denſiore reddita, coniungens, & denſans partes, quæ diſtantes & raræ eſſe deberent, indicabitur auxilium partes agglutinatas & denſatas diſiungens, & rarefaciēs. Merito ſubſidentiæ, cùm hæc fieri poſsit à nimia vaſorum inanitione, tùm à cauſa denſante, merito inanitionis, indicabitur auxilium replens, ſicut ex parte denſitatis, ſi fiat à cauſis refrigerantibus, vel à materia impacta & imbibita in ſubſtantia partis, indicabitur auxilium calefaciens, laxans & aperiens. Si eadem materia conſideretur penes occultas qualitates, ſi venefica fuerit, diſſimilem proportionem & aduerſariam habens, naturæ & proportioni ipſius vteri, requiret auxilium ſimile proportioni naturali ipſius vteri, & diſsimile proportioni materiæ veneficæ. Conſequenter, expoſtulabit Alexipharmacum & Alexiterium, prout materia venefica dupliciter expugnari, expurgariq́; poteſt, per attractionem ſcilicet, & ita requirit ſimile: ſicut in lue Gallica, materia auxilij Gallici eſt hydrargyrium: ſi expurgetur per expulſionem, ita requirit diſsimilia, vnde ſi venena extrà accedant, requirunt Alexiteria, ſi intrà Alexipharmaca. Quæ rurſus materia, ſi quieta & impacta fuerit, indicat auxilium validè auellens & diſcutiens: ſi moueatur, raptumque habeat ad partem ad quam non deberet, indicabit auxilium reuellens: ſi autem facultas impedita fuerit, læſione alibi quàm in vtero exiſtēte, tùm principe, tù n non principe, tunc pro cauſarum diuerſitate, diuerſæ pariter indicationes orientur. Quare ſi totius, vel partium facultas labefactata erit, cùm ab intemperie id fiat, auxilium in contrarium alterans, ſignificabit. Si præter intemperiem accedat materia, hæc conſiderabitur vt genita & vt generanda. Si genita fuerit & vel partem, vel totum actu afficiat, & operationes lædat, auxilium curatorium indicabit, quod ipſius copiam euacuet, vel lentorem, ac craſsitiem attenuet, ac detergat. A pari, ſi menſes non fluant, quia materia per alias partes euacuetur, per fluxum ſanguinis narium, vel hæmorrhoidum, vel cutim, occurrendum erit cum reuellentibus materiam ad conſueta loca. Si autem materia iſta ſit genita, vt nondum illius cauſa totum, vel partes in proprijs functionibus oblæſæ ſint, indicabitur auxilium præſeruatoriũ, ita vt illius euacuatio, attenuatio & deterſio, præſeruationem potius, quàm curationem reſpiciant. Denique, ſi eadem materia conſideretur vt generanda, cùm generetur ratione intemperiei totius vel partis determinatæ, indicabitur auxilium non ſolùm alterans in contrarium, ſed proportionatum, vt priſtinum robur reſtituat dictis partibus: qua ratione, hepar requirit hepatica, ſtomachus ſtomachica, & matrix matricaria. Quo verò ad virtutem, hæc conſiderari poteſt & ratione totius & partis determinatæ, vt virtus totius, ſui cuſtodiam indicet cum alimentis, & pariter virtus partis, cuſtodiam magis determinatam expoſtulabit.

Lib. ad Thraſybul.
9. meth. 3.
9. meth. 6. & 7.
4. meth. 4.
Lib. ad Thraſybul. 8. 9. & 25.

B C D

De Prognoſticis ſuppreſſorum Menſtruorum. CAP. XXVII.

IN morbis futura prædicimus, conſiderantes res præter naturam, naturales & non naturales, penes vim, magnitudinem, numerum, originem & tempus: quæ omnia conſideranda ſunt, tùm ſeorſum & abſolutè, tùm inuicem comparando, vt quo ad res præter naturam ſeorſum conſideratas, tria perpendenda occurrant, morbus, cauſa & ſymptoma. Suppreſsio igitur menſtruorum, in genere illud eſt Symptoma, ratione cuius fœminæ multum patiuntur, multisq́; alterationibus & lethalibus ſubijciuntur, vt hac de cauſa, affectus non ſit contemnendus, ſed magni momenti haberi debet: & præſertim, quia huius cauſa, generatio & propagatio tollitur: aliaque multa Symptomata ſequuntur, ſuprà enumerata. Si deinde con-

A de conſideremus differentias,tunc pro *morborum* cauſarumque diſcrimine,idem prognoſticum variabitur.Vnde ſi pendeat ab *Vtero primariò affecto*,deterior erit, quam ſi ſecundario & per conſenſum , cæteris tamen ſemper paribus:& dum primò afficitur,cum affici poſsit facultate labefactata,vel ob externos errores,deterius illud erit, quod à labefactata dependet, quàm impedita, & cùm labefactari poſsit ab intemperie nuda,& cum materia, peius illud erit,quod dependet ab intemperie cum materia,quàm quod à nuda qualitate producitur: illa enim,præter alterantia,requirit etiam materiam euacuantia, & præparantia:hæc autem,ſolis alterantibus tollitur. Et rurſus in hoc genere,illa adhuc deterior erit,quæ compoſita eſt,quam ſimplex,quia facilius eſt vni qualitati,quàm duabus occurrere:ſi ſimplices intemperies mutuò comparentur,deterior erit actiua,quàm paſsiua: quamuis enim ratione vtriuſque actio lædatur, actiuæ tamen qualitates,cum maioris ſint actiuitatis paſsiuis,maior læſio inde prodibit.Quòd ſi eædem actiuæ qualitates cum paſsiuis comparentur,penes reſiſtentiam,paſsiuę erunt deteriores,quia reſiſtunt magis,& præſertim quia paſsiua qualitas, ab alia qualitate paſsiua auferri debet , in qua actiuitas pauca eſt, eò autem erit peior, quantò magis fuerit confirmata. Si comparentur paſsiuæ inter ſe, deterior erit ſicca,quàm humida: longiori enim tempore, pars ſicca & proprio humido deſtituta humectatur, quàm quòd humida exſiccetur. Si actiuæ pariter mutuò comparentur, & primò penes actiuitatem, peior erit

7. Meth.5.6.de tuenda.10.

7.meth.5.

B intemperies calidior: contrà,ſi penes reſiſtentiam,deterior erit frigidior; quamuis tutius ſit,frigidiorem vterum calefacere,quàm calidum refrigerare : inter compoſitas autem, omnium peſsima eſt frigidior & ſiccior: quia à principijs generationis & vitæ magis diſtat. Præterea, quæcunque fuerit hæc intemperies, cûm eſſe poſsit morboſa & non morboſa,natiua & adſcititia, deterior erit, quæ morboſa eſt & natiua,quàm non morboſa & adſcititia,cui ſi materia accedat, pro illius copia,qualitatibus & alijs conditionibus,vario modo prognoſticandum. Si deinde vteri facultas impedita fuerit,cùm impediri poſſit à cauſis internis, & externis, cæteris paribus, illa erit peior, quæ ab internis cauſis producitur, quæ cùm fieri poſſit à morbo in mala compoſitione, & ſoluta vnitate, minoris momenti videbitur vnitas ſoluta, quàm mala compoſitio: & rurſus, pro vtriuſque morbi , & cauſarum diuerſitate, diuerſa prognoſticandi ratio colligi poterit.Si deinde vterus *per conſenſum* afficiatur,deterior ea ſuppreſſio erit,quæ fit per conſenſum à toto,quàm ratione partis , & pro totius ac partium diuerſa affectione, diuerſimodè prognoſticandum erit. Vnde,ſi totum afficiatur,ob quodlibet morbi genus,difficilius Symptoma orietur,quàm ſi ab vnico genere naſcatur. A pari,ſi pars affecta principalis potiùs fuerit,quàm non principalis,idem Symptoma variari poterit:quemadmodum etiam pro diuerſo affectionis genere,vehementia,reſiſtentia,numero,diuturnitate & alijs,diuerſimodè prognoſticandum erit. Præterea,dum materia quæ per vterum exire deberet,ob dictas cauſas non exit,vel per alia loca effluet,vel intra corpus detinebitur. Si intus cohibeatur,deterius erit quàm ſi quouis modo expurgetur,vt ſi ſanguis per nares effluat,vel hæmorrhoidis,

5.Aphor.33.

C melius erit, quam ſi nullo modo euacuetur, & dum intùs detinetur, vario adhuc modo prognoſticandum,pro Symptomatum magnitudine,vehementia,numero,duratione,loco affecto,& cauſarum varietate: Vnde,ſi materia decubuerit in partes principes,vt in cerebrum,hepar,cor,malum erit maioris momenti,quam ſi ignobiliores partes occupauerit,& dum cerebrum petit, ibiq́ue apoplexiam,epilepſiam, vel aliquod delirij genus cauſauerit potiùs, quàm grauitatem & dolorem, deterius prædicendum, præſertim ſi hæc Symptomata vehementia potiùs fuerint , quàm remiſſa, frequentia quàm rara, diuturna quàm breuia, plura quàm pauciora A pari, ſi eadem materia in cor decubuerit,feceritq́ue lipothymiam, aut ſyncopen potiùs,quàm palpitationem,idem ſtatuendum erit, quod de cerebro dictum fuit,& merito durationis Hippocr. lib. de morbis Muliebr.dicebat, quod vbi ſuppreſsio durat per ſex menſes, amplius non curatur, quod intelligas,vbi cum vehementia ſymptomatum eſt coniuncta. Quò verò ad res *naturales*,conſideranda eſt *virtus* totius ac partium,tùm genericè,tùm ſpecificè, pro vt robuſta,vel imbecillis fuerit, atque ea ratione ſolidorum tantùm, vel carnoſi generis, vel ſpirituum,vel plurium,vel omnium ſimul; & præterea prout huiuſmodi eſſe poteſt, in præſentia tantùm, vel in futurum etiam ſimul. Ex ijs enim omnibus , ratio prognoſticandi variatur, nam virtus ſimpliciter robuſta, & omnibus modis,in omnibus etiam morbis,ſpem ſalutis pollicetur,eadem ſecundum omnem rationē imbecilla,mortem potiùs comminabitur: quæ autem à dictis extremis receſſerit, pro vt magis ad vnum quàm ad alterum acceſſerit, poterit etiam modò mortem,modo vitam ſignificare. In quo genere rerum naturalium,

D præter virtutem principalem, conſideranda etiam erunt illi *annexa*, cuiuſmodi ſunt temperatura, ætas, corporis habitus,cōſuetudo,vitæ inſtitutum & huiuſmodi,quæ omnia,vt ſigna poſſunt connotare propoſitæ virtutis robur,vel imbecillitatem. Poſtremo, *res etiam non naturales* contemplandæ erunt,quarum omnium temperatura, & temperatus vſus, futuram ſanitatem pollicebitur , contra intemperatus ſe habebit,imò ad rectè prognoſticandum,non ſatis erit tria hęc,res inquam naturales,non naturales,& præter naturam ſeorſum & ſimpliciter conſiderare , quin imò *etiam oportet* eaſdem mutuò conferre, expendendo ſemper,quæ magis poſſint ad bonum,vel malum euentum in morbis prognoſticandum . Quod etiam Hippocr. conceptis verbis ſignificauit, dicens . in morbis minus periclitantur ægrotantes , quorumcunque propriæ naturæ, & ætatis & habitudinis, temporis & regionis & horæ ægritudo ineſt, magis quàm quibus non propria ſecundum horum aliquid ineſt.

2.Aphor.34.

De materijs Auxiliorum,neceſſarijs in curatione ſuppreſſorum Menſtruorum.

CAPVT XXIIX.

CVm menſtruorum ſuppreſsio,tantorum malorum cauſa eſſe poſsit, vt quandoque miſeras mulieres ad mortem vſque perducat,non erit illius curatio negligenda,vel proroganda. Sed propoſitis ſcopis ſatisfacientes , per omnes auxiliorum materias diſcurrendum erit, quæ licet plures ac propemodum infinitæ ſint,ex triplici tamen fonte omnes deducentur,chirurgico,pharmaceutico & diæte-

Tres fontes,ex quibus petuntur materiæ auxiliorum.

I. Chirurgicus. tico: vt ad fontem chirurgicum, ea omnia ſpectare videantur, quæ chirurgi ope & manuali operatione magis indigent, ſub quo genere continebuntur, venarum & arteriarum ſectio, cucurbitulę ſcarificatæ & non ſcarificatæ, hirudines, cauteria, veſicatoria, ſinapiſmata, frictiones, ligaturæ & huiuſmodi. Ad fontem pharmaceuticum attinebunt, omnia medicamentorum genera, totum & partem aſpicientia, intuſque & extra adminiſtrata, & ſi intus, ſiue lenientia fuerint per ſupernum os exhibita, vt vomitoria: vel per inferius admota, qualia ſunt, clyſteria, ſuppoſitoria, & cætera per ſeceſſum euacuantia, ſiue præparantia extiterint. Atque hæc vias reſpexerint, aut humores, bilioſos, pituitoſos & melancholicos, & rurſus, ſiue craſsi fuerint, viſcidi, lenti, acres & huiuſmodi: ſiue purgantia ſint, quomodocunq; purgauerint, corpus inquam vniuerſum, vel determinatam partem, vt prioris generis ſint Diaphoretica, quæ per ſudorem, vel halitum inſenſibilem euacuant: ſiue extrà admota fuerint, cuiuſmodi ſunt Balnea calida, aquea & aerea, quæ ſuo calore poroſitates aperiendo, materiaſque intus detentas extenuando, & fundendo, à centro ad circumferentiam attrahunt. Eadem ſit ratio de illis quæ intus exhibentur, ſiue ſudorem prouocent, materias attenuando, vias aperiendo & virtuti robur addendo. Per purgantia verò per determinatam partem, illa intelligo, quæ lotium prouocant, vt Diuretica. per vterum, vt prouocantia menſes, vel per ſeceſſum, quæ ſolutiua nuncupantur, quæ omnia licet per determinatam partem euacuent, vniuerſum tamen corpus reſpiciunt. Quibus illa etiam adduntur, quæ ad partem determinatam magis diriguntur & topica vocantur, quorum alia ad contenta, alia ad continentia ordinantur: quæ contenta reſpiciunt, purgantia erunt: quæ verò continentia, roborantia & alterantia, nuncupantur: ſic reſpectu capitis, erunt caputpurgia, ſiue ſenſibiliter caput inaniant, ſiue inſenſibiliter euacuent, quæ à loco per quem ducuntur humores, denominationem ſumunt, vocantur maſticatoria, naſalia & auricularia: quæ autem inſenſibiliter euacuant, erunt lotiones, ſtillicidia, & fomenta. A pari, reſpectu vteri erunt peſſaria, clyſteria, ſuffitus, ſeſsiones, fomenta & huiuſmodi. Quæ verò continentia reſpiciunt, roborantia dicuntur, quia remouendo intemperiem, & malam diſpoſitionem à qualibet parte, naturalemque tonum reſtituendo illam roborant, quæ pariter intus & extrà adminiſtrari ſolent: intus quidem, vt decocta, infuſiones, ſyrupi, conſeruæ, electuaria, ſucci, pulueres, lambitiua, trochiſci & huiuſmodi: extrà verò erunt inunctiones, linimenta, emplaſtra, cerata, fomenta, ſtillicidia, ſeſsiones & ſimilia, de quorum formis ſuo loco ſermo erit.

II. Pharmaceuticus.

III. Diateticus. Deniq; ad fontem Diæteticum ſpectabit vniuerſa victus ratio, quæ conſiſtit in recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, aeris videlicet, cibi, potus & reliquorum intelligendo per aerem, regionē, anni tempus, & cœli conſtitutionem: per cibum & rectam eius adminiſtrationem, intelligo materiā quamcunq; auxilij alimentalis plenioris, tenuioris & mediocris, & ſecundū quodlibet genus magni, vel parui nutrimenti, boni vel mali ſucci, facilis vel difficilis coctionis, temperati vel intemperati, craſsi & tenuis, crudi & cocti. Intelligo quinetiam illius ſubſtantiā, quantitatem continuam & diſcretam, qualitatem primam, & ſecundā, temporis oportunitatem, iucunditatem, præparationē & modum exhibendi. Per potū intelligo vinum & aquam, vinum inquam generoſum, pauciferum & mediocre; per aquā, intelligo tùm ſimplicem, tùm alteratam, cum alimentis vel medicamētis. Per ſomnum intelligo breuem, longum, profundum, moderatum, & ſecundum quodlibet genus turbulentum vel ſincerum; per vigilias moderatas & immoderatas intelligo. Per inanitionem, euacuationem materiæ excrementitiæ intelligo copioſæ, paucæ, moderatæ, ſpontè naturæ, vel arte factæ. Per repletionem intelligo cibi ac potus ſumptionem ſecundum omnes iam propoſitas differentias. Per motum intelligo corporis exercitium moderatum & immoderatum, cum violentia & citra violentiam, tempeſtiuè & intempeſtiuè factum, deambulando inquam, currendo, ſaltando, ludendo, nauigando, equitando, vel alio quouis modo corpus exercendo. Per quietem intelligo priuationem dictorum motuum, per ſeſsionem aut decubitum factam ſiue tempeſtiuè ſiue intempeſtiuè, longiori, breuiori tempore, aut moderatè fiat: per animi accidentia intelligo, eas paſsiones, quæ poſſunt corpus conſeruare, alterare & immutare, modò ad bonum, modò ad malum, ſiue ſpiritus moueant à centro ad circumferentiam, vel econtra, à circumferentia ad centrum.

A B C

De materijs Chirurgicis & recta earum adminiſtratione in ſuppreſsis Menſtruis.

Capvt XXIX.

De venæ ſectione.

In ſuppreſsione igitur menſtruorum interdum conuenit ſanguinis miſsio, interdum non. Diſtinguemus autem ſi ad propoſitos ſcopos & indicationes ſemper reſpexerimus, quandoquidem vbi aderit præſentia principaliter indicantis, nempe ſanguinis plenitudo, putredo & motus & abſentia prohibentis, præſtabit ſanguinem mittere dum modò vires & ætas conſentiant. Dum igitur *ſanguis redundat*, ætaſque florens fuerit, & vires robuſtæ, hic ſanguis vel intus detinebitur, vel per alias partes effluet, per nares videlicet, hæmorrhoidas & ſimiles partes: in vtraque redundantia, conueniet miſsio ſanguinis, vt ex parte qua intra corpus detinetur, duplici de cauſa competere videatur. Primò, quia redundat: ſecundò, quia non euacuatur, vt euacuari deberet. Meritò autem ſanguinis redundantis, ſed qui per alias partes non decentes euacuatur, conducit pariter ſanguinis miſsio, tùm quia redundat, tum etiam quia per loca conuenientia non euacuatur, de qua euacuatione Hipp. etiam loquebatur, dicens: mulieri vomenti ſanguinem menſtruis erumpentibus, ſolutio fit. Quòd ſi menſtrua prouocari nequeant, non propterea ſupprimenda erit prior euacuatio, non ſolùm ſi per vomitum fiat, ſed magis per alias partes, vt per venas narium, de qua euacuatione idem Hippocr. locutus fuit, dicens: mulieri cui menſtrua deficiunt, ſanguinem è naribus fluere, bonum eſt. Eadem ſit ratio, ſi euacuatio fiat per vomitum, per ſeceſſum, ſudorem, vel alias partes. Ab eodem ſanguine corrupto, ſcopus etiam oritur mittendi ſanguinis, ad quem Galen. reſpiciens, dicebat in omnibus febribus putridis bonum eſſe ſanguinem euacuare. Vbi autem menſes non fluunt, quia *ſanguis deficiat*: deficit autem, vel quia per alias vias euacuetur, vel quia non generetur, ſicut contingit in hectica febre, vel nimia inedia, tunc nulla ſanguinis miſsio molienda erit, quia deſide-

D

Lib. de ſanguinis miſſ. per venæ ſect.
9. Meth. 5.
5. Aphor. 32.
5. Aphor. 33.

A deſideratur principale indicans, niſi reuulſionis gratia id fiat. Dum autem licebit mittere ſanguinem, cùm *mitti poßit materia magni aut parui auxilij*, quænam eligenda ſit, diſtinguemus, reſpicientes ad genus plenitudinis: nam ſi magna fuerit plenitudo, vt inde etiam magna ſuppreſsio fiat, magnum etiam auxilium indicabitur, cuius materia erit venę ſectio. Si autem plenitudo parua fuerit, vt ipſius ratione, remiſſior ſuppreſsio habeatur, indicabitur ſanguinis miſsio, ſed debiliori auxilio facta, cuius materia erunt hirudines, cucurbitulæ & huiuſmodi. Cæterùm, cũ vtraq; auxilij materia ſanguinem euacuare poſsimus, in magna & in parua copia vnica vel pluribus vicibus, diſtinguemus *quantitatem continuam*, reſpicientes ad maiorem & minorem copiam ſanguinis redundantis, vt merito ſanguinis copioſè peccantis, eius vacuatio largior facienda ſit, pręſertim ſi vires conſenſerint: merito autem minoris copię, parcior etiam haberi debeat. Cognoſcemus autem maiorem & minorem ſanguinis exceſſum, reſpicientes ad habitum corporis, temperaturam, colorem, venarum latitudinẽ & ad reliqua iam enarrata. Vt mirum eſſe non debeat, ſi Galenus in muliere cui ſuppreſſa erant mẽſtrua per plures menſes, etiamſi corpore gracilior reddita eſſet, venis tamen valde turgentibus, copioſum ſanguinem & pluribus vicibus detraxerit. Quamuis enim ratione copiæ, merito cuius imminet aliquod malum, citò & largè euacuandum ſit, conſequenter ſemel ſanguis educendus: vbi tamen vires nõ ita ſunt futuræ conſtantes, vt copioſam euacuationem ſemel factam, citra iacturam nõ ſuſtineant, tutius eſt partiri, & euacuationem repetere; quod eo magis fieri debet, vbi ſanguis minus copioſè redundauerit. nec ſufficit pro recta adminiſtratione ſecandæ venæ no-

6. Epidem.

6. Epid. ſec. 3. com. 29.

B uiſſe ſanguinem redundare, ſed cognoſcere etiam oportet *locum conuenientem, per quem ſanguis educi debet*. Hunc autem diſtinguemus, reſpicientes ad eundem ſanguinem, ſed merito ſubſiſtentiæ conſideratum, quapropter ſanguis vel redundabit in toto corpore, vel in parte determinata. & ſi in toto corpore, vel abſolutè & æqualiter, vel ſecundum quid, & ratione alicuius partis determinatæ. Si in muliere curanda, ſanguis ratione totius & ſimpliciter redundauerit, vt contingit in habitu plethorico, & præterea etiam adſit plenitudo partis, nempe ipſius vteri, ex duplici hac plenitudine & ſanguinis ſubſiſtentia, orietur indicatio mittendi ſanguinẽ per duo loca, vt vtriq; plenitudini occurramus, vt merito plenitudinis communis, vena etiam communis cubiti pertundenda ſit: merito plenitudinis determinatæ, & ex parte vteri, aperienda ſit vena malleoli: & ideò Galenus ſibi ipſi ſemper conſtans 10. de Comp. medicam. in dolore coxendico citra plenitudinem totius, iubet ſecandam eſſe venam inferiorem tantũ. At ſi in toto plenitudo fuerit, præmittit ſectionem venæ ſuperioris. Vt hinc facili negotio Galenus & Aetius conciliari poſsint: Galenus enim libro de curandi ratione per venæ ſectionem, in ſuppreſsis menſtruis iubere videtur, ſecandam eſſe venam malleoli, nequaquam autem ipſius cubiti, illa enim ſuppreſſam purgationem prouocat: hæc autem reuellendo, magis ſupprimit: contrà Aetius vtramq; ſecari voluit. Diuerſitatis ratio eſt, quia Gal. loco citato, ad plenitudinem determinatã tantùm reſpexit: Aetius verò ad vtramque. Cùm autem expedit ex duplici loco ſanguinem educere, cognoſcendus adhuc ſupereſt ordo qui

C ſeruari debet, an ſcilicet prius vena communis aperienda ſit, ad totius plenitudinem primò reſpicientes: deinde vena malleoli, reſpicientes ad plenitudinem partis, vel potius vice uerſa, in qua re procul ab omni errore procedemus, ſi oculos direxerimus ad generationem & ordinem dictarum plenitudinum quoniam quæ prior fuerit, & veluti alterius cauſa, illi etiam primũ erit occurrendum, qua ratione, vtriq; plenitudini ſatisfaciemus, & mulierem iuuabimus, quo ordine neglecto & præpoſterato, maius erit nocumentum quàm iuuamentum. Quapropter, in hac duplici propoſita plenitudine, à ſectione venæ cubiti omninò incipiendum erit, per hác enim totius plenitudinem minuimus, ſimulq; determinatè opem ferimus, ſiquidem ex ſectione venæ cubiti prius facta, non ſolùm communem plenitudinem tollimus, ſed ſanguinem quoq; reuellimus, qui cum impetu in vterum flueret. Si autem venæ inferioris ſectio pręmitteretur, maior fieret ſanguinis præcipitatio in vterum inanitum, qua ita confertim facta, maior obſtructio in eo fieret; conſequenter menſtrua adhuc magis ſupprimerentur. At ſi à vena cubiti totius plenitudinem reſpiciente auſpicemur, maiori cum vtilitate, vena inferior ſecari deinde poterit, qua ratione vtraq; plenitudo, communis & determinata è medio tolletur; ad quas plenitudines, Aetius quoq; reſpiciens, iurè cubiti venam prius aperiri iuſsit, deinde malleoli. At ſi vtramq; plenitudinem habuerimus, eo tamen ordine factas, vt plenitudo totius dependeat à plenitudine partis, ſicut contingit in muliere non plethorica, in qua ſanguis in toto ſimpliciter & abſolutè nõ redundat, ſed gratia potiùs partialis plenitu-

13. Meth. lib. curat. per venæ ſect. 11. 12. & 18.

D dinis, nempe ratione vteri, tunc ſecanda tantùm erit vena inferior, quia per talem venæ ſectionẽ ſimul cũ parte totum etiam inanimus. At ſi cubiti venam prius ſecuerimus, tantũ abeſt vt ratione huius menſes prouocentur, vt potius magis ſupprimantur. Ex propoſita reſolutione, reſpiciente locũ ſecandæ venæ, quilibet facilè poterit in alijs etiam affectibus partium infernarũ, renum, inguá, veſicæ & teſtiũ oportunum locũ ſecandæ venæ inuenire; quod vbiq; Gal. obſeruauit, vt loquens de dolore coxendico iuſſerit inferiores venas ſecandas eſſe, monet tamen obſeruandũ, an præter hunc priuatũ dolorem totius plenitudo adſit, quæ ſi fuerit, illi prius reſpiciendũ erit, cubiti venam primò ſecando, ſine qua dolor & plenitudo partis, bene remoueri non poteſt. At ſi nulla adſit in toto plenitudo, ſatis erit ad determinatã plenitudinem reſpicere, inferiorẽ tantùm venã aperiendo: quare in vitijs partiũ infernarũ, in quibus ſanguinis miſsio conuenit, modò ſecanda erit vena inferior, modò etiam ſuperior, prout vel vnica, vel duplex plenitudo fuerit. Vbi præterea venæ ſecãdæ ſcopus oritur, ſiue in parte ſuperiori aut inferiori, vel vtriſq; fiat, cùm huiuſmodi venæ ſecundum vtriuſq; ſitus differentias reperiantur in parte etiam dextra, & ſiniſtra, tùm penes brachia & partes ſuperiores, tùm penes crura & partes inferiores, ideò cognoſcendus etiam hic locus occurrit, *an videlicet vena aperienda ſit in parte dextra vel ſiniſtra*, quod nobis indicabitur ab eadẽ ſanguinis ſubſiſtentia, in vno magis quàm in altero latere: hanc autẽ cognoſcemus ex Symptomatibus, quę magis infeſtabunt partẽ affectam quàm alterã: vt ſi in ſuppreſsione vteri mulier magis cõqueratur de dolore, grauitate & ſimilibus, ſecundum partem dextrã quàm ſiniſtrã, ſeruata rectitudine cum

Nota Regulam de loco ſecandæ venæ in omnibus affectibus partium infernarum.

10. de compoſ. Med. 2.

loco affecto, vena eiuſdem affecti lateris aperienda erit. Ad rectam præterea adminiſtrationem ſectionis venæ, præter explicata accedit etiam *tempus idoneum*, quo operatio iſta molienda eſt, quod pariter nobis indicabitur ab eadem ſanguinis plenitudine præſenti, ratione inquam præſentis ſymptomatis; at dum menſes ſunt ſuppreſsi, ſemper adeſt præſentia plenitudinis, à qua indicatur, vt etiam in præſentia per miſsionem ſanguinis euacuetur. Verùm ſufficere non videtur, vt ita generatim ſciamus, quod in ſuppreſsione menſtruorum ſanguinem quocunq; tempore euacuare liceat, ſed oportet etiam, vt diſtinctè magis cognoſcamus, tempus oportunius eligere. Quidam in iunioribus mulieribus, ſanguinem mittunt in prima, vel ſecunda quadra lunæ: in ætate verò prouectioribus, tertiam & quartam quadram magis eligunt. Alij videntur in omnibus mulieribus ſanguinem mittere, luna potius decreſcente, nec præter rationem, quia per id tempus ob diminutum calorem, humores euacuandi, magis redundant: Gal. tamen ſtatuit oportunius tempus fore, per tres vel quatuor dies ante tempus conſuetæ euacuationis, nec immeritò, quia eo potiſsimum tempore natura incipit mouere, vt conſuetam euacuationem moliatur, cuius conatus cùm inanes ſint, ideò eo potiſsimũ tempore opem inquirit, vt medicus id tempus in ſecanda vena eligere magis debeat, tũc enim naturam à tali pondere ſubleuamus, vt robuſtior reddita, facilius poſsit conſuetam euacuationem repetere. Tandem, *in modo etiam ſecandæ venæ* ratio aliqua habenda erit, prout continentis conſtitutio & contenti ſubſtantia ſignificabit. Quare merito conſtitutionis venæ, indicabitur illius ſectio non per longitudinẽ, aut latitudinẽ, ſed obliq; potius faciendam eſſe: atq; eandem non totam, ſed ſecundum ſupernam ſuperficiem aperiendam eſſe: merito autem contenti, cum ſit ſanguis, & hic eſſe poſsit craſsior & tenuior, merito tenuioris, ſectio anguſtior, merito craſsioris, paulo latior facienda erit. Et hæc de venæ ſectione rectaq; illius adminiſtratione dicta ſufficiant.

Lib. cur. per venæ ſect. cap. 18.

A B

De Cucurbitulis. CAPVT XXX.

VBi autem nõ aderit magna repletio ſanguinis, ſicut contingit in muliere quæ plethorica nõ ſit, vel ſanguis aliqua ex parte euacuetur, per vterum, vel alia loca, vt ratione relictæ plenitudinis, adhuc expediat ſanguinem mittere, tunc debiliori auxilio vtendum erit, cuius materia erunt cucurbitulæ ſcarificatæ, quæ potiſsimùm admouendæ etiã erunt, ſi vires non ita fuerint robuſtæ & præterea etiam ſi redũdans ſanguis tenuis fuerit, vt per cucurbitulas facilè egredi poſsit, quod cognoſcemus, reſpicientes ad temperaturã cholericam, corporis habitum gracilem & prægreſſam victus rationẽ, mittendus autem erit in minori copia, quia parua etiã eſt plenitudo, & pręſertim hoc ſeruari debet, ſi vires nõ ita ſint robuſtæ, vt maiorẽ euacuationẽ non ſuſtineant. Cùm præterea ſupponamus plenitudinem magnam nõ eſſe, conſequẽter ratione totius, ſed potius partis, & merito vteri, ideo *infernis potius, quàm supernis partibus* applicandæ erunt, cruribus videlicet & ſub poplite, Hippoc. etiam teſte, lib. de Morbis muliebribus: & vbi expediet bis ſanguinẽ mittere, non ſolùm dictis partibus erunt applicandæ, verùm etiã coxis, pubi & inguinibus, eo tamẽ ordine, vt priori loco partibus extremis affigãtur, reuulſionis gratia, deinde vicinioribus partibus, ab illis deriuãdo. Nec propterea negandũ, quin etiã ſcapulis & dorſo admoueri nõ poſsint, ſed hoc fiet, vbi inſignis erit plenitudo, & mulier nõ admittet venę ſectionẽ: tunc enim eadẽ erit ratio ſeruãda, quemadmodũ de venæ ſectione dictum fuit. *Cui autem* parti, dextræ inquã vel ſiniſtræ, & quo tempore, eædem cucurbitulæ ſint admouendæ, non eſt vt plura dicamus, cùm illud ipſum ſeruari debeat, quod de venæ ſectione dictum fuit. *Applicandi autem ratio* ea ſeruetur, ratione cuius ſanguis euacuandus, cum facilitate & iuuamento adducatur, quod fiet, ſi partes illæ ſpongia aqua tepida, aut poſca imbuta & expreſſa imprimis perfricentur, præſertim ſi ſanguis craſsior & aer ambiens frigidior fuerit: ita enim ſanguis fundetur, & mobilior reddetur. meatusq; cutanei nimis denſati, laxabũtur & aperientur, vt ſanguinem procul ab omni impedimento ſuſcipientes, euacuatio melior ſequatur.

Gal. lib. 3. curat. per ſang. miſſ.

C

De Cucurbitulis non ſcarificatis. CAPVT XXXI.

IN eundem vſum veniunt etiam cucurbitulæ non ſcarificatæ, ſed non tanquã materia auxilij, ſanguinẽ ſenſibiliter euacuantis, ſed inſenſibiliter & potius, vt materia auxilij ſanguinẽ attrahentis ad vterum, ſi contingat vt ad alia loca raptum habuerit. Tales autem cucurbitulæ, cum & ratione doloris & caloris vim attrahendi habeant, ideò facilè poſſunt ſanguinem auertere, dum ad alia loca motum habuerit, & illum cum impetu ad venas vteri retrahere; quæ ſi occluſæ fuerint, ex tali impetu facile aperiri poterunt. Hoc autem vt præſtent, *admoueri inprimis debent cruribus*, mox verò coxis vtriſq;, vt primò euacuatio reuellendo fiat, deinde deriuando, & præterea ratione qua ſunt materia auxilij attrahentis, melior fiat attractio, ſi prius admoueantur in longinquis partibus, deinde in proximis. *Eo autem modo erunt applicandæ*, vt cum magna flamma adminiſtrentur, hac enim ratione, efficacius attrahent, & ſanguinem qui ſuperiora petit, contrario motu reuellent: quibus etiam eo tempore vti debemus, quo dicta purgatio nõ fit, dum modò quippiam non prohibeat. *Quod autem prohibere poteſt*, vel totius eſt plenitudo, vel cacochymia, vtrorumq; ratione, à dictis cucurbitulis deſiſtendum, quia maior obſtructio contingeret, earum enim cauſa, ad vteri vaſa copioſior materia attraheretur: quod ne contingat, remouenda erũt talia prohibentia, quod fiet, ſi merito plethoræ, ſanguis prius mittatur, & merito cacochymiæ, peccantes humores purgauerimus, quibus peractis, tutius & cum vtilitate ad dictas cucurbitulas peruenire poterimus. Præterea eædẽ cucurbitulæ non ſolùm poſt totius euacuationem & purgationem admouendæ erunt, ſed eo potiſsimũ *tempore*, in quo naturalis & conſueta vteri purgatio fieri deberet.

Gal. 13. Met. 19.

D

De Ligaturis & frictionibus. CAPVT XXXII.

PRæter Cucurbitulas, nõ erunt prætermittendæ ligaturæ & frictiones, cùm pariter vim habeant ſanguinem attrahendi ad vterũ, & ligaturæ id præſtãt ratione doloris, qui attrahendi vim habet, & propterea doloroſæ eſſe debent. Frictiones vero idẽ præſtant, vimq; habent attrahendi, nõ ſolùm ratione doloris.

A ne doloris: verùm etiam caloris, ideò mollioribus prætermiſsis, aſperiores faciendæ erunt. Admouen-
tur autem ligaturæ, non ſupernis *partibus*, quia tunc maior ſuppreſsio fieret, ſed infernis potius, & infra
genua nempe pedibus & digitis primùm, deinde ſuprà nempe in coxis, hoc enim ordine primò agent
reuellendo, deinde deriuando, & idem de frictionibus dicendum eſt, quę pariter remotioribus partibus
ſunt prius adminiſtrãdæ, deinde vicinioribus. *Modus* autem talis eſſe debet, vt earum cauſa fiat attractio,
ideò ligaturæ doloroſæ vt ſint oportet, quemadmodum & frictiones, quæ cum dolore & cum calore fie-
ri debent. *Tempus* autem idoneum adminiſtrandi erit poſt totius purgationẽ, & eo potiſsimum tempore,
quo menſes fluere ſolent.

De Hirudinibus. Cap. XXXIII.

HIrudines, ſunt materia auxilij euacuantis ſanguinem ſenſibiliter, tùm à toto, tùm à parte, vt ab eiſ-
dem indicentur, à quibus etiam venę ſectio & cucurbitulæ indicabantur, circa quarum rectam ad-
miniſtrationem nihil de quantitate dicendum occurrit, cùm eadem pariter ſint ſeruanda, quæ de
venæ ſectione & cucurbitulis dicta fuère, Circa *locum* tamen aliqua dicenda videntur, inprimis, quòd
cubito applicari poſsint, euacuandi ſanguinis gratia à toto, ſi plethoricum fuerit, ſatis compertum habe-
ri poteſt: quòd etiam infernis partibus applicentur, cruribus inquam & coxis reuulſionis & deriuatio-
nis gratia, nemo dubitare debet. An verò in locis conſuetis, nempe in venis hæmorrhoidalibus admi-
B niſtrare conueniat in hoc affectu, aliqua videtur eſſe controuerſia. Ex altera enim parte optimum vide-
tur in ſuppreſsione menſtruorum has venas aperire, fuit enim Hippocr. ſententia, quòd menſtruis de-
ficientibus, ex naribus fluens ſanguis, bonum ſit. Et Galenus in commento dicit, eum Aphoriſmum *5. Aph. 33.*
intelligi etiam poſſe de euacuatione, quæ fit per ſedem, ita vt hæc poſsit æquè iuuare in ſuppreſsione
menſtruorum, ſicut fluxio ſanguinis per nares; vt idem prorſus dicendum videatur, de euacuatione
facta per hæmorrhoidas. Nec obſtat, quòd Hippoc. loquatur de euacuatione per nares: ea enim ſem-
per fuit Hippoc. conſuetudo, vt ad vnius exemplum reſpicientes, vniuerſalem veritatem colligamus in
omnibus eiuſdem generis; quare non excluſit euacuationes per varia loca. Accedit, quòd ſi cæteras
euacuationes excludere voluiſſet, dixiſſet, in ſuppreſsis menſtruis ſolam euacuationem ſanguinis per
nares iuuare: qua autoritate ita nudè intellecta, ſi quis in praxi innitatur, longè lateq; aberrare poſſet,
quandoquidem ex altera parte videtur talem euacuationem per hæmorrhoidas minimè conuenire,
quoniam ex Galen. habetur, quòd exiſtente aliquo vicio in hemorrhoidibus, nempe immoderato flu- *Lib. curatiuo*
xu, expedit pro illius ſuppreſsione menſtrua prouocare, quia deriuando ſanguinem ab vtero, illum *per ſang. miſſ.*
moderat, & ſiſtit. A pari dicendum vice verſa, quòd eodem vtero plus æquo fluente, optimum erit
hæmorrhoidas aperire, quarum euacuatio vteri immoderatum fluxum deriuando, compeſcet. Quare
vtero non fluente, conſequenter in ſuppreſsione eius nequaquam præſtabit hæmorrhoidales venas
C aperire, quia ratione talis euacuationis, vterus adhuc magis ſupprimeretur, Quod Galenus etiam ob-
ſeruaſſe viſus eſt in muliere patiente profluuium muliebre, ad quod ſiſtendum vtebatur materia auxilij
euacuantis, per ſedem deriuando. Ergo, vbi ſuppreſſa erit vteri euacuatio, hæmorrhoidas aperire mi-
nimè conuenire videbitur, quia euacuantes ab vtero deriuando, magis ac magis conſuetam vteri eua-
cuationem impediemus. Cuius dubitationis reſolutio, cùm in praxi & ad finem plurimum conducat,
negligenda nullo modo erit. Sed diſtinguendum, de duplici ſuppreſsione, quarum altera eſt in habitu &
confirmata, vt nulla ſit ſanationis ſpes: altera eſt in habitudine, quæ ſalutis ſpem pollicetur, vt per con-
ſueta loca vacuatio denuò reuerti poſsit; ſi ſermo fuerit de ſuppreſsione in habitudine, ac proinde de il-
la, quæ curam admittit, ab illis euacuationibus cauendum omnino erit; quæ reuellendo aut deriuando
euacuant, quia ab iſtis magis ac magis contumax illa redditur, & tunc nec per venam cubiti, nec per hæ-
morrhoides ſanguinis euacuationem moliri oportet, & de tali ſuppreſsione Gal. loquebatur in muliere
illa profluuium patiente. Si autem ſermo fuerit de illa ſuppreſsione, quę eſt in habitu, & confirmata, cùm
nullis remedijs cedere amplius poſſe videatur, debet talis ſanguis ita præter naturam intùs cohibitus,
aliqua alia ratione vacuari, cumq; per venas vteri, vt per loca conſueta, educi nequeat, cõſultum erit, per
alia loca eius euacuationem tentare: ſiue deriuando facta fuerit, vt ſi venæ hæmorrhoidales aperiantur:
aut reuellendo, vt ſi per alia loca longinqua retrahatur, nẽpe ad nares, vel per venam cubiti. Et hoc mo-
do Hipp. loquebatur, quando dicebat, quòd menſtruis deficientibus, ſanguis è naribus fluens, bonum:
D non enim per talem euacuationem ſcopus erat menſes prouocare, cùm illius cauſa magis impediren-
tur, ſed potius quia ratione talis euacuationis, ſanguis in corpore violenter retentus, educebatur, idq;
cum patientis maiori iuuamento, quàm ſi intùs relinquatur, ad quod reſpiciens, dixit, bonum. A pari, in
tali ſuppreſsione in qua nulla eſt ſalutis ſpes, ſi ſanguis per venas hæmorrhoidales euacuatus fuerit, ob
eandem cauſam bonum, & laudabile erit; præſertim autem conuenit dicta euacuatio, per nares, inquam,
vel hęmorrhoides, ſi per dictas partes natura conſueuerit vacuationem moliri. Quod ſi per dicta loca vl-
la vnquam euacuatio obſeruata fuerit, non ſolùm per dictas partes, verùm etiam per ſectionem venę cu-
biti, vel malleoli facienda erit euacuatio.

De Cauterijs. Cap. XXXIIII.

CAuteria, ſunt materia auxilij ſenſibiliter vacuantis, indicati ab humore, qui ſenſim & aſsiduè gene-
ratur, qui conſuetum exitum non habens, intra corpus & præter naturam detinetur, cuius etiam
præſentia corpus alteratur, ſymptomatũq; magnitudo & numerus augetur, cui medici ſolent, alijs
nõ conferentibus, cauterijs occurrere, per quæ materia iſta, vt ſenſim generatur, ita propriũ emiſſarium
habeat, per quod extra corpus effluat. Quorũ vſus adeò ftequẽs hoc tempore habetur, ut in morbis om- *N. B. Cauterijs*
nibus materialibus & contumacibus, ad hæc, vt ad ſacram ancorã, confugere ſoleant: quantũ tamen be- *cautè admodum*
neficij inde colligant, videant ipſi, hoc vnum ſcio, multos non ſolùm nihil boni conſecutos fuiſſe, ſed illa *vtendum, etiam*
aliàs.

etiam ſupprimere coactos fuiſſe. Accedit, hoc remedij genus non eſſe ita tutum, cùm ſæpè experientia A comprobatum fuerit, in aliquibus in gangrænas degeneraſſe, vt ex adhibito potius remedio, quàm ex morbo mortui fuerint. Huius diuerſitatis cauſam multiplicē eſſe exiſtimo, inprimis quia patientes propriæ ſalutis valde cupidi, latentes & longas naturæ digeſtiones diutius ſuſtinere nequeunt. Secundò, quia medicus tanquam naturæ miniſter, in eandem reſpicere negligit, ad cuius tamen exemplar, procul ab omni errore operari poſſet, & quò illa vergit, per eadem etiam ducere, ſi per loca conuenientia id fecerit. At per hæc emiſſaria intempeſtiuè admota, naturam ſæpè cogimus, vt non ſolùm crudiorem materiam euacuet, ſed per eas etiam partes, ad quas nec poteſt, nec vult euacuare, quod cùm contingit, non ſolùm naturam rectè operaturā impedimus, & ante digeſtionis tempora ad euacuandum prouocamus, verùm etiam ad loca nō conuenientia, ſed oppoſita potius ſæpè & cum violentia illam auocamus: quod dum contingit, ex dictis cauterijs maius nocumentum quàm iuuamentum conſequimur. Præterea, ſæpè etiam accidit, quod medicus, vt artifex coniecturalis, ſedem generationis materiæ euacuandæ ignoret, qua ignota, neceſſarium eſt quoq; loci etiam opportunitatem ignorare, per quem materia iſta detenta educenda ſit. Nam ſi deriuandæ materiæ gratia cauterium facere voluerimus, locum propinquum ſedi affectæ eligere oportet: quemadmodum ſi reuulſionis gratiā id ipſum fiat, locum remotiorem, rectitudinem tamen ſeruantem cum ſede affecta, inuenire opus erit. At nondum optimè perſpecto loco, vbi materia generatur, neceſſarium quoq; eſt aliarum ſedium propinquitatem & remotionem, rectitudinem & obliquitatem ignorare, quod eſt in cauſa, vt medici optato fine fruſtrentur, & miſeri patientes, dupli- B catas moleſtias, toto vitæ ſuæ curriculo patiantur. Sed quidquid ſit, de hac auxilij materia plura hîc non dicam, quia alibi ex propoſito diffusè magis locutus fui. Sed ſupponendo, in *ſi preſſu menſtruis* cauteria locum habere ita indicante materia, quæ generatur & intùs cohibetur, ſtatuendum erit, poſt reliqua præſidia hæc quoq; tentanda eſſe, atq; hæc *modò plura* modò pauciora facienda erunt, pro maiori & minori copia materiæ, quæ aſsiduè generatur, & *tamdiu* detinenda erunt, quò ad præſentia genitæ materiæ adfuerit, & generandæ ſuſpicio habebitur. Sunt quin etiam *in eo loco* affigenda, vbi materia ſubſiſtit & quieſcit, niſi aliunde fluxerit. Quapropter merito vteri, ſupra genua affigi poterunt, quia deriuando euacuabunt. Ratione totius volunt applicanda eſſe alteri, vel vtriſq; cruribus: quemadmodum ratione partis, ſi hepar, aut ventriculus fuerit, in brachijs vtriſq;, vel altero fieri decernunt. Vbicunq; autem facta fuerint, *cùm fieri poſſint igne actuali & potentiali*, magis probatur, vt ferro vel auro ignito fiant, quàm cauſticis medicamentis: ignis enim actualis & ſine dolore & quàm citiſsimè & tutò aget, quæ alijs materijs nequaquā præſtamus, ideò ſi curatio, citò, tutò & iucundè fieri debet, prætermiſsis cauterijs potentialibus, actualibus vtendum erit.

De Pharmacia in Menſtruis ſuppreſſis. CAP. XXXV.

SEcundum genus medicinalium materierum ex fonte pharmaceutico deſumebatur, de quo in præſentia inſtitutum eſt agere. Pharmacia igitur eſt in duplici differētia, alia reſpicit corpus vniuerſum, C alia partem determinatam, & quia in praxi, totius prouidentia ſemper præmitti debet, & præſertim, vbi totum habet rationem cauſæ efficientis, fouentiſq; partem affectam, & cauſæ ſine qua non, ideò de iſtis materijs ſermo prius inſtituendus erit. Quare in ſuppreſsione menſtruorum, priuſquam ad localia deſcendamus, de *vniuerſo corpore* cōſideratio habenda eſt, quod ſi plethoricum fuerit, ſanguis etiam prius mittendus eſt, vt antea dictum fuit. Si autem plethoricum nō ſit, conſiderare oportebit an menſium defectus ſit, quia materia non generetur, an potius quia genita præter naturam cohibeatur. *Si non adſit præſentia alicuius materiæ in toto corpore*, vel in parte, nulla neceſsitas purgandi corpus habebitur, ſed ſolùm alterandi, vt ſi corpus fuerit plus æquo exſiccatum propter nimiam inediam, inſignem euacuationem, exercitium immoderatum, & ob alicuius febris diuturnitatem: huic occurrendum erit victus ratione ſubſtantificè humectante & reſtaurante deperditum humidum, huius auxilij materia, cibus erit, & potus, laudabilis chymi, & facilis coctionis: cuiuſmodi ſunt oua recentia & ſorbilia, carnes caponum, vituli, hœdi, phaſianorum, perdicum, ſuilla caro recens & iunior, ptiſana, amylum lacte paratum, lac humanum ex proprijs mammillis emulctum, iuſcula dictarum carnium, & quæ conſummata vocantur, vinum etiam boni & iucundi odoris, dum modò aliquid non prohibeat. Nec ſolùm tale corpus ſecundum internas partes ſubſtantificè humectari debet, verum etiam extrà: ideo probantur balnea tepida, parata tùm ex aqua dulci ſimplici, tùm etiam alterata cum maluis, lactucis, folijs violarum, hordeo, ſeminibus D melonum & ſimilibus. His verò præſtantiora erunt, quæ ex iure carnium parantur, & omnium præſtantiſsima, quæ ex lacte fiunt: hæc enim non nudis tantùm qualitatibus agunt, ſed ſubſtantificè etiam humectabunt. Poſt quorum vſum, præſtabit etiam Oleo amygdalum dulci, corpus vniuerſum inungere. *Vbi autem adfuerit præſentia materiæ*, ratione cuius conſuetus fluxus impediatur, ſtudium noſtrum primò erit, talem materiam remouere, & purgante medicamento educere, quod ſtatim fieri poteſt, dum modò aliquid non prohibeat. Quod autem prohibere poteſt, eſt craſsities & lentor materiæ, quæ purganti medicamento non cedit, niſi prius attenuetur, detergatur, & ad facilem motionem diſponatur, ideò præparantia medicamenta, quæ id præſtent, erunt primò adminiſtranda, ad quæ pariter, quamprimum deueniendum, niſi quidpiam pariter prohibuerit. Quod autem prohibere poteſt, eſt præſentia ſuperfluitatum primæ coctionis in ventriculo & inteſtinis exiſtentium, quæ prius ſunt remouendæ leniente aliquo medicamento. Tale autem, vel per ſupernum os educet, cuiuſmodi eſt *vomitorium*: vel per infernum & per ſeceſſum, cuiuſmodi ſunt clyſteria & lenientia per os exhibita. Vomitorijs vtemur, vbi aderit præſentia materiæ euacuandæ in ventriculo tantùm, præſertim ſi mobilis illa fuerit, & non in tunicis impacta: vbi autem in infernis tantùm inteſtinis extiterit, ſolis clyſterijs euacuari poterit. Si denique omnia inteſtinorum ſpacia occupauerit, leniens medicamentum per os erit præbendum.

A dum. Vbi igitur vomitorijs vti expediet, hæc eſſe poſſunt in triplici differentia, valida, mitiora & medio-
cria. Cùm hic ſermo habeatur de vomitorio, ratione qua leniens eſt, abſtinendum erit à valentiori, quo-
niam hoc cùm à longinquis partibus vim attrahendi habeat, indicatur etiam à materia tùm longius po-
ſita, tùm etiam concocta, quare vtendum erit leuiori, vel ſaltem mediocri, cuius vſum ſi craſsities & len-
tor materię impedierit, optimum erit ante exhibitionem vomitorij, talem materiã cum oxymellite, mel-
le roſato, vel Syr. acetoſo ſimp. præparare, & mobilem reddere, quæ præparantia ad ℥.j ſingulo mane &
abſq; diluto propinari poterunt, quia locus vbi materia præparanda reſidet, ita eſt propinquus, vt vehi-
culo aliquo non egeat. Imò ſcopus noſter eſſe debet, vt tale præparans diutius in ventriculo immore-
tur, vt ratione longioris moræ efficacius agat in dictam materiam, qua deinde præparata, faciliori nego-
cio educi poterit, conſequenter leui vomitorio, cuius materia parari poterit, ex qua hordei, vel iure vitu-
li, aceto permixto: ſi materia craſsior fuerit, vel melle roſaceo, ſi viſcida: vel Oxymellite, ſi craſsior & vi-
ſcidior ſimul fuerit, atq; hoc, modò ſimplici, modò compoſito, pro maiori craſsitie & viſciditate dictæ
materiæ. Quantitas autem aquæ vel iuris, ſit ab ℥.iiij. vſq; ad viij & x aliorum verò, ab ℥.v. vſq; ad ij. acci-
piendo verbi gratia: Aquæ hordei ℥.viij. Oxymel. ſimpl. ℥.xv. Miſce pro vomitorio. Tempus autem ex-
hibendi conueniens, erit ante cibum manè aut veſperi, niſi aliquid prohibeat. Quod autem prohibere
poteſt, virtutis eſt imbecillitas, ſiue in præſentia eiuſmodi ſit, ſiue immineat, vt etiam ex vomitorio talis
euadat: tunc enim cibus prius dandus erit, ratione cuius ventriculus roboretur, expultrixq; eius ad ex-
B pellendum fortior euadat. Vt autem vomitus facilius prouocetur, debet vomitorium exhiberi non fri-
gidum, ſed tepidum, vt ingratitudinis etiam ratione, nauſeam & vomitum magis excitet. Merito autem
excrementorum in infimis tantum inteſtinis exiſtentium, leniens *clyſter* admoueri debet, quod parari
poterit ex folijs maluarum, matrum violarum, altheæ, betarum, mercurialis, furfurum & ſimilibus, ex
ex oleo communi maturo, vel lini cum ſaccharo & modico ſale, iuxta hanc formam: ℞. Fol. maluar. ma-
trum viol. an. M.j. aquæ q.ſ. Miſce & fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis: ℞. dictæ decoctio-
nis ℔ i. Olei communis ℥ iij. vel iiij. Sacchari rubei tantundem, ſalis communis ℈ j Miſce pro Clyſte-
re. Debet autem hic Clyſter adminiſtrari ante cibum potius quàm poſt cibum, & præterea calidum po-
tius, quàm frigidum, quia virtus citius ac melius excitatur, vt copioſius operetur. Ex parte verò excre-
mentorum ſubſiſtentium in inteſtinis infimis, medijs & ſupremis, imò etiam in ventriculo, præſtabit vti
medicamento leniente *per ſupernum os* exhibito, per ſeceſſum tamen euacuando dictas ſuperfluitates: cu-
ius materia erit, Caſsia, El. lenitiuũ, ſebeſten, Diaprunis ſolut. ſimplex, Diacatholicũ, Hiera, Mel. roſat. ſo
lut. Syr. roſ ſolut. Mel violatũ ſol Syr. viol ſol. Mãna, & ſimilia. Ex quibus aliqua cõueniunt, vbi bilis ma-
gis abũdauerit, qualia ſunt Syr. roſ. violatus ſolutiuus & Mãna: aliqua vbi magis melancholia, vt El. leni-
tiuum, Diacatholicum: aliqua vbi pituita potius apparuerit, vt Mel roſaceum, Mel viol. ſol. & Hiera, quę
potiſsimum locum habebit, vbi pituita in ventriculo & inteſtinis hærebit, & vbi etiam ventriculus fri-
C gidior fuerit. Si aũt nõ magis hic, quàm ille humor redundare videatur, Caſsia eligi poterit, vel Diapru-
nis ſolut. quæ indifferenter quoſcunq; humores educere videntur. Doſis autem Syrupi roſati, Mellis
roſati & violati ſolut. erit ab ℥.ij vſq; ad ſex, pro copia materiæ, pro alui adſtrictione, ætate conſuetudine
& bonitate medicamentorũ. Diſſolui autem debent talia medicamenta cum decocto ſibi proportiona-
to, exhiberiq; poterunt per horas quatuor & quinq; ante cibum, iuxta hanc formam: ℞. Syr. roſ. ſol. ℥.
iiij. vel v. Aquæ cichorei ſtillat. q. ſ. Miſce & fiat potio. Quæ autem in *Bolo & potione* propinari poſſunt,
ſunt Caſsia & cætera electuaria propoſita, quorũ omnium doſis erit, ad ʒ.vj. ad xvij. variatur autem pro
eorum diuerſitate, de quibus proximè meminimus. In bolo igitur leniens ita perſcribi poterit: ℞. Flo-
ris caſsiæ, El. lenitiui, vel aliorum ʒ.x. Aniſorum ruditer contuſorum ℈.j. Miſce, & cum Saccharo fi-
ant boli, præbeanturq; per horam ante cibum: Caſsia enim medicamentum eſt familiare, & alimento
valde affine: ideò ſi diutius inedia ſuſtineretur, facilè poſſet in alimentum tranſmutari, quod nõ ita con-
tingit de illis Electuarijs, quæ ex alijs medicinalibus materijs conſtant, quæ poterunt per duas horas &
vltrà, ante cibum præberi, citra ſuſpicionem vt in alimentum vertantur. Si quis autem in potione potius
voluerit, cum proportionatis decoctis, diſſolui ſingula poterunt. Circa doſin autem ipſius Hieræ, aliqua *De Hieræ doſi Galenus.*
difficultas eſſe videtur, cùm in ea re Gal. contraria dicere videatur, nam 7. Meth. 11. habet, doſin Hieræ
triplicem eſſe, maximá, minimam, mediocrem. Maximam vult eſſe ℥.v. minimam ʒ.j.s. mediocrem, quæ
D interiacet inter vtramq;, octauo autem de compoſ. med. ſecundum locos cap 2. inquit, quòd maxima do-
ſis Hieræ ſunt ʒ.ij. aliter habet 2 de compoſ. med. cap. 1. vbi inquit magnam doſin Hieræ eſſe ʒ.j. mini-
mam eſſe ʒ.v. Quidam volentes hæc loca conciliare, dixêre doſin variari pro diuerſitate loci, vbi pituita
euacuanda reperitur, quę eſſe poteſt in cauitate ventriculi, vel in illius tunicis impacta. Si fuerit impacta,
cùm hæc maioris ſit reſiſtentiæ, eget etiam medicamento retinente maiorem vim illam euacuandi. Vis
autem omnis materialis tunc augmentum ſuſcipit, quando eſt in maiori quanto & tunc conueniet præ-
bere Hieram non ſolùm ad ʒ.ij. ſed iij & iiij. & hoc modo dicunt Galenum loqui 7. Meth 1. Si autem
ſermo ſit de pituita in cauitate ventriculi reſidente, quia hæc eſt minoris reſiſtentiæ, ideò faciliori ne-
gocio educetur, vt illius magna doſis ʒ.ij. excedere nequeat. Quæ ſolutio ad mentem Galen. non vi-
detur, cum 8. illo de compoſ. med. loquens de hac doſi, exemplificet de pituita imbibita: quare pro in-
telligentia dictorum locorum, duo erunt notanda. Primum, reſpicit componentia Hieram. Secundum,
ſcopũ indicantẽ illius vſum. Merito cõpoſitionis, ea duplex eſt, ex eodẽ Gal. locis citatis, alia fit ex drach-
mis centum Aloes, alia ex octuaginta. Si primo modo, ſumma doſis erunt ʒ.ij. ſi ſecundo modo, erunt ℥.
v. & ita loquitur Galen. 7. Meth. 11. alio verò modo intelligi debet 8. de compoſ. Ex parte autem vſus no-
tandum, quòd ea vti dupliciter poſſumus, gratia ſcilicet euacuationis, vel præparationis, ſi ſermo
fuerit de hiera gratia præparationis, tunc illa vtimur, quæ recipit Aloes drachmas octuaginta, hæc
enim propter aromata quæ recipit, & minorem quantitatem aloes, maiorem vim habet attenuandi,

& pręparandi impactos humores: altera verò potius euacuandi, hęc enim cum recipiat aloes drach. centum, A maiorem vim euacuandi, quàm pręparandi habebit. Ideo ſi materia pituitoſa impacta fuerit in ventriculo, conſequenter ſit magnæ reſiſtentiæ, indicabit prius eſſe præparandam, quàm euacuandam. pro cuius præparatione, vti licebit attenuantibus & detergentibus calidis, quorum materia erit hiera, quæ recipit ʒ.LXXX.aloes, qua dum vtimur gratia præparationis, magna doſis erit ʒ.j. minima autem ℈ j & ita intelligitur Gal. 2. de compoſ. med. Quod ſit verum, habet hoc loco, cum hiera componatur ex ʒ. C. aloes, & ex ʒ.LXXX. pręſtantius inquit eſt medicamentum, quod accipit ʒ LXXX. quam C quod dictum falſum eſſet, ſi de hiera loqueretur euacuationis gratia, quia euacuando magis præſtat illa hiera quæ recipit ʒ.C. quàm LXXX. At ſi intelligamus de hiera præparationis gratia, potius propinata, optime locutus erit: quoniam hiera, vt præparet materiam impactam, diu in ventriculo detineri debet, diu autem detinetur, ſi à ℈. vſq; ad ʒ. accipiatur, quá doſin ſi tranſeamus citius deſcendet, quia à maiori quanto, maiorem euacuandi vim acquirit, quàm præparandi, Hæc de doſi Quo ad modum exhibendi hieram, nō erit negligendus, præſertim cum hiera ſit amariſsima, conſequenter ingratiſsimum medicamentum, huic autem occurremus, ſi in bolo potius quàm in potione præbeamus, quemadmodum ſi permiſceatur cum conſerua de Betonica, vel Saluiæ: & præſertim hic modus eſt ſeruandus, ſi præparationis gratia illa vtamur, quia hac ratione diutius in ventriculo immoratur, vbi materia præparanda reſidet: quare accipere poterimus Hieræ ʒ j. conſeruæ de Beton. ʒ.ij. & bolum formare. Præparata autem materia, volentes il- B lam cum hiera euacuare, & non ſolùm cum hiera, ſed ad denteſetiam mel roſ. ſol. non debemus hæc duo ſimul permiſcere, & potionem facere, quia tanta eſſet illius amaritudo, vt à patiente ſuſtineri vllo modo poſſet, ideò conſultius erit hieram ſeorſum exhibere in bolo, ſtatim deinde præbere poterimus mel roſ. ſol. in potione. Obſeruandus quin etiam erit in praxi *ordo, in exhibendis illis lenientibus*, ratione cuius, conuenientem materię euacuationem conſequamur, ſecundò euacuando ſolùm iuuemus & vllo modo noceamus, quod fiet, ſi patientem præſeruemus, ne circa venas vteri maior obſtructio contingat, ideo ante exhibitionem dicti lenientis, pręſtabit pręmittere clyſtere, ratione cuius euacuentur ſuperfluitates contentæ in illis inteſtinis, & ſimul etiam fiat aliqua deriuatio, ab vtero ad inteſtina, quæ euacuatio clyſtere facta, niſi hieram per os exhibendam præcederet, facilè contingere poſſet, vt ab aſſumpta hiera, portio aliqua illius materiei ad vterum quoq; deducatur, quia hiera eſt ea materia auxilij, quæ omnium maximè ſolet per vterum euacuare, quare ex illius vſu, maior obſtructio fieri poſſet, quod nequaquam contin-

Lib. ad Poſthum. c. 8.

get, ſi per clyſtere materia illa prius educta fuerit. Gratia autem maioris euacuationis, pręſtabit ſi post medicamētum leniens ſumptum, nos exhibeamus ℔.v. vel ℥.x. ipſius Mulſæ, quod Gal. etiam obſeruaſſe viſus eſt Hæc de lenientibus.

De Præparantibus. CAPVT XXXVI.

C

Circa præparantia, hæc reſpicere debent genus materiæ præparandæ, illius qualitatem & locum affectum. Vt merito materiæ obſtruentis, debeant eſſe attenuátia & detergentia, conſequenter menſtrua prouocantia, quorum alia ſola partium tenuitate id præſtant, alia verò calefaciendo & humores fundendo. Merito autem loci affecti, cùm vterus ſit, debent cum ipſo familiaritatem habere, & ratione longinquitatis, vehiculum etiam retinere, vt ad illum vſq; locum deducantur. Materia igitur eorum præparantium, quæ partium tenuitate magis agunt quàm calore, ſunt liquiritia, cetrach, pentaphyllum, capilli veneris, polytrichon, aſparagus, malua, ſaxifragia, cichoreum, radix graminis, ſemina hordei, melonum, amygdalarum dulcium & huiuſmodi. Inter compoſita extát mel. roſ. Syr. acetoſus. Oxymel. Syr. de cicho. ſimp. & cætera, quæ ex Cichoraceis componuntur. Quę verò ratione potius caliditatis, humo-

Hipp. libr. de morb. mulieb.

res fundendo, menſtrua prouocant, multa ſunt, de quibus etiam Gal. 5. de ſimplici. med. paſsim & lib. curat. per ven. ſec cap. 18. ſunt autem betonica, ſaluia, artemiſia, maiorana, lauandula, ſeu pſeudonardus nepeta, epithymum, pulegium, thymus, hyſſopus, ſerpyllum, meliſſa, radix filicis, gladioli. Paulò valentiora ſunt, radix apij, dauci, ammeos, petroſelini, fœniculi, eryngij, raphani, ariſtolochiæ rotundæ & longæ, gentiana, origanū, calamenthum, eruca, myrrhis, naſturtium, mentha, polium, ruta, ſabina ſemina etiam eorundem, ſileris etiam montani, vrticæ, orobi, agni caſti, cicerum rubeorum, pœoniæ nigrę & ſimilium. His accedunt aromata omnia, cinamomum, iuncus odoratus, ſpica, coſtus, ſquinanthum, galanga, cyperus, gingiber, nux moſchata, zedoaria & cætera id generis. His adduntur ſtyrax, bdellium, opoponax, D therebinthina, myrrha, ſagapenum, galbanum, caſtoreum & reliqua id generis. Pręter hæc ſimplicia, non deſunt etiam compoſita, qualia ſunt Syr. de Beton. de duabus, de quinq; radic. Oxymel compoſ. ſquilliticum, Syr de epithymo, de polypodio, de cichoreo compoſitus, de cichoreo cum Rhabar. trochiſci etiá galliæ moſchatæ, rubiæ, ſagapeni, de myrrha, de eupatorio, de epithymo, de rhabarbaro, cyphodies, de capparibus. Accedunt etiam aromaticum roſ. diatrionpip. diacalamenth. diacyminum, diaſpoliti tryphera magna, mithrid. theriaca & reliqua id generis. His adduntur etiam vnguentum agrip. ægyptiacú, ex galbano & huiuſmodi: omnium verò validiſsima in menſtruis prouocandis ſunt materiæ auxilij electiuè ducentis, quales ſunt rhab. agar. ſena, elleborus niger & albus, colocintis, cant. ſuccus tithymali, flos æris, mezereon, ebulus. Quamuis autem hæc & plura menſtrua prouocantia habeantur, non iis tamen indifferenter vtendum, ſed cum aliquo ordine, ita vt inter initia & eo tempore, quo materia cruda adhuc conſpicitur, læuioribus tantùm uti liceat, quæ ſcilicet partiū potius tenuitate, quàm calore agant: repugnat enim cruditati materiæ, vt valentioribus euacuari poſsit citra maius nocumentum, quam iuuamentum, quandoquidem eorum vſu, pars tenuior materiæ crudæ educeretur, & craſsiores intus manerent, à quibus maior obſtructio fieret. Tempore autem quo materia ſuæ coctionis euidentia ſigna præ

1. Aphor. 22.

ſe fert, tutius erit ad valenter prouocantia aſcendere, quæ Hippocratis etiam fuit ſententia, qua monemur, concocta eſſe medicanda, cruda autem nequaquam mouenda: per medicationem, intelligens non

ſolum

A ſolùm euacuationem, quæ per ſeceſſum fieri ſolet, ſed per alias quaſcunq; partes, ſiue per ſudorem fiat, ſiue per lotium, ſiue per vterum qualis hæc eſt, de qua ſermo habetur. In vtroq; autem præparantium genere, cùm multi ſint gradus, ita erit progrediendum, vt in quolibet genere ſemper à leuioribus incipiamus, & ad valentiora ſenſim aſcendamus. Ex propoſitis itaq; materijs, multæ medicamentorum formæ præſcribi poterunt, decoctiones videlicet, infuſiones, ſucci, ſtillaticiæ aquæ, pulueres, ſyrupi, electuaria, trochiſci, balnea, ſeſsiones, fomenta, peſſaria, clyſteria, ſacculi, cerata, ſuffitus, & cætera id generis. Cùm autem ſermo de his materijs hoc loco habeatur, & habeant rationem auxilij præparantis, ideò præparans medicamentum debitam quantitatem ſeruare debet: vt ſi vtamur ſtillaticijs aquis, infuſionibus, vel decoctis, tempore hyemali in minori copia præbeantur & actu calida: in æſtate verò etiam frigidis vti poterimus, & in maiori copia, vt ab ℥.iiij.ad libram aſcendamus. Si ſyrupis vtamur, doſis non ſit vltra ℥.ij. Dilutis verò in duplum vtemur: ſi ſuccos potius eligamus, vel erunt condenſati, & horum doſis non tranſibit ʒ.ij. ſi nondũ condenſati, à ʒ.ij.ad viij & vltra aſcendere poterimus: ſi pulueres, vel trochiſcos, à ℈ j.ad iij.& iiij. peruenire poterimus, de quibus plura non dicam, ſed ad vacuantia deſcendo.

De Vacuantibus. CAPVT XXXVII.

QVoniam præparantibus vtimur euacuandæ materiæ gratia, ideò de eorum quoq; recta adminiſtratione loqui oportet, quæ tunc potiſsimum locum habent, quotieſcunq; materia concocta &
B præparata eſt, & nihil prorſus, ſponte naturæ euacuatur, vel ſolùm ex parte, tunc enim ſi tota, vel eius pars intus detineatur, facilè poteſt prauam qualitatem, vel putredinem ſuſcipere & Symptomata quæ adſunt intendere, vel noua etiam producere, quod ne contingat, Medici conſueuerũt medicamentis adhibitis illam educere, & quo natura vergit, ſi per conuenientia loca id fecerit. Ad illius quoq; imitationem, medicus per eadem ſolet euacuare, vt hinc ortum habeant plura genera euacuantium, vt alia per ſeceſſum, per lotium, per ſudorem, vel vterũ expurgent. Merito igitur eorum quæ per ſeceſſum purgant, varia ſunt, pro purgantis materię varietate, quæ ſi bilis fuerit, in communi vſu hæc ſunt, ſyr. roſ. violatus ſolut. manna, diaprunis ſolut. ſimplex & comp. electuarium de ſucco roſarum, ſpecies hieræ magnæ, quæ recipit ſcammonium, trochiſci violati, rhabar. pillulæ ex aloe, aureæ, de tribus cum rhabar. & reliqua eiuſdem generis. In quarum omnium materierum recta adminiſtratione, talis ordo pariter ſeruandus erit, vt in quibus morbis opus fuerit, non ſemel, ſed pluries expurgare, illa ſemper præmittamus, quæ mitiora ſunt, & ad valentiora ſenſim aſcendamus, quòd potiſsimum fieri conſueuit, vbi nihil adeſt quod prohibeat. Quod autem prohibere poteſt, eſt turgentia materiæ, vel eiuſdem decubitus in principem aliquam partem; tunc enim non ſolùm valentiori purgante quamprimum vtimur, verùm etiã nulla habita ratione de materiæ coctione, illud exhibebimus: at nulla vrgente neceſsitate, tutius erit mitiora ſemper eligere, vt tali medicamento, bilis peccans commodè educi poſsit: Accipientes rhabarbari electi ʒ.j.vel ℈.iiij aniſorum ℈ ſ.aquæ ſtillaticiæ, capillorum ven. ſaxifragiæ, hordei, q.ſ. Miſce & fiat infuſio, ſecundum artem, & facta d ligenti expreſsione: ℞. ſyr. roſ. ſolut. ℥.iij. mannæ electæ ℥ ij. Miſce & *Hippoc. primo aphor.*
C fiat potio breuis, quod medicamentum, ſi pro neceſsitate valentius reddere voluerimus, addere poterimus trochiſcorum violar. ʒ j. electuar. de ſucco roſarum tantundem: Tempus autem opportunum exhibendi tale medicamentum, non ſolùm erit poſt coctionem materiæ euacuandæ, verùm etiam poſt coctionem cibi nuper aſſumpti, & per horas quinq; & ſex, ante cibum propinari poterit, niſi aliquid prohibeat. Quod autem prohibere poteſt, erit virtus imbecillis, ſiue ex ſuperuenienti euacuatione talis euadat, ſiue ob alias cauſas; & ſi contingat vt patiens medicamentum in potione non admittat, in bolo perſcribere poterimus, accipientes Diaprun ſolut. ſimpl. ℥.j. vel floris caſsiæ tantundem, rhabar. electi pulueriſati ʒ j elect. de ſucco roſar. ʒ j & ſ. mannæ elect. ʒ.ij. Miſce & cum ſaccharo fiant boli quinq;. Si pillulas libentius acceperit, poterimus accipere ʒ.j. vel j. cum ſ. & ij. etiam ex propoſitis pil. & cum ſyr. de cichor. ſimpl. formare pilulas quinq; & inaurare. Si autem in corpore peccauerit potius pituita, habemus mel roſ. mel violat. ſolut. diaphœnicum, hieram ſimplicem, & comp. carthamum, agaricum, ſuccũ vtriuſque ſambuci, diaturbith, pillulas de hiera ſimpl. & compoſ. alephanginas, de agarico, cocchias, fœtidas & huiuſmodi: ex quibus omnibus ordinari pariter poterunt potiones, boli & pillulæ. Si potionẽ cupimus, ita perſcribi poterit, accipientes agarici trochiſcati ʒ j. vel ℈.iiij. gingiberis, gran. vij. vel viij. decoct. Betonicæ q ſ. Miſce & fiat infuſio ſecundum artem, & facta diligenti expreſsione, adde mellis roſ. ſol. ℥.iij.
D diaphœniconis ʒ.ij. Miſce & fiat potio breuis. Bolum verò formabimus tali pacto, accipientes elect. diacatholici ℥.j. Diaphœnic. ʒ.ij agarici trochiſcati ℈.iiij. Miſce & cum ſaccharo fiat Bolus. Si pillulas patiẽs cupiat, poterimus priores eligere à ʒ.j vſq; ad ij. cum melle roſ. pillulas quinq; formantes. Si ſcopus fuerit euacuare melancholiam, habemus epithymum, polypodium, folia ſenæ, & præcipuè orientalis, elleborum nigrum, confect hamech: pillul. etiam cocchias præparatas, de fumaria, de lapide lazuli, indas, aggregatiuas & conſimiles: ex quibus pariter materijs, medicamenta componere poſſumus, in potione, in bolo, & pillulis. In potione quidem vt ſi acceperimus foliorum ſenæ orientalis ʒ.ij. Epithymi, polipodij an. ʒ.j aniſorum ℈.ij. ſeri caprini q.ſ. Miſce fiat infuſio vt ſuprà, cui diſſoluere poſſumus mel. viol. ſolut. vel mellis roſati ſolut. vel etiã de fumaria ſolut ad ℥.ij. confect. hamech. ʒ.ij. Miſce & fiat potio breuis: quòd ſi valentius reddere voluerimus, pro infuſione addere poterimus cortic. ellebori nigri ℈.ij. In bolo autẽ hoc modo præſcribi poterit, accipientes elect. lenitiui ʒ.vj. pulueris ſenæ orientalis ʒ.ij. corticũ ellebori nigri ʒ.v. confect. hamech ʒ xv. Miſce & cum ſaccharo fiat bolus: eadem & de pillulis ratio habeatur.

De Localibus. CAP. XXXIIX.

VNiuerſo corpore ita expurgato, ad localia deueniendum erit, quæ pariter varia ſunt, pro cauſarum varietate. In primis, ſi menſtrua nõ fluant ob materiæ defectum & ratione inediæ, occurrendũ erit cum replétibus, quorũ materia alimentũ erit boni ſucci & facilis coctionis: cui tota reliqua victus

ratio correſpondere debet, ſecus è medio tollitur ipſa conceptio, quæ ſine generatione huius ſanguinis A ſuperflui, fieri nullo modo poteſt. *Si autem menſtrua non fluxerint, ob labefactatam facultatem* totius vel partis, cùm id fiat ob aliquam intemperiē, illi ſemper occurrendum erit cum alterantibus in contrarium. Quare ſi intemperies calidior & ſiccior fuerit, conſultum erit ab illis deſiſtere, quæ ſuo calore, & humores fundendo menſtrua prouocant; quia ab iſtis adhuc magis dicta intemperies augebitur, vt [illegible] ucta ſuppreſſionis cauſa, conſueta euacuatio magis cohibeatur. Propterea in illis potius erit inſiſtendum, quę temperata ſunt, vel ad frigidum & humidum magis vergunt, partium tamen tenuitate, obſtruentes cauſas remouere poſſunt, cuius generis ſunt folia maluarum, matrum violarum, altheæ, ſemina melonum, amygdal. dulces. hordeum, paſſulæ, lac & huiuſmodi, quibus vti licebit, tùm intus præbendo ſuccos & decoctiones in iure paratas. ex quibus etiam conſeruæ, & electuaria confici poterunt: ex eiſdem parantur etiam balnea cum aqua dulci inſeſsiones, & prȩterea corpus etiam totum inungi poterit cum oleo amygd. dulcium & liliorum alborū. Vbi autem locum habuerit intemperies potius frigidior, ratione cuius viæ ſint adſtrictæ denſatę, occurrendum erit cum moderatè calefacientibus & laxantibus, atq; iſtis pariter intus & extrà admotis, potiſsimum autem conducet balneorum ac inſeſsionum vſus, ſi ex floribus chamomillæ, anethi, arthemiſiæ, matricariæ, maluarum & ſimilibus parata fuerint. *Si deinde menſtrua non fluant, quia eadem facultas ſit potius impedita*, cum à multis cauſis impediri poſsit, varias etiam auxiliorum materias expoſtulabit: vt *ſi impediatur ratione materiæ genitæ*, quæ in alias partes raptū habeat, tunc materia iſta effluet, vel in his partibus detinebitur. Si intus detineatur, omni ingenio educenda erit. Si autem effluat, cùm B ratione huius mulier infœcunda reddatur, ſcopus erit talem materiæ motum ad conſueta loca auertere, atq; tunc locum habebunt materiæ auxilij reuellentis, quales eſſe poſſunt venæ ſectio, cucurbitularum applicatio cruribus & coxis, frictiones, ligaturæ, lotiones, linimenta, balnea, inſeſsiones, peſſaria, ſuffitus & reliqua. Vnde ſi ſanguis ſurſum petat, & per vomitū & narium venas euacuetur, pro ſterilitate remouenda, ad propoſitas materias reuellentes deueniendum erit, vt merito ſectionis venæ, ſecari debeat in partibus remotioribus, non quidem ſupernis, ſed infernis, cuiuſmodi ſunt malleolorum venæ, & modò in dextra, modò in ſiniſtra parte, ſeruata ſemper rectitudine cum partibus ſuperioribus magis affectis. Eadem ſit ratio de cucurbitulis, quæ eiſdem cruribus primò erunt affigendæ, quas ſi repetere opus fuerit, deriuandæ materiæ gratia, coxis etiam admoueri poterunt, & ſecundum partem earum potius internam quàm externam. Eadem ratio habenda erit, in adminiſtrandis cucurbitulis non ſcarificatis, & frictionibus; lotiones etiam, in eiſdem partibus negligendæ non erunt, paratæ tamen ex moderatè calefacientibus & aperientibus, & eo modo admoueri debent, vt actu calidæ fiant, vt vtriuſq; caloris ratione, non ſolùm à ſupernis partibus attractio fiat, ſed viarum quoq; apertio, ex quo ipſo decocto in eundem vſum parabuntur inſeſsiones, in quibus omnibus, ea ſemper permiſcenda erunt, quæ laxandi vim etiam habeant: vt ſunt folia maluarum, matrum violarum, radices altheæ & huiuſmodi, hac enim ratione, nullum periculum imminebit de maiori obſtructione, quod ſane contingere poſſet, ſi ſolis calefacientibus C vteremur, ex quorum vſu partes tenuiores detentæ materiæ reſoluerentur, & craſsioribus relictis maiorem duritiem acquirentes, obſtructionem etiam valentiorem redderent; quod ne contingat, laxantia permixta prohibebunt. *Si deinde menſtrua non fluxerint, quia facultas impediatur à cauſa obſtruente venas*, non ſolùm vteri & colli ipſius, ſed earum quoq; partium, quę ad vterum deducuntur. Huic obſtructioni occurrendum erit, cauſas ipſius remouendo, quæ cùm eſſe poſsint materiæ copia, craſsities, aut lentor; copiæ occurremus euacuando, cuius euacuationē, ſi materiæ cruditas, craſsities & lentor prohibuerint, priori loco erit coquenda, & præparanda, deinde euacuanda. Quorum auxiliorum materiæ, quædam intus exhibentur, quæ præcipuè locum habent, vbi obſtructio in internis magis venis fuerit, quæ ad vterum deducuntur, alia extrà admouentur, quorum vſus magis habendus erit in ea obſtructione, quæ venas vteri & colli eius potius occupat. Si igitur expedierit, illis aperientibus & menſtrua prouocantibus vti, quæ per os exhibentur, locum habebunt omnia ſuperius enumerata, tùm ſimplicia, tùm compoſita. vt merito ſimplicium conueniant illa, quæ partium tenuitate & caliditate agunt, eiſdemq; modis & formis propinabuntur, ſicuti dictum fuit. Eadem ſit ratio de compoſitis, ſiue parata habeantur, ſiue pro noſtro arbitrio ex iam propoſitis materijs componantur. Et inter cætera, ſummè laudantur trochiſci de myrrha, vt ex ſententia ipſius Rhaſis, quorum vſus non ſolùm ſuppreſſa menſtrua prouocare poſsit, verum etiam mortuum fœtum educere. Dari autem poſſunt cum aliquo vehiculo, vt cum ℥.iij. & iiij. ipſius mulſæ ſin- D

Lib. de præcog. ad Poſthum. 8. gulo mane, vel cum aqua ſuccharata, vel iure cicerum rubeorum, ſaccharo permixto: nam ex Galen. & experientia habetur, vterum rebus dulcibus ſummoperè oblectari, vt medici etiam teſtentur, quod eadem medicamenta vario modo exhibita, modò lotium, modò menſtrua prouocēt: Si cum dulcibus permixta fuerint, menſtrua magis prouocabunt: Si autem ſine his, lotium potius mouebunt. Oportunum verò tempus exhibendi talia medicamenta, erit non ſolùm poſt totius euacuationem, ſed ſtatim etiam à balneo, hoc enim tempore, viæ ſunt paratiores & magis apertæ: & præſertim ſi illius etiā temporis ratio habeatur, in quo pro conſuetudine, talis expurgatio per vterū fieri conſueuerat; hoc enim tempore, natura aliqua ratione materiam commouere ſolet, quæ adiuta à propoſitis medicamentis, faciliùs poterit per conſueta loca vacuationem repetere. Quod deinde attinet ad ea, *quæ extrà adminiſtrantur*, nō eſt vt de his multa dicā, cùm pariter illæ eædem materiæ, & rationes conueniant, de quibus ſuprà locuti fuimus. Quare eadem balnea, inſeſsiones, fomenta, lotiones, ſuffitus & reliqua conferunt; in quorum omniū vſu,

Nota. illud perpetuò obſeruandum erit, vt dum fiunt balnea, aut inſeſsiones, non ſolùm fiant in pura & ſimplici aqua, ſed probatur magis aqua ſtillatitia ex illis parata, quæ vterum reſpiciunt: hæc enim & partiū tenuitate, & familiaritate, quā cum vtero habet, efficacior videtur. Permiſcere quin etiā debemus ſaccharum aut mel, vt ratione dulcedinis maiorē agendi vim in vterum habeant. Præſtabit etiam eadem in vino parare, & vino dulci potius, quàm auſtero, Alterari autem poterunt, modò cum his quæ prouocant menſtrua

A menſtrua ſola partium tenuitate,& laxandi vim etiam habent,præſertim ſi vteri denſitas adfuerit,modò
illis vti magis conuenit, quæ calore etiam vim habent maiorem attenuandi, pro diuerſitate materiæ ob-
ſtruentis.In eundem vſum,præſtabit etiam inũctiones adhibere,ad partes vteri,& in illis præſertim mu-
lieribus quæ balnea,vel inſeſsiones non admittunt, quæ pariter poterunt parari ex laxantibus & calefa-
cientibus,vt merito laxantium,conueniat oleum amyd.dulc.recens,liliorum alborum,vel pinguedo vi-
tuli & humana. Merito autem calefacientium, vti poterimus oleo rutaceo, de mentha, de ſpica vnguen-
tareorũ, belzoino & ſimilibus . Et ſi efficacioribus opus fuerit, permiſcere poterimus portionem aliquã
alicuius olei ſtillaticij , & vt vterus talia facilius ſuſcipiat, & iuuamentũ habeat, in praxi id perpetuò ob-
ſeruandum, vt aliqua odorata permiſceamus, quibus vterus & ſpiritus eius maximè oblectantur, cuiuſ-
modi ſunt moſchus,ambra,ſtyrax,belzoinum,calamita & huiuſmodi. Quemadmodum,ſi iuxta hanc for
mam inunctio paretur, accipientes olei amygd. dul olei rutacei, de ſpica vnguentariorum an ℥.xj. cala-
mitæ ℈ v.moſchi gran.xj. miſce pro inunctione. Si ad linimẽti formam hanc inunctionem deducere cu-
pimus,illi addere poterimus pinguedinem gallinæ aut vituli,vel medullam cerui,mucilag. fænugr.ſem.
lini, quibus potiſsimum vtimur, vbi etiam ratione duritiei menſtrua non fluunt . Locus autem inun-
gendus , non ſolùm erit ſecundum internas vteri partes, verùm etiam externas, quare inunctio fieri po-
B terit in pube, & inter anum & vuluam: his autem & ſimilibus potiſsimũ vtendum, ſtatim à balneo. Hoc
eodem tempore, negligenda etiam illa non erunt, quæ plantis pedum applicari poſſunt, quæ partes tùm
ratione rectitudinis cum vtero, tùm magni conſenſus cum eodem, maximè poſſunt alterationem quam
recipiunt, illis etiam communicare , quod fit propter inſignes venarum,arteriarumq́; propagines , quæ
ad dictas partes ducuntur. Quapropter geſtatio ipſius ſabinæ,rubeæ tinctorum,vrticæ, matricariæ & ſi-
milium ſub dictis plantis pedum, maximè prodeſſe poterunt : vel eorum loco, inungi poterunt eædem
partes cum ſuprà dictis oleis Præter propoſita auxilia, illa etiam accedunt,quæ intus immittuntur, cu-
iuſmodi ſunt peſſaria, clyſteria,ſuffitus & huiuſmodi. Quo ad *peſſaria* attinet, varia hæc erunt, pro varie-
tate ſupprimentis cauſæ,quę ſi fuerit durities vteri,vel calloſitas eiuſdem,in emollientibus erit inſiſten-
dum,qualia ſunt quæ parantur ex radice altheæ,malua & ſimilibus,prius tamen iſtis oblinitis,& laxante
aliquo oleo imbutis,nempe oleo amygd.dulci.liliorum alborum,vel mulſa,vel cremore,paſſularum,vel
pinguedine etiam aliqua iam propoſita. Poterunt quinetiam dictę radices & folia,in dictis oleis,vel pin-
guedinibus decoqui,mox cõtuſis & tenuiſsimo linteolo exceptis,ad digiti formam deducere, & filo ap-
penſo intra vuluam immittere Lana etiam ſuccida, dictis oleis imbuta & ad digiti formã redacta, intro-
mitti etiã poterit. Si deinde poſt lenitionẽ duritiei, cum prædictis ceruinam medullam acceperimus, &
includatur pariter in linteolo raro , in mulierisq́; pudendũ recondatur, multum conducet in educendis
menſtruis ex duritie ſuppreſsis. Vbi verò nõ fluxerint,ob venarum potius obſtructionem, ſi obſtructio
C facta fuerit à materia craſſa & viſcida,qualis eſt pituita & melancholia,peſſaria conficienda erunt ex ma-
terijs auxilij calefacientis,attenuantis,detergentis & aperientis. In quo genere extant materiæ valentio-
res & minus valentes, in quarum vſu a leuioribus auſpicãtes, parare poterimus in primis peſſaria,ex ra-
dice petroſelini,apij,dauci,fæniculi,matricariæ,arthemiſiæ, myrrhidis, & ſimilibus; quæ decoqui pote-
runt in oleo chamomel anethino,ol. de ſpica vnguentariorũ,de ruta,liliorũ alborum cum aromatibus &
ſimilibus,quibus ita optimè coctis & cõtuſis,modico croco permixto,& moſcho,excipi poterunt vel in
zirbo caſtrati,vel in linteolo raro, & formato peſſario,in vuluam immittere. Si pauló valentiori peſſario
fuerit opus,parari poterit ex valentioribus calefacientibus,cuiuſmodi ſunt ſabinæ folia,rubeæ tinctorũ,
radix centaureę minoris,gladioli ſeu iridis & huiuſmodi;quæ pariter decoqui poterũt in oleo petroleo,
vel laurino,additis odoratis & ad formã peſſarij deducere Valentiora adhuc peſſaria erunt, ſi componan-
tur ex materijs determinatos humores euacuantibus , vt ſi ſuppreſsio facta fuerit ab obſtruente pituita,
accipere poterimus agarici trochiſcati,carthami,ſingulorũ ℈.iij. decoctionis matricariæ, arthemiſiæ,in
mulſa vel aqua ſaccharata factæ,in qua illa infundi debent per noctem, vt ab illis non ſolum calefaciendi
& attenuandi, ſed etiam euacuandi vim acquirant, mox perunctis cum dictis oleis , per modum peſſarij
immitti debent. Parari etiam poterũt ex magnis Antidotis,ex theriaca & mithridato & alijs,vt ſi accepe-
rimus Theriacæ,mithridati,diateſſaron an. ℥ v.nigellæ & mirrhæ ana ℈.j. & ſimul cum bombace, vel la-
na contundantur,& ad formam peſſarij deducantur,& immittantur: vbiq; etiam familiares materias ha-
D bere poterimus,quibus talia peſſaria fient. cuiuſmodi ſunt allium, radices raphani, radices & ſemina vr-
ticæ & aliorum propoſitorum. Ex allio enim cõtuſo,& oleo de ſpica permixto, & raro linteolo excepto,
ſatis potenter ſuppreſſa menſtrua euocantur,& vterũ etiam mira quadam voluptate afficitur & repurga-
tur,vt tali ratione, plærisq; mulieribus ad concipiendum etiam via paretur. Idem ſtatuendum erit,ſi ob-
ſtruens materia melancholica fuerit,tunc enim ſi expurgantibus peſſaria conficere voluerimus,infuſio-
nes,decoctiones & reliqua parari poterũt. ex illis materijs,quæ talem humorem educere poſſunt: cuiuſ-
modi ſunt epithymũ,ſena,cortices ellebori nigri & huiuſmodi,ad quæ & ſimilia valentiora,Hippoc. etiã *Lib. de morbis*
quandoq; aſcendit; ex quibus,ad priorũ ſimilitudinem,peſſaria præſcribi poterunt. Pro eodem vtero,ex *muliebr.*
dictis materijs *clyſteria* etiam parari poterunt,quę pariter varia erunt,pro multiplici vteri affectione,vt ſi
duritie & calloſitate aliqua correptus fuerit, ex propoſitis laxantibus & emollientibus cõponenda ſint,
ſiue olea ea fuerint,ſucci aut decocta,pinguedines aut medullæ. Quãtitas autem modica eſſe debet,quia *Gal. 5. meth.*
loci anguſtia,maioris copiæ nõ eſt capax. Tempus vniuerſale poſt totius euacuationẽ eſſe oportet,par-
ticulare aũt erit ante cibum,& eo modo admiſtranda erunt, vt nõ frigida, nec calida, ſed tepida inijcian-
tur,pręmiſſa tamen viarũ oblinitione cum oleo amygdalino,butyro & ſimilibus,vt inſtrumentũ facilem
ingreſſum habens,in tranſitu ſuo nullũ dolorem producat. Si idem vterus obſtructione detentus fuerit,
à materia craſsiori & lenta productã,qualis eſt pituita & melancholia, eligendæ erunt illæ materiæ atte-
nuantes,calefacientes,& detergentes; quare parari poterit ex decocto arthemiſiæ,matricarię,myrrhide,

thymo, & alijs iam propoſitis, decoctioq; fieri poterit in mulſa, aqua ſaccharata, vel in vino etiã dulci, & A
vrgente neceſsitate, aſcendere etiam poterimus ad illas, quæ eandem materiam ab vtero euacuare poſ-
ſint, quæ ſi pituitoſa fuerit, capere poterimus decoctũ carthami & agarici trochiſcati, vt omittam turbith
& pulpam colocinthid. quæ valentiora ſunt, addendo etiam aliqua aromatica. Si aũt ſcopus fuerit melan
choliam potius educere, parandus erit clyſter ex decocto polypodij, epithymi, fumariæ, centaureæ, fo-
liorum ſenæ & ſimilium. Tempus verò oportunum erit, nõ ſolùm poſt totius euacuationẽ, verùm etiam
poſt materiæ præparationem. Præter clyſteria, conferunt etiã *ſuffitus ſeu euaporationes*, quæ potiſsimũ lo-
cum habebunt in illis mulieribus, quę clyſteria, aut peſſaria nequaquã admittunt, aut quia virgines ſunt,
aut ob aliam cauſam. Hæc aũt ſuffumigia, varia & ipſa ſunt, pro affectionis varietate: quare in duritie &
calloſitate vteri, ex dictis laxantibus & emollientibus parari poterũt, permiſcendo ſemper odorata: quẽ-
admodum ſi acceperimus, decoct. maluarũ, matrũ violarũ, paſſularũ dulciũ, ſerpilli, thymi maioranæ, ci-
tri, addendo etiam modicũ galliæ moſchatæ, ſtyracis aut moſchi, omnibus in mulſa aut vino odorato de-
coctis, vti poterimus, vt vaſe vndiq; bene cooperto, vapor in vterũ ſuſcipiatur, mediante arundine, cuius
altera extremitas à ſummitate vaſis dicatur, & ſecundũ alterã in vuluã recipiatur: ſic enim vapor aliũde
tranſpirationẽ non habens, mediante arundine, vtero cõmunicabitur. Poſt talem ſuffitũ, vterus inungi
poterit cũ oleo amygd. dulciũ. Vbi aũt locum habebunt obſtructiones, parabuntur ſuffitus ex materijs
calefacientibus & attenuantibus. & vrgente neceſsitate, euacuantia iam propoſita, permiſceri poterunt.
Quemadmodũ ſi acceperimus, arthemiſiæ, lauandulæ, thymi, matricariæ an. M. j. cinamomi, ſtyracis an B
xxxv. & in vino dulci vel mulſa decoquãtur, & pro ſuffumigio parentur. Parari quin etiã poterit, ex thu-
re, ſtyrace, bdellio, æqualibus partibus acceptis & ſuper prunas poſitis, vt ſuffumigiũ fiat: omitto inun-
ctiones & inſeſſiones, de quibus ſuprà. *Si deinde menſtrua nõ fluant ob pinguedinẽ*. tota curatio conſiſtet, in re-
cta potius viuendi ratione, quàm in cæteris auxiliorũ materijs: quare, vniuerſa victus ratio extenuans &
exſiccans eſſe debet, quemadmodũ econtrà, *ſi menſtrua deficiunt, quia nõ generentur*, vt in corpore febrici-
tante, vel ex longa inedia emaciato, curatio conſiſtet tùm in ablatione febris, tùm in corporis reſtaura-
tione & refectione, largiori victu & optimi ſucci ac facilis coctionis peracta. De illa verò ſuppreſsione,
quæ fit à *tumoribus* comprimentibus, vel ab vlcere, conſultò nõ tracto, quia de hac agere, eſſet curationẽ
vlcerum atq; tumorum proponere. De illa deniq; ſuppreſsione, quæ fit *ob cicatricem vteri*, tractare non eſt
opus, ſed vt incurabilis, prætermittenda erit. Victus autem ratio, ea ſemper ſit, quæ proportione corre-
ſpondeat cauſis obſtruentibus & propoſitis medicamentis.

DE PRAEFOCATIONE MATRICIS.
CAPVT XXXIX.

QVamuis doctrinæ ordo expoſtulare videatur, vt poſt tractationẽ de ſuppreſsis menſtruis, de im
moderato profluuio eorundem ſermo habeatur, vtpote de illo ſymptomate, quod ſuppreſsioni C
valde opponitur, non propterea legibus dicti ordinis repugnabimus, ſi de præfocatione matricis,
orationem interpoſuerimus, quæ affectio, ob magnam affinitatem quam habet cum ſuppreſsione, in eſ-
ſentia, loco affecto, cauſis & curatione, priorem etiam tractationẽ expoſtulare videtur. Cuius initium, à
notione nominis accipietur. Nam *per ſuffocationem matricis, intelligo* illud ſymptoma, ratione cuius, mulier
ob affectum vterum, ſecundum vniuerſum corpus ſuum valde refrigeratur, reſpirationem & pulſationẽ
amittit, nonnunquam ſenſu ac motu voluntario priuatur, vt ab omnibus inſpicientibus, mortua potius,
quàm viua iudicetur. Quem affectum, Latini vocant vteri ſtrangulatum, quia in ipſo mulieres eandem
ſuffocationem pati videntur, ac ſi ſtrangularentur. Alij ablatam reſpirationem nuncupant, nomine de-
ſumpto à loco affecto, aut à ſuperuenienti ſymptomate. Paulus & Aetius, vteri peruerſionem, & ad ſupe-

Vterus non eſt animal.

riora vel ad latera recurſum, appellant: Non quia in hoc affectu vterus inſtar cuiuſdam animalis localiter
per corpus moueatur, vt Plato quandoq; dixiſſe viſus eſt. ſed potius quia in tali vitio vterus contrahitur
ad ſuperiora, vel ad latera peruertitur. Et quamuis cordi officiat, ſyncopem faciendo, & pulmonibus ac
diaphragmati reſpirationem impediendo, non tamen hæc & ſimilia in muliere præfocata contingunt,
quia vterus per corpus erret, vt qui ad ſeptum tranſuerſum perueniens, reſpirationem impediat, & ad
cor pariter aſcendens, meatum ſpiritus obſtruendo, animi defectum faciat. Hoc enim ſenſui repugnat, &
ijs quæ in diſſectionibus apparent, cæteriſq; omnibus functionibus, naturalibus ac voluntarijs obeun- D
dis aduerſatur, vt iurè optimo Gal. hanc ſententiam pluribus & demonſtratiuis rationibus confutaue-
rit. Non propterea credendum eſt, Platonem philoſophum alioquin diuinum, eius fuiſſe opinionis, vt
illius verba ſignificare videntur, ſed exiſtimo ego, vt per vterum potius intellexerit, malignum corru-
ptumq; illius vaporem, à cohibito ſemine, aut menſtruo ortum, qui ſubſtantiæ ſuæ tenuitate, ac promptâ
mobilitate, inſtar cuiuſdam animalis per corpus mouetur & errat, ſuaq; venefica & corrupta natura, cæ-
teris partibus omnibus corporis plurimum nocere ac officere poteſt: & pro illarum diuerſitate, varijsq;
officiorum generibus, modò reſpirationem tollit, ſi ſeptum tranſuerſum petierit: modò lipothymiam fa-
cit, ſi cordis ſubſtantiam magis occupauerit: modò corpus totum vehementer refrigerat, ſi per vniuer-
ſam illius anatomiam ſe diffuderit. Ab horum autem vaporum minera, replente vaſa ad vterum pertin-

2. de part. animal. c. 7.
Ariſtotelis ſententia de cerebro.
8. de vſu part. cap. 3.

gentia, eiuſdem retractio & conuulſio oritur. Hac eadem ratione pariter puto, non ſolùm diuinum Pla-
tonem à Gal. calumnijs facilè vendicari poſſe, verùm etiam Ariſtotelem, qui ſtatuere viſus eſt, cerebrum
factum fuiſſe frigidæ & humidæ temperaturæ, tùm ob proprias functiones edendas, tùm etiam propter
cordis feruorem contemperandum. Quam ſententiam Galen. ſecundum nuda verba conſiderans po-
tius, quàm germanum ſenſum, illam etiam reprobat, & ea ratione innititur, quia oportuiſſet naturam fe-
ciſſe hæc duo membra magis propinqua, vt mutuo contactu, vel ſaltem maiori vicinia facilè contempe-
rari poſſent. At videmus has duas partes non ſolùm per ſatis magnam diſtantiam differentes collocaſſe,
verùm

A Verùm etiã inter vtraſq; multas alias interpoſuiſſe, vt diſtantiæ huius ratione, & partium interpoſitione, nequaquã rationabile videatur, quod de illarũ partiũ actione & paſsione Ariſtot. ſenſiſſe viſus eſt. Quæ Gal.ratio, etiã ſi probabilitatẽ aliquam, continere videatur: Si tamen ipſius Ariſtot. mentẽ magis penetremus, optimè locutũ fuiſſe inueniemus, & Gal.improbatione dignũ magis iudicabimus: Ea enim fuit, ni fallor, Ariſtot.opinio, cerebrũ videlicet frigidũ & humidũ fuiſſe, vt cor calidius & ſiccius contemperaret, hoc eſt, vt ſpiritus vitalis cordis partiũ omniũ noſtri corporis calidiſsimus, in cerebrũ influens, ab eius temperatura cõmoderaretur, & hac ratione animalis euaderet: ac proinde facultatũ omniũ animalium cerebri idoneũ inſtrumentũ, pro earũ muneribus & officijs obeundis exiſteret. At ne à principali nobis propoſito ſcopo digrediendo, nimis recedere videar, ſuppoſita nominis explicatione, ad *ſubiectæ rei eſſentiam* indagandam accedo, quæ cum ex cauſarũ inuentione & cognitione pendeat, formali inquã, materiali & efficiente, ideò ſtudiũ meum erit ſingulas diligenter inueſtigare, & examinare. Prima omniũ formalis occurrit, communi aũt medicorum omniũ conſenſu iam diu confirmatũ habetur, *quòd præfocatio matricis in genere ſymptomatum ſit:* quãuis in ſpecie determinata diſſentire videantur, vt quidã ſtatuant eſſe in genere læſæ actionis: alij, exeũtis mutati: nõnulli in qualitate mutata potius collocant. Quorũ controuerſijs conſultò prætermiſsis, ego facilè credo, ſub quocunq; genere indifferenter collocari poſſe: inprimis, qualitas mutata dici poteſt, ratione qua in hoc ſymptomate naturalis & tãgibilis vteri ac totius qualitas, alterata immutataq; eſt, & per frigidũ à ſtatu naturali plurimũ recedit; nã huius ſymptomatis præ-

B ſentia, mulier vſq; adeò perfrigerari conſueuit, vt à cadauere vix diſtingui poſsit. Nec propterea confundimus ſymptoma cũ morbo, quia perfrigeratio iſta, quæ præfocationẽ ſequitur, à morbo in intemperie frigida longè diſtat. Nã refrigeratio iſta, affectio quædã eſt, morbũ in via conſequens, ac proinde eſt ſymptoma, in tangibili qualitate mutata conſiſtens, intemperies autem frigida, affectus potius eſt, & ex morbi genere, ſub quo præfocatio matricis nullo modo collocari poterit: vt quidam moderni ſecus ſentientes, in magno errore verſantur. Quam veritatẽ tùm alia, tùm illius generationis modus clarè oſtendere poteſt; quandoquidẽ præfocatio, nõ ſenſim & longiori tempore fit, ſucceſsiuaq; incrementa ſuſcipit, ſed vt citò oritur, ita etiã citiſsimè quandoq; deſinit, vt ſpacio vnius horæ miſeras mulieres quandoq; interficiat. Ergo morbus in intemperie eſſe minimè poterit, cùm Galeno teſte intemperies, nec citò fiat nec citò deſinat: quo eodem fundamento innitebatur probando epilepſiã eſſe ſymptoma, quod in morbum in intemperie nullo modo reduci poterat, ſed potius in morbum malæ compoſitionis & in via. Præterea, ſi refrigeratio hæc, quæ in præfocatione obſeruatur, morbus eſſet in intemperie frigidiori, ea certè nõ remiſſa, ſed valde intenſa eſſe deberet, cùm vniuerſum corpus adeò frigeſcat, vt corpori mortuo coæquetur; & propterea calefacientibus vtero & toti admotis tolleretur; quod tamen eſt falſum, & Galeno etiam repugnat, qui apertè teſtatur, curari quandoq; hanc præfocationẽ, nullis remedijs vtero adhibitis; ſed ſola ſeminis, vel menſtrui euacuatione per eundem vterum facta. Quare præfocatio matricis ita erit totius perfrigeratio, vt nequaquam morbus ſit in intemperie, ſed potius ſymptoma in qualitate mutata. *3.de loc.aff.cap. 7.* *6.de loc.aff.cap. 5.*

C Quòd etiam dici poſsit ſymptoma in exeunte mutato, patet, quia in hoc vitio intùs & præter naturam retinetur, quod naturaliter exire deberet. Quod aũt cohibetur ex Hippoc. & Gal.eſt ſanguis menſtruus, vel ſemen, vel vtrumq; ſimul, à quibus deinde eleuatur aura quædam frigida & venefica, quæ alterando & agendo tantæ eſt efficaciæ, vt in alias partes corporis ſe diffundens, tùm varia ſymptomata producat; tùm potiſsimum corpus totum inſigniter refrigerando immutet, vt ſuo loco clarius conſtabit Quæ duo ſymptomatum genera, ſub quibus præfocationem contineri diximus, ea affinitate coniuncta eſſe videntur, vt perfrigeratio vteri & totius non fiat, ſine præcedenti retentione dictarum materierũ, & iiſdem pariter euacuatis, nullisq; alijs remedijs vtero adhibitis, auferatur ſymptoma & in priſtinũ ſtatum mulier reuertitur. Hæc ipſa præfocatio, ſi quis etiam in læſam actionem magis referre voluerit, non repugnabo: nam ea ratione, qua materia per vterum non effluit, quæ alioquin effluere deberet, actione expultricis vteri ablata, poterit in genere actionis læſæ etiam reponi. Erit igitur præfocatio matricis, actio ablata expultricis vteri: eadem erit exiens mutatum, quia retinetur, quod omninò exire deberet: deniq; erit, & qualitas mutata, ratione qua vterus & corpus vniuerſum perfrigeratum obſeruatur: & hæc de forma. *Affectus verò locus, in hoc ſymptomate erit vterus,* qui perpetuò patitur, & illius cauſę cęteræ quoq; partes omnes in conſenſum trahuntur, vt non immeritò à priſcis illis medicis huiuſmodi affectiones hyſtericę vocatæ fuerint, quia ad vterum tanquam ad radicem pertinent. Communicat autem vterus has ſuas affe- *Lib.de morb. mulieb.* *6.de loc.aff. 5.*

D ctiones, cæteris partibus & corpori vniuerſo, non ſolùm ob communem illam conſpirationẽ, quam habent partes inter ſe, & cum ſuo toto, verùm etiam per ſingularẽ conſenſum, quem idem vterus retinet cũ partibus principalibus, ac proinde cum corpore vniuerſo. Cordi quidem cõmunicat per arterias, vt hinc lypothimia, ſyncopis, pulſus & reſpirationis ablatio, prodeat; Cerebro communicat per membranas ſpinalis medullæ. Hinc ſopores, melancholiæ, vertigines, epilepſia, apoplexia & ſimilia contingere poſſunt: Iecori tandem cõmunicat per venas, hinc febres, tumores & cætera eiuſmodi, fieri ſolent: his aũt partibus, vel omnibus, vel pluribus vteri cauſa affectis, totũ etiam corpus in conſenſum facilè trahitur. Cæterum, hoc genus ſymptomatis licet mulieribus potiſsimũ adueniat, nõ tamen ſolis, ſed *viris etiam aliqua ex parte commune eſt.* Quãuis enim accidentia illa, quæ ſuppreſſos menſes ſequuntur, fœminis tantũ propria ſint, ea tamen quæ ſeminis ratione naſcuntur, vtriſq; communia erunt. Quemadmodum enim ſemen in vtroq; ſexu generatur, ita in eiſdem etiã coaceruari intusq; cohiberi & alterari poteſt, quod dum fit, eaſdem mutationes ambo ſubire poterũt: & ideò Gal.teſtatur, repertos fuiſſe homines, qui Veneri aſſueti, prætermiſſa tali cõſuetudine, varijs ſymptomatibus ſubijciebãtur, capitis videlicet grauitate, vertigine, inappetẽtia, cruditate, febre: alij, frigidi & torpidi euadebant, quidã melancholici, omnes tamen quãprimum ad priſtinã conſuetudinẽ reuertebantur, nullis alijs præſidijs adhibitis, ſpontè liberabãtur. Quod hominũ genus ita fœcundũ, Plato arboribus immodicè fructiferis, comparaſſe iurè viſus eſt, in quorum *Lib.6.de loc. aff.cap.5.*

numero Diogenes ille Cynicus collocari potuit, qui etiamſi moralium virtutũ omniũ ſplendore prędi- A tus eſſet, & earum præcipuè quæ ad continentiam magis ſpectabant, proprio tamen genio ac naturæ indulgens, Venere ſæpius vtebatur idq; non coniunctæ voluptatis gratia feciſſe, exiſtimatum eſt, ſed magis. vt propriæ ſaluti & conſeruationi incumberet, & multa illa nocumenta euitaret, quæ ex retento ſemine, ſibi aduenire poſſe facile intelligebat. Cuius rei ſingulare teſtimonium eſſe poteſt, quod meretricem tardius accedentem, quàm illi pollicita eſſet, libenter reiecit, in illiusq; tardo aduentu ſe excuſans, reſpondiſſe fertur, manus hymenæum celebrando te præuenit: *Quamuis autem propoſitum ſymptoma, mulieribus ac viris commune ſit, magna tamen eorum latitudo habetur*, quandoquidem in muliere, omnia enumerata ſymptomata, maiora, frequentiora, plura & ſæuiora conſpiciuntur, quàm in viris: cuius diuerſitatis ratio, multiplex aſsignari poteſt. Primò, quia in viris ob calorem robuſtiorem, omnis ſuperfluitas magis abſumitur, ob eiuſdem autem imbecillitatem, in fœminis copioſius aggregari permittitur. Secundo, in viris ob continuos & maiores labores, non tam citò & facilè copioſum ſemen aggregatur, at in mulieribus, quæ vitam magis ocioſam & vmbratilem degunt, in maiori quantitate coaceruari oportet. Præterea, vbi in viris ſemen redundat, quæ ſuperueniunt ſymptomata, non niſi ſolius ſeminis aggregatione contingent, at in mulieribus, præter ſeminis cohibitionem, menſtruorum quoq; retentio ſimul accedere ſolet, vt ex hac duplici materia retenta, duorum etiam generum accidentia oriantur. Accedit etiam, quod in ſymptomatum magnitudine, numero & ſæuitate diſtinguuntur. Nam quæ mulieribus ſymptomata adueniunt, maiora ſunt, plura, ſæuiora & diutius duratura: & diuerſitatis ea eſt ratio, quia in viris B ſemen cohibitum, non eſt adeo prauum & vitioſum, vt in fœminis eſſe conſueuit; quod fortaſſe in cauſa eſſe poteſt. quod ex hoc ſuperuenienti ſymptomata, non æquè vt fœminæ, interire ſolent.

De cauſis efficientibus Præfocationem Matricis.

CAPVT XL.

CÆterum, quia ſymptoma ratione qua dependet, in cauſam & morbum ſuum reduci debet, ideò quæ ſint eius cauſæ inueſtigare oportet, de quibus etiam diligenter agendum eſt, tùm quia ſine earum cognitione, natura propoſitæ affectionis, conſpicua eſſe nequit; tùm magis, quia recta curandi ratio adhiberi non poteſt; & præſertim, quia in hoc malo multa varia & lethalia ſymptomata conſpiciuntur, & omitto quòd etiam in illis omnes non conſentiunt. Sed apud veteres & recentiores, variæ ſemper fuêre opiniones: alij enim in frigidiorem intemperiem: alij in ſicciorem: quidam in morbum in- 6.de loc.aff.5. ſitum referunt. Plato cauſam in vterum reducit, cùm videlicet ijs priuatur quæ concupiſcit, quo tempore corpori vniuerſo maximè nocere conſueuit, vt ea pars, inquit, quæ in mulieribus vterus nuncupatur, cùm ſit animal prolem generare cupiens, ſi intempeſtiuè diuq; infructuoſum fuerit, ſuccenſens ægrè fert, ernansq; per totum corpus, & ſpirituum meatum obſtruens, reſpirareq; non ſinens, in extremam anxietatem deijcit, atq; multos alios morbos excitat. Cuius dicti occaſione, alij addiderunt, quod idem 6.de loc.aff.5. vterus ita per corpus errando, ſi ad ſeptum tranſuerſum peruenerit, reſpirationem impediet. Quas opi- C niones omnes conſultò prætermittam, tùm quia à Galeno fuêre recitatæ & refutatæ, tùm magis quia ex proponenda veritate & legitima cauſa huius ſymptomatis, clarè elucefcet & aliorum error facilè emendabitur. Propoſiti igitur ſymptomatis cauſæ, quædam ſunt ex parte contenti, quædam ex parte continétis: quo ad contentum eſt materia, atq; hæc duplex, vaporoſa & corpulenta, quarum vapor eſt cauſa immediata, minera autem vaporis mediata eſt: quæ tamen non videtur præfocationem facere poſſe, niſi aliqua ex parte in vaporem attollatur, qui cum ſuę minerę proportione ſemper reſpondeat, ideò cogno- 6.de loc.aff.5. ſcere oportet, quę nam ſit illius minera. De qua loquens Gal. duplicem eſſe ſtatuit, ſanguinem menſtruũ & ſemen, quarum quælibet, vel vtraq; ſimul, ſi præter conſuetudinem intra corpus detenta fuerit, & in prauam auram extenuetur, pręfocationem ipſam cauſare poterit; cuius euentus probabile argumentum hoc erit, quod ex omnium medicorum conſenſu, affectus iſte vt plurimum viduis accidit, & illis præcipuè quæ probè antea purgabantur, & virorũ concubitu gaudebãt. Ideò Galenus loco citato, hiſtoriá refert de quadá vidua, quæ cùm à conſueto coitu abſtinuiſſet, ſolitasq; purgationes haberet, nihilominus matricis præfocatione corripiebatur, quæ certè nõ aliundè quàm à retento ſemine fieri poterant. Quod clarius adhuc eius curatio oſtendere poteſt, quoniá ex calorificis medicamẽtis vtero admotis & eiuſdẽ ptractatione, & titillatione facta, craſsiore & copioſiore ſemine excreto, à tali ſymptomate liberabatur.

Semen & ſanguinem Menſtruum quantitate & qualitate peccare. D

CAPVT XLI.

SAnguis menſtruus & ſemen, quamdiu debitam naturam, conuenientẽ menſuram & qualitatem retinet, conſuetisq; temporibus per conuenientia loca integrè expurgatur, tam diu etiam naturalis ſtatus integer & illæſus in eodem corpore ſeruatur. Nam ſemen licet humor excrementitius ſit, vtilis tamen eſt, & præterea ſui natura benignus, & vitali ſpiritu copioſè refertus, qui in debita matrice ſuſceptus, aptus eſt illi ſimile generare vnde deciſus fuerat. Mẽſtruus quoq; ſanguis, etiamſi totius maſſæ ſanguineæ excrementum habeatur, neutrum tamen toti corpori officit, ſed in non prægnantibus & non lactantibus tantùm moleſtiá inferre ſolet; quod contingit, quando præter terminos à natura conſtitutos, intra corpus maiora augmenta ſuſcipit, quàm pro naturæ modo conuenit. Si aũt conſuetis temporibus & ſecundum naturá vtriq; humores euacuentur, tantùm abeſt vt quippiá mali corpori afferát, vt eodem potius depurato, in meliorem conditionẽ deducant. Ab iſta autem euacuatione, excluduntur prægnantes & lactantes, quia in prægnantibus ſecundũ aliquam partẽ in alimentũ ipſius fœtus degenerat, quod deinde poſt nutritionẽ ſupereſt, in membranis fœtui circumiacentibus recipitur, & ad patiendi tempus citra aliquam noxam cuſtoditur; eumq; vſum habere videtur, vt tempore partus ante fœtũ effluere incipiat, & effluendo, partes vteri lubricat, & lubricando, faciliorem exitum efficit. Poſtquam autem mulier

peperit,

A peperit, hoc excrementi genus denuò generatur, ita tamen, vt à propria mammillarum ſubſtantia in lac aſsiduè vertatur, vt ex illo tanquam ex alimento, iam editus fœtus conſeruetur, ob quam cauſam fit, vt in his mulieribus dictum ſymptoma minime contingat. In quibus igitur accidit, neceſſarium eſt alteram vel vtramque materiam retineri, & pluribus rationibus à naturali ſtatu recedere: & primò in quantitate, ratione cuius, in vaſis pertingentib. ad vterum, plenitudo oriatur: in ſubſtantia etiam, quia longiori tempore intus detenta craſſeſcit, & craſſefacta obſtructiones parit, & partas auget. Denique etiam in qualitatibus alteratur, primis inquam & ſecũdis, manifeſtis & occultis: vt ex parte qualitatum manifeſtarum, dicta materia in frigidiorem auram extenuetur, vt ſuperueniens perfrigeratio toti corpori, clarè oſtendit. Merito autem occultæ, in pernicioſam & veneficam qualitatem degenerat, à qua nouas proprietates & agendi vires, prioribuſque contrarias ſibi adſciſcit, quo tempore non ſolùm conſeruandi indiuidui, & propagandæ ſpeciei poteſtatem omnem deponit, ſed ſubiectum etiam ſibi corpus, malè afficit, multiſque & diris ſymptomatibus excruciat. Dum autem à dictis materijs hæc in corpore fiunt, non ſub ſenſibili & propria earum ſpecie contingunt, ſed vaporis & ſpiritus formam primò induunt, qui ſubſtantiæ ſuæ tenuitate, mobilitatem acquirens, in omnes etiam corporis partes quàm citiſsimè ſe diffundit, & accedente corruptione in agendo & corrumpendo, valde efficax euadit. Hoc ipſum clarius oſtendit, enumeratorum ſymptomatum generatio & generationis modus; quandoquidem ſenſim & longiori tempore non fiunt, ſed confeſtim & quaſi ſubito producuntur, quod minimè contingeret, niſi penderent à cauſa magnæ actiuitatis, cuiuſmodi eſt ſubſtantia ſpirituoſa, quæ quo tenuior fuerit, tantò ad agen

B dum erit promptior. Accedit, quod partes principes & ab vtero valde diſtãtes, in hoc ſymptomate quaſi momento grauiſſimè afficiuntur, quod nullo modo fieri poteſt, quamdiu ſemen & ſanguis menſtruus, craſsiorem & ſenſibilem ſubſtantiam retinet. Eo autem ordine illa emergere obſeruamus, vt ab hoc vapore, genitalia primùm, ligamentaque & vaſa ad vterum pertingentia, nimia plenitudine obſtruantur, vtpote illa, in quib. materia non ſolùm copioſè recipitur, ſed copioſius etiam retinetur. Hinc vteri conuulſio, & ad ſuperiora, vel latera contractio, oritur: in qua repleta corpora, quo magis in latum & profundum extenduntur, tantò magis in longitudine abbreuiantur. Dum autem vterus ita contrahitur, duplici modo contrahi ſolet, æqualiter ſcilicet & rectè, vel inæqualiter & obliquè: rectè & æqualiter contrahitur, quando vincula & vaſa ad vterũ peruenientia æquè plena ſunt: inæqualiter autem & obliquè contrahuntur, ſi maior fuerit plenitudo in vna quàm in altera parte, tunc enim maior conuulſio ſequetur ex parte maioris plenitudinis, quàm minoris, & hoc eſt in cauſa, quod per id tempus referant obſtetrices, vterum obſeruari modò ſurſum retractum, modò ad latera reclinatum, non tamen, quia inſtar animalis per corpus erret, ſed in proprio loco ſemper exiſtens, plenitudinis cauſa contrahitur, ad cuius contractionem, eius quoque ceruicem retrahi neceſſe eſt. Hæc eadem materia, quàm primum in frigidiorem & veneficam auram eleuatur, ambabus etiam qualitatibus vterus afficitur, qui frigiditatem & deleteriam eius agendi vim moleſtè ferens, non minus quàm ex dicta plenitudine in originem ſuam contrahitur,

C mox in altum corporis dictæ qualitates magis deductæ, & partium principum totiuſque corporis anatomiam occupantes poteſtatiſque ſuæ inſignia vbique figentes, numeroſa & lethalia accidẽtia inferunt: atque hæc multorum generum, pro partium ſuſcipientium diuerſitate, multitudiniſque & pernicioſæ qualitatis ratione. Ad cor enim peruenientes, animi defectum & ſyncopim inducunt, pulſandi ac ſpirandi actionem omnem è medio tollunt. Si in ſpinalem medullam decubuerint, in ſubiectis partibus conuulſionem facient: ſi in cerebrum aſcẽderint, in ipſumque pari ratione egerint, non ſolùm ſoporem, melancholiam & aliud delirij genus cauſabunt, ſed efficacius agentes, ſenſu, motu, omniq; vitali calore corpus vniuerſum deſtituẽt, vt hoc tempore, miſeræ mulieres à mortuis diſtingui nullo modo poſsint. Nec mirum alicui eſſe debet, quòd ex tam modica aura circa vterum primitus orta deinde alijs partib. & toti communicata, tam multiplicia & lethalia ſymptomata naſcantur: inprimis quia nudis & manifeſtis tantùm qualitatibus illa non operatur, ſed occultis etiam & veneficis, in quibus certè tanta eſt cum natura humana contrarietas & alterandi poteſtas, vt à corporea ſenſibilique mole ſoluta, & in ſpirituoſam ſubſtantiam ſublimata, eam agendi & corrumpendi vim acquirat, qua, in exigua etiam quãtitate, totum corpus quàm primum peruadere & in peſsimum ſtatum deducere valeat: quod Galenus aliorum venenoſorum animalium exemplo clarè patefacit. Quis enim ſibi perſuaderet, quod ex inſenſibili materia quæ ex Phalangij & Scorpionis ictu in corpus noſtrum procedit, tam dira & peſsima ſymptomata quaſi re- *6. de loc. affect.*

D pente fieri poſſent: quis etiam putaret, quod marina torpedo, tam inſignem agendi vim habeat, vt ſolo actu, per qualitatis vim ſibi vicina alterare poſsit, & piſcatoris baculum tangendo, illius quoque manum ſtupefaciat. Hæc & ſimilia patefacere planè poſſunt, in corpore humano corruptionem quandoque oriri poſſe, quæ viribus & qualitate veneno omninò ſit coæqualis: ſic in propoſito malo, omnium medicorũ conſenſu contingit. Sed quiſpiam obijcere poſſet de hac materia, quæ ſi tàm pernicioſa & venefica eſt, quomodo in ſubiecto corpore tamdiu quieta deliteſcit, vt per longum temporis ſpacium vllam moleſtiam inferat. Cui dicendum, quod ſi quælibet materia præter naturam, eadem haberet ſuæ digeſtionis tempora, ſi corpora pariter actionem dictæ materiæ ſuſcipientia æquè diſpoſita forent, nulla dubitandi occaſio orta fuiſſet; quinimò vno & eodem tempore vbique ageret, & corpora etiam æquè paterentur. At quia digeſtionis tempora diuerſa ſunt, & corporis ſuſcipientis multiformis diſpoſitio, ideò nemini mirum eſſe debat, ſi in muliere præfocanda, materia huius ſymptomatis auctor, & ſi in corpore præſens ſit, non tamen præfocationem ſubitò faciat, cùm nec tam citò in veneficam naturam degeneret, & malignum vaporem attollatur, ſed intra corpus tacitè ac diu deliteſcens, digeſtionis & exaltationis ſuæ tempora expectat, quæ vt primum attigerit, ſubitò & quaſi momento agendi poteſtatem, quam occultè continebat, palam manifeſtat, & ſubiectum ſibi corpus alterando & corrumpendo, magno patientis labore ac vitę diſcrimine iuguletι in qua actione tam diu verſari ſolet, quam diu ſpiritus omnis veneficus à pro-

prijs mineris exhauſtus conſumptusque fuerit. Nec prius incipit mulierem denuò affligere, niſi poſtea- A
quam per nouam relictæ materiæ ſublimationem, recentes & conſimiles ſpiritus regenerati fuerint.
Quem generationis modum, clarius adhuc oſtendit rabidus canis, in quo tãta humorum corruptio fieri
ſolet, vt ſolius eius ſputi contactus, ſi corpus noſtrum tetigerit, eandem rabiem efficere poſſit. Ea tamen
ratione, vt illius vires, & alterandi proprietates, non prius in corpore appareant, quam exiguum illud
ſputum, & ſputi qualitas ſuæ digeſtionis tempora abſoluerit, corporiq; parem affectionem communica-
uerit, quod ſex menſium ſpacio aliquando ſuccedere ſolet, ante quod tẽpus nulla rabiei nota deprehen-
ditur. Hoc igitur quam primum contingit; imperium etiam ſupra corpus ſtatim acquirit, & ſecundum
propriam naturam alterando, ſubſtantiam ſpirituum, humorumque maſſam quà citiſsimè immutat, cor-
rumpit, & citra vllam vitæ ſpem, corpus rabie infectum tandem interimit. Nec aliter fit de ſemine & ſan
guine menſtruo aggregato, & in corpore cohibito & corrupto, à quibus aura illa venefica oritur, quæ
partem aliquam principalem petens, conſimilem ſibi reddit, mox illius cauſa, ſecum etiam rapit corpus
vniuerſum. Cæterùm animaduertendum eſt, quod quamuis ex maligno hoc vapore, matricis præfoca-
tio, cæteraque enarrata ſymptomata naſcãtur, non tamen æqualis & eadem ſemper erit agendi poteſtas,
ſed in magnitudine & vehementia differentia erit: quandoquidem ex corrupto ſemine, & in ſpiritum e-
lato, longè ſæuiora accidentia, quàm ex ſanguine menſtruo contingent. Quantò enim ſemen propriam
ſeruans naturam, eſſentiæ ſuæ bonitatè ac benignitate menſtruum ſuperat, tantò etiam ex ſuperuenien-
ti ſibi corruptione, in maiorem & deteriorem venenoſitatem degenerare videtur, vt ab hoc, magis quam B
9. de loc. affect. cap. 5. ab illo, ſæuiora & magis lethalia ſymptomata producãtur. Quod planè illę mulieres teſtari poſſunt; quæ
cùm non ſint viduæ & conſuetas purgationes ſuppreſſas habent, etiamſi pluribus accidentibus infeſtari
poſsint, nunquam tamen ſpiratione priuantur, nec ſyncopi laborare viſæ ſunt, ſed hæc & ſimilia, ſeminis
potius ſuppreſsionem ſequuntur. Accedit, reperiri quaſdam viduas, quæ licet pro conſuetudine purgen
tur, nihilominus propoſitis ſymptomatibus corripiuntur. Præfocatio igitur erit perfrigeratio vteri, cor-
poriſq; totius, dependens à vapore non ſolùm frigido, ſed etiam venefico, elato ex ſanguine menſtruo,
ſemine, vel vtriſque ſimul; & hæc de cauſis, quæ ſunt ex parte contenti, dicta ſint. Reliquum eſt, vt de il-
lis etiam agamus, quę ſunt ex parte continentis, continens autẽ in hac affectione, eſt corpus ipſum, quod
licet ſecundum partes omnes affectum eſſe cõſpiciatur, non tamen eodem modo, ſed earum aliquæ pri-
6. de loc. affect. cap. 5. mariò, aliquæ ſecundariò læduntur. Quæ primariò afficitur eſt ipſe vterus ſecundum ligamenta & vaſa
ad ipſum pertingentia, deinde etiam ſecundum propriam ſui ſubſtantiam & vaſa, mox reliquum corpus
in conſenſum trahitur. Quis autem ſit iſte affectus, Galenus declarat, ſtatuens eſſe obſtructionem, con-
ſequenter dictum ſymptoma referri debere in morbum malæ compoſitionis, hoc eſt, in viis obſtructis,
& debitam latitudinem non ſeruantibus. Fit autem hæc obſtructio non ſolùm à copioſo ſemine & men-
ſtruo ſanguine, verùm etiam ab eorundem craſsitie & lentore, nec non etiam ex parte vaſorum, ſi contin
gat anguſtiora & denſiora eſſe, ſiue talis anguſtia natiua fuerit, ſiue adſcititia. Vnde merito copiæ reple- C
tionem facientis in dictis vinculis & vaſis vteri, oritur conuulſio, & eiuſdem in propriam originem con-
tractio: idem dicatur ſi à craſsitie & lentore obſtructio fiat. Merito autem prauæ qualitatis, idem vterus,
non ſolùm ſurſum, vel ad latera trahitur, verùm etiam eadem communicata cæteris partib. corporis, iam
enarrata ſymptomata producere conſueuit. Sed hoc loco dubitare aliquis poſſet, ſi in præfocatione con-
uellitur vterus, & conuulſio fiat non ſolùm à repletione, ſed etiam ab inanitione, cur eſt quod altera cau-
ſa prætermiſſa, de ſola repletione mentio habita fuit. Soluas, quod quamuis conuulſio ab vtraque cauſa
fieri poſsit, non tamen quælibet ab vtraque ſimul perpetuò fit, quod tùm in aliis, tùm in matricis præfo-
catione contingit, in qua repletio ſola locum habet, quod oſtendit modus generationis & ſolutionis e-
ius. Nam ſuffocatio matricis, nunquam fit citra ſeminis & ſanguinis menſtrui cohibitionem; & eadem,
non niſi eorundem vacuatione tollitur, vel ſaltem prauæ auræ diſsipatione facta. Nec obſtat Hippocra-
tis auctoritas, lib 1. de morbis Muliebribus vbi habet, vteri præfocationem fieri quando illius venæ ina-
nitæ ſunt, ad quarum inanitionem, vteri exſiccatio ſequitur: quoniam præfocatio ſi debet in ſuum mor-
bum referri, non niſi in eorum ligamentorum & vaſorum obſtructionem reduci poterit, quæ ad vterum
pertingunt, quæ obſtructio, perpetuò producitur à nimia ſanguinis menſtrui & ſeminis plenitudine, len
tore etiam & craſsitie, ob quàm vaſorum repletionem fit, vt propria etiam ipſius vteri inaniantur, vt con
ſueta humiditate priuatus vterus, ſecundum vniuerſam ſui ſubſtantiam exſiccetur. Ad venas igitur pro- D
prias vteri illiuſque ſubſtantiam reſpiciens Hippocr. rectè dixiſſe arbitror, quod in præfocatione venæ
vteri inaniantur & illius ſubſtantia exſiccetur. At ratione talis inanitionis & exſiccationis non fit præfo-
catio, ſed potius propter aliorum vaſorum extra vterum repletionem & obſtructionem, huius enim cau
ſa, & tanquam à morbo in via, præfocatio oritur, ad quam deinde inanitio & exſiccatio in propria vteri
ſubſtantia & vaſis eius conſequitur. Sed ratione huius, nec conuulſio, nec præfocatio fit, & hoc modo
Hippocr. & Galenus intelligi debet; & hæc de cauſis internis tùm ex parte contenti & continentis, di-
cta ſufficiant. Quod verò cauſas externas attinet, de his pauca ſunt dicenda, tùm quia ab his nulla indi-
catio vtilis oritur, tùm etiam quia non ſunt veræ cauſæ, ſed potius occaſiones; de his tamen loquitur Ga
Lib. de morbis muliebr. lenus & Hippocr. paſsim, quæ potiſsimum capiuntur à mala viuendi ratione. Qui error & ſi multiplex
eſſe poſsit, ad id tamen quilibet dirigitur, vt aptus ſit obſtruere dicta vaſa, ſemen præterea & menſtruum
ſanguinem copioſius generare, vel craſſum & lentum producere. Ne autem circa manifeſta verſari vi-
dear, de his plura non dicam ſed totum negotium, diffuſa oratione hactenus explicatum, breui hoc com
pendio colligam: ſtatuendo quod *præfocatio non aliud eſt*, quàm vteri totiuſq; corporis perfrigeratio, pro-
diens ab aura frigidiori corrupta & venefica genita à ſemine & ſanguine menſtruo copia & qualitate
peccante, vinculaq; & vaſa ad vterum pertingentia, obſtruente & conſuetam vteri
fluxionem remorante.

De diffe-

A *De differentijs Præfocationis vteri.* CAPVT XLII.

EX propoſita eſſentia, facili negotio differentiæ omnes eluceſcunt, formales inquam, materiales & efficientes. Vt merito formalium, præfocatio ratione qua perfrigeratio eſt, pro cauſarum magnitudine & vehementia, modò intenſior, remiſsior ſit, & rurſus modò longior, modò breuior, quæ tamen ſpecificæ non ſunt, ſed ſecundum magis & minus tantum diſtinctæ. Ex parte deinde loci affecti, is ſemper eſt vterus, qui afficitur primò ſecundum vincula & vaſa, ad ipſum peruenientia, tum etiam ſecundum propriam ſubſtantiam & interna vaſa, cæteræ autem omnes partes, illius cauſa læduntur, quibus omnibus totidem ſpecies correſpondent. Tandem, merito cauſarum efficientium, totidem ſpecies naſcentur, quotuplex eſt morbus & morbi cauſa: At morbus vnicus eſt, videlicet in viis obſtructis, à quo etiam non niſi vnica ſpecies orietur, pro multiplici autem obſtructionis cauſa, multiplicabitur ſpecierum numerus. Statutum autem fuit, talem obſtructionem fieri à ſemine, vel ſanguine menſtruo: vel vtriſque ſimul, & quodcunque fuerit, peccare poteſt copia & qualitate, tum manifeſta, tùm occulta: & ſi manifeſta, tùm prima, tùm ſecunda. Vt cum excedit ſecundum frigiditatem, vel lentorem & craſsitiem: ſi occulta, & venefica eſt, quæ ſolis gradibus ſui diuiſionem pati poteſt. Hinc igitur, plures ſpecies præfocationis orientur, & numero ſemper correſpondebunt iam propoſitis cauſis.

De Signis præfocationis vteri. CAPVT XLIII.

B SIgnorum autem, quædam indicant præfocationem futuram & imminentem, quædam præſentem. Amborum tractatio vtilis futura eſt cum ex cognitione imminentis illi occurrere liceat, ac proinde mulierem à tanto Symptomate præſeruare. Merito autem præſentis, eandem debitis remediis expugnare poterimus. *Imminentem itaq; ſuffocationem cognoſcemus*, ſi in primis menſtruorũ, vel ſeminis, conſueta purgatio cohibita fuerit, ad quam conſequitur totius corporis pigritia, & crurũ inſueta imbecillitas, idq; ob materiæ aggregatæ copiam plenitudinem facientis: pallida facies euadet, cum triſti quodam aſpectu mentiſq; torpore, anhelitus difficiles, oculorum vertigo, & in vteri regione dolor. Quæ & ſimilia, ſymptomata fiunt, quia collecta materia, cùm antea quieſceret, crudaq; eſſet, incipit digeri & per corpus moueri, & conſequenter aliquas moleſtiæ notas illi inferre. *Dum autem adeſt, & præſens eſt*, propoſita omnia ſymptomata, euidentiora grauioraq; euadunt, vt ſopor grauis & profundus fiat mentis & ſenſuum omnium apprehenſio, cum vocis interceptione, & totius præfrigeratione, os vteri clauſum & durum euadit, per quam duritiem, à prægnante muliere diſtinguitur. Accedit, quòd in præfocatione matricis, idem vterus vnà cum ceruice ſępè conuellitur, & ob vaſorum & vinculorum plenitudinem, ad ſuperiora & latera retrahitur: manus præterea affixas habent ventri & ſupra vmbiculũ. *An verò tale ſymptoma fiat ratione ſuppreſſi menſtrui, vel potius ſeminis*, diſtinguemus in primis ex adſtantium & patientis relatione, quia ſi mẽſtrua fluxerint, & pręfocatio occurrat, ſtatuẽdum erit, eam ex ſemine fieri, & præſertim ſi conſuetũ coitum dimi-

Hippocr. lib. de morbis mulieb. Gal. 6. de locis affect. 5. Auic. in cap. proprio.

C ſerit. Si contrà menſtrua fuerint ſuppreſſa & conſueta venus non fuerit dimiſſa, iudicandum potius erit, tale ſymptoma fieri ratione menſtruorũ, quàm ſeminis. Si vtraq; materia detenta fuerit, vtriuſq; etiam ratione fieri poterit, quod dum contingit, ſymptomata erunt plura, diuturniora & vehemẽtiora At ſi talem relationem habere non poterimus, ad alia ſigna recurrendũ erit, & in primis genera ſymptomatum & vehementiam, perpendere debemus. Vbi igitur à ſemine ſuppreſsio facta erit, ſęuiora ſymptomata conſpicientur, quoniam ſpiratio erit ablata, pulſus nullus apparebit, ſyncopis etiam hanc mulierem apprehendet. Deniq; ſenſus motuſq; omnis abolitus erit, vt à mortua diſtingui non videatur. Quæ autem retenta menſtrua ſequuntur, mitiora erunt, quia ſpiratio erit exigua & difficilis, pulſus valde imbecillis & rarus, lypothimia potius quam ſyncopis, ſenſatio deniq; ac motio omnis, maximè debilitata & deprauata erit, nondum tamen abolita. Pręterea, ſi contingat retentum ſemen copioſum non eſſe, ſtrangulatio fiet citra vteri peruerſionem: at ſi plurimum & craſſum fuerit, æquè vaſa replendo, vt menſtruus ſanguis, vterum etiam peruertet. Præterea, ſi ex titillatione affectarũ partium ſemen eiiciatur, ſanatioq; ſubſequatur, euidentius indicabitur præfocatio ex ſemine. *Diſtinguetur autem præfocatio ab apoplexia, epilepſia*, quæ fiũt vitio cerebri & ſyncopi quæ fit læſo corde, quoniam licet in ſopore reſpiratione abolita, pulſu ablato, ſenſuſq; & motus priuatione cum illis communionem habere videatur, ab iiſdem tamen adhuc diſtinguetur. Et primò ab apoplexia cerebri vitio facta, per ſtertorem, qui in præfocatione matricis non ſentitur. Ab epi-

D lepſia verò, per ſpumam circa os, quæ fit ex anguſtia ſpirituum, & materiæ agitatione, ex oculorũ etiam verſione: præterea, in præfocatis vultus tumet & rubet, venæ temporum & oculorũ ſunt inflatæ: in apoplexia autem, epilepſia & ſyncope, pallent: præterea in epilepſia quædam membra ſpaſmantur & os contorquetur. Accedit, quod in præfocatis, ab vmbilico vſque ad muliebria dolor quidam ſentitur, memoria etiam non amittitur, ſed poſt paroxyſmum, narrare mulier poteſt, quæcunque eo tempore acta ſunt, ſecus eſt de apoplexia & epilepſia ex parte cerebri: à lethargo verò, diſtinguitur per febrem. Cæterùm, quia *ſæpè contingit præfocatam mulierem, vitali omni functione ita fruſtrari, vt à mortua nullo modo diſtingui poſſe videatur*, præſertim cum ob refrigerationis intenſionem, calor imbecillis adeò reddi ſoleat, vt pulſatio, reſpiratio, ſenſus ac motus omnis, ablatus ſępè conſpiciatur, magnoque errore illam tanquam mortuam presbyteris aliquando committimus. Ideò vt procul ab omni mẽdacio ſententiam noſtram proferre valeamus, cum Galeno inprimis tenuem lanæ floccum, vel plumam naribus præfocatæ admouendam curabimus, quæ ſi pulſum aliquem patietur, non leue vitæ argumentum nobis erit. Ad cuius ſimilitudinẽ, vitrum quoque aqua plenum, ſuper ventriculi regionem alij imponunt, diligenterque intuentur, ſi aqua illa quouis modo moueatur, tunc veſtigium aliquod vitæ in eadem ſupereſſe ſignificabitur; & mihi ſemel in hac vrbe occurrit nobilis matrona, quæ hoc ſymptomate correpta, aſtantium omnium conſenſu mortua iudicabatur. Cuius rei vt certior ego quoque fierem, ſpeculum perpolitum accepi, oriq; & naribus eius appoſui, quod cum aliquo modo infectum & obſcuratum obſeruaſſem, ſpe aliqua de illius vita

6. de loc. aff. 5.

concepta,aſtãtibus omnibus ſtatim ſignificaui,in mortua muliere,aliqua adhuc me experiri velle: cum- A
que multa & varia fieri iuſsiſſem,tandem ſumma omnium admiratione, ſenſim reuiuiſcere cœpit, vt ad cõſuetas functiones tandem reuerſa etiam fuerit. Quod cùm præter omnium opinionem eueniſſet,mulierem à mortuis reuocatam fuiſſe,magno gaudio & mei applauſu,clamabant omnes. Et de tam inſperato fœlici tamen euentu,mutuo amplectebantur,& toto corde mecum ſimul congratulabantur. Vbi autem perfrigeratio vſque adeò intenſa facta fuerit,internuſque calor ita exiguus redditus,vt externa omnis reſpiratio ſublata ſit,iam propoſita experimenta ad verum iudicium deferẽdum nihil nobis amplius conferrent. Sed tenuis lanæ floccus pluma & vitrum aqua plenum immota manebunt, ſpeculique nitor integer ſeruabitur, non propterea mulier iſta neceſſariò vita deſtituta erit, quia etiamſi omnis pulmonum motio, qua reſpiratio fit, auferatur, adhuc tamen interna caloris tranſpiratio ſeruari poteſt, quæ non pectoris,aut pulmonum motu editur,ſed cordis potius,internarumque arteriarum latenti quadam motione efficitur, cuius ſolius gratia vita ſeruari & ſupereſſe poteſt. Quemadmodum pleraque animalia teſtari poſſunt, quæ tota hyeme frigida & immota in cauernis permanent,vt omnib. citra vllam controuerſiam mortua eſſe videantur, quia tamen interna illa tranſpiratio cordis & arteriarum, occultiori motu facta,adhuc permanet,hinc fit,vt æſtate ſuperueniente, internoque calore ad exteriora denuò reuocato,veluti à mortuis reſurgant. Quod ſanè illis euenire minimè poſſet,ſi cum externa illa reſpiratione, interna quoque caloris tranſpiratio ſublata eſſet, cùm à priuatione ad habitum regreſſum fieri poſſe, B
negent philoſophi omnes. Tanta igitur eſt tranſpirationis caloris neceſſitas ad vitam, tantaque horum duorum vnio extat,vt quemadmodum vita ſine tranſpiratione,ita nec tranſpiratio ſine vita eſſe non poteſt. Cæterùm quia interna hæc caloris tranſpiratio,nullo ſenſu,nulloque ſigno à nobis diſtingui poteſt, ac proinde ſimul etiam ignorare oportet, an præfocata mulier, vitali omni calore deſtituta ſit, quid nobis agendum erit,ne in hoc ſymptomate mortis æmulo,errorem committamus, in magnaque noſtra infamia,tanquam mortuam ſepeliendam admittamus? Conſultius fore ego exiſtimo,vt nobis *deficientibus certis ſignis*, vitam à morte diſtinguentibus familiaribus ſaltem mandemus imperemuſque, ne pro conſuetudine,huiuſcemodi mulieres ſepeliri permittant, ſed propriæ domi lõgiori tempore illas detineant, per duos inquam & tres dies,quo tempore, ſi nullum vitæ veſtigium apparuerit, ſed fœtorem potius emiſerint,mortis certiſſimum argumentum omnibus eſſe poterit.

De Curatione præfocationis vteri. CAPVT XLIV.

CIrca partem practicam, quæ rationem & modum operandi reſpicit, in propoſito Symptomate locum habebunt indicationes,curatoriæ,& præſeruatorię.& vitales. Curatoriæ capientur à materia plenitudinem faciente,quæ ſiue menſtruum fuerit, ſiue ſemen,cùm & copia & qualitate agat,ideò ex parte copiæ,auxilium euacuans indicabit,ex parte verò qualitatis manifeſtæ,auxiliũ alterans in contrarium,ſicut ratione occultæ,Alexiterium aliquod expoſtulabit. Merito verò materiæ,quæ plenitudi- C
nem facere poteſt,ſiue in toto,ſiue in parte fuerit,auxilium indicabit præſeruatorium: quemadmodũ ratione continẽtium,auxilium roborans inſinuabitur. Ex parte deinde ſymptomatis actu affligentis,cùm illius cauſa virtus vndiq; ſuppreſſa & oppreſſa ſit,vt ſpiratio,pulſus & cæteræ facultatum functiones, indicabitur auxilium vitale. Quod ſymptoma generatim ſumptũ,magnum ac vehemẽs eſt,cum illius cauſa,omnes corporis actiones ſiue ad vitam,ſiue ad ſenſum & motũ attineant,debilitatæ, deprauatæ & ſæpius etiam abolitæ eſſe poſſint: deterius tamẽ illud eſt,quod à cohibito corruptoq; ſemine fit,ideò ex eo etiam ſæuiora & magis lethalia ſymptomata naſcũtur,quàm ex ſanguine menſtruo. Adhuc deterius erit, ſi diuturnum & confirmatum fuerit: ſi præterea, inſtar comitialis per circuitus repetat. Si denique,frequẽtiores & plurium generum acceſſiones habuerit,quod ſanè genus ſymptomatum, facilè poteſt eadẽ die,& intra paucas horas,mulierem interimere,quapropter,illius curatio quamprimum aggrediẽda eſt.

De materijs Auxiliorum. CAP. XLV.

SVnt autem præſidiorum materiæ,in duplici differentia,aliquæ reſpiciunt imminens ſymptoma,aliæ præſens. Priores conſultò prætermittam,quoniam illæ eædem prorſus conuenire videntur,quæ in tractatione de ſuppreſsis menſtruis propoſitæ fuẽre. Illud tantũm adijciam,quod reſpicit *præfocationem à ſemine factam,in qua illa adhibenda ſunt*,quæcunq; ſeminis generationẽ prohibere,vel ſaltem minuere poſſunt,ſiue hoc congrua ratione victus præſtiterimus,ſiue medicamentis. In quo genere enumerantur D
ſemina agni caſti,viticis,cannabis,rutæ,radices nympheæ,folia lactucæ,caſtoreũ,diambra,diamoſchus, ex quibus parari poterunt decocta,pulueres,electuaria & ſimilia : quibus accedunt peſſaria, clyſteria,inſeſsiones,inunctiones in pectine,inguine & lumbis adminiſtrandæ. Pręterea vſus Veneris amplecti debet,præſertim ſi conſueta fuerit,quod ſi id fieri vitæ conditioni ac generi non conueniat, cum iam dictis erit prorediẽdum. Si deinde nobis occurrat *mulier, quæ actu hoc ſymptomate detenta ſit,ſtudium noſtrum erit*, virtutem à materiæ copia vbiq; occupatam & malignitatem oppreſſam, excitare & reuocare, quod non aliter fieri poterit,quàm per remotionem peccantis,nocentisq; materiæ. Quapropter,cùm in tali Symptomate plenitudo adſit à ſemine, menſtruoq; ſanguine cohibito,& ſymptoma vehemens ſit, quamprimum perſectam malleoli venam,vel ſcarificatas cucurbitulas,euacuandus erit: neque exiſtimandum,in tali caſu hoc genus auxilij,à virium imbecillitate ac ſyncopi prohiberi,vt pleriq; putant. Et ratio eſt,quia
11. Meth. 3. ex Gal. vires in tribus conſiſtunt,in ſpiritibus, carnoſo genere & ſolidis partibus: in præfocatione,vires languent ratione ſpirituum tantùm,aliorum autem ratione,ſunt robuſtæ, & huiuſmodi vires,non prohi
12. Meth. 5. bent ſanguinis miſſionem: & ideò 4. de ratione victus Gal. ſecabat venam in hoc ſymptomate, in quo patiens obmuteſcebat,pulſus erat ablatus,conſequenter in ea præfocatio,in qua actu ſyncope aderat: quia hæc viriũ imbecillitas nõ cauſatur ex caloris reſolutione & ſpirituũ inanitione, ſed potius ex ſuffocatione,à plenitudine prodeunte. Cuius certè præſentia,vt hoc ſymptoma oritur,ita eiuſdẽ abſentia remouebitur,

A bitur, non ſecùs ac ignis, dum ex nimia lignorum copia extinctioni eſt proximus, per ſolam lignorũ ſubtractionem, facilè reuiuiſcit: ſic corpus plethoricum & athleticum ex Hippocr. à nimia ſanguinis copia ſuffocatum, ex copioſa ſanguinis euacuatione reſtituitur. Ita profectò, dum mulier ob dictam plenitudinem ſtrangulationem patitur, præſentaneum remedium ei erit, per venæ ſectionem ſanguinem copioſè detrahere: ita enim, nimia illius corporis plenitudo inanitur, ex qua euacuatione, tantum abeſt vt vires quippiam mali patiantur, vt potius illas oppreſſas & ſolita ventilatione carentes, denuò viuificemus, & conſuetam caloris tranſpirationem illi tribuimus. Quapropter, in tali caſu, non ſolùm ſanguis audacter mittendus erit, ſed quamprimum id faciẽdum erit; quia ita indicat ſanguinis præſentia, actu vires validè opprimentis. Quod etiam Hippoc. in Aphor. tacitè monuiſſe viſus eſt, qui de habitu athletico loquens, 1. *Aphor.* 3. (conſequenter de eo corpore, in quo inſignis eſt plenitudo, ratione cuius, periculum imminet de vaſorũ diſruptione, vel virtutis ſuffocatione) iubebat vt ſtatim vena aperta, ſanguis copioſè minueretur. Quod ſi faciendum eſt, tempore quo copioſus ſanguis nihil mali agit, ſed præſeruationis tantùm gratia, quantò magis idipſum quàm citiſsimè pręſtandum erit, tempore quo virtus ab illius copia ſuppreſſa ſuffocataq; fuerit, quemadmodum in ſtrangulata muliere contingit. Et Gal pariter habet, quod in magnis inflammationibus, vehementiſsimis febribus & maximis doloribus, nullum inuenit magis præſentaneum remedium, quàm ſanguinem mittere, vſq; ad animi deliquium: ſanguinem quidem mittit, quia ſanguis ſua copia plenitudinem facit: mittit in magna quantitate, quia copioſè peccans, magnam efficit plenitudinem, 1. *Aphor.* 27.
B ratione cuius morbi magni vehementia ſymptomata fiunt. Quare ſicubi hæc imminent ob copiã ſanguinis, negare nemo audet, quo minus pro pręſeruatione & curatione, copioſa ſanguinis miſſio non fiat, cur nos hæſitare debemus de eiuſdem ſanguinis miſsione facienda, in muliere pręfocata, dum illius cauſa & pręſentia actu adſunt tàm vehemẽtia ſymptomata: qualia etiam ſunt in illis, qui à nimia plenitudine actu vehementioribus ſymptomatib. moleſtantur, vt ſunt febres ardentiſsimæ, inflãmationes & inſignes dolores. Dico autem illius cauſa, quia ſi hæc non fierent à ſanguine plenitudinẽ faciente, ſed ab alio humore, longè diſtante à natura ſanguinis, nequaquam mittendus eſſet, ſed purgante medicamento potius educendus. Ad quod Gal. & Auic. etiam reſpiciens, docuit quod in morbis, in quibus conuenit ſanguinis miſsio, ſi aliquid prohiberet, à tali ſanguinis euacuatione deſiſtendum eſſe: vt in dolore ventriculi, aliundè quàm à ſanguine producto, non conueniat ſanguinem mittere, etiamſi ratione alterius, mittendi ſanguinis ratio haberetur, ſed dolor prius ſedandus eſt, deinde ſanguis mittendus. At in præfocata muliere, omnia ſimul conſpirare videntur ad ſanguinem euacuandũ. Primò illius copia, ratione cuius oritur plenitudo, à plenitudine deinde ſuffocatio: ſecundò, vires non prohibẽt, quia in hoc ſymptomate non ſunt reſolutæ, ſed à copia potius oppreſſæ. Ætas quin etiam, quia tempore fluxionis mẽſtruorum ætas eſt florens, quare cùm omnia indicent ſanguinis miſſionem, & nihil prohibeat, ideò non ſolùm ſanguis mittendus erit, ſed etiam tempore quo ſuffocatio eſt præſens, & quamprimùm hoc agendum, priuſquam virtus Gal. 1. ad Glauc. 14.
C ſuffocetur. Circa locum autem, quantitatem & modum, idem obſeruandũ quod in ſuppreſsis menſtruis dictum fuit. Eadem pariter ratio habenda erit de cucurbitulis ſcarificatis, quibus vti conſueuimus, tanquam vicarijs ſectionis venæ, in quarũ adminiſtratione, illæ diſtinctiones adhibendæ erunt, quæ in ſuppreſsis menſtruis dictæ fuerunt. Poſt ſanguinis miſsionem, ad frictiones deueniendum erit, quæ pariter in extremis partibus, tibijs inquam & ſoleis, faciendæ erunt, & validę conueniunt, quales ſunt quæ aſperioribus linteolis fieri ſolent, imò etiam cum nitro, ſale, ſinapi & aceto permixtis, vt partibus calefactis & ita valenter perfricatis, grauata ſopitaq; virtus excitetur, & à centro ad circumferentiam euocetur. In eundem vſum, vti etiam poterimus validis ligaturis & cucurbitulis, cum magna flamma eiſdem partibus appoſitis. Omitto magnas vociferationes & alia, quæ poſſunt virtutem oppreſſam ex alto reuocare.

De Pharmacia. CAP. XLVI.

IN quacunque præfocatione matricis, ſiue à ſemine, ſiue à menſtruis fiat, illis perpetuò vtendum, quæ vtero admota non ſolùm odorata ſint, ſed vim etiã habeant extenuandi craſſos humores, denſitatemque & duritiem dictarum partium laxandi, & præſertim actu ſyncope moleſtante. Quo tempore, ſuffitus vtero fieri poterunt, ex odoratis, calefaciẽtibusq; moderatè, vt ſi ex ſtyrace, ligno aloes, cinamomo, moſcho, & ſimilibus parentur: vt ſi acceperimus Galliæ moſch. ℥. j. moſchi ℈. v. ol. de ſpic. vnguent. ℥. ij.
D Miſce. Illinitiones etiam pubi ac inunctiones, lũbis adhiberi poterunt cum calefacientibus, flatus diſcutientibus, & laxantibus, cum oleo liliorum alborum, cum aromatibus, oleo rutaceo, nardino, irino, de ſpica & ſimilibus. Obſtetrix etiam, inunctos digitos intromittat vſq; ad os vteri, imò leniter ac diu eas partes pertractare poterit, virtutem prouocando, & titillationem faciẽdo, vt ſemen excernatur, præſertim ſi ſuffocatio à ſuppreſſo ſemine orta fuerit. Peſſaria etiam ex eiſdem parentur materijs, de quib. in ſermone de ſuppreſsis menſtruis mentio eſt habita. Hoc eodem tempore, naribus illa adhibeãtur, quæ tetrum habent odorem, à tali enim vapore, vterus quaſi perterritus, deorſum facilius fertur & ad odorata illi ſuppoſita reuertitur. Neque obſtat ſyncopis, quæ hoc tempore vrget, quoniam non eſt ex eo genere, vt odorata expoſtulet. Hæc enim ſpiritum animalem primò commouent & quodammodo impellunt, qui tali ac tanto fœtore quaſi perterritus, facultatem motiuam cerebri ſimul etiam pulſat, quæ pariter eiuſdem tetri odoris prauitate irritata, propriam arcem deſerit, & cum ſpiritu animali, in cor tanquam corporis vniuerſi centrum ſe recipit, vbi vitalem ſpiritum compreſſum & veluti ſuffocatum, excitat & auget: qua ratione expultrix facultas roborata, matricis aſcenſum omni conatu deorſum deponit, & expulſis ac ſuperatis corruptis vaporibus, quibus vterus obſidetur, organa vitalium ſpirituum depurando, patentiora reddit, priſtinumque & conſuetum motum, citra impedimentum eiſdem denuò tribuit, & à præfocatione mulierem liberat. Cuiuſmodi ea eſt, quæ à ſpirituum reſolutione & à corde primò affecto dependet, quorum reſtauratio, bonis odoribus & alimentalibus fit, à malis autem magis corrumpuntur, quia hæc

ſyncopis, quæ præfocationem ſequitur, à ſpirituum potius ſuffocatione depēdet vtero primo læſo. Proinde, rationibus omnibus excitandi erunt ſpiritus à centroque ad circumferentiam euocandi quod fit, naribus admouendo odores tetros, ſubiectis verò partibus bonos & fragrantes. Quapropter hoc tempore ſuffumigium parari poterit, ex elichnio ſulphureo accenſo, ex caſtoreo, aſſa fœtida, galbano, ſagapeno & ſimilibus, naribus appoſitis: ex eiſdem, in acerrimo aceto prius tritis, nares illiniri poterūt. Idem præſtant pix liquida, bitumen, ruta, allium, cœpæ, ſi ex his odoramenta fiant. Hæc enim ſpiritum animalem commouent & impellunt, qui tanto fœtore excitatus & impulſus, per neruos ad cerebrum primò aſcendit & facultatem motiuam pulſat, quæ tali fœtore irritata, ad cor cum ſpiritu animali recipitur, vbi virtus omnis vnita, magno conatu in corruptos vapores agit. Inter cætera autem, quod omnium maximè ſolet mulieres præfocatas quaſi momento reuocare, eſt euaporatio facta ad nares, ex puluere verrucarum, quæ tibijs equorum adnaſcuntur, quæ ſi in calente furno exſiccentur, & in puluerem redigantur & naribus ſuffumigium fiat, tanquam præſentaneo remedio & magna aſtātium admiratione, ſolent mulieres quaſi à mortuis reuocari. Sternutationes etiam, hoc ipſo tempore faciendæ erunt, inſufflando intra nares puluerem, piperis, ſinapis, & ſimilium. Hoc eodem tempore, prætermittenda non erunt ſuppoſitoria & illa acriora, præſertim ſi aluus etiam ſuppreſſa fuerit, quæ parari poterunt ex hiera, ſale gemma, cumino, ruta & ſimilibus mellē permixtis. Vt ſi acceperimus Hieræ etiam compoſitæ ex colocinthide ℈.ij. cymini ℈ j ſalis gemmæ ʒ.s. Mellis q. ſ. miſce & fiat ſuppoſitorium, & in aliquo ex ſuprà dictis oleis prius perunćto & filo appenſo imponatur. Reuocata muliere, ad illas auxiliorum materias deueniendum erit, quæ futuram præfocationem reſpiciunt, de quibus in præſentia nihil dicendum occurrit, cùm ea omnino conueniant, quæ propoſita fuēre in curatione ſuppreſsionis menſtruorum. Illud tantùm adijciam, quòd aſsiduus vſus caſtorei ad pondus ʒ.j. ſingulo die exhibiti cum decocto arthemiſiæ, matricariæ, mulſæ, aut etiam vino, plurimum conducit, vt longo illius vſu, non paucæ mulieres à tanto ſymptomate in poſterum præſeruatæ fuerint. A B

9. de compoſ. med.

De profluuio Menſium. CAP. XLVII.

QVia contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideò poſt tractationem ſuppreſſorum menſtruorum, doctrinæ ordo requirere videtur, vt de eorundem profluuio agamus. *Intelligo autem per profluuium*, non cuiuſcunque materiæ, ſed ſanguineæ & menſtrualis, intempeſtiuè factæ & cum mulieris incommodo. hac enim ratione profluuiū, de quo hic ſermo habetur, ſuppreſſioni erit oppoſitum: vt hinc excludendum ſit, aliud quodq; genus immodicæ fluxionis, ſiue ſeminis fuerit, vt in gonorrhœa contingit, ſiue alterius humoris à ſanguine diſtincti, de quibus fluxionum generibus, ſuo loco tractabimus. Interimq; ad *eſſentiam huius ſymptomatis* explicandam accedo, cuius forma, eiuſdem eſt generis cum priori ſymptomate: quoniam ſymptoma eſt in exeunte mutato, ab illo tamen diſtinguitur: quia in hoc, exit quod retineri deberet, in illo autem, retinetur quod exire deberet: quod enim exit, ſanguis eſt, qui in maiori copia effluit, quàm pro naturæ modo conueniat, & lōgiori etiam tempore fluxio illa perdurat, & proinde eſt illud ſymptoma, quod fit cum læſione facultatis, ad differentiam fluxus naturalis, qui nec copiam nec temporis debitam menſuram excedit, ſed excrementis certo tempore coaceruatis vndique reſpondet, & ſtatutis temporib. cum iuuamento effluit Ex parte exeuntis materiæ quæ ſanguis eſt, ſeiungitur etiam à quocunq; alio fluxu, in quo exit alia materia à ſanguine diſtincta, qualis eſſe poteſt pituita, vel altera bilis: à quibus materiebus, alterum genus fluxus oritur, quod muliebre profluuium eſt, dependens à materia à ſanguine contradiſtincta, cuiuſmodi eſt materia ſeminalis, à qua naſcitur gonorrhœa: & pituita, vel bilis, à quibus prodit profluuium muliebre & vteri. Quapropter, profluuium menſium eſt exiens mutatum, non ſolùm immoderatum, ſed etiam ſanguinolentum, ad differētiam aliarum materierum, non tamen toto genere eſt præter naturam, ſed multitudine potius & quantitate, ad differentiam aliarum fluxionum ſanguinearum, quæ in mulieribus fieri poſſunt, & toto genere præter naturam ſunt, quia modum non ſeruant nec in copia, qualitate, loco, aut tempore, ſed omnibus rationibus præter naturam ſunt. Cæterùm, talis ſanguis exiens eſſe poteſt impermixtus & ſimplex, & alteri materiæ coniūctus. Si ſimplex fuerit, vt ſolus menſtruus ſanguis ſeorſum ab alterius humoris permixtione effluat, orietur profluuium menſium exquiſitum. Si autem alteri materiæ permiſceatur, vel ſanguis menſtruus humorem ſibi permixtum ſuperabit, vel ab illo ſuperabitur. Si primum, oritur profluuium menſium nothum, & vocari ſolent menſes decolores, quia non ſeruant vnicum & cōſuetum colorem, ſicut in exquiſito fit, ſed varium pro materiæ permixtæ varietate. Si ſecundum fuerit, oritur aliud genus, quod vocatur profluuium muliebre vteri nothum, denominationem accipiens à prædominātē humore permixto. Quodcunque autem fuerit hoc profluuium, ſiue exquiſitum, ſiue nothum, cùm ſymptoma ſit, neceſſarium eſt, vt *alicuius ſubiecti ſymptoma* dicatur, quod eſſe poteſt totum corpus, vel pars eius determinata. Quamuis autem huius ratione & totum & pars lædatur, quia tamen hic ſermo habetur de profluuio menſiū, quod fit per partem corporis determinatam, nempe per vterum, ad differentiam fluxionis factæ per alias partes, ideò ſtatuendum eſt, affectum locum eſſe ipſum vterum, non ſecus ac immoderatus fluxus ſanguinis per hæmorrhoides, habet pro ſede affecta venas hæmorrhoidales: & fluxus ſanguinis narium, venas eiuſdem partis determinatæ, per quas ſanguis iſte effluit, quamuis totum corpus ſimul etiam afficiatur, ſi contingat copioſius euacuari. Dum autem vterus in hoc profluuio afficitur, primariò & ſecundariò affici poteſt. Primò læditur, ſi hæc fluxio aliunde non dependeat, quàm ab ipſo vtero læſo, ſicut contingere ſolet ex difficili partu, vel etiam coitu, violenter indecenterque facto. Secundariò autem afficitur, quando alterius cauſa talem fluxionem patitur, quod dum fit, dupliciter contingere poteſt, ratione totius, vel partis determinatæ: totius quidem ratione, vt in febre contingit: partis verò, vt ſi conſueta aliqua euacuatio cohibita fuerit, ſiue ſanguinis fuerit, ſiue alterius humoris. C D

3. de cauſis ſymptom. cap. 26.

5. Aphor. 36. 6 de locis affect. 5.

De cauſis

A *De cauſis efficientibus profluuium Menſium.* CAP. XLIIX.

SAnguis per vterum immoderatè fluens, ratione qua ſymptoma eſt, debet in ſuas cauſas & morbum
referri, ſine quorum cognitione, eſſentia ipſius ignoratur, & ſimul etiam recta curandi ratio naſcitur.
Itaq; tum cognitionis, tùm curationis gratia, de cauſis dictæ fluxionis agendum erit, de producenti-
bus inquam & fouentibus, internis & externis, proximis & remotis, & de illis potiſsimum, quæ ſunt ex
vſu artis, quæ iuuantia auxilia indicant. Ab internis itaq; & proximioribus incipiam, quæ non aliundè
erunt ſumendæ, quàm ab effectis venis & vaſis, in quibus effluens materia cõtineri deberet, & à quibus,
& per quas præter naturam mota profluit Exit igitur ſanguis ex venis, triplici potiſsimum de cauſa. Pri *5. Aphor. 57.*
mò, quia dictorum vaſorum orificia aperiũtur, cùm clauſa eſſe deberent, & præſertim maiora, & tunc per *3. de ſympt. cau-*
Anaſtomoſin affici dicuntur, ob quam cauſam ſanguis & copiosè & confertim fluit. Vel quia eorundem *ſis 4. lib. de diff.*
vaſorum tunicæ & oſcula nimis rareſcant, vt tenuior pars ſanguinis ſenſibiliter exeat, ſenſimq; reſudet, *ſymptom. vlt.*
tuncq; vaſa affici dicuntur per diapedeſin. Tertio, quia eadem vaſa ſolutam vnitatem patiũtur, vt cùm à
difficili partu diſrumpuntur, ab acriori materia corroduntur, vel alijs externis cauſis ſcinduntur & pun-
guntur. Quocunq; autem modo ſanguis exierit, dicta vaſa per diæreſin affecta eſſe dicentur, nec ob alias
cauſas, præter enumeratas fluxio iſta venis affectis fieri poteſt. Cæterùm, quia nulla ex propoſitis cauſis
B immediatis ex vſu artis eſt, cùm ab illis iuuans auxilium non indicetur, ideo in illis non quieſcendũ, ſed
illæ cauſæ adhuc inquirendæ erunt, per quarum ablationem hic fluxus ſanetur. Sunt autẽ iſtę quæcunq;
dicta vaſa afficiunt ſecundum triplicem enumeratum modum, aperiendo ſcilicet, rarefaciendo & vnita-
tem ſoluendo. Venarum igitur orificia, aperiri poſſunt à cauſis tùm internis, tùm externis. Si internæ fue
rint, eſſe poſſunt immediatæ & mediatæ. Interna cauſa & immediata apertionis, eſſe poteſt humidior in-
temperies vaſorũ, à qua eorum ora laxari, apeririq; ſolent: vel eſt ſanguis copia redundans, qui ſi ad vteri *Gal. 5. Aphor.*
venas cum impetu moueatur, facilè poteſt earum orificia aperire ac proinde fluere, cui ſi accedat eiuſdẽ
caliditas & mordacitas, citius adhuc, expultricem ſtimulando, fluere poterit. Cauſę verò mediatæ erunt,
quæcunq; concurrunt ad generationem ſanguinis copioſi, quales ſunt totius temperatura calida & hu-
mida, corporis habitus ſanguineus, ætas iuuenilis, & huiuſmodi. Si autem apertionis cauſæ externæ fue
rint, eſſe pariter poterunt immediatæ & mediatæ. Cauſa immediata cum Auic. erit, vſus balnei calefaci-
entis & aperientis, vel fomenta, vel alterius medicamenti aperientis adminiſtratio, quemadmodum eſt
Hiera, quæ maximè ſolet venas aperire, vel alia medicamẽta, quæ eaſdem laxare poſſunt. Si autem cauſæ
externæ mediatæq; fuerint, eſſe poſſunt neceſſariò & non neceſſariò occurrentes. Quæ neceſſariò oc-
currunt, capientur ab vniuerſa victus ratione aperiente, & copioſum ſanguinem generãte: ita concurret
aer calidior, victus copioſior & boni ſucci, & cætera huiuſmodi. Si autem externæ cauſæ neceſſariò non
occurrant, capiendæ erunt à medicamentis calidis & aperientibus, ſiue intus, ſiue extrà fuerint admini-
C ſtrata: & ſi intus, ſiue ſoluentia fuerint, ſiue alterantia, ſiue aperientia. Et ſi extrà, ſiue balnea extiterint, fri
ctiones, lotiones & huiuſmodi. Si deinde profluuium vt ſymptoma, in raritatem potius tunicarum refe-
ratur, tanquam in cauſam immediatam, raritas iſta produci pariter poteſt à cauſis internis & externis, &
vtriſq; mediatis & immediatis. Cauſæ internæ & mediatę raritatis erunt, ſanguis ipſe, qualitate peccans,
hoc eſt, in caliditate & tenuitate, cuiuſmodi eſt ſanguis bilioſus, aquoſus & ſeroſus: his enim ob propriæ
ſubſtantiæ tenuitatẽ, per venarum tunicas & orificia, facilè permeare & reſudare poteſt, præſertim ſi hęc
ſanguinis tenuitas fuerit cum caliditate coniuncta, ratione cuius, dictæ tunicæ rareſcunt, conſequenter
parati ores fiunt, vt tenuior ſanguis per illas penetret atq; reſudet Cauſæ verò internę, ſed mediatæ ſunt,
quæcunq; hanc ſanguinis tenuitatẽ adiuuare poſſunt, quemadmodum eſt totius ac partium temperatu-
ra calidior, ætas iuuenilis, corporis habitus gracilior & huiuſmodi. Si verò cauſæ iſtæ externæ, mediatæ
fuerint & neceſſariò occurrant, deſumentur à ſex rebus non naturalibus, calefacientibus & attenuantib.
ſanguinem. Si neceſſariò non occurrant, capientur à medicamentis, in quibus ſit vis aperiendi, laxandi,
humoresq; fundẽdi. Si tandem immoderatum hoc profluuium per diæreſin potius & ſolutam vnitatem
fiat, ſolui vnitas poterit à cauſis pariter internis & externis, incidentibus, pungentibus, frangentibus, vl-
cerantibus, exedentib. & huiuſmodi: ea tamen ratione, vt ſi locum habeant cauſæ incidentes & pungen-
tes, ſemper externæ ſint. ſi cauſæ frangentes, internæ & externæ eſſe poſſunt, vt merito internarum, ſan-
guis copioſior concurrat, & præſertim ſi cum multis flatibus fuerit coniũctus. Hi enim vi ſua diſtenden-
D do, continentia diſrumpere poſſunt, nòn ſecus ac in muſto recenter facto contingere experimur, à cuius
copioſis flatibus & ſpiritibus, liberiorem exitum non habentibus, vas diſrumpi ſolet. A pari, vteri vaſa ni
mio ſanguine repleta, & ſpirituum copia referta, tantam diſtenſionem pati poſſunt, vt de facili etiam diſ-
rumpantur. Præterea, eadem vaſa à fœtu etiam ipſo diſrumpi ſolent, præſertim vbi contigerit, violentis
inordinatiſq; motionib agitari: quod etiam in difficili partu fieri conſueuit. Si autem ab externis potius
cauſis eadem vaſa frangantur, locum habebunt caſus ab alto, magni ponderis geſtatio, vehemens clamor
& huiuſmodi. Si autem immoderatus hic fluxus fiat propter cauſas erodentes, talis eroſio & ipſa fieri po
terit ab internis, externiſque cauſis, mediatis & immediatis. Internæ cauſæ erunt humor qualitate pec-
cans, qualis eſt acris, ſalſus & mordax, ſiue talis humor à calidiori totius temperatura aut partis, genitus
fuerit: ſiue etiam ex ſuperuenienti putredine, humores acriores euadant, atque tunc præter eroſionem,
febres etiam accedunt, vt pluribus cauſis ad eroſionẽ concurrentibus, non ſolùm in vtero vlcerata fiant,
ſed in cancros etiam ſæpe degenerãt. Cuius eroſionis cauſæ mediatæ erunt, quæcunque concurrunt ad
ſanguinem acriorem reddendum, cuiuſmodi ſunt totius partium calidior intemperies, ætas iuuenilis, &
ſimilia, Si ab externis potius cauſis eroſio fiat, poſſunt neceſſario & non neceſſariò occurrere. Quæ ne-
ceſſariò occurrunt, ſunt aer calidior, cibus & potus, & vitæ induſtria, ei proportione correſpondentia. Si
neceſſariò non occurrant, erunt medicamenta calefacientia, ſiue hæc per os accipiantur, vt aromata, ſiue
extrà vtero admoueantur, vt acriora peſſaria. Atque hæc de cauſa formali, materiali, & efficiente immo-

derati fluxus menſtruorum, dicta ſufficiant: quæ omnia, longiori oratione hactenus explicata, breui hac definitione contineri poterunt, dicendo: Quod profluuium menſtruorum immoderatum, eſt fluxus ſanguinis vteri, præter naturam prodiens à vaſis affectis, per anaſtomoſin, diapedeſin & diæreſin. A

De differentijs profluuij Menſium. CAPVT XLIX.

EX cuius definitionis particulis, eſſentiam propoſiti affectus conſtituentibus, facilè colligi poſſunt illius differentiæ, quarum aliquæ à forma, quædam à materia, plures à cauſis efficiétibus capientur. Merito formæ, non oriuntur veræ & legitimę ſpecies, ſed illæ ſolùm, quæ ſecundum magis & minus diſtinguuntur, pro vt dicere poſſumus immoderatum hoc profluuium, aliud eſſe copioſum, aliud minus copioſum, & vtrumque rurſus continuum eſſe, vel intermittens. Merito autem materiæ, ſeu loci affecti, cùm is vterus ſit, dicere poſſumus, tale profluuium duplex adhuc eſſe, prout in illo vterus afficitur vel primariò, vel ſecundariò: & ſi ſecundario, vel totius ratione, vel partis determinatæ, ſi totum concurrat ob malum corporis habitum fiet, cuius corpus totum aggrauatur ſanguine, ipſum ad venas vteri expellendo, ſiue hæc expulſio à copia grauante fiat, vt in muliere cõtingit, cui menſtrua annua retenta fuerint, ſiue etiam id ipſum contingat ex totius transmittentis robore & ſuſcipientis vteri imbecillitate, vt in cæteris alijs fluxionibus euenire conſueuit. Si autem partis cauſa fluxio fiat, pro partium diuerſitate, totidem adhuc differentiæ naſcentur. Tandem ſi conſideremus cauſas effectrices, totidem naſcentur differentiæ, quod fuère cauſæ enumeratæ, ſiue iſtæ internæ fuerint, ſiue externæ, mediatæ & immediatæ, ex artis vſu, vel ratione contemplabiles. Vt verbi gratia, ſi dixerimus, tale profluuium triplex inprimis eſſe, pro triplici cauſa immediatè ipſum producente, vt aliud ſit ob apertionem orificiorum venarum, aliud ob raritatem tunicarum, aliud ob ſolutam vnitatem: quot deinde fuère propoſitæ cauſæ dictarum differentiarum, totidem etiam ſpecies illis correſpondebunt. B

Gal. 5. aph. 57.

Hippocr. 2. de morb. muliebr.

De ſignis profluuij Menſium. CAPVT L.

QVia cognitio eſſentiæ propoſiti ſymptomatis ad curationem ordinantur, ea autem vnica non ſit, ſed pro cauſarum ac ſpecierum diuerſitate, multiplex habeatur, ideò vt procul ab omni errore & citra omnem confuſionem, ſingulis ſpeciebus ſua peculiaris curatio adhiberi poſſit, neceſſarium eſt ſingularum ſpecierum, non à priori tantùm notitiam habuiſſe, verumetiam à poſteriori, quapropter de ſignis agendum erit. Hæc autem in duplici ſunt differentia, alia reſpiciunt profluuium hoc in genere, quædam ad enumeratas ſpecies diriguntur: *generatim hoc profluuium cognoſcimus*, non ſolùm ex relatione patientis, verumetiam ex nobiſmet ipſis, qui colorem quendam fœdum in toto corpore obſeruabimus, pedes intumeſcere incipiunt, ventriculus conſueta appetentia & coctione lędetur, vnde & robur totius corporis debilitabitur. *Diſtinguemus autem tale profluuium immoderatum, à profluuio muliebri*, ſigno in primis accepto ab exeunte materia, quæ in menſium profluuio, ſanguinolenta & copioſa erit: in alijs verò profluuijs, nec ſanguinea, nec copioſa effluere. Præterea, materia iſta, ratione qua ſanguinea, ſolet etiam extra venas grumeſcere: at in profluuio vteri, vel muliebri, exiens materia, cùm à ſanguine diuerſa ſit, non grumeſcet. Dum autem ſanguis fluit, cùm fluere poſſit in debita quantitate, & conſueto tempore, vt in fluxu menſtruorum ſecundum naturam facto contingit, & immoderatè ac quocunque tempore, vt in fluxu ſymptomatico, de quo hic ſermo habetur, ideò vt ſciamus, cui fluxui occurrendum ſit, vtrumq; diſtinguere oportebit. Diſtinguemus autem, accepto ſigno à iuuamento & nocumento ipſorum: nam ex fluxu omninò & ſecundum naturam facto, corpus totum ab omni ſorde emundatur, & iuuamẽtum percipit: ex immoderato verò & præter naturam, detrimentum accipiet, quoniam debilitabitur, & emaciabitur. Præterea fluxus ſecundum naturam, ſtatutis temporibus fit, & determinato tempore durat: qui autem eſt præter naturam, nec conſtitutum habet ſuę fluxionis tempus, vel ſi conſueto tempore inceperit, non tamen pro more terminabitur, ſed in longius protrahetur. Quod ſignum, non eſt perpetuæ veritatis, fieri enim poteſt hoc profluuium diu perdurare, quàm pro naturæ modo cõſueuerat, naturale tamen & laudabile eſſe, ad ſanitatemque tendere: Diſtinguemus autem profluuium diuturnum criticum à ſymptomatico, ſi ad duo reſpexerimus: primò ad noxam & iuuamentum, quod ex tali fluxu oritur. Secundò, mulierem interrogare oportebit, an conſuetam purgationem habuerit, vel non: quare ſi profluuium diuturnum fuerit, & ex eo mulier peius habeat, fueritque antea aſſueta debitas purgationes habere, ſtatuendum erit, eſſe ſymptomaticum At ſi iuuamentum perceperit, ſi etiam per duos vel tres menſes conſueta purgatio ſuppreſſa extiterit, iudicandum erit, hoc profluuium criticum & bonum eſſe: nam in tam longa mẽſium cohibitione, copioſior materia aggregata, longiori tempore eget, vt tota expurgetur, præſertim ſi in otio illa vixerit, & liberaliori victu vſa fuerit. A pari, illud profluuium, quod à partu efficitur, copioſior materia effluit, & pluribus diebus perdurare ſolet, erit tamen profluuium laudabile: quare in huiuſcemodi naturalibus euacuationibus, non quantitas, aut qualitas & genus ſubſtantiæ æſtimanda erunt, ſed potius ſi tempeſtiuè, vel intempeſtiuè, cum iuuamento, aut nocumento fiant. Præterea, cognoſcemus diuturnum profluuium eſſe ſymptomaticum, ex corporis habitu, quod ex tali fluxu in malum habitum degenerat, vt cùm carnoſa eſſet mulier, macilenta & gracilior euadat: cum floridi eſſet coloris, pallida redditur, totusque habitus corporis cachecticus fit, pedes intumeſcunt, totum corpus perfrigeratur, & diu perſeuerante, hydrops etiam ſuccedit. His ergo & ſimilibus ſignis, cognoſcemus profluuium menſium non ſolùm in genere, verùm etiam prout diſtinguitur à profluuio vteri & muliebri, & præterea etiam, pro vt in proprio genere diuturnum profluuium criticum, *ſeiungitur à ſymptomatico*, cuius deinde differentias, formales, inquam, materiales & efficientes, ita diſtinguemus. Inprimis quo ad formales, cùm hoc profluuium modò copioſius ſit, modò minus, modò continuum, modò intermittens, ex ſola relatione mulieris patientis cognoſcemus. Ex parte materiæ, dicimus vterum in quocunque profluuio, modò primariò, modò ſecũdariò affici: diſtinguemus, quia ſi vterus primò afficitur, tunc reliquum C D

6. de locis aff. 4. 2. de morbis muliebr.

Fluxus naturalis à non naturali diſtinctio.

A reliquum totum corpus bene habebit: præterea præceſsit partus difficilior, vel violentus, & indecens coitus. At ſi hæc non fuerint, ſtatuendum erit, vterum ſecundariò affici, atque tunc, vel totius cauſa, vel partis determinatæ, diſtinguemus recurrentes ad ſigna, totius ac partis læſionem indicantia. Denique, ea ſigna accedunt, quæ efficientes cauſas reſpiciunt, quæ cùm internæ & externæ eſſe poſsint, cognoſcemus externas cauſas locum habere, ſi errores commiſsi fuerint in victus ratione, vel in alijs, quæ extrà nobis neceſſariò non occurrunt. Si præterea ante commiſſos errores, mulier naturalem ſtatum ſeruabat, mox verò in profluuium lapſa fuerit. At his non præcedentibus, ſymptoma hoc in internas potius cauſas referendum erit, quæ cùm eſſe poſsint apertio orificiorum venarum, eorundem rarefactio & ſoluta vnitas, cognoſcemus inprimis fieri ex apertione orificiorum, ex plenitudine ſanguinis, ex ipſius copia exeunte, & ex modo exeundi: quoniam exibit cum impetu & confertim, qui ſanguis erit laudabilis, quoniam copia potiſsimum peccat, & ideò etiam ſine dolore exibit. Quibus accedunt temperatura calida & humida, corporis habitus plethoricus. ætas iuuenilis, & prægreſſa victus ratio. Si autem hoc profluuium fiat per diapedeſin & raritatem tunicarum, conſpicuum erit ex ſubſtantia ſanguinis exeuntis tenuioris & aquoſioris, ratione cuius, nec facilè grumeſcet: præterea, non exibit in tam magna copia, ſicut fiebat ex apertione venarum, à plenitudine prodeunte: quia in hoc profluuio, ſanguis qualitate potius quàm copia peccat Modus etiam exeundi ſpectandus erit, quia confertim & cum impetu non exibit, ſed ſenſim, diutius tamen perdurabit, quibus adde temperaturam, ætatem & prægreſſam victus
B rationem, quorum cauſa tenuior ſanguis generari poterit. Si verò fluxus per diæreſin fiat, cum fieri pariter poſsit à cauſis internis & externis, diſtinguemus, quia ſi ab externis cauſis prodierit, præceſſère cauſæ incidentes, pungentes, contundentes, diſrumpentes, & huiuſmodi alia, quæ continuum ſoluere poſſunt. At his non præcedentibus, indicium erit, cauſam eſſe internam, quæ ſi fuerit copioſus ſanguis, aderunt indicia plenitudinis, venæ erunt turgentes, corporis habitus plethoricus, color rubicundus, & reliqua id generis. Sanguis præterea in magna copia exibit, cum impetu & confertim, quæ tamen fluxio doloroſa erit: quia vbi eſt ſolutio vnitatis, ibi etiam eſt dolor, ad illius fluxionis differentiam, quæ fit ex vaſorum apertione. Si deinde ſolutio vnitatis fiat à cauſa erodente, cum interna & externa eſſe poſſit, diſtinguemus, quia ſi præceſſère peſſaria acriora, balnea & cætera medicamenta eius generis, cogitandum erit, externas cauſas locum habuiſſe, quibus non pręcedentibus, ſtatuendum erit, ab internis potius cauſis prodire. Hæc autem cùm non alia ſit, quàm ſanguis acrior & mordacior, cognoſcemus ex indicijs, talem ſanguinem indicantibus, nempe ex temperatura bilioſa, calidiori & ſicciori, corporis habitu graciliori, ætate iuuenili, vitæ induſtria & reliqua prægreſſa victus ratione conſimili. Modus etiam exeundi ſpectandus erit, quia hæc fluxio non confertim, ſed paulatim, non in magna, ſed parua copia fit: & præterea cum calore, morſu & dolore illarum partium, quæ ad vterum pertinent: Accedit, quod in parte hac dolente, obſeruabitur aliqua materia ſanioſa & alieni odoris. Cæterùm, talis eroſio cùm fieri poſsit à ſalſa pituita, vel vtraque bile, diſtinguem[illegible] recurrentes ad propria eorum humorum indicia, quæ tum ex *Lib de morbis vulgaribus.*
C colore fluentis ſanguinis, tùm ex alii[illegible]s, ab Hippocr. propoſitis, deſumi poterunt.

De I[illegible]onibus. CAP. LI.

HAbita cognitione propoſiti ſy[illegible]omatis, à priori per ſuas cauſas, & à poſteriori per ſigna, ad auxilia nunc accedendum, quæ ſi dogmaticè proponi debent. virtute indicationum inueniendę erunt, quæ cùm ex parte rerum præter naturam, curatoriæ ſint: ex parte naturalium, vitales, & ex parte eorum quæ ſunt in via vt præter naturam euadant, præſeruatiuæ, de ſingulis hoc loco agendum erit. Vt *merito rerum præter naturam.* ſi profluuium fiat per apertionem vaſorum, apertio iſta, non per ſe, ſed ratione cauſæ facientis apertionem indicabit, quæ ſi fuerit copioſus ſanguis, cum impetu commotus ad vaſa vteri, merito copiæ, indicabitur auxilium ſanguinem minuens: merito eiuſdem ſanguinis, pro vt cùm impetu in vterum mouetur, indicabitur auxilium euacuans, primò reuellendo, deinde deriuando. Si hoc profluuium fiat ob raritatem tunicarum vaſorum, per quas tenuior ſanguis facilè permeet, tunc merito raritatis, indicabitur auxilium denſans & conſtringens, merito ſanguinis tenuioris, auxilium incraſſans. Si deinde venæ vnitatis ſolutionem patiantur, cùm ſolui poſſint à cauſis internis & externis, ab externis nulla orietur indicatio, enſis enim incidens, vel acus pungens, nihil indicant, ſed indicatio capietur ab inciſione, punctione, fractione & cæteris ſpeciebus ſolutæ vnitatis, quæ permanentiam habent, &
D auxilium vniens & agglutinans, indicant. Si autem ſoluatur vnitas, ob internas cauſas, vt à ſanguine copioſo & ebulliente, indicabitur auxilium euacuans. Si denique ab erodente cauſa, eadem ſolutio fiat, cum hæc agat inſigni ſuo calore, mordacitate & acredine, indicabit auxilium refrigerans, & omnem illius exceſſum commoderans, quæ cauſa ſi conſideretur, vt nondum erodit, ſed erodere poteſt, erit indicans præſeruatorium. Cæterùm, quia omne vlcus ſanioſam materiam annexam habet, quæ illius conſolidationem impedire ſolet, ideò ratione huius, indicabitur auxilium exſiccans, detergens & mundificans. Tandem, ſi ratione huius immoderati profluuij, vires imbecilliores fiant, tunc merito earum, quæ totum reſpiciunt, orietur auxilium vitale & conſeruans, cuius materia alimentum erit. *Merito autem loci affecti*, ſiue vterus fuerit, ſiue hepar, ſiue alia pars, vel totum, requiretur auxilium corrigens & roborans totum, vel partem determinatam. Hepar quidem, cum hepaticis vterus cum matricalibus, & ſic de alijs. Quos ſcopos explere modò magis, modò minus difficile erit, pro differentiarum & cauſarum diſcrimine. *Si in genere hoc profluuium primo conſideremus*, magni momenti malum eſſe videtur, cum illius cauſa, corpus totum debilitetur, frigidius fiat & hydrope etiam corripiatur, imò ad ſyncopen etiam mulierem perducit. Si deinde *illius ſpecies* conſideremus, & primò, ſi hic fluxus fiat per anaſtomoſin, à copia inquam ſanguinis, cum impetu commoti, ſi non fuerit antiquus, ſi citra inſignem noxam patientis fiat, hæc omnia facilè atteſtabuntur ſalubritatem. Si præterea hic fluxus fiat ex venis vteri, ſolutis acetabulis, abor- *Galen. 1. ad Glauc. 5. de locis affect. 5. Aphor. 51.*

tus ſequetur. Si ex venis ceruicis,& in parua copia,neceſſariò abortus non ſequetur. Si ex venarum e- A
roſione ortum habuerit,ſi continuus fuerit,antiquus,medicamentis non cedens,cum dolore factus, ac-
cedente corporis macie & virium imbecillitate,intemperatura calidiori,æſtiuo tempore:hæc omnia cu
5. Aphor. 57. rationem reddere poſſunt nedum difficilem, verùm etiam impoſsibilem. Ideo Galen. rectè ſtatuit, ad immoderatum profluuium,ſequi lethales morbos, quales ſunt hydrops conuulſio,animi defectus & reliqua nimiam inanitionem ſequentia. Si fiat ob diſrupta vaſa, ab externis cauſis incidentibus, contundentibus & reliquis, pro dictarum cauſarum diuerſitate, diuerſa ratione prognoſticandum erit. Si locum habeat tunicarum nimia raritas, & ſanguis tenuior, impoſsibile non erit continentium raritatem denſare,& contenti tenuitatem incraſſare.

De auxiliorum materijs. CAPVT LII.

QVemadmodum in curanda ſuppreſſione menſtruorum, ita & in profluuio eorundem, locum habent materiæ chirurgicæ, pharmaceuticæ & diæteticæ. Vt merito chirurgiæ,tunc conueniat *ſanguinis miſsio*, quando tale profluuium ortum habuerit à plenitudine ſanguinis in vterum impetum habentis,& ratione eiuſdem, vt in alia loca non conuenientia mouetur, ſanguis pariter tùm reuellendo, tùm deriuando educendus erit.Quare in profluuio per anaſtomoſin facto,ratione plenitudinis aperientis,vel diſrumpentis venas, ſanguis euacuandus erit. In ea etiam fluxione, quæ à vaſorum eroſione dependet,locum habebit. Dum autem in tali profluuio ſanguis inanitur,parcè potius,quàm copioſè euacuari debet: non enim ad ſanguinis copiam reſpicere ſolùm oportet, verùm etiam ad vires præſentes & B
futuras, quæ licet inter initia huius affectus robuſtæ eſſe valeant, illo tamen progrediente, citò imbecilles euadere poſſunt:propterea,etiamſi ſanguis copioſus eſſet,& vires in præſentia robuſtæ,vt ratione vtriuſque copioſus ſanguis mittendus ſit, quia tamen in cõtinuo fluxu vires quotidie imbecilliores fiunt, parca euacuatio facienda erit,& pręſertim ſi fluxus aliquem progreſſum fecerit,fueritque bilioſus quàm alterius generis. Præterea, cum talis euacuatio reuulſionis potius gratia, quam euacuationis facienda ſit, ideò vena ſuperior cubiti, communis aut iecoraria, aperiri debet. Iecoraria quidem, vbi peccauerit ſanguis bilioſus & calidior, per huius enim ſectionem, non ſolùm reuellimus, ſed iecoris etiam feruorem contemperamus. Communis verò pertunditur, ſi talis fluxus à totius plenitudine,conſequenter à ſanguine,copia potiſsimum peccante,fiat,tuncque ſanguinem mittere oportet,quando adeſt præſentia principaliter indicantis, copia inquam ſanguinis & illius impetus in vterum, & abſentia prohibentis,ad differentiam illius profluuij, quod fit quidem ex apertione orificiorum venarum, ſed talis apertio, non fit à copia in vterum cum impetu commota, ſed potius à relaxatione dictorum orificiorum, ratione cuius,ſanguis in vterum quidem mouetur,ſed hic motus,à copia non producitur,ſed à vaſorum relaxatione. Propterea,in tali profluuio, iubet Rhaſes nos primò aſtringentibus vti debere, quorum vſu, ſi dicta fluxio ceſſauerit, nulla amplius habebitur indicatio validior auxilij conſequenter nec ſanguinis mittendi. At ſi tale profluuium dictis aſtringentibus non ceſſer[illegible]ogimur etiam ad miſsionem ſanguinis deuenire,& reuulſionis potius, quàm euacuationis gra[illegible]poſitum obſeruamus in illo profluuio,quod fit à ſanguine copioſo, quoniam prius debemus ſa[illegible] euacuare reuellendo, deinde adſtringentibus vti, aliter ſi adſtringentibus prius vteremur, tunc [illegible]is intùs ita cohibitus, magis ſæuire poſſet, & ſæuiendo vaſa etiam diſrumpere, quod genus profluuij Aetius magis conſiderauit, cum iubeat primo venam eſſe ſecandam,deinde adſtringentibus vtendum. Dum autem ſanguis mittitur reuulſionis gratia,eo modo mitti debet, vt reuulſio & melius fiat, & virium robur ſeruetur, quod continget,ſi non ſemel ſanguis euacuetur in magna copia, ſed illa potius partiatur: qui ſanguis, ſi craſſior fuerit, extrahi poterit per foramen pauló latius:ſecus autem,ſi tenuior. Præter venæ ſectionem locum habent etiam *Cucurbitulæ* ſcarificatæ & non ſcarificatæ. Vtimur ſcarificatis, vbi pariter expedit ſanguinem mittere, vires tamen non ſunt ita robuſtæ, quarum recta adminiſtratio, iiſdem ſcopis ac fundamentis innititur,quibus etiam venæ ſectio. Id tamen circa locum aduertendum, cùm non idem ab omnibus eſſe ſta-
Fen. 21. cap. 4. 5. Aphor. 50. 13. Meth. 19. 2. de compoſ. med. tuatur,ſed alij ſcapulis & dorſo applicent,alij inguinibus,nonnulli mammis,vt Galenus & Hippocrates. Ex omnium autem conſenſu, infernis partibus nunquam applicandæ erunt. Sed vt procul ab omni errore conueniens locus inueniatur ad propoſitos ſcopos mentem dirigere oportet. Quare, dum ſcopus adeſt mittẽdi ſanguinem per cucurbitulas ſcarificatas,vel illis vtimur gratia euacuationis,vel deriuationis,vel reuulſionis.Si cucurbitulis vtamur vt ſimpliciter euacuemus,ita indicabuntur à copia ſanguinis D
in toto corpore peccantis,& tunc affigi debent cucurbitulę illis partibus,ratione quarum totum corpus à copioſo ſanguine euacuetur,cuiuſmodi erunt ſcapulæ,dorſum,vel etiam brachia. Si autem ſermo fuerit de cucurbitulis gratia reuulſionis tantùm,cum reuulſio indicetur,non à copia ſimpliciter,ſed à motu potius ſanguinis decumbentis in partem læſam, ideò pro compeſcendo tali motu, illis partibus applicandæ erunt,ratione quarum impetus eius intercipiatur,& in oppoſitam partem,eamque longinquam, retrahatur,ſeruata ſemper rectitudine, & tunc magnæ cucurbitulæ cum Hippocr. ſub mammis applicari poterunt,qui locus eſt oppoſitus loco affecto,eſt longinquus,& præterea cum vtero rectitudinem ſer-
2. de morbis muliebr. uat, magnumque cum illo habet conſenſum, ob venas,quæ mammis & vtero ſunt communes. Et cum hac ratione cucurbitulas mammis applicamus, debent potius ſine ſcarificatione,quàm ſcarificatæ applicari,quia ſcopus eſt,non ſanguinem euacuare, ſed potius illius motum ad inferiora intercipere atque reuellere. Et ideò,in eo profluuio potiſsimum locum habebunt, quod fit vitio vaſorum, quando nimis laxantur & aperiuntur orificia,citra copiam ſanguinis. Circa quarum adminiſtrationem,cum Galen.id ſeruandum, vt eligantur cucurbitulæ magnæ, & cum magna flamma applicentur, quæ plurimum attrahendo,reuellendi vim maiorem habebunt: & præterea,affixæ diutius detineri non debent,ſed per certa potius interualla repetendę,aliter tanta attractio ad illas partes fieri poſſet,vt anhelitus etiam difficultas contingat.

A contingat. Sunt quin etiam admouendæ parti dextræ,modò ſiniſtræ,vel vtriſque, prout mulier ita affe-ĉta,magis conquereretur ſecundum vnam quàm alteram partem, vel ſecundum vtraſque. Si deinde ſermo fuerit de cucurbitulis, gratia deriuationis tantùm, hac ratione, cùm ſint materia auxilij euacuantis ſanguinem,non ob totius plenitudinem, vel impetum compeſcendum, ſed potius ratione partis repletæ euacuandæ,ideò loco etiam propinquo parti affectæ, admouendæ erunt,& hoc modo,locus conueniens erunt inguina,per quas partes, ſanguis iam in vterum defluxus,deriuàdo educetur,per quam deriuationem, immoderatus fluxus etiam intercipitur & cohibetur. Quod idem præſtant etiam craſſefaciendo,quia euacuantes illius partem tenuiorem,& craſsiorem relinquentes,fluxum compeſcũt: quem modum, ſiſtendi immoderatum fluxum vteri, Gal. etiam ſignificauit lib. de Præcognitione ad Poſthumum,vbi dicebat, curationem & detentionem profluuij muliebris,deriuando fieri, prouocantibus lotium & aluum mouentibus, vt hinc pateat, quod materia auxilij deriuantis,vim habet ſiſtendi profluuium vteri,ſiue ſanguinis fuerit,ſiue aliorum humorum. Quod autem omnes conſentiunt,infernis partibus applicandas non eſſe,ratio eſt ſatis euidens,quia fluxus non ſiſteretur,ſed potius augeretur, maioremque motum ac impetum ſanguini præberent,vt ad vterum magis præcipitaretur. De quantitate autem & tempore,nihil dico,quia eadem ſeruari debent, quæ in venæ ſectione dicta fuere. Præter cucurbitulas,accedunt etiam *ligaturæ*, quæ in immoderato profluuio vſum pariter habent, tanquam materiæ

B auxilij reuellentis. Reuellunt autem,ratione, qua doloroſæ,nam ratione doloris, attractio fit ad partem dolentem. Locus autem patet,quia non erunt admouendæ infernis partibus,quia fluxum augerent,ſed ſupernis potius,vt digiti in primis ligari poſſunt, manus deinde & brachia. Sed circa locum difficultas oritur quia Hippocr.2.de morbis Muliebr. & Auicen.in cap.proprio, loquentes de loco in quo ligaturæ faciendæ ſunt,ſtatuere videntur, præter ſupernas partes,ligandas etiam eſſe infernas, poplitis videlicet, & ſupra genua. Pro cuius difficultatis reſolutione notandum eſt,quòd dum ſermo eſt de ligaturis,in immoderato profluuio menſtruorum, vel de illis loquimur, ratione qua vno & eodem tempore vtriſq; extremis partibus admouentur,ſupernis inquam & infernis, vel in diuerſis temporibus. Si primo modo, cum Hippoc.ſtatuendum erit,quod hunc fluxum immoderatum ſiſtere poterunt: experiẽtia enim compertum habetur,quod id mobile,raptum habens ad determinatum locum, ſi eodem tempore ad contraria vtrinq; trahatur,immotum manere. A pari eandem materiam,quæ in hoc profluuio ad inferiora mouetur, ſi ad loca contraria vtrinq; trahatur, immobilem fieri, qua ratione profluuium ſiſtitur, hoc autem contingit,quando vno & eodem tempore,vtræq; partes infernæ & ſupernæ,ligantur. Si autem diuerſis temporibus ligabuntur,proculdubiò materia quæ erat immota,ad motum trahentis mouebitur,vt cum Galen.loco citato,ſi ligentur partes infernę, tantùm abeſſe,vt profluuium ſiſtatur,quod potius augetur: contrà contingit,ſi ſupernæ partes tantùm ligatæ fuerint,ab his enim materia vel ſurſum trahetur,vel ſal

C tem illius motus ad inferiora impedietur. Cæterùm illud *in praxi obſeruandum* eſt, vt dum ligantur ambæ partes contrariæ,talis ordo ſeruetur, vt non eodem tempore ambæ ligentur, ſed priori loco ſuperiores, deinde inferiores: hoc enim ordine,ſanguis qui propenſus eſt, vt ad inferiora magis moueatur, ſiſtitur in primis, & ad contrarium locum facilius euocatur, quàm ſi eodem tempore vtræq; partes ligarentur. Præterea, id etiam obſeruandum erit, vt ob propinquitatem quam maiorem habet ſanguis ad inferiora, quàm ad ſuperiora, ligatura partium ſuperiorum paulò validior fiat,in inferiorib. verò paulò remiſsior, ratione enim maioris doloris,in ſupernis partibus facti, maior etiam attractio ad ſuperiora quàm ad inferiora fit, quod minimè contingeret, ſi ambæ ligaturæ eſſent æquales, quamuis enim ratione æqualis doloris,materia magis ad vnam,quàm ad alteram partem moueri non deberet,tamen ob propenſionem quam ad inferiora magis habet quàm ad ſuperiora,fluxus iſte minimè ſiſteretur. Alterum, quod *in praxi obſeruandum* eſt, reſpicit ordinem ſeruãdum in ſolutione earundem ligaturarum,non enim vno & eodem tempore ſolui debent, ſed priori loco ſoluendæ erunt ligaturæ inferiores, deinde ſuperiores: hac enim ratione, ſanguis qui procliuior magis erat in infernas partes, melius ſiſtetur, & ad ſuperiora magis mouebitur. Eadem ratio eſſe poteſt de *frictionibus*, quæ ſunt materia auxilij inſenſibiliter vacuantis, & pro diuerſitate locorum quibus admouentur,vim pariter habent modò reuellendi & intercipiendi hoc profluuium, modò etiam augendi & prouocandi. Si namque fiant in infernis partibus, profluuium augebunt,ſi in ſupernis, ſiſtent: vtrumque autem præſtant, tùm ratione caloris, tum doloris, quorum pro-

D prium eſt attrahere. Calorem autem & dolorem inducunt illæ frictiones quæ non leues & molliores ſunt, ſed mediocres & aſperiores, quæ in hoc profluuio locum habent, ſi ſupernis partibus fuerint admotæ. Et hæc de Chirurgicis materijs dicta ſint.

De materijs Pharmaceuticis. CAP. LIII.

DE materijs Pharmaceuticis agens,eas omnes conſultò prætermittam,quæ cæteris affectibus communes ſunt,totumque reſpiciunt,qualia ſunt lenientia,præparantia,& purgantia,de quibus ſuprà ſemel egiſſe ſatis eſt, & ad propria deſcendam. Id tamen in praxi perpetua obſeruatione dignum exiſtimo,vt in propoſito ſymptomate,ab illis omnibus medicamentis ſemper abſtineamus,quę poſſunt *Nota.* profluuium hoc ſeruare,fouere & augere,ſiue hoc fecerint venarum ora laxando,aperiendo, rarefaciendo,dilatando,vel continuum ſoluendo. Ideò à diureticis,aperientibus & calidioribus, deſiſtendum erit, vt pote ab illis, quæ ſanguinem attenuare, acriorem & mordaciorem reddere, viaſq; magis dilatare poſſunt. Quare *in genere lenientium*, hiera & aloe locum non habebũt: caſsia etiam,quia partes laxiores reddit, relinquenda erit. Sed ea potius erunt eligenda, quæ primas ſuperfluitates tollunt, & ſimul viſcera roborant: cuiuſmodi ſunt,ſyr.roſ.ſol.tamarindi,myrobalani, & ſimilia. Eadem ratio de præparantibus & purgantibus haberi debet,vt merito *præparantium*, deſiſtendum ſit à ſyr.de duabus, de quinque radicibus & ſimilibus, conſultiuſque erit illos eligere, quæ aliquam roborandi vim retinent,quales ſunt ſyr.

roſ.recens,de roſis ſiccis,de ſucco acetoſæ,de acetoſitate citri, de cichor.& ſimilibus. Et denique meri- A
to *purgantium*, ſi bilem educere opus fuerit, eligere poterimus Rhabarb. immaturum potius,quàm ma-
turum,vſtum, quàm non vſtum. quod ſi in infuſione præbeatur, parandum erit potius in decocto Ta-
marindorum,Myrobal.citrin.& ſimilibus, quàm in alijs aperientibus,vel laxantibus: & tutius adhuc e-
rit,eodem vti in ſubſtantia potius quam in infuſione. Suppoſita igitur totius purgatione,ad *localia* deue-
niendum erit,quæ reſpiciunt non ſolùm partem læſam,ſed læſionis etiam cauſam, tùm continentia,tùm
contenta: in primis, ſi hoc profluuium fiat per apertionem orificiorum, diſtinguere oportebit, an illud
fiat vitio materiæ,vel potius vaſorum. Si vaſorum vitio contingat,quia aperta & laxiora ſint reddita,oc-
currendum erit cum exſiccantibus,aſtringentibus,quorum materiæ duplices ſunt,quarum aliæ adſtrin-
7. de compoſ. medic. 9. de ſimplic. med. gunt ſtupefaciendo,& ab his,pro viribus deſiſtendum erit. Alia id præſtant,ſed citra ſtupefactionem,&
iſtis magis vtendum, & ea potiſsimùm cum Gal. eligenda erunt, quæ citra mordacitatem exſiccant: in
eroſis & fractis venis non ſolùm exſiccantia conducent, ſed illa potiſsimum, quæ aliquid etiam gluti-
noſi habent. Quibus vtemur intùs exhibendo, & extra admouendo, magis autem iſtis quàm illis, pro
loci affecti ſitu ac poſitione: ſi namque afficiantur ora vaſorum, quæ ad vterum tantùm ſpectant, in illis
adſtringentibus potiſsimùm inſiſtendum erit, quæ exterius applicantur: hæc enim iuuare ſemper poſ-
ſunt,nocere autem nunquam. At ſi hæc per os exhibeantur, facilè etiam nocere poſſunt adſtringendo
internas venas. & caloris conſuetam ventilationem prohibendo, qua ratione ſebrem etiam accendere
poſſunt. At ſi aperta fuerint eorum vaſorum ora,quæ in alto corporis ſunt magis locata,cum ratione lon- B
gioris ſitus, vis aſtringentium, quæ extra tantùm applicantur, eò vſque penetrare non poſsit, cogimur
intùs illis vti,& præſertim ſi profluuium hoc confirmatum fuerit. Vbi autem vtrobique venarum ora a-
perta fuerint,vtriſque etiam adſtringentibus vti oportebit, de quibus omnibus ſigillatim agendum eſt.
Et primò,quæ & quot ſint materiæ huius auxilij adſtringentis enumerabo: ſecundo quæ ſit ratio & mo-
dus vtendi, monebo. *Materiæ igitur adſtringentis & agglutinantis auxilij* citra ſtupefactionem & mordaci-
tatem,eſſe poſſunt frigidi & calidi temperamenti, quarum vſus modò ſeorſum, modò ſimul habendus
erit, pro diuerſitate dicti profluuij: vtriuſque autem auxilij materiæ, *ex triplici rerum ordine capiuntur*, Mi-
neralium videlicet,vegetabilium & animalium. Vt in *genere mineralium*, hæc enumerentur: bolus arme-
na,terra lemnia,ſanguis draconis,lapis hæmatites,corallia alba & rubea, Samius aſter, Ocrea, lapis cala-
minaris, qui Cadmia eſt lapidoſa, qui ſæpè vſtus & aceto extinctus, valenter ſiccat, ſcoria ferri, alumen
vſtum, æs vſtum, ſquamma ærjs, chalcantum, quæ tamen exſiccando & cicatricem inducendo, acriora
ſunt, ſæpius tamen lota, omnem acrimoniam deponunt. *Inter vegetabilia* ſunt radices, folia,frondes,fru-
ctus & ſemina, in quo genere numerantur roſæ rubeæ, conſolida,plantago, verbaſcum, mirthum,poly-
gonon,quæ ab effectu ſanguinaria dicitur, burſa paſtoris, arnogloſſa, cynogloſſa,vel lingua canina,folia
Gal. lib. de ſymptom. medic. pimpinellæ & radix,pentaphyllum,portulaca,ſemperuiuum, barba hirci,cauda equina, cortex granato-
rum, ſuccus eorum, balauſtia, cotonea, ſorba, mora immatura, meſpila, fraga, glandes, hypocyſtis, ſu- C
Hippocr. lib. de morb. muliebr. mach, dipſacum, arancia acerba, acaria, lycium, millefolium, lentiſcus, ſantala, ſpodium, lens,virga pa-
ſtoris,vitis agreſtis, nymphea, præſertim quæ candidam radicem habet, biſtorta, ſemina acetoſæ, cori-
andrum. Inter compoſita habetur Diaolibanum Auicennæ, theodoricum magnum, tryphera minor,
confectio alkekengi,athanaſia, trochiſci de terra ſigillata,de carabe,de ſpodio,de camphora,de ſcoria fer
ri,diamargariton,triaſantala,conſerua myrthi,ſymphyti,diacydonite, diacornu, ſaccharum roſatum an-
tiquum: Syrup.de roſis ſiccis,de mirtho, de portulaca, de agreſta,de ribes. ſunt etiam catapotia ex bdel-
lio à Meſue commendata. *Inter animalia* habentur cornu cerui vſtum & lotum, lepuſculus vſtus, coa-
gulum hœdi, leporis, cerui & vituli, mumia, cortex ouorum vſta, puluis oſsium ſepiæ, raſura eboris,
Hippocr. lib. de morb. muliebr. margaritæ, puluis ſpongiæ vſtæ quàm Hippocr. dabat cum vino & ſimilia. Materiæ verò excipientes,
eſſe poſſunt aqua ſimplex,vel ſtillatitia roſarum, vel chalybeata,poſca etiam,vinum granatorum,vinum
auſterum,acetum, & huiuſmodi. Quæ verò adſtringunt, ſed calida potius ſunt, præter dicta erunt ab-
ſynthium, mentha, maſtix, ambra, myrrha, olibanum, coriandrum ſiccum, nux cupreſſi & huiuſmodi.
N. In quorum adminiſtratione id in praxi obſeruandum,vt cum expedit per os vti aſtringentibus frigidis,
ſolis non vtamur, ſed permixtis cum portione aliqua calidorum: ſic enim ventriculo non nocebimus,
ſed ipſius robur aliqua ratione tuebimur. His accedunt compoſita,diacalamenta diatrionpiperium dia-
galang.theriaca mithridatica & ſimilia quibus vtimur, vbi exiens materia aquoſior extiterit, genitaque D
fuerit ex ventriculo aut hepate frigidiori, quibus pariter vti expedit, extra fluxum potius & pro præ-
ſeruatione, quàm fluxionis tempore & procuratione: & ratio eſt,quia vim habent menſtrua prouocan-
di. *Ex prædictis igitur materijs*, variæ medicamentorum formæ parari poterunt, vt ſi de illis ſermo ha-
beatur,quæ foris applicantur,conficere poſſimus, fomenta, ſeſsiones, ſuffumigia, peſſaria, clyſteria, in-
unctiones,linimenta, cerata & ſimilia. Si interius illis vti magis expediet, propinari poterunt decoctio-
nes,infuſiones, ſucci, pulueres,electuaria,conſeruæ, trochiſci, pillulæ & huiuſmodi. Cùm igitur nobis
curandum occurret profluuium, quod ex laxatis vaſis vteri fiat, eorumque oris apertis, circa plenitu-
dinem, illæ materiæ adſtringentes eligendæ erunt, quæ in paſsiuis qualitatibus ſemper exſiccent citra
mordacitatem: in actiuis verò modò ad frigidum,modò ad calidum vergant, pro cauſarum & intempe-
riei diuerſitate. Vnde ſi vteri tantùm vaſa laxata fuerint, ſatis erit adſtringentia extrà & ad partes vteri
applicare, quemadmodum ſi parentur inſeſsiones ex folijs mirthi, plãtaginis, polygoni,roſarum rubea-
rum ana M ij.nucum cupreſsi ℥.ij quibus omnibus ſimul mixtis & contuſis,excipi poterunt in commu-
ni aqua, vel vino rubro adſtringenti, & facta decoctione, in ea mulier ſedeat ſingulo die per horam ante
cibum. Ex hoc ipſo decocto,fomenta etiam parari poterunt,quemadmodum ex eodem ſuppoſito,ſuffu
migium conficitur. Peſſaria etiam fiant,madefaciendo pecias & ad formam digiti deducendo,& in oleo
lentiſci intinctis in vterum amittãtur: & ſi efficaciori peſſario opus fuerit,parari etiam poterit ex propria
ſubſtantia

A ſubſtantia dictorum adſtringentiū, & pro neceſsitate etiam valentiorum. Quemadmodum ſi prædictis ſimplicibus addiderimus hypocyſtidem, balauſtia & in vino adſtringenti decoquantur & bombace in eo madeſcente & contuſo ad formam peſſarij deducantur, vel etiam eorum ſubſtantia in pecia tenui & rara excipiatur,& in vterum indatur. Ex eodem decocto, clyſteria etiam parari poterunt pro eodem vtero, vt Gal. teſtatur ſe ſolo vſu ſucci plantaginis, quatuor diebus cōtinuis immoderatum fluxum vteri ſiſtiſſe. Linimenta etiam parari poterunt ex ſanguine draconis, terra lemnia, bolo armena, æquis partibus acceptis ad ℈.j. addendo puluerem pineorū, cupreſsi & maſticis ana. ʒ.j. gummi arabici, tragacanthi ana. ℈.v. olei mirthini, vel melini, aut de lentiſco ℥.xv. ceræ lotæ in vino adſtringenti vel chalybeato, vel etiam in aceto roſ. q.ſ. omnibus mixtis linimentum parabitur. & abraſis prius pilis, dictę parti applicari poterit. Addo aliud, quod valentius adhuc adſtringēs pro maiori etiam neceſsitate in vſum venire poterit, quod conficitur ex ſcoria ferri in puluerem tenuiſsimū prius redacta, deinde aceto infuſa & in loco calido per viginti quatuor horas detenta: ſic enim illius vis in aceto recipitur, quod lento igni expoſitū,& ad mellis conſiſtentiam redactum, valentiſsimum erit adſtringens, ſiue intus ſiue extrà admoueatur & hoc genus medicamenti potiſsimū locum habebit in profluuio ex apertione vaſorum, ex nimia humiditate laxante Extat etiam vnguentum Comitiſſæ, quod paratum habetur, vt lumbis ac pectini admotum abortum etiam impedire ſoleat Ex eiſdem materijs, parari etiā poſſunt medicamenta intus capienda. In quorum omnium recta adminiſtratione, illud in praxi perpetuò *obſeruandum*, vt cum dictis materijs, aliqua

B ſemper permiſceamus, quæ diuretica ſint, vt pro vehiculo aliorum inſeruiant, donec ad vterum vſq; deducantur. Quantum igitur ad potiones, decocta potius probantur quàm infuſiones, vel aquæ ſtillatitię, quia maiorem adſtringendi efficaciam retinent, quemadmodum ſi acceperimus foliorum plantag. mirthi, roſ. rubearum, pineorum cupreſsi,& pro vehiculo ac diuretico, matricariam addiderimus ana partes æquales, aquæ ſtillaticiæ roſarum q.ſ. miſce & fiat decoctio ad conſummationem tertiæ partis,& de hoc decocto detur ſingulo mane ad ℥.iij. vel iiij ieiuno vētriculo,& pluribus horis ante cibum. Si adhuc magis opus fuerit laxatas partes adſtringere, iiſdem etiam vti poterimus in ſubſtantia, conficiendo puluerem, quemadmodum ſi acceperimus pulueris boli armeni, terræ lemniæ, corall rubeorum, triaſandalarum, roſarum rub. pineorum cupreſsi ana ʒ j quibus mixtis, poterimus ex hoc puluere dare ſingulo mane ante dictum decoctū, vel etiam cum poſca. Vel loco huius pulueris, dare poterimus tantundem trochiſ de carabe, qui à Rhaſe tantopere commendantur: propinariq; poterunt cum vino granatorum, poſca, aut vino ſtyptico. Ex eiſdem parari poterunt electuaria, quemadmodū ſi ex dicto puluere, ad ℥.v. accepto ex ſacch ro roſato antiquo ad ℥.j. cum Syr. de roſ. ſic q.ſ. Electuariū componamus, cuius doſis erit ʒ.v. ſingulo mane. Ex eodem puluere, cum vino granatorū, vel Syr de roſ. ſic. pillulæ etiā ponderis ℈ j. formari poterūt: vel iam paratas accipere poterimus. quales illæ ſunt, quę ex bdellio conficiuntur maiores & minores. Si aūt profluuiū fiat ex apertis vaſis, à nimia copia ſanguinis cum impetu cōmoti ad vias

C vteri, præcipuū auxiliū erit, illius copiam minuere, impetumq; ac motum ad contraria reuellere, cuius auxilij materia erit ſanguinis miſsio, vt ſuprà dictū fuit. Si idem profluuiū fiat ob raritatē tunicarū & ſanguinis nimiam tenuitatē, occurrendū erit cum denſantibus partes rarefactas & tenuiorem ſanguinem incraſſantibus, cuius auxilij materiæ illæ eædem erunt, quæ proximè fuēre enumeratæ, quibus ſemper ratio victus proportione reſpondere debet. In quo profluuio, conueniet cibus paratus ex pedibus vitulorum, carne teſtudinis, cochlearū, riſum, alica & huiuſmodi,& pręſertim ſi cum aqua chalybeata vel roſarum ſtillatitia parata fuerint, vel etiam cum radice ſymphiti, cum coriandris, cum modico aceto pręparata. Eadem & de potu ratio habenda erit, quod eſſe poterit vinū ſed auſterū, quod ſi tale non fuerit, permiſceri ei poterit ſuccus granatorū, vel ribes, vel aranciorum acerborum Si deinde profluuiū fiat à ſoluta vnitate, atq; hoc fiat ab externis cauſis, vt à vulnere, contuſione, fractura, caſu ab alto & ſimilibus, his omnibus medicus occurrere debet, tanquā chirurgus. At ſi cauſa ſolutæ vnitatis interna fuerit, hæc ſi ſanguis efferueſcens extiterit, vt ob turgentiam flatuum vaſa frangantur, illis erit occurrendum, quæ ſanguinis ebullitionem tollere poſſunt, cuiuſmodi eſt apertio venæ cubiti ſtatim facta. quæ pariter eo in loco facienda erit, ratione cuius, illius impetus ad vias vteri, reuellendo intercipiatur. Deinde, cum conſolidantibus & agglutinantibus progrediendū erit, quorū materiæ erunt illæ eædē ſupra propoſitæ, ex quibus variæ formæ præſidiorū parari poterunt, pro loci fractura. Quæ ſi in internis locis fuerit, præbe-

D re poterimus decocta, infuſiones, ſuccos, pulueres, electuaria & reliqua propoſita. Si fractura, externas potius partes ad vterū pertinentes occupauerit, vt ex difficultate partus contingere ſolet, ſatis erit illis vti quę extrà applicantur, ſiue balnea fuerint, inſeſsiones, fomēta, ſuffumigia, peſſaria, clyſteria, inunctiones, emplaſtra, cerata & eius generis. Si tandē profluuiū fiat per diæreſin, quæ in vaſorū exeſione & vlceratione conſiſtit, triplex curandi ſcopus orietur. Primus erit cōſolidandi vlceris, ſecundus impedimenta remouendi, quæ cicatricē tollunt, tertius alterandi & roborādi membrū acriores humores generās: cuius auxilij materiæ, illæ omnes erunt, quæ feruorē, caloremq; moderari poſſunt, cuius modi ſunt cichoracia omnia, ſiue decoctis eorū vtamur, ſuccis, conſeruis, pulueribus & ſimilibus. Præter iſta, habemus ſerum caprinum chalybeatum & in maiori copia exhibitum & per plures dies. Et ſi diligētiores eſſe cupimus, capram nutrire poterimus cum appropriatis: in eundem vſum cōuenit etiā aqua Beatæ virginis. Quæ verò impedimenta tollunt, hoc eſt, ſaniē vlceris auferunt, cuius præſentia cicatrix induci non poteſt, erunt quæcunq; detergunt & mundificant: ideò cum decocto hordei, furfurū, decoctis vel in mulſa, vel in ſero caprino, poterimus vlcus mundificare, parādo vel inſeſsionē vel per clyſtere iniiciendo Deinde ad conſolidantia deueniendū erit, quę licet plurima ſint. ex materijs exſiccantibus hactenus propoſitis, varijs formis cōfici poſsint, duo tamē adhuc peculiaria,& maximè efficacia in cōſolidādo quocūq; vlcere propono,& præſertim cùm illa etiā longa experientia fuerint cōprobata. Primū eſt, oleū ſtillatitium paratū ex bolo Armeno coloris rubicundi. Alterum eſt, oleum ſulphureū, vtrumq; magnam habet vim

exſiccandi,putredinem omnem tollendi,vlcusq́; conſolidandi, quod munus citiſsimè etiam abſoluunt. A
Id tamen in illorũ vſu *obſeruandum* erit, vt non ſola & impermixta adhibeantur, ſed cũ aliqua aqua, vlceri proportionata ſimul miſceri debent, præſertim oleum de ſulphure,quod eſt efficaciſsimum Permiſceri autem poteſt, cum aqua ſtillatitia radicum ſymphyti, vel foliorum plantaginis, ſanguinariæ, roſarum & ſimilium : vt ſi oleo ſulphureo vti voluerimus, in vna libra dictarum aquarum, ſatis erit permiſcere ℥.ij. dicti olei,cuius vſus & intus & extrà haberi poterit.Intus quidem,ſi ſingulo mane,duabus aut tribus vncijs prædictæ aquæ vſi fuerimus.Extrà vero parari clyſter poterit: ex eodem peſſaria etiam confici poterunt,inunctiones & huiuſmodi.

De victus ratione. CAP. LIIII.

VIctus autem ratio,non eadem vbiq; eſſe debet, ſed pro cauſarum facientium profluuium diuerſitate,mutanda erit. Vnde in profluuio facto à ſanguinis copia, cōueniet victus minuens. conſequenter in parua copia ſumptus: ſi ex laxatis vaſorum oris,conueniet cibus exſiccans & adſtringens.Si fiat ex vlcere,vtendum cibo refrigerante & conſolidante,cuius materia erunt teſtudines,cochleę,pedes vitulorum, cancri,ouorum albumina, conquaſſata in aqua ſtillatitia portulacæ, vel polygoni, in qua pariter diſſoluere poterimus amylum, tragacanthum, mucilaginem cydoneorum & ſimilia. Alterari etiam poterunt fercula, cum radice ſymphyti, altheæ, plantaginis, cum vino granatorum & ſimilibus : quæ eo magis huic ſcopo ſatisfacient, ſi confecta fuerint ex oriza, amylo, riſo: panis etiam in poſca infuſus conducit,& carnes potius aſſæ, quàm elixę Potus autem,ſit poſca,vel aqua chalybeata,vel etiam alterata cũ oleo ſulphuris,vt antea dictum fuit,interim à nimio & inordinato motu,arcenda erit ęgra,ne humorum impetus magis augeatur,& reliqua pariter victus ratio proportione reſpondeat. B

DE STILLICIDIO MENSIVM. CAPVT LV.

TAnta eſt affinitas, inter immoderatum profluuium menſtruorum & ſtillicidium eorundem,vt amborum eadem & communis eſſentia eſſe appareat,ſolumq́; diſtingui videntur,ſecundum magis & minus. Ambo enim ſymptomata ſunt in exeunte mutato, in vtriſq; idem eſt locus affectus, quamuis immoderatum profluuiũ,potiſsimum fiat à materia fluente à toto: ſtillicidium autem magis à fluente ab vtero,effluens tamē materia eſt eadem, imò ab eiſdem cauſis prouenire etiam videntur, vt propterea eadem etiam curandi ratio in ambobus habeatur : proinde, breui oratione affectus iſte abſolui poterit.Ante omnia igitur ſupponendum eſt,per ſtillicidiũ menſium,nos intelligere illud profluuium,in quo menſtruus ſanguis per vterum egreditur,non tamen conſuetis temporibus,aut debito modo,ſed exitus continuus eſt, ſenſim tamen factus, vt partes pudendi tali ſanguine aſsiduò madeſcant, cuius exeundi modus,non eſt citra aliquam noxam, leuioremq́; moleſtiam & dolorem, qui dolor tenſiuus eſſe ſolet,& C
circa vteri vaſa conſiſtens, ac proinde à repletione illorum vaſorum dependet, conſequenter à repletione determinata. Cuius *ſymptomatis forma,* cum eadem ſit cũ priori affectu, ideo ſtatuendum erit, ſymptoma eſſe in exeunte mutato,ſola differentia erit,quia in profluuio immoderato, menſes fluunt abſq; difficultate: in ſtillicidio autem,cum aliqua moleſtia:materia etiam exiens,eadem eſt in vtroq; ſymptomate, nempe ſanguis menſtruus,differentia eſt ſolum in modo exeundi,quia in profluuio copioſius effluit, in ſtillicidio ſenſim & guttatim. Locus pariter affectus non eſt diuerſus, ſed eſt idem vterus, qui etiam primariò & ſecundariò læditur,& ratione totius,vel partis.

Cauſæ. Fit tandem ſtillicidium ab eiſdem cauſis, nempe à facultate vteri expultrice labefactata, vel impedita. Labefactatur ab intemperie calidiori, vel frigidiori, ratione cuius, partes vteri ad expellendum ineptæ redduntur, duriores enim fiunt ob copiam ſanguinis ibi cohibitam,& vaſa tendũtur,doloremq́; tenſiuum patiuntur.Si facultas impedita fuerit,impediri poteſt vitio vaſorum,vel materiæ. Si vaſorum, fit propter anguſtiam,quæ ab eiſdē cauſis fieri poteſt, ſicut de ſuppreſsione dictũ fuit. Si impediatur vitio materiæ,cùm hæc ſanguis ſit,concurrere poteſt,ratione copiæ & qualitatis tùm primæ,tùm ſecũdæ: vt ſi peccauerit in caliditate, tenuitate,acrimonia,vel in frigiditate, craſsitie & viſciditate. Cauſæ autem generantes huiuſcemodi ſanguinem, internæ & externæ eſſe poſſunt : & ſunt illæ eædem, quæ in ſuppreſsione menſtruorum enumeratæ fuêre.

3. de Sympt. cauſis 2.

Differentiæ. Cuius ſymptomatis etiam differentiæ ab eiſdem fontibus orientur,ſicuti & priores: quare D
his conſultò prætermiſsis, ad ſigna deſcendo, ad ea inquam, quæ non ſolum ſtillicidium in genere, ſed etiam ſingulas ſpecies patefaciant.

Signa. Stillicidium itaq; adeſſe, patiēs ipſa ſignificabit: diſtinguemus autem à profluuio immoderato, tùm ex minori copia fluentis materiæ,tum ex modo exeundi,cum aliqua moleſtia & dolore.Locum verò primariò affectum eſſe ipſum vterum,cognoſcemus, recurrentes ad eadem ſigna, ſuperius propoſita in ſermone de ſuppreſsis menſtruis: vt ſi fiat labefactata expultrice vteri, inſuetā quandam duritiem habebit, quæ ſi non aderit, in externos errores cauſa referri debet, vt ſi fiat à ſanguine redundante, dolor tenſiuus vrgeat, indicia aderunt plenitudinem indicantia. Si autem ſanguis concurrat potius ratione qualitatis, & primò quia ſit calidior, tenuior & mordacior, dolor aderit acris potius, quàm tenſiuus. Si autem locum habuerit ſanguis frigidior, craſsior & viſcidior, ad illa ſigna adeundum erit, quæ pituitoſum ſanguinem oſtendunt.

De curatione ſtillicidij Menſium. CAP. LVI.

IN curando autem tali ſtillicidio, ad tres illos ſcopos confugere debemus, curatorios inquam, præſeruatorios & vitales. Vt curatorij capiātur à cauſa cōtinente,quę ſi fuerit ſanguis copioſior,auxiliũ euacuās indicabit,ſi qualitate peccauerit,auxiliũ alterās in contrariũ,merito vteri,ſi durior fuerit,auxiliũ emolliens

A emolliens & laxans: A continentibus verò, hoc eſt, à partibus intemperatis, auxilium præſeruatorium roborandi ſignificabitur: quemadmodũ à virtute, ratione totius vel partis, vitale auxilium indicabitur.

Prognoſticum. Quibus ſcopis ſatisfacere, etiamſi difficile ſit, non tamen impoſsibile, nondum enim profluuium integrum eſt, nec ſuppreſsio omninò facta. pro cauſarum tamen diuerſitate, diuerſa prognoſticandi ratio oritur, ſicut etiam dictum fuit in capite de ſupreſsis menſtruis. Quare ad *materias medicas* deſcendens, ſi ſtillicidiũ fiat à ſanguinis plenitudine, ſanguis euacuandus erit modò per venæ ſectionẽ, modò per cucurbitulas, pro plenitudinis magnitudine, & virium robore, ad quæ pariter reſpicimus, cupientes cognoſcere certam menſuram ſanguinis euacuandi. Quare *ſi vena ſecabitur*, ſuperior & ipſius cubiti dextri eligenda erit, cuius gratia, non ſolùm plenitudo ſanguinis minuetur, ſed illius etiam impetus in vterum reuelletur. Ideò *ſunt in errore illi practicantes*, qui in tali ſtillicidio, à totius plenitudine dependente, neglecta ſectione venæ ſuperioris, venam inferiorem malleoli aperiunt, reſpicientes ad plenitudinem partis determinatæ tantum, & negligentes plenitudinem totius, ſine cuius remotione, non poteſt remoueri plenitudo partis: imò ex ſectione venæ inferioris tantum, nocemus potius quàm iuuamus, quia maiorem impetum ſanguini redundanti, in toto præbemus, vt in eundem vterum copioſius fluat, & conſequenter obſtructionem maiorem reddimus. Quare duplici hac plenitudine exiſtente, totius & partis, illa priori loco tollenda eſt, ratione cuius altera conſiſtit & fouetur, huiuſmodi autem eſt totius plenitudo, qua priori loco ſublata, congruum poſtmodum erit ad plenitudinem determinatam

B reſpicere, ſecando etiam venam inferiorem. Idem ſtatuendum erit etiam, vbi ſanguis non ſolùm copia, ſed feruore & calore peccauerit, conſequenter in tenuitate & acrimonia: vel frigidior etiam extiterit, ac proinde craſsior & viſcidior. Idem de cucurbitulis ſtatuendum erit. Quo ad tempus, etiamſi quocunq; tempore, in quo adeſt præſentia ſanguinis, plenitudinem facientis in toto, vel in parte liceat per venæ ſectionem, vel cucurbitulas ſanguinẽ euacuare, illud tamen in praxi *obſeruandum* erit, vt eo potiſsimum tempore dictis materijs vtamur, quo imminere ſolet conſueta & naturalis purgatio, per duos videlicet, tres, vel quatuor dies ante conſuetam euacuationẽ. Accedunt quin etiam *cucurbitulæ* inſenſibiliter euacuantes, cuiuſmodi ſunt non ſcarificatæ, quibus ligaturæ & frictiones correſpondent, in quorũ omnium recta adminiſtratione, ad eoſdem ſcopos reſpiciendũ erit, ſicuti antea diximus. Idem etiam dicatur de ſinapiſmis & ſimilibus. De materia pariter *pharmaceutica* ſiue totum, ſiue partes reſpiciat, non plura dicam, cum de his pariter abundè actum ſit in ſermone de profluuio menſtruorum. Idem quin etiam de *victus ratione* ſtatuendum erit.

DE MVLIEBRI PROFLVVIO. CAP. LVII.

MVliebre profluuium, alterum eſt ſimptomatum genus, quod muliebribus adueniens, in exeunte mutato conſiſtit, & illud eſt, in quo per vterum aſsiduò, vel per interualla materia effluit inſueta, vitioſa, à ſanguine menſtruo ſubſtãtia & qualitate diuerſa: ratione cuius, tale genus fluxus, diſtin-

C guitur à profluuio immoderato menſtruorum, & ſtillicidio eorundem, in quibus exiens materia ſanguinea eſt: in hoc verò fluxu alterius eſt generis. Cæterum hæc materia, cùm eſſe poſsit ſemen, vel alius humor: ſi ſemen fuerit, fit ea ſpecies profluuij, quæ *Gonorrhœa* dicitur, ſi verò alius humor diuerſus, alia ſpecies profluuij naſcetur, quæ à muliere affecta nomen deſumens, *Muliebre profluuium* dicitur, in quo exiẽs humor prauus & corruptus eſt, & diuerſi coloris, vt modò albus ſit, viridis, citrinus, vel obſcurior appareat: & præterea modò craſsior, tenuior & aquoſior videtur: imò mordax vt plurimum eſſe ſolet, & quãdoq; mordacitate carens, de quo genere profluuij, inſtitutum eſt hoc loco agere, pro cuius cognitione, non ſatis eſt quid nominis ipſius habuiſſe, ſed illius etiam eſſentia, ſpecies, ac proprietates inueſtigandæ ſunt, vt ex hac integra cognitione, perfectior etiam curandi ratio habeatur. Quapropter, cum Galeno de illius forma, materia & cauſis efficientibus agendum eſt.

Cauſæ. Quod igitur ad formam ſpectat, ſatis conſtat muliebre hoc profluuium non ſolùm eſſe ſymptoma, ſed quod in exeunte mutato conſiſtit, in quo immoderatè exit, quod intus citra alienam alteratiõe retineri deberet. Eſt quin etiam ſymptoma ipſius vteri, ſiue primò afficiatur, ſiue ſecundò, facultate labefactata vel impedita. In quo genere conuenit cum immoderato profluuio menſtruorum, à quo tamen, merito mobilis & fluentis materiæ diſtinguitur: nam in profluuio menſtruorum, quod immoderatè exit, ſanguis eſt, in hoc autem fluxu muliebri, eſt materia ſeiuncta à ſanguine & præſertim in profluuio *3. de cauſis Sympt. de differ. ſympt. 6. de loc. aff. de præcog. ad Poſthum. 5.*

D muliebri exquiſito, ad differentiam nothi, in quo ſanguis cum alia materia exire poteſt, quæ tamen copia illi dominabitur. Hæc materia, cum à ſanguine diſtincta ſit, vaporoſa & humoroſa eſſe ſolet: hæc tamen cum oculis conſpiciatur & manibus pertractetur, non vapor, ſed vaporis potius minera erit, quæ cum alimentalis & excrementitia eſſe ſoleat, prioris generis non erit, quia hic fluxus longo tempore & per plures annos perdurare poteſt, citra patientis interitum, quòd minimè contingeret, ſi materia eſſet alimentalis, ſed citius tabeſcendo periret. Accedit, quòd fluxus materiæ alimentalis ardentes febres comitari conſueuit, in quibus ob caloris vehementiam ſolida corporis liqueſcũt: at fluxus iſte, nec febres neceſſariò ſequitur, nec patientem ad interitum perducit. Eſt ergo fluxus materiæ excrementitiæ, quæ cum vtilis & inutilis eſſe poſsit, non erit vtilis, quia eſſet materia ſeminalis, quòd ex eius materiæ immoderato fluxu, corpus ad tabem pariter & mortem citò perduceret. Concludendum igitur, quòd effluens materia in muliebri profluuio, eſt humoroſa & non vaporoſa, excrementitia, non alimentalis, inutilis, & non vtilis: quæ adhuc duplex eſſe poteſt, ichoroſa videlicet & humoroſa, vel mixta ex vtriſque, quarum quęlibet pręter naturam exeundo, muliebre hoc profluuium facere poteſt. Pro vtriſque autem materiæ diuerſitate & mixtionis modo, multiplex etiam ſymptoma hoc fieri poteſt: nam materia exiens, ſi ſimplex fuerit & humoroſa, poteſt eſſe pituitoſa, bilioſa & melancholica: quemadmodum ſi ſeroſa extiterit, modò erit ichor pituitę, bilis, melancholię, vel ſanguinis. Cuiuſcunq; autem materiæ hoc profluuiũ

fuerit, vel erit materiæ ſimplicis & impermixtæ, ſiue hæc fuerit humoroſa tantùm, ſiue ſeroſa: & humo- A
roſa erit bilis, pituita, vel melancholia, de ſanguine non loquor, quia huius fluxio facit profluuium men-
ſtruorum. Pariter ſi ſeroſa fuerit, dictorum humorum ſerum eſſe poterit. Quomodocunque autem tales
materiæ impermixtæ fluxerint, facient profluuium muliebre exquiſitum; ſi autem permixtæ exierint,
orietur alterum genus profluuij nothi, ſiue hæc permixtio ſeroſitatum inter ſe extiterit, ſiue humorum
tantùm, ſiue ſeroſitatum & humorum ſimul. Ex quarum materierum tam multiplici mixtione, multæ
etiam ac variæ complicationes orientur, prout ſcilicet ex parte ichoris tantùm exeuntis, miſceri poteſt
ichor pituitoſus cum bilioſo, vel melancholico vel ſanguineo: vel bilioſus, cum melancholico & ſangui-
neo: vel melancholicus, cum ſanguineo, vel cum omnibus ſimul. Idem dicatur, quando fluit humor tan-
tùm, vel humor cum ichore ſimul: quæ omnes propoſitæ complicationes, denominationem ſemper ac-
cipiunt à materia prædominante. Quæcunque autem fuerit hæc materia, ſiue ichoroſa, ſiue humoroſa,
conſiderari adhuc poteſt, ratione qua genita, & ratione qua generanda: dum conſideratur vbi genita eſt,
cognoſcere oportet, qua ratione concurrat ad hunc fluxum producendum. Concurrit autem penes ea,
quæ illius eſſentiam conſequuntur. Hæc autem ſunt accidentia, quorum alia abſolutè illi inſunt, alia re-
ſpectiuè: quæ abſolutè ei inſunt, illius eſſentiam conſequuntur gratia materiæ, & eſt ipſa quantitas, vel
gratia formæ & eſt qualitas. Si eidem reſpectiuè inerint, tunc circa dictam materiam conſiderabimus lo-
cum, tempus, motum, actionem & paſsionem. Vt inprimis ſi materiam conſideremus vt quanta, copiam
& inopiam ipſius reſpiciamus, quæ ad profluuium faciendum concurrit, potius ratione copiæ, quàm B
inopiæ, & quò fuerit copioſior, eò magis immoderatum ac diuturnum profluuium faciet. Si eadem con-
ſideretur ratione qualitatis, ita concurret per manifeſtas, vel occultas qualitates: vt ſi mulier lue gallica
correpta fuerit, & profluuium patiatur, tale profluuium, dependebit à materia occulta qualitate peccan-
te. Si autem manifeſta alterata fuerit, recedere poterit à naturali ſtatu in primis & ſecundis qualitati-
bus. In primis, vt ſi calidior, aut frigidior illa fuerit: in ſecũdis verò, vt ſi tenuior, aquoſior, craſsior & ter-
reſtrior extiterit. Vnde ſi calida & tenuis fuerit, profluuium erit à materia bilioſa: ſi viſcida, à materia pi-
tuitoſa, ſi craſſa à melancholica, ſi aquoſior, eſſe poterit quilibet ichor. Quamuis autem profluuium hoc
fieri poſsit ex omnibus dictis materijs, facilius tamẽ fit ex ichoribus quàm ex humoribus, & inter icho-
res, facilius fit à calidis, quàm à frigidis: vnde ichor bilis cum cæteris calidior & tenuior ſit, ad motum
etiam & profluuium faciendum erit promptior. Eadem ſit ratio de humoribus. Cæterùm hæc materia,
quæcunq; illa fuerit, cùm profluuium facere nequeat abſq; motu, ideò ratione huius, illam conſiderare
poſſumus penes terminum à quo mouetur, penes viam ſeu magnitudinem per quam mouetur, penes
terminum ad quem illa mouetur, & tandem penes tempus quo illa mouetur. Si terminum à quo conſi-
deremus, eſſe poteſt corpus vniuerſum, vel determinata illius pars, ſiue hepar extiterit, aut ventriculus,
vel alia pars, vbicunq; autem illa genita fuerit, generari poteſt, facultate labefactata & impedita. Si labe-
factata fuerit, cauſa generationis erit intemperies, quæ prout calidior, aut frigidior fuerit, hanc etiam, vel C
illam ſpeciem materiæ generabit. Vnde ab intemperie calidiori & ſicciori, bilioſa materia producetur,
tùm ichoroſa, tùm humoroſa: à frigida & humida pituita, ſicut à frigida & ſicca melancholia, quibus in-
temperiebus, ſi totum corpus præditum fuerit, profluuium fiet ratione totius, fluente ſcilicet tali mate-
ria, in toto peccante, ad vias vteri, idem dicatur de parte. Ideò in curando profluuio, modò corpori vni-
uerſo, modò parti determinatæ occurrendum erit. Si autem totius & partis facultas impedita potius ſit,
fieri poteſt à cauſis internis & externis: ſi ab internis, concurret temperatura, ætas, habitus corporis, &
ſimilia. Vnde ratione ætatis iuuenilis, generãtur humores potius calidi & tenues, quàm frigidi & craſsi:
contrarium fit in declinante ætate. Si autem eadem facultas, ab externis potius cauſis impedita fuerit,
tales eſſe poſſunt neceſſariò & nõ neceſſariò occurrentes. Si neceſſariò occurrant, erunt ſex res non na-
turales, quæ ſecundũ omnes qualitates corpora alterare poſſunt. Si neceſſariò nõ occurrãt, medicamẽta
erunt, quæ pariter ſi calida aut frigida fuerint, corpus totum, vel partem immutare poterunt, modò ad
hanc, modò ad illam qualitatem. Hæc rurſus materia, ſiue in toto, ſiue parte generetur, conſequenter à
toto, vel parte, motus ſui principium habeat, requirit etiam terminum ad quem illa mouetur, qui in mu-
liebri profluuio alius non eſt quàm ipſe vterus, qui imbecillior exiſtens, dictam materiam ſuſcipit. Non
tamen exiſtimandum, vterum eſſe partem ſimpliciter imbecillem, quia tunc in qualibet muliere, proflu-
uium hoc eſſe deberet: non enim vterus eſt pars corporis à natura facta, vt totius, vel partium ſuperflui- D
tates ſuſcipiat, ſed ſolùm factus eſt, vt ſit ſuſceptiuus menſtrui ſanguinis, propter ſpeciei propagationẽ.
Dum autem cætera etiam excrementa recipit, præter naturam hoc illi contingit, conſequenter ratione
imbecillitatis illi aduenientis, ſiue natiua illa fuerit, hoc eſt à ſemine & parentibus contracta, ſiue aſciti-
tia, hoc eſt, poſt ortum acquiſita, quod cùm contingit, vteri fluxio ſtatutis temporibus non fiet, ſed præ-
ter conſuetum naturæ tempus, ſicut accidit in profluuio hoc muliebri. Conſiſtit autem hæc vteri imbe-
cillitas, tùm in alijs, tùm etiam in nimia illius humiditate & laxitate, ſiue totum vteri corpus amplecta-
tur, ſiue illius os tantùm, & præſertim ſecundum venarum orificia, & illas pręcipuè, per quas menſtruus
ſanguis fluere conſueuerat, quod cùm euenit, fit illud profluuium, in quo vterus primariò afficitur; quia
deinde nullum mobile moueri poteſt à termino à quo ad terminum ad quem, ſine medio, ideò neceſſa-
rium eſt in hoc motu materiæ magnitudinem reperiri, ſuper qua mobile moueatur. Hæc autem magni-
tudo, non alia eſt quàm venæ, modò totius corporis, vt ſi profluuium à toto fiat, modò partis determi-
natæ, vt in profluuio quod fit à parte, hic deinde motus, cùm in inſtanti non fiat, ſed ſucceſsiuè, ideo
tempus etiam requiritur, quod illius motus eſt menſura. Menſura autem & menſuratum cùm coæqua-
ri debeant, ideò ſi motus & profluuium materiæ, longius aut breuius fuerit, ita etiam tempus, quod il-
lius eſt menſura, illi proportionabitur, vt hinc oriatur profluuium modò longum, modò breue, modò
continuum, modò per interualla recurrẽs. Tandem, ſi materiam generandam conſideremus, prout apta
eſt facere

A eſt facere & fouere profluuium, hæc generabitur propter aliquam intemperiem totius, vel partis, præſertim ſi à victus ratione & alijs externis cauſis, occaſionē habuerit. Concludendum igitur eſt, quod profluuiū muliebre, vteri ſymptoma eſt in exeunte mutato, prodiens à materia excrementitia, tùm humoroſa, tùm ichoroſa, copia & qualitate peccante, genita modò in toto, modò in parte, & ad vterū propulſa:

De differentijs profluuij Muliebris. CAPVT LIIX.

QVæ autem ſint propoſiti ſymptomatis differentiæ, ab illius eſſentia forma inquam materia & cauſa effectrice colligi poſſunt. Merito formæ, veræ & legitimæ ſpecies non oriuntur, ſed illæ ſolùm quæ ſecundum magis & minus diſtinguuntur, prout videlicet muliebre hoc profluuiū, eſt functio imbecillis, vel ablata retentricis, ac proinde fluxio eſt cōtinua, vel intermittens, copioſa & minus copioſa. Ex parte verò loci affecti cùm ſit vterus ipſe, dicimus tale profluuium fieri vtero primariò, vel ſecundariò affecto: & dum ſecundariò afficitur, vel affici ratione totius, vel partis determinatæ, & ad partium rurſus numerum, totidem ſpecies oriri. Poſtremò capiuntur differentiæ à cauſa effectrice, pro vt muliebre profluuium aliud ſit à materia ichoroſa, aliud ab humoroſa, & vtrumq; adhuc triplicem cōtinet ſpeciem, prout ichor & humor triplex eſſe poteſt: & rurſus, quicunq; ille fuerit, cùm ſimplex eſſe poſsit & mixtus, naſcetur etiam profluuium exquiſitum & nothum.

De ſignis profluuij Muliebris. CAPVT LIX.

B SIgna quædam diſtinguunt muliebre hoc profluuium, ab alio quocunq;, quædam enumeratas ſpecies ab inuicem ſeiungunt. *Diſtinguemus imprimis, profluuium muliebre à profluuio menſium*, per materiam, quę per vterum egreditur: nam in profluuio menſium, egrediens materia ſanguinea eſt: in profluuio autem muliebri exquiſito, alterius eſt generis. Dico exquiſito, ad differentiam nothi, in quo ſanguis exire poteſt, nunquam tamē ſincerus, vt in profluuio menſium exquiſito contingit, ſed alteri materiæ ſemper permixtus erit. Diſtinguetur autem *à profluuio menſium notho*, ex profluuio ſanguinis copia minori exeuntis: quoniam in menſium profluuio, ſemper ſanguis dominatur alteri materiæ ſibi permixtæ: contrà in profluuio muliebri contingit, in quo ſanguis ſemper in minori copia exit, in maiori verò copia alia materia. Præterea diſtinguemus, quoniam in profluuio menſium notho, exiens materia, à prædominio ſanguinea exiſtens, grumeſcere poteſt: at in profluuio muliebri, in quo minor eſt quantitas ſanguinis, maior autem alterius humoris, fluida potius permanet. Generatim verò cognoſcemus genus hoc profluuij, ex totius corporis decoloratione, præſertim ſi progreſſum fecerit, oculi etiam tumidi erunt, & quandoq; cum dolore: pedes quin etiam & ipſi intumeſcere videbuntur, inappetentia oritur, & ſpirandi difficultas quandoq; accedit, inſuetusq; animi mœror comitatur. Diſtinguemus deinde profluuiū muliebre, *à profluuio ſolius vteri*, ſumptis ſignis à copia & motu exeuntis materię. Nā in profluuio vteri, exiens materia pauca eſt, cùm ſolius vteri excrementum ſit. Contrà in muliebri profluuio, materia copioſior effluit, cùm potius aliundè, quàm ex ſolo vtero, veniat, & propterea, in hoc profluuio, licet per vterū

C materia exeat, ipſe tamen ſecundariò potius afficitur, cuius contrarium contingit in profluuio vteri. Seiungitur autem *ab eo profluuio, quod fit ratione vlceris*, quia in hoc exiens materia, ſanioſa & purulenta eſt, imò cum aliquo fœtore, exibitq; cum dolore, nec poſſunt viri congreſſum ſuſtinere, & præſertim ſi vlcus in collo matricis fuerit. In fluxu autem muliebri, excrementum erit citra ſaniem & dolorem, viriq; congreſſum bene patientur, & in maiori copia materia effluet: Cognoſcemus deinde *differentias*, & primò formales, ex relatione patientis, & ex nobis ipſis videntibus. Cognoſcemus autem *materiales*, & primò ſi vterus primariò afficiatur, quia ſigna aderunt intemperiei vteri humiditatis & laxitatis eiuſdem, præceſſere etiam cauſæ laxantes, & ſecundum totum & alias partes bene habebit. Vbi autem nullum ex propoſitis ſignis adfuerit, indicium erit, affectum locum alium eſſe ab ipſo vtero, qui ſi fuerit pars, & primò caput, obſeruabimus conſuetam eius euacuationem, per nares & os ſuppreſſam eſſe. Si fuerit hepar, ventriculus & alia pars, ad ſigna illarum affectarum partium recurrendum erit: at illis bene habentibus, in totum cauſa referenda erit, quod etiam cacochymum videbitur. A qua autem materia hic fluxus pendeat, cognoſcemus, quia ſi febrem ardentem ſubſequatur, indicium erit, fluxum iſtum eſſe potius colliquatiuum, cum ratione huius caloris febrilis, pinguior pars, deinde carnoſum genus colliquetur, quod profluuium, citò ſolet ob alimenti defectum, corpus emaciare. Si autem materia excrementitia fuerit, pro-

D poſita ſigna non aderunt. An verò materia ſit ichoroſa, vel humoroſa, diſtinguemus per tenuitatem & craſsitiem eius, vt tenuior & ichoroſa, inſtar aquæ effluat: craſsior autem & humoroſa, inſtar mellis. Dum autem ichor exit, cùm multiplex eſſe poſsit, ſingulos cognoſcemus, reſpiciendo ad eorum colorem & modum exeundi, imò ad totius temperaturam, ætatem, corporis habitum & prægreſſam victus rationem. Inprimis ſi fuerit ichor ſanguinolentus, verget ad aliqualem rubedinem: ſi bilis, ad citrinitatem: ſi melancholia, ad æruginem: ſi pituita, ad albedinem. Penes modum exeundi, ſi ichor fuerit melancholiæ fecalis, pituitæ dulcis, aut ſanguinis, citra dolorem & moleſtiam exibit. Si autem ichor fuerit biliosus, vel aduſtæ melancholiæ, aut ſalſæ pituitæ, cum moleſtia effluet. Dictas autem ſpecies cognoſcemus ex colorum diuerſitate, quæ ſi impermixtæ ſingulæ fuerint, proprium etiam & determinatum colorem præ ſe ferent. Si autem permixti fuerint, vt dominantem colorem per ſenſum cognoſcere nō poſſimus, debemus linteolum mundum in tali humore madefacere, mox igne, aut in ſole exſiccare, ita ex colore in linteolo derelicto, humorem exeuntem & dominantē diſtinguemus. Eadem ſit ratio, ſi exiens materia humor fuerit.

De curatione profluuij Muliebris. CAPVT LX.

SCopi propoſiti in ſermone de profluuio menſiū, huic quoq; ſymptomati, communes eſſe videntur: nam ſi in hoc profluuio, inprimis ad cōtinentia reſpexerimus, cùm vterus ſit humidiori intemperie detentus, indicabit auxilium alterans in contrariū, ſi alterius cauſa vterus afficiatur, ſiue corpus vni-

uerſum, ſiue pars determin ta fuerit, modò huic, modò illi occurrendum erit. Quare ſi totum cócurrat, A ratione caloris colliquantis, vt in ardente febre contingit, auxilium indicabitur valenter ac citò refrigerans ac humectans. Si concurrat determinata pars, quia illius facultas ſit labefactata, cùm ab intemperie labefactetur, quæcunq; illa fuerit, indicab t auxilium alterans in contrarium. Si eadem impedita potius fuerit, cùm imped ri poſsit à copia & qualitate materiæ: ex parte copiæ, euacuans auxilium ſignificabitur. Ex parte autem qualitatis manifeſtæ, ſiue prima, ſiue ſecunda fuerit, auxilium alterans in contrarium orietur, quemadmodum ratione occultæ, Alexipharmacum requiretur Eadem ſi conſideretur ratione qua mouetur, vel quieſcit, ſi fluxa fuerit, auxilium indicabit euacuans deriuando, ſi in fluxu, reuellendo.

De Prognoſtico profluuij muliebris. Cap. LXI.

HIc fluxus, modò eſt curabilis, modò non: & qui curabilis, eſt modò cum facilitate, modò cum difficultate. Diſtinguemus autem, diſcurrendo per propoſitas differentias & illarũ cauſas, pro quarum diuerſitate, in numero, magnitudine, vehementia & materiæ eſſentia, diuerſimodè prognoſticandum erit. Vnde ſi fluxus alimentalis fuerit & colliquatiuus, ſi ardentem febrem ſequatur, ſi cum vehementia fiat, vt medicamentis etiam non cedat, vireſq; imbecillores aſsiduò reddat, quid aliud prognoſticandum erit, quàm eius vitam in magno diſcrimine poſitam eſſe. Si autem alterius materiæ excremẽtitiæ fuerit, etiamſi ratione huius, melius ſperandum ſit, nõ tamen ſymptoma erit contemnendum: quoniam vbi diu perdurauerit, conſueuit miſeras mulieres ad tabem primò, deniq; ad mortem perducere. B Omitto alia multa incommod, quæ inde ſequi ſolent: quoniã ſteriles euadunt, cùm ob ſuperfluam vteri humiditatem, eiaculatum ſemen non detineant, ſecundum etiam corpus totum fœdari ſolent, tumidę euadunt, pallent & mœſtæ fiunt, lumborum grauitate & dolore detinentur, quod profluuium, ſi fuerit materiæ potius acris, quàm dulcis & benignę, qualis eſt biloſa, atrabilaris & ſalſa pituita, pręter id, quod cum dolore exibit, imminet etiam, ne erodendo in partibus vteri vlcus oriatur. Quod deinde ſi diutius perdurauerit, in malignum etiam & cancroſum degenerare ſolet. At ſi exiens materia, pituita fuerit dulcis, exigua, per interu lla potius exiens, correſpondeatq; temperaturæ, ætati, corporis habitui, prægreſſæq; victus rationi, maiorem ſalutis ſpem polliceri poterit.

De Materijs auxiliorum Cap. LXII.

IN curando propoſito affecto, ſi ſanguinis plenitudo fuerit, & nihil prohibeat, ſanguis erit mittendus. Adeſt autem in eo potiſsimum profluuio, quod b ichore ſanguineo fit, ad differentiam cæterarum materierum, quæ à ſanguinis natura longè diſtant, ratione quarum, nulla habetur euacuandi ſanguinis indicatio Dum autem conuenit *venam aperire*, ea eligenda erit, ratione cuius ſanguis euacuetur, & ab vtero ſimul reuellatur, huiuſmodi erit vena cubiti. De quantitate autem, tempore & modo, nihil dico, cùm eadem ſint ſeruanda, quæ antea dicta fuêre, ob eandem rationem, nec de cucurbitulis & alijs auxiliorũ materijs, ad hoc præſidij genus pertinentibus agendum erit: quare ad pharmaciam deſcendendũ. C

De Pharmacia. Capvt LXIII.

CVm pharmacia, & totum reſpiciat, & partem, vtraque in hoc ſymptomate locum habet. Quare *ſi corpus totum cacochymum fuerit*, ratione huius præmittenda erit totius euacuatio, & ſi opus fuerit materiam præparare, aluumq; lenire, præparantibus & lenientibus priori loco vtendum erit. Vt *pro lenitione*, interdum clyſterijs vti conueniat, quandoq; vomitorijs, nonnunquam etiam illis lenientibus, quæ per os exhibentur: vt ſi primæ iſtæ ſuperfluitates in ventriculo potiſsimum redundauerint, vomitorijs educendæ ſint, ſi in infimis inteſtinis clyſterijs, ſi vbiq;, medicamento per os adminiſtrato, omnes erunt per ſeceſſum euacuandæ, de quorum materijs, cùm copioſè actum antea fuerit, plura hic non proponam. *Præparantia* autem locum habebunt in eo muliebri profluuio, quod fit à materia humoroſa & craſſa, cuiuſmodi eſt pituita, aut melancholia, de quibus pariter ſuprà tractatum fuit. Mox *materia erit purganda*, per ſeceſſum, lotium, vel ſudorem, pro vt in hac vel illa parte fuerit, vel in hunc vel illum locum raptum magis habuerit: id tamen aduertendum, quod ordinem dictorum vacuantium reſpicit, quod vbi in toto fuerit cacochymia, ſemper ab euacuantibus per ſeceſſum, incipiendum erit, mox ad diuretica & diaphoretica deueniendum Qua medendi ratione, Galen. etiam vſus fuiſſe videtur in Boeti vxore, cui poſt alui purgationem factam, euacuantia per lotium adhibuit, deinde ea etiam, quæ per cutim materiam educere poterunt: quibus ita adminiſtratis, illam etiam ab hoc ſymptomate liberauit. Expurgato vniuerſo corpore, *roborantibus* vtendum erit, atq; iſtis varijs, pro loci affecti varietate & cauſarum producentium hoc ſymptoma, vnde ſi cauſa huius fluxus ventriculus fuerit, ob eius facultatem labefactatam ab intemperie frigid & humida, occurrendum erit cum calefacientibus & exſiccantibus, intus & extrà admotis, quibus Galen. etiam in vxore Boeti vſus fuit, quę ob copiam aquoſi humoris, imum ventrem tumidum referebat, vt prægnans omnibus videretur: copia enim huius humoris intus cohibita, & modica fluente, neceſſarium erat, vterum & vicinas partes in tumorem attolli. In quo caſu, nequaquam conuenit prius aſtringentibus vti, quia materia adhuc magis detineretur, hydropemq; producere poſſet Sed præmiſſa diligenti purgatione totius, tumor ille diſcutiendus erit, cum calefacientibus & ſiccantibus: ideò iubebat marina arena corpus totum calefieri & ſiccari, frictiones etiam adhibebat, vt excrementa plurima ad cutim attracta reſolueret, imò melle etiam cocto, corpus totum perfricabat. Vbi igitur radix huius mali fuerit frigidior ventriculi intemperies, cum calefacientibus, roborandus erit in quem vſum probatur ius galli præparati & alterati cum mentha, abſinthio, nardo, nuce myriſtica & ſimilibus aromatis. Potus etiam aquarum thermarum conducet, & extra eorundem ſtillicidium conueniet, & efficacius erit ſi cum vino paratum fuerit, in quo tamen prius infuſa ſint, mentha, betonica, abſinthium, roſæ & ſimilia: vel eorum loco fieri poterit, ex oleo de ſpica vnguentariorum, maſticino, de mentha

Lib. de præcog. ad Poſthum. cap. 8. D

A mentha & ſimilibus. Probantur etiam compoſitiones, quæ paratæ habentur ex aromatico roſato, diatrionpip. imò ex theriaca, mithridato & ſimilibus. Omitto inunctiones, fomenta & alia, quæ ex propoſitis materijs parari pariter poterunt. A pari, *ſi in cauſa fuerit cerebrum*, poſt totius purgationem, caput quoq; per conſueta loca expurgari debet, potiſsimum aūt per naſalia, quibus deriuando materia caput replens educitur. Materia autem huius euacuantis, eſſe poterit ſuccus betonicæ, maioranæ, ſaluiæ, hyſſopi, ſi tepidè ad intra nares attrahatur. Et ſi valentioribus fuerit opus, infuſione agarici vti poterimus: & ſi adhuc potentioribus vti expediet, elaterium lacte permixtum admouere poterimus: Omitto maſticatoria tanquam ſuſpecta, ne materia ad inferiora magis præcipitetur. Quo tempore inſenſibiliter etiam euacuantibus vti poterimus, quemadmodum ſi lotio paretur ex lixiuio alterato cum cinere, ex betonica, ſaluia, ſtœchade, cypreſſo & pineis eius: & ſi opus fuerit agaricum etiam addere, efficaciorem lotionem reddemus. Ex quo ſtillicidium etiam ſuper commiſſuram coronalem facere poterimus, prius tamen capillis abraſis, qui ad eam partem ſpectabunt, imò poſt lotionem, eidem parti applicare poterimus, puluerem ex myrrha, maſtiche, ſtœchade, cubebis, roſis an. partes æquales accipiētes, & vt diu illi loco adhæreant, ſuperponere poterimus ceratum ſacrum. Qui plura cupit, adeat tractatum de catarrho. *Si profluuium fiat hepatis vitio*, labefactata illius facultate à frigidiori intemperie, ratione cuius frigidiores & pituitoſi humores aggregentur, calefacientibus & roborantibus tale viſcus, progrediendū erit, quorum materiæ eſſe poterunt, trochiſci de lacca, de Alanda ex Cyphoide, theriaca, mithridatum, tryphera magna & ſimi-
B lia. A pari, ſi idem hepar concurrat per calidiorem intemperiem, acriores humores generando, illius feruor cum moderatè refrigerantibus contemperari poterit. Ideò omnia cichoracea conducent, ſerum etiā caprinum, & præterea aqua etiam Beatæ Virginis. Idem dicatur de his quæ extra admoueri poſſunt. Si deinde hoc profluuium fiat *ſolius vteri vitio*, illius facultate labefactata à frigida & humida intemperie, ratione cuius, proprium alimentū exactè coquere, retinere & in propriam ſubſtantiam vertere nequeat, ſed ſuperflua quædam humiditas ſuperſit, quæ venarum ora laxans ſibi etiam aditum paret, vt per vterum ſenſim diſtillet, & ſtillando partes illas continuò madefaciat, tunc merito genitæ & hærentis ſuperficiei vteri, euacuandum erit. Ex parte verò materiæ generandæ, robur vtero addendum, calefaciendo & ſiccando. Quare pro vteri mundificatione vti poterimus clyſtere facto ex decocto Betonicæ, mercurialis, matricariȩ, arthemiſiȩ, biſtortȩ, ſpicæ nardi & ſimilibus in mulſa decoctis, vel aqua ſaccharata. In eundem vſum, peſſaria etiam parari poterūt, ex bombace in dicto decocto imbuto & contuſo, & ad formam digiti redacto. Mundificato vtero, & ab omni ſorde depurato, roborādus erit cum exſiccantibus, quemadmodum ſi intus clyſteria ex eodem decocto parata injiciantur: vel etiam ex eorundem ſuccis, qui efficaciores erunt. Suffumigia etiam ex eiſdem fieri poterunt, ſemper illa addendo, quæ aromatica etiam ſunt. In quem ipſum vſum, tales trochiſci etiam parari poterunt, accipientes fol. Arthemiſiæ, matricariæ, myrrhidis, pineorum cupreſsi, macis, nucis moſchatæ, ſtyracis, roſarū rubearum, ligni aloes an. ʒ j. quibus puluériſatis cum mucilagine tragacanthi q. ſ. permixtis, trochiſci parabuntur: & proiectis ſuper pru-
C nas accenſas, ſuffumigium ipſi vtero paretur. Omitto ſeſsiones, quæ in eodem decocto parari poterunt, cui ſi vinum additum fuerit, adhuc efficacius & vtilius euadet, prȩſertim ſi dulce fuerit. In cuius adminiſtratione, communiter *practicantes in errore eſſe videntur*, qui dum vino vtuntur, volunt in illo ebullitionem materierum fieri, cum ratione ebullitionis, pars tota tenuior & ſpirituoſa vini, in qua ſola agendi omnis poteſtas reſidet, euaneſcat. Quod autem remanet, nullam vim retinere videatur, hinc eſt, quod vinum poſt ebullitionem, omnem odorem, ſaporem & fragrantiam amiſit, & alienas qualitates recipit, ob quā eandem cauſam, longè deterius illi agunt, qui lignum Guaiacum præparantes, vel ſalſam, in vino ebullitionem faciunt, dicentes, ſe velle labefactatum ventriculum roborare, quo fine omninò fruſtrantur. quia per ebullitionem vinum amittit omnem roborandi facultatem, & aceſſendo, eidem potius obeſſe, quàm prodeſſe poteſt. Sed dum eo vti volumus, conſultius eſt, decoctionem in aqua prius facere, deinde poſt factam decoctionem, vinum addere, in quo eædem materiæ fuerint prius maceratæ. Omitto etiam inunctiones, quæ parari poterunt ex oleo de ſpica, ex oleo de nuce myriſtica expreſſo, ex ſtyrace & ſimilibus: intùs verò præbere poterimus conſeruam arthemiſiæ, matricariæ, betonicæ, roriſmarini, diamoſchi, Elect. de gemmis, Elect. aromaticum, eryngium, & ſimilia. Tandem ad adſtringentia deuenire poterimus. Inter cætera commendatur à Gal coagulum leporis, aceto bibitum, in cuius defectu, tantundem valebit coagulū hœdi, ouis, vituli, cerui & ſimiliū. Si valentioribus opus fuerit, ad ea recurrendū, quæ in *10. de Symplic. med.*
D profluuio menſtruorū fuēre propoſita, quibus omnibus, diligens victus ratio perpetuò addenda erit.

DE GONORRHOEA. CAPVT LXIV.

QVod Latini vocant profluuium ſeminis, græci Gonorrhœam dicunt, *& eſt* ille affectus, in quo ſemen aſsiduò effluit, & præter voluntatem, ac voluptatem: quod ſymptoma, *etiamſi fœminis ac viris commune ſit, frequentius tamen* in fœminis, quàm in viris fieri conſueuit: & ratio ea eſſe poteſt, quia fœminæ ſemen quod habent, crudius eſt, aquoſius, tenuius & fluidius, conſequenter ad motum promptius. Dum aūt viris accidit, iunioribus & Veneri magis addictis, cole tamen nō extenſo magis aduenit, in quibus partes ſpermaticæ imbecilliores fieri ſolent, vt ex longa cōſuetudine, læſione illis ſuperueniēte, ad eaſdem etiam humores abundantius confluunt. Hoc itaq; loco de Gonorrhœa ſermo eſt faciēdus, vt fœminas potius, quàm viros reſpicit, *cuius forma generica*, à prioribus ſpeciebus profluuij, non diſtinguitur, cùm ſymptoma pariter ſit in excūte mutato, in quo immodicè exit, quod retineri deberet. Diſtinguitur tamen penes ipſum mobile, quod humor eſt excrementitius, ſed pro ſpeciei cōſeruatione vtilis, cuiuſmodi eſt ſemē. Quare Gonorrhœa erit effuſio ſeminis, quæ materia, licet puri & ſaniei, quæ ex vtero exulcerato exire ſolet, ſit valde ſimilis, ab ea tamen colore, odore, mixtione, modo exeundi, & viribus longè diſtabit: pus enim malū habet odorē, cum dolore exibit, ſanguini exiguo permixtū erit, quia vlcus

6. de loc. aff. 6.

3 de ſympt. cauſ. cap. 2.

vteri ſequitur: ſemen autem, colorem album & ſimplicem habebit, malo odore expers erit, & citra dolorem exibit. Accedit, quód immoderatum fluxum ſeminis, totius corporis tabes comitatur, quod non ita contingit in fluxu alterius materiæ. Semen præterea dum effluit, poteſt voluntariè & citra voluntatem exire. Si voluntariè fluxerit, id fit ex præcedente coitu, & cum voluptate, cuiuſmodi non eſt in gonorrhœa, ſed citra voluntaté & voluptaté omninò fit, vt gonorrhœa nō ſolùm ſit effuſio ſeminis, verùm etiã inuoluntaria. Hæc rurſus inuoluntaria ſeminis excretio, ſi in viris conſideretur, fieri poteſt cũ tenſione, & citra tenſioné pudendi: quæ cum tenſione fit, eſt genitaliũ partium veluti conuulſio quædam, in qua motu quodam violento & præter naturá, ad propria principia regrediuntur, quæ conuulſio, nō tantùm in vaſis ſeminalibus fieri poteſt, verùm etiã ſecundũ corpus vniuerſum, ſicut in Epilepſia magna contingit, in qua corpus totum ſecundũ neruos & muſculos omnes conuellitur, vt muſculi etiã, qui ſunt circa vaſa ſpermatica, pariter conuellantur, cum ſeminis emiſsione inuoluntaria. Imó ob hanc totius conuulſioné, non ſolùm ſemen emittitur, ſed quandoq; etiã lotiũ & cætera alui excrementa, quod minimè contingit in gonorrhœa propriè dicta, de qua hic ſermo habetur, in qua ſemé effluit citra totius cõuulſioné. Cuius ſymptomatis *locus affectus*, nō pudenda ſunt, ſed vaſa potius ſeminalia, in quibus ſanguis bene elaboratur & ſpirituũ copia refertus, recipitur, vt ab inſita eorũ vi vlterius excoctus, in ſeminis naturã degeneret, quod munus, cùm in inſtãti fieri nequeat, ſed in tẽpore, ideó in illis tàm diu detineri debet, quoad retẽtio coctioni coæquetur. Vt aũt detineatur, à natura multis plexibus cõformata fuére, qui tandem ad teſtes terminantur, quibus ſi laxitas præter naturã adueniat, debilitata eorum retentrice, foras effluet. B

6. de loc. aff. cap. 6.

Cauſæ. Afficiuntur aũt hæc vaſa gonorrhœa detenta, morbo in mala compoſitione, & eo præſertim, qui in vijs plus æquo dilatatis conſiſtit: quæ dilatatio, fit propter earũ partium intemperiem humidiorem, & laxiorem, ratione cuius, facultas retentrix ſuſceptã materiam tamdiu retinere non poteſt, quo ad coctio abſoluatur. Et expultrix pariter, tàm diu nō quieſcit, vt integræ coctioni ſatisfacere poſsit. Cæterùm autem dicta vaſa, dupliciter affici poſſunt, primariò & ſecundariò. Primariò afficiuntur, quando reliquum corpus bene habet. Secũdariò verò dupliciter lædũtur, gratia totius, vel partis determinatæ. *Gratia totius fit*, quando facultas coctrix quę vbiq; celebratur, labefactata eſt ob aliquam intemperié, & præſertim frigidiorem, ratione cuius, nec integra coctio fit, ac proinde nec perfecta nutritio, ſed diminuta. Quod autem ſupereſt, & partium ſubſtantiã acquirere non potuit, ad vaſa ſeminalia protruditur, & ab illis foràs effluit, quæ materia, nec ſanguis ſincerus eſt, quia ex coctione rubicundũ colorem amiſit, nec exactũ ſemen, quia ex diminuto calore, vltimã formam ſeminis nō acquiſiuit, ſed maiori ex parte erit materia pituitoſa, colore & conſiſtentia ſimilis ipſi ſemini. Si autem *cauſa partis determinatæ, eadem vaſa afficiantur*, fieri poteſt ob cerebri læſionem & potiſsimùm ſecundum illius ventriculos, vt in Epilepſia cõtingit. Cùm igitur Gonorrhœa fiat ob dilatationem orificiorum vaſorum ſeminalium, dilatari poterunt, facultate labefactata, vel impedita. Si labefactata fuerit fit ob intemperié, vt merito labefactatæ retentricis, concurrat humidior intemperies: merito auté labefactatæ expultricis, cõcurrat calidior. Si autem impedita fuerit, impediri poteſt ratione totius & partis, vt à nimia copia grauante, vel à viciata qualitate irritante, vaſorum expultrix expellat dictam materiã. Vnde gonorrhœa ratione copiæ facta, locũ habebit in corporibus ſanguineis, bonis & copioſis ſuccis refertis, & in illis etiam, quę pręter conſuetudiné venerem amplius nō exercent. Quæ auté fit qualitatis potius ratione, eſſe poteſt qualitas manifeſta & occulta. Manifeſta erit, quæ calidioré, vel frigidiorem intemperié ſequitur: ratione caliditatis, acrimoniã acquirit, quæ aſsiduó vaſorum expultricé ſtimulare poteſt: Ideó ex hepatis calore & renũ etiã, dicta materia illa qualitate affici poterit. Si autem frigidiorem ſequatur, tunc fiet ex nimia tenuitate & fluxibilitate materiæ, quæ ad hanc fluxionem eſt valde parata. Si deinde fiat ratione occultæ qualitatis, erit quemadmodum Gonorrhœa Gallica, quæ fit à materia virulenta, afficiente eadem vaſa ſpermatica, quæ prauã illam qualitatem contrahendo, quicquid in illis colligitur, vt ſemé euadat, in tetrum & fœdum virus conuertitur, cui noua accedens materia, à priori coinquinatur, & neſcio quid malignitatis ac putredinis concipit, ad quam acrimonia conſequitur, cuius cauſa ſolet pertranſeundo, nō ſolùm dolorem, ſed excoriationé vijs illis inferre. Omitto cauſas externas, tùm neceſſariò, tùm nō neceſſariò occurrentes, quæ omnes producendo, fouendo & augendo dictas intemperies, cõcurrere poſſunt ad generationem dicti ſymptomatis. C

De differentijs Gonorrhœæ. CAPVT LXV.

AB explicata eſſentia, ad ſpecies eius enumerandas deſcendo, quæ à forma, loco affecto & efficientibus cauſis capiuntur. Vt *ex parte formæ* ſtatuendum ſit, quod gonorrhœa, ratione qua eſt fluxio ſeminis, vel eſt ſolius ſeminis impermixti effuſio, vel permixti & alteri materiæ coniũcti. Hinc oritur Gonorrhœa exquiſita, & notha, & ex hac pro permixtę materiæ multiplicitate, multę differẽtiæ oriũtur. Ex parte verò *loci affecti*, cũ ſint vaſa ſeminalia, dicimus gonorrhœã fieri vaſis ſeminalibus primariò affectis, vel ſecundario; & ſi ſecũdariò, adhuc dupliciter, prout vel corpus totũ afficitur, vel pars determinata: & ſi pars determinata, eſſe poteſt cerebrũ, hepar, vẽtriculus, renes & huiuſmodi. *A cauſa pariter efficiente*, tot naſcentur differentiæ, quot fuére cauſæ enumeratæ, ita vt gonorrhœa alia ſit, quæ labefactata vaſorũ facultate oritur, alia in qua impeditur: & quæ fit ob labefactatam facultaté triplex erit, pro vt labefactari poteſt, ab intemperie calidiori, frigidiori & humidiori. Si ortum habeat ab eadem facultate, ſed impedita, multiplex adhuc eſſe poteſt, pro multiplicitate impedimenti, pro vt impediri poteſt à cauſis externis, vel internis. Et ſi ab internis, alia ſit, ratione copiæ materiæ grauantis, alia ratione malæ qualitatis, quæ poteſt eſſe manifeſta & occulta. Si manifeſta, erit gonorrhœa facta ab acrimonia ſeminis, à calidiori intemperie producta, vel ab eiuſdem tenuitate & aquoſitate, à frigidiori & humidiori intemperie cauſata. Si occulta, erit gonorrhœa Gallica, quæ à virulenta materia etiam fit. D

De Signis

A *De Signis Gonorrhœæ.* CAP. LXVI.

GOnorrhœam ſimpliciter, cognoſcemus ex patientis relatione, nobiſq; ipſis videntibus: differentias verò diſtinguemus ex multis ſignis, de quibus Gal. paſsim etiam loquitur in primis ſi Gonorrhœa ſinceri ſeminis fuerit, diu illam ſuſtinere non poterit, quin corpus vniuerſum non contabeſcat, & tandem etiã moriatur. At ſi alteri materiæ permixtum fuerit, cuiuſmodi eſt pituitoſa, quæ in tertia coctione in ſubſtantiam partium tranſmutari non potuerit, minorem noxam patientur, & præſertim ſi maior fuerit copia huius materiæ. ſeminis autem minima. Quamuis enim iſti etiam ſenſim emacientur, diutius tamen ſuperſtites eſſe poſſunt: magis enim debilitatur patiens ex gutta ſeminis ſinceri effluentis, quàm ex integra ℥. alterius humoris. Quęcunq; autem fuerit iſta fluxio, cùm ſemper fiat vaſis ſeminalibus affectis, atq; ijs modò primò, modò ſecundariò, diſtinguemus, quia ſi cæteris partibus patiens bene habuerit, indicium erit, dicta vaſa primariò affici. Si verò alterius ratione lædantur, cùm lædi poſsint ratione totius & partis, cognoſcemus recurrendo ad ſigna indicantia corporis totius læſionem, vt ex febre contingit, vel partis determinatæ. Diſtinguemus tandem differentias ab effectrice cauſa, & primò ſi fiat ratione copioſę materię. ex habitu corporis ſanguineo, & plethorico, ex prægreſſa victus ratione laudabilium ciborum, ex vitæ innocentia, & præſertim ſi veneri aſſueta antea fuerit, quod ſemen, ſi exquiſitum & impermixtũ fuerit, illius conſiſtentia, color & proprius odor ſignificabunt, modus etiam exeundi, quia citra dolorem effluet, & niſi fluxio iſta in longius protracta fuerit, citra detrimentũ fieri poterit. At ſi à vitiata eius qualitate fiat, & primò ab occulta, exiens materia citrini erit coloris mali odoris, & virulentiæ Gallicæ ſigna aderunt. Si aũt oriatur à mala qualitate manifeſta, cum eſſe poſsit acrior & aquoſior, ſi fiat ratione acrimoniæ, conqueretur patiens de dolore quodam mordicante, cui addas temperaturam calidiorem, ætatẽ iuuenilem, & prægreſſam victus rationem calefacientem, veneriſq; abuſum. Si potius fiat à materia aquoſiori & tenuiori, ſubſtantia ipſius declarabit, quia fluidior erit inſtar aquæ mellis. Modus exeundi, erit ſine dolore, quibus accedit frigidior temperatura, & prægreſſa victus ratio conſimilis. Si deniq; fiat ob conuulſionem, fluxio erit cum tenſione pudendi. *6. de loc. aff. cap. 4.*

(B in margin)

De Indicationibus. CAPVT LXVII.

SI Gonorrhœa fit ob apertionem orificiorũ vaſorum ſeminalium, dilatatio iſta erit adſtringenda, roboranda & ad naturalem ſtatum & cõſtitutionem deducenda. Hunc ſcopum aſſequemur, remouendo cauſas talem dilatationẽ facientes. Quare ſi fiat ex nimia copia ſeminis, indicabitur auxilium minuens. Si ob vitiatam euſdem qualitatem hæc ſi occulta fuerit & Gallica, Alexipharmacum auxiliũ requiret. Si à manifeſta qualitate, hæc ſi calida & acris fuerit, indicabit auxilium cõtemperans. Si ab aquoſitate & nimia tenuitate, cùm fiat à coctrice facultate labefactata, ob frigidiorem intemperiem, indicabitur auxilium calefaciens & roborans.

C *Prognoſticum*. Quæcunq; autem fuerit, non erit malum ſpernendum, cum progreſſu temporis ad tabem & mortem perducat, quod modò citius, modò tardius efficit, pro differentiarum diuerſitate. Vnde ſi Gonorrhœa fuerit ſinceri ſeminis, ſi progreſſum etiam fecerit, lethalis erit. Si alteri materię permiſceatur, recenſq; fuerit minus periculoſa erit. Si vaſa ſeminaria primariò afficiantur, peior altera erit, in qua eadem vaſa ſecundariò læduntur, & inter has maiorem ſalutis ſpem ea pollicebitur, quæ fit per conſenſum partis, quàm totius, cæteris tamen ſemper paribus. Si differentias à cauſa effectrice deſumptas, mutuò conferamus, ſalubrior illa erit, quæ fit à copioſo ſemine, imò hæc temerè ſupprimenda non erit: quę autem fit à vitiata qualitate, & primò virulenta, erit omnium peſsima, quia materia iſta, non modò manifeſtis, ſed occultis etiam qualitatibus peccat. Si autem fiat ob ſolam ſeminis caliditatem, vel tenuitatem & aquoſitatem, non erit arduum alterare in contrarium. Illa autem erit curatu difficilior & mulieri moleſtior, quæ ab inſigni calore & acrimonia producitur, quia ratione huius, non ſolùm dolor infeſtat, ſed periculum etiam imminet, ne viæ per quas illa tranſit, excoriationem & vlcus patiantur.

De Materijs auxiliorum. CAP. LXVIII.

CVm Gonorrhœa ſit tàm multiplex, nõ vnica curandi ratio illi ſatisfaciet: in illa enim Gonorrhœa, quæ à copioſo ſemine producitur, cùm hæc non fiat ſine copia *ſanguinis*, ideò *miſsio* eius conueniet:
D locus tamen varius erit, pro varia illius ſubſiſtentia, vt ſi in toto corpore æquè & ſimpliciter peccauerit, communis vena aperienda ſit. Si autem totius plenitudo, oriatur à plenitudine partis determinatæ, vt ob ſuppreſſa menſtrua, inferior potius vena ſecanda erit. Quantitas verò tempus & modus ex aliàs dictis patent, & eadem de cucurbitulis ratio habenda erit. Quo ad *materias pharmaceuticas*, ſuppoſita imprimis totius euacuatione, de localibus cogitandum erit, quæ varia ſunt, pro ſpecierum Gonorrhœę varietate. Quare ſi ea occurrat, quæ à copioſo ſemine fit, conuenient illa omnia quæ copioſi ſeminis generationem prohibere poſſunt, quarum alia id manifeſtis qualitatibus pręſtant, aliqua occultis. Et quę manifeſtis agunt, quædam refrigerant, vt ſemen lactucæ, portulacæ, nympheæ, cannabis, papaueris albi, agni caſti, radix halicacabi: his accedunt ſemen viticis ac rutæ, quorum aſsiduum vſum Gal etiam commendauit. Quædam agunt exſiccando, vt cyminum, calamenthum, myrrha, euphorbium, ruta, quæ licet calida ſit, minuit tamen ſemen, tùm exſiccando tùm coagulando: ideò ab Alexandro & alijs: ruta enumeratur inter eas materias, quæ occulta potius quàm manifeſta qualitate agit. Hæc autem & ſimilia, varijs formis propinari poſſunt. Primò in auſtero vino infuſa, in puluerem redacta, in pillulas, in trochiſcos, electuarium & ſimilia: quemadmodum ſi acceperimus, ſeminum rutæ, agni caſti an. ℥ ij lactucæ, thuris, myrrhæ an. ℥. j. pulueriƶentur omnia, & cum melle deſpumato q. ſ. miſceantur & fiat electuarium: cuius doſis ſingulo mane erit ad ℥. ſ. & ℈. ij. Quibus alterantibus frigidis & humidis, illa etiam Gonorrhœa tolletur, quæ à ſeminis acrimonia fit, euacuantes in primis genitam materiam, deinde calidiorem *6. de tuenda. 5. de ſimplici. medic.*

partis,vel totius intemperiem moderantes,cum aquis ſtillatitijs cichoraceorum,cum ſero caprino,cum A
aqua B.virginis & ſimilibus iam dictis,& vbi aderit etiam renum caliditas,ratione cuius,non ſolùm materia acrior fiat,ſed ad vaſa copioſius attrahatur, poterimus regionem illam inungere cum ol.roſ.mirthino,nenupharino,quibus ſi addiderimus roſarum rub.myrthi,lapidis hæmatitis ana ℈ j.& ceram q.ſ.linimentum parabimus.In eundem vſum conferent troch.de roſis,de camphora,qui parati habentur,ſi ſingulo mane ℈ j. exhibuerimus. Parare etiam ex nobiſmet ipſis hunc in modum poterimus, accipientes ſem.lactucæ,papaueris albi,roſ.rub portulacæ, an.℈ j. camphoræ gran.ij. quibus omnibus puluerifatis, addimus mucilaginis ſem. cydoniorum q.ſ. & trochiſci formantur pondere ℈ j. Si deinde Gonorrhœa fiat ex ſeminis tenuitate & aquoſitate,cum tale ſemen ab humidiori vaſorum intemperie producatur,ratione cuius retentrix proprio munere fruſtratur,cum calefacientibus & roborãtibus occurrendum erit, ſiue hoc contingat,quia vaſa dicta primariò affecta ſint,ſiue aliorum gratia.Quare inter illa quę intus exhiberi poſſunt, præſtabit vti iure galli præparati cum mentha, abſinthio,betonica,maci,coriandris præparatis,roſis ſiccis,pineis cupreſsi & ſimilibus In eundem vſum, conueniet conſerua de mentha, de abſinthio,de betonica,dianthos, quas ſi efficaciores reddere cupimus, permiſcere poterimus puluerẽ ſpecierum diarrhodon, aromatici roſati, diatrionpipereon, vel puluerem maſticis, myrrhæ, aut pineorum cupreſsi, ita vt pro ſingula quaq; vncia dictarum conſeruarũ, ℥ j. dictorum puluerum & ſpecierum permiſceri poſsit. Quo tempore non erunt prætermittenda, quæ extrà admoueri ſolent, quemadmodum ſi lumbis & renum regioni applicemus ol.maſticinũ,de myrrha,& conſimilia: quibus ſi addiderimus pul. B
maſticis,vel pineorum cupreſsi,menthæ, roſarum, & cætera huiuſmodi, cum cera linimentum componemus:ex eiſdem parari poterunt inſeſsiones,ſi in vino auſtero decoctio fiat,vel cum poſca fomenta adhibeantur. Probatur quin etiam fex vini nigri, pectini & lumbis admota, cuius etiam puluis ad ℈ j. cum ouo recenti ſingulo mane exhibitus, huic malo ſuccurrere ſolet. Quæ autem requirat gonorrhœa gallica,nõ eſt vt hoc loco illa adducamus, quia eſſet agere de cura morbi gallici His medicamẽtis correſpondeat etiam *victus ratio*,ita vt in gonorrhœa ex copia ſeminis,conueniat victus minuens,qui etiam alterari cum illis poterit, quæ ſemen minuere poſſunt, qualia ſunt quæ ſuprà propoſita fuêre: victus flatulentus prætermittendus erit, quia venerem excitare ſolet: cuiuſmodi ſunt cicera rubea, faba, nuclei pinei, eruca,& cętera huiuſmodi.Dimittantur etiam diuretica,vt ſemina dauci,vrticę & reliqua:ſermones etiã & lectiones venereæ & ſpectacula ſimilia prætermittenda ſunt,decubitus ſit potius ſecundum latera,ne lumborum arteriæ incaleſcant In gonorrhœa autem à materia calida & acri, conueniet victus refrigerãs & humectans, vt ptiſana hordei, alica, quæ pro neceſsitate alterari etiam poterunt cum folijs lactucæ, nymphеæ, portulacæ & ſimilibus: & ſi aliqua fuerit ſuſpicio de vlceratione, parari eadem fercula poterunt cum pedibus vitulorum,cum capite caſtrati & ſimilibus.Potus ſit aqua frigida & chalybeata.Si deniq; gonorrhœa fiat à materia tenui & aquoſa,cõueniet victus moderatè calefaciens & magis exſiccans: ideò caro columborum erit vtilis,& aſsi potius,quàm elixi parari poterunt,reliqua etiam omnia cibaria, C
ſi cum aromatis alterentur, magis etiam cõducent:hæc autem calida vt ſint oportet,& leuiter aſtringentia,huiuſmodi ſunt macis,nux myriſtica,mentha,meliſſa,nuces cupreſsi & ſimilia.

DE PROCIDENTIA VTERI.
CAPVT LXIX.

VTeri procidentia illud eſt vitium,ratione cuius vterus à naturali loco dimouetur,qui cum intus eſſe deberet foràs prominet, cuius forma eſt,vt ſit ex genere morbi in mala compoſitione qui in ſitu conſiſtit quando à naturali ſede amotus eſt:vterus enim dum à proprio & interno ſitu remouetur, ſecundum omnem loci differentiam peruerti poteſt, ſurſum inquam, deorſum & ad latera. Surſum quidem & ad latera rarò, deorſum verò ſæpius: ideò de hoc affectu in præſentia ſermo habetur. De materia autem,ſeu loco affecto,nihil aliud dicendum occurrit,niſi eſſe vterum ipſum,ad aliarum partium corporis differentiam,quando illis quoq; accidit à proprio loco dimoueri.

Cauſæ. Cauſæ autem producentes hunc vteri prolapſum, primò, internæ capiuntur à facultate retentrice vteri tùm labefactata, tùm impedita. Si *labefactata* fuerit, fit ob intemperiem frigidiorem & humidiorem: potiſsimum autem ab humidiori,ratione cuius, ligamenta vteri laxari vſq; adeò poſſunt, vt vterus propria ſede relicta, foràs procidat: pro maiori autem & minori relaxatione, magis etiam & minus D
facultas illa læditur,vt illius functio modò auferatur,modò minuatur.Aufertur in illa procidentia in qua vterus à ſuis appendicibus longiſsimè abeſt, vt in quibuſdam ad dimidium coxarum & ad genua vſque deſcendat: imminuitur verò, vbi à propria ſede parum diſtauerit. Hinc eorum ſententia reijcienda, qui putant, vterum in hoc affectu à proprijs ligamentis omninò exſolutum eſſe: tunc enim fruſtra eſſet curationem huius affectus aggredi,quia impoſsibile omninò eſſet, ſoluta ligamenta denuò conſolidare,& in priſtinum locum vterum reſtituere. Vbi verò ex ligamentorum relaxatione hoc contingat, etiamſi ardua & difficilis curatio ſit, non tamen deſperata & impoſsibilis erit, frigidiorem enim intemperiem & humidiorem,remouere cum calefacientibus & exſiccantibus, non eſt impoſsibile: Cæterùm intemperies iſta eſſe poteſt cum materia & ſine materia. Et ſi cum materia,modò corpulenta,modò flatulenta. Si corpulenta, erit pituitoſa & aquoſa, copia & qualitatibus peccans, conſequenter frigidior & humidior, tenuis etiam & lubrica,conſequenter fluxibilis, vt partes, quas contangit, molliores & laxiores reddat, propriumq; illarum robur auferat. Quare occupans totam ſubſtantiam vteri intus & extrà & eiuſdem ligamenta,mirum eſſe nõ debet, ſi omnibus laxioribus redditis, vterus ſuo etiam pondere adiuuante deorſum feratur: ſi materia flatulenta fuerit,eandem matricem ad inferiora propellere poterit. Quæ materia,modò in dictis partibus primò generatur,modò aliundè tranſmittitur, atq; tunc à toto,vel à parte. Si *eadem facultas impedita fuerit* & primò ab internis cauſis fieri hoc poteſt, ob frequentiam partus, ratione

A cuius eadem vteri ligamenta, quæ in hac functione multum laborant, laxari pariter poſſunt, orta reſolutione in membranis & muſculis vterũ ſuſtinentibus. Ex hoc eodem partu, ſi ante debitum tempus fiat, poſſunt vincula etiam diſrumpi, quod ex vehementi naturæ conatu contingit, & tunc fœtus ante debitum tempus deſcendit. Si autem ab externis cauſis idem vterus prolabatur, erunt illæ omnes, ratione quarum vterus & vteri ligamenta omnia debilitari, laxari & diſrumpi poſſunt: vt merito laxationis & imbecillitatis, concurrat victus humidior, potus frigidæ, ſeſsio ſuper lapidem frigidum, natatio in frigida, otium, vehementioraq; animi accidentia, vt aduentus inimici, inſperata filij mors & ſimilia: à quibus mulieres valde agitatæ, lipothymiam, ſyncopin totiusq; corporis exſolutionem pati ſolent, vt mirum non ſit, ſi vterus etiam à propria ſede dimoueatur. Cauſæ verò diſrumpentes, plures & ipſæ ſunt, inter quas enumeratur inartificioſa extractio fœtus, vel violenta ſecundinæ ſeparatio, vt in abortu contingit, eleuatio magni ponderis, clamores inſignes, nimia detentio ſpiritus & conatus, caſus ab alto & reliqua eius generis. Quorum cauſa ſi ligamenta diſrumpantur, & pelliculæ vterum continentes & ſuſtinentes, vicinisq; partibus connectentes, neceſſariò inferius procidat. *Erit igitur procidentia, vteri* à propria ſede dimotio, ad inferiora deſcendens, à labefactata retetrice, ob intemperiem frigidam & humidam, cum materia flatulenta & corpulenta, copia & qualitate prima & ſecunda peccante, in vtero genita, vel aliunde in ipſum tranſmiſſa à toto, vel à parte, quæ vterum, ligamenta & pelliculas ſuſtinentes laxando & emolliendo, deorſum procidere facit. Quòd ipſum pariter contingere ſolet, eadem facultate impedita, ſiue ab

B internis, ſiue externis cauſis, impedita fuerit.

De differentijs prolapſi vteri. CAP. LXX.

EX ſingulis partibus & cauſarum generibus continentibus eſſentiam propoſiti affectus, illius etiam ſpecies colligi poſſunt: ex parte tamen formæ, illa tantùm oriuntur, quæ ſecundum magis & minus diſtinguuntur, nam vteri procidentia, ratione qua eſt à propria ſede dimotio, ad inferioraq; prolapſus, pro maiori & minori illius deſcenſu, differentiæ etiam eiuſmodi naſcentur. Ex parte autem loci affecti, dicimus vteri procidentiam fieri, vel primariò affecto vtero, vel ſecundariò: & ſi ſecundariò, ratione totius, vel partis: poſtremò ex parte cauſarum efficientium, tot ſpecies oriri poterunt, quot fuère cauſæ enumeratæ.

De Signis prolapſi vteri. CAPVT LXXI.

TVnc affectum abſolutè & genericè acceptũ, cognoſcemus ex relatione patientis, & ex nobis ipſis videntibus: dum enim vterus deorſum à propria ſede dimouetur, eſt quid ſimile cucurbitæ, quî ſi ad genua vſq; peruenerit, magnum eſſe vteri prolapſum ſignificabitur, ſecus verò minorem. An verò in vtroq; prolapſu, vterus *primariò, vel ſecundariò* afficiatur, diſtinguemus, q̃a ſi primario fuerit affectus, aderunt ſigna ſecundum illas partes, quibus vterus alligatur dorſo, & alijs circumiacentibus membris, indicantia labefactatam earum facultatem, hoc eſt, frigidiorem & humidiorem intemperiem, & præte-

C rea in toto corpore & alijs partibus mulier bene habebit. Si autèm contrà euenerit, vt ratione totius potius, vel alterius partis determinatæ mulier conqueratur, indicium erit vterum alterius cauſa eſſe affectum. Quocunq; autem modo affectus fuerit, cùm ab externis & internis cauſis id fieri poſsit, diſtinguemus, quia ſi præceſſerint externæ illæ cauſæ antea enumeratæ, omnes inquam, plures, aut aliquæ, argumentum erit, hunc affectum occaſionem habuiſſe ab externis cauſis, quarum ſi nulla præceſſerit, ſtatuẽdum erit, cauſas intus deliteſcere, quæ ſi conſiſtant in facultate retentrice labefactata, ob frigidam & humidam intemperiem, vterus citra omnem doloris ſenſum à proprio loco amotus erit, ſignaq; talem intemperiem indicantia, aderunt. Quæ intemperies, ſi cum materia fuerit coniuncta, ſigna non deerunt ſignificantia materiæ pituitoſæ copiam. Si eadem facultas impedita potius fuerit, præceſsit frequẽtia partus, vel nimius in pariendo naturæ conatus, & tunc vterus non abſq; dolore procidet.

De Indicationibus. CAPVT LXXII.

CVm vteri procidentia morbus ſit in ſitu, primò & ante omnia in proprium locum reponẽdus erit: quod autem hanc repoſitionem prohibere poteſt, eſt inteſtinorum & veſicæ repletio. Ideò aluus imprimis lenienda clyſteri, & lotium pariter emittendum erit, mox in propriam ſedem vterus intromittendus erit, qui cum inter inteſtinum rectum & veſicam interiaceat, ideò niſi prius hæc vaſa inaniantur à copia ſuarum ſuperfluitatum, in proprium locum repoſitio impedietur. Cæterùm cùm vterus

D procidat tùm ratione intemperiei, tùm ſolutæ vnitatis, merito intemperiei cùm frigida & humida ſit, indicabit auxilium calefaciens & ſiccans: cui ſi materia acceſſerit, hæc ſi flatulenta fuerit, auxilium diſcutiens ſignificabit: ſi corpulenta extiterit, cùm & copia & qualitate peccare poſsit, ideò merito copiæ indicabitur auxilium euacuans, ſicut ex parte craſsitiei & lentoris, auxilium attenuans & detergens. Si autem locum habuerit ſoluta vnitas, indicabitur auxilium vniens partes diſruptas.

Prognoſticum. Dum ab hac ſoluta vnitate producitur, affectus iſte incurabilis euadit. Si autem ab intẽperie potius prodierit, hæc ſi mala fuerit, facilius curabitur, quàm ſi cum materia coniuncta ſit, quæ cùm corpulenta & flatulenta eſſe poſsit, maiori difficultate tolletur corpulenta, quàm flatulenta. Quæ rurſus cùm in vtero & partibus illi annexis generari poſsit, vel alibi, difficilius curabitur, dum vterus primò afficitur, quàm ſecundariò, cæteris tamen ſemper paribus: & dum ſecundariò afficitur, maiori adhuc negocio malum tolletur, ſi fiat ratione totius quam partis. Tandem dum vterus procidit, vel recens, vel antiquus erit affectus. Si recens, facilius in proprium locùm reſtitui poterit, quàm ſi antiquus. In antiquo enim imminet, ne locis perfrigeratis, conuulſio contingat, & pręſertim in initio, & priuſquam loci quandam calloſitatem contraxerint, quo tempore nec dolor infeſtat: at ſi vterus intumuerit, difficilior cura ſuccedet, quemadmodum ſi computruerit, impoſsibilis erit.

De auxiliorum materijs. CAPVT LXXIII. A

SVppoſita totius corporis prouidentia, ad topica deſcendendum erit. Primum autem omnium, quod in hoc affectu faciendum occurrit, eſt *Vteri repoſitio* in proprium locum, quæ operatio tunc melius & facilius fiet, ſi mulier ſupina figuretur, coxis ſurſum elatis, & vtriſq; disiunctis & diſparatis, per hunc enim ſitum, vterus facilius in proprium locum reſtituitur: ante omnia tamen, quæ talem operationem impedire poſſunt, remouenda erunt, vt ſi inteſtina & veſica proprijs ſuperfluitatibus referta fuerint, erũt inanienda, & ſi vterus in tumorem ſublatus fuerit, omnis tumor erit auferendus, quibus peractis oblini-ri debet, deinde in proprium locum peruncta manu reponi, nec ſatis eſt vterum in propriam ſedem collocaſſe, ſed *oportet etiam eundem in illa retinere*, ne foràs iterum excidat. Ideò ad id conſequendum, præſtabit pilam aliquam formare, qua os vuluæ obturetur, ne foràs iterum labatur. Parari autem poterit ex lana, poſca, vel vino auſtero, prius imbuta, deinde expreſſa: in quibus ſi aſtringentia etiam calida macerata prius fuerint, vt matricaria, mentha, nuces cupreſsi & ſimilia, addendo ſemper odorata & aromatica, adhuc efficaciora euadent, deinde faſcijs ex arte pars illa deliganda erit, quibus peractis, & muliere reclinata, eum ſitum ſeruare debet, vt non ſolùm extenſis cruribus decumbat, ſed ea etiam ratione, vt alterum crus incumbat reliquo. Ad quod genus auxilij ſpectabunt etiam Cucurbitulæ non ſcarificatæ, ſi vmbilico & vtriſq; hypochondrijs cum magna flamma fuerint applicitę: hæ enim ſurſum trahendo vim ſuſpendendi vterum habebunt, & eundem in proprio domicilio retinendi. Ex parte verò eorum localium quæ ad *pharmaciam* magis pertinent, illa occurrunt, quæ non ſolùm extrà admouentur, ſed intus B
etiam capiuntur. Et hæc vim habere debent laxiores partes roborandi, frigidamq; & humidam intemperiem tollendi, qualia ſunt, conſerua ex matricaria, artemiſia, betonica, mentha, & alijs ſupra propoſitis: ex quibus multæ medicamentorum formæ parari poſſunt, decocta, ſucci, pulueres, electuaria, rotulæ, trochiſci & reliqua de quibus abunde dictum fuit in ſermone de profluuio menſtruorum. Quibus omnibus illa etiam correſpondere debent, quæ extrà applicantur, ſiue olea fuerint, linimenta, emplaſtra, cerata, ſuffumigia, fomenta, inſeſsiones & reliqua id generis. Vt inunctio fieri debet cum oleo maſticino, de mentha, de lentiſco & ſimilibus, quibus pecten inungi debet, & inter anum & os pudendi: quibus oleis ſi addamus puluerem maſticis, myrrhæ, mirti, menthæ, abſinthij, nucum cupreſsi, roſarum rubearum, boli armeni, & cætera eiuſmodi & ceram quantum ſufficit, linimenta parabimus, quemadmodum ex matricaria, arthemiſia, nucibus cupreſsi, roſis & mirtho in vino aſtringenti decoctis, & optimè contuſis & piſtatis, & cum farina lupinorum permixtis, cataplaſma componamus. Ex quibus materijs ceratũ etiam in eundem vſum formari poterit, accipiẽdo maſticis, olibani, thuris, ana ʒ s ſtyracis ℈.j. therebinthi ℥ j s reſinæ parum, miſce pro cerato. Eadem loca foueri etiam poterunt cum decocto ſuprà propoſito, in quo ſpongia imbuta & expreſſa, actu calida dictis locis ſępius admoueri debet. In eadem decoctione, inſeſsiones etiam parari poterunt, ſuffumigia pariter non erunt omittenda, quæ duorum generum vt ſint oportet, boni ſcilicet & mali odoris; vt priora partibus ſupernis, naribus inquam admoueãtur, quo-niam ratione boni odoris matrix ſurſum trahitur: quæ autem mali odoris fuerint, ſubiectis partibus & C
matrici applicabuntur, quem odorem vterus quaſi fugiens intus & ſurſum contrahetur. Materiæ autem odorati ſuffumigij erunt gallia moſchata, ſtyrax, lignum aloes, coſtus, cinamomum, moſchus & ſimilia: mali autem odoris parari poterunt ex caſtoreo, galbano, ſagapeno accenſo ſulphure, aliorum & cæparũ cortice, quæ & ſimilia trita & aceto inſperſa, ſuper ignitos carbones poni poterunt: id tamen in praxi obſeruandum, vt dum fiunt ſuffumigia, ſecundum infernas partes, ea ratione fiant, vt talis vapor ad ſupernas non exhalet, ideò optimè contegi debet, vt nulla fiat euaporatio, quia ex tali vapore vterus magis procideret, & præterea capitis grauitas induceretur.

IOANNIS LE BON REGIS ET CARDINALIS GVISIANI MEDICI

THERAPIA PVERPERARVM. D

Præfatiuncula.

BEne mereri de Repũblica, natura comparatum eſt, vt vnuſquiſq; vir bonus, pro virili in communem hominum vſum & vtilitatem aliquid conferat. Ego verò, ea quæ tum longo vſu & experientia, tum ex doctrina & ſchola Hippocratis & Galeni de grauidarum & enixarum mulierum tuenda bona valetudine, & earundem malè habentium curatione (conquiſitis etiam ad id heroinarũ capſulis) didici, huc Laconicè, minus verborum quàm operis habens, contuli. Dilaniari enim non paucas grauidas mulieres à Chirurgis, obſtetricibus & tonſoribus, multoſq; ſemiuiuos infantulos ab ijſdem dilacerari, ſæpius quam voluiſſemus, vidimus.

GRAVIDAE VT REGENDAE.

CAPVT PRIMVM.

Partic. 1.

SIc igitur regendæ & gubernandæ ſunt quæ gerunt vtero, maximè verò quæ nondum pepererunt, & quæ primos editurę ſunt fœtus, ne intempeſtiuè pariant, ne venter rugis indecorus & ſcatens, eas viris ſuis ingratas, parũ amabiles, & abominandas reddat: ne mammæ in maiorẽ molem extendantur,

aut

A aut molliores effectæ, & varijs obnoxiæ morbis, fœdiores fiant: ijs potiſsimum quæ fœtus ſuos non alunt, ſed aliunde nutrices alendis & lactandis puerulis ſuis idoneas exquirunt: ſimulatq; igitur ſuſpicabitur mulier ſe vtero gerere, ſuis ſic medebitur mammis.

Ne mammæ grauidarum augeantur.

Partic. II.

RECIPE foliorum hederæ terreſtris, ſaluiæ minoris, vincæ peruincæ ana M.j. bulliant in portione vini & aquæ ad conſumptionē medietatis, in fine cum ab igne aufertur adde aceti ℥.j. fiat Fotus mammis cum panno lineo vel purpura: vel ℞. aquæ ſaluiæ, aquæ peruincæ, ana quantum ſufficit, ablue mammas calidè bis in die.

Grauida icta, aut læſa, aut percuſſa in ventre.

Partic. III.

SI fortè fortuna contigerit mulieri ab alto decidere, aut rei cuipiam duræ obuiam fieri, aut aliunde læſam, ictam & percuſſam periclitari: aut ſuſpicio ſit immaturi fœtus à cauſa procatarctica: hâc ſemen, quod vulgo germen dicitur, ex ſex ouis gallinaceis collectum, vino albo diſſolutum calidè epotum, ſummopere iuuabit: idque ſex dierum ſpatio, ſingulis matutinis repetendum: quo interim tempore quieſcendum erit, & ab omni violento motu, abſtinendum. Eadem cautione, tuſsis, ſternutamentum, clamor, ira, fletus, cantus, venus immodica, cibi & potus repletio, calida omnia, diureticaq; vitanda. Aquilæ lapis collo appendendus, & renibus illud admouendum emplaſtrum, quod poſtea deſcriptum reperies, vbi agetur de mulieribus, quæ fœtus ſuos, ad perfectum maturationis tempus, non perferunt.

B

Ne rugis findatur grauidæ venter.

Partic. IV.

AT cùm fœmina moueri, fœtum perceperit, tum maximè animaduertendum, & cauendum, ne ſua mole puer ſic ventrem diſtendat, vt diſrupta cute circa pubem, vlcera multa fiant, & fiſſuræ, quæ à partu vix coaleſcentes cicatrices, vt rhagades, fœdasq; & indecoras rugas per vniuerſum ventrem ſparſas, excitare ſolent vt plurimum: quibus vitijs, ſic occurri commodè poterit.

℞. xxx. pedes arietinos, confractis omnibus oſsibus bulliant ad perfectam concoctionem, quibus refrigeratis ſume quidquid pinguedinis ſupernatabit, & cum ſufficiente quantitate ceræ albæ abſque ebullitione liqueſiant, colentur panno lineo mundo, & abluantur diutius aqua roſarum, & vnge ventrem bis die, donec ad nonum menſem peruentum fuerit: vel ℞. pedes arietinos xxx. omnibus oſsibus contritis, poſt perfectam coctionem, ſume quod ſupernatabit pingue, cui adde ſpermatis ceti ʒ.ij vel potius ℥.ij. axungiæ cati & anſeris ana ℥.j.s. axungiæ ſuis caſtratæ ℥ iij. axungiæ ceruinæ ℥.ij butyri recentis ℥.j.s. liqueſiant omnia ſimul in vaſe vitreo facta colatura, poſt refrigerationem tam diu abluatur aqua roſacea, donec albeſcant, vnge ventrem bis die, tempore, & loco. Aut ℞. pinguedinis anſeris ℥.ij. axungiæ cati ℥ ij.s. ſeu equini ℥.j.s. axungiæ canis & ſuis caſtratæ ana ℥.ij. pinguedinis pedum arietinorum, prius præparatorum quart.j. hæc omnia liquefacta & colata, ablue aqua roſarum donec albeſcât, fiat litus quo illinatur venter bis in die. Vel ℞. axungiæ ceruinæ, pinguedinis pedum arietinorum, vt prius præparatorum, butyri recentis, ſpermatis ceti ana ℥.ij. ſimul liqueſiant, colentur, abluantur diutius aqua roſacea, aut aqua odorata: illinatur venter bis in die, donec peruentum ſit ad nonum menſem.

C

Poſt ventris à præſcriptis vnguentis vnctionem, ferenda eſt canina pellis ſic præparata. Accipe pellem canis, arte coriacea optimè præparatam, quæ ſæpius aqua roſacea abluatur, vel alia aqua odorata, ſic abluta exſiccetur in vmbra, deinde eam ſic adaptato, vt totum ventrē vtero gerentis amplectatur, quam, priuſquam admoueas, in ſequentibus oleis madefacito:

℞. olei amygdalarum dulcium, olei hyperici, olei myrtill. ſingul ℥.j s. abluantur optimè hæc olea aqua roſata: in his oleis per noctem infunde pellem caninam vt antea paratam, eamque diligenter manibus perfricato, & pòſt in ſolis vmbra exponito per duos dies, ac tandem ad ventris formam aptato. Hanc ferat grauida, poſt vſum præſcriptorum vnguentorum. Ita enim venter, puerile pondus citra læſionem, ferre poterit, ad nonum vſque menſem. Apud vnguentarios venditur pellicula hæc præparata, vel caprina, quæ ex Hiſpania & Italia adfertur, ſtomachoque & vtero, ſcutorum loco in primis auxiliatur thymiamate odora, & vulgo ſuffita appellatur.

D

Cauſa abortus & prophylactica.

Partic. V.

CONTINGIT nonnunquam, vtero gerentes ante pariendi tempus fœtus improſperos in lucem edere, idque à cauſa procatartica, vt antè dictum eſt: aut ab intemperie humidiore totius corporis, aut earum partium tantùm, quæ generationi ſunt dicatæ, aut eorum vinculorum & acetabulorum, quibus embryon conſeruatur, velut alligatus in vtero, quæ ſi rumpi, aut laxari præ nimia humiditate & muco copioſiore contingat, fœtum grandiorem ac grauiorem, ante tempus elabi, neceſſum erit. Hoc etiam fit, interno ore vteri pluſquam par ſit hiante, malacia quoque infeſtante (cui commodiſsimè medetur vinum Abſynthites) idipſum pariter contingit ab intemperie calida vteri: cuius intemperiei calidæ eſt dilatare, maximè verò cum humiditatem habet coniunctam, immaturus quoque partus accidit: ſi antea difficiles aliquot & moleſti partus præceſſerint, à quibus amplior, ac imbecillior factus ſit vterus. Fiunt autem huiuſmodi partus intempeſtiui, vt plurimum octauo menſe, nonnunquam quinto & ſexto, rarò alijs menſibus, quibus ſtatim maxima cum induſtria ſuccurrere oportet. Nam quæ ante tempus ſemel pepererunt, eodem penè ſolent parere tempore, niſi ſumma cum diligentia præcaueatur: in Scotia, heroinæ ſertum tanaceti admouent pudendo frequentiſſimè cum feliciſſimo ſucceſſu, quod vt grauius oleat, atterunt manibus, aut ſub cineribus paululum coquunt. Fit ſimiliter aliquando immaturus partus,

cùm plus ſanguinis ad vterum confluit & defertur, quàm deceat ad pueri nutritionem: vtpote cum mu- A
lier ſuapte natura multò abundat ſanguineo humore, qui ſanguis ſolet vtero gerentibus aceruari, quibus
non expurgantur muliebria, (ſunt enim nonnullæ mulieres, quibus fluunt ſuo tempore, etiam ſi vterum
gerant) colligitur nec non ſanguinis copia, ijs quæ copioſiore cibo vtuntur & probè concoquunt. Item,
quæ otioſam & ſedentariam vitam agunt: cuiuſmodi mulieres, cumulandis cruditatibus ſunt obnoxiæ
& excrementis: ſimiliter quæ plures identidem admittunt viros, in quibus ſanguinis detractione & pur
Venæ ſectio & purgatio in grà uidis quando & quomodo administranda.
gatione ad præcautionem vtendum eſt. Detrahendus verò ſanguis eſt, ſimulatq; fœtus moueri cœpe-
rit, eoque audaciùs, ſi mulieres huiuſmodi quæ gerunt vterum multo abundent ſanguine, ſi mulieres
ſunt muſculoſo & bene habito corpore, ſi præditæ viuido colore, ſi ſanguinis detractionem facilè & ci-
tra noxam ferre queant, idq; faciẽdum, ſi res poſtulat, vt eſt in prouerbio Gallico, *du murt & du vif*, id eſt,
ante motum & poſt motum embryonis, maximè verò quando genitor ipſe (ſi modo cognoſci poſsit)
quadratus, multique fuerit ſanguinis, ea tamen cautione, vt diligens habeatur regionis ratio. Tempus
autem conuenientiſsimum mittendi ſanguinis eſt, poſt primos inſultus fœtus, eo enim tempore, pauco
admodum indiget fomite, vt ex dogmatibus & parangelijs Hippocr. & commentarijs Galeni conſtat.
Secanda verò baſilica brachij dextri, ad ℥.iiij tantum, nam tutius eſt repetere, ſi opus fuerit quàm exqui
ſitè vacuare, prius tamen ſoluta aluo ſuis excrementis, aut ſpontè, aut arte, hoc modo: ℞. decocti capi ℔.
s. in quo diſſolue catholici ſemunciam, ſacchari rub. ℥.j. olei ℥.j. fiat clyſter, qui inijciatur horis duabus
ante phlebotomiam, aut die præcedente mane. Interea vitanda ſunt diuretica, & cętera omnia quæ ven- B
trem torminibus afficere poſſunt, & quæ partum accelerant quarto, quinto, & ſexto menſibus. Quod ſi
videatur grauida purgatorio medicamento indigere, hunc in modum purgabitur: ℞. rhabarb. electi &
amicorum ſubtiliter puluerati ʒ.ij. infunde in aqua endiuiæ abſque expreſsione, & fiat potio, quæ ſuma-
tur mane: vel ſumatur bolus hic: ℞. catholici & rhei pro qualitate affectuum & ex præſentis medici con-
ſilio. Poterit doſis & quantitas rhabarbari augeri, aut minui, pro ratione virium mulieris, aut pro ſolutio-
nis facilitate, infundi etiam in decocto pectorali, ſi mulier aut tuſsi laboret, aut frequenti ſputo torquea-
tur: aut alio aliquo decocto, pro varietate affectuum mulieris, nec exprimendum rhabarbarum. Nam ſi
cum ſubſtantia ſumatur poſt ſolutionem, internis viſceribus robur adfert & fœtum firmiorem reddit. Ea
euacuatio, poterit ſemel præſcriptis menſibus repeti. Quibuſdam placet Caſsia fiſtularis, quæ licet gra-
tum ſit & amicum naturæ medicamentum, torſionem tamen ventri adferre ſolet, & interna viſcera lenit,
quæ huic affectui non conueniunt, qua de re vide Arculanum. Iuuandæ ſunt etiam ijs quæ ſequuntur
auxilijs, non ſolùm quibus miſſus eſt ſanguis, aut quæ purgatæ ſunt, verùm etiam, quæ non indigere pu-
tantur, attamen fœtum ad periodum perducere nequeunt.

℞. margaritarum non perforatarum ℈.ij. maſtich. ʒ j zingib. ℈.j. been albi & rubri & coralli rub. an. ʒ.j.
macropiperis, zedoariæ, doronici, cardamom. an. ʒ.s. cinam. electi ʒ j nucis moſch. ℈.ij. tunicarum ven-
triculorum gallinarum, conſer. roſarum & corticis citri conditi ana ℥.j. s. ſacchari in aqua bugl. diſſoluti, C
q. ſ. fiat electuarium per tabellas inauratas, ſumat tabellam vnam duab. horis ante ſingulos paſtus. Aliud:

℞. pulueris electuarij diamargariti calidi Auicen. deſcriptione, & diambræ an. ℈.iiij. coralli rubri ʒ.j.
rad. pœoniæ ℈.ij. ſacchari albi in aqua bugloſſæ diſſoluti q. ſ. fiant tabellæ inauratæ, quibus vtatur duab.
horis ante ſingulos paſtus. Interim deferendum ſequens emplaſtrum quo frigidiori temporis conſtitu-
tione, aut vbi calor renes non offendit admouendum eſt ipſis lumbis. ℞. ladani puri ʒ.ij. galang. ʒ.j. nu-
cis moſch. nucum cupr. boli armeni orien. terræ ſigill. ſanguis drac. mirtillor. balauſt. ana ʒ.j.s. pſidiæ, a-
caciæ, hypocyſtid. ana ʒ.j ceræ citrinæ ℥.s. terebinthinæ ʒ.j. picis naualis q. ſ. ad craſsitiem, & fiat em-
plaſt. quod lumbis ad motum remouetur quolibet menſe. Ferenda ſunt hæc emplaſtra, à quinto menſe
ad medium noni vſque. Aliud: ℞. ſtoracis calaminthæ, colophoniæ, picis naualis ana ʒ.ij.s. ladani puri
ʒ.ij. maſtichis ʒ.j.s. menthæ ſiccæ, galangæ, biſtortæ, nucum cupreſsi, ana ℈.iiij. myrrhæ, & gummi ara-
bici ana ʒ.j. ceræ citrinæ ℥.s. cum pauca terebinthina, fiat cerotum ſuper renes deferendum & potiſſi-
mum per hyemem, aut tempora frigidiora.

Vbi verò æſtas fuerit aut aeris conſtitutio calidior, aut vniuerſum corpus, aut renes tantùm intempe-
rie calida afficiuntur, aut calculi in renibus ſuſpicio adfuerit tutius erit ſequens deferre emplaſtrum:

℞. maſtich. ʒ.ij coriandrorum præparatorum, balauſt. biſtortæ, corticis mali punici an. ʒ.ij.s. roſarum
rub. p.j. nucum cupreſsi, mirtillorum ana ʒ.j. olei maſtichini, & cydoniorum, aqua plantag. diligenter lo- D
torum, an. ℥.j.s. cum pice nauali, fiat emplaſtrum, renibus admouendum, ad medium vſque noni menſis.
Si accidat pruritus, aut ardor quiſpiam, aut veluti feruor ab admotione præſcriptorum emplaſtrorum,
ſatius fuerit ea ad tempus relinquere, interim renes ſequenti vnguento ſunt illinẽdi: ℞. olei mirtillorum
cydon. maſtich. ana ℥.j.s. hypocyſtidos, acaciæ, boli armeni ſanguinis drac. ana ʒ.j. berberis ℈.ij. ſantalo-
rum citrinor. ℈.iiij. cum cera noua fiat vnguentum, quo vngantur renes bis in die: proderit etiam pluri-
mum, ſi pudendum hoc vnguento vngatur, aut vnguento Comitiſſæ.

Pica & malacia earumq́; remedia.

Partic. VI.

SOlent grauidæ & prægnantes varijs cruciari affectibus, pica & deprauata quadam appetentia primis menſibus, qua & carbones, terram lapidis, & alia quamplurima, quæ nutritioni minimè ſunt accommodata, appetunt: de his ipſis fiet ſuo loco & tempore mentio. Toto huius affectus ſpatio, aut ſtatu, caueant manibus faciem attrectare, alioqui obſignaretur ea ipſa re quam deperditè appetunt.

Adeò prægnantibus proſtratur nonnunquam appetitus, vt cibos omnes refugiant, & imbecilliores redditæ, miſeros & imbecilles fœtus pariant, non abſque matris diſcrimine & periculo, quibus nota genitalis apparet per totum ſuæ vitæ decurſum infirmi, ijq; valetudinarij victitãt. Vnde veriſimile eſt, non

fuiſſe

A fuiſſe genitiuam illam notam impreſſam embryonibus, ſine grauiſsimo matris angore & labore. Vomút etiam aliquando cibos coctos, aliquando crudos, interdum vitioſos humores, cum cordis palpitatione, ac tremore: cuiuſmodi mulieribus maximo erit vſui, decoctum maioris chamomeli (quod ſimillimum abrotano eſt) quod omne remediorum genus ſuperat. Item: ℞. conſeruæ roſ. bugloſ. corticis citri conditi ana ℥.ij coral. rub. ʒ.ij s. margaritarum non perforatarum ʒ.j. oſsis de corde cerui ana s. ʒ. myrobalanorum emblicorum conditorum, ſacchari roſati recenter tabellati quartarium j. Sex folia auri, paſſularum mundat. ℥.j. fiat condítum, quo vtatur frequenter longè à cibo.

Quód ſi tuſsis infeſtarit, & macilenta indies magis ac magis euadat, vt ferè fit in vrbanis, ruſticis, & nutricibus in quadrageſima ſuperſtitioſis (circa eius enim finem, agricolæ hîc & vinitores, confecti penuria victus & labore longorum dierum, miſerabiliter moriuntur) mulier à condíto ſequenti mirum in modum iuuabitur: ℞. conſeruæ roſarum, radicis bugloſſ. condíti, ſingul. ℥.j. s. corticis citri condíti ℥ j. paſſularum mundat. ℥.ij. pineorum mundato. in aqua roſarum infuſorum ſemunciam, amygdalarum dulcium ℥ j. margaritarum non perforatarum ℈.ij. pulueris diaireos ſimplic. ʒ.ij. auri folia vj. ſacchari albi quantum ſufficit, fiat conditum: quo vtatur perſæpe, etiam non procul à cibo: interea, pectus oleo amygdalarum dulcium & butyro recenti non ſalito, mane ſuauiter illinatur, & fugiat aerem frigidum.

Victus ratio grauidarum.

B *Partic.* VII.

EO tempore victus ratio inſtituenda: Inprimis cibis alantur euchymis, qui & facilè à natura conficiantur, & probè nutriant, & ſint pauci excrementi. Vitanda omnia cruda, & quæcunque ſunt humidiora. ex quibus ſucci multi crudi maximè & viſcidi, in corpore gigni poſſunt. Etenim mulieres quę ſunt humidiore temperamento ad aborſus ſunt paratiores. Itaque ſiccioribus, & cibis & aere vtantur conſulo: vitandi prorſus ſunt flatuoſi cibi, & quicunque vrinas mouent: ſimiliter & calidiores, vtpote qui inflammationes & febres ſuſcitare poſſunt.

Quare vitanda piperata, & id genus reliqua: plurimum obeſt generoſum vinum. Id veró vinum ex vſu fuerit, quod craſsioris ſaltem fuerit ſubſtantiæ, pro ratione & temperamento vētriculi & hepatis (ſubtile enim nocet) idque diluendum aqua chalybeata, pro facultate vini. Non ſtatim primis epulis bibendum, ſed poſtremis tantùm, poſt nimirum liberaliorem ciborum vſum. Abſtinendum à forti, violento & immoderato exercitio, donec partus proximus fuerit: Interea cauendum à tuſsi, ira, zelotypia, externo amore, clamore, ſuperflua venere. Statim à cibo decumbendum per horam, nec tunc dormiendū eſt: quies enim illa à cibo efficit, vt fœtus quietior cibum aſſumat, nec ciborum pondere grauabitur, quia potius robuſtior euadit. Omnia animi pathemata, mediocriter ferenda: nam animi motus fortiores, non ſolùm vtero geſtantibus mulieribus, verùm etiam omnibus noxam maximam adferunt. At cùm iam mu-
C lier nonum attigerit, & aliquot iam dies in eo ipſa morata fuerit, poterit tutò emplaſtra relinquere, & ſeſe paulatim exercitio exponere, non intermiſſo tamen balneorum vſu: ob id ambulationes leues, primis diebus conferent ante cibum, potiſsimum duodecimi noni menſis primis diebus, quæ poſt duodecimū ipſum diem augeri poterunt, & validiores fieri. Tandem cùm proximè expectabitur & ſperabitur partus, fortius proderit exercitium, ſicque tribus aut quatuor diebus ante partum frequenti & repetito aſcenſu, & deſcenſu iuuabitur plurimùm. Choreis quoque mediocribus tunc delectari: præſtabunt hæ exercitationes, pauló vehementiores, vt fœtus minori cum moleſtia in lucem prodeat, & ipſe partus facilior fiat. Conferent tunc plurimum diuretica, ſimiliter & cibi cinnamomo & croco conditi. Poſt decimumquintum diem noni menſis, oblinatur pudendum muliebre butyro recenti, vel axungia capi, vel oleo amygdalarum dulcium, vt facilior pateat exitus fœtui ex vtero. Solent enim iuuenculæ mulieres à maiori fœtu plurimum in pariendo affligi, & ſæpenumeró in partu laborioſo & difficili animam agere, ac emori. Quare non ſatis mirari ſubit, quòd tam temerè ineantur hac tempeſtate matrimonia vnde infinita multitudo pauperum, quos ne ſaxa quidem & rupes aratæ tollere poſſunt: lege cautum eſſe oporteret, ne ante tempus matrimonia contraherentur, & artium expertes vitam cœlibem ducerent (quamuis nullus eſt vicus, qui non aleret ſuos ſi non eſſent voragines) hinc homunciones, pigmæi & id genus hominum monſtra, & vitæ breuiſsimæ. Partui proximas, non alio veſtimenti genere indui oportet, quàm
D pallio, vt factitare ſolent Scoticæ mulieres, quæ fœtum edūt ſine obſtetricibus, neq; coarctari thoracico indumento, quod ob id à maiorib. breuiſsimum fuit præciſum, vt longè lateque creſcenti embryoni pateat vterus: ſed ex amore iuncei corporis, plancos, varos, gibboſos, & imperfecta enituntur corpora. Apud Scotos nulli naſcuntur vitioſi: ſed laſciuia eò venit impudētiæ, vt quiduis maluit, quàm concubitus inducias. Quamobrem abortiunt aut intereunt, inuitis artificijs omnib. medicorum, cauſa in prōptu eſt, harum effœta eſt natura, & ideò vix feres opem his remedijs: ℞. biſmaluæ cum rad. M. j. maluæ, chamomeli, anethi an. M. j. apij M. s. Lauandulæ M. j. s. ſem. lini ℥. ij. ſem. fœnugræci, fœniculi an ℥ j. fiat decoctio in aqua ſufficienti, in qua ſedeant quotidie per mediam horam, octo diebus continuis, manè & ſerò: abſtergantur poſtea páno lineo & vngantur ſequenti vnguento: ℞. olei amygd. dulc. liliorum an ℥. j. s. pinguedinis gallinæ ℥. s. mucag. ſem. altheæ ʒ. ij. olei ſem. lini ℥. j miſce fiat litus, quo illinatur ab vmbilico ad pubem, illinátur etiam renes & lumbi mane: à litu, illa ſumat vitellum oui, cum pauco cinnamomo loco ſalis, poſtea bibat modicū vini albi, aut hippocratici ſi hyems adſit: perſeueret in balneo, litu, & vnctione per octo dies integros, quibus exactis ad valentiora eſt tranſeundum. Nam à leuiorib. eſt inchoandum: fiant igitur quæ ſequuntur, ad horam partus vſque: ℞. maluæ, altheæ cum radicibus ana M. ij. adianthi, parietariæ, arthemiſiæ, lauendulæ, foliorum lini, ſi haberi poſſunt ana M j foliorum lauri M. s. ſeminis lini & fœnugræci ana quart. j. florum chamomeli, meliloti ana M. s. fiat decoctio: in qua ſedeat mane ad vmbilicum vſque, abſtergatur poſtea & vngatur vnguento ſequenti; ℞. olei de ſem. lini ℥. ij. s. olei amygdal.

dulcium ℥.j.mucag.ficuum cum aqua arthemiſiæ extractæ,butyri recentis ſine ſale ana ℥ j.medullæ cru A
ris vituli & pinguedinis gallinæ ana ℥.s.fiat linimentum,quo vngantur renes & lumbi ab vmbilico adusque pubem, tegantur poſtea optimè pannis calidis & quieſcant. Vngatur etiam pudendum, & loci præſcripto oleo ſeminis lini.ſorbeat poſtea iuſculum pulli, cum oui luteo, cinamomo & croco, potiſsimùm ante cibum. Tertio aut quarto ante partum die,poſtquam lota & vncta fuerit vtatur ſequenti puluere: ℞. Cinnamomi electi debitè mundati ſequi drach. peucedani ʒ.j. fiat puluis ſumat ℈.j. cum ouo ſorbili,bibat modicum vini albi. Si diſpliceant tabellæ,quibus ſuperioribus menſibus vſa eſt, ſequentibus vti poterit,eo maximè tempore,quo lauatur & vngitur: quibus aſſumptis bibet modicum vini hippocratici,ſi aeris conditio frigida fuerit:alioqui vini albi. Quod ſi videatur partui proxima, temperetur vinum aqua infuſionis ſeminis lini: ℞. Cinnamomi electi debitè purgati ʒ.j.s. corticis caſsiæ fiſtulæ ℈.iiij.myrrhæ ℈ ij conſeruæ capillorum veneris ʒ.ij. ſacchari albi in aqua Sabinæ diſſoluti, aut arthemiſiæ quantum ſufficit,formentur tabellæ inauratæ,aſſumat tabellam vnam inauratam poſt vnctiones,horis duabus ante cibum. Si non arrideant tabellæ & malit opiatam,vtatur ſequenti,tempeſtati frigidiore: ℞. Myrrhæ,caſtorei ana ʒ j.s.ſtoracis calamitę ʒ.j.cinnam.electi ℈.iiij.ſabinæ ʒ j cum melle fiat electuarium, aſſumat quotidie mane cum inſtat pariendi tempus, bibat inſuper vini modicum: ſic regenda eſt vſque ad tempus pariendi.

Prognoſticon de fœtu in vtero. B

Partic. VIII.

NOn placet hic repetere, quæ plerique de fœtu in vtero contento prædixerunt, dicam tamen me prænouiſſe, an maſculus an fœmella geſtaretur,ex tumeſcentibus & nigricantibus in alterutro inguine renis, (quod relatu collegarum diſci honeſtè poteſt) ſed ab vmbilico, aulicæ ocyſsimè certum teſtimonium exigunt, obſeruarunt quoque in ea re lunæ curſum,prudentes matronæ,quod his verbis ſequitur:

Si luna creſcente parit,partus maris alter,
Eius decurſu virginis ortus erit.

Soluetur hic,quamuis præter propoſitum,de numero menſium quæſtio in hunc modum:

De partu certatur lis,à menſibus orta eſt,
Solis,vel Phœbes,aut vtriuſq; ſimul.

Vrinarum inſpectione abuti, ad præſentiendum conceperitne mulier an non, impoſtorum eſt non Medicorum,licet permulti nugas in id genus cognitionis & cautiones ſcripſerint. Hoc etiam non ſemper, nec plerunque aqua mulſa Hippocratis indicauit.

VT REGENDAE PARTVRIENTES. C

CAPVT SECVNDVM.

CVm à parturiendi laboribus vexari cœperit, aduocanda obſtetrix prudens & in ea arte apprimè edocta (hæc enim ars viros dedecet) quæ mulieri lectum ad id compoſitum & idoneum, & in eo mulieris ſitum,pro vſu & arbitrio adoptabit aut pro regione & conſuetudine.

Gallicanæ ad focum in paruo ſtrato collocant & cæteris melius: quæ priuſquam pudendo manus admoueat,eis oleo de ſemine lini aut liliorum, aut amygdalarum dulcium,litum parabit. Sed pudendum ſit adapertum prius & foras ripæ ſummopere promineant, os pubis interim totumque pudendum ijſdem oleis illinat,& coxæ,aquilæ lapidem alligabit, & ſub vtroque pede polypodium quercinum admouendum curabit:quod ſtatim à partu eſt auferendum,vt & ipſe lapis. Poſtea ſi cruciatus diuturni & violenti fuerint, virium appareat imbecillitas, quæ ſolet à maximis doloribus excitari, ouum ſorbile cum puluere præſcriptarum tabellarum,aut ʒ j.opiatæ ſuprà dictæ,optimo erit ex vſu. Fit aliquando difficilis partus,cum quicquid in vtero continetur ſeroſa recrementa,aut aquæ aut eiuſdem ſubſtantiæ multo ante fœtum tempore excernantur:& tum viæ ſicciores parturientis & rugoſæ redditæ,difficiliorem exhibent exitum:hæc ſi contigerint,ita ſuccurrendum erit:

℞. biſmal.cum radice M.j.arthemiſiæ,ſabinæ ana M.s.ſemin.lini, fœnugræci ana ℥.iiij.caricarum ℥.s. fiat decoctio: cuius accipe quart.j.olei de ſemine lini ℥.ij.moſchi granum j. inijce in collum vteri, ita facilior fiet tranſitus,idq; repetendum ſæpiſsimè. D

℞. butyri recentis ſine ſale in aqua arthemiſiæ loti ℥.ij mucag. ſeminis braſsicæ rubræ,mucaginis ficuum & ſeminis altheæ, cum aqua ſabinæ extractæ ana ℥.s. fiat linimentum, quo frequenter vteri collum obſtetrix illinat:& in ipſo puerperij labore,aſſumat puluerem qui ſequitur:

℞. cinamomi electi, corticis caſſiæ fiſtularis ana ℈.iiij. croci ℈.j. fiat puluis ſubtiliſsimus: capiat ʒ.j. cum vino albo,aut aqua arthemiſiæ calidæ. Aut eum qui ſequitur,ſi malit:

℞ corticis caſsiæ fiſtul.dictamni ana ʒ.j.cinamomi ℈.iiij.ſacchari albi ad pondus omnium, fiat puluis ſubtiliſsimus,ſumat ℈.iiij. cum decoctione ſeminis lini:ſic enim celerior fit partus, & cum minori educitur moleſtia.

At vbi difficilis ſupra modum fuerit partus & parturiens ex præſcriptis non iuuatur, nec parit,obſtetrix ſequenti vnguento manus ſuas inungat:

℞. olei de ſemine lini ℥ j.s. olei de caſtoreo ℥ s.galliæ moſchatæ ℈.s.ladani ℈.j.fiat linimentum, quo obſtetrix frequenter vteri colum illinat.

Interim prouocetur ſternutamentum,puluere piperis,aut ellebori albi (quem circulatores appellant & circumferunt in ſcriniolis & coriolis, puluerem d'Oribus corrupto vocabulo) in nares immiſſo: pariter & lapis Ætites coxæ ſiniſtræ alligatus,fertur accelerare partum.

Si huiuſmodi auxilijs non iuuatur puerpera,ad ea quæ ſequuntur tranſeundum eſt:

℞. croci

A ℞. croci quantum ſufficit ad conficiendum peſſum cum ſucco porri inuolue panno lineo ſubtili, & fiat peſſus, qui coxæ alligatus, in collum vteri immittatur. Vel,

℞. corticis raphani ℥.s. mercurialis M.s. caſsiæ ligneæ ſubtiliter puluerat. ʒ.j. ſucci ſabinæ ℥.s. croci ℈.j. hęc omnia optimè contuſa & panno lineo inuoluta, in vteri collū impone: optimū eſt quod ſequitur:

℞. radicem ciclaminis: ea collo vteri admota, ſtatim partum educit, debet coxæ alligari & ſtatim à partu auferri. Franciſcani quidam, pomum colocynthidos præferunt, non verentes adducere in diſcrimen vitæ matres. Aliud:

Arthemiſia cum vino albo cocta & contuſa, ventri admota, partum faciliorem efficit. Aliud:

Satureia trita, ventri calidè appoſita, fœtum expellere fertur, etiamſi mortuus eſſet. Si ſerpentis ſpolio mulier cingatur, ſtatim parit.

Semen pæoniæ perfectè maturum, ſubtiliter pulueriſatum, & cum oleo chamomelino in linimenti formam redactum maximum adfert præſidium, ſi eo parturiens circa renes, lumbos, os vteri & collum illinatur: nam facilem partum facit & cum paucis doloribus.

Suffitus, ex oculo piſcis ſaliti, aut vngula equina, aut aſinina fœtum & ſecundas educit. Cucurbitula, parturientis renibus admota, partum accelerat, quæ ſtatim à partu auferēda. Cor, è gallina adhuc viuente extractum, & dextræ coxæ alligatum, partum accelerat, ſed ad ſecundas quam penitiſsimè immittat digitos obſtetrix, nihil ſecreti prius. Lini ſemen cum aqua ſabinæ, aut arthemiſiæ, aut pulegij regalis, aut

B vino albo impoſitum, aut ſi in eius decocto mulier ſedeat, fœtum ſine moleſtia educit.

Tripheræ magnæ ſine opio ℥.s. ſucci vitis albæ ʒ ij ſucci mercurialis ʒ ij fiat peſſus, qui coxæ alligatus, in collum vteri indatur: fœtum iam diu mortuum & ſecundas extrahit.

Peſſus ex Condiſo, quiduis educit: Eſt autem condiſum, radix ſaponariæ.

Sunt etiam ſuffitus præſtantiſsimi, quidam ad hos effectus, vt ex ladano, partum facilitat: idem facit ex ſtercore columbarum, aut cati. Qui ſequitur vtiliſsimus. ℞. Cinnamomi, aloes crudæ, ana moſchi, ambræ an. gran. ij. conquaſſentur, fiat ſuffitus: quod ſi mulier diutius in eo permaneat, bibat quod ſequitur: ℞ corticis caſsiæ fiſtularis conquaſſatæ ſeſquiunc. cicerum rubrorum P. s. bulliant tempeſtate frigidiore in vino albo, æſtate verò, in aqua ad conſumptionem medietatis: factæ colaturæ, adde cinnamomi electi ſubtiliter puluerati ʒ s. croci gran. vj. fiat potio, qua aſſumpta, irritetur ad ſternutamenta.

His ſubſidijs ſi non prodit fœtus, certò ſcias non ſolùm periclitari matrem, ſed & fœtum: quare ſemper habenda eſt virium ratio, quę non aliter quàm cibis optimis, vt decocto capi aut eiuſdem expreſsione, aut ouo ſorbili, aut vino reparari poſſunt & conſeruari. Admouenda ſemper obſtetrix, quæ nihil niſi cum natura moliri debet: vt enim febrium paroxyſmi non ſunt penes nos, nec arbitrium noſtrum, ſic nec penes puerperas, labores, vulgò horæ, ita dictæ, quod recurrant certis interuallis. Quando manu opus eſt, rem totam chirurgi complures tradiderunt & docuerunt, inter quos doctiſsimè ſcripſit D. Ambroſius Paræus. Cuius laboribus & vigilijs adiuti externis carere poſſunt chirurgi. Sed de his ſatis ſu-

C perque: nolo quæ ab aliis celebrata ſunt, concinnare: pudeat, inquam, pudeat, non experta in lucem proferre in generis hominum perniciem.

VT REGENDAE PVERPERAE.

CAPVT TERTIVM.

Partic. I.

VBi autem puer prodierit in lucem, & ſecundæ eductæ ſunt, hæ adhuc calidæ, ſunt citiſsimè puerperæ vmbilico apponendæ. quibus ſublatis, inuoluenda quoque puerpera potiſſimum ſecundum renes & ventrem totum, pelle arietina è viuo adhuc recens & præſenter extracta. Quod hactenus non animaduerſum eſt, etiamſi multi ex recentiorib. de Gynæcijs ſcripſerunt: licet autem puerpera perbellè ſuo fœtu & ſecundinis liberata ſit, noui tamen cruciatus ac dolores quandoque ſuboriuntur, qui alterius partus labores eſſe videntur, quos ſæpenumero pernicioſa ſyncope comitatur. His ego cum plerunque interfuiſſem, eorumque vehementiam ac magnitudinem diligentiſsimè obſeruaſſem, noſtram artem propè his inutilem iudicaui, vnicum nobis perfugium in obſtetrice relictum fuit, quæ ſimul atque manum in pudendum indidiſſet, interdum concreti ſanguinis fermè libras tres eduxit, interdum maſſam velut carneam, non abſimilem molæ in vtero retente (ſæpè cum fœtu & mola ineſt in vte-

D ro) cuius ſymptomatis cauſam mihi inquirenti, non alia videtur quàm facultas expultrix laſſata, ac penè proſtrata, laborum priorum diuturnitate: itaq; vide, quanta ars medica indigeat animaduerſione & experientia, cùm à quibus cauſis debeas petere indicationem, in hac re vix pronuncies. Eſt quoque obſeruatione dignum, vnà cum fœtu, vt nunc nuper dixi, nos frequentiſsimè molam vidiſſe & ſuffocatione ab vtero prægnantes & puerperas (ſunt etenim hæ ſalaciſsimæ) non leuiter affici.

Nota. *Dolores poſt partum.* *Nota.*

Victus ratio puerperarum & pueri recens nati.

Partic. II.

QVibuſdam ſex horas tantùm, quibuſdam verò diem integrum quieſcere conuenit: nónnullæ, cum illa pelle arietina degunt abſque ſomno, abſque motu, abſque luce, clauſis feneſtris, in temperato aere, aut calido, pannis bene tectæ ſeruantur: has ſi tormina exagitant & excruciant, abſtineant à vino per triduum, idem ipſum faciendum, ſi copia lactis moleſta ſit. Simulatq; puer editus eſt, hunc obſtetrix aqua tepida abluat, illíque ante omnia mithridatij aut theriacæ aliquantulum hieme per ſe, æſtate verò cum pari portione conſeruæ roſarum, aut bugloſsi, transglutiendum exhibeat, illudque tamdiu cum digito in eius ore detineat, donec transglutitum videatur. Et ſi præceſſerit partus difficilis, & iam diu puerpera à cibo abſtinuerit, exhibendum eſt capi decoctum, aut aliud quidpiam, quod celeriter & probe nutriat.

Tormina poſt partum. A

Partic. III.

QVoniam autem ſolet, quæ recens peperit, laboribus, & grauiſsimis fatigari torminibus, ante cibos præſtabit ſequentibus vti pulueribus. ℞. conſol. maior. ſiccæ ʒ j. nucl. perſic. nucis moſchatæ ana ʒ. ij. carabæ ʒ. j. ambræ griſeæ ℈. j. fiat puluis ſubtiliſsimus: ſumat ʒ. j. cum vino albo, aut aqua arthemiſiæ, aut ouo ſorbili, ſi abſit febris, vel cum iuſculo pulli, ſi adſit: vel ℞. nucleorum dactyl. perſic. ana ʒ. j s. nucis moſchatæ ℈. iiij. pulueris diamarg. calidi ʒ. ij. aniſi conditi ʒ. j. cinnamomi mundati ℈. ij. croci ℈. s. ſacchari ad pondus: fiat puluis ſubtiliſsimus, ſumat ʒ ij cum vino albo, bis aut ter in die, ſi vrgeât dolores. ℞. aniſi conditi ʒ j. s. nucis moſch cornu cerui vſti ana ℈ iiij. nucleorum dactyl. ʒ. j. s. ligni aloes, cinnam. ana ℈. ij fiat puluis ſubtiliſsimus: detur ʒ. j. cum vino albo calido, aut vini hippocratici ℥. ij. à partu, ſi nulla ſit febris. Aut ℞ lauendulæ ℥. s. bulliat vnico feruore, in vino calido, bibat ℥. iij. Aut ℞. pulueris nucleorum dactyl. & ligni aloes ana ℥. j. rad. conſolidæ maioris ʒ j. s. ſuccini ℈. ij. cinamomi ʒ. j. fiat puluis ſubtiliſsimus, ſumat ʒ. j cum vino calido: ſi verò augeantur tormina, & his non cedant remedijs, tunc ventri ſunt hæc admouenda: ℞. vitellos xij. ouorum ſub prunis coctorum, pulueris fœnugr. & ſem. lini ana ℥. j. s. florum chamom. meliloti, anethi ana ʒ. ij. concoquantur in oleo chamom. donec reducantur ad formam vnguenti, applicetur ventri calidè, auferatur ante refrigerationem, & iteretur frequenter. ℞. florum chamomeli, anethi, meliloti, roriſmarini ana P. j. ſem. aniſi, fœnic. cumini, fœnugræci, ſem. lini an. ʒ. ij fiat decoctio in pari portione vini & aquæ, fiat cataplaſma ventri. B

Pudendi muliebris læſi à partu curatio.

Partic. IV.

NEc negligendum eſt pudendum, quòd in difficili partu maximè offenditur & læditur, cui ſtatim à puerperio admouendum eſt quod ſequitur: ℞. albumina duorum ouorum, olei hyperici ℥. j. s. olei myrtillorum ℥. s. cum ſtupis cannabinis, applicetur labijs pudendi, cauendum tamen, ne collum vteri attingat, nam purgationes muliebres ſiſteret, ſequenti die, fiet pudendo fomentum ſequens: ℞. vini & aquæ ana lib. s. florum roſar. rub. & hyperici ana P. ij. fiat decoctio, ex qua fiat fomentum pudendo, ſuperpoſitis præſcriptis ſtupis: ſupra ſcripta fiant primo & ſecundo die: à tertio verò ad vſque nonum, fiat quod ſequitur: ℞. vini albi ℔ j. aquæ ℔. s. myrrhæ ʒ. ij cumini ℈. iiij. aluminis ʒ j. s. acinorum, à paſſulis extractorum ʒ. ij. corticum granatarum ʒ. ij. florum roſ. rubrarum P. ij. fiat decoctio, qua foueto labra pudendi ſemel in die, ad nonum vſq; diem, deinde vngantur labia pudendi, hoc vnguento:

℞. olei hyperici ℥. j. s. ſpermatis ceti ʒ. iij. cum cera alba fiat vnguentum, quo vngatur, vt ſcriptum eſt. [A]blata igitur arietina pelle, vnguendus eſt venter totus iſto vnguento.

Supponenda tela, eo modo parata, quo poſtea deſcribetur, quam ad octauum à partu diem perpetuo deferet, ventre faſcijs aptiſsimè vincto: ℞. ſpermatis ceti ʒ. ij. olei amygdalar. dulci, chamom. hyperici ana ℥. j. s ſeui ceruini ℥. j. olei myrtill. ℥. s. croci ℈. j. fiat linimentum: quo vngatur venter calidè quotidie, C ſuperpoſita tela quæ hic deſcribitur:

℞. ceræ nouæ quart. j. ſpermatis ceti ℥. j. terebinthinæ in aqua roſarum non ſegniter lotæ ʒ. ij. s. olei amygdal. dulc & hyperici ana ℥ j. croci ℈. j bulliant omnia: deinde infunde telam ex cannabe ad magnitudinem ventris, ſuperponatur ventri poſt vnctionem poſt diem octauum: ferenda ea quæ ſequitur, per totum puerperij ſpatium & decubitum:

℞. olei myrtill. hyperici ana ℥. j s. olei anethi ℥. j ſpermatis ceti ʒ.. ij. axungiæ ceruinæ ℥. j. s. ceræ albæ quartarium, bulliant: addendo in fine decoctionis, croci ℈ j. cùm aufertur ab igne, impone telam cannabinam, quæ ſtrenuè manibus confricta & polita, deferatur per totum decubitus tempus.

Quando poſt partum, torminibus vterus malè affectus eſt, & ad eum ab vniuerſo corpore humores defluunt, & qui iam in eo delituerunt commoti, ita vterum malè afficiunt, vt à ſua ſede dimoueri videatur, ſtatim ablata pelle arietina, ſub vmbilico admouendum eſt emplaſtrum ex galbano, in cuius medio aliquid galliæ moſchatæ, aut moſchi inſerendum eſt: cauendum tamen, ne odor ad nares vehatur: eo auxilio ſolet vterus in priſtinum recurrere ſtatum, & minus torqueri. Priuſquam tela, poſtremò deſcripta, ventri admoueatur, iuuabit plurimum, ventrem totum ſequenti vnguento perfricare:

℞. olei hyper. chamom. anethi ana ℥. j. olei maſtich. ℥. j. s. olei mirtill. ℥. j. ſpermatis ceti ʒ. ij. ſæui renum hirci ʒ. j. s. axungiæ ceruinæ ℥. j. croci ℈. j. ceræ quantum ſufficit: fiat vnguentum, quo vngatur venter D puerperæ, ab octauo ad finem vſque decubitus: deinde ſuperponat ſuperſcriptam telam, interim venter totus faſcijs & pannis lineis mollibus leniter cogatur, ne maior fiat quam par ſit.

Mammarum curatio.

Partic. V.

STatim etiam poſt pellis arietinæ ablationem, habenda eſt ratio mammarum: idque fieri debet horis ad ſummum ſex, à partu: primo igitur illinantur hoc vnguento, non neglecta ſemper alui procuratione, quæ præſtari poteſt ænematibus, nā mulier grauida & puerpera, cloaca, & immenſum ſtagnū eſt.

℞. olei roſarum, mirtill. ana ℥ j. s. aceti ʒ. iij. miſce, vnge mammas calidè bis aut ter primo die: ſecundo die, poſt illitum, aſperge illas puluere myrtill. & ſuperponito emplaſtrum ſequens:

℞. maſtich. ʒ. ij. nucis moſchatæ ʒ j. nucis cupreſsi ℈. iiij. boli armeni, terræ ſigill. an. ʒ ij. ſang. draconis ℈. iiij. mirtill. balauſt an. ʒ. j. s. pulu. ireos florent. ʒ. ij. olei mirtill. ℥. ij. olei amygd. dulc. ℥ j. s. terebinth ℥. j. ceræ nouæ q. ſ fiat emplaſtrum: quod vtriq; mammæ pro earum magnitudine paretur: fiant ex eodē, alia duo oblonga, quæ ſub mām̄is à primo partus die admoueantur. Prohibêt enim, ne ab vtero ad mammas feratur ſanguis, & lac gignatur. Ferenda ſunt hæc emplaſtra, ad tēpus vſq; purgationis perfectę, & donec ſui puerperij muliebria omnino ceſſant. Interim non congrediantur cum viris, nec cū eis veneris triumphum agant.

A *BALNEORVM RATIO PRO PVERPERIS.*

CAPVT QVARTVM.

Partic. I.

POſtquam verò perfectè purgata videbitur, nihilque eorum deerit, quæ ſolent huic affectui prodeſſe, & iam tranſierit trium hebdomadum tempus & ſpatium, fueritque integrè confirmata, priſtiniſque viribus reſtituta, nulla febris ſuſpicio, nulla in viſceribus obſtructio, nec aliud ſuperuenerit ſymptoma, quod balneorum vſum poſsit impedire, præmiſſa euacuatione humorum, qui in enixa viſi fuerint redundare, cogitandum erit de ingrediendis balneis ad eluendas ſordes derelictas, tùm à præſcriptis vnguentis & litibus, tùm à muliebrib. euacuationibus. Adde, quod balneis interna viſcera, à puerperij laboribus diſtenta reſtituantur priſtinæ valetudini, cutiſque erugata politur, leuigatur, & molleſcit, quod mulieres exoptant: quanquam Italæ ac Hiſpanæ mulieres, nullo modo balneis vtantur.

Ingredienda igitur balnea ſunt, tribus diebus continuis ante cibos, ventre ab excrementis repurgato vi naturæ, aut arte. Eaque ab initio tepida ſint, in quibus initio paululum immorandum erit, illiſq; paulatim aſſueſcendum. Secundo die, diutius in balneo immorandum erit, illudque parandum calidius, calidiuſque tolerandum: Tertio autem die, ferendum balneum ad laſsitudinem vſque, & ab egreſſu balnei,
B lecto ſe committendum. Sumat interea ſi velit, à balneo aliquantulum ſequentis confectionis: ℞. conſeruæ roſarum bugloſſæ corticis citri conditi ana ℥ ij. tripheræ magnæ ſiue opij ℈. ij. ſumat egrediens balneum ʒ. ij.

Non commeſſationibus vtendum in balneis, vel ſtatim pòſt, vt ſolent bibaculæ mulierculæ & obſtetrices: nec per totum diem laſciuiendum in balneo, vt pleriſque mos eſt. Non enim omnibus confert balneum. Sunt autem variæ balneorum parandorum formæ, nam pro temporum mutatione, balnea parari poterunt & mutari. Æſtate igitur poterunt in hunc modum parari: impleatur labrum vel dolium aqua fluuiatili limpida, cui addes vini albi optimi & odoriferi, partem duodecimam, relinquatur per duos dies, poſtea ferueant cum arthemiſiæ, maioranæ, agrimoniæ, pulegij ana M. j. & inter feruendum pluries extinguatur ferrum candens: ſub decoctionis finem, adde roſarum rubrarum ℥ iij. florum chamom. melil. anethi. ana ℥. j. facta colatura, fiat balneum primum, à quo egreſſa, ſumat confectionis præſcriptæ ʒ. ij. deinde ſudet, ſudore deterſo & toto corpore ad naturalem reducto habitum, ſumat cibum euchymum, & viuat læta, caueat à frigidiore aere. Reſeruabitur aqua primi balnei, pro ſecundo balneo: verum hæc erunt addenda: ℞. farinæ fab. & auenæ ana ℔ ij. s farinæ orobi ℔ j. farinæ lupinorum ℔. s. farinæ gland. ℔. j. aluminis cocti, aluminis rochæ ℥. j. s. ſalis ℥. ij. caryophyllorum, nucis moſchatæ ana ʒ. j. conterantur omnia, fiat ſacculus qui in aqua primi balnei ferueat, & omnia ſimul agitentur diutius, donec albeſcat tota aqua, & ita paratum balneum, ſecundò ingrediatur.

C Addere poteris ſacculo, granorum tinctorum ℥. iiij. in hoc diutius immoretur, quàm in primo, & à balneo ſumat ſimiliter ʒ. ij. confectionis præſcriptæ. Eodem pacto concinnabitur tertium balneum, velatur labrum pro arbitrio: Baſsinicæ mulieres, affabrè facta habent inſtrumenta ad id conſtructa, quæ capellam vulgò nuncupant. At hyberno tempore, ita fiat balneum: hauriatur aqua fluuiatilis munda, cum maiori quantitate vini, quàm per æſtatem, in qua bulliant roriſmarini, menthæ, maioranæ, arthemiſiæ, ſabinæ, hederæ terreſtris, ſingulorum M. j. aluminis rochæ ℔ s. granorum tinctorum ℥. vj. roſarum rubr. chamomeli, meliloti, anethi ℥. ij. farinæ orobi, lupinorum ℔. j. hæc omnia in ſacculo ferueant, addendo aquæ vitæ ℔ j. s. fiat balneum vt præcedens: in quo prius extinguatur frequenter ferrum candens, dimiſſis balneis per octo dies, poſtea fouebit fonticulum vt ſequitur: ℞. roſarum rubr. P. j. myrrhæ ʒ. ij. Schœnanthi M. s. myrtill. ʒ ij. s. aluminis ſemunciæ maſtich. ʒ. iij. nucis moſchatæ ʒ ij. conterantur, ferueant in vino rubro ſtyptico, & fiat ſuper pudendum fomentum bis in die calidè Sic enim reſtauratur vterus ad alios conceptus, & pudendum formam gratiſſimam recipiet. Poſthabitis & omiſſis fomentis, quæ per octo dies fiunt, ſuffitus vterum roborans, vt ſequitur iuuabit: ℞. ligni aloes crudi ℥. s. nucis moſchatæ, cupreſsi ana ʒ ij electr. ʒ j. conterantur. fiat ſuffitus, quo vtatur mane & ſerò, in cathedra perforata. Vel: ℞. corticis citri ſicci, ligni aloes ana ʒ. iij. nucis moſchatæ, nucis cupreſsi, ana ʒ. ij. fiat puluis: quo vtatur vt præcedenti. Poterit etiam, hoc fieri fomentum, biduo poſt relictum balneum: ℞. gallarum, nucis cupreſsi ana ʒ. ij. cortic. malorum granatorum ℈. iiij. roſar ℥. s. Schœnanthi M. s. aluminis ℥. s. maioranæ
D M. j. thymi M. s. bulliant in vino ſtyptico & foueto pudendum.

Tumor ventris à partu.

Partic. II.

ET quoniam puerperis, nonnunquam iam peractis, quæ præſcripta ſunt, ſupereſt magnitudo & tumor ventris, non minor quàm cum adhuc vtero gerebat, aut ob flatus in eo ipſo contentos, aut humorum illuc decumbentium copiam: his omnibus hæc ratio victus eſt inſtituenda:

Principiò abſtineat à cibis flatum gignentibus, & cibum parciùs aſſumat & purgetur, pro vt videbuntur humores exundare. Præterea, hæc admouenda erunt Ventri: ℞. ficuum ℔. j. farinæ hordei & fabarum ana ℥. s. farinæ orizæ ℥ ij gallarum, nucis cupreſsi ana ʒ. j. maſtich. ʒ. ij. ſeminis fœniculi ʒ. j. bulliant omnia in aqua fabrorum ferrariorum, aut in aqua frequenter ſit extinctum candens ferrum, donec ſpiſſum euadat decoctum, & panno lineo, ventri calidè admoueatur, & faſcijs ligetur, per viginti quat. dies.

Poſt balneum, ventri & mammis vt in priſtinum reducantur habitum, ſunt iſta admouenda: ℞. farinæ fabarum, orizæ, glandium, amygdal. ſing. ℥. ij. lateris puluerati ℥. j. s. boli armeni ʒ. ij. ſanguinis drac. ʒ. j. nucum cupreſsi ℥. s. granorum tinctorum ʒ. iij. gallarum ℥. s. olei myrtill. ℥. vj. aquarum meſpillorum & prunorum ſylueſtrium ana ℔. j. aquæ roſar. ℔. j. s. decoquantur ad craſsitiem: fiat puls, quæ ventri & mammis adponatur calidè. Aqua ſtillatitia florum citriorum, vulgò de naphe dicitur, per ſe deabus ter-

reſtribus ſummoperè commendatur: præterquam quod cætera poſtponit, facit etiam ad braccarum ir- A
ritamenta puluis ſcordij,cum moſcho,ad philtron: ℞.aquæ glandium, aquæ ſorborum ſyluestrium vel
non maturorum perfectè (tunc enim nihil adſtrictionis habent) aquæ prunellorum agreſtium, aquæ
caudæ equinæ,quantum ſufficit:aut ex eis nonnullæ quæ ſatis ſunt ad hæc legendæ, aquæ ſaluiæ, aquæ
vincæ peruincæ ana ℥.iij.farinæ fabarum ℥ iiij. farinæ orizæ ℥.ij.boli armeni ℥.iij aluminis ℥.ij.alumi-
nis glacialis ℥.j.s.ſanguinis draconis ℥.s.lateris pulueriſati ℥ iij. coquantur ad ſpiſſitudinem pultis: ad-
moue ventri & mammis, addere poteris, cum iam cocta erunt, albumina vj. ouorum & ne præſcripto-
rum frigiditate,offendantur pectus & viſcera interna,addendum cenſeo ipſis,maſtiches ʒ.ij.nucis moſ-
chatæ ℥.iij iris florentinæ ℥ s.

Diſtillatum excellens, quod à balneo mammis & ventri admouendum eſt gratiuſque quàm præſcri-
N. pta: delicatis mulierculis tutum etiam erit, poſt pultes eo ventrem & mammas abluere, vidi ego ex lin-
teis admotis calidis per plurimos dies & noctes, lac euomi & maximam quandam conuulſionem exci-
tari,velut Epileptico inſultu: ℞. gallarum,nucum cupreſsi ana ℔.s.aluminis ʒ vj.boli armeni, ℔.s.fari-
næ glandium & fabarum veterum ana ℔.s. albumina ouorum xij. lateris vſti puluerati ℔.j fiat puluis,
quem infunde per triduum. Nam quæ adſtringunt, terreſtris & compactæ ſunt ſubſtātiæ.nec tam prom-
ptè facultates ſuas in liquoribus in quibus infunduntur,relinquunt,nec ab eis ita facilè ſpoliantur, vt ea
quæ mediocris,aut tenuis ſint ſubſtantiæ: quare quæ diutius macerantur, ad vſum ſunt paratiora, & a-
ptiora. Infundantur igitur præordinata, in aquis prunorum ſyluestrium,cornorum, meſpillorum. Et ſi B
deſunt aquæ deſtillatæ, & quo tempore fieri nequeunt, ſume fructus, aut arborum cortices, cornorum
ſc.meſpillorum,prunellorum ſyluestrium,caudæ equinæ,ſi reperiri poſsit: infunde per quatuor dies in-
tegros, in aqua fabrorum ferrariorum, in qua fuerit frequenter extinctum candens ferrum, addendo a-
ceti roſar ℔.s.poſtquam infuſa fuerunt, omnia diſtillentur in alembico plumbeo lento igne,facta diſtil-
latione,reſerua quod fluxit in vas vitreum ſubiectum,cui adde maſtich.℥.j.s.ſanguinis draconis ʒ.ij.fiat
puluis ſubtiliſsimus, qui miſceatur aquæ deſtillatæ, exponatur ſoli æſtiuo dies decem. Alia deſtillatio
pro arbitrio poterit commutari in hunc modum ℞. prunellorum ſyluestrium, cornorum,meſpillorum,
ſi deſunt fructus,ſiue cortic arbor. an.℔ j.florum roſar.agreſtium, roſ rubrarum cum ſuis cupis ana ℥ j.
ouorum albumina ſex,lateris vſti puluerati ℥.iiij. infunde per duos dies tātùm, cum pari portione acori
optimi,& aquæ fabrorum ferrariorum, fiant duæ aut tres infuſiones aceti,ratione ſuæ penetrationis: di-
ſtilla omnia in Alembico plumbeo lento igne. Adde aquæ iam diſtillatæ,maſtich ſanguinis drac.boli ar-
meni ana ʒ.j.s ex quibus fiat puluis ſubtiliſsimus, qui in diſtillatam injciatur aquam, & ante vſum,æſti-
uo ſoli decem dies exponatur.

Myrrha. Myrrha, ſua facultate pudendum arctius & ſolidius ſi ea abluatur, citra vteri noxam, ventrem, illæſis
viſceribus,planum, firmum & abſque rugis, reddit: efficit mammas, ſi grandiores & molliores fuerint,
duras,compactas & minores, illæſo pectore,idq́ue pro maximo,in his rebus ſecreto, habendum eſt: C

℞. caryophyll.nucis moſchatæ,nucis cupreſsi ana ℥ j s.Schœnanthi ℥.ij.s.maſtich.ʒ.ij.aluminis ℥.j.s.
farinæ fabarum & glandium ana ℔ j.terræ ſigillatæ ℥ j. s cornu cerui vſti ℥.j.tartari ℥ ij.myrtill.℥.j. ſan-
guinis dracon ʒ ij.boli armeni ℔.s.ireos florentinæ ℥.ij. fiat omnium puluis,qui infundatur in aquis ſe-
quentibus: ℞. aquæ roſ.℥.ij.aquæ prunorum ſyluestrium & pomorum, quercus,aquæ meſpillorum an.
℔.j.aquæ fabrorum ferrariorum,in qua extinctum ſit candens ferrum ℔.iij.aceti roſ.℔.s.aluminis ℔.j.
gallar.ʒ.ij.lytharg auri ʒ.j s.nigellæ ʒ.j.benioni ʒ.iij ladani ℥ s. macis ʒ.iij. deſtillentur omnia lento i-
gne: bis aut ter venter in hebdomada eſt lauandus,& reliquæ partes,quibus robore & adſtrictione opus
eſt:aut intinctus in eo liquore pannus lineus,partes eas,donec exſiccatus fuerit,tegat.

Aliud diſtillatum,quod faciem,manus, & ventrem, admotum dealbat lenit & deterget & à rugis pro-
hibet & viuidum reddit colorem: ℞. florum altheæ & maluæ quantum licebit habere,præſtat tamen plu
res altheæ,quàm maluæ ſint,diſtillentur in alembico vitreo lento igne: diſtillatum longè præſtantius eſ-
ſet ex ſolis altheæ floribus. Illius aquæ ſume ℔.ij. aquæ roſar quartarium vnum,limones duos, remota
exteriore cute, minutim inciſos, prunorum ſyluest ante perfectam maturationem ℔.j. infunde omnia,
duos dies in aqua diſtillationis florum altheæ præſcripta. Iterum diſtilla lento igne in alembico vitreo:
aut ex ſola aqua,extracta ex floribus altheæ in qua infunde pruna ſyluest. immatura duos dies,atque ite-
rum diſtilla alembico vitreo: detergit,dealbat, lenit autem mirum in modum hoc diſtillatum, nec eo re- D
peries præſtantius,prius tamen abluenda cutis aqua, in qua infuſa fuerit mica panis albi, nocte tota. A-
liud diſtill. quod viuidum colorem efficit,cutem lenit,erugat,lentigines faciei delet: ℞. caſei recenter fa-
cti ſine ſale ℔.j.s. carnes vnius capi iuuenis abiectis omnibus oſsibus & inteſtinis,minutim inciſas,oua
decem recentia cum ſuis teſtis confracta,aquæ roſar.℔ s.farinæ orobi & lupinorum ana ℥.j.s. amygdal.
dulcium mūdatarum & piſtarum ℥.iiij.limones quatuor, remota exteriore pellicula,minutim conciſos,
limaces rubr.quæ in ſyluis reperiuntur num.xxiiij. micæ panis albi ℔.s. omnia confundantur & diſtil-
Ad faciei decorationem. lentur in alembico vitreo lento igne. Non eſt parui facienda,huius aquæ vis, nihil à nobis hactenus vi-
ſum eſt, quod magis faciem adornet & reddat formoſiorem abſque vlla noxa. Aliud diſtillatum, quod
cutem terget mundam,lympidamq́ue reddit,& maximè quæ natura ſunt aſpera,nec non dealbat: ℞.mi-
cam panis albi, in ſucco limonum infuſi, mellis crudi quart.j. oua recentia vj.cum ſuis corticibus con-
fracta, limaces rubrarum ſex, micam panis, aliam ab ea quæ in ſucco limonum infuſa eſt, in
fundo alembici poſitam, aquæ roſarum quart.j. diſtilletur: facies
prius deterſa & à ſqualore depurata hac aqua
lauetur.

A

AMBROSII PARÆI REGIS GALLIARVM CHEIRVRGI PRIMARII DE HOMINIS GENERATIONE LIBER.

PRAEFATIO.

Maris & fœminæ diſtinctio; eiusq; cauſa.

VNIVERSI opifex & creator Deus, à primis ſtatim mundi exordijs, conſilio ineffabili, & inæſtimabili prudentia, non humana modò, ſed & omnium animantium ſpeciem duplici, maris ſcilicet & fœminæ, ſexu diſtinxit, vt veneris illecebris incitata, coniunctionis appetitu tenerentur, procreandi cauſa. Id enim benignus ille parens aduerſum fatalem ſingulis indiuiduis impoſitam moriendi neceſſitatem, quaſi quam ſolatium eſſe voluit: vt quoniam ſingulares ſubſtantiæ indiuiduo æternè cōſeruari nequeunt, in ſpecie ſaltem per propagationem, & ſingulorum indiuiduorum quæ procreatione fit ſucceſsionem perſiſtant. B In illa iucundæ voluptatis plena coniunctione, quàm maximè Deus matrimonij fœdere ſanciuerit, mas & fœmina ſemina effundūt, quæ ſtatim concurſu facto commixta & confuſa recipiuntur, & conſeruantur in muliebri vtero. Eſt verò ſemen ſpumoſus humor, vitali ſpiritu differtus, cuius beneficio quadam velut ebullitione & fermentatione, attollitur & creſcit amplius, vtrumq; ex parentis vtriuſq; ſanguine puriori ſecretum, fœtus materiale & formale principium confert, virile quidem in vterum immiſſum & conceptum principis cauſæ & efficientis rationem detinet, fœmineum verò materiæ ſubiacētis. Laudabile ſemen debet eſſe album, ſplendens, lentum, globulentum, ſambuci vel palmæ odore, apibus expetitum, & in aquæ fundum merſabile: nam quod innatat infœcūdum cenſetur. Eius quidem multa portio à cerebro, ab vniuerſo tamen corpore ſingulisq; eius, tùm ſolidis, tùm mollib. particulis, ipſum totum deciduum eſt. Niſi enim à toto corpore id totum deflueret, ex eo omnes & ſingulæ fœtus partes minime formarentur: quādoquidem ſimilia à ſimilibus fiunt. Hinc eſt quod fœtus non effigie modò & facie; ſed & artuum cōformatione, partiumq; interiorum complexione & temperie parentes refert: adeò vt morbi, tranſlata huius aut illius viſceris in prolem imbecillitate, ſæpè hæreditarij fiant. Sunt tamen qui hanc ſeminis à toto corpore deciſionē non penes molem & materiam, vt quæ ſanguinis totius defecta tantùm quædam portio ſit, ſed penes vim & formam intelligēdum putent, nempe à ſingulis tantùm partib. ſpiritus animales naturales & vitales formationis & vitæ opifices, idemq; & vim formatricem in ſemen à teſtib. elaboratum defluere. Argumento eſſe, quòd pleriq; mutilis parentibus, integri & omnium partium numeris abſoluti edantur fœtus. C

Semen quid.

Semen laudabilis conditiones.

Semen à toto corpore deciduum

Quas ob cauſas natura cum partium genitalium vſu maximam voluptatem coniunctam eſſe voluerit.

CAPVT I.

Orgaſmus, quo incitata ruunt in coitum animantia.

PArtium generationi dicatarum functionem ingens quædam voluptas comitatur: eandem, cùm in ipſis partibus materia turget, furens quædam cupiditas in omnibus ætate florentibus animalibus præcedit, multis ex cauſis, quarum præcipua eſt, vt ſpecies in perpetuum ſalua, indiuiduorum propagatione & ſubſtitutione conſeruaretur. Bruta enim quę ratione carent, quæq; propterea de conſeruatione ſuæ ſpeciei ſollicita eſſe nequeunt, nunquam ferè in mutuos complexus venirent, niſi effrenis cuiuſdam libidinis œſtro, & veneris tanquam ſtimulis incitata adigerētur. Homo verò rationis particeps, diuinum planè & excelſum animal, nunquam ſe, nunquam animum ſuum in rem tam turpem tamque abiectam quàm venereus eſt coitus demitteret, atque proſterneret, niſi vel incitæ partibus iſtis venereæ catulitiones mentis eius ſeueritatem remollirent, vel etiam ipſa ratio admoneret, non cum vitę tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis ſui, ſed cum omni poſteritate, quantum fieri poteſt, & conſequi licet prolis propagatione, adæquandam. Itaq; propter hanc vtilitatem natura genitales partes D lōgè exactiore & exquiſitiore ſenſu, quam reliqua corporis membra donauit per inſignes neruos ad eas tranſmiſſos. Tum eaſdem humore quodam ſeroſo, ſemini haud abſimili, ſed liquidiore & tenuiore, proſtatis ſeu glandulis, quæ viris ad initia ceruicis veſicæ, mulieribus autem ad fundum vteri ſitæ ſunt, prolui voluit. Hæc humiditas acrimoniam quandam & mordacitatem habet: id enim humoris genus omnium maximè poteſt partes ipſas ad agendum irritare, voluptatemq; dum ipſæ agunt geſtientem præbere. Sic planè humores ſeroſi & acres ſub cute aceruati, ſi incaleſcunt, iucundo quodam pruritu titillant, & ſuo motu voluptatem excitant. At non his modò humorum copia & qualitate turgentium ſtimulis genitalium membrorum natura ad excretionem pungitur & irritatur: ſed concluſus præterea ſpiritus multus ac calidus expirare gliſcit, ex quo naſcitur incredibilis quidam voluptatis exceſſus, quo perfuſa genitalia in omnem partem expanduntur. Penis quidem viris, quò rectà ſemen in muliebrem vterum eiaculentur: mulieribus verò vteri ceruix, quò ſemen id effuſum hianti velut ceruicis illo ore excipiant, tum etiam vt ſuum per vaſa ſpermatica ad proprios teſtes tranſmiſſum effundant. Hæc vaſa ſpermatica, ſuperiacens nempe vena & ſubiacens arteria flexus multos numero æquales efficiunt, capreolorum variè implexorum inſtar, eiuſmodi implexu ſanguis & ſpiritus qui ad teſtes feruntur diutiſſimè coquuntur, & in ſeminalem ſubſtantiam dealbantur. Hi flexus poſtremi in teſtes terminantur. Teſtes verò cùm ſint laxi, rari, & cauernoſi ſeu ſpongioſi, humorem, qui in vaſis cœptus erat concoqui excipientes,

Genitalium ſenſus: & cur humore ſeroſo proluta.

Vaſorum ſpermaticorum flexus.

& ipſi rurſus percoquunt: perfectius quidem ad fœtus procreationem maſculorum teſtes, imperfectius A
autem fœminarum teſtes, vt qui frigidiores ſint, minores & debiliores. Albeſcit verò ſemen contactu te-
ſtium, quorum ſubſtantia albet, mas animal eſt quod in alio generat, fœmina quod in ſeipſo, per vaſa ſper
matica quæ in internam vteri capacitatem implantantur. Profectò niſi tot voluptatum illecebras & irri-
tamenta natura parauiſſet, vix quiſquam vnquam mas extitiſſet, qui conceptionis humanæ locum, tot
ſordes quæ aſsiduo influxu ipſum alluunt, viciniã ſubiecti craſsi inteſtini & ſuperpoſitæ veſicæ contem-
platus, mulierum amplexus perſequi voluiſſet. Nec vlla viro ſe iungere fœmina appetiuiſſet, quæ noni-
Coitum intemperantem quæ ſequantur.
meſtris geſtationis labores, quæ partus matri ſæpè funeſtos dolores animo voluiſſet. Qui coitu intem-
peranter vtuntur viri, ſæpè pro ſemine crudum & cruentũ humorem, ſæpè & merum cruorem reijciunt,
vnde non infrequenter à virium exolutione mors ſuccedit, nonnunquam meiendi difficultas ſuperue-
nit, conſumpto humore illo viſcido & oleoſo, quem natura proſtatis inſitum eſſe voluit, ad vrinæ vias lu-
bricandas, & aduerſum vrinæ ipſius præterlabentis acrimoniam muniendas, adeò vt Chirurgi poſtea
neceſſe habeant, expreſſo ſyringe in vrethram oleo reddendæ vrinæ facilitatem & indolentiam procu-
Ad generationem neceſſaria.
rare. Ad generationem oportet marem diſtento & rigido pene ſemen in vterum eiaculatorio quodam
impetu effundere. Idem verò ipſum, mulierem hianti & patente vtero incunctanter excipere: ne mora
obiecta ſemen refrigeſcat, & ſpirituum diſsipatione infœcundum euadat. Diſtenditur penis dum neruo
ſa, ſpongioſa & caua ipſius ſubſtantia ſanguine & ſpiritu flatulento impletur & turget. Vterus oſculo ſuo B
maſculum ſemen in ſe allicit. Per cornua autem, exceptum vaſis ſpermaticis, quæ iuxta ipſa ſunt, à teſti-
bus muliebribus muliebre ſemen cauitate ſua admittit, vt eius cum virili coniunctione, confuſione, &
commiſtione temperetur, & ad quandam æqualitatem reuocetur. Non enim citra duorum ſeminũ per-
Mas quando: & quando fœmina gignatur.
fectè elaboratorum in eodem temporis articulo concurſum, & vteri intemperie & complexione lauda-
bilem diſpoſitionem generatio ſeu conceptio ſuccedit in hac ſeminum mixtione, ſi virile ſemen qualita-
te & copia muliebri præpolleat, mas edetur: ſin contrà, fœmina. Quanquam in vtroque ſexu & maſculi-
num & fœmineum ſemen ineſt, quemadmodum experientia quotidiana intelligere eſt eorum virorum,
qui cum ex priore vxore fœmineam tantùm prolem ſuſcepiſſent, ex altera cui ſecundo nupſerunt tan-
tùm maſculam ſuſcipiunt. Idem licet animaduertere in quibuſdam mulieribus, quæ primis nuptijs ma-
res tantùm pepererunt, ſecundis verò fœminas demum pariunt. Quinimo nec idem homo eodem ſem-
per modo affectus eſt ad marem aut fœmellam gignendam. Nam pro ætatis, temperamenti, & diætæ va-
rietate, ſemen nunc maſcula virtute præditum effundit, nunc euiratum & fœmineum, vt nihil iam mi-
rum ſit, ſi ex ijſdem nunc mares nunc fœminæ gignantur.

Qua qualitate ſit ſemen è quo mas, qua id è quo fœmina gignitur.
CAPVT II. C

EX ſemine calidiore & ſicciore mares, ex frigidiore & humidiore fœminæ gignuntur. In frigore enim
quàm in calore virium multò minus eſt, & in humiditate quàm in ſiccitate. Idq; cauſa eſt cur fœmi-
Semen poteſtate eſt id, vnde defluet.
na tardius in vtero quàm mas formetur. In ſemine latet vis procreatrix & formatrix: in melonis e-
nim (verbi gratia) ſeminio poteſtate inſunt truncus, rami, folia, flores, fructus, forma, color, odor, ſapor,
& ſemen. Par eſt de reliquis ſeminibus ratio. Sic piri caudex ſectus inſitis pomi ſurculis, poma fert: om-
ninoq; experimur inſitionis vi & intuemur, ſectam arborem ſe in alterius arboris, eius nempe quæ inſi-
Fœtus cur patri potius ſimiles ſint.
ta & inſerta fuerit ramos vertere. Cæterùm etſi qui prodit fœtus patrem aut matrem ſimilitudine expri-
mat, prout huius aut illius ſemen in mixtione excelluerit, ferè tamen fit vt liberi patri quàm matri ſimi-
liores ſint, quod mulierum in concubitu magis in maritum defixa ſit mens, quàm mariti in vxorem. Eo-
rum autem quæ in concubitu & conceptu animo grauiter obſeruantur ideæ, in fœtum mox transferun-
tur & imprimuntur. Sic enim narrant Æthiopiæ quãdam reginam fœtum album edidiſſe, cùm in mariti
Liberis quando opera danda.
complexu aliquid candidiſsimum valida cogitatione animo voluiſſet. Itaque nolebat Heſiodus coniu-
ges dare operam liberis cùm è funere redirent, ſed cum è conuiuijs aut ludis, ne triſtis & funeſta cogita-
tio in fœtum illata, vitæ eius iucunditatem, mœſta triſtium imaginationum aſpergine confunderet. Con
Fœtus ſimilitudo ad auum.
tigit nonnunquam etſi raró, vt fœtus nec patrem nec matrem, ſed auum aut aliquem alium ex conſangui
neis vultus effigie exprimat: quod in parentum viſceribus imis, inſita lateat vis & natura auorum: quæ
cùm iners diu latuerit, nonnunquam ſe occultæ alicuius occaſionis vi expromit. In quo pictori, res ad D
viuum exprimẽti, ſimilis natura videri poſſit: quæ quantum ſubiecta materia patitur, prolem in omnem
parentum habitum effingat, adeò vt ſæpè etiam parentum morbi, hæreditario velut iure, in fœtus tranſ-
Morborum paternorum hæredes fiunt liberi: nonnunquam tamen ſani è morboſis gignũtur.
ferantur. Nam & ſimi, ſimos: & claudi, claudos: & elephantici elephanticos: calculoſi, calculoſos: aſthma
tici aſthmaticos: & arthritici, arthriticos generant. Semen enim gignentis vim, naturam, temperiem &
complexionem ſequitur. Itaque ſani ſanis: & morboſi ferè morboſis eduntur, niſi fortè alterutrius è pa-
rentibus ſani ſemen, alterius morboſi impreſsionem morbidam correxerit, vel vterus temperatus & ſa-
nus, benigno velut fotu ſuo emendarit.

Quid cauſæ ſit cur in brutorum genere fœminæ grauidæ, marem quouſque pepererint, nec appetunt, nec admittunt: contra quàm ſit in mulieribus grauidis.
CAPVT III.

CAuſa eſt, quòd tantum quantum ſenſu mouentur, ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe
accommodant, paulùlum admodum ſentientes præteritum & futurum. Ita fit vt elapſæ volupta-
tis, poſtquam conceperint, immemores, à coitu abhorreant. Veneris enim ſenſus illis tantum da-
tus eſt à natura ad ſpeciei ſuæ conſeruationem, minimè verò ad voluptatem & delectationem. Cæterùm
mares ad eas libidinis æſtu furentes, turgentes, & velut œſtro percitas ideo accurrunt, quod tum ex ea-
rum

A rum vulua & obſcœnis gentalibusq; partibus,viroſus odor in aerem efferatur, qui ipſorum nares ac cerebrum feriens coitus imaginationem,deſiderium,& ardorem inijcit. Mulieribus contrà videtur venerei coitus ſenſus à natura datus,non tantùm ad ſobolis propagationem & ſpeciei humanæ conſeruationem, ſed etiam ad humanæ vitæ miſerias, voluptatis illius tanquam blandimentis leniendas & demulcendas: facit etiam ad id multus & calidus circum præcordia ſanguis quo turgent, qui imaginationis, cuius in humores imperium eſt, impulſu, à corde & viſceribus per proprios ductus, in genitalia detruſus,ipſas ad venerem nouum ſubinde incitat. Brutorum quidem mares libidinis ſtimulis perciti & agitati furent, tentigine rumpuntur, ſæpè & rabiunt. At mox poſtquam ſui generis fœmina libidinem expleuerint,omnino manſueſcunt & feritatem illam deponunt.

Quæ in coitu ad generationem obſeruanda ſint.

CAPVT IV.

MAritus cùm in coniugis thalamum venerit, omni illam deliciarum,omni blandimentorum genere excipiet, at ſi paulò tardiorem aut frigidiorem ſenſerit, molli complexu fouebit, demulcebit, titillabit,nec ex abrupto,tenſis derepente neruis,in agrum naturæ irrumpet,ſed ſenſim irrepet potius,laſciuis verbis oſcula laſciuiora miſcendo, genitalia & mammas contrectando, vt flammam ipſa accipiat,& ad venerem incendatur. Sic enim demum proprij ſeminis excernendi & virilis vnà concipiẽdi deſiderio fremit & ardet vterus. Quòd ſi talia inflammandæ mulieri non ſufficiunt,ſunt enim ferè mulie-

Mulierem ad venerem & conceptionem accendentia.

B res viris ad ſeminis excretionem tardiores,iuuabit ante vuluam fouiſſe decocto herbarum calidarum in vino maluatico, aut alioqui generoſo incoctatum, indidiſſe in vteri ceruicem & oſculum moſchi aut zibethæ tantillum. Cùm inſtare proprij ſeminis effluxum ex titillante voluptate percipiet, virum ea de re admonebit,vt eodem ſi fieri poſsit temporis articulo, & ipſe ſemen ſuum eiaculetur,vt ex ſeminum concurſu conceptus fiat, fœtusque tandem prodeat. Id quod felicius ſuccedat, non ſtatim ſe ex opere peracto à complexu muliebri diuellet vir, ne aer in vterum adhuc hiantem ſubeat, ſeminaque appulſu ſuo corrumpat, antequam planè confuſa coierint. Quieta, digreſſo viro, ſe continebit mulier, cruribus decuſſatis,& molliter in altum ſublatis: ne motu,decliuique ſitu ſemen excutiatur. Quæ cauſa eſt, cur ſibi etiam tum à ſermone, præſertim contentioſo, tuſsi, & ſternutatione temperare debeat, ſomno, ſi fieri poſsit, ſe tradere.

Quibus ſignis concepiſſe mulierem intelligere liceat.

CAPVT V.

SI à coitu ſemen exceptum haud exciderit, ſi in ſeminum concurſu totum corpus leniter cohorruerit,contrahente nempe ſe vtero ad eorum compreſsionem & complexum,ſi lenis doloris ſenſus circa vmbilicum & hypogaſtrium oberret,ſi ſomnolẽta ſit mulier,ſi à viri complexu abhorreat, ſi facies ſit decolor,concepiſſe illam ſcire licet. Quibuſdam poſt conceptum vari ſurgunt in facie, oculi depri-

C muntur,album ipſorum liueſcit, vertigine caput tentatur elatis à ſuppreſſo menſtruali ſanguine vaporibus, mœror & mœſtitia mentem occupat, cum faſtidio & moroſitate, vaporum nempe caligine obductis ſpiritibus,& inſolito onere grauato corpore,dentium & gingiuarum dolores,animi deliquia ſuperueniunt, appetentia deprauatur cum nauſea & pica, quò fit vt boni ſucci cibos auerſentur, illaudabiles verò & multa præter naturam appetant,vt carbones, lutum,cineres, ſalſamenta raucida, acerbos,auſteros & acidos fructus,piper,acetum & ſimilia acria, omninoque alia à natura & vſu abhorrentia, pro ſuppreſsi humoris in ventriculi orificium redundantis conditione. Deprauata eiuſmodi appetentia, quibuſdam ad partum vſque durat, alijs tertio grauiditatis menſe, cum capilli fœtui ſuccreſcunt ingraueſcens: tandem ſub quartum grauiditatis menſem exoluitur,quod grandior & vegetior iam fœtus,excrementitij & ſuperflui humoris magnam partem abſumat. Suppreſſa enim in grauidis menſtrua tripartitò diuiduntur: purior portio in fœtus alimoniam faceſsit: quæ huic purior eſt ad mammas ſenſim aſcendit: omnium impuriſsima in vtero circum fœtum ſubſiſtit, ſecundinaſque facit, in quibus fœtus molli tanquam in calcitra, recubet. Sunt grauidæ quibus vrina fluit acrior,feruentior & ſubcruenta: non incaleſcente tantùm veſica ex ſubiecti vteri ſanguine concluſo feruẽtis compreſsione,ſed & tenuiore eiuſmodi ſanguinis portione in veſicam expreſſa & exudante. Mammarum verò & venarum quæ ſub mammis in pectore & circum ipſas exiſtunt tumor, ſoliditas, & lactis expreſsi fluxus, ſigna grauiditatis cum ſub-

Appetitus rerum abſurdarum in imprægnatis.

Menſtrua ſuppreſſa in grauidis tripartitò diuiduntur.

Hippocr. 1. de morb. muliebr.

D ſultorio in aluo motu certiſsima. Nec verò per grauiditatem mammarum tantùm venæ, ſed & vniuerſi corporis tumentiores exiſtunt, præſertim verò femorum & crurum: adeo vt ſæpe multiformi plexu ſibi mutuo intertextæ varicoſæ appareant. Vnde corporis totius inertia,grauitas,& incedendi,appetente præſertim partus tempore, difficultas. Denique ſi vis noſcere an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandum dato. Nam ſi alui tormina patiatur, concepit: ſin minus, non concepit,ait Hippocrates.

Aphor. 41. ſect. 5.

Vterum ſtatim contrahi excepto & concepto ſemine. CAP. VI.

POſtquam effuſa in vteri capacitatem coierint maris & fœminę ſemina,tum orificium eius arctiſsimè conſtringitur & conniuet, ne ipſa excidant. Ibi fœmineum in maſculini ſeminis alimoniam & incrementum cedit, quia ſingula his nutriuntur & creſcunt, quæ ſibi ſimilia & familiaria ſunt. Eſt verò ſeminis cum ſemine quàm cum ſanguine familiaritas & ſimilitudo longè maior, cùm coaluerint coagulantur,& arcto parietum vteri complexu ſic incaleſcunt,vt cirum tenuis concreſcat pellicula,ei ſimilis quæ ſupra lac pingue & cremore ſuo minimè caſtratum obtenditur. Deniq; ſeminalis illa concretio oui abortiui inſtar habet, cuius nempe in teſtaceam duritiem nondum concreuit inuolucrum, circum implexu multo ſe interſecantia viſuntur filamenta,cum ſubſtantia quadam viſcida,albuginea & rubra,atro velut ſanguine ſuffuſa. In medio ſubapparet vmbilicus,vnde illa producitur pellicula. Certè multa quæ ad

Fœminei ſeminis vſus.

Conceptionis humanæ intelligendæ compendiũ. Lib. de nat. puerper.

fœtus humani in vtero conceptioné attinent, intelligere licet ex obſeruatione viginti ouorum, quæ quis fouenda gallinæ ſuppoſuerit, ſic vt ſingula ſingulis diebus frangas & diligenter contempleris. Vigeſimo enim demum die, pullus perfectus apparet, cum vmbilico. Humani fœtus illa pellicula ſecundina ſeu chorion nominatur, vulgò verò fœtus culcitra. Hæc ſexto demum die perficitur Hippocratis ſententia: non continendis modò confuſis ſeminibus vtilis, ſed etiam ſugendo per vaſorum orificia in vterum deſinentia alimento. Eiuſmodi orificia Græci Cotyledonas, Latini Acetabula nominant. Sunt autem excauatæ velut eminentiæ, his ſimiles quæ in ſepiarum velut pedibus & promuſcidibus, duplici ordine frequentes ad actionem ciborum complexum cernuntur. Non admodum apparent illa in mulieribus, vt in brutorum pleriſque fœminis acetabula. His igitur ſecundina vndique vtero adhæreſcit ad conceptorum ſeminum conſeruationem, nutritionem, & incrementum. A

Cotyledones.

De Generatione vmbilici. CAP. VII.

POſtquam mulier conceperit, commemoratorum acetabulorum cuique aliud mox vas adnaſcitur, vena nempe venæ, & arteria arteriæ: mollia hæc & recentia adhuc vaſcula tenui membranula compinguntur, quæ ipſis extrinſecus ſubtenſa adhæreſcit, his enim & membranæ, & ligamenti, & tunicæ, ſeu nutrimenti loco eſt, & cum reliquis reduplicatur ad cingédum vmbilicum ex vena & arteria vmbilicali conflatum. Nouella fœtus hæc vaſcula ſuis oſculis vteri Cotyledonibus ſingula ſingulis reſpondent, perexigua & pertenuia ſunt tanquam radicum in terram depactarum vltimæ fibræ, vbi proceſſerint longius, combinantur ſic, vt ex duobus vnum vas fiat: donec tandem connexionis continuatione, vaſcula illa omnia in duo ingétia vaſa deſinant & degenerent, vmbilicalia dicta, quia vmbilicum conſtituant, & in fœtus corpus per vmbilici foramen ſubeant. Hîc ſingularem naturæ & Dei prouidentiam Galenus admiratur, quòd in tanta vaſorum multitudine, tam longo productionis & itineris tractu, nunquam vena arteriæ, aut arteria venæ ſe applicet & confundat, ſed quodque tantùm vas ſui generis vaſi ſe adiungat. Vena quidem vmbilicalis in corpus pueri ingreſſi, ſtatim ſe cauæ hepatis parti applicat, arteria verò in duas finditur: quæ ſecundum veſicæ latera duabus ſe arterijs iliacis applicant, ſtatimque peritonæo tunica integuntur, & eiuſdem beneficio partibus quas obeunt adnectuntur. Nouellæ illæ venæ & arteriæ ſunt veluti fœtus radices: vena verò & arteria vmbilicalis trunci arborei inſtar habent, ad deducendum alimentum fœtui nutriendo idoneum. Primum enim viuimus vita plantæ in vtero, deinde vita animali, atque vt prior fœtus tunica Chorion ſeu Allantoides, ſic altera Amnius ſeu Agnina dicitur, quæ ſemen ſeu fœtum vndique inuoluit. Tenuiſſimæ ſunt hæ membranæ, telis aranearum tenuitate ſimiles, ſibi inuicem ſuperattextæ, multiſque præterea locis connexæ villorum quibuſdam tenuitatibus quæ ſimilium adiunctione tandem robur acquirunt: ex quo intelligere eſt, quid cauſæ ſit, cur varijs & violentis tum grauidæ matris inter eundum & ſaltandum, tum fœtus in vtero motibus, non ferè membranæ illæ abrumpantur. Sic enim villorum eiuſmodi nexibus coniunguntur, vt inter ipſas nihil, neque vrina, neque ſudor interueniat, quemadmodum diſſecto grauidæ mulieris cadauere, diligenter inſpicienti, ac non ex aliena opinione, quantumlibet inueterata, pendenti, certa fide intelligere licebit, nequaquam tamen tantum eſt eiuſmodi membranarum robur, quin facilè in ipſo partus articulo, diſtringi à calcitrante puero & reuelli poſſint. B C

Hipp. membranas omnes quæ fœtum in vtero inuoluunt ſecũdas appellat. Galeni ſententia de vſu part.

De vaſis vmbilicalibus. CAP. IIX.

VEterum permulti ſcripſerunt in vmbilico quinque cerni vaſa, venas nempe duas, duas arterias, & vrachum. At mihi multa in multis cadaueribus obſeruatione peruestiganti, nunquam niſi tria notare licuit: venam nempe vnicam, quæ valde ampla eſt, adeò vt ſuo ductu linguæ adſtrictoriæ ferrum facilè admittat, & duas arterias, haud ita amplas, ſed longè anguſtiores, quòd copioſiori ſanguine opus eſſet fœtui ad conformationem, partium nutritionem & incrementum, quam ſpiritu vitali: eiuſmodi vaſa, vmbilici corpus, quod nono demum die conformari creditur, conſtituentia, ſui velut reduplicatione & implexu nodos, cinguli Franciſcani nodis ſimiles faciunt, vt nodoſis illis ſuis anfractibus currentem ſanguinem remorantes perfectius concoquerent & elaborarent: quemadmodum in eiaculatorijs vaſis ſpermaticis cernere eſt, quem etiam in vſum ſemiulnæ longitudine vmbilicus ille viſitur, adeò vt pleriſque naſcentibus, terna, quaternàve obuolutione collo femorive implicitus cernatur. Quamdiu vtero materno concluditur fœtus, vmbilico tantùm, non etiam ore cibum capeſſit, imò neque oculorum, neque aurium, neque narium, neque ani munere fungitur, nec verò cordis officia deſiderat. Sanguis enim ſpirituoſus ad ipſum per vmbilicales arterias commeat in arterias iliacas, & ab arterijs iliacis in reliquas omnes corporis totius arterias, harum enim ſolo motu ſpirat fœtus. Itaque haud putandum eſt in fœtu aerem per pulmones in cor inferri, ſed contrà à corde in pulmones. Nam nec cor in ſanguinis ſpirituúmve vitalium generationem aut elaborationem incumbit. His enim vt ſunt à matre confecta & elaborata contentus eſt fœtus: qui quouſque plenam, integramque & euidentem membrorum & artuum omnium deſcriptionem nactus fuerit, pueri nomen haud mereri videtur, ſed genituræ tantùm, embryonis aut fœtus. D

Fœtus qui ſpiret.

De ſeminum in vtero ebullitione ſeu fermentatione, & trium ampullarum, ſeu trium principum viſcerum concretione.

CAPVT IX.

PRimis ſex conceptionis diebus nouella vaſcula fieri proferrique ex maternorum vaſorum acetabulis, tanquam fibræ in totum ſemen ſparſæ creduntur. Illa vt vterum ſic & chorion ipſum pariter, æqualiterq; perforant. Hacque via non in fœtum modò commeatus partium cóformationi & nutritioni neceſſarius defertur, ſed etiam in venulis ipſi chorio variè intextas. Ita fit vt non loci modò, ſed & ſanguinis

A guinis etiam ſpirituumq́; vitalium influentium occaſione bulliat, & tanquam fermentetur ſemẽ ipſum, moxq́; in tres ampullas ſurgat, bullis ſimiles, quas aqua pluuia ſuo in flumen elapſu excitat, ampullæ illæ trium principum viſcerum, hepatis nempe, cordis & cerebri concretiones quædam, & inchoatæ deformationes exiſtunt: huc vſque ſemen, ſeminis modò appellatione cenſetur, poſtea verò ſurgentibus illis ampullis, *embryonis* nomine, ad perfectam vſq; membrorum deformationem, donatur quarto die poſtquam vmbilicalis vena conformata eſt, ſanguinem craſsiorem & plenioris alimenti ex cotyledonibus ſugit. Hic quia craſsior eſt, facilè eo concreſcit & coagulatur loco, quo mox hepar plenum abſolutumq́; comparere debet. Tum enim inſigni ſupra reliquas partes magnitudine notabile eſt, ex eo *Parenchyma* dictum, quod affuſi ſanguinis concretio tantùm quædam ſit: ab eius gibba parte enaſcitur craſsior venæ cauæ truncus, qui tenues velut villos ſuos in omnẽ eius ſubſtantiam diffundit: inde in duos ramos finditur, quorum vnus in ſuperiores, alter in inferiores partes, partiumq́; particulas propagatur. Vmbilicales interim arteriæ, ſanguinem ſpirituoſum ex arteriarum maternarum acetabulis ſugunt: ex quo, feruidiore nẽpe & magis ſpirituoſo. In ſecunda ampulla conformatur cor, ſubſtantia carnoſa ſolidiore & denſiore præditum, qualem decebat eſſe eius viſceris, quod caloris fonte manat, & perenni cietur motu. In hoc vis formatrix duos ſinus excauauit, dextrũ vnum, ſiniſtrum alterum. In dextrum inſeritur venæ cauæ truncus, alimentum cordi neceſſarium deferens. In ſiniſtro efformatur arteriæ caudex: qui & mox bipartito finditur, maiore ramo ſeſe in ſuperas, inferiore verò, qui amplior eſt, in inferas partes, partiũq́; B particulas inferens, & vitam caloremq́; vnà ſecum vitalem deferens.

De tertia velut ampulla, in qua cerebrum caputq́; conformatur.

CAPVT X.

SEminis portio longè maxima in terream hanc ampullam faceſsit: cerebro ſcilicet, capitiq́; toti materiam ſuffectura. *Multum verò ſemen in capitis & cerebri* conformationem ideo faceſſere oportuit, quia partes hæ non vt cor & hepar ſanguineæ ſunt, ſed ferè exangues: offeæ nempe, medulloſæ, cartilaginoſæ, neruoſæ, & membranaceæ: cuiuſmodi partes, vt venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, panniculi & cutis ſpermaticæ dicuntur, quia primam ex ſolo ferè ſemine conformationis materiam ſortitæ ſunt. Quanquam poſtea ſanguine, vt reliquæ etiã carnoſæ & muſculoſæ partes, nutriuntur: ſed qui mox vbi ad ipſas appulerit in ſpermaticum quid, aſsimilatricis inſita viribus, degeneret, formato cerebro reliquæ capitis partes ſe adiungunt, maximeq́; illæ quæ muniminis loco ipſi circumpoſitæ in oſſa ſenſim indurantur. *Caput* ſenſuum ſedes & mentis rationiſq́; domicilium, *in ſupremo ideò locatum eſt*, vt hinc, tanquam ex arce, ſubiecta reliqua membra, ipſorũq́; actiones & functiones regeret. Illic enim anima rectrix reſidet, hincq́; in reliquum corpus deriuatur & influit. Conformatis tribus illis principijs, natura futuræ corporis moli palos, & velut ſuſtentacula quærit. In quam rem oſſa architectatur. Prima omnium formari putantur, ſeu potius conformata apparent, oſſa ilium interiectis vertebris connexa: inde reliqua omnia membra, ſuis C exſculpta cauitatibus & foraminibus: quę in capite ſeptem manifeſta & peruia notantur: duo nempe aurium, duo naſi, vnum oris: in ſubiectis capiti partibus, vnum eſt ani, alterum vrethræ ſeu veſicæ canalis, fœminis præterea vnum ceruici vteri, ſine quo matres, fieri nunquam poſſent. His perfectis natura tandem nobile illud ſuum opus, obducta cute vndiq; expolit. *Oſſium conformatio.*

Abſoluto operi & microcoſmo Deus, naturæ & rerum omniũ autor, animam demum infundit, quod ex Moſis ſententia probat D. Auguſtinus: ſi quis, inquit, grauidã percuſſerit adeò vt inde abortiat, morte luat, ſiquidem infans formatus in vtero fuerit. At ſi nondum membrorum conformationem & diſtinctionem adeptus fuerit, luat ære. Itaq; ab Adamo, aut parentibus deriuari animam non eſt credendum: ſed ſingulis momentis, & in ipſo conformati fœtus articulo à Deo creari, & in fœtum infundi. Sic igitur molæ, ſimiliſq́; confuſionis & indigeſtæ molis monſtra, etſi ob tremulum quendam & incertum motum vitæ participia videantur, minimè tamen mente & rationali anima informata cenſenda ſunt: ſed quod mouentur, nutriuntur & creſcunt, id ab vteri inſita facultate, & ſpiritu prolifico ſemini permixto totum habent. Cęterum infans in vtero, vt ante trigeſimum diem conformationem perfectam non adipiſcitur; ſic non ante ſexageſimum mouetur: quod tempus ſæpius etiam mulieres latet, propter motionis exilitatem. Sed iam de anima, à qua vt omnis in corpore functionis, ſic & generationis principium eſt, paucis dicere aggrediamur. *Anima.* *Exod. 20. quæſt. 52.* *Mola non viuit.*

D

De Anima. CAPVT XI.

ANima in corpus migrat, ſimulatq; id perfectam in vtero membrorum diſtinctionem & conformationem adeptum fuerit: quod maribus ferè, ab inſito & informante calore vegetiore, contingit die quadrageſimo: fæmellis verò quadrageſimo quinto, aliàs citius, aliàs tardius, pro agẽtis efficacia, & materiæ ſubiectæ obedientia. Nec tamẽ infuſa anima ſuis ſtatim elucet functionibus omnibus, quod circumformata inſtrumenta ſolidam conſiſtentiam, niſi multo poſt tempore & ætatis progreſſu, animæ miniſterijs, præſertim diuinioribus, neceſſariam non adipiſcantur. Vitiantur verò animæ illa inſtrumenta, vel à prima in vtero conformatione, quemadmodum quibus in turbinem acutum eſt caput, vt Troiani belli temporibus Therſiti, noſtris verò Tribuletio & Tonino, vel poſtea caſu aliquo, vt obſtetricum violenta manu, quæ molli cranio, ſubiectis cerebri ventriculis compreſsionem & anguſtiam intulerit: lapſus ictu, errore in victu, vt ebrietate & febre quæ lethargum, carum, aut phrenitidem, inuehant.

Infuſæ animæ varias ſtatim dotes indidit Deus: hinc alijs datus eſt per ſpiritum, ſermo ſapientiæ, alijs ſcientiæ, alijs efficacia ſanationũ, alijs poteſtatũ, dominatuũ & imperiorũ, alijs prophetiæ, alijs linguarũ, alijs aliarum gratiarũ, vt primę & æternæ Dei viſum eſt prouidentię, cui nemo obloqui aut obſiſtere debet. Num enim dicet figmentum ei qui finxit, cur me finxiſti ad hunc modum? An nõ habet poteſtatem *Paulus 1. Cor. cap. 12.*

figulus vt ex eadem maſſa fingat, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam? Harum rerũ rationes nec mei inſtituti eſt, nec ad quenquam pertinet perueſtigare, ſed tantùm ſuſpicere cum humilitate. Id vnum dicam, nobilem & ingenuam animam elementaria & caduca negligere: rapi verò in cæleſtium & diuinarum rerum contemplationem, qua nõ antè liberè fruitur, quàm ab hac concretione corporea ſecreta fuerit, & ſuæ origini reſtituta. A

Anima quid.


Eſt igitur anima, Entelechia ſeu perfectio interior, omnium in nobis motionum ſeu functionum naturalium & animalium cauſa prima, & vera hominis forma. Eſſentiam eius obſcuram, multis deſcriptionibus exprimere conati ſunt veteres: nam & ſpiritum cœleſtem & eſſentiam ſuperiorem incorpoream, inuiſibilem, immortalem, à ſeipſa tantùm, id eſt mente & intellectu comprehenſibilem eam dixerũt. Alij nunquam dubitarunt, quin ex vniuerſa mente diuina delibatas animas haberemus, quæ vt viuæ ſunt, ſic corporibus quibus vniuntur, vitam largiuntur. Anima hæc etſi in totũ corpus, ſingulasq́; eius particulas corporeę omnis molis & mixtionis expers fuſa ſit, eſt tamen tota & integra in ſingulis ſeorſim partibus, vna ſimplex, indiuiſibilis compoſitionis & concretionis omnis expers, pluribus tamen facultatibus & virtutibus inſtructa, quę per varias edit corporis partes: ſentit enim, imaginatur, iudicat, meminit, intelligit, cupiditates, voluntates, animalesq́; omnes motus regit, videt, audit, olfacit, guſtat, tangit, varijs omninò corporis membris: ab hisq́; tot & tantis viribus, varias ſortitur appellationes. Anima dicitur, quia corpus ex ſe mortuum animal. Spiritus nominatur, quia ſpirat in corporibus. Ratio verò, quia verum à falſo tanquam radius quidam diuinitatis diſcernit. Mens, quia prętерita cogitat, recolit & meminit. Animus, quia animos inerti præbet corporeæ moli. Senſus deniq; & intellectus, quia ſenſibilia, & intelligibilia comprehendit. Incorporea cùm ſit, locum extenſione corporea minimè occupat, etſi totum corpus repleat. Simplex verò, quia eſt, nec creſcit, nec minuitur: neq; enim in puſione minor eſt quàm in gygãte, æquè perfecta & magna ſecundũ naturã ſuam in infante quàm in viro. Sũt verò corporũ anima qua viuunt, in formatorũ, genera tria: primum imperfectiſsimũ omnium, plantarũ eſt: alterum eſt brutorum: tertium hominũ. Plantæ viuunt per animam vegetantẽ: bruta per ſenſitiuã: homines per intelligentem. Atq; vt ſenſitiua brutorum anima vegetantis viribus omnibus inſtructa eſt, & functionibus fungitur, ſic humana intelligens, inferiorũ vires omnes ſub ſe comprehendit, nõ vlla diuiſione ſecretas, ſed cum ratione & intelligentia in vnam humanã formam & animã à qua pendent, indiuiſibiliter vnitas. Cæterùm quia paulò antè diximus animæ varias in varijs corporis partibus eſſe & apparere functiones, hîc reliquis omiſsis, eas modo perſequemur quæ principes dicuntur. Quatuor multorũ ſententia humanæ *animæ* numerantur *functiones principes*, à totidem facultatibus, tandemq́; ab vna anima prodeuntes: ſenſus communis, Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria.

Anima vna indiuiſibilis in toto & ſingulis eius partibus.

Nomina. B

Animatorũ corporum tria genera.

Senſum cõmunem ſeu interiorem, à ſenſuum exteriorũ inſtrumentis, ſenſibilium rerum delatas, tanquã ab internuntijs, ſpecies & ſimulachra, vehente per neruorũ ductus ſpiritu, excipere putant: nec excipere modò, ſed & cognoſcere, percipere & diſcernere. Non enim oculus in quo videndi ſenſus eſt exterior, album, nigrúmve cognoſcit. Itaq; colorũ diſcrimina diſcernere nequit, vt nec lingua ſaporum, nec nares odorum, aut auris ſonorũ, aut deniq; manus qualitatũ tactilium. Imò ne ſe quidem videre oculus ſentit, aut auris audire, aut nares olfacere, lingua ſapere, manus tangere: hęc enim omnia ſenſus cõmunis opera & munia ſunt. Hic enim cognoſcit oculum album quid vidiſſe, nigrũ, rubrum, hominẽ, equum, nauem, & ſimile aliud materiale, etiam tùm cùm aberit, nec amplius videndum, olfaciendũ, audiendum, guſtandũ, tangendũ ſubijciet. Exteriores enim ſenſus omnes, ipſorũq; vniuerſæ functiones in cõmunem ſenſum deſinunt & referuntur, tanquam circuli lineæ à circumferentia in centrum, vt hæc figura demonſtrat. C



Quo nomine ſenſus communis ſeu princeps in quo ſita ſit primaria ſentiendi anima nuncupatur, quod ſenſuum exteriorũ tanquã miniſterio & ſatellitio vtatur ad multa & varia cognoſcenda, quorũ diſcrimina cernit & dijudicat: ſimplicia tamẽ, & ſeorſim ac citra cõpoſitionem & connexionẽ, quę ex eis verum quicquã aut falſum conſtituat, aut vllam argumentationẽ concludat: id enim ſolius eſt mẽtis & intelligentię ſeu rationis. Hoc namq; naturæ fuit conſiliũ vt externi ſenſus rerũ ſimulachra ſuperficiariè tantũm, leuiter & obiter exciperent, ſpeculi inſtar, haud in aliũ finem quàm vt ea mox in ſenſum cõmunem, tanquã in centrum & principem referrent, quæ ipſe tandem intelligenti ſeu ratiocinanti animæ facultati, quam in anteriore cerebro ſitam eſſe Auic. & Auer. crediderunt, colligenda traderet.

Senſum cõmunem ſequitur *phantaſia, ſeu imaginatio*: ſic dicta, quod ab ea rerũ imagines & ideæ, phantaſmata Græcis dicta ſurgant. Hæc nunquam niſi dormientibus quieſcit: quanquã ne his quidẽ ſemper: ſæpè enim inter dormiendũ ipſis ſomnia fingit, earũ rerum imagines obijcit, quæ nunquã ſenſibus perceptæ fuerant, quæ rerũ natura & vniuerſi ordo nõ admiſerit. Magna huius animę facultatis in nobis vis eſt adeò vt ſæpè corpus totũ ſibi obſequens reddat. Sic enim prodũt hiſtoriæ Alexandrum Magnum, Timotheo Muſico bellicum ad citharam canente, continuò è menſa ſurrexiſſe, armaq; popoſciſſe: eodem contra concentus ardorem remittente, menſæ ſeſe reddidiſſe & conſediſſe. Tanta erat vis imaginationis Muſico immiſſa concentu, quæ victoris terrarum animos ſibi obnoxios reddebat, quorum nempe varia agitatione, nunc ipſum ferocientem velut in prælia truderat, nunc pacatum & remollitum poculis & epulis reſtitueret. Quotus verò quiſq; extitit qui ſuperioribus annis Græculum illum & Mahumetanum Schœnobatem pedibus in pelui compoſitis in fune ſalientem intuitus, oculos à tam horrendo ſpectaculo, cuius gratia venerat, non auerterit, toto corpore & artubus omnibus non contremuerit, metu perculſus ne ſubita ille ruina ceruices ſibi frangeret. Hoc eodem metu turbati plurimi ex altiſsimo loco ſpectantes, repentè præcipites labuntur, periculi imaginatione victi, & vincti ſic, vt viribus proprijs fulcire ſe nequeant. Rectè igitur & benignè nobiſcum Deus egiſſe videtur, qui ad hanc imaginandi tantùm vim, aliam adiunxit quæ rationis & intelligentiæ dicitur: quæ falſa à veris pericula D

A pericula diſcernens, hominem erigeret: ac ne vanis imaginibus, conſternaretur, contineret.

Sub hæc igitur inſurgit, & in opus erumpit *Ratio*, principum animæ facultatum facilè princeps: quæ ſimplicia, & ſeorſum poſita rerum ſimulachra congerit, copulat, componit, & in vnum aceruum confert: vt diuidendo, colligendo, ratiocinando verum à falſo diſcernat & dijudicet. Hæc intelligentiæ & mentis facultas nullo corporis organo obnoxia eſt, libera ipſa & in intima quæq; atq; abdita incredibili celeritate penetrans: per quam ſcilicet homo conſequentia cernit, principia & rerum cauſas videt, earumq́; progreſſus, & quaſi anteceſsiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebusq́; præſentibus adiungit atq; annectit futuras, quid ſequendum aut fugiendum ſit certò ſtatuens. Hæc eadem animorum motus ferocientes refrenat, linguam præcipitem coercet, admonetq́; non ante verba oris clauſtris laxanda eſſe, quàm multo & diligenti adhibito examine de rebus ipſis, quarum mentio incidit iudicium & ſententiam tulerit.

Rationem, iudiciumq́; ſequitur *Memoria*, quæ ſuſcepta è ſenſibus ſimulachra omnia, quæq́; ratio ſtatuerit, conſeruans, fidelis cuſtos & conſeruatrix cuncta amplectitur & continet, moxq́; tum propria vi & poteſtate, tum illorum adnixu & impulſu in cerebri corpore inſculpit & conſignat citra vllum materiæ veſtigium: vt cùm opus fuerit, tanquam è theſauro & tabellis recondita & inſcripta illa depromere
B poſsimus: Alioqui quid referret tam multa legere, audire, animaduertere, niſi illa animo concepta cerebri & memoriæ cuſtodia aſſeruare valeremus? Hoc profectò vnicum nobis à Deo aduerſus rerum ignorationem & obliuionem datum eſt remedium & ſubſidium: quod etſi per ſe naturaq́; ſua multum valeat, frequenti tamen & aſsidua excolitur & ſtabilitur meditatione. Hinc ſapientiam memoriæ & experientię filiam veteres prodidère. Huius domicilium in poſteriore, ſeu cerebelli ventriculo pleriq; eſſe prodiderunt: inſita nempe ſiccitate & ſoliditate apto continendis rerum imaginibus.

De naturalibus excrementis in genere: deq́; ijs in ſpecie quæ fœtus in vtero concluſus excludere ſolet. CAPVT XII.

ANtequam qualia & quibus ductibus excrementa fœtus in vtero concluſus excernit, dixerò, dicendum in genere arbitror quæ ſint excrementa, quę omnibus hominibus ſecundum naturam excerni ſolent. Excremētum id omne dicitur, quod natura à laudabili & alibili ſucco ſecernere & excernere ſolet. Eiuſmodi excrementorum plura ſunt genera. Primum primæ eſt concoctionis quæ in ventriculo abſoluitur, quod ab inteſtinis propulſum per anum excluditur. Alterum à iecore manat & triplex eſſe ſolet, vnum bilioſum quod multa ſui portione in veſicam felleam deponitur, vt illinc in inteſtina exudans, excretricem ipſorum facultatem ſollicitet, & irritet ad fœcum excretionem. Alterum eſt ſeroſum, quod cum ſanguine in venas ſubit, vt ipſi pro vehiculo ſit in omnes corporis particulas & capilla-
C res venas, nutritionis gratia penetraturo: quo munere poſtquàm functum eſt, partim per ſudores exigitur, partim in veſicam reuocatum vnà cum vrinis excernitur. Tertium eſt melancholicum quod à liene attractum, poſtquàm tenuiore & puriore ſui portione ipſi in alimentum ceſſerit, partim per hæmorrhoidales venas infrà expurgatur, partim in ventriculi orificium, ſtimulandæ appetentiæ ergò deponitur. Vltimum, vltimæ concoctionis quæ in habitu corporis abſoluitur proprium, partim per tranſpiratione̅ inſenſibiliter exhalat, partim ſudoribus exhauritur, partim etiam manifeſtis & cuiq; parti proprijs canalibus effluit, vt cerebro præ cæteris partibus accidit: id enim genito hoc inſtrumenti genere ſe exonerat per narium, oris, aurium, oculorum, & oſsis palati ductus, per cranij ſuturas. Si quid eiuſmodi excrementorum, vel omninò, vel diutius quàm par eſt retineatur, retētionis cauſis mederi oportebit diæta & pharmacia. Sunt aliæ præterea excrementorum non naturalium ſpecies, de quibus abundè in tractatu de peſte diximus.

Excrementum quid, & eius ſpecies in genere.

Infans materna aluo cōcluſus, vrinam, cùm primùm partium integram conformationem adeptus eſt, reddere incipit per vmbilici ductum ſeu vrachū. At inſtante partus tempore occluditur vrachus, tumq́; maſculus per vrethram, femella verò per veſicæ ceruice̅ vrinam deponit. Cum reliquis excrementis, ſudoribus nēpe & ſeroſis eiuſmodi menſtruæ materiæ ſuperfluitatibus in chorio ſeu allantoide: colligitur hæc vrina innatanti fœtui facilius geſtando vtilis. At in enixu, membranas calcitrando fœtus dum diſrūpit, humores eiuſmodi effluūt, quod obſtetricibus iamiam prodituri fœtus indiciū eſſe ſolet. Etenim
D ſi vna cū fluentibus illis aquis fœtus prodeat, facilis & felix partus eſt: illarū enim humiditate ceruix vteri, genitalesq́; omnes partes relaxantur & lubricantur, conantiq́; & exitū tentanti fœtui facilius & citius obſequitur. Contrà ſi illis excretis tardet fœtus, difficilis ſequitur partus: in arido enim & ſicco manet infans, moxq́; præ ſiccitate, ceruix vteri obſcœnaq́; omnia contrahuntur, niſi fortè artificio ad imitatione̅ naturæ comparato, multo oleo relaxànte muliebria obſtetrices in tali caſu inūxerint. Cæterùm nihil fæcum per anum fœtus in vtero excernit, niſi fortè appetente partu, & ruptis enixu membranis proprijsq́; conceptaculis: nō enim cibū ore capit, quare otioſus eſt illi ventriculus, nec tum Chyloſeos vlliuſve coctionis munere fungēs. Quò fit vt ex ipſo nihil in inteſtina deponi poſsit. Nec verò ſemel animaduerti infantes, ſuo & ſtato tēpore in lucē editos, qui imperforato eſſent ano, adeò vt reſciſſa ferro mēbrana quæ obiecta erat, foramē ipſis moliri neceſſe habuerim. Et certè fœtui laudabiliore mēſtrui ſanguinis portione in vtero nutrito, qui poſſunt talia excremēta congeri? Ergo fœtus duo tantùm excrementorū genera, quamdiu vtero concluſus tenetur deponere ſolet, ſudorē & vrinam in quibus ipſe natat, non aūt ſeorſim habentur allantoide quadam membrana ſecluſi, vt in hœdis, canibus, ouibus alijsq́; brutis cernere eſt: cùm in humano genere chorion & allantoides ſeu farciminalis eadem planè membrana ſint.

Vrachi vſus.

Prodituri iamiam fœtus & facilis partus indicium.

Fœtus prodeuntes ano imperforato.

Mulier ſi marem concepit, alacrior, vegetior, & toto grauiditatis tempore coloratior eſt: ſi verò fœminam malè colorata, quoniā frigidior eſt fœmina mare: mas verò calidior, maternū colorem conduplicat, quò fit vt melius fœta appetat, & ad oblata melius ſe habeat. Mares moueri incipiunt tertio menſe &

5. Aph. 42.

An maſculus vel fœmella geſtetur.

dimidio, fœmellæ tardius: grauidæ ſi marem conceperit, dextras partes ad omne opus validiores habent & promptiores: quare in pedem dextrum primum progredi incipiunt, in manumq́; dextram cùm exurgunt, innituntur lubentius, dextra mamma citius intumeſcit, & ſolidior eſt. Fœtus mares in dextris magis, fœminæ verò in ſiniſtris mouentur. A

5. Aph. 47.


Quo enixu fœtus in lucem prodeat, deq́ enixus ſeu conatus illius cauſis.

CAPVT XIII.

QVando ſtatum & definitum partus tempus aduenerit, grandior tum fœtus copioſiori eget alimẽto: quod cùm ipſi abundè ab vmbilico non ſuppetat, magno conatu foràs viam affectat: tunc igitur impetu quodã validius mouetur, mẽbranas quibus cõtinetur diſrũpit. Tam violentos motus quia vterus ferre nequit, nec diuulſis membranarũ conceptaculis fœtũ amplius fulcire, laxatur. Per vteri dehiſcentis oſculũ, aerem ſubeuntem dum perſequitur, fœtus in caput pronus fertur, ſicq́; tandem naſcitur, & naturæ ordine in lucem prodit, magno tum ſuo propter corpuſculi mollitiem, tum matris propter ceruicis vteri neruoſæ, & oſsiũ iliũ ab oſſe ſacro, quò via fœtui pateat diuulſionẽ, dolore: alioqui niſi eiuſmodi oſſa diuellerentur, quî non modò gemelli duo mutuo complexu ſibi cohærentes & coniuncti, ſed vel vnicus fœtus tam anguſto colli vteri ductu prodire & emergere poſſet? Id ita eſſe nõ ratio modò, ſed & experientia verũ perſuadet. Puerperas enim ſtatim à partu diſſecui, in quibus animaduerti oſſa iliũ ab oſſe ſacro digiti interuallo diſtracta, quinetiã pleriſq́; parietibus, qui me auxilij in tam difficili conatu gratia aduocarant, ſubiecta coccygi manu certo & auribus hauſi, & cõtactu percepi crepitantiũ diuulſionis vi oſsium ſtrepitũ. Sed & narrarũt mihi honeſtiſsimæ matronæ multæ, ſe aliquot ante partũ diebus, eorum iam ſe diſtrahentiũ fragorem cum dolore percepiſſe. Multis etiam poſt partum diebus, coccygis regio, oſsiſq́; ſacri (quam Renum regionẽ nominant) ſic pleriſq́; dolet, vt natura ſolutam oſsium ilium continuitatem reparare haud valente, in reliquum vitæ claudicent: oſſa verò pubis, quod pleriq́; putant, diſtracta nunquam animaduerti. Ferunt naſcentibus in Italia puellis os coccygis abrumpi, quo futuris poſtea matribus via latior & laxior ſit. Sed falſo id iactatur cõmentũ: fractũ enim id os naturæ, vt fieri ſolet, vel ſolius ſponte, ſubſtituto callo repararetur, ex quo poſtea partus difficilior & laborioſior exiſteret. B

Oſſa ilium à ſacro diuelli in partu.

De ſitu infantis in vtero. CAPVT XIIII.





INfantis in vtero certa ſitus ratio notari nequit. Variã enim illam omnino tum in viuis, tũ in mortuis mulieribus animaduerti: has quidem ſtatim atq́; expiraſſent diſſecando: illas verò qua poteram induſtria & manus dexteritate in enixu iuuando: immiſſa enim in vterum manu fœtum aliàs in caput, aliàs in pedes, aliquando in manus, nonnunquam in pedes manusq́; ſimul obuerſum obſeruaui, quemadmodũ ſubiecta figura demonſtrat. C

In genua nonnunquã prodeuntem, in vnum aliàs pedem, aliàs in dorſum, aliàs in ventrem pedibus manibusq́; ſurſum elatis, vt præcedens figura docet, comperi.

Diuaricatis nõnunquã pedibus ſeſe mihi ad egreſſum obtulit, aliàs vnico brachio protenſo, eratq́; talis fœtus Hermaphroditus, vt ſubiecta figura docet. D

Viſi ſunt mihi aliquãdo gemelli, quorũ vnus in caput ſe offerebat, alter in pedes, vt præcedens figũra docet.

Diſſectis grauidarũ mulierũ cadaueribus, tenellos adhuc fœtus, quales quadrimi ſunt, animaduerti, figura orbiculari ſitos, capite in genua reclinato, geminis manib. ſub genubus, calcibus verò ad nates iũctis. Sãctè affirmo mihi viſum fœtũ, diſſecta matre ſtatim atq́; expiraſſet, in longũ exporrectũ, viuentemq́; adhuc facie in cœlũ cõuerſa, iũctis velut ad ſupplicandũ manib.

Nota.





Quod

A *Quod legitimum & naturale, quodq́; contra naturam ſit naſcendi tempus.*

CAPVT XV.

OMnibus animantibus certum eſt & definitum concipiendi & pariendi tempus, vni homini nullum ferè eſt definitum. Aliàs enim ſeptimo mēſe, aliàs octauo, aliàs quod plurimum ſit nono, aliàs decimo, nonnunquam etiam incipiente vndecimo humani fœtus prodeunt. Maſſurius autor eſt. L. Papyrium Prętorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſsionē contra eum dediſſe, cùm mater partum ſe tredecim menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Qui ſexto menſe prodit infans, vitalis eſſe nequit, quòd nec toto corpori nec membris ſua adhuc ſit perfectio & maturitas. Septimo menſe maximè vitalis ratione & experientia deprehenditur. At octimeſtris raró aut nunquam eſt vitalis. Rationem putant eſſe Aſtronomi, quòd Saturnum habeat epiſcopum, cuius frigiditas ac ſiccitas vitæ principijs plurimum contrariæ ſint: phyſica tamen ratio verior eſt. Siquidem commenti ſunt Phyſici Embryon ſępè menſe ſeptimo ab vteri conceptaculis egreſſum affectare, ac in id colluctari plurimùm, verùm conatu excidere, atq; interim fatigatum effici imbecillius. Quod ſi nec dum refectis viribus, octauo rurſum eundem petet conatum, oblæſum frequentius intermori. Quanquam vegetæ quædam & validæ mulieres fœtus vitales octauo menſe edere creduntur, vt de Ægyptijs teſtatur Ariſtoteles, de Naxijs Poetæ, de Hiſpanis pleriq;.

Plinius lib. 7. cap. 5.

Lib. 4. de hiſtor. animaliū cap. 7.

B Id porró in partu mirari ſatis non poſſum, vterum qui toto grauiditatis tempore ſic obſeruatus fuit, vt ne ſpecillum quidem admitteret, niſi fortè quando ſuperfœtationis ergò, aut vterinæ expurgationis ad breue tempus dehiſcat, derepente in ipſo partus articulo dehiſcere, adeò vt exitum fœtui præbeat, pauloq; pòſt ſe contrahere quaſi nunquam hiaſſet. Cæterùm quia primi partus difficiles & valde laborioſi ſolent eſſe, ſuaſerim primiparis aliquot ante partum diebus, locos ſequentibus vnguentis remollire:

Pro primiparis.

℞. ſpermatis cæti ʒ.ij olei amygdalarum dulcium ℥.iiij. ceræ albæ, & medullæ ceruinæ ʒ.iij. axungiæ anſeris & gallinæ an ʒ.j. terebinthinæ venet. ℥ ij. fiat vnguentum, pro femorum, pectinis, perinæi, & locorum ſeu obſcœnarum partium ac genitalium litu. Non erit inutile faſciam ex corio canino tenuiſsimo parare, quæ eodem vnguento illita & geſtata, facilius geſtando fœtui vtilis erit. Balnea quoq; ex herbarū remollientium decocto parata, relaxandis genitalibus appetente partu valde conducent.

Partus naturalis & facilis is demum cenſetur, quo in caput infans prodit, aquarum effluxum ſine mora ſequutus, difficilior eſt qui in pedes prodeūte fœtu fit, reliqui omnes difficillimi. Itaq; obſtetrices monendæ ſunt, vt quoties neutro commemoratarū partium prodire infantem cognouerint, ſed vel in dorſum, vel in ventrem, vel in pedes manusq́; ſimul, vel in porrectum brachium, vel quauis alia deniq; contra naturam forma, ipſum conuertant, & in pedes trahant: cui operi perficiundo ſi ipſæ non ſufficiant, Chirurgum exercitatum accerſant.

Partus naturalis & facilis.

C *Inſtantis partus ſigna.* CAP. XVI.

DOlor acrior ſub vmbilico & ad inguina premit, inde ſe ad lumborū vertebras reflectens, tum præcipuè cum ab oſſe ſacro diuelluntur, ilia & coccyx foràs diſpellitur, genitalia cum dolore intumeſcunt, febrilis quidam velut horror corpus inuadit ex naturæ ad excretionem accinctæ conatu facies rubet. His apparentibus, parentur omnia ad partum parturienti neceſſaria. In primis igitur conuenienter & media figura in lecto collocetur ſic nempe vt nec ſupina penitus iaceat, nec ſedens, ſed erecto, & nonnihil ſublimi dorſo, quò liberior ſit reſpiratio, & eniti validius poſsit. Curuatis vnaq; diuaricatis abductisq́; à ſe inuicem cruribus eſſe debet, calcibus verò ad nates reductis, elatis præterea aliquantum natibus, ſic vt ad fuſtem lecto in tranſuerſum poſitum adnitatur. *Sunt quædam* quæ in ſedili pariunt, ad eam rem affabrefacto: aliæ rectę & in pedes ſtantes pariunt, manibus tantùm in ſpondam lecti aut ſcamnum nixæ.

Grauida in lecto vt collocanda inſtante partu.

Cæterùm *cauendum* diligenter eſt, ne fœtam mulierem ante in partus labores conijcias, quàm imminentis partus commemorata ſigna apparuerint. Irrito enim ſic labore franguntur, vt cùm ſerió enitendū eſt, vires illis deficiāt. Si omnia in enixu pulchrè cedant, naturæ & obſtetrici partus negotiū totum committendū eſt. Monenda tantùm parturiens eſt, vt cùm acuti torminū dolores aderunt, ipſa quàm validiſſima expreſsione, clauſis, ſi ita videtur, ore & naribus enitatur, obſtetrice interim ſupernè deorſum fœtū
D protrudente. Quòd ſi multò antè excretarū aquarū & reſiccati vteri occaſione partus ſit difficilior & laborioſior, ſequens litus eſt parandus: ℞. butyri recentis ſine ſale in aqua arthemiſiæ loti ℥.ij. mucaginis ficuum, ſeminis lini, & altheæ cum aqua ſabinæ extractæ, an. ℥.s. olei liliorū ℥ j. fiat linimentum quo obſtetrix frequenter oblinat genitalia. Paretur & qui ſequitur puluis: ℞. cinamom. corticis caſsiæ fiſtulæ; dictamni ana ʒ.j. s. ſacchari albi ad pondus omniū, fiat puluis tenuiſsimus, capiat ℥.s. in vices ſingulas, cum decocto ſeminis lini, aut vini albi, celeriorē enim & faciliorē partum facit. Oblinet etiam obſtetrix manus ſuas ſequenti vnguento, quoties in locos dimittendæ erunt, eodēq; genitalia inunget: ℞. olei de ſemin. lini ℥ j. s. olei de caſtor. ℥.s galliæ moſchatæ ʒ.iij. ladani ʒ.j. fiat linimentū. Sternutamentū autem prouocabitur, immiſſo in nares piperis aut ellebori albi pulueriſati tantillo. Semen lini contuſum cum aqua arthemiſię & ſabinæ exhibitū, partum accelerare creditur. Commendatur ad id ſequens ętiā remedium: ℞. Corticis caſsiæ fiſtulæ conquaſſatæ ℥.ij. cicerum rubr. M.s. bulliant cum vino albo, & aqua ſufficienti, addendo ſub finem ſabinę ʒ.ij. fiat decoctio. In colatura pro doſi adde cinamomi ʒ s. croci grana vj. fiat potio: qua ſumpta cieatur ſternutamentū quo dictum eſt modo, ore & naribus occluſis. Contingit nonnunquā vt in lucem prodeat infans portione agninę membranæ caput velatus, cum præſertim multo, valido, & felici enixu matris, genitalibus naturæ robore dilatatis, vnà cum effuſis aquis ſeſe protulit, tumq́; felicem fore fœtum ominantur obſtetrices, tanquā cum capitio, vt loquuntur, natum. At ego hinc non fœtui modò, ſed & fœtæ felicitatem, corporisq; incolumitatem portendi puto, quia facilis partus

In partu difficili propter præcocius excretas aquas.

Aph. 35. & 49. ſect. 5.

Galea infantum ſiue membraneū inuolucrū, præter communem curſum.

id indicium eſt. Nam cùm partus difficilis eſt, & laborioſus, nunquam fœtus ſecum vnà eiuſmodi membranam profert, ſed reſtitat illa in viæ & genitalium anguſtijs. Sic enim coluber cùm ſenectam exuere vult, per anguſta locorum inferre ſeſe ſolet. Statim à partu puerperæ exhibenda ſunt ſucci amygdalarum dulcium ſaccharati & ſine igni extracti, cochlearia duo vel tria. Sunt quibus vitelli ouorum cum ſaccharo magis placent, alijs magis arridet hypocraticum vinum, alijs carniũ conſumptum, alijs gelatina: omnino varia exhiberi poſſunt pro varijs quę ægram premunt caſibus, & Medici conſilijs, in torminum dolore ſedando, vires fractas promptè recreando, aut nutriendo. Puerperis verò *mox à partu oboriuntur tormina* quòd tum venæ, natura ad excretionem tota conuerſa, menſtrualis materiæ ſuppreſſas per nouem menſes reliquias in vterum magna vi eructent: quæ quia craſſæ ſunt, limoſæ & fæculentæ, ſine magno labore, conatu & dolore tum venarum vnde prodeunt, tum vteri per quem eunt, prorumpere nequeũt: inde verò ex reſtitantis earum portionis in flatus conuerſione, & aeris ambientis imprudenti admiſsione intumeſcat vterus cum omnibus genitalibus, niſi digerente & remolliente oleo, aluinarumq; partiũ commoda per faſcias deligatione prouiſum fuerit. A

Puerperæ ſtatim à partu exhibenda.

Edito fœtu quid ſtatim agendum. CAP. XVII.

EDito fœtu debet obſtetrix ſecundinam blandè quantum fieri poteſt ſtatim educere: ſin minus etiã immiſſa in vterum manu reuellere, aliàs ſi quæ interponatur mora, maior erit in extrahendo labor, B quia à partu vteri orificium ſtatim contrahitur, & obſeratur. Inde à ſecundina puer expediendus eſt. Duplici igitur filo vinciendus eſt pollicis ab abdomine latitudine vmbilicus. Vinculum arctius non ſit, ne quæ vltra ipſum vmbilici pars eſt, citius quàm par eſt excidat nec laxius, ne funeſta hęmorrhagia ſanguis per vaſa vmbilicalia diffluat, & aer frigidus intrò in puerum ſubeat. Nexu vt decet peracto, reſecandus vmbilicus nouacula peracuta duobus infra nexum digitis. Sectioni imponendus pannus linteus duplex, in oleo roſato, aut amygdalarũ dulcium maceratus, ad doloris ſedationem: ſic enim paucis poſt diebus, quod infra nexum eſt vnà cum vinculo excidet, conſtricta nempe vena & arteria nutritionis & vitæ beneficio deſtitutum: id vulgò obſtetrices nudo fœtus abdomini incumbere faciunt, vnde dolorifica tormina propter frigiditatem eius, quod calore vitali deſtitutum ſenſim emoritur. Hoc ipſum igitur linoxylo inuoluere ſatius eſt, donec gangræna correptum deciderit.

Inconſultè agunt obſtetrices, quæ ſtatim edito fœtu vinctum vmbilicum reſcindunt, non expectata excluſione ſecundinæ His peractis, roſaceo vel myrtillorum oleo extergendus & à ſordibus fæculentis vindicandus eſt infans, quæ cuti tenacius adhærent Sic præterea cutis ſpiracula coarctantur, & corpuſculi habitus roboratur magis. Sunt qui aqua calida & vino adſtringente infantes abluunt, deinde commemoratis oleis oblinunt. Alij non ſimplici vino abluunt, ſed in eo roſas rubras, folia myrti, addito pauco ſale incoquũt, & inde lotione per ſex aut quinq; dies repetita nõ ſordes modò eluunt, ſed & ſi quid in C tenello infantis corpuſculo contuſum à duro enixu colliſumq; eſt digerunt, & carnibus eliſis robur addunt. Singuli manus pedumq; digiti tractandi præterea ſunt & explicandi, crurũ & brachiorum articuli extendendi, & contrahendi pluribus diebus, pluries: vt quod humoris excrementitij in articulis reſidet, id motu concalefactum & agitatum reſoluatur. Si quod artubus in conformatione aut conſtructione, ac cum vicinis ſocietate vitium ſit, id maturè corrigatur. Spectandum num naturalium ductuum aliquis obiecta membranula, vt nonnunquam fit, obductus ſit: nam ſi quid tale aurium, narium, oris, penis, & vteri orificijs officiat, id à Chirurgo reſcindendum, & immiſsis, infertiſq; peſsis aut linamentis meatus libertas retinenda, ne vulneris oræ rurſum agglutinatæ coëant. Si ſextus adnatus fuerit digitus, ſi digiti ſibi mutuo cohæreant anſerini pedis inſtar, ſi ligamentalis quæ ſub lingua eſt membrana breuior & adſtrictior lactandi facultatem adimat, mox loquendi opportunitatem ademptura: ſi quid deniq; ſimile contra naturam occurrat, id omne Chirurgi induſtria emendabitur. Adhæreſcit nonnunquam recens editis puellis colore & conſiſtentia cretaceum aliquod excrementum ad oris internas partes, linguamq; totam. Id vitium ab oris intemperie natum, *cancrum album* Gallorum vulgus nominat, & lactandi libertatem intercipit, in vlcera mox in fauces vſq; gulamq; ſerpentia, niſi detergeatur, degenerans, & mortis cauſas pleriſq; inferens. Quod ne accidat medendum ipſi erit deterſione procurata ex linteolo bacillo alligato, immerſoq; in medicamentum mediocris conſiſtentiæ ex oleo amygdalarum dulcium melle & ſaccharo paratum. Hoc enim blandè affricto madefactæ & deterſæ ſordes eluuntur Prodeſt etiã D olei amygdalini cochlear vnũ deglutiendum ad aluum lubricandam, ad faucium & tracheæ arteriæ gulæq; aſperitates leniendas, diluendam viſcidam pituitam, quæ tuſsim, imò & dyſpnœam ipſis plerunque infert. Si palpebræ cohæreant, vel ſibi mutuò, vel adnatæ aut carneæ tunicæ adglutinatæ: ſi hydrocephalos in capite ſubſit, commemoratis antè proprio cuiuſq; vitij tractatu remedijs medebimur. Pleriſq; ab vtero ſuccreſcunt *maculæ*, quas Gallorum vulgus *ſigna* nominat. Ex his aliæ planæ ſunt & cuti æquales, aliæ in tumorem exaltatæ & verrucoſæ, aliàs villoſæ, nonnunquam leues, atrę, liuidæ, ferè tamen rubræ. In facie ortæ ipſam ſæpè totam ſucceſſu temporis magna deformitate occupant. Cauſa nonnullis putatur menſtruæ materiæ portio quædam, vteri parietibus à recenti fluxu adhuc ſi fortè tum cum viro coeat mulier adhæreſcens, aut quodam velut rore in vterum è venis ſtillans, ſeminibusq;, eodem quo coagulantur articulo, permixta & concorporata ſuo proinde colore, fœtus hanc aut illam partem è ſeminali corpore ductam, inficiens. Mulieres in picam aut malaciam cauſam referunt, quæ vt fœtui nondũ conformato imaginatæ & ardenter concupitæ rei imaginem imprimere poteſt (vt phantaſiæ admirabiles ſunt in corporibus noſtris vires) ita iam conformato non magis poteſt, quam potuit Chypo regi, à taurorum conſpecto attentius certamine, mox dormienti cornua in fronte excitare. Eiuſmodi macularum aliæ ſunt ſanabiles, aliæ minimè, quales ſunt grandiores & quæ labra, nares aut palpebras obſident. Verrucoſæ verò quia malignæ cuiuſdam qualitatis & melancholiæ materiæ ſunt participes, quæ curatione

Vitia, quæ modò natu infantibus inſunt, vt corrigenda.

A tione irritantur, tangendæ non ſunt: facilè enim in carcinoma (Noli me tangere nominant) irritatæ abeunt Quæ igitur curabiles ſunt, exiguæ ſunt, & in parte quæ pro arbitrio tractari poteſt. Ergo radicitus tranſadigentur acu filum ducente, & fili velut anſis in altum ſublatæ reſcindentur, quod reſtabit vulnus, generali vulnerum methodo curabitur. Sunt qui putát maculas rubras in tuber elatas, elui litu frequenti ſanguinis menſtrualis, aut ſecundinæ ſeu farciminalis. Quæ villoſa talpæ, vel ſoricis in morem, & mediocriter elata, lataq; erunt huius generis tubercula, radicitus tribus, quatuórve locis acu filum ducente tranſadigentur, & arctè deligabuntur, ſic vt tandem nutritione & vita deſtitutæ decidant. Poſtquàm delapſæ erunt relictum vlcus curabitur quo vlcera ſolent modo.

Si quæ caro inde ſuperflua ſuperſit, impoſito ægyptiaco, mercurij puluere & ſimilibus: ſi metus ſit ne ab radice repullulent, radicitus inuretur oleo de vitriolo, aut aqua forti.

Eſt & aliud macularum genus liuidi coloris aut violacei, faciei præſertim labra occupans, cum tumore molli, laxo, raro, indolente, venis in ambitu velut varicoſis: id tumorum genus pueris exclamantibus, & adultis iraſcentibus ſpiritu flatulento intumeſcit amplius, varioq; tum viſitur colore, Meleagridum criſtæ æmulo, eiulatu & ira exactis reſidit tumor ſibi iam ſimilis. Cæterùm ne his quidem attingendus eſt curationis ergò.

Quæ ſit ratio auellendarum à partu ſecundarum.

B

CAPVT XIIX.

SEcundas crediderim id habuiſſe nominis, quia à fœtu ſecundæ ſunt, altero veluti faſce fœtam mulierem grauantes: nam ſi plures ſint in vtero fœtus ſexu diſtincti, totidem ſeorſim habebuntur ſecundę, quę res obſtetricibus valde notanda venit. Excluſo fœtu nonnunquam *reſtitant in vtero, multis ex cauſis:* vt ab infirmitate fœtæ mulieris, quæ in excludendo fœtu vires propè omnes ſuas conſumpſerit: vel à repente extorto in ceruice vteri, genitalibusq; omnibus tumore, propter longum & difficilem partũ, & aerem frigidum imprudenter admiſſum: ſic enim viarum libertas intercipitur, adeó vt nihil intus foras prodire poſsit: vel quia in vtero intorquentur & reduplicantur, effuſis affatim vnà cum fœtu omnibus aquis, adeò vt in arido & ſicco maneant: vel quia vtero adhuc hærent venarum & arteriarum nexibus, quod ferè fit in his quæ abortiunt. Et quemadmodum poma ex arboribus ſi cruda ſunt vi auelluntur, ſi matura & cocta decidunt: ſic ſecundas immaturo partu vix vis aufert, maturo ipſa facilè maturitas.

A ſecundis retentis multa & difficilia veniunt ſymptomata, vt ſuffocatio hyſterica, & crebra ſyncope elatis in diaphragma cor & cerebrum ex eis putreſcentibus, craſsis vaporum nebulis: itaq; quàm citiſsimè reuellendæ veniunt ab vtero, molli ſi fieri poteſt vmbilici tractu. Quód ſi ſic non licet, collocanda erit mulier quo ſolet locari modo, cùm ipſi fœtus qui naturæ ſponte non prodit, arte extrahendus eſt. Ergo obſtetrix oleo inunctam manum blandè in vterum immittet, ducem ſecuta vmbilicum; ſicq; C comprehenſas ſecundas, ſi adhuc hæreant vtero per cotyledonas leniter hàc & illàc concutiet, vt ſic excuſſas leniter educat, non autem violentius extrahat, ne vnà ſequens vterus procidat: violenta enim attractione vaſorum aliquod, aliquod item ligamentorum neruoſorum, quibus vicinis corporibus adhæret vterus laniari poteſt, vnde ſanguinis è proprijs conceptaculis effuſi corruptio, à corrupto & putrente inflammatio, abſceſſus & gangræna mortifera. Nec leuius eſt à conuulſione ruptis neruoſis corporibus periculum, nec item minus ab vteri procidentia manifeſta. Si qui vnà cum ſecundis in vtero ſubſint ſanguinei thrombi, hos vna eademq; opera obſtetrix reuellet, & ad vltimum minimumq; vſq; per ſequetur. Viſæ ſunt mulieres quæ ſecundas, quas nulla ars reuellere potuerat, putridas & temperie corruptas, fruſtatim per vuluam multis horrendis ſymptomatibus ſuperuenientibus excluſerunt. Promouere etiam licet excernentis naturæ conatus ſternutatorijs, ceruicisq; vteri fotibus aromaticis, iniectionibus remollientibus & lubricantibus: his contrà quæ fœtidum odorem ſpirant naribus admotis, potione ex arthemiſia & baccis lauri in œnomelite exhibita, aut pulueris, ſabinæ ʒ s. vel mulieris capillis vſtis, & in puluiſculum redactis, atq; in potum oblatis, omnibus deniq; menſes mouentibus.

Quæ fætui per os exhibenda ſint, antequam papillæ admoueatur.

CAPVT XIX.

D PRodeſt palatum totumq; pueri os interius theriaca leniter & melle aut ſucco amygdalarum dulciũ ſine igne extracto fricare, & ita agere, vt eiuſmodi rerum deglutiat aliquid: ſic enim multa ab ore proijcitur pituitoſa humiditas, imò & commoto ſtomacho vomitu excluditur. Excrementitijs illis humoribus ſi lac ſuctum admiſceatur, facilè corrumpitur: à corrupto lacte elati ad cerebrum vapores, pernicioſa pueris ſymptomata inferunt. Excrementitia autem multa ventriculo puerorum & inteſtinis contineri ex eo ſcire licet, quód cùm primùm prodierint in lucem, ſæpè antequam lac ſuxerint, vel aliud quicquam ore deglutiuerint, multa variè colorata, citrina, viridia, nigra, infernè excludunt. Itaq; multi ad torminum materias maturè vacuandas non tantùm commemorata exhibent, ſed & ſyrupum laxatiuum ex roſis pallidis. Cęterùm antequam ſerio lactetur infans proderit lac illi è papilla ſæpius in os exprimere, vt ſic ſenſim conſueſcant attrahendo lacti ventriculi fibræ.

Quòd matres fætum nutrire debent. CAP. XX.

OPtandum eſſet vt matres omnes nutricatus officium liberis præſtarent: eſt enim lac maternum fœtui longè familiarius alimentũ, quàm cuiuſuis alterius nutricis, quia illud nihil aliud eſt quàm ſanguis ille in mãmis dealbatus, quo ante in vtero alebatur. Non tamen primis ſtatim à partu diebus puerum puerpera lactare debet, ſed abſolutam expectare lochiorum expurgationem. Interim verò ſugi ſe ab alio pluribúſve alumnis alijs vel etiam virgine abſtemia patietur, quo lac ſenſim ad mammas attrahatur, & ſenſim quoq; depuretur. Primis enim puerperij diebus ex partus labore commotior adhuc

eſt,& perturbatis in corpore humoribus:lac verò quo ipſius tument mammæ longa illic mora,à bonitate naturæ deſciuiſſe videri poteſt, quemadmodum ipſius quodammodo concreti craſsities, calor ad tactum manifeſtus,citrinusq; color abundè teſtatur. Itaq; in eius euacuati locum alter purior ſucceſsiſſe debet, quò infans nutriatur: quinetiam ſi quando poſtea quopiam præter naturam affectu febre, diarrhœa, & ſimili prehendatur, alteri lactandum infantem præbebit, ne nutricis morbi in alumnum tranſeant. Adde quòd matres longè vigilantiores ſunt in liberis ſuis educandis, quàm ſtipendiariæ nutrices, quæ non tàm fœtum, quàm fructum amare ſolent. Quæ matres filios ſuos non nutriunt, hæ integræ matres non ſunt, nec materno plenè officio liberos demerentur, vt dicebat Marcus Aurelius Romanorum Imperator. Quod verò hoc eſt contra naturam imperfectum atq; dimidiatum matris genus? peperiſſe ac ſtatim à ſeſe abieciſſe? aluiſſe in vtero ſanguine ſuo neſcio quid quod non videant, non alere nunc ſuo lacte quod videant iam viuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem? (A) *Gell. lib. 12. cap. 1.*

De Nutricum delectu. CAP. XXI.

PLeriq; mariti tenellis vxoribus ſuis parcendum eſſe volunt: adhiberiq; puero nutrices, nec ad dolores quos in pariendo tulerunt, minus quoq; nutricationis graue & difficile accedere: propterea deligenda nutrix eſt, quæ iam ſecundò aut tertiò pepererit. Nam mammæ quæ plenæ olim fuerunt, & impleri conſueuerunt, venas arteriasq; habent craſsiores, & copioſioris lactis capaciores. In nutrice decem ſunt quæ diligenter veniunt expendenda ætas, habitus corporis, mores, lactis conditio, non mammarum modò, ſed & papillarum forma, tempus à partu, vltimi infantis ſexus, vt grauida non ſit, vt ſana ſit. Quòd *ætatem* ſpectat, non debet eſſe minor viginti quinq; annis, nec maior triginta quinq;: quod enim interiacet tempus, vigoris tempus eſt, temperatum magis, magisq́; ſanum, & excrementitijs humoribus minus abundans. Cæterùm quia corpus haud iam creſcit, ideò ſanguine tum magis abundat. Poſt trigeſimum quintum verò menſtrua plerìſque deſinunt, ex quo intelligere eſt parciore illas alimento frui. (B)

Bene habitam & corpore quadrato nutricem eſſe decet, pectoreq; lato, viuido colore, nec pinguem, nec macram, ſed gracilem, haud molli carne, ſed denſa & ſolida, quò robuſtior ſit, & vigiliarum, laborumq; circa alumnum obeundorum tolerantiſsima, minimè rufa ſit aut lentiginoſa, ſed fuſca: tales certè candidis ſunt calidiores, quò fit vt alimentum in ſanguinem perfectius concoquant, & excrementa digerant melius. Nam Sexti Cheronenſis ſententia, vt terra fuſca fertilior eſt alba: ſic fuſca mulier lacte eſt pinguiore. Inſpici debet diligenter caput, ſi non ſit tinæa, ſeu achoribus germinans, ſi rubiginoſis & carioſis non ſit dentibus, anima olida, cute vlceribus fœda, arthritico aut elephantico minimè genita. *Lib. de inf. nutrit.*

Alacris eſſe debet, diligensq; in puero nitidè & mundè tenendo, caſta, ſobria, hilaris, alũno aſsiduè arridens, circa ipſum aſsiduè cantillans, diſtinctè & articulatè loquatur: hanc enim ſolam habet puer loquẽdi magiſtram. Bene morata ſit, quia nutricum mores vnà cum lacte in natos abeunt. Sic canum catuli quos lupa aut leæna nutrierint, ferociores erunt, contrà leunculi ſæuitiam deponunt, ſi lacte caprillo aut bubulo nutriantur. Agnis ſi capra nutrix adhibeatur, lana videbuntur duriore: contrà capreoli quos ouis educarit, pilo erunt molliore. (C)

Sobria ſit, vel hoc nomine quòd plerę; vino & epulis graues, quos ſibi & papillis inter dormiendum admouerant infantulos ſuffocarunt. Abſtineat à concubitu cum viris, conturbat enim ſanguinem coitus, adeoq; lac ipſum: lactis copiam minuit, quia menſes ciet, viroſam quandam qualitatem lacti conciliat, qualem ſpirare eos ſentimus, qui veneris deſiderio & feruida libidine incaleſcunt. Adde quòd inde non rarò grauidæ recedunt, vnde & lactanti alumno, & concepto fœtui incommodum: illi quidem deterioris alimenti & deprauatæ nutritionis, quia laudabilior ſanguis ſubſiſtit circum locos à conceptu ad nutritionem & incremẽtum fœtus, impurior verò faceſsit in mammas, vnde lac impurius gignitur: huic verò paupertatis alimenti, quia quantum accedit alumno, tantùm decedit fœtui concepto.

Pectore lato eſſe debet, *& mammis* mediocriter tumentibus, non laxis & pendentibus, ſed medię inter molle & durum conſiſtentiæ, tales enim ſanguinem in lac perfectius excoquunt, quia in carne ſolida calor vegetior eſt, & magis coactus. Solidæ denſæq; carnis fidem faciat, non ipſe modo contactus, ſed & venarum tumore & liuore manifeſtarum per mammas, tanquam in multiplices riuos deſcriptio: nam in carne laxa latent, quia ſubſident. Quæ mediocri tumore exaltatæ ſunt mammæ, lactis quantum ſatis eſt alendo fœtui comprehendunt. In durioribus verò & denſioribus, lac velut conſtrictum ſuffocatur. Itaq; à ſugente puello non facilè elicitur: deinde durioris mammæ occurſu naſus eius eliditur, quò fit vt vel faſtidiens ſtatim recedat à mamma, vel ſi pergat naſum apprimere, tandem ſimus euadat. *Papillæ* verò ſi latent intrò contractæ, non facilè compræhendi pueri labellis poterunt: itaq; ſuctus ei erit laborioſus. Si craſsiores ſint totum eius os implebunt: itaq; lingua ad ſuctum & deglutionem vti expeditè non poterit. *Lactis naturam & conditionem* ex quantitate, qualitate, colore, odore & guſtu metimur. Parcius lac præterquam quòd alendo fœtui non ſufficit, inſuper laudabile eſſe nequit: intemperiem enim aliquam, vel corporis totius, vel certè mammarum arguit, præſertim verò feruidam & ſiccam: copioſius verò tandem nutricem ſucco exhaurit, & dum totum nõ conſumitur à puero, concreſcit & coagulatur, corrumpiturq; in mammis: quanquam in hanc partem peccare lac malim, redundanti enim copiæ remedio eſt effuſio, antequam papillæ alumno admoueantur. Quod conſiſtentia medium eſt inter craſſum & tenue, id demum eſt laudabile: fidem enim facit vegetæ & validæ facultatis lac in mammis gignentis. Ergo eius gutta in politum & mundum vnguẽ inſtillata, ſi immoto vngue diffluat, aquoſi lactis ſignum eſt. Si depreſſo & commoto hæreat, coagulati & craſsioris. At ſi immoto vngue perſtet immotum, & depreſſo difluat ſenſim, boni lactis fidem facit. Quod exquiſitè album eſt, id demum eſt optimum: eſt enim lac nihil aliud quàm ſanguis dealbatus. Itaq; ſi alio viſatur colore, ſanguis ex quo fit vitium arguit: vt ſi fuſcum ſit, ſanguinem (D)

A guinem arguit melancholicum. Si flauum bilioſi, ſi liuens & pallidum, pituitoſi, ſi ſubrubrum cruditatis à virtute lac gignente infirma eſt argumentum. Odore debet eſſe ſuaue, blandum & iucundum. Nam ſi velut acrimonia quadam nares feriat, quale ferè eſt lac rufarum mulierum & lentiginoſarum, feruidam & bilioſam naturam arguit: ſi acrore frigidam & melancholicam, guſtu dulce & velut ſaccharatum eſſe debet: amarum enim, ſalſum, acidum aut ſtypticum vitioſum eſt. Hîc ſubit naturæ prouidentiam admirari, quæ ſanguinem quo pueri nutriremur in lac dealbari voluerit. Quod ni ita extitiſſet, quis eſt qui à tam triſti & horrendo ſpectaculo delibuti cruore rictus puerilis oculos & mentem non auertiſſet? quæ mater, quæ nutrix non expauiſſet, ſingulis momentis exanimata, metu ſanguinis toties & tanta copia in fœtus alimoniam effuſi? adde quod duobus victus compendijs butyro & caſeo caruiſſemus. Nec verò niſi quinque aut ſex *à partu exactis diebus* puerum mammis lactandum admouere debet, tùm propter commemoratas antè rationes, tùm quod tantuli temporis quiete ad fractas vires recolligēdas opus habet. Interim curet ſibi à virgunculis abſtemijs lac ſugi, vel ipſa ſibi ſugat factitia papilla, cuius paulò poſt figuram ſubijciemus. *Ab edito in lucem maſculo* nutrix pręferenda eſt. Eius enim lac minus excrementoſum eſt, quia melius excoctum, maſculi concepti calore matris calorem conduplicante. Sed & cùm ex maſculo grauidæ mulieres melius toto grauiditatis tempore habeant, argumento quod melius coloratæ ſunt, & ad omnia obeunda alacriores, nemini dubium eſſe poteſt, quin & ſanguis ipſis laudabilior ſit, proindeq; lac melius: oportet præterea nutricem puerum ſtato & legitimo tempore peperiſſe. Nam ab B interna cauſa abortus, arguit latens aliquod in corpore & humoribus ſubeſſe vitium.

Lac è ſanguine ortum, cur dealbetur.

Cap. 28.

Qua nutrix diæta vti debet, & quo ſitu infantem in cunis collocare.

CAPVT XXII.

DIæta nutrici variè præſcribenda eſt in cibo, potu, ſomno, vigilia, exercitio & quiete, pro varia pueri in habitu & temperie natura. Nam ſi, verbi gratia, puer ſanguine omninò feruidiore ſit, diætam in victus ratione & vitæ inſtituto refrigerantē ſequi nutrix debet. In genere cibabitur cibis euchymis, quantitate & qualitate moderatis, in aere verſabitur puro & libero, ſalſis, ſpeciatis & omnibus acribus, vino, præſertim mero, & virorum concubitu abſtinebit, omnes quidem animi perturbationes, ſed iram maximè vitabit: exercitio vtetur mediocri, ſed brachiorum & partium ſuperiorum potius quàm inferiorum, quò ſanguinis in lac conuertendi maior fiat ad mammas attractio. *In cunis ſic infantem collocabit*, vt caput reliquo corpore ſit altius: quò ſic excrementitij humores à cerebro, in ſubiectos canales deriuentur & excernantur facilius. Sic verò faſcijs inuoluet, vt ceruicis & dorſi, totiusq; ſpinæ æqualis ſit tractus. Quandiu lactatur infans nec dum cibo veſcitur ſolidiore, in dorſum omnino recumbere ipſum eſt ſatius, quàm in alterutrum latus. Eſt enim dorſum tanquam carina in naui, corporis totius baſis & fundamentum, quo propterea facilè & tutò quieſcere poteſt infans. At in latus ſi decumbat, periculum C eſt ne coſtarum oſſa mollia adhuc, nec ſatis ſolida, & laxioribus vinculis nexa, ſub reliqui corporis pondere fatiſcant, & obtorqueantur, ſicq; gibboſus euadat. Cùm verò dentire incipit, & cibo veſci paulò ſolidiore, ſimulq; oſsibus & oſsium compagine ſolideſcere, ſenſim conſueſcere debet decubitui nunc in hoc, nunc in illud latus. Deniq; quo magis ætate & robore creſcet, eo magis & frequentius in latera recumbet, eum verò in locum obuertatur in cunis poſitus, vnde lumen & oppoſito & directo capere poſſit, aliàs periculum eſt ne luſcus fiat. Oculus enim cùm natura ſua perlucidus ſit & luminoſus, lumē ſemper quærit, tenebras verò horret, vt omnia ſibi ſimilibus gaudent, contraria auerſantur. Itaq; niſi è directo lumen infanti affulſerit, anxiè omnem in partem ſe vibrat, oculos caputq; contorquet, quo potiri ipſo poſsit, frequens verò vibratorum oculorum illa contorſio in naturam tandem abit, & habitum contrahit. Ita fit vt vel luſcus euadat infans, ſi in vnam ſolùm partem pertinaciter & diu oculos obtorſerit, vel iiſdem tremulis, aſsiduè nictantibus, & malè ſtabilibus, ſi in multas, varias omnesq; partes circum vicinas. Quæ cauſa eſt cur à magiſtra experientia edoctæ nutrices, in cunis iacentium capiti, *vimineam arcum*, pannis velatum ſubtendere ſoleant, quę incertos & vagos puerilium oculorum motus contineat, ſtabiliat & dirigat. Luſca nutrix puerum niſi tranſuerſim intueri nequit. Inde fit vt puer, quemadmodum reliquo corpore ſic & oculo humidus, mollis, & flexibilis, longa & aſsidua conſuetudine habitum ita inſpiciendi facilè contrahat, quem poſtea mutare & deponere nequeat. Nam deteriora quibus à teneris annis aſſueuimus, pertinaciter hærent, bona facilè mutantur in peius. In luſcorum enim oculis maximè D & frequentiſsimè agunt muſculi illi duo qui oculos ad maiorem, aut minorem canthum adducunt. Hi ergo, illivè in contorſione illa multo vſu roborati, vt proprij officij exercitatio robur auget, antagoniſtas muſculos facilè vincunt, & ſibi obſequi cogunt, atque adeò iiſdem inuitis oculum in hunc aut illum angulum trahunt & conuertunt. Sic pueri ſcæuolæ ſeu læui euadunt, dum otio & inertia dextram manum languere ſinunt, agendi autem continuo vſu & exercitio ſiniſtram roborant, & copioſius in ſe alimentum trahere permittūt. Quòd ſi viri iam facti membriſq; omnibus conformati & confirmati multa cum claudis conſuetudine neſcio quid clauditatis inter ambulandum, vel inuiti & nihil cogitantes mentiri coguntur, adeò vt tandem etiam claudicemus, cur idem in puerulis nō continget, quorum laxa mollisq; ſubſtantia in omnem habitum fluxa eſt & cerea? Cæterum parentum etiam hæreditario vitio vt claudi & gibboſi, ſic & luſci euadunt pueri.

Ad lucē ol uerti debet.

Luſca nutrix puerum luſcum reddit.

Pueri læui vnde fiant.

Quæ ſit ratio parandæ puerulis pulticulæ.

CAP. XXIII.

ALimentum pueris idoneum eſt pulticula, quia humido egent cibo: itemq; eo quod craſsitie lacti reſpondeat, neq; coctu & diſtributu ſit difficile. Has tres conditiones habet pulticula, modò paretur ex frumentacea farina, minimè illa quidem cruda ſed cocta. Reponitur in fictili olla noua, quæ

mox in clibanum immittitur, ibiq; tandiu relinquitur, quoad panis qui vnà immiſſus fuerit coctus extrahatur: ſic cocta minus viſcida eſt & cruda. Qui crudam farinam lacti miſcent, coguntur alterutrum ſubire incommodorum; vt craſſam viſcidamq; farinam pueri ingerant, ſi nempe tantummodò pulticula coquatur ignibus in patella, quantum lacti ſatis eſt: vnde obſtructiones in venis meſaraicis, & hepatis venulis: in inteſtinis tormina & vermes, atq; calculi in renibus: vel lac ingerant portione ſua pingui ſeu butyroſa & ſeroſa caſtratum, ſola remanente terreſtri & caſeoſa, ſi tandiu pulticula elixetur, quandiu farinæ eſt ſatis: tantam enim elixationem lac non requirit, nec certè ferre poteſt quantum farina: quibus ex cruda farina vſurpata nihil accidit damni, hi magnas meritò gratias naturæ agere debent. Quin & Gal. ſolo nutricio lacte pueros nutriri vult, quandiu id abundè nutrici ſupererit ad nutritionem & incrementum. Multi profectò viſuntur pueri, qui ſolo lacte contenti ſunt, & pulticulam reſpuunt, nec niſi trimeſtres admittunt. Si quando ſuppreſſa aluo ſint pueri, parandum illis cataplaſma ex aloes ℥.j. ellebori albi & nigri ſingulorum granis quindecim, omnibus in felle bubulo quod ſatis eſt, incorporatis, & ſuper goſſipium pulticulæ inſtar extenſis, ad palmæ manus amplitudinem, vmbilico imponendum calidè. Sed & eidem huic cataplaſmati vis etiam ineſt vermium necandorum. Contingunt pueris tormina clamoſa, à cruditatibus: his medendum, impoſita ventri lana ſuccida in oleo Chamæmelino calente macerata. Si quando inciſoriorum dentium acumine grandior iam puer nutricis papillam momorderit, vlcus relinquitur curatu contumax, quod ſubinde & à lactante puero, & veſtimentorum aſtrictu refricetur, curatur fotu aquæ aluminoſæ impoſito mox operculo plumbeo, galeri inſtar, facto multis in ſummo foraminibus peruio, quibus tùm lac, tùm collecta vlceris ſanies exudare poſſit, nam & plumbum vlceribus ipſum per ſe remedio eſt. A B

Lib.1. de ſan.tu.

Ad laxandā aluum puerilem.

Ad Tormina puerorum.

Ad Papillæ vlcuſcula ex morſu pueri.

Operculi plumbei nutricis papillæ vlceratæ imponendi figura.



Eiulantes pueri ut placandi.

Quatuor modis licet eiulantes pueros placare, nempe exhibita papilla, agitatione in cunis, cantu, & linteaminum quibus inuoluitur mutatione. *Haud vehementius agitandi* in cunis ſunt ne lac ſuctum violentiore motu corrumpatur, quare neque quauis alia ratione vehementius aut rapidius concutiendi, *non admodum clamore prohibendi* ſunt. Sic enim pectus & pulmones dilatantur amplius, calor natiuus vegetior fit, cerebrum, nares, oculos, & os fuſis lachrymis & pituita expurgatur, *non tamen diutius* illos, aut contentioſius clamare, enteroceles aut epiploceles rupto & laxato peritonæi proceſſu metu.

De ablactandis pueris. CAPVT XXIIII.

Ablactantur nonnulli menſe decimooctauo, alij vigeſimo: ferè omnes ſecundo anno, tū enim dentibus inſtructi ſunt quorum præſentia videtur natura ſolidius, quodam lacte & pulticula alimentum poſcere, quo etiam delectantur, oblatoq; veſcuntur auidius. Itaq; ablactationis certus non eſt terminus. Non enim omnino alius quàm exertorum dentium, latentes autem in gingiuarum velut vagina dentes alijs citius, alijs tardius exeruntur, non enim alium in finem quàm ad mandendum à natura proferuntur, ante proruptos dentes ſi ablactantur pueri, & ſolidiore cibo nutriantur, multis à cruditate morbis obnoxij fiunt Auic. ſententia: quia infirmus adhuc ipſorum ventriculus ea caret ciborum quæ in ore fit mandendo præparatione: qua ne viri quidem citra noxam carere poſſunt. Duobus annis exactis, & dentibus proruptis, ſi vehementius appetat puer ſolidiores cibos, & concupitis cum voluptate & fructu veſcatur, tutò illum iam ablactare poſſimus: credere enim par eſt non illi fruſtra hanc ſuggeri naturæ inſtinctu ſolidiorum ciborum appetentiam. Sine hac, ne ſi cætera quidem adſint, id eſt dentes, & anni, ablactandus venit. Nam quæ ſine appetentia ingeruntur, nequaquam proficere ne viris quidem poſſunt. Iam ſi imbecillis ſit & tenui ac varia valetudine, ablactari non debet. At cum tandem ablactando opportunum aderit tempus, nutrix haud tàm frequenter illum ad papillam admittet, quo ſenſim deſueſcat, tandem amaris oblinetur papilla vt aloe, aqua infuſionis colocynthidis, aut abſinthij, ſynapi, fuligine in aqua diluta & ſimilibus. Cæterum qui pueri capite & toto corpore ſcabioſi ſunt, qui multam ore & naribus pituitam fundunt, qui aluo abundè deijciunt, ſani & validi futuri ſunt. Sic enim demum excrementitijs humoribus repurgantur: qui contrà foris nitent, multorum in corpore morborum materias congerunt, qui ætatis ſucceſſu ſe prodent. Certè eiuſmodi materierum in dorſi ſpinam delapſu multi repente gibboſi aut obſtippi aut repandi facti ſunt. C D

Sani & validi pueri qui: & contra.

Quibus ſignis cognoſcere liceat viuátne an mortuus ſit qui in vtero latet infans. CAP. XXV.

Si nec Medici impoſita manus, nec mater moueri fœtum percipiat: ſi aquæ effluxerint, ſi ſecundinæ prodierint, mortuum eſſe fœtum qui vtero concluditur pronuntiare licet. Eſt enim hoc poſtremum, certiſsimum huius rei ſignum. Nam cùm fœtus in vtero non ſpiret niſi per arteriam vmbilicalem, excepto per arteriarum vteri cotyledonas ſpiritu efficitur neceſſariò ſecundina ab infante diuulſa nullum dehinc aerem, ſpiritu nullum ad infantem commeare. Quare quoties ante excluſum fœtum ſecundinā excluſa fuerit, ſcire licet mortuum ipſum in vtero eſſe. Fœtus mortuus matri ponderoſior eſt, quàm idē antè viuus eſſet, quia ſpiritibus & facultatibus quibus antè regebatur non ſuſtinetur amplius. Sic cernimus mortuos homines, itemq; ieiunos ſeipſis viuis. & moderatè cibatis, eſſe ponderoſiores, cùm in hāc aut illam partem conuertitur fœta vnà & fœtus velut immobile quoddam ſaxum prouoluitur. Acuti dolores ad vmbilicum & genitalia excruciant matrem, cum meiendi & egerendi perpetuo deſiderio: quod

A quod in eius, quod moleſtum quantum eſt & mortuum, excretionem natura tota ſit. Quicquid enim viuum eſt, maximè procul à ſe id quod mortuum eſt amandat, quia illud ab hoc toto differt genere. At ſimilitudo, ſi quid aliud, res conciliat & coniungit. Tactu frigida genitalia ſentiuntur, frigorisq́; ſenſuum percipere ſe in vtero mater queritur, propter extinctum fœtus calorem, quo antè fœtæ calor conduplicabatur: fœtida multa ab vtero manant, imò & matri fœtet anima: crebra ſyncope corripitur: quæ omnia ferè ſub ſecundum aut tertium à mortuo fœtu diem contingunt. Nam citius multo in vtero materno mortuus infans corrumpitur, quàm in libero & perflato aere, quod Galeni ſententia omnia calida & humida calido pariter & humido loco concluſa, ſi præſertim afflatu aeris loci vel denſitate vel anguſtia careant, promptè putreſcant. Ergo ab elatis ſurſum ad cor & cerebrum à cadauere vaporibus, talia manare ſymptomata probabile eſt, facies planè à ſeipſa mutata deſciuit, liuida, horrida, mammę flacceſcunt, venter ſolito tumidior & durior. In omnibus ſi quidem putreſcentibus calor natiuus euaneſcit, in eiusq́; locum ſubitò alter, qui præter naturam eſt, ſuccedit, huius actione putridi & liquati humores mox in vapores & flatus conuertuntur, vapores illi quia plus occupant, replentq́; ſpatij (ſic enim aiunt phyſici ex vna parte aquæ fieri decem aeris) ideo corpus putridum in maiorem molem attollunt. Id animaduertere licet in corporibus, quæ gangrænam concipiunt. Nam & multos acres vapores de ſeipſa effundere, & nihilominus intumeſcere intuemur. His ſignis cùm primum cognouerit fœtum mortuum Chirurgus, hoc curabit, vt matri quàm celerrimè conſulat. Ac ſi quidem nihil Medici potionibus, balneis, ſuffitibus, ſternutatorijs, vomitorijs, litubus expellendo fœtui dicatis profecerint: ad ſequens opus ſe accinget, antè tamen vires fœtæ æſtimabit. Nam ſi ipſas expulſu paruo & debili, exſpiratione parua & rara adeoque frigida, ex facie planè à ſeipſa mutata & cadaueroſa, ex frigidis ſudoribus, ex gelidis extremitatibus, deiectas eſſe ſuſpicatus fuerit, abſtinebit ab opere, imminentem mortem prædixiſſe contentus. Si contra vires validè adhuc ſubſint, confidenter & induſtriè, qua ſequitur arte matrem mortis periculis expediet. *Lib. de Tumor. cap. 2.*

B

De fœtus tum viui tum mortui Chirurgica ab vtero extractione.

CAPVT XXVI.


Prima cura eſſe debet de aere cubiculi temperando, & ad mediocritatem quandam ne frigidior aut feruidior ſit reuocãdo. Inde opportuno ſitu collocanda ægra: nempe in ſponda lecti extrema, tranſuerſim, natibus, ſubiecto puluinari ſolido, elatioribus, media figura ita componenda eſt, vt nec planè ſupina ſit, nec omnino inſidens & erecta Sic enim molliter quieſcet, & ſpiritum facilè ducet, nec tenſa erunt vteri ligamenta vt reſupinatæ tenderentur, calces ad nares ſubadducendi ſunt, illicq́; faſcijs linteis & latis omninoq́; mollibus reuinciendi. Faſcia primum ceruicibus aptabitur, inde per clauiculas decuſſatim ad ſingulos pedes adducetur, illicq́; iterum decuſſabitur, & circum crura femoraq́; diuaricata obuoluetur, tandemq́, ad ceruices vnde primum manauit referetur, adeoq́; ibidem firmiter nectetur, vt ægra ſe commouere nequeat, quo planè modo in calculo à veſica extrahendo diximus. Cæterùm ne vel tandem defatigetur, vel dum extrahitur fœtus, attrahentis Chirurgi manum corpus fœtæ ſequens attractionis vim diſſoluat, hoc curabit Chirurgus vt mulier pedum plantis ſpondæ lecti innitatur validisq́; miniſtris hinc inde cruribus & humeris contineatur. Inde ne aer in vterum ſubeat, & opus honeſtius peragatur, calido & duplici linteamine pudenda eius & femora velabuntur. Tum verò Chirurgus vnguibus reſectis, & annulis, ſi qui digitos cingerent, extractis, nudatis & liberis brachijs manibusq́; multo oleo perunctis, molliter vuluæ alas diducet, & in oſtium vteri, multo ante vnguine illitum & lubricatum, leni & blando motu ſenſim manum inferet, pertentabitq́; ac diſquiret pueri ſitum ac formam, ſolúsne, an cum alio geminus, vel cum mola ſit Dato igitur quod naturaliter in caput pronus ſe ad vteri oſtium offerat, molliter ſurſum verſus repellendus & circumuoluendus erit, veſtigatosq́; pedes ad vteri oſtium adducere oportebit, atque alterutrum foras proferre, & ſupra calcem nodo laxo iniecta latiuſcula inſtita & ſimili qua mulieres capillos redimere ſolent, vincire: ſic vinctum pedem in vterum reſtituere, mox ſimiliter veſtigatum alterum, ab vtero proferre, tumq́; eum qui vinctus eſt vinculo reuocare, ambobusq́; iunctis ſenſim & blandè ab vtero fœtũ extrahere. Chirurgi conatus iuuabunt miniſtri compreſſo matris abdomine, mater verò anhelitum comprimendo, & ore naribusq́; occluſis quàm magna vi poterit ad diaphragma exprimendo, quò validior fiat excretio. Ideò autem velim vinctum pedem in vterum retrudi, ne ſi in vteri oſtio ſtet, manui Chirurgi in vterum ad alterum veſtigandum & proferendum immittendæ, tanquam obex officiat. Cæterùm ſi geminus ſit in vtero fœtus, caueat Chirurgus ne vnius pede prolato alterius pedem prolatum ipſi diſparem coniungat, ſic enim trahendo nihil proficeret, & mater plurimum læderetur: non falletur autem ſi vinculum ſequutus rectà ad pedem vinctum intrò feratur, indeq́; tentando ad eiuſdem fœtus cuius pes vinctus eſt inguina perueniat. Inde enim in oppoſitum & ſocium femur, tandemq́; in crus & pedem qui ſæpè ad dorſum, ſæpè ad ceruices reuolutus latet, certò deducetur. Sic vt dictum eſt, trahendo cum ilibus tenus puerum foràs produxerit, ibi ſubſiſtet, neque enim æquum eſt brachijs ſecundum laterum longitudinem expanſis reliquum opus trahendo perſequi. Alterutro ergo ex his ſic vt dictum eſt expanſo, alterum ſurſum ſecundum colli longitudinem ſupra caput protrudatur, aliàs vteri orificium craſſo illo corporis trunco liberatum, mox vbi trahendo ad ceruices ventum erit, conſtringet ſeſe, naturæ, vnionem vnicè appetentis, ſponte ſicq́; ſtrangulabitur fœtus eliſo gutture, inde niſi vnco ſub mentum in os, aut oculorum orbitam iniecto, non extrahendus. Quòd ſi, quod nõ rarò contingit, in manus ſe proferat infans, non proinde tamen ſibi extractionis exordium inde ſumendum Chirurgus putabit, quantumuis partes illæ in conſpectum ſedent, & facilem educendi fœtus anſam oſtentare videantur: ſic enim capite & ſcapulis reduplicatus prodire neceſſe haberet: quod nec tentatum ſuccedit nec ſine ſumma matris pernicie tentari poteſt. Vocatus ego

C

D

aliquando ad infantis eductionem, quem obſtetrices brachio ſe oſtentante extrahere cùm tentaſſent, A gangrænæ, adeoq; mortis cauſam intulerant, indicaui è veſtigio retrudendum eſſe in vterum quod ſe oſtentabat brachium, & aliter fœtum obuertendum. Sed cùm retrudi non poſſet propter tum genitalium matris, tum brachij fœtus tumorem ingentem, reſcindendum è veſtigio putaui ſectis nouacula muſculis omnibus proximè humerum, ante tamen ſurſum, quàm maximè fieri potuit, carne reducta, vt forcipe dehinc exciſorio amputato oſſe caro relabens, & amputati oſsis teſtulis ſe opponens, impediret ne contactus ſui aſperitate matris genitalia vulneraret: quibus peractis tentando & veſtigando in pedes obuertendum eſſe infantem, & qua antè expoſuimus arte extrahendum curaui. Quòd ſi tantus eius tumor ſit vel natura, vel ex euentu, nempe putredinis quæ ipſi mortuo ſuperuenerit occaſione, vt ad Chirurgi arbitrium obuerti nequeat, neque qua ſe parte obtulerit extrahi, minuendus tumor indeq; extrahendus Id vna eademq; opera ſit fiet. Ad vteri. exempli gratia, dilatatum & hians orificium, quod noſtrates obſtetrices Coronamentum appellant, ſe oſtentet, ſed capite omnino quàm par eſt craſsiore & flatuoſo, eoq; morbi genere deformato, quod Mucrophiſocephalos Græcis dicitur, vncinum Chirurgus ſub mento, vel in os, vel in orbitam oculorum, vel quod citius & expeditius eſt, in occiput defiget. Sic enim aperto cranio concluſo flatui exitum aperiet, & detumeſcente ac ſubſidente capitis tumore, ſenſim infantem trahet, non autem confertim, ne diſrumpatur quod vncino arreptum eſt. Vncinorum figura eſt eiuſmodi. B

Vncinorum extrahendo fœtui mortuo idoneorum deformatio.



C

Quòd ſi thorax ſimili tumoris vitio laboret, vncinos in clauiculas defiget Si venter hydrope vel tympanite teneatur, vncinum vel in notis coſtis, id eſt intercoſtalibus muſculis, vel, ſi præſertim in pedes deſcendat, ad oſſa quæ ſunt ſupra pubem infiget, vel cultello incuruo, hîc appicto, leui manu in vterum demiſſo exciſionem in abdomine puerili molietur, per vulnus interanea omnia amolietur, ſic enim exenterato aquæ vnà effluent. Sed horum omnium nihil aggredietur Chirurgus niſi fœtu mortuo, & fœta in tantum tamq; præſens vitæ periculum adducta, vt euadendi ſpes alia nulla ſit.

Cultelli curui reſcindendo puerili in vtero abdomini idonei effigies.




D

Quòd ſi quo caſu contingat, vt reſectis ſigillatim reliquis fœtus membris, ſolùm caput in vtero reſtet, quod nos aliquando inuiti & dolentes vidimus, tum ſiniſtra manus oleo liliorum vel butyro recenti illita in vterum demittenda eſt, tentandoq;, os inſertis in ipſum digitis veſtigandum: tum dextra, ſecundum ſiniſtræ manus ductum, vncinus ſenſim & quaſi furtim ſubmittendus eſt, in oſq; aut oculum, aut ſub mentum defigendus, ac vbi bene firmatus fuerit, paulatim caput extrahendum, vncini loco licebit vti depictis infra inſtrumentis, quæ ego ex Franciſci Dalechampij Chirurgia huc intuli.
Sunt enim eiuſmodi vt Corpus ſphæricum & globoſum ſuis ramalibus, tanquam digitis, facilè comprehendere poſsint.

Pedes

A *Pedes gryphij, inſtrumenta nempe comprehendendo infantis capiti, ſi quando ſolum in vtero remanſerit, idonea.*



B

Cæterùm non admodum facilè eſt caput cùm ſolum remanſit in vtero comprehendere & auellere. Nam lubrica rotunditate ſua inſtabile huc illuc dilabitur & fluctuat: niſi fortè ventris supernè & ad latera facta compreſsio ipſum coerceat, & coercitum his inſtrumentis comprehendendum præbeat.

Quæ cura mulieri ſtatim atq; pepererit eſt adhibenda.

C
CAPVT XXVII.

MVlieri puerperæ, cui præſertim vi extractus & exectus eſt infans, nihil tam eſt inimicum quàm fri
gus, quare in totum & omni ſtudio à frigore tuenda & munienda eſt. Nam poſt partum inanis &
vacua aerem omnia ſubeuntem facilè admittit, hinc frigeſcit, diſtenditur & intumeſcit vterus, va- *Frigus inimicum puerperis.*
ſorum ipſius orificia occluduntur, vnde lochiorum ſuppreſsio. Hinc veró grauia multa ſymptomata,
nempe hyſterica ſuffocatio, tormina dolorifica, febres, & alia ſæpè funeſta. Id incommodum quæ vita-
re volet, femora decuſſata tenebit, ſic enim præterea quæ diuulſa fuère coeunt & coniunguntur arctius.
Conſtringetur hypogaſtrium faſcia mediocriter lata, quæ ab vtero aerem frigidum arceat, & ſanguinem
tota ipſius ſubſtantia concluſum exprimat. Tum igitur puerperæ expreſſum capi exhibendum, vel inclu
ſum cum croco & ducis dicto puluiſculo, vel panis toſtus in vino aromatite intinctus ad vires reſtauran
das & prohibenda tormina. Extracta ſecundina & adhuc ab vtero calens vteri regioni, hyeme præſer-
tim, imponenda, æſtate veró veruecis recenter iugulati & excoriati pellis ventri toti ac lumborum re-
gioni. Obſerato diligenter conopæo, feneſtriſq; omnibus cubiculi, & ianuis, ne quà aer frigidus ſubire
queat, quieti tradatur. Impoſita pellis veruecina poſt quinq; vel ſex horas eximatur, & ſequenti vnguen
to hypogaſtrium vngatur: ℞. ſpermatis ceti ℥.ij. olei amygdal. dulcium & hyperic. ana ℥.j.s. ſepi hircini
℥.j. olei myrtillor. ℥.j. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat vnguentum quo vngatur bis in die, vmbilico im-
ponatur emplaſtrum de galbano, quod medium zibethæ aut moſchi granis aliquot delibutum ſit, ſic ta-
D men ne ad nares odor ille perueniat. Toti ventri imponatur ſequens tela Gualterina: ℞. ceræ nouæ ℥.
iiij. ſpermatis ceti ℥.j.s. terebinth. venetæ in aqua roſar. lotæ ℥.ij. olei amygdal. dulcium & hypericonis
ana ℥ j. olei maſtichini & myrtini an. ℥.s. axungiæ cerui ℥.j.s. liquefiant ſimul, auferendo ab igne, immer-
ge telam canabinam ad ventris cui applicanda erit magnitudinem. Hæc remedia *ne corrugetur ventris ex-
terna regio* prohibent: ſed inter omnia excellit ſequens remedium: ℞. limacum rubr. ℔ j. florum anthos
quart. iij. conciſa omnia conijciantur in vas figulinum plumbo oblitum, & fideliter obſeratum, demer-
gatur in fimum equinum, ibiq; ſit per quadraginta dies. Inde totum id exprimatur, expreſſusque liquor
in ampulla vitrea bene obſerata aſſeruetur, & per triduum aut quatriduũ ſoli exponatur, illinatur puer-
peræ venter. *Torminibus ſi excrucietur inſigniter*, exhibebitur illi ſequens puluiſculus: ℞. aniſi conditi ʒ.ij.
nucis moſch. cornu cerui vſti an. ʒ.j.s. nucleorum dactyl. ʒ.iij. ligni aloes & cinamomi an. ʒ.ij. fiat puluis
ſubtiliſsimè, capiat ʒ.j. cum vino albo calido, vel ℞. rad. conſolid. maior. ʒ.j.s. nucleorum perſicorum, nu
cis moſch. ana ℈.ij. carab. ℈.s. ambræ griſ. granat. iiij. fiat puluis, capiat ʒ.j. cum vino albo, vel ſi febricitet
cum capi decocto. Applicabuntur genitalibus, ventri & renibus marſupia calida ex auena & milio, fri-
xis in ſartagine cum vini albi tantillo. Quòd ſi extractionis ab vtero violentia, quod contingere poſſe ve
teres prodiderunt, *matris genitalia laniata ſint, adeò vt duo ani & vuluæ foramina in vnum coierint*, tum perinæi
quod laniatum eſt ſutura ſarciendum venis, vulnuſq; de cætero arte tractandum Is caſus matri, etiam in
poſterum infelix eſſe ſolet, nam ipſi parturienti, genitalia, quod fœtui ſit ſatis ad exitum, pateſcere & di-


duci nequeunt, propter obductam cicatricem. Itaque neceſſe habet Chirurgus eius primam oram nouacula diuidere, tum totam dilaniare, aliàs nunquam paritura eſt mulier quantumuis parturiat & enitatur. Id curationis genus in duabus Lutetianis mulieribus vſurpatum à me memini. A

Quæ cura puerperæ mammis adhibenda ſit.

CAPVT XXIIX.

S*I lac maiore ad mammas impetu & copia affluat*, & nutricatus officio puerpera fungi nolit, inungendæ ipſæ ſunt litu ſequenti, ad ipſum repellendum & per vterum deturbandum: ℞. olei roſ. & myrtini ana ℥ iij. aceti roſ. ℥.j. incorporentur ſimul, & quater in die illinantur mammæ, moxque à litu aſpergantur puluere myrtillorum, poſtea imponatur emplaſtrum ſequens: ℞. puluer. maſtichini, nucis moſchatæ, ana ʒ.ij. nucis cupreſsi ʒ.iij. myrt. balauſt. ana ʒ.j.s. ireos florentiæ ℥.s. olei myrtini ℥.iij. terebinthinæ venetæ ℥.ij. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle. Creditur in berula, creſſone, & buxi folijs in vrina & aceto elixis, efficaciſsimum eſſe ad lac è mammis fugandum præſidium. Alij lutum accipiunt quod in fundo vaſculi eorum qui gladios acuunt ſubſidet, cum oleo roſato miſcent, & tepidum mammis imponunt: ſedare dolorem, compeſcere inflammationem, breuique lac è mammis depellere creditur. Idem præſtare perhibetur hederæ terreſtris, vincæ peruincæ, ſaluiæ, roſarum rubr. & aluminis rochæ decoctum in oxicrato paratum, & fotus forma vſurpatum, eaſdem vires habent fæx vini rubelli cum aceto mammis impoſita: aqua deſtillata ex ſtrobilis immaturis & impoſita, inſuccatis ex ea B
linteis pannis: vel cicuta cum cucurbitulæ folijs recentibus trita & admota. Vſu probatum eſt quod ſequitur remedium. Saluiæ, apij, rutæ, chærefolij folia minutim conciſa cum oxyrrhodino incorporant, & conflatum inde medicamentum mammis tepidum imponunt, ter in die, priore abiecto, aliud ſimile ſubſtituunt. Interim cucurbitulæ internæ femorum & inguinum parti ſupraq; vmbilicum affigentur. His enim vis ineſt lactis è mammis in vterum reuocandi & attrahendi per venas quibus vterus cum mammis communicat. Sed & puerpera ſibi vel virgines, vel catulos admouebit, qui lac tenacius mammis, impactum ſuctu exhaurient, in quorum inopia hoc commenti ſumus inſtrumentum vitreum, cuius oſculo ampliore papillæ affixo, altero anguſtiore & fiſtulato ori indito, poterit ipſa ſibi ſugendo lactantis officium præſtare.

Guttuli, & tanquam factitiæ ex vitro papillæ deformatio.



C

Eius factitiæ papillæ loco, ampulla vitrea ante calefacta & oſculo ſuo mammæ affixa, calore & fuga vacui lac foràs in fundum ſuum quodam velut ſuctu pellicit: Expurgatis vt decet lochijs, quod ferè fit viginti à partu dierum ſpatio, ſi puerpera neque febricitet, neque alio quouis ſymptomate prohibeatur, in balneum deſcendet, paratum ex decocto maioranæ, menthæ, ſaluiæ, roriſmarini, arthemiſiæ, agrimoniæ, pulegij, florum chamæmeli, meliloti & anethi, in aqua fluuiatili aut fontana puriſsima. Sequenti die ſimile aliud balneum parabitur, cui addentur ſequentia: ℞. farinæ fabarum & auenæ ana ℔.iij. farinæ orobi, lupinorum, & gland. ana ℔.j. aluminis rochæ ℥.iiij ſalis comm. ℔.ij. gallarum nucum cupreſsi ana D
℥.iij. roſarum rubr. M.vj. caryophyll. nucis moſchatæ, ana ʒ.iij. bulliant omnia in aqua comm. fiat ſaccus in panno lineo, conijciatur in balneum, in quo frequenter extinctum ſit ferrum candens, in eo reſideat puerpera pro arbitrio ſuo, egreſſa è balneo, tradatur lecto calidè, ſumatque vel citri corticem conditi, vel panem toſtum in vino aromatite intinctum, ſudetque, ſi fortè emergat ſudor illic ſuo arbitratu. Poſtera luce fotus adſtringentes genitalibus admoueantur hoc modo: ℞. gall. nucum cupreſſi, corticum granat. ana ℥.j. roſarum rubr. M j. maioranæ, thymi, ana M.s. aluminis rochæ & ſalis comm. ana ʒ.ij. bulliant vino auſtero, fiat decoctio pro fotu ad vſum dictum. Qui ſequitur ſtillatitius liquor valdè nobilis & efficax eſt *ad mammas, parteſq; alias quaſvis laxiores conſtringendas & coercendas*: ℞. caryophyll. nucis moſch. nucum cupreſsi ana ℥.j.s. maſtich. ℥.ij. aluminis rochæ ℥.j.s. glandium & corticis querni ana ℔.s. roſarum rubr. M.j. corticum granat. ℥.ij. terræ ſigillatæ ℥.j. cornu cerui vſti ℥.s. myrtillor. ſanguinis draconis ana ℥.j. boli armeni ℥.ij. ireos florentinæ ℥ j. ſumach. berber. Hypuris ana M.s. conquaſſentur omnia & macerentur ſpatio duorum dierum in ℔.j.s. aquæ roſarum ℔.ij. prunorum ſyluestr. meſpilorum pomorum quernorum, & ℔.s. aquæ fabrorum, aceti denique fortiſsimi ℥.iiij poſtea fiat deſtillatio lento igne, & ſeruetur vſui ſtillatitius liquor quo foueantur partes bis in die, & à fotu relinquantur panni lanei denſi, aut ſtuppæ lineæ inſuccatæ & expreſſæ ſupra eas. His peractis in mariti complexus puerpera redire poterit.

Balneum lochijs purgatæ puerperæ conueniẽs.

A *Quæ ſint difficilis & laborioſi partus cauſæ.*

CAPVT XXIX.

A Fœta id, à fœtu aliâs vitium pendet. *A fœta* quidem ſi pinguior ſit & abdominoſa, aut macrior, aut iunior, vt quæ Sauanarolæ viſa eſt nono ætatis anno grauida, aut inexperta, aut annoſior, aut debilior, vel natura, vel ex euentu: his nempe qui paulò ante partum præceſſerunt morbis, hæmorrhagia ingenti quæ ſub ipſum enixus tempus inciderit. Sed & qui enixus ante maturi fœtus tempus venit, partum facit difficilem, crudo nempe adhuc fructu, nec exceſſu facili. Anguſtius etiam vteri orificium & collum, vel à prima conformatione, vel poſtea caſu aliquo, vt vlcere cicatrice obducto: aut durius & calloſius ob ipſius laniatum qui præcedentis difficilis partus vitio contigerit, vel obſtetricum nimium ruſtica & rudi manu, liberam vteri dilatationem impedit ad partum facilè & feliciter excludendum neceſſariam, adeò vt niſi in ipſo pariendi articulo obducta cicatrix ferro reſcindatur, fœtus & fœta in vitæ diſcrimen veniant. Prohibentur nonnunquam parturientes pudore & præſentis alicuius viri reuerentia, vel mulieris alicuius quam odio habeát, horrore parere, & magno enixu fœtum excludere. Si quàm par eſt citius ab vtero ſecundina diuulſa fuerit, ingenti hæmorrhagia citata cruore vterum complet, quò fit vt vteri facultas excretrix, expeditè quod ſui muneris eſt agere nequeat: haud aliter quàm veſica vrina nimium plena & diſtenta contingit iſchuria. Multo verò magis vterus impeditur, & pariẽdi facilitas retardatur, ſi vnà cum obſtruente ſecundina, vel mola, vel aliud contra naturam corpus ſubſit in vtero.
B Animaduerti ego aliquando mulierum duarum quas mortuo in vtero fœtu expedieueram, ſecundinas plenas & diſtentas arena, ei ſimili quæ in fluminum ripis conſpicitur, adeò vt ſua vtriuſque arena libram vnam penderet. *A fœtu* verò difficilis & laborioſi partus vitium eſt, ſi craſsior ſit, ſi tranſuerſus veniat, ſi auerſus & in nates, ſi in manus ſimul & pedes, ſi mortuus & ex corruptione tumidior: ſi monſtroſus, vt ſi biceps, ſi geminus: ſi multiplex, vt ſeptemplex, quemadmodum viſum ſibi narrat Albucaſis, ſi addita mola, ſi infirmior, ſi poſt effuſas aquas haud ſe ſtatim concuſſerit ad exitum & obtulerit. *Fit tamen aliquando vt neque in fœta, neque in fœtu mali cauſa ſit, ſed* in aere qui frigidior genitalia conſtringit, nec laxari patitur: calidior autem ignauia fœtam exoluit, reſolutis ſpiritibus in quibus omne robur: aut etiam in obſtetrice ignara & inexperta, quæ matris & infantis conatus non arte regit, non adiuuat. *Facilis partus eſſe ſolet* ſi ſtato & legitimo ſit pariendi tempore, ſi ſtatim poſt effuſas aquas fœtus alacriter & in caput ſe offerat, matre pariter alacri & vegeta. *Quæ difficulter parere ſolent,* ſub ipſum partus tempus in ſemicupium demergendæ ſunt, paratum ex decocto radicum & ſeminum remollientium, oblinendæ genitalibus, vtero præſertim & ceruice, vnguine multo, expedienda fæcum eluuie oneroſa inteſtina, inde excretrix facultas ſollicitanda acriore clyſtere, vt vnà concurrentibus partus tumoribus facilior ſequatur fœtus excluſio. Cæterùm collocandam parturientem ſuaſerim potius in reclinatoria *ſella* perforata, quàm in lecto, quò oſſibus quæ diduci in partu debent, minor ſit ad ſe dilatandum opportunitas.

C *Quæ ſint abortionis cauſæ.* CAP. XXX.

A Liud abortio, aliud effluxio eſt. Abortionem vocant fœtus iam formati & vitalis præcipitatam ante maturitatis tempus excluſionem: effluxionem verò ſeminum commixtorũ, & iam per aliquot dies coagulatorum dilapſum, membranarum & cõcreti ſanguinis ac informis carnis quadam ſpecie, obſtetrices noſtratus Falſum germem appellant. Ingentium mulieribus dolorum & torminum acerbiſsimorum effluxio hæc cauſa eſt: ſuperſtitem relinquens corporis infirmitatem longè maiorem quàm à vero & maturo partu. Abortionis, à qua Abortiuus fœtus nominatur, multæ ſunt cauſæ, vt diarrhœa ingens, ſtranguria cum ardore & inflammatione coniuncta, tormina acuta, valida & continua tuſsis, vomitus effrenis, labor improbus ex curſu, ſaltu, choreis, lapſu ab alto, grauioris oneris ſublatione, geſtatione ex equo ſuccuſſatorio, ex curru, ex frequentiore & ardẽtiore cum viris coitu, ex graui ad ventrem ictu. Inordinati enim omnes eiuſmodi & vehemẽtiores rapidioresq́; motus vteri ligamenta diſſoluunt. Abortum etiam faciunt quæcunq; maternam aluum ſubiectumq́; huic vterum comprimunt, cuiuſmodi ſunt aſſulæ illæ ligneæ, eburneæ, aut balenaceæ quas mulierculæ veſtibus ad ſternum & pubem ſubijciunt, ad corpuſculi venuſtatem quò iunceæ appareant. His enim & ſimilibus iuſtum & debitum incrementum capeſſere prohibetur fœtus, adeò vt ante legitimum tempus prodire velut per expreſſionem cogatur. Tonitru, bombardarum bellicarum fragor, nolarum vehemẽs ſonus abortire mulieres cogunt,
D iuniores præſertim quarum corpus mollius, laxius, & rarius eſt quàm grandiorum. Idem faciunt longa & arcta ieiunia, hæmorrhagia, cùm præſertim fœtus grãdior eſt: nam ſi bimeſtris tantùm ſit, non par ſubeſt periculum, quod tum haud multo egeat alimento, chronicus quoque matris morbus qui ſanguinem abſumit, fœtum ante tempus alimenti copia deſtitutum egredi cogit. Sed & plethora ex ciborum ingeſtorum copia maiore, quia vires & fœtum degrauat & opprimit, abortum ſæpe facit: quemadmodum & cacochymorum ciborum vſus ex pica & malacia. Balnea verò quia vteri ligamenta relaxant, & æſtuaria quia feruido & ſuffocante aere hauſto ad frigidam auram foris captandam fœtum incitant, abortionis ſæpe cauſas intulêre. Quæcunque mulieres mediocriter corpora habentes, ſecundo aut tertio menſe ſine cauſa manifeſta abortiunt, ijs acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur, rapidæ quoque, vehementes, & continuæ animi perturbationes ſeu ex ira, ſeu ex metu, quia turbas magnas in corpore cient, inter abortus cauſas cenſentur. Quæ corrupturæ ſunt fœtus ſeu aborſuræ, ijs mammæ extenuantur: itaque mulieri vtero gerenti, ſi mammæ repẽte graciles fiant, futuri abortus ſignum eſt. Mammarum enim talis ſubſidentia contingit, reuocata à mammis per venas & arterias communes in vterum lactis materia alimenti fœtui neceſſarij inopia. Hanc inopiam diutius non ferens fœtus extrà quærit quod intus deficit, inter enim cauſas quæ fœtum ad exitum ſollicitant, frequentes illæ paſsim habentur apud Hippocratem, copioſioris aeris & alimenti neceſsitas. Ergo mu-

5. Aphor. 45.
5. Aphor. 37 & 53.
5. Aphor. 38.

lieri vtero gerenti ſi altera mammarum gracilis fiat, geminos habenti alterum abortit: & ſiquidem dextra mamma gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam. In abortu quàm in legitimo partu longè grauius afficiuntur & torquentur mulieres, quia quicquid contra naturam eſt, moleſtum & oneroſum eſſe ſolet ſæpe & periculoſum. Si quis *in primo partu error* commiſſus ſit, is ferè & in reliquos ſubſequentes manare ſolet. Itaq; erroris illius conſulto Medico exquirendæ cauſæ, iiſdemque ex ſententia occurrendum. Certè quod ſequitur emplaſtrum renibus impoſitum *vterum firmat, & fœtum continet.* A

℞. ladani ʒ ij. galangæ ℥.j. nucis moſchatæ, nucis cupreſsi, boli armeni, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis, balauſt. ana ʒ.s. acaciæ, pſidiorum, hypocyſtis ana ℥.j. maſtich. myrrhæ ana ʒ.ij. gummi arabici ʒ.j. terebint. venetæ ʒ ij. picis naualis ℥.j.s. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem, extendatur ſuper alutam ad vſum. Si parti *pruritus* ſuperueniat eximetur emplaſtrum & eius loco vnguentum roſatum aut refrigerans Galeni, vel quod ſequitur imponetur.

Fœtus qui diutius geſtentur vtero.

℞. olei mirthini, cydonior. & maſtich. ana ℥.j. hypocyſt. acaciæ, boli armeni, ſanguinis dracon. an. ʒ.j. ſantali citrini ℥.s. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum, ſecundum artem. Sunt mulieres quæ decem totos & vndecim menſes fœtum geſtant in vtero, eiuſmodi fœtus ex multo & copioſo mole, viribusque & ſemine conformationem habuerunt: vnde & ipſi maiores, craſsiores, validioresque exiſtunt, quo fit vt ad plenam ſui abſolutionem perfectionemque plus temporis requirant, nam ne in fructibus quidem craſſorum tam cita eſt & velox quàm tenuiorum maturatio. At fœtus tenuiores citius, ſeptimo nempe aut nono menſe ad maturitatem perueniunt. Si cætera in magnitudine & mole corporea paria ſint, ferè ſit vt fœtus fœmina niſi confecto aut certè affecto nono menſe non prodeat in lucem. Mas verò inſiti caloris maturitatem prouidentis occaſione ſub eiuſdem menſis initium. In calido præterea vtero citius maturatur & perficitur fœtus, tardius verò in frigido, eſt enim caloris maturare. B

Quibus artibus fœtum in vtero matre mortua iuuare liceat.
CAPVT XXXI.

SI in parturiente muliere lethalia omnia appareant, præſto adeſſe debebit Chirurgus, qui ipſam ſtatim atq; animam exhalarit aperto vtero diſſecet: quo ſaluum & incolumem ſeruare fœtum liceat. neque enim ad eam rem ſufficere putandum eſt, ſi matri mortuæ os apertum, ſi hiantia genitalia qualicet arte contineantur, non enim niſi per vmbilicalis arteriæ dilatationes & contractiones infans materna aluo concluſus, & membranis inuolutus ſpiritum ducere poteſt. At matris mortuæ pulmones haud iam ſuo funguntur munere. Non igitur aerem ambientem per os & aſperam arteriam in ſuam ſubſtantiam & arteriolas per corpus ſuum ſparſas allicere queunt: quare neque ipſum per venalem arteriam in cor tranſmittere. Cordi ſi deficiat aer, deficit quoque & Aortæ ſeu magnæ arteriæ, quæ à corde ipſum haurire ſolet: deficit & vteri arterijs, quæ magnæ illius canaliculi ſunt, in quos hauſtus à corde aer deriuatur, & influit in minores has omnium corporis partium adeoque vteri arterias. Quare & ſecundinæ cotyledonibus, & vmbilicali fœtus arteriæ, & arterijs eiuſdem iliacis, ipſiusque tandem cordi & corpori toti deficiat neceſſe eſt. Hac enim ductuum continuatione è pulmonibus maternis hauſtus aer in fœtum dimanare ſolet. Quia igitur mors motuum omnium matri ceſſationem infert, tutius eſt ipſam ſtatim atque expirarit incidere. *Inciſione verò* initium à xyphoide cartilagine ducendum, cute muſculis & peritonæo in ſcuti formam exciſis, illæſis tamen inteſtinis: tum elatus ſurſum vterus incidendus, ne imprudentius adacta nouacula violetur fœtus. Hunc ſæpe immotum intueberis ac tanquam mortuum. Non quidem quod verè mortuus ſit, ſed quòd matre mortua ſpirituum affluxu deſtitutus, imbecillitatem magnam contraxerit: quanquam *verè mortuus ſit nec ne cognoſces* tractato vmbilico, ex arteriæ pulſu illis exiſtentis, adde quòd mox poſtquam aerem hauſerit, & eius tanquam appulſu recreatus fuerit, membra ſingula ac totum denique corpus motitabit. In tanta virium fœtus infirmitate haud equidem ab ipſo ſecundas, diſſecto vmbilico diuelles, ſed potius aluinæ toti, eius regioni impones, vt extremus ſi quis caloris ſpirituumque halitus ſuperſit, eo velut fomento excitari & foueri poſsit. Cæterùm non poſſum ſatis mirari eos qui ſibi viſas mulieres affirmant, quibus non ſemel nouacula abdomen cum ſubiecto vtero reſciſſum ſit ad fœtum, nunquam alioqui proditurum, extrahendum. Id enim ſalua matre fieri poſſe mihi perſuadere nunquam potui propter neceſſariam vulneris in epigaſtrij muſculis, vterique ſubſtantia magnitudinem: grauidæ enim & parturienti mulieri cùm vterus multo ſanguine, vndique diſtentis vaſis turgeat, ingentem inde hæmorrhagiam, prorſumque lethalem conſequi neceſſum foret. Deinde conſolidato vteri vulnere, haud permiſſura eſt obducta cicatrix ipſum denuo ad nouæ prolis geſtationem dilatari. His alijsque ex cauſis id curationis genus, quod periculi & deſperationis plenum eſt, minimè vſurpandum cenſeo. C D

De ſuperfœtatione. CAP. XXXII.

SI duos pluresve fœtus vtero geſtet mulier, eosque ſuis ſingulos ſecundis inuolutos & diſcluſos, ea fit quæ Superfœtatio dici ſolet. At qui iiſdem ſecundis inuoluuntur, vno eodemque concubitu ex multo & copioſo ſemine concepti creduntur, nullo nec concipiendi, nec pariendi dierum interiecto numero, vt cum ſtatim à paſtu ventriculus bene & ſecundum naturam habens, ſic circum cibos contrahitur, vt ipſos, quamuis pauci ſint, geminis velut manibus vndique comprehendat, adeo vt neque in hanc, neque in illam partem fluctuare queant, quo concoquere & in chylum vertere ipſos poſsit: ſic vterus circum duo ſemina ſimul atque in ipſius capacitatem effuſa fuerint, ad conceptionem cogitur: & ita cogitur vt ſuis vndique lateribus conſtricta ipſa in vnum confundat, neque eorum vnam portionem in hoc, aliam in illud vteri latus & regionem deerrare permittat, adeò vt vno concubitu ex eodem ſemine plures edi fœtus nequeant, ſuis quique ſecundis diſcreti. Adde quòd nullæ ſint eiuſmodi in mulierum vtero cellæ, quales in brutorum vteris eſſe memorantur: quæ ob id plures vno conceptu

A ceptu & partu fœtus edere ſolent. Iam verò ſi qua ſui regione vterus muliebris ſe exceptis ſeminibus ad conceptionem non appreſſerit & proximè admouerit, aerem ipſa contineri, ne quid in rerum natura vacui detur, neceſſe fuerit, ab eoque mox ſemina illa alterari & corrumpi. Ergo plurium fœtuum ſecundis diſcretorum, id eſt minimè gemellorum, generatio eſt eiuſmodi. Mulier ſi ex hodierno cum viro concubitu conceperit, ſed ipſis aliquot mox à conceptu diebus vteri orificium exactò non claudatur, imo etiam dehiſcat nonnihil, ſi tum illa rurſum cum viro coierit, & ita coeat vt ab vtroque ſeminis fœcundi in vterum fiat effuſio, noua ſequetur conceptio, ſeu ſuperfœtatio. Eſt enim ſuperfœtatio nihil aliud quàm ſecunda quædam conceptio, cùm ſcilicet grauida iam mulier iterum viri concubitu vſa concipit, Hippocratis ſententia. Cur verò poſt primam conceptionem vterus, qui conniuebat, reſeretur & dehiſcat, multiplex cauſa profertur. *Lib. de Superfœt.* Sunt enim qui putent vterum poſt conceptionem certis temporum interuallis aperiri, vt excrementitijs quibuſdam materiebus quæ in ipſo congeri ſolent, exitus pateat: itaque grauidam quæ tum in viri amplexus venerit, concipere. Alij aiunt vterum vel ex ſeſe & natura ſua ſeminis & veneris auidiorem, vel iucunda quæ à viro fit titillatione, pręferuida libidine efferatum & incitatum, denuò dehiſcere ad ſeminis virilis exceptionem. Sic enim nec admodum rarò ventriculi orificium à paſtu clauſum mox reſeratur, oblatis nouis cibis: quanquam non quibuſuis, ſed delicatioribus, &

B velut cupedijs, nec quibuſuis hominibus, ſed edacioribus. Dehiſcere autem ſic vterus certis temporum interuallis pluries poteſt, inde multiplex naſci ſoboles, cuius vt concipiendi ſic & pariendi tempus ſit varium. Nam vt ſcribit Plinius, vbi paululum temporis inter duos conceptus interceſsit, vterque perfertur, vt in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit: & in ea quæ gemino partu alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit. *Lib. 7. cap. 11. Ariſt. lib. 7. de hiſt. anim. c. 4.* Item in Proconneſia ancilla, quæ eiuſdem diei coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius: & in alia quæ vnum iuſto partu, quinque menſium alterum edidit. Rurſus in alia quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſequutis menſibus geminos enixa eſt. Superfœtationis id etiam argumentum eſt, quòd quot ſunt in vtero fœtus (niſi forte gemini ſint eiuſdem ſexus) tot erunt ſecundæ, quemadmodum mihi ſæpè videre contigit: veriſimile verò eſt, quòd ſi eodem conciperentur temporis articulo, vna etiam eſſet qua inuoluerentur ſecundina. Cæterùm numeroſior, quàm duorum fœtuum in muliere ſoboles monſtroſa ex eo videri poſsit, quòd duæ tantùm mammæ ſint à natura mulieri tributæ: quanquam numeroſæ ſobolis exempla referemus poſtea.

De Mola. CAPVT XXXIII.

MOlæ nomen à Myle Græco nomine, quod piſtrinariam molam notat, detortum eſt. Nam piſtrinariæ molæ mola ſimilis eſt tum figura circulari, tum dura & denſa conſiſtentia: qua eadem ratione rotula Gena vulgò dicta, Græcis Latinisq; Mola, & Myle etiam dicta eſt. Eſt igitur de qua hîc agimus mola, nihil aliud quàm falſa quædam imprægnatio carnis informis, rotundæ ac duræ vtero con-

C ceptæ, tanquam rudis, indigeſtæ minimeq; in membra dearticulatæ, ac diſtinctæ molis; à ſemine corrupto, morboſo aut imbecillo, & menſium affluxu immodico, quemadmodum eſt ab Hippocrate definitum. *Lib. de Steril.* Hæc nulla ſecundina, ſed propria tantùm membrana inuoluitur. Sunt qui putent ex muliebris ſeminis, & ſanguinis menſtrui concurſu citra ſeminis virilis commercium, molam conflari. At Gal. ſententia: *Lib. 4. de vſu part. cap. 7.* Non vt Gallinæ ſine maribus oua pariunt, ita mulierem aliquis aliquando vidit ſine viro, vel molam, vel eiuſmodi aliud quippiam concepiſſe: nam à ſemine virili cauſa tantùm & principium motionis exiſtit, à muliebri verò generationis tantùm materia ſubminiſtratur. In eadem ſentẽtia eſt Auic. qui molam fieri putat, ex ſeminis virilis infœcundi cum ſemine muliebri confluxu, dum illud, hoc ipſo quod infœcundum eſt, muliebre ſemen & menſtrualem materiam tanquam fermentum, mazam, aut coagulum caſeum attollere in ampliorem molem poteſt, minimè verò conformare. Quæ eadem Fernelij ex Hippocr. & Auic. placitis ſententia exiſtit. Faciunt etiam ad molæ generationem immodica menſium copia, quæ virile ſemen iam infœcundum & imbecillius obruit, & ab incepto conformationis opere victum deſiſtere cogit. Non enim vt verminibus, ſic molæ à ſimplici calore in viſcidum & craſſum humorem agente generationem eſſe, ſed ab vtroque ſemine prolifici quodammodo ſpiritus efficientia, ex membranis intelligere licet, quibus mola inuoluitur, ex ligamentis quibus nonnunquam vero fœtui per ſuperfœtationem genito colligatur: denique ex incremento & graui quodam atque inerti motu: ad molæ generationem niſi neceſſarium eſſe ſeminis virilis cõfluxum omnibus perſuaſum fuerit, non inualidum ſanè, non

D exiguum fuerit mulieribus ad proſtitui pudoris prætexendum dedecus argumentum & velum.

Quibus ſignis molæ geſtationem à veri fœtus geſtatione liceat diſtinguere. CAPVT XXXIIII.

IN mola vtero concluſa eadem ferè quæ in vero fœtu concepto apparent. Molæ tamen ſigna magis propria hæc ſunt: dolor ab initio pungens ventrem ferit, tanquam à cholica paſſione, venter celerius quam ex vero fœtu intumeſcit, maioreq; cum duritate tenditur, difficilius geſtatur, vt quæ contra naturam ſit, & animæ animalitatisque expers. Statim ab initio intumeſcunt mammæ, ſed mox ſubſident & flacceſcunt, fruſtrà enim lac eò natura tranſmitteret nullo exiſtente in vtero fœtu & alumno. Ante tertiũ menſem mouetur mola, quanquam obſcurè, fœtus verò nequaquam. Cæterùm motus ille molæ non eſt ab anima intelligente, ſed ab vteri facultate, & ſpiritu ſeminali per molæ ſubſtantiam diffuſo: nutritur enim tantùm & creſcit plantarum more mola, non ab anima extrinſecus è cœlo adueniente, vt fœtus. Cæterùm qui ſuo & legitimo tempore fœtui aduenit motus, longè differt à motu molæ, fœtus enim dextrorſum & ſiniſtrorſum in omnemq; partem blandè & leniter mouetur, mola autem grauitate figitur, atque impetu quodam prouoluitur in quodcunq; latus mulier incumbat, globi inſtar. Mulier molá in vtero geſtans indies macreſcit, artubus quidem omnibus, ſed pręſertim cruribus, quanquam eadem illi ſub veſperũ intumeſcũt, adeò vt ad inceſſum euadat tardior, calore natiuo partes à corde remotiores paula-


tim deſtituente, ſed & aluus ipſi, reſtitante circum locos menſtruali materia, nec molæ in nutritionem A
abſumpta, tanquam ab hydrope tumet, niſi quòd & durior eſt, & pulſata digitis non tumuit. Vmbilicus
non prominet vt ſæpè ex vero & legitimo fœtu concepto, nec vnquam menſes profluunt, vt non rarò in
vera grauiditate: ſed non rarò ingentes fluores ſuperueniunt, qui ventris pondus non mediocriter im-
portuno faſce leuant. Mola plerique leuiter adhæreſcens tertio quartove menſe excidit, nondum ad iu-
ſtam magnitudinem perducta: nonnunquam verò hæret vteri parietibus, àcetabulisque firmiſsimè, vt
hanc aliquæ quatuor quinquève annos, interdum & totam vitam vtero geſtarint.

Hiſtoria molæ 17. annos geſtatæ.

Molam totos ſeptemdecim annos vtero circumtulit vxor Guillelmi Rogerij vaſorum ſtanneorum
figuli, in S. Victoris vico, quam quinquagenariam & mortuam cum diſſecuiſſem, vteri corpus comperi
ferè ſolutum, & nequaquam his quibus ſolet vinculis adſtrictum, tantùm ceruice ſua vinctum, & præ-
terea proximo omento ſubhærentem, vnico teſticulo dextro præditum, eoq; latiore & laxiore. Cornua
nequaquam niſi fortè parte illa conſpicua erant: vaſa ſola ceruice admittebat, eaque manifeſta & tumen-
tia: caput humanum amplum totus æquabat. Hunc à reliquo cadauere reuulſum in ædes meas detuli, vt
per otium quid concluſum totos iam ſeptemdecim annos contineret, oculis, manibus & mente conſe-
querer, aduocatis primarijs in arte Medicis, Maſilæo, Alexio, Vigoreo, à Sancto-ponte, Feureo, Broèto,
Violaneo, Grealmo, Rauinio, Mareſcotio, Miloto, Altino, Riolano, Luſſonio: Chirurgis verò Bruno,
Cointerello, Guillemeau. Talibus igitur & tot viris præſentibus vterum diſſecui, reperique toto corpo-
re ſuo, propriaq; tunica (altera quæ ipſi à peritonæo adeſt integra & ſana) ſcirrhoſum, durumq; adeò vt B
in ipſum ferri validis viribus adacti acumè vix ſubire poſſet: trium digitorum ſpiſſitudinem eius corpus
habebat. In media capacitate carnea moles inuenta eſt, manus ambas in pugnum contractas craſsitie æ-
quans, mammæ vaccinæ ſimilis, vteri parietibus niſi certis locis adhærens, denſa valde & inæquali gru-
moſaq; ſubſtantia, corporibus multis qualia in atheromatibus reperiri ſolent, cartilaginibus præterea &
tanquam oſſibus conſperſa. Vnà omnium ſententia fuit, eiuſmodi molem initio molam fuiſſe, quæ tem-
poris ſucceſſu in ſcirrhoſum corpus vnà cum vteri propria ſubſtantia degeneraſſet. In media inſuper v-
teri ceruice tumorem notauimus craſsitie & rotunditate meleagridis ouo ſimilem, ſubſtantia durum,
cartilaginoſum & oſſeum, totam ceruicem occupans, præſertim verò vteri interius orificium, quod Gal-
lorum vulgus Coronamentum nominat, adeò vt hàc nihil in vterum ingredi aut egredi poſſet. Pende-
bat omnis illa moles libras nouem & vncias duas: quam ego, quòd mõſtri aliquid habere videatur, pro-
pter rei nouitatem & raritatem in conclaui meo & armamentario reponendam & aſſeruandam duxi, i-
mò & hîc appingendam.

Vteri commemorati externa integraq; facies & deſcriptio,

C




D

A. Vteri corpus monſtrat. B. Teſticulum.
C. Ceruicem vteri, qua minor ille tumor moleſque continebatur.
D. Reuulſam ceruicis vteri extremitatem, ſimulq; vaſa quibus vterus alimentum ſibi trahebat.
E. Vinculum. FFF. Vaſa per vterum conſperſa.

Vteri

A

Vteri aperti, & concluſam molem molamq́; monſtrantis deſcriptio.



B

A A.	Superiorem ſeu externam vteri ſuperficiem monſtrat.
B B B B.	Spiſsitudinem corporis ſeu ſubſtantiæ propriæ vteri.
C.	Molam.
D D.	Cauitatem qua illa mola continebatur & concludebatur in vtero.

Quandiu molam illam circumtulit mulier, dolores acuti ventrem compûgebant, aluina regio mirum in modum dura, diſtenta & ampla erat, tanquam multiplici prole grauidæ, adeò vt plerique Medici exacto quod ad partum neceſſarium eſt tempore, aluinum illum tumorem pro hydrope habuerint & curauerint, nec tamen remedijs quicquam profecerunt nihil ſubſidente ventre. C Sæpè triduum totum ſupprimebat vrina, tumq́; illi mictio laborioſa & dolorifica erat: non raro etiam preſsis molæ pondere inteſtinis aluus integram hebdomaden ſupprimebatur. Ex interuallis verò, vt tertio quoq; mēſe, effrenes fluores ſuperueniebant, quorum materia nequaquam per vteri, exactè vt diximus clauſi & obſtructi, capacitatem ferebatur, ſed per vaſa per quæ virgines, & quædam grauidæ menſtrualem eluuiem deponunt.


Mola ſi primo, ſecundo aut tertio menſe excutitur, aut non ita raro contingit, mulieribus irritus & inutilis conceptus nominatur. Repertæ ſunt aliquando in eodem vtero duæ treſve molæ à ſe inuicem diſcretæ, nonnunquam & fœtui integro alligatæ & adhærētes, vt contigit vxori Medici Valleriolæ, quæ molam quam duodecim menſes geſtauerat, vnà cum fœtu quadrimeſtri, ipſi alligato, cui & alimentum & locum ſubducebat, eiecit. Pro rato enim id haberi debet, quòd ſemper mola tanquam crudelis fera, fœtum ſibi colligatum commeatu & loci debita amplitudine prohibendo interficit. Memini diſſectum à me mulieris cadauer ex eo mortuæ, quòd ipſi mola ouo anſerino magnitudine æqualis, quam natura expellere vanis conatibus tentauerat ſubſtitiſſet, & computruiſſet, atque in putredinis cōtagium totum vterum pertraxiſſet.

Sunt quæ grauidæ ſe exiſtimantes, nono demûm aut decimo menſe, nihil niſi ſonoros flatus excernunt: ex quo, ſubſidente inde vtero, bombum crepitumque peperiſſe per iocum dicuntur. Denique D quicquid id eſt quod grauitatem mentitur, ſi adueniente partus tempore ſua ſponte, aut naturæ vi non excluditur, arte excludendum & depellendum eſt.

Quæ curatio ad molam ſit adhibenda. CAPVT XXXV.

PRæſcribenda, ingerenda, admouendaque omnia ſunt quæ menſes cient & ſecundas, fœtumq́; mortuum excludunt: cuiuſmodi ſunt trochiſci de myrrha, hermodactyli & ſimilia, foris ſemper antè locis rebus relaxantibus & remollientibus. His remedijs quemadmodum & phlebotomia, diæta tenui & balneis, tum & tam diu vtendum eſt, cum & quandiu adſtanti Medico videbitur. At ſi ab vtero diuelli & velut eradicari molam contigerit, neque hanc diuulſam natura expellere poſsit, mulierem eo ſitu collocabit Chirurgus, quo ante collocandam eſſe diximus in infantis ab vtero extractione. Tum diductis mulieris obſcœnis partibus, immiſſoque extractorio organo cui à ſimilitudine, pedis griphij nomen impoſitum eſt, & cùm in vteri capacitatem peruenerit, reſerato ac dilatato, molam comprehendet. Neque aliter, ſi præſertim craſsior ſit, propter rotunditatem comprehendi poteſt: anſam enim qua prehendatur non habet. Itaque cum ſola id tentatur manu, lubricitate ſua elabitur, & per vteri capacitatem globi inſtar diffugit. Facilius verò griphij pedis vnguibus comprehēdetur, ſi aluus mulieris hinc inde comprimatur, & tandem in anguſtum locum, vnde diffugium non ſit, compellatur. ſic enim demùm comprehenſa facilè extrahetur. Extracta mola mulieri eadem cura, quæ & puerperæ adhibenda eſt.

Pes gryphius ad extrahendam molam. A



De tumoribus in Pancrea & Meſenterio toto. B

CAP. XXXVI.

A Mola vteriq; tumoribus reliquarum quæ in aluo & abdomine continentur, partium tumores diligenter diſtinguendi veniunt. In Pancrea enim maximè, totoque meſenterio ſuborti tumores, multos nec ſatis peritos Chirurgos, ſpecie molæ, vel vterini ſcirrhi pręcipites in errorem egerunt, vt ex ſequentibus hiſtorijs innoteſcet. Iſabella Rolant Ioannis Bony vxor Lutetiæ in vico Monceo ad D. Geruaſij ædem commorantis, ſexagenaria anno Domini 1578. die 22. Octobr. ex vita migrauit. Diſſectum eſt eius cadauer, diſſectioni præerat Milotius Doctor Medicus. Is in ſuas ædes auulſum meſenterium totum deferri iuſsit, vt ibi per otium Varadeo, Brœto, Capello, Mareſcotio, Arragonio, Baillutio, Reburtio & Riolano Doctoribus Medicis, meque & Pineo Chirurgis aduocatis, lethiferi morbi cauſam, quam ſemper in meſenterio deliteſcere ſuſpicatus erat, contemplari & rimari liceret. Ergo meſenterium totum, atque in meſenterio pancreas, tumore miro propeq; incredibili turgẽs animaduertimus, adeò vt libras decem & dimidiam penderet, ſcirrhoſum omnino extrinſecus, ſoliſq; poſtica parte, lumborum vertebris adhæreſcens, antica autem Peritonæo ſcirrhoſo pariter ac penitus cartilaginoſo. Suberant infiniti in eodem meſenterio abſceſſus ſua quiq; cyſti incluſi, alij quidem oleoſo, alij melleo, alij ſebaceo, alij albugineo, alij aquoſo humore & liquore differti, erant quorum concluſa materia pulticulæ ſimilis eſſet: denique quot fermè abſceſſus erant, tot erant materierum contentarum ſpecies & ideæ. Octauus iam annus agebatur ex quo tumor ille inceperat ſenſim ac ſine ſenſu & dolore ad tantam magnitudinem progredi, quòd meſenterium ipſum doloris ferè ſit expers. Ægrè interim ipſi perinde ferè ac ſanæ licebat naturæ animæ ac vitæ munera omnia obire, niſi quod duobus antequam moreretur menſibus, coacta fuit lecto ſe tradere, quòd febris cõtinua, quæ illi ad extremum vſq; vitæ diem perpetua fuit, ſuperueniſſet: & quòd præ tumoris pondere meſenterium ſuis velut radicibus & ſedibus diuulſum fluctuaret, non ſine moleſto oneris & doloris ſenſu: nam vt pręd iximus lumbaribus modò vertebris ac peritonæo adhærebat, nullatenus autem inteſtinis & alijs partibus quibus velut conatum alligatur. Itaque ſua id mole & corpore veſicam premens & coarctans difficilem mictionem faciebat: inteſtinis verò incumbens vt aluus pigrior eſſet in cauſa erat: adeò vt niſi deuorato laxante aut purgante medicamento fæces non deſcenderent: nam quod ad clyſteres ſpectat, ſubire illi in inteſtina tumoris vias coarctantis magnitudine prohibebantur, intruſæ verò glandes nihil proficiebant. Reſpiratio ob diaphragmatis à tumore compreſsionem difficilis erat: non deerant qui molam ſubeſſe opinabantur, alij ab hydrope eum excitari tumorem. Certè malum id hydropis conſecutionem attulit, nec obſcura cauſa eſt, fruſtrata functione hepatica per interceptam tumoris occaſione chyli anadoſin, ſed & proprio vitio hepar tenebatur, ſcirrho nempe & crebris abſceſsibus per intimam extimamque eius ſubſtantiam variè ſparſis. A putredinis labe lien haud immunis erat, inteſtina & omentum maculis conſperſa liuebant, denique in ventre inferiore nihil erat integrum. C D

Tomo 1. tract. 1. cap 1. Similis huic hiſtoria apud Philippum Ingraſsias, lib. de Tumoribus pręter naturam, legitur de ſuſpendioſo quodam ob furtum Mauro. Diſſecto publicè cadauere, repertæ in eius meſenterio fuêre ſeptuaginta ſcrophulæ, totidem abſceſſus ſua quinque cyſti incluſi, externæ, inteſtinorum pręſertim craſſorum tunicæ, adhærentes, varia ſuberat materia, nempe ſolida & gypſea, viſcida & glutinoſa, liquida & aquoſa, viſcera, præſertim iecur & lien ſana & ab omni labe immunia erant: quod ſcilicet vt idem autor adſtruit omnem cacochymiam, viſcerumque vniuerſam eluuiem in meſenterium natura robuſta depoſuiſſet, & certè quandiu Maurus ille vixit, integra & alacri fruebatur ſanitate. *Lib. 6. Pathol. cap. 7.* Tanta profectò, vt notatũ Fernelio legimus, ſuperuacaneorum plerumque humorum eſt colluuies, vt deſtinatis à natura receptaculis tota excipi haud poſsit: tum igitur non parua ſuperfluentis portio in vicinas quoque ſedes illabitur, maximè quidem in pancreas & in meſenterium quæ totius corporis velut ſentina ſunt. Itaque quibus aſsidua ingluuie magnus fit vtriuſque bilis & pituitæ prouentus, eas tempeſtiuè non expurgatas natura valens ac robuſta plerumque in pancreas & in meſenterium, ignobiles ſedes deponit: idque ferè è iecore & è liene per eos venæ portæ ramos qui non in inteſtina, ſed in ipſum meſenterium & pancreas deſinũt & obliterantur. His locis & glandulis tempore exaggerantur varij humores, qui primum laxum mollemque tumorem, deinde ſi creſcentes renitentem durum ac verè ſcirrhoſum ingenerant. Ex quo profitetur

A tetur Fernelius choleræ, melancholiæ, diarrhœæ,dyſenteriæ, cachexiæ, atrophiæ, languoris, lentarum
errantiumque febrium, latentium denique morborum cauſas ſe in his plerumque ſedibus animaduer-
tiſſe, quorum depulſione deploratis ſalus redderetur. Sed & ex Iulio Polluce Ingraſsias adſtruit ſcro-
phulas in meſenterio gigni poſſe. Quod à Galeni doctrina & mente minimè abhorret, cui nempe ſcro-
phulæ, nihil aliud ſunt quàm induratæ & ſcirrhoſæ glandulæ, at meſenterium ſuis glandulis & magnis
& multis pancreas conſtituentibus vaſorum diuiſionem ſtabilit & ſecuriorem efficit.

Propriæ quoque *vteri ſubſtantiæ ſcirrhus* à mola diſtinguendus eſt: extiterunt enim mulieres quarum
cadaueribus diſſectis, viſus eſt vterus ſcirrhoſo tumore caput humanum æquante obſeſſus. in quibus cu
randis omnem Medici luſerant operam, quod non in vteri corpore ſubeſſe vitium, ſed in vteri capacita-
te concluſam latere molam perſuaſum haberent.

De virili Sterilitate. CAP. XXXVII.

CAuſæ ſterilitatis in maſculis plures ſunt, nempe ſeminis calidior intemperies, frigidior, ſiccior aut
humidior, eiuſdem conſiſtentia liquidior & fluidior, adeò vt in vtero conſiſtere nequeat, ſed ſta-
tim diffluat. Eiuſmodi eſt ſenum & adoleſcentulorum ſemen, eorumq; item qui frequentius & in-
temperantius coitu vtuntur: hinc enim ſemen euadit crudum & aquoſum, vt quod debito tempore ad
perfectam elaborationem, coctionem & incraſſationem in teſtibus non moretur, ſed coitus laſciuia ſub-
B inde excernatur. Etenim vt ſemen fœcũdum ſit, quantitate copioſum eſſe debet, qualitate verò coctum,
mediocriter craſſum, lentum ac ſpirituum vbertate turgidum: vtraque conditio eorum ſemini deeſt qui
crebriore venere laſciuiunt. Adde quod eiuſmodi hominum vxoribus nunquam ſeminis qualitate &
conſiſtentia laudabilis iuſta copia in teſtibus colligatur, quò fit vt veneris ſtimulis minus vrgeantur, ſe-
gniusq; in viri amplexus veniant, adeoq; ad concipiendum minus ſe alacres præbeant. Itaq; qui ſe mul-
ta prole beatos optabunt parentes, in rerum venerearum vſu modum adhibebunt & temperantiam:

Intemperati ſeminis virilis vitium mulier deprehendit, ſi dum ipſum vtero excipit, acrimoniæ & ca-
loris, frigorisve ſenſu percellatur, ſi vir celerius aut tardius opus abſoluit. Multi à lithotomia ſteriles eua-
ſerunt, vt & à vulnere pone aures, ſectis ſic venarum & arteriarum iugularium quibuſdam ramis, vnde
vaſorum eiuſmodi obducta cicatrice, ſeminalis materiæ inde deorſum, eiusq; inſuper commercij quod
cerebro cum teſtibus neceſſariò intercedit, interceptio eſt conſequuta, adeò vt intercluſis ductibus ex
cerebri arce, nec materiam, nec ſpiritus animales ſolita amplius liberalitate & copia teſtes recipere poſ-
ſint, vnde parcius & inualidius ſemen euadat neceſſe eſt. Quibus ſunt exacti teſtes, vel etiam vi compreſ
ſi ac contuſi, gignere nequeunt, quia vel teſtium irradiatione carent, vel obducto collo intercipitur ma-
teriæ ſeminali via. Itaque haud equidem ſemen, ſed viſcidum tantùm quẽdam humorem emittunt (cum
voluptatis tamen aliquo ſenſu) qui proſtatis glandulis continetur. Pudendi quoque vitia ſterilitatis con
C ſequutionem inferunt: vt ſi breuius ſit, ſi in omnem dimenſionem grandius, adeò vt locorũ laniatu cum
hæmorrhagia mulieri dolorificum ſit: ſic enim prohibetur ſemen excernere, quod id citra voluptatem
excerni nequeat, ſed & ſubtenſi ligamenti, quod Filum vocant, breuitas pudendum obtorquet, & rigi-
dam ipſius rectitudinem violat, adeò vt intromitti facilè in mulieris pudendum nequeat. Sunt quibus
id ad extremum perforatum & peruium non eſt, ſed paulò altius, adeò vt ſemen recto impetu in vterum
nequeant eiaculari. Pudendi quoque paralyſis particularis inter ſterilitatis cauſas cenſetur. Paralyti-
cum autem ſit necne pudendum probabis genitalium in frigidam demerſione: nam niſi inde contrahan-
tur, paralyſeos eſt argumentum. Paralytica enim membra frigidæ occurſu non contrahuntur, ſed in ea-
dem & ſolita ſibi laxitate ſemper manent: ſed & in hoc caſu exiguo ſenſu prædita ſunt genitalia, ſemen
ſine voluptate & penis contentione effluit, teſtes ad contactum frigidi apparent: denique quib. tabe cor-
pus indies marceſcit, qui cachexia, aut viſcerum alicuius obſtructione tenentur, ſteriles ſunt & infœcun
di, vt & illi quibus pars aliqua nobilis & ad vitam generationemq; neceſſaria, inſigni aliqua intemperie
naturæ limites excedit, quibus denique quacunque ratione genitalia malè conformata ſunt.

Taceo eos quibus maleficis, magicis, & incantatis nodis, nexibus ac vinculis coeundi ac gignendi pò
tentia intercipitur: non enim ea ſterilitatis cauſa Medicæ eſt contemplationis, nec fortè naturalibus &
artis noſtræ remedijs cedit. Iſta tamen magica vincula eſſe eiuſmodi quæ vim aliquam habere poſſint,
D meminerunt iuris Pontificij Doctores, titulo particulari de frigidis, maleficiatis, impotentibus & incan
tatis: meminit & D. Auguſt. tract. 7. in Ioan.

De muliebri Sterilitate. CAP. XXXIIX.

MVlier infœcunda & ſterilis euadit à ſeminalis ductus obſtructione, ceruicis vteri anguſtia, ſed na-
tura formatricis facultatis vitio, ſeu poſtea ex euentu & caſu aliquo contigerit, vt abſceſſu, ſcirrho,
verrucis, rhagadibus, vlcere quod cicatrice obductum vas coarctat, nec ſubeunti peni liberas eſ-
ſe permittit. Oppoſita quoque ſeu in media, ſeu in ima vteri ceruice membrana, Hymen dicta, ſeminis
virilis exceptionem impedit. Vterus quoque ſi nimium lubricus ſit, ſi æquo laxior & nimium diuarica-
tus ſterilem facit mulierem, quemadmodum menſium ſuppreſsio, aut immodica purgatio & muliebris
fluor qui ſeu vteri, ſeu viſceris alicuius, ſeu corporis totius vitio contigerit, menſtrualem materiam ex-
haurit, & vnà ſecum ſemen abripit. Frigida & humida vteri intemperies virile ſemen extinguit & ſuffo-
cat, aut quominus hæreat cunctéturque ad conceptionem facit: calidior verò & ſiccior alimenti defectu
corrumpit, nam nec paluſtri, nec arenoſo ſolo bene creduntur ſemina: mola quoque vtero concepta, v-
teri procidentia, muliebris corporis macies, cacochymia ex crudorum fructuum & fugacium eſu, aquæ
largiore potu, vnde cruditates & obſtructiones fiunt, fœcunditatem impediunt. Rerum verò narcotica-
rum vſu ſeminalis materia concreſcit & cohibetur, & quamuis fluat, effundaturque, viuifici tamen calo-
ris & ſpirituum prolifica vi priuatur, venarum arteriarumque orificia ſeu acetabula obſtruuntur, ſicque

menſtruali materiæ in vteri capacitatem via intercluditur, vteri nimia coarctatio ab omēto pingui quo- A
minus virile ſemen excipiatur, impedit. Impedit quoque generationem viri mulierisque habitus carnoſior & pinguior, adipoſæ namque molis obiectu, minus conuenire & concurrere vtriuſque ſexus genitalia poſſunt: quantoque plus ſanguinis in adipem coit, tanto minus eius reſtat, quod in ſemen & menſtruum, quæ duo ſunt generationis & fœtus principia, faceſſere queat. Fuſcæ mulieres ſubmacræ & ſubpallidæ, quia genitalia humore ſalſo, acri & titillante imbuta habent, veneris ſunt appetentiores quàm rubræ & pinguiores.

5. Aphor. 56. Gal. lib. 14. de vſu part. cap. 9. Ariſtot. in problem. ſect. de ſteril. qu. 3. & 4.

Quatuor denique omnino notantur apud Hippocratem cauſæ cur mulieres ſteriles ſint & infœcundæ. Prima, quòd virile ſemen excipere nequeant, vt imperforatæ: altera, quod exceptum concipere nequeant: tertia, quòd nutrire id non valeant: quarta denique, quòd ad legitimum vſque tempus perferre id & geſtare non poſsint. Ad generationem verò hæc ſunt neceſſaria, obiectum, voluntas, facultas, ſeminum concurſus, & in vtero ad ſtatum vſque à natura tempus permanſio.

Intemperati vteri ſigna. CAPVT XXXIX.

CAlidiore vtero mulier illa cenſetur, cui menſes parcè & cum labore emanant, ardoreque exulcerant, diſsipata caloris vi in halitum ſuperflua ſanguinis materia: cui quod fluit menſtrui ſanguinis craſſius eſt & atrius. Eſt enim caloris proprium digeſta tenuiore ſubſtantia reliquam incraſſare & per aduſtionem denigrare. Cui denique genitalia veneris deſiderio pruriunt, ſemen promptè in coitu B
excernitur, & acrius ſuo per loca tranſitu percipitur.

Frigidiore verò vtero ea eſt, cui menſes aut ſupprimuntur, aut parcè fluunt, hique pallidi & decolores, cui Venus ignauior eſt, voluptas in coitu minor, ſemenque quod parcè & ſegniter emittitur, liquidior & aquoſior, nec lintea tenaci adhæſu inficiens.

Humidior vterus eſt, qui multis continenter & liquidis excrementis manat, qui ob id ſemen non continet, ſed mox à coitu dilabi ſinit, qui facilè abortum patitur.

Siccioris vteri ſigna elucent in menſium parciore copia, in exigui ſeminis profuſione, veneris deſiderio, quò ipſe ſeminali humiditate lubricetur, ceruicis eius fiſſuris, rhagadibus, & pruritu: nam ab humoris inopia cuncta facilè rimis dehiſcunt, terræ inſtar quæ æſtiuis ſqualloribus hàc & illàc finditur, humore contrà tanquam glutine cohæreſcunt, & illibata vnitate continentur. Ad conceptum opportunitates omnes habere cenſetur mulier deſinentibus menſibus: tum enim excrementitijs ſordibus vacat vterus, adhucque dehiſcens virile ſemen facilè excipit, exceptumque in cotyledonum adhuc hiantium rugis, & tanquam aſperitatibus facilè retinet. Quanquam ſub ipſum etiam tempus quo fluere debent menſes, facilè mulier concipit: quia ſtillantis per initia menſtrualis materiæ velut ros, nutriendo ſemini opportunus eſt, non autem deturbando aut ſuffocando. Quæ fluentibus abundè menſibus coeunt, difficilius C
& rarius concipiunt, & ſi conceperint, debiles fœtus pariunt & morboſos, ſi præſertim malè ſanus mulieri fluat ſanguis: omnibus verò plethoricis affectibus obnoxios quantumlibet laudabilis ſit & ſanus. Sunt quædam mulieres quibus ſtatim à menſium fluxu occluditur vteri orificium, adeò vt neceſſe habeant fluentibus menſibus cum viro congredi, ſi modò concipere velint.

Conceptioni tempus opportunũ.

Mulier ab anno ætatis decimoquarto, ad quadrageſimum & quinquageſimum annum vſque gignere poteſt: quod tempus quæ exceſſerint, ijs ad ſexageſimum vſque, quia ſeruantur menſtrua, ſeruatur quoque prolifica vis: itaque nonnullæ etiam eo tempore pepererunt, ſed vltra hoc tempus nulla poteſt protrahere, vt ſcribit Ariſtoteles. Plinius tamen teſtatur à Cornelia (quæ fuit Scipionum gentis) editum fuiſſe anno ætatis ſexageſimo ſecundo Voluſium Saturninum qui fuit Conſul. Affirmat quoque Valeſcus de Tarenta, viſam ſibi mulierem quæ ætatis anno ſexageſimo ſecundo puerum peperit, cùm etiam ſexageſimo & ſexageſimo primo peperiſſet. Itaque putandum eſt pro aeris, regionum, diætæ & temperamenti varietate alijs citius, alijs tardius menſtruam purgationem & vim prolificam deſinere: quæ varietas etiam in viris locum habet. His enim etſi ſemen ferè genitale ſit anno peracto bis ſeptimo, reuera tamen infœcundum eſt vſque ad ter ſeptimum annum: cumque mares plurimi ad ſexageſimum annum generent, quem ſi exceſſerint, vſque ad ſeptuageſimum procedunt: viſi tamen quidam ſunt qui octoginta annos nati genuerunt. Quin etiam Maſiniſſam regem poſt ſextum & octogeſimum annum generaſſe filium ſcribit Plinius. Catonem item Cenſorium octogeſimo exacto.

Ariſtot. lib. 7. de hiſt. animal. cap. 2. & 5. Lib. 7. cap. 14. Lib. 6. cap. 12.

Lib. 7. de hiſtor. animal. cap. 1. & 6.

Lib. 7. cap. 14.

D

De vteri procidentia & peruerſione. CAPVT XL.

PRocidere peruertique dicitur vterus, quando proprio & naturali loco motus eſt, vt ſi ſolutis & relaxatis vinculis proprijs fundo ſuo in alterutrum ile, aut in propriam ceruicem abſcedat, vel etiam ceruicem ipſam excedat, & extra vuluam magna ſui parte promineat. Huius ergo ſymptomatis *cauſæ* cenſendæ ſunt, quæcunque ligamenta vinculaque quibus vterus continetur exoluunt, relaxant, vel abrumpunt. Id interdum contingit ex vehementiore pariendi conatu, quo vterus fœtum ſecundasque excludens impetu conſequitur, ſeque inuertens præcipitat. Interdum & imprudentis obſtetricis temeritas, cùm vterum cum fœtu, aut cum ſecundis tenacius vtero obhærentibus inuertit, detrahitque. His etiam ſymptomatibus ſæpè occaſionem attulit vteri grauis geſtatio, grauioris oneris ſublatio, brachiorum, totiusque corporis ſurſum per grauiditatis tempus extenſio & contentio, caſus, contuſio, concuſſio ſeu in rheda, ſeu in equo, ſeu in ſaltu & choreis, copioſioris humoris perfuſio, clamor ingens, valida & continua tuſsis, teneſmus, ſternutatio, partus quoque multiplex & grauis, difficiliſque vteri geſtatio, diſpnœa aſthmatica & orthopnoica, quicquid diaphragma & epigaſtrij muſculos grauius comprimit, auræ frigidæ in ipſo partu aut menſium fluxu admiſsio, ſuper frigidum marmor ſeſsio, hæc enim & ſimilia omnia vterum ſua ſede dimouere poſſunt. Multis etiam, inquit Ariſtoteles, deſiderio coitus, quo vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tempore abſtinuerunt, tenentur, deſcendunt: vteri & menſtrua


Lib. 7. de hiſt. animal. cap. 2.

A ſtrua ſæpè ter in menſe citantur donec concipiant, quo facto aſcendunt, & ſuo ſitu conſtituuntur. *Procidiſſe vterum ſcire licet* ex earum partium, quibus vterus eſt alligatus, dolore, nempe ilium, lumborum, & oſſis ſacri: tumore ad ipſius ceruicem tractabili, prominentia etiam nonnunquam aſpectabili variæ magnitudinis & molis pro prolapſus ratione. Viſus enim aliquando eſt rubræ carnis, inſtar è vulua propendens, oui anſerini magnitudine & figura: laborans ſi recta ſteterit, grauitatis pondus in pudendum incumbere percipit: ſi verò vel ſedeat, vel ſupina iaceat, vel aluum exoneret, quaſi ab onere rectum inteſtinum premi, ſin prona iaceat, vrinæ difficultatem naſci, vt etiam viri congreſſum pertimeſcat. *Vterus in* iuuencula muliere recens relaxatio curationem recipit, vetus verò in vetula minimè. Si ligamentorum eius paralyſis prolapſui cauſam dederit, vix curationem admittit: at ſi putredinis occaſione procidat, penitus inſanabile malum eſt. Si magna mole è vulua inter coxas pendulus procidat, reſtitui in ſuum vix locum poteſt, ſed aeris appulſu corrumpitur, vrinæque præterea & fæcum aluuione, femorumque inter incedendum attritu exulceratur & putreſcit. Memini curatam à me iuuenem mulierem cui oui gallinacei magnitudine extra vuluam vterus propendebat, tantumque curatione profeciſſe, vt poſtea pluries conceperit, pepererit, nec denuò vterus relapſus ſit.

Procidentiæ vteri curatio. CAPVT XLI.

PRocidentiæ nomine hîc omnem vteri è ſuo loco dimotionem intelligimus: ergo ſi rurſum aſcende-
B rit vterus, eadem quæ in ſtrangulatu vteri remedia adhibere licebit. Si in alterutrum ilium conuerſus fuerit, ſano adhibitis cucurbitulis reuocandus & reſtituendus erit. Si verò deſcẽderit, & in ſuam tantùm ceruicem nec admodum magna mole inciderit, ita collocanda mulier eſt, vt clunibus ſit altioribus, & femoribus decuſſatis, tumque apprimendæ vmbilico & hypogaſtrio cucurbitulæ, reſtitutoque ſic vtero adſtringentes iniectiones, valdeque deſiccantes in vuluam & ceruicem exprimendæ, ſuffitus fœtidi iiſdem locis, ſuaueolentes verò ore & naribus admittendi. At ſi vterus magna mole inter femora propendeat, alio ſitus, & alio remediorum genere curatio adhibenda erit. In primis igitur reſupinanda ægra eſt, ſic clunibus, femoribusque ſublatis, & cruribus reductis, quaſi ipſi fœtus, aut ſecundæ extrahendæ eſſent, tum vteri ceruix, & quicquid ab vtero prominet & propendet, illinendum oleo liliaceo, butyro recenti, adipe gallinæ, & ſimilibus, inde ſenſim blando digitorum impulſu in ſuam ſedem compellendum, ægra interim ſpiritum quaſi reſorbente, & inſpiratu aeris operi fauente, quodque excidit veluti reuocante: vterus poſtquam reſtitutus fuerit, quicquid vnguine delibutum eſt, abſtergendum molli linteo venit, ne per id lubricum iterum dilabatur vterus, genitalia verò decocto adſtringente fouenda, parato ex cortice granatorum, nucibus cupreſsi, gallarum, alumine rochæ, cauda equina, ſumachio, berber, in aqua fabrorum incoctis, ex iiſdem materialibus fiet puluis quo eadem loca conſpergentur, intrudetur in vteri ceruicem peſſus debitę craſsitiei, longitudinis autem octo, vel nouem digitorum pro corporis ægri proportione. Parabuntur hi vel ex ferro albo, vel ex ſubere cera tecto ouata figura, funiculo
C quo reuocari poſsint ad alterum extremum ſubſtricti.

Peſſorum ouatorum effigies.



A. monſtrat peſsi corpus.
B. Funiculum ad femur religandum.

His peractis continebit ſe in lecto quieta ægra octo vel decem dies clunibus ſublatis, & cruribus decuſſatis: admotis interim cucurbitulis ſuo ſtatu & loco reſtitutus vterus continebitur, ac ſi quam ab aere frigido noxam contraxerit decocto calefaciente & flatus diſcutiente fouebitur ſic:

℞. foliorum altheæ, ſaluiæ, lauendulæ, roriſmarini, arthemiſiæ, florum chamæmeli, meliloti ana M. s. ſeminis aniſi, fœnugræci ana ℥ j. coquantur omnia completè in aqua & vino & fiat decoctio ad vſum. Iniiciantur clyſteres quò fœcibus vacuis inteſtinis, in alui amplitudine vterus facilius admitti & contineri poſsit. Hoc eodem conſilio veſica diligenter exoneretur, aliàs periculum eſt, ne inter vtrumq; iacens vterus illorum repletorum ſurſum, deorſumque compreſsione foràs exprimatur, & tanquam denuò explodatur. Vomitus quoque ſingulare putatur eſſe remedium ad prolapſum vterum reuocandum. Pręterea enim pituitam expurgat, quæ vteri ligamenta madefaciebat & relaxabat.
D Vt enim vterus in coitu prima conceptione deorſum ſemini obuius promouetur, ſic ventriculus ſua planè ſponte, ſiue arbitrio noſtro ſurrigitur ſurſum, cum rei alienæ iniuria laceſsitus magno impetu hanc vomitione repellit: at cum eo ſic promoto vna peritonæos tunica, vterus, ipſique connexa omnia corpora conſequutione quadam ſurſum promouentur. Quòd ſi præſcriptis remediis reſtitui nequeat vterus, aeriſque & aliarum quas diximus rerum incurſu vlceratus computruerit, iubemur veterum præſcripto illum amputare, antè tamen ipſum vinciri volunt, eiuſque id tantum quod neceſſe eſt reſcindi, reliquum cauterio inuri, & ex artis regulis curari. Viſæ namque ſunt permultæ mulieres, quibus totus fermè vterus exciſſus fuerat, nullo vitæ diſpendio, quemadmodum teſtatur Paulus. Ioannes Langius Comitis Palatini Medicus, ſcribit ſe præſente Chirurgum Carpum mulieri Bononienſi vterum *Lib 6 epiſt.39.*
extirpaſſe ipſa ſuperſtite & incolumi. Antonius Beniuenius Medicus Florentinus, ſcribit vocatum ſe *lib.2.epiſt.med.*
à Medico Vgolio ad curandam mulierem, cui vterus cùm fruſtatim corruptus procidiſſet, decennium *Tract.de mirand.morb.*
totum ſuperuixerit. *cauſis.*

Mulieri cuidam ferè trigenariæ ſanæ, menſtruali, & bene famatæ conceptionis ſigna paulò poſt ſecundas nuptias quas anno 1571. contraxit, cùm ex priore matrimonio prolem nullam ſuſcepiſſet, apparuerunt. Progreſſu temporis obortus eſt ad partes imas & pudendas ponderis ſenſus dolore & vrinæ retentione adeò moleſtus, vt Chriſtophoro Mombeo Chirurgo vicino ſuo in ſuburbiis S. Germani commo-

ranti, patefacere ſe infortuniumq; ſuum coacta fuerit. Is viſo tumore in perinæo, fotu & cataplaſmatibus anodynis & remollientibus dolorem ſedauit, ſed mox ad pudendi labrum interius, vomica velut ab abſceſſu rupto apparuit, ſanie ſubrubra, citrina & pallida multo tempore manans. Interim haud euaneſcebat ponderis ille ſenſus, quin potius augebatur in dies, adeò vt ab anno Domini 1573. ne ſe quidem in lecto in hoc illúdve latus conuertere poſſet, niſi admota manu hypogaſtrio ad oneris leuamé, ſed & tum quidem veluti globus toto corpore & pondere ſuo ſibi prouolui videbatur in quodcunq; latus decumberet, nec ſtans, nec ſedens alui excrementa reddere valebat, niſi pondere illo ſurſum manibus ad diaphragma ſublato. Inceſſura vix crura promouere poterat, quaſi ſibi ſemper ex interfœmineo aliquid penderet quod progreſſum remoraretur. Ex interuallis vomica illa recludebatur ſanie ſolita manás: ſed tum capitis membrorumq; omnium dolor, animi deliquia, faſtidia, vomitus, ſuffocationes miſeram vrgebát, adeo vt ab empyrica muliere perſuaſa, facilè adducta fuerit vt antimonium hauriret: cuius tanta fuit & tam effera vis, vt poſt multas cum multis torminibus vomitiones, & aquoſas per aluum deiectiones viſus ſit ſibi anus procidere. Sed admonita à familiari quadam ſua cui ſe videndam crediderat, haud ab ano id procidere, ſed à vulua, anno Domini 1575. Chirurgos vocauit, me, Iacobum Guillemeau, & Antonium de Vieux, qui ſibi auxilio afflictæ ſanitati eſſemus. Expenſa re tota & diligenter animaduerſa, communi conſilio cenſuimus, id quod prociderat extirpandum eſſe: quod atro colore, fœtore, & alijs eiuſmodi ſignis putridæ ac corruptæ rei argumenta manifeſta præberet. Ergo per duos dies ſenſim, fruſtatim & ſine dolore corpus extraximus, quod aduocatis Medicis Alexio, Gaudino, Feureo, Violaneo, & nobis vteri corpus eſſe viſum eſt. Cuius rei fidem fecère vnus ex teſticulis qui integer extractus erat, craſsiorque item membrana, reliqua ex mola, quæ ſuppurata rupto abſceſſu, ſenſim diffluxerat: reuulſo omni eiuſmodi corpore, melius ægra habere cœpit, & tamen ante extirpationem nouem totos dies nihil per aluum excreuerat, quatuor verò dies vrina ſuppreſſa fuerat. Dehinc omnia ſibi, naturæ ſuæ, & ſtato curſui reddita ſunt, totumque trimeſtre ſana & egregiè incolumis mulier ſuperuixit, donec ſuborta repentè pleuritide interijt. Diſſectæ à me & ſeduló ſingula exquirenti nuſquam comparuit vterus, ſed eius loco calloſum quoddam corpus, quod natura, quæ nunquam in nobis otiatur, iacturam eius partis quaſi reparatura, vel lacunam potius alui repletura, ſubſtituerat. A B

De membrana hymen dicta. CAPVT XLII.

QVibuſdam virginibus in ceruicis vteri orificio membrana reperitur, Hymen veteribus dicta, quæ quia viri congreſſum arcet, ſterilitatis cauſam mulieri infert. Hanc plerique non vulgares modò, ſed & docti Medici, virginibus omnibus tanquam virginitatis clauſtrum ineſſe credunt. Sed illam ego cùm in pleriſque virgunculis omnis ferè ætatis à trimatu ad duodecimum vſque annum, quarum mihi ex Noſocomio Pariſienſi plena copia erat, ſtudioſè exquirerem dum rem anatomicam commentarer, non potui reperire.

Ipſam ſemel tantùm licuit mihi obſeruare in virgine ſeptemdecim annos nata, quàm cùm mater viro deſpódiſſet, ſciretq; nihilominus ipſi in pudendis ſubeſſe aliquid quod quominus mater & fœcunda eſſe poſſet, impediret, rogauit me vt ipſam inuiſitem. Reperi igitur membranam quandam neruoſam, tenuiſſimam, ſub nymphis, proximè id foramen per quod mulieribus vrina effluit, pro foribus (vt ſic loquar) orificij ceruicis vteri, medio ſed exiguo foramine membranula illa peruia erat, qua menſes diffluere poſſent. Contemplatus ergo membranulæ illius tenuitatem, ipſam adactis volſellis reſcidi, quidque ad reliquam curationem facto eſſet opus matrem admonui: certè nupſit illa pauló poſt, & prolem peperit. C

Lib.11.cap.16. Rarò reperiri hanc membranulam mecum ſentit Realdus Columbus: ſub nymphis, inquit, in nonnullis virginibus, non omnibus, alia membrana cernitur Hymen à veteribus appellata, quę cùm adeſt, (rarò autem adeſt) obſtat quominus penis in vterum immittatur: non craſſa eſt valde ſuprà, veſicam verſus, foramine donatur per quos menſes fluunt. Addit & hanc ſe tantùm obſeruaſſe in duabus virgunculis, & in vna grandiore. Scribit Auicenna virginibus in collo matricis panniculos ſubeſſe contextos ex venis & ligamentis valde tenuibus, ortis ex eius colli omni parte, qui primo concubitu profuſo ſanguine diſrumpi ſolent. Scribit Almanſor, virginibus ductum ſeu ceruicem vteri valde anguſtam & rugoſam eſſe: rugas verò illas venulis multis & arteriolis intertexi, quas primus concubitus diuellat. Hæ ſunt Medicorum de hac membranula ſententiæ. Affirmant obſtetrices poſſe ſe certò *virginem à corrupta digneſcere,* huius membranulæ integræ vel ruptæ & violatæ argumento. Harum obnunciationibus dum nimium creduli iudices fidem adhibent, ſæpè in errorem impelluntur: nihil enim de illa membrana certum habere obſtetrices ex eo eſt intelligere, quòd ſitum ei nonnullæ ex his affingunt, primò in pudendi limine, aliæ in media ceruicis vteri via, aliæ in extrema ad vteri interius orificium, imò quædam in ea ſunt hæreſi, vt illam inaſpectabilem & imperceptibilem eſſe putent ante primum partum. Profectò de re tàm rara, & quæ contra naturam ſit, certum quid quod omnes ſequantur ſtatui nequit. Itaque qui ſanguis primo concubitu effunditur non ſemper eſt ab hac membrana rupta, ſed à venulis ruptis & violatis, quæ ſecundum internam vteri ſuperficiem in ceruicem eius deſcendentes ipſis rugis, quæ venerem nondum expertis quaſi conglutinatæ conniuent, implicantur & attexuntur. Quanquam quæ maturæ viro ſunt, & plenis annis nubiles nullum neque dolorem, neque ſanguinis fluorem, vllàmve continui ſolutionem patiuntur, ſi præſertim virum ſortitæ ſunt cui penis ſit vteri ceruici magnitudine reſpondens. Ex quo ſcire licet quàm fallantur Fezæ metropolis in Mauritania incolæ: apud eos, inquit Leo Afer, ſponſus & ſponſa ſimulatq; ex ſponſalium ſolenni apparatu domum ſunt regreſsi conclaui ſe obſerato abdunt oſtio, dum nuptiale paratur cóuiuium. Interim annoſa quædam mulier pro foribus expectat, quæ porrectum ſibi à ſponſo, iam marito, cruentatum linteolum, in mediam inuitatorum turbam ouans defert, tanquam raptæ virginitatis opimum ſpolium & ſymbolum, hacq; demum lege licet diſcumbere

Lib.3.Fen.21. tract.1.cap.1. D

& con-

A & conuiuari: at ſi fortè fortuna genioq; ſiniſtro, ſolenni illo coitu, nihil cruoris ſponſę per genitalia ſtillarit. redditur illa parentibus: his inde magnum dedecus accedit, inuitatorum verò turba triſtis & mœſta impranſaq; domum recedit. Quinetiam reperiuntur quæ lenarum, meretrices ad queſtum pro virgunculis proſtituentium, infames artes edoctæ, dum laborioſam & cruentam expugnatæ iam ſæpius pudicitiæ oppugnationem, adſtringentibus iniectionibus corrugata & conſtricta vteri ceruice, ſic vt lateribus ſuis conniuere videatur, intruſiſq; ac penitus inſertis in vuluam vtriculis piſcium, aut fellis quadrupedum veſiculis ſanguine refertis, fraudis & doli malarumq; artium neſcio veneris tyrúculo parant, ita agunt mixtis cum gemitu ſuſpirijs, fœmineis vlulatibus, & crocodili lachrymis, vt virgines & ante hanc diem illibatæ caſtitatis videantur.

Memorabilis de Membrana Hymen dicta, Hiſtoria.

CAPVT XLIII.

Refert Ioannes Vvierus, Camburgi virginem extitiſſe, cui obterſa media in vteri ceruice membrana denſa & valida prohibebat ne menſes, cùm primum erumpere cœperunt foras prorumperent: ex eo contigiſſe vt ſuppreſſa & reflua menſtrualis materia, ingentem in ventre tumorem & tenſionem faceret, cum dolorum cruciatu quaſi ipſa parturiret: vocatæ obſtetrices his quæ fiebant & apparebant animaduerſis, ipſam partus dolores pati vna voce affirmabant, etſi ipſa conſtanter aſſereret, nun-
B quam ſibi rem cum viro fuiſſe. Se igitur tum vocatum, qui conſilij remedijq; inopibus obſtetricibus, miſellæ illi virgunculæ extrema tres iam integras ſeptimanas cum vrinæ ſuppreſsione, iugibus vigilijs & doloribus anorexia & faſtidio patienti, ſuccurreret. Animaduerſa è veſtigio parte patiente, viſum ſibi ceruicis vteri orificium, denſæ membranæ obiectu obſtructum, atque à repentina ſanguinis in vterum, vteriq; vaſa irruptione exitu materiebus denegato, tumorem illum dolorificum exortum. Ea de cauſa aduocato ex tempore Chirurgo, edixiſſe vt mediam membranam, quæ currenti ſanguini obſtruebat, diuideret, quo facto, ſanguinis cócreti nigri iamq; putreſcentis ad octo libras dimanaſſe, triduoq; poſt omnis morbi, omniſq; doloris expertem virginem euaſiſſe. Id exemplum hîc proponendum duximus, quia & notatu iucundum, & vtile ad imitandum eſſe putauimus.

De ſtrangulatu vteri. CAP. XLIIII.

Vteri, vel ab vtero ſtrangulatus, liberæ reſpirationis interceptio eſt, ex eo nata, quòd vterus contenta humorum vaporumq; craſſorum ſaburra intumeſcens, diſtentis plenitudine vaſis & ligamentis, conuulſiuo velut motu raptus, in diaphragma thoraciſq; partes effertur, reſpirationem breuem, crebramq; tanquam compreſſo pectore faciens. Intumeſcit autem ideò vterus, quòd concluſa collectaq; in ipſo ſubſtantia quædam ſeu ſeminalis, ſeu menſtrualis, ſeu vterini, muliebriſve fluoris, ſeu cuiuſuis alterius humoris, tumoris, abſceſſus, vomicæq; & cacochymia quæuis putreſcens ac malignam
C qualitatem acquirens, in flatus craſſos & nebuloſos reſoluitur. Hi dum varias partes impetũt, varia ſymptomata inuehunt: nempe borborygmos, murmura, & rugitus alui, ſi inteſtina: nauſeam, cui rarò vomitus ſuccedat, tædium, faſtidiumq; cibi, ſi ventriculum & viſcera: præfocationem cum ſtrangulatu, ſi thoracem fauceſq;: ſyncopem, ſi cor: furorem aut ei contrarium ſoporem veternumq; ſi cerebrum feriant, quæ omnia non rarò tam maligna viſuntur, vt canis rabidi morſus, aut ferarum venenatarum puncturas malignitate adæquent.

Obſeruatum tamen eſt à ſuppreſſo corruptoq; ſemine, quàm à menſtruo ſanguine grauiora ſequi huius generis accidentia. Quanto enim vnumquodque, dum naturæ ſuæ integritate continetur perfectius & nobilius eſt, eo grauius & exitialius eſt, vbi ſemel à præſtantis illius naturæ legibus, per corruptionem deuiarit. Rarò id ſymptomatis genus eas mulieres quæ bene menſtruales ſunt, & viri conſuetudine familiariter vtuntur, fatigat: at crebro non menſtruales & maritis orbas, ſi præſertim edaciores ſint & ſedentariæ. Diſtentis, ſic vt diximus vteri vaſis & vinculis quantum eorum latitudini & craſsitiei additur, tantum longitudini detrahitur. Ita fit vt ſua ſede emotus vterus, nunc dextrorſum ad hepar, nunc ſiniſtrorſum ad lienem, aliàs ſurſum ad diaphragmã & ventriculum, aliàs deorſum idq; antrorſum ad veſicam, vnde iſchuria, ſtranguria, vel retrorſum vnde recti inteſtini oppreſsio, fœcum ſuppreſsio aut teneſmus inflectatur. Cæterùm etſi agnoſcimus vterum ad illas quas diximus partes irruere, non per ac-
D cidens modò, à vinculis proprijs & communibus dum plenitudine diſtenta contrahuntur, breuioraq; fiunt, ſed etiam per ſe, dum rei præter naturam contentæ moleſtia irritatus, & quaſi ſuccenſens, aliàs in aliam partem oberrat, motu planè naturali, ventriculi inſtar, quod infenſum & inimicum eſt fugiens, quod verò iucundum & blandum perſequens, tamen ſolius eius ad has illàsue partes acceſsione tam ſæua ſymptomata excitari negamus, ſic enim grauidas quibus grandiore fœtu vterus diſtentus diaphragma premit, ſtrangulatu huic ſimili corripi contingeret, ſed multo magis à venenato humore concluſum tetrum vaporem & craſſum, non per venas modò & arterias, ſed & per cæca ſpiracula in hanc aut illam partem expirante, qui partium quas attigerit facultates venenata malignitate ſua ac pernicie offundat, earumq; functiones intercipiat. Nec verò ſola excipientium partium, ſed ipſa etiam exceptæ materiæ varietas ſymptomatum facit varietatem: alia enim menſibus ſuppreſsis, alia corrupto ſemine contingunt ſymptomata, ac ſiquidem materia frigida eſt veternum in cerebrum elata inducet, quò mulier corruens velut attonita iacet ſine motu, ſine ſenſu vllo, arteriarum pulſatione, thoraciſquè reſpiratione, adeò parua & rara, vt interdum nulla eſſe credatur, tanquam ipſa iam mortua & extincta ſit. Si craſsior conuulſionem infert: ſi melancholici humoris & atræ fuliginis naturam ſpirat, triſtitiam, metum, & mœſtitiam ſic infert, vt ſe mox morituram ægra putet, nullaq; ratione in ſpem erigi & recreari poſsit: ſi bilioſi, furorem vterinum dictum, loquacitatem qua dicenda tacendaq; effutiunt, tene-

A ſemine, quàm ſanguine corrupto pernicioſior vteri ſtrangulatus.

Vterus cur in varias partes ſeſe vertat.

bricoſam vertiginem, perturbato & temerè agitato ſpiritu animali admixtione putridi vaporis & feruidi ſpiritus, inducit, ſed nihil eſt admirabilius quàm quod aliàs cum riſu, aliàs cum lachrymis prehendit hoc malum, alijs prius lachrymæ, deinde riſus mouetur in eodem affectu: omnem vero ſuperat admirationem, quod duabus filiabus præſidis Rothomagenſis cōtingere ſolitum narrat Hollerius: Riſu enim longo ad horam & horas duas, imminente paroxiſmo capiebantur, quem neq; metu iniecto, neq; hortatu, neq; alijs artibus poterant compeſcere, à parentibus interrogatæ & obiurgatæ, reſpondebant ſe nō poſſe continere riſum. *A ſtrangulatu vteri diligenter diſtinguendus venit aſcenſus.* Nam aſcenſu haud quę ſtrangulatu ſymptomata fiunt, ſed duntaxat premitur mulier quodam præcordiorum dolore, ſpirandi difficultate, aut animi defectione: at ſine metu, ſine delirio, aut alio grauiore ſymptomate. Itaque aſcenſum ſæpè contrariæ cauſæ inuehunt: vteri nempe ab exhauſto laborantis nimia ſiccitas, qua cogitur poſt effrenes & nimias menſium, lochiorū & ſimiles vacuationes, poſt laborioſos & dolorificos enixus, quorum occaſione præter naturam incaleſcit, & exareſcit, ſeſe impetu quodam conuertere ad vicinas partes, hepar nempe, ventriculum & diaphragma: ſi fortè inde humorem in ſe deriuare poſsit. Omitto quod frequenti rerum aromaticarum naribus admotarum odore, vterus ſurſum aſcendit, etſi interim quem deſcripſimus ſtrangulatum non inferat. A

Mirandum.

Imminentis ſtrangulatus vterini ſigna. CAP. XLV.

ANtequam commemorata prehendant ſymptomata, mulier ab vtero ſibi ſurgere ad ventriculi orificium & ad cor dolorificum aliquid ſentit, opprimi & præfocari ſibi videtur, queritur promoueri, ſenſimq; ſcandere aliquod velut fruſtulum ab infernis partibus ad gulam, quod ſibi fauces pręcludat, palpitatione cor æſtuat. Si vterus & vteri vaſa pleriſq; intumeſcunt, vt rectæ & in pedes ſtare nequeant, ſed pronæ in ventrem ſe continere coguntur, quominus dolore premantur: ipſum præterea quod ſurſum conſcendere videatur admota oppreſſaq; manu comprimere validè, quanquam non tam vterus ipſe quàm ab vtero vapor aſcendit, vt antea diximus, cùm iamiam imminet acceſsio, pallor quidem faciei derepente adeſt, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas cum ſtandi impotentia. Hinc ſopor grauis, mentis deſipientia, ſenſuum & reſpirationis velut emortuæ interceptio, aphonia, crurum contractio & ſimilia. B

Quibus ſignis intelligere licet, mortua ſit nécne mulier in vteri ſtrangulatu. CAPVT XLVI.

QVia permulta mulieres nō priſcis tantùm ſeculis, ſed noſtra etiam & patrū memoria hoc ſymptomate correptæ pro mortuis, etſi viuerent, elatæ ſunt, perneceſſarium eſſe duxi, ſigna quæ in tali caſu mortem & vitam arguerent deſcribere. In primis igitur viuatne an verè mortua ſit ægra licebit explorare ſpeculo politiſsimo, leuiſsimo & lucidiſsimo ori & naribus admoto. Nam ſi vel quælibet obſcura adhuc ſubſit reſpiratio, tenuis vapor expiratus ſpeculum inficiet, & velut aſpergine obnubilabit. Plumula quoq; mollior & ſubalaris, vel carptæ lanæ floccus ac tanquam lanugo admota, tremulo motu ſuo ſubeſſe adhuc ſpiritum adeoq; vitam teſtabitur, omnino verò certiſsimè argues ſubſitne adhuc aliquid in corpore animulæ ac vitæ, inſufflatis in nares puluiſculis ſternutatorijs, ex elleboro & pyrethro. Cæterùm etſi nulla appareat reſpiratio, non tamen propterea mortua ægra ſtatim cenſeri debet, exiguus enim calor vitalis, quo in corde contracto ſuperſtes adhuc viuit, ſola tranſpiratione contentus multam aeris quæ reſpiratione thoraciſq; ac pulmonum dilatatione & contractione obitur attractionem, ad ſui conſeruationem non requirit. Sic enim inſecta, vt quę frigido ſint temperamēto, hyeme tota latebris incluſa degunt torpida, nulla in ipſis apparente reſpirationis nota, quod exiguus calor in ipſis relictus, arteriarum cordiſq; officio, id eſt perſpiratione facilè conſeruari poſsit citra thoracis motum: quod maximus reſpirationis vſus eſt, vt internus calor refrigeratione & ventilatione ſeruetur. Qui hæc nō animaduertunt in eum errorem incidunt, qui anatomicæ commentationis iacentis & propè neglectę parenti ac reſtauratori noſtra memoria penè pernicialis fuit. Is in Hiſpania cùm eſſet vocatus ad nobilem mulierē, quæ ex hyſterico ſtrangulatu mortua credebatur diſſecandam, ecce ad ſecundam adactæ nouaculæ impreſsionem derepente ad ſe illa redire, & artuū corporiſq;, quod pro cadauere habebatur, motu ac clamore, vitæ adhuc ſuperſtitis ſigna præbere cœpit. Quæ res circumſtantes amicos in tantam admirationem, horroremq; rapuit, ſic primæ & melioris vitæ Medicum illum infamem, odioſum, & deteſtabilem reddidit, vt parum abfuerit quin vnguibus omnium è veſtigio diſcerperetur & laniaretur: nihilq; prius ſibi eſſe duxerit, ſi ſaluus eſſe vellet, quàm prouincia quàm citiſsimè excedere, ſeq; fuga inuidiæ ſubtrahere. Sed ne ſic quidem inteſtinum tortorem ac carnificem, quo iudice nemo nocens abſoluitur, malè nempe rei geſtæ conſcientiam fugere potuit. Itaq; non ita multo poſt mœſtitia confectus, magno rei & publicæ & Medicinæ detrimento interijt. C D

Quibus ſignis, à menſibúsne ſuppreſsis, an à ſemine corrupto vteri ſtrangulatus ſit, cognoſcere liceat. CAP. XLVII.

Signa.

HYſtericæ ſuffocationis duæ illæ potiſsimum tanquā maximè frequentes celebrantur cauſæ. Sed à *ſemine corrupto*, ſymptomata omnia grauiora ſunt & rapidiora: præeuntem diſpnœam non longo interuallo poſt ſequitur apnœa: vniuerſus corporis habitus marmore frigidior ſentitur: mulier eſt vidua: cæterùm multi & copioſi ſeminis, ac conſueta virorum vti conſuetudine: per quorum abſentiam antea capitis grauitate tētari ſolebat, cibos faſtidire, mœſtitia & metu, omninoq; melancholica percelli. Deniq; cùm nihil ad libidinē reliqui feciſſet, derepente cōtinere cœpit. *A menſibus ſuppreſſis* ſuffocari eam veriſimile eſt, quæ antea bene & copioſè menſtrualis erat, quæ calidis, humidiſq; & multis multūq; adeò ſanguinē gignentibus edulijs repleri ſolet, quæ ſedentaria eſt, quæ aluinæ regionis pondere & tumore, quæ ſtomachi dolore, & nauſea, reliquiſq; ſymptomatibus quæ à ſuppreſsis menſibus suboriri ſolent laborat.

A laborat. Quibus poſt aliquod tempus ſuffocationis hyſtericæ paroxyſmus vel ſponte ac robore naturæ, vel remedijs adhibitis exoluitur, paulatim rubor in faciem aſſurgere incipit, vniuerſum corpus confirmari, conſerti dentes, mandibulis laxatis reſerari, humor deniq; aliquis, quibuſdam etiam ſemẽ craſſum cum voluptate, quibus pręſertim obſtetricis digito demulcetur ceruix vteri, è genitalibus diffluere: quo dilapſo vterus antea velut furens ſibi & loco reſtituitur, ſenſimq́; ſymptomata omnia vaneſcunt, viris & ſuppreſſo ſemine non quæ mulieribus ſymptomata veniunt: quia virile ſemen haud ita frigidum & humidum longeq́; perfectius & magis elaboratum putredini magis reſiſtit, & dum illud ſenſim congeritur multo ac valido exercitio ſimul quoq; diſsipari ac digeri ſolet. *Signa reſurgentis ab hyſterica affectione.*


De vteri ſtrangulatus curatione. CAPVT XLVIII.

HYſtericæ ſuffocationis quia rapidum eſt & acutum malum, propterea præſens quoq; & ſubitum remedium poſtulat, vel neglecta eius in pręſens cauſa. Ergo ſtatim in dorſum collocetur ægra elatiore thorace, ſolutis ac diſtrictis veſtimentis omnibus, quo ſpiritum ducat facilius, alta voce & in aures inclametur nomine proprio, temporum & ceruicis pilis vellicetur acrius, præſertim verò pudendorum, vt dolore infernis illis in locis citato, non excitetur modò ægra, ſed & vapor teter ſurſum aſcen-
B dens in contrarium reuellatur, dolorificis vinculis crura & brachia conſtringantur, aſperioribus linteis, ſale etiam & aceto conſperſis, totum corpus ad dolorem, ruboremq́; vſq; confricetur. Immittatur in vterum peſſarium ſequens.

℞. ſucci mercuri. & arthemiſ. an ℥.ij in quib. diſſolue pulueris benedic. ʒ.iij. pulueris rad. enulæ camp. galangæ minor. an. ʒ.j. fiat peſſarium. Inungantur inde plantæ pedum oleo laurino, vel ſimili alio, applicetur cucurbitula ingens, cum multa flamma hypogaſtrio infra vmbilicum, femorum internæ parti, & ad pectinem quo tum materiæ ſurſum ſcandentes, tùm vterus ipſe eò irruens reuocetur & reuellatur. Parandus ſuffitus aromatum qui vtero excipiatur, quod quò facilius fiat, immiſſo in eius ceruicem inſtrumento, hîc appicto, apertus ſemper & hians teneatur. In peſsi formam ex auro, argento ve aut ferro albo exſculpetur, altero, quod ſcilicet ſubit in vteri ceruicem extremo, multis foraminibus hâc illâc vndiq; peruium ſit: inferiore verò, manucla inſtructum quò reſerari & obſerari pro arbitrio, queat. Duobus autem vinculis ad faſciam ægræ ilia cingentem religabitur. Eius hæc eſt delineatio.

Peſsi quo immiſſo hiare cogitur vteri ceruix, delineatio.

C



Vaſis ſua penula inſtructi ad vterum ſuffiendum deſcriptio.

Materia ſuffituum aromaticorum ſunt cinamomum, calamus aromat. Xyloaloe, ladanum, benioini,
D thym. piper. caryophyll. lauendula, calament. arthemiſ. puleg. alipta moch. nux moſch. moſchum, muſcus, ambra, iuncus odoratus, & ſimilia quæ odoris gratia & ſympathia vterum alliciunt, reuocantq́;, & nebuloſos vapores putridamq́; cacochymiam calore ſuo conſumunt & digerunt. fœtidis contra ſuffientur nares, parantur autem hæc ex galbano, ſagapeno, ammoniaco, aſſa fœtida, bitumine oleo gagatino, fumo candelarum ſebacearum extinctarum, pennarum auium, præſertim verò perdicum & ruſticularum, pilorum humanorum, villorum caprillorum, bubulorum, veterum coriorum, vngularum cornuũ, & ſimilium vſtulatorum: quorum infenſum odorem fugiens vterus in ſuum ſe refert locum. Expedit etiam prouocare vomitum intruſa in gulam altius penna anſerina vel ipſius etiam ægræ capillis. Mox adhibebitur potio ex piperis nigri granis quindecim tuſis, & in hydromelite aut vino generoſo diſſolutis, quod remedium Auicennæ pro ſecreto eſt. Eius etiam loco poteſt tribus horis ante paſtum exhiberi theriacæ ſemidragma in aquæ abſinthij vncia vna diſſoluta: prodeſſe etiam creditur remedium paratum ex olei gagatini gutta vna linguæ inſtillata. Sunt qui probent potionem ex ſemidragma caſtorei in vino albo aut iuſculo capi diſſoluta. Proderit etiam non bibendam modò dare, ſed & exprimere in vterum theriacam in aqua vitæ diſſolutam, interimq́; olei ſaluiæ aut alterius ſimilis per quintam eſſentiam extracti guttas duas, trèſve in aureis inſtillare. Sopita excitabitur ſternutatorijs puluiſculis ex elleboro albo & pyrethro. Vtiliter etiam induntur in anum & vuluam clyſteres ex decocto rerum flatus diſcutientium, vt calamenthi, artemiſiæ, lauendulæ, pulegij, chamæm. me-



liloti, fiant peſsi & glandes ex ladano, zinzibere, A gallia moſchata, theriaca, mithridatio, zibetha, moſcho, ex oleo caryophyllorum, aniſi, ſaluiæ, roriſmarini, & ſimilibus per quintam eſſentiam extractis: clyſteris hæc erit conueniens deſcriptio:

℞. rad. enulę camp. ireos, ebuli, ariſtol. an. ℥. j. fol. abſinth. artemiſ. matric. puleg. origan. an. M j. baccarum lauri, iuniperi & ſambuci an. P. j. ſeminis rutæ, cumini, ammios an. ʒ. ij. florum ſtœcad. roriſm. ſaluiæ, centaurij minor. an. P. ij. fiat decoctio: cape de colatura ℔. j. in qua diſſolue mellis anthoſ. ſacchari rubri & bened. an. ℥. j. diacarthami ʒ. ij. olei anethini & nard. an. ℥. j. s. fiat clyſter, applicetur aluo ſequens emplaſtrum.

℞. maſſæ emplaſtri oxycrocei & de meliloto an. ℥. iij. olei nard. quantum ſufficit ad malaxandum, fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam, applicetur regioni ventris, exacto paroxyſmo. Si quidem B nupſerit coeat, ineaturq́; validè à viro: nullum enim hoc remedium præſentius. Obſtetrix inunget digitos oleo nardino aut moſchatelino, caryophyllorum aut de ſpica, mixtis cum moſcho, ambaro cineritio & zibetha alijsq́; puluiſculis aromaticis, hiſq́; confricabit & titillabit ſummum ceruicis vteri quod orificium interius pertingit, calefactis tamen prius genitalibus calentibus linteis admotis, ſic enim demum venenata materia vtero contenta eliquabitur & diffluet, maligniq́; tetri & flatulenti vapores, quibus vterus velut in furorem agitur, reſoluentur & diſcutientur, ſicq́; morbi materia coniuncta diſsipata, ſibi vterus, ſibiq́; mulier reſtituetur. Quibuſdam pro ſecreto eſt confricare vmbilicum ſucco expreſſo ex allio cocto & cum aloe commixto. C

De mulierum menſibus. CAP. XLIX.

Menſtrualis excretionis nomina.

SAnguinis qui mulieribus per genitalia manare ſolet luorem, Menſes nominare ſolent, quòd his ſingulis potiſsimum menſibus, quandiu ſanæ ſunt cieatur. Sunt qui Tempus nominant, quòd ſtato recurrat tempore. Septimanas Galli pleriq́; appellant, quia ſedentarijs & guloſis ſeptem ferè dierum ſpatio duret. Purgationes etiam quidam nominant, quòd hoc fluore totum muliebre corpus ſuperfluis humoribus repurgetur. Sunt deniq́; qui flores vocitent, quod vt flos fructum in plantis, ſic in mulierum genere hic fluor fœtum ſeu fœtus conceptionem ſoleat præcedere. Non enim antè mulier ad conceptionem habilis cenſetur, quàm ipſi menſes fluant. Vnde enim ſemen in vterum iniectum alimentum & incrementum, vnde fœtus ex ſemine formatus alimoniam capeſſet, ſi neceſſarius is humor vtero deſit? fieri tamen poteſt vt aliquę etiam ſine hoc menſium profluuio concipiant: videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantũ ijs quæ purgantur reſtare ſolet, quanquam non tanta copia vt foràs poſsit profluere, vt eſt ab Ariſtotele proditum. Cæterùm vt quædam copioſius, alia parcius, ſic quædam rarius, quædã frequentius hunc fluorem patiuntur. Sunt enim quæ bis, quæ ter in mẽſe purgantur, omnino enim quæ hepate ſunt amplo, venis latis, multis cibis & multum nutrientibus replentur, quæ otioſæ totos dies domi ſedent, quæ integræ noctis ſomnum in multam lucem protrahunt, quæ in aere calido, humido, pluuioſo & auſtrali degunt, quæ tepidis aquarum dulcium balneis & blandis frictionibus, quæ viri conſuetudine vtũtur & delectantur, frequentius illæ & copioſius & crebrius, hoc fluoris genere purgari ſolent. D

Quantitas & Tempus.

Quibus cõtrà venę anguſtę ſunt & abditæ, quibus habitus eſt ſeu carne ſeu adipe corpus, rarius purgantur & parcius, quòd in corporis habitum faceſſere ſoleat ſanguinis ſuperflua copia. Molles etiam & albę mulieres, fuſcis & denſa carne prędititis minus purgantur, quòd propter corporis raritatem, maiorem patiantur ſubſtantiæ per tranſpiratum diſsipationem. Sed & minus etiam hoc fluoris genere purgantur, quibus ſolennis aliqua eſt per aliam corporis regionem vacuatio, vt per nares & hæmorrhoidas. Quod ad ætates attinet Luna vetus, vetulas, iuuenes noua luna repurgare creditur: cauſam eſſe puto, quòd luna corporibus humidis dominatur, huius enim vario motu mare fluit & refluit, oſſa, medulla, plantæ genitali humore turgent. Itaq́; iuuenes quibus multus ſanguis eſt, & fluidior, corpusq́; patentius, facilè ad fluxum commouentur, vel prima orientis & creſcentis lunæ quadra, vetularum autem humores, quia quodam velut frigore rigent, & parciores ſunt, & corporibus denſioribus, vaſisq́; arctioribus coercentur, non tam facile, nec niſi valida & plena luna cientur & fluunt, aut certè decreſcente: quia ſcilicet ſanguis plena luna collectus, ipſi corpori, vel ſuo pondere elabitur: quod propter lunæ decrementum & defectionem tempus hoc menſis frigidius & humidius ſit.

A *Quæ ſint menſtrualis fluxus cauſæ.* CAPVT L.

MVlier quia frigidior eſt, adeoq́; languidiore coctrice facultate, fit vt plus appetat alimenti quàm concoquere poſsit. Superfluum id quia exercitijs, quia vegeti caloris efficacia non digeritur, ideò naturæ prouidētia per vteri venas excretricis impetu forâs ſtato tempore & circuitu propellitur. Fluere verò id tum maximè incipit, & cruda velut ſanguinis portio excerni, nulla alioqui qualitate noxia & maligna, quando natura incrementi corporis præcipua iecit fundamenta, adeò vt corporis magnitudine ad ſummum propè faſtigium peruenerit, nempe à decimotertio ætatis anno ad quinquageſimū. Sed nec citra hunc fluorem fœtus in vtero conformari, & alimentum incrementumq́; capeſſere poterat: eſt ergo altera hæc & finalis menſtrualis fluxus cauſa. Pleriſq; perſuaſum eſt mulieres copioſiori longè eſſe ſanguine quàm ſint viri: reputantibus quantā eius copiam ſingulis mēſibus ab anno ætatis decimotertio ad annum quinquageſimum effundant: quantum grauidæ, quarum pleræque ſimul etiam menſtruales ſunt, in fœtus alimentum & incrementum impendant: quantum pleriſque grauidis detrahere ſecta vena Medici neceſſe habeant, alioqui aborſuris, quantum in partu, lochiorum per decem aut duodecim dies purgatione exhauriant, quantum interim pleriſq; quæ fœtum nutriunt in mammas ad lactis, quod nihil eſt aliud quàm ſanguis vi glandularum mammalium dealbatus, generationem aſſurgat, diu noctuq́; lactanti fœtui, ſi quidem grandior ſit, abundè ſuffecturum, vel profundendum ſi fœtus adhuc

B minor ſit & imbecillior, nihilominus tamen pleræq; interim nutrices menſtruales eſſe non deſinunt, atque vt fortè illud, ſic certè hoc verè dici poteſt, ſanguinis virilis drachmam (vt ſic loquar) vnam, nutriendo augēdoq́; efficaciorē eſſe, libris duabus ſanguinis muliebris, quia longè perfectior ſit, magis coctus, elaboratus, & ſpirituum copia differtus, quò ſit vt vir efficaciore calore præditus, facilè quicquid ingeſſerit cibi in corporis alimoniam & ſubſtantiam conuertat Si quid ſuperflui reſtet, id vniuerſum per inſenſilem tranſpirationem promptè digerat & diſcutiat. At mulier mare frigidior, quia plus appetit quàm concoquere poſsit, multos humores congerit, quos quia per caloris inertiam & infirmitatem diſcutere non poteſt, menſtruam purgationem pati, cum præſertim ipſi altius corpus increuit, neceſſe habuit, vir verò minimè.

Materialis.

Finalis.

Mulieri plus ſanguinis eſt, quàm viris.

Vir cur non patiatur fluxū mēſtruum.

De cauſis ſuppreſſorum menſium. CAP. LI.

SVpprimuntur menſes multis ex cauſis, vt ob morbos acutos & vehementes, ob diuturnos, ob metum, ob mœſtitiam, famem, labores immodicos, vigilias, alui fluxum, hæmorrhagiam, hæmorrhoidas, ſanguinis per os, & quamcunque aliam partem reiectiones, frequentes phlebotomias, ſudores copioſiores, vlcera multum & diu fluētia, totius cutis ſcabiem, ſanguinis craſsitiem immodicam & lentorem, & à crudorum fructuum eſu, frigidæq́; potu inertiam, vaſorum denſitatem, obſtructionem, vteri vitia & morbos ob intemperiem, abſceſſum, vlcus, orificij eius interioris à callo, caruncula adnata, cicatrice ex vulnere aut vlcere, adnata membrana obſtructionem, rerum adſtringentium per ceruicem eius,

C cui pleræq; mulieres nimium ſtolidè anguſtiam comparare ſtudent, expreſsionem. Taceo ætatem, grauiditatem, & nutricatum, quòd hæ cauſæ præter naturam non ſint, nec Medici induſtriam implorent. Pleræq; ſuppreſsis menſibus in naturam virilem quodammodo degenerant, ex quo *Viragines* nominantur. Itaque vox illis aſperior fit & grauior, virum ſonans, barbam promittunt. Id abderis, inquit Hippocrates, Phaetuſa Pytheæ vxor, priore quidem tempore fœcunda erat: pulſo autem in exiliū marito, menſes multo tempore ſuppreſsi ſunt. Hæc autem vbi contigiſſent, corpus virile factum eſt, & hirſuta penitus euaſit, & barbam produxit, & vox aſpera facta eſt. Idem hoc contigit etiam Namyſiæ Gorgippi vxori in Thaſo. Quæ virgines ab initio tales ſunt, vt menſtruam purgationem non patiantur, & nihilominus ſecunda fruantur valetudine, has calidas, ſiccasq́;, imò calore ſiccitateq́; ferè virili eſſe neceſſe eſt, vt collecta excrementa tranſpiratu virorum more diſcutere poſsint, certè omnes ſteriles ſunt.

In calce lib. 6. Epid.

Quæ accidentia ad ſuppreſſos menſes ſequantur. CAP. LII.

MEnſibus ſuppreſsis, & ab vtero toti corpori & in vtero morbi contingunt. Hinc igitur ſuffocatiò hyſterica, cephalalgia, ſyncope, palpitatio cordis, genitalium & mammarū tumores, vteri inflammatio, abſceſſus, vlcus, cancer, febris, nauſea, vomitus, diſpepſia, bradipepſia, hydrops, ſtranguria, repleto vtero veſicę orificium comprimente, vrina nigra & cruenta, exudante in veſicam ſanguinis por-

D tione. Pleriſq; menſtrualis materia in vtero ſuppreſſa vomitu excluditur, vrinis, hæmorrhoidibus: alijs in varices abit. Vxori meæ dum virgo eſſet, deriuabatur & purgabatur per nates menſtrualis materia. vxor Petri Fabri Caſtrodunenſis menſium materia ſe per mammas ſingulis mēſibus tanta copia exonerat, vt ei ebibendæ & exhauriendæ vix tria aut quatuor mantilia ſufficiant. Quibus non menſtrualibus alia corporis parte ea plethora non vacuatur, his difficultates ſpirandi, melancholiæ, maniæ, podagræ, cachexiæ, virium corporis exolutiones, anorexiæ, tabes, epilepſiæ, apoplexiæ ſuperueniūt. Quibus ſanguis laudabilior eſt, nec ita copioſus, ex menſibus ſuppreſsis nihil aliud accedit incommodi, niſi quod pruriente & diſtento ſanguine vtero coitus deſiderio inardeſcunt, & veneris aculeis tentantur & ſtimulantur crebrius, ſi præſertim ſedentariæ viuant. Quæ vtero gerere ſolent mulieres, ex ſuppreſsis caſu aliquo præter naturam menſibus, minus laborant, minusq́; malè habent, quàm quæ nunquam conceperunt, quia repleri conſueuerunt, & vaſa ex repletionis ac diſtentionis conſuetudine capaciora habent. Fluentibus menſibus deiecta ferè appetentia eſt, quia tum in excretionem tota natura intenta minus bellè coctionem obire poteſt, decolor verò ſubſidet facies, quia calor vnà cum ſpiritibus foris intro ad iuuandam excretricem facultatem refluit.

De ciendis menſibus. CAP. LIII. A

MEnſium ſuppreſsio plethorica affectio eſt, quæ ideò vacuatione curari poſtulat Id fiet aperta, quæ ad malleolum eſt ſaphena vena: ante tamen brachij ſecta baſilica, ſi maximè phlethoricum ſit corpus, ne maior fiat in vterum attractio, & ab attractione influxuq; obſtructio maior. Aſpectabili tumore diſtentis vteri venis. vtiliter admouentur hirudines ceruici eius, peſſaria mulieribus, aromatum verò ſuffimenta per infundibulum excepta, virginibus, verecundiæ ergò, magis conueniunt. Præſcribenda quæ in rem eam ſunt vnguenta, litus, emplaſtra, cataplaſmata & pudendis admouenda: nō omittenda vincula, frictiones femorum & crurum, fomenta, ſternutatoria, cucurbitulæ pectinum apprimendæ. Promouent menſes inambulatio, ſaltatio, equitatio, frequens & alacris cum marito forti & vegeto coitus, & ſimilia exercitia. Ex plantarum genere menſtrua cient folia & flores hyperici, radices fœniculi, aſparagi, bruſci, petroſelini, berula, baſilicum, meliſſa, betonica, allia, cæpæ, criſta marina, cortex caſsiæ fiſtulæ, calamenthum, origanum, pulegium, arthemiſia, thymus, hyſſopus, ſaluia, maiorana, roſmar. marrubiū, ruta, ſabina, tithymallus, crocus, agaricus, flores ſambuci, baccæ lauri, hederæ, ſcamon. cantharid. pyrethrum, euphorbium. Aromatica ſunt amomum, cinamomum, iuncus, odoratus, calamus aromaticus, cyperus, zinziber, nux moſchata, caryophylli, galanga, piper, cubæ. ambara, moſchus, ſpica nardi & ſimilia, ex quibus omnibus parantur fotus, ſuffitus, balnea, iuſcula, boli, potus, pilulæ, ſyrupi, apozemata, opiatæ omnino vt Medico viſum erit. Quod ſequitur apozema vſu efficax probatum eſt.

℞. foliorum & florum dictamni an. P. ij. pimpinellæ M. s. omniū capillar. an. P. j. arthemiſiæ, maioranæ, thymi, origani an. M. s. rad. rubiæ maior. petroſelini fœniculi an ℥ j. s. rad. pæoniæ biſtortæ an. ʒ. s. cicerū rubr. ſeminis pæoniæ, fœniculi an. ʒ. s. fiat decoctio in aqua ſufficienti, addendo cinamomi ʒ. iij. in decoctionis ℔. j. colata diſſolue ſyr. de arthemiſia & hyſſopo an. ℥. ij diarrhod. abb. ʒ. j. paſſentur per manicam cum ʒ ij. nucleorum dactylorum capiat ℥. iiij. mane, peſſaria finguntur ex galbano, ammoniaco & ſimilibus remollientibus in maſſam calente piſtillo in mortario reductis & in formā peſsi concinnatis: moxq; oleo de iaſmino, de euphorbio, felle bubulo, arthemiſiæ ſucco & alijs quibus ciendorū menſium vis ineſt, cum ſcammonio in pollinem redacto mixtis, craſsitie erunt pollicari, ſex digitorum longitudine, ſandalo aut linteo ſimiliter rarò inuoluentur: ex iiſdem rebus parabuntur noduli. Parari etiam peſsi poterūt ex melle cocto, additis puluiſculis cōuenientibus ex ſcammonio, pyrethro & ſimilibus. Nec hos diutius in ceruice vteri hærere oportet ne exulcerent: his reuocatis traiecto funiculo, fouendum erit vteri orificium vino albo decoctionis pulegij aut matricariæ. Notandum verò quòd ſi menſium contingat ſuppreſsio, obſtructi orificij vteri vitio, aut inflāmatione, ante illis affectibus medendū eſſe, quàm ad ea veniamus quæ propria vi menſes cient. Nam verbi gratia, ſi vtero inflammato talia fiant, & exhibeantur, citato in affectā partem ſanguine, attenuatis humoribus, & vteri calefacto corpore augebitur inflammatio. Sic ſi quæ caro ſuperflua, ſi quis callus à vulnere aut vlcere, ſi quæ membrana orificium vteri occludens currentibus menſibus obſtruat, exterenda & reſecanda ante hæc omnia veniunt. Cæterùm admouendorum & aſſumendorum opportunitas captanda erit ex tempore, quo ante ſuppreſsionem ſolebat purgari æg[illegible] mulier: vel ſi nunquam experta ſit menſtruam purgationem, ex luna decreſcente: ſic enim arti, conſuetudinem, naturam, & cauſam externā efficientem adminiculantem habebimus. His quæ di[illegible]mus remedijs vſurpatis, haud in æſtuaria quod pleriq; faciunt, ablegandæ erunt mulieres, niſi fortè à vaſorū denſitate & ſanguinis craſsitie & lentore malum cauſam habuerit. Sudores materias alio diuertendo menſtruam purgationem impediunt. B C

Quæ ſint ſigna menſtrualis fluoris appetentis. CAP. LIV.

APpetentibus primum menſibus mammæ pruriunt, ſolito tumidiores & ſolidiores fiunt, coitus fit appetentior mulier, à ſanguinis incitati orgaſmo, aut ſubſiſtentis acrimonia, vox grauior fit, genitalia pruriunt, ardent, tument, & rubent. Si diutius tardent dolor lumbos & caput habet, nauſea & vomitus ventriculum exercet. quanquā ſi quæ in vterum confluūt materię, vel natura ſua vel corruptione frigidæ ſint, à venere abhorrent, torpente inertia vtero, & aquoſis excremētis, ſæpè etiam per genitalia pigro lapſu diffluētibus, differto. Quæ viro maturę ſunt virgines, etſi pulchrè menſtruales ſint, cephalalgia tamē, nauſea, vomitu crebro, anorexia, pica, cachexia, diſpnœa, palpitatione cordis, ſyncope, melācholia, & inſomnijs terrificis aut vigilijs cū ſuſpirio laborant: quod catullientibus & prurientibus genitalibus, ipſæ ſibi venerē figurent, quò fit vt ſeminalis materia vel in teſtibus magna copia ſubſiſtēs, vel in vteri capacitatem genitalium titillatu effuſa corrumpantur, venenatam qualitatem acquirat & ſtrangulatui vteri ſimilia excitet ſymptomata. His affectibus haud tentantur ruſticæ in agris virgines, quòd nemo ſit qui earū virginitati inſidias ſtruat, quòd parcè ac duriter viuant, quòd in continuis laboribus ætatem exigāt. Videre eſt pleraſq; virgines adeò ſucci, adeò ſanguinis plenas, vt ipſis tanquā non menſtrualibus in mām as magna copia ruens in lac cōuertatur, quod ipſis pleno vbere diffluat tanquā nutricibus, vt expreſſum ab Hippocrate legimus: Si mulier, inquit, quę neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt, ex quo intelligere eſt, malè vulgo concludi mulierem quæ lac habet peperiſſe vel grauidam eſſe. Nam & Genuæ nouiſſe Antonium Buzum ſcribit Cardanus, cui triginta annos nato lac colligebatur in māmis, quod puello alendo ſatis eſſet. Lactis enim generatio & cauſa efficiens non à ſola eſt mammarū glanduloſæ ſubſtantiæ inſita facultate, ſed multo magis ab actione ſeminis maſculi, argumento quòd pleriſq; hominibus mammæ lacte diffluant, & quòd mulieres niſi recepto & cōcepto ſemine virili, ferè lacte non redundent, viragines quoq; quorum ſcilicet ſemen ad naturam virilem accedit, vbi menſes retinentur, concoquunt ſanguinem & edulcant, atq; ob id dum exitu caret, trahitur à māmis ſimilitudine ſubſtantiæ, & in perfectū lac euadit. Quibus menſes affatim & continuò quatuor aut quinque dierum ſpatio vacuantur, melius & felicius purgantur, quàm quibus longo dierum interuallo. D

Lac in virginū mammis.

5. Aph. 39.

Lib. 12. de ſubt.

Lactis cauſa efficiens.

A

Quæ ad profluuia menſium immodica ſequantur accidentia.

CAPVT LV.

SI copioſius fluant menſes, ſymptomata quoq; fiunt, fruſtrata concoctio, deiecta appetentia, totius corporis perfrigeratio, facultatum eius omnium exolutio, cachexia, tabes, hydrops, febris hectica, conuulſio, ſyncope, mors ſæpè repentina. Si cui fluit immodicè, ſanguis acer eſt & ardens, fœtor vnà ipſum, ægram verò febris aſsidua, lingua arida comitabitur, vlcera in gingiuis ſurgent, & ore toto. Fluunt mulieribus menſes venis & arterijs, quæ & vaſis ſpermaticis ortę in vteri fundum & latera terminantur, virginibus verò & grauidis quibus ſanus futurus eſt fœtus, per ramos venæ & arterię hypogaſtriæ quę reijciuntur & ſparguntur in vteri ceruicem. Immodici menſium profluuij cauſa eſt ſanguinis quantitate, aut qualitate vel vtroque peccantis vitium, effrenis coitus præſertim cum viro, cui ſit mentula monſtroſæ & vegrandis magnitudinis, retentricis vaſorum facultatis exolutio. Sæpe etiam à laborioſo & difficili partu menſes immoderatius fluunt, fœtu vel ſecundis per vim ab vteri cotyledonibus reuulſis, aut venis & arterijs ceruicis vteri à fœtu magno enixu prodeunte laniatis: non rarò ab vſu medicamentorum acrium, vt peſſorum exulcerantium. Sæpè etiam totius corporis cacochymiam natura chriticè per vterum poſt ingentem morbum deponit: cuiuſmodi fluxus haud temerè ſiſtendus eſt. Qui ab vtero manat, menſtruus ſanguis craſsior, nigrior & thromboſus eſt, qui verò ab vteri ceruice liquidior & rubicundior.

Via, per quas fluit ſanguis mẽſtruus.

Immoderati fluxus menſ. cauſæ.

B

De ſiſtendo menſium fluxu immodico. CAPVT LVI.

CIbus potusq; eligendus eſt cui ſanguinis incraſſandi vis inſit, vt enim calidis & tenuium partium edulijs cientur menſes, ſic refrigerantibus, incraſſantibus, adſtringentibus & ſtypticis cohibentur, cuiuſmodi ſunt hordeata, oriza cocta, animantium extremæ partes, vt bubuli, vitulini, veruecini pedes, vel frixi, vel cocti cum acetoſa, portulaca, plantagine, burſa paſtoris, ſumachio, ſummitatibus rubi, berberide & ſimilibus. Cornu ceruinum vſtum & lotum, & in aqua adſtringente propinatum, fluxus omnes immodicos cohibere creditur, quemadmodum & ſanguis draconis, terra ſigillata, bolus armenus, lapis hæmatites, coralla in pollinem redacta, & in aqua chalybeata pota, ad id etiam efficax eſt pulticula parata ex lacte ſæpius chalybeato, & farina frumentacea, hordeacea, fabacea, amylo aut oriza. Mala cotonea, ſorba, meſpilla & corna eodem conſilio ſecunda menſa ingeruntur, vſurpanda zulapia ex aqua chalybeata cum ſyrupis roſarum ſiccarum, granatorum, acetoſo, myrtino, cydoniorum, aut conſerua roſarum veteri, vinum fugiendum. Si tamen vires exolutæ id flagitent, eligendum craſſum & adſtringens villulum, aqua chalybeata temperatum, fugienda exercitia, præſertim venerea, fugienda ira, eligendus aer frigidus, ac ſi natura talis non ſit, talis erit arte parandus rebus frigidis conſperſo ſolo, ſi præſertim æſtas vigeat, ſomnus profundior omnes vacuationes ſiſtit præter ſudores. Secta in brachijs vena, cucurbitulæ mammis affixæ, ſuperiorum partium vincula & frictiones dolorificæ valde in hoc affectu commendantur. Quòd ſi ab admixta ſanguini cacochymia bilioſa hoc ſymptoma cauſam habere cognoueris, purgandum erit corpus cholagogis, & hydragogis, vt rhabarbaro, myrobolanis, tamarindis, ſebeſtẽ & ſyrupo roſarum ſolutiuo.

C

De topicis ad menſium fluxum immodicum.

CAPVT LVII.

PArantur etiam ad refrænandos menſes immodicè fluentes vnguenta, iniectiones, peſſaria: vnguentum erit eiuſmodi: ℞. olei maſtichini & myrtini ana ʒ.ij. nucum cupreſsi, olibani, myrtillorum ana ʒ.ij. ſucci roſarum rub ℥ j. pulueris maſtichis ℥.ij. boli armeni, terræ ſigillatæ an. ʒ.s. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum ad vſum. Iniectio talis erit: ℞. aquæ plantaginis, roſar. burſæ paſtoris & centinod an. ℔ s. corticis querni, nucum cupreſsi, gallarum non maturarum an. ʒ.ij. berberis, ſumach, balauſtiæ, aluminis rochæ an. ʒ.j. fiat decoctio, de qua fiat expreſsio in vterum ſyringe obtuſo mucrone prædita, ne acuto alliſu ceruicis vteri latera lædat. Valent etiam ad id limaces cum ſua teſta triti, & vmbilico impoſiti. Mala cydonia ſub pruna cocta puluiſculo myrtillorum & boli armeni concorporata in ceruicemq; vteri indita ad hanc rem mirificè conferunt. Peſsi verò ſpecies erit eiuſmodi: ℞. pulueris gallarum immaturarum, rad. combuſt. & in aceto extinctarum ʒ.ij. ammon. ʒ.s. ſanguinis draconis, puluer. ſymphyti. ſumach, maſtiches, ſucci acaciæ, cornu cerui vſti, colophoniæ, myrrhæ, ſcoriæ ferri an. ʒ.j camphoræ ℈.ij miſce, & incorporentur omnia ſimul cum ſucco centinod. ſemperuiui, ſolani, hyoſciami, nenupharis, plantaginis an. quantum ſufficit, fiat peſſarium. Regioni lumborum, femorum, & genitalium refrigerantia vtiliter imponuntur, vt oxycratum, vng roſatum & ſimilia. At ſi per eroſionem veniat immodicus is menſium fluxus, adeò vt eius materia vteri ceruicem obiter exulcerauerit, oblinetur locus lacte aſinæ cum hordeato aut mucaginibus conſtringentibus, pſillij, cydoniorum, gummi tragacanthæ, arabicæ & ſimilibus.

D

De fluxu muliebri. CAP. LVIII.

PRæter commemoratum illum, qui naturæ lege fit, menſtrualem fluxum, eſt inſuper alius, *muliebris ex eo dictus*, quod mulieribus in fœminarum genere proprius ſit. Hic aliàs longè & continuæ deſtillationis ab vtero, aut per vterum à toto corpore manantis inſtar, ſine dolore fatigat, haud aliter quàm per renes ſeu vrinas ſæpè vniuerſi corporis eluuies repurgatur, aliàs ex incertis interuallis, ſed cum dolore repetit, obiter etiam vteri loca exulcerans. *Differt à fluxu menſtruali*, quòd hic ſanguinem laudabilem paucorum dierum interuallo, quantum naturæ expedit, profundit, muliebris impuram cacochymiam, aliàs ranioſam, aliàs ſeroſam & liuentem, aliàs albam & craſsiorem velut cremorem hordei à ſanguine pituitoſo deponit. Hæc poſtrema eius ſpecies frequentior eſt. Itaq; fluxu muliebri *crebrius tentari* intue-

mur pituitoſas, molliq; & laxo corporis habitu mulieres, ex eoq; flores ſeu albos pati inter ſe iactitant. A Materia vt varia eſt, ita vario colore ſubuculas inficiet. Profectò ſi exquiſitè rubra ſit & ſanguinea, per eroſionem venire putandum eſt, aut exolutionem ſubſtantiæ vaſorum vteri vel ceruicis eius. Raro ergo à ſanguine eſt, nec ferè niſi cùm mulier vel grauida eſt, vel menſtrualis eſſe caſu aliquo deſinit: tum enim menſium loco manat ſeroſum excrementum, quod ipſius pannos colore loturæ carnium inficit. Rarò etiam ab humore melancholico eſt: tumq; ferè cancrum in vtero excitat. Sæpè verò purulenta vlceris in vtero latentis materia incautum Medicum Chirurgumq; fallit, ſed non ita difficile eſt hos affectus diſtinguere. Nam ab vlcere quæ manat materia, quia vt dixi purulenta eſt, parcior quoq;, craſsior, fœtidior, & magis alba eſt. Sed nec quibus his in locis vlcera ſunt, præſertim in ceruice vterina, viri congreſſum citra dolorem ferre poſſunt.

De cauſis fluxus muliebris. CAP. LIX.

FLuxus muliebris cauſa aliquando in propria vteri imbecillitate & impuritate, aliàs in nobilium viſcerum vitio conſiſtit. Nam ſiue cerebrum, ſeu ventriculus refrigerata ſint, ſeu hepar obſtructum, aut ſcirrho durum, cruditates multæ gignuntur: quæ ſi in vterum natura imbecillum decurrerint, aut depoſitæ fuerint, vterinum ſeu muliebrem fluorem inuehunt. Qui ſi moderatus ſit & minimè acer, corpus ſæpè à malignis vindicat morbis, aliàs atrophiam, maciem, decolorationem, crurum œdematoſum tumorem, vteri prolapſum, appetentię & facultatum omnium deiectionem, mœſtitiam (à qua ægrã reuocare non eſt facile propter fractum à perenniter fluentium ſordium pudore animum) inferre ſolet. Conceptionem impedit, quia vel ſemen exceptum corrumpit, vel deturbat. Sæpè ſi ſubſiſtat ad aliquot menſes, eius circum vterũ, vel in vteri corpore aut ceruice, materia reſtitans abſceſſum facit, & à rupto abſceſſu vlcera putrida & cancroſa, aliàs in vtero, aliàs in inguinibus, ſæpe etiã in coxis. Hic affectus eſt curatu difficilis, non tantum ſui ratione, quòd in vterum tanquam in ſentinam totius corporis muliebris vniuerſa cõfluere ſoleat eluuies, quòd pars ſit natura debilis, quòd ſitum inferum habeat, quòd in ipſum multa terminentur vaſa, deniq; quòd per ipſum effluxus fieri ſoleant: ſed etiam ratione ægræ mulieris, quæ ſæpè mori malit quàm vel partem morbumq; ipſum renudare, vel remedia localia admittere. Sic enim narrat Montanus ſe præſente, nobilem quandam Italam, cui detergentium decoctorum in vterum propter hoc affectus genus neceſſarias eſſe expreſsiones dixerat, in ſyncopem incidiſſe, & maritum rogaſſe, ne eius Medici vnquam conſilio vti vellet. B

Prognoſtica.

Lib. de vter. affect.


Cura fluoris muliebris. CAPVT LX.

SI quæ defluit per hunc affectum materia, quæ colore rubro tincta ſit, à menſium naturali profluuio hoc ſolo diſtabit, quòd nullo ordine, nulloq; certo circuitu redeat. Itaque phlebotomia & alia quæ fluentibus immodicè menſibus diximus eſſe remedia, hîc locum merito habere poterunt. At ſi albet, aut alio quouis colore huius aut illius humoris cacochymiam teſtetur, remedijs cuiq; humori proprijs præſcribenda purgatio erit. Non enim ſtatim cohibere talem fluxum oportet, expedit enim ſic humorum eiuſmodi eluuie reliquum corpus repurgari, qui feſtinant adſtringere, hydropem, recurrente in hepar illa ſentina, aut in vtero cohibita cancrum, febrem, & alios affectus pro partis ſuſcipientis conditione inuehunt. Itaq; niſi ante vſurpatis vniuerſalibus remedijs ad topica detergentia, ſiccantia & adſtringentia, non erit veniendum, balnea aluminoſa, ſulphurea, bituminoſa, aut ferraria fluori vterino à pituitoſo humore conueniunt, quorum loco parari arte poſſunt ex decocto herbarum calidarum, ſiccarum & aromatica vi præditarum cum alumine, coniectis præterea ſilicibus & calculis candentibus. Decocti & iniectionis detergentis forma erit eiuſmodi: ℞. fol. abſinth. agrimon. centinod. burſę paſt. an. M. s. bulliăt ſimul & fiat decoctio: in qua diſſolue mellis roſ. ℥. ij. aloes, myrrhæ, ſalis nitri an. ʒ. j. fiat iniectio, muliere puluinari natibus ſubiecto ſic collocata, vt altior vteri ceruix dehiſcat. Excepta iniectione mulier decuſſata crura ad nates adducat, ſic enim continebit quod iniectum eſt. Qui amplius adſtringere & ſiccare ſtudent, addunt ſuccum acaciæ, gallarum viridium, corticum granat. alumen rochæ, vitriolum Romanum, omniaq; feruefaciunt in aqua fabrorum & vino adſtringente, poſſunt parari peſſaria eiuſdem facultatis. Si quæ prodeunt materiæ mali coloris ſint & odoris, ſubeſſe vlcus putridum veriſimile eſt. Itaq; licebit ea inijcere quæ vim habent putredinis corrigendæ: in quibus excellit ægyptiacum diſſolutum in lixiuio aut vino nigro. Sunt mulieres quæ cum gonorrhœa virulenta laborant, honeſto nomine culpam prætexentes, fluore muliebri ſeu vterino laborare ſe mentiuntur, quòd in vtroq; affectu ingens profundatur eluuies. Sed ex purulentia facile affine id malum diſtinguet Chirurgus, ac niſi ſaliuatione, ſudoribusq; citatis ſanari id non poſſe ſibi perſuadebit. Interim in vteri ceruicem intrudet, vtq; contineat ægra, iubebit inſtrumentum, in peſsi formam concinnatum, multis foraminibus extremo ſuo peruium, quò materiebus purulentis pateat effluuium, mora & ſuppreſsione acrimoniam alioqui contracturis: tum etiam vt ſic vterus perſpiret liberius, atq; manuclæ, quæ peſsiforme id inſtrumentum reſeratum tenet beneficio, admiſſo aere temperetur, C D

Gonorrhœa virulenta.

A

Peſſiforme vteri ventilabrum.



B

A.Eam notat inſtrumenti extremitatem quæ foraminibus peruia & pertuſa eſt.
B Corpus inſtrumenti.
C.Laminam illam quæ ventilationis liberioris gratia ſurrigitur & deprimitur.
D.Manuclam.
E E.Lora quibus medium ægræ corpus cingentibus inſtrumentum id ſtabilitur.

De ceruicis vteri Hæmorrhoidibus & verrucis. CAPVT LXI.


VT in ano, ſic etiam in vteri ceruice fiunt Hæmorrhoides & venæ velut varicoſæ, multo ſæpè ſanguine manantes cum ſero ruſo & fœtido. Harum aliæ rubore, & multa velut tuberculorũ inæqualitate à circumſcriptione moris ſimiles ſunt, ex quo Morales vulgò appellantur: aliæ vuis, vndè Vvales: aliæ verrucis, Verrucales inde cognominatæ. Quædam inſigni ſe tumore produnt, aliæ tenues ſunt, & in ima vteri ceruice abditæ, aliæ in eius marginę ſitæ. Acrochordon verrucæ cum calloſo tuberculo ſpecies eſt, radice tenui, & craſsiore capitulo tanquam funis nodulus, è tenui velut filo dependens, verruca botoralis Arabibus dicitur. Alia etiã verrucæ ſpecies eſt, quæ quia tuberculorũ multa inæqualitate & aſperitate thymi florẽ refert, Thymus nominatur. Eiuſmodi omnes affectus exercitio quouis, ſed
C venereo præſertim exaſperantur, malignitatẽ nonnunquã coniunctã habent & feritatem latentẽ, cuius occaſione vel ſolo contactu exacerbantur, quia ab humore effero materiam habent. Itaq; his haud equidem veram, ſed tantùm palliatiuam (vt loquuntur) curationem adhibueris. Ficos Latini abſolutè: Galli cum adiuncto, S. Fiacrij ficos nominant.

De verrucarum ceruicis vteri curatione. CAP. LXII.


QVÆ in vteri ceruice ſuccreſcant verrucæ, ſiquidem minimè malignæ ſint, filo conſtringendæ erunt, & exſecandæ. Quæ altius in vtero abditæ deliteſcent, ſpeculo matricis immiſſo oculis & digitis venient ſubijciendæ.

Variæ ſpeculorum matricis imagines.

D



Alia ſpeculorum matricis forma. A

 B

A.Monſtrat cochleam quæ ſpeculum matricis obſerat,reſeratq́;.

B B.Brachia quæ octo vel nouem digitos longa eſſe debent.

Cæterùm matricis illa ſpecula magnitudinis erunt debitæ, pro patientis corporis magnitudine. De-
mittētur,muliere eo ſitu collocata, quo in fœtus ab vtero extractione collocandá eſſe diximus: vincien-
dis verrucis conueniet id inſtrumentum, quod in gargareonis relaxatione deſcripſimus. Conſtringētur
aūt quotidie magis ac magis quoad decidant. Ergo curandarum verrucarū tria erunt velut ſumma capi-
ta,vinculum,ſectio & cauteriū. Ne aūt repullulent, inſtillabitur oleum de vitriolo, aqua fortis ſeu chry-
ſulca,aut capitelli ex qua cauteria potentialia concinnamus. Quæ ſequitur aqua efficaciſſima eſt,conſu-
mendis & tabefaciēdis verrucis: ℞. aquæ plant.℥.vj. viridis æris ʒ.ij.alumi.rochæ ʒ.iij.ſalis comm.℥.s.
vitrioli rom. & ſublimati an. ʒ. s. terantur omnia ſimul & bulliant. Aquæ ſtillatitiæ gutta vna aut altera C
cōtingatur pars affecta,reliquis in tactis. Si quod ſubſit vlcus,curabitur quemadmodū antè dictum eſt.
Affirmabat mihi nuper Medicinæ quidam ſtudioſus, ſtercus bubulum additis folijs aut puluere ſabinæ,
verrucas vteri tabefacere,ſi calidum imponatur: quod an certū ſit nécne,experientia rerum magiſtra iu-
dex eſto. Certè Cantharides vnguentis exceptæ id præſtant,& quidē vt credere par eſt,efficacius: nā &
callos qui digitis internaſcuntur,exterūt. Expertū habeo verrucas quæ manibus ſuccreſcunt, ſanari im-
poſita portulaca trita,& ſuo ſucco madente. Idem faciunt folia & flores calendulæ.

De Rhagadibus,& Condylomatibus. CAPVT LXIII.

RHagades ſeu fiſſuræ,fiſſa & oblonga vlcuſcula ſunt, cū dolore acerrimo & ardore,ab humoris acris,
ſalſi,ſiccantisq́; morſu, contractionem ſæpè & conſtrictionē in ano, & ceruice vteri tantam facien-
tia, vt ſuo orificio vix ſummum digitum admittant, membranularum inſtar quæ ignibus propius
admotæ corrugantur & vibrantur. Oboriuntur nonnunquam in ore,adeò vt loqui,mandere,oſq́; ipſum
diducere æger nequeat,cogaturq́; ſectionem moliri Chirurgus. In curatione acria omnia medicamenta
fugienda ſunt,& ea quæ molliunt vſurpanda, humectandaq́; pars affecta fotibus, litubus, cataplaſmati-
bus,emplaſtris,immiſſo ſæpius matricis ſpeculo & peſſo,ſiquidem in vtero malum ſit: vt quod durius &
nimis conſtrictum anguſtumq́; eſt dilatetur,fiſſa inde vlcuſcula ad cicatricem perducenda ſunt. *Condyl-*
mata rugoſa quædam & dura tubercula ſunt, ac tanquam carnis excreſcentiæ, in ani præſertim & ceruı D
cis vteri rugoſis marginibus ortæ: ardore ſuo & rugis oculis innoteſcunt,duritia verò & aſperitate digi-
tis. Refrigerantia & relaxantia remedia contra hunc affectum adhiberi debent, cuiuſmodi ſunt oleum
ouorum, & de ſemine lini, ſingulorum enim vnciæ duæ ſumuntur, diu in mortario plumbeo agitantur,
& parti affectæ allinuntur: additur camphora ſi inflammatio ſubeſt.

De vteri pruritu. CAP. LXIIII.

MVlieribus,præſertim annoſis,pruritus ſæpè in vteri ceruice oboritur,qui eas cruciatu & ſcalpen-
di neceſsitate adeò fatigat, vt ſomnum adimat. Paucis abhinc diebus conſuluit me mulier quæ-
dam hoc mali genere adeò diuexata, vt prurientem genitalium vredinem aſperſa,& aſperius affri-
cta parti fauilla reſtringuere neceſſe haberet. Me conſultore ægyptiacum in aqua marina aut lixiuio diſ-
ſolutum, ſibi ſyringe exprimi & inijci curauit: eodemq́; medicamēto imbutos peſſos ex ſtupis canabini
in vterum demitti, & ſanata eſt. Non rarò ſcrotum & anum, vetulorum præſertim virorum, exercet hic
pruritus, à congeſtione aut affluxu pituitæ ſalſæ: quæ, cum in oculos decumbit, importuuo ſcalpendi
deſiderio illato,multum exhibet negotij. Cùm in corporis vniuerſum habitum ſeſe hæc materia ſparſe-
rit,vrentem & prurientem ſcabiem facit: diæta refrigerante & humectante,phlebotomia,catharſi humo-
ris ſalſi,balneo, corniculis cum ſcarificatu phlebotomo facto & ſequenti totius corporis litu curandam:

℞.axung.

A ℞. axung. porc. recent. lib. j. s. ſapo nigri vel gallici, ſal. nitr. aſſar. tartar. ſtaphiſ. an. ℥. s ſulph viui ℥. j. arg. viui ℥. ij. acet. roſ. quar. j. incorporentur omnia ſimul, & fiat linimentum ſecundum artem, vtatur vt dictum eſt. Vnguentum enulatum cum mercurio magnam quoque vim merito habere creditur ad pruritum conſopiendum & ſcabiem reſiccandam. Sunt qui ſequenti vtantur; ℞. alumi. ſpu. nitr. ſulph. viui an. ʒ. vj ſtaphiſ. ℥ j. diſſoluantur omnia in aceto roſar. addendo butyri recentis quantum ſufficit, fiat linimentum ad vſum commemoratum.

De craſſi inteſtini, quæ mulieribus excidit, relaxatione.

CAPVT LXV.

QVibuſdam mulieribus, quæ vehementius in partu enixæ fuerint, craſſum inteſtinum relaxatur, & excidit. Quod morbi genus frequens eſt pueris, ab humore pituitoſo ſphincterem ani muſculum, & duos leuatores madefaciente. Ad curationem lauandum & fouendum ante omnia rectum id inteſtinum eſt decocto herbarum calefacientium & reſoluentium, vt saluię, roriſmarini, lauendulæ, thymi & ſimilium: mox etiam rerum adſtringentium, vt roſarum, myrtillorum, corticis granatorum, nucum cupreſsi, & gallarum cum pauco alumine: inde puluiſculo conſpergendum ex rebus adſtringentibus citra morſum, denique reſtituendum & molliter intrudendum in ſuum locum. Efficax & ſingulare putatur in hanc rem remedium, quod paratur ex duodecim limacibus rubris conſperſis in olla, ſalis & alu-
B minis ſingulorum ſemuncia, crebroq; ſucceſſu agitatis: his enim tandem mortuis ſubſidet humor, qui goſsipio exceptus deciduo inteſtino imponitur. Eadem ex cauſa laborioſo ſcilicet partu, quibuſdam mulieribus ingens in vmbilico tumor oboritur: relaxato enim peritonęo, aut etiam rupto omentum aliquando, aliquando etiam inteſtina excidunt: nonnunquam flatus eò ſe inſinuant, cauſa vt iam dixi, eſt alui nimia diſtentio, ex graui in vtero geſtatione, & multo inter pariendum enixu. Si deuoluta inteſtina tumorem faciunt, dolor vnà cùm tumore coniunctus ægrum diuexat, appreſſuq; regredientium inteſtinorum murmur inauditur. Si omentum, tumor mollis eſt, & fere indolens, nec compreſsione rugitum vllum exaudias. Si flatus, laxus quoq; & mollis tumor eſt, ſed qui comprimenti digito facilè & cum aliquo ſono cedat mox rediturus. Si ingens fuerit tumor, ſanari nequit, niſi exciſo, vt in hernijs dictum eſt, peritonæo. Vidi Lutetiæ in templorum porticu mēdicantes mulieres, quibus ex inteſtinorum prolapſu tumor id genus inſigni craſsitie globum æquabat: quibus nihilominus licebat progredi, & omnia ſanorum munera exequi: credo quòd fæces per tumoris amplitudinem, & delapſi inteſtini capacitatem, ingreſſum, egreſſumq; haberent liberum.

De vmbilici relaxati tumore puerili. CAPVT LXVI.

NOnnunquam recens natis pueris, oui magnitudine vmbilicus intumeſcit, quod perperàm ſectus aut vinctus fuerit, vel quod humores ſeroſi eò confluxerint, vel quòd eiulatu extorminum puerilium doloribus ea pars ſe amplius æquo dilatauerit, nonnunquam ab vtero eum tumorem cum
C abſceſſu coniunctum ſecum efferunt. Sed abſceſſum, illum nequaquam tentabit aperire Chirurgus. Facta enim apertione inteſtina prodeunt & effunduntur, quemadmodum in multis, maximè verò in puerulo Domini de Martigues obſeruaui. Eiuſmodi enim abſceſſum cùm Petrus à Rupe Chirurgus aperuiſſet, effundentibus mox ſe per plagam inteſtinis, mortuo nobili puerulo, parum abfuit quin ſatellitũ domeſticorum manibus ſtrangularetur. Itaq; cum Ioannes Gromontius ſculptor, nuper me rogaret, vt tale quid tentarem in filio ſuo: negaui me facturũ, quod ex præſenti illo infortunio ſatis ad mortem ipſi eſſet: certè triduo pòſt rupit ſe abſceſſus: & proruentibus inteſtinis mortuus eſt.

De dolore qui ex dentitione pueris oboritur.

CAPVT LXVII.

PVeros valde excruciat ex dentibus dolor, cùm è vagina velut prorumpere, & ruptis gingiuis prodire appetunt: quod ferè ſub ſeptimum menſem contingit. Dolorem illum pruritus ſcalptusq; gingiuarum comitatur, inflammatio: alui fluxus: vnde non rarò febris, epilepſia, conuulſio, tandemq; mors. Doloris *cauſa eſt* continui gingiuarum à prodituro dente ſolutio. *Signa* eius doloris ſunt oris puerilis ardor inſolitus, lactanti nutrici perceptibilis, gingiuarum & genarum tumor, clamoſus præter modum & conſuetudinem eſt puer, digitos ori ſubinde admouet, affricatq; gingiuis quaſi ſcalpticius, mul-
D ta ipſi ſtillat ſaliua. Ei dolori *vt medeatur* Medicus nutricem quaſi ipſa febricitaret, curabit: haud tam frequenter puerum ad ſuctum & papillam nutrix admittet, ſed refrigerium ſitienti & ardenti illi comparabit, propinato ex interuallis Zulapio Alexandrino, ſyrupo de limonibus aut granatorum cum aqua cocta: quanquam quæ actu refrigerant haud temerè puer ore continebit, talia enim gingiuis conſtrictis, prodituris mox dentibus velut remoram injiciunt: lenientia potius & remollientia conueniunt: quæ ſcilicet gingiuarum laxam carnem magis ac magis relaxant, & dolorem mitigāt. Itaq; nutrix oleo amygdalarum dulcium, butyro recenti, melle, ſaccharo, mucagine ſeminis pſilij, aut biſmaluæ in aqua parietariæ extractis, iunctos digitos puerilibus gingiuis crebrò affricabit. Valere ad eam rem occulta proprietate putant cerebrum leporinum toſtum, elixùmve, aut etiam nefrendis. Extrinſecus apponetur cataplaſma ex farina hordeacea, lacte, oleo roſato & vitellis ouorum. Prodeſt etiam glycyrrhizæ raſæ & contuſæ baculus, melle aut ſyrupo aliquo ex commemoratis illitus, ori gingiuiſq; crebro affrictu admotus, quemadmodum & crepundium cui inſertus ſit dens lupinus: hoc enim ſcalptu, dolorifico prurituì medentur, & gingiuas rareſaciunt, ac quodammodo atterunt, quò mox expeditius dentes prodeant. Sed non rarò fit vt eiuſmodi omnia remedia propter gingiuarum ex duritie contumaciam, aut naturæ puerilis infirmitatem, nihil proficiant. Itaque in tali caſu antequam lethalia antè dicta ſymptomata ſuperueniant, ſuaſerim Chirurgo vt ſcalpello gingiuas qua ſe tumore produnt dentes aperiat, rupto ſic & illis

aperto vi & ferro via, vnaq; tenſione gingiuarum leni hæmorrhagia citata. Cuius ego remedij periculū A ſecundo & optato ſucceſſu ipſe feci in aliquot ex meis liberis, præſentibus Feurco, Altino, Cortino Medicis & Guillemeau Chirurgo Regio. Id ſatius & expeditius eſt, quàm quarundam nutricum naturæ ſolo inſtinctu edoctarum more, vnguibus & ſcalptu gingiuas pueriles laniare & atterere.

Duci Niuernenſi mortuus eſt nuper octimeſtris puer: mortis cauſam cùm anxiè vnà cū Medicis, qui illi ægro adfuerant exquireremus, nō aliam inuenimus, quàm gingiuarum ex duritie contumaciam maiorem, quàm quæ ætati illi conueniret, ſic enim prorumpere & viam ſibi moliri dentes ipſi per ſe nō potuerant. Cuius ſententiæ id extitit argumentum, quód reciſsis ſcalpello gingiuis, dentes omnes in procinctu ad egreſſum apparuerunt, ſi tantùm illi viro hoc remedium & auxilium non defuiſſet.

GRAVISSIMORVM ALIQVOT AFFECTVVM MVLIEBRIVM, PRAECIPVE AD CHIRVRGIAM SPECTANTIVM, curandi ratio, ex ALBVCASIS præſtantiſs. inter Arabes Medici, medendi Methodo Lib. II. deſumpta. B

DE INCISIONE TETIGINIS ET CARNE eminentis ex vuluis mulierum.

CAPVT LXXI.

TETIGO ſæpè augetur & excedit modū naturalem, donec fœdus & turpis aſpectus eius fiat, & quando ad eam magnitudinem peruenit in quibuſdam mulieribus vt expandatur ſicut in viris, & peruenit vſq; ad coitum. Oportet ergo vt teneas ſuperfluitatem tetiginis manu, aut vncino, & incidas, ſed ne altius ſeces præcipuè in profundo radicis, vt non accidat fluxus ſanguinis Deinde cura ipſum curatiōne vulnerum, donec ſanetur. Caro autem ſæpè naſcitur in orificio matris, donec impleat ipſum. Et nonnunquam egreditur ad exteriora ſecundū ſimilitudinem caudæ, & propter illud nominant quidam ægritudinem caudatam: oportet ergo vt incidamus eam ſicut incidimus tetiginem, & curemus eam donec ſanetur. C

De curatione alratica. CAP. LXXII.

ALratica eſt vt vulua mulieris non perforata, aut ſit foramen paruum, & eſt aut naturalis, aut accidentalis: & accidentalis eſt ex ægritudine quæ præceſsit: & ipſa quidem ſit aut ex carne nata auctiori, aut ſiphac ſubtili aut ſpiſſa, & fit aut in profundo matricis, aut in lateribus eius, aut in ſuperiore, aut inferiore eius parte, & prohibet à coitu & prægnatione & partu, & nonnunquam prohibet & menſtrua. & cognitio illius fit per aſpectū obſtetricis. Si oppilatio eſt apparés propinqua. Si aūt non apparet, tūc quęre eá digitis, aut radio. Si aūt oppilatio eſt ex ſiphac ſubtili & eſt propinqua duobus labijs, tunc propera & diſrumpe ipſam: oportet autē vt ponas ſuper duo labia puluillos, deinde pone indices tuos duarum manuū ſimul, & mulier ſit ſuper dorſum ſuum expanſis cruribus ſuis, deinde extende duo labia fortiter, donec diſrumpitur ſiphac ſubtile, & aperiatur oppilatio, deinde accipe laná & imbue eam oleo, & pone ipſam ſuper locum, & coeat mulier omni die, vt non denuò conſolidetur locus. Si autē ſiphac eſt craſſum ſpiſſumve, tunc oportet vt ſeces ipſum ſpatumili lato ſimili folio myrti. Si aūt oppilatio eſt ex carne nata, tunc ſuſpende eam vncinis & incide eam, & ſint apud te medicinæ quæ ſiſtant fluxum ſanguinis abſq; mordicatione, ſicut acacia, & ſanguis draconis, & thus cum albumine oui, deinde adminiſtra cannulam ex plumbo amplam, vt nō conſolidetur vulnus velociter, teneat eam diebus aliquot, & adminiſtra licinium ex lino ſicco, deinde curetur reliqua curatione conſolidationis, donec ſanetur. Et D quandoq; accidit in matrice vt naſcantur alius generis auctiores pręter naturam carnes, oportet ergo vt incidantur ſecundum hunc modū. Cùm verò eſt apoſtema canceroſum in matrice, ne ferro tangas, neq; enim vllus omnino eſt ferri vſus in cancroſo apoſtemate matricis.

De cura hæmorrhoidarum & thelil, & bothor rubea, quæ accidunt in vuluis mulierum. CAP. LXXIII.

HÆmorrhoides ſunt apertio orificiorum venarum vt fluat ex eis ſanguis multus aſsiduè. Cùm ergo antiquantur hæmorrhoides fiunt thelil. Dictæ autem ſunt à me in diuiſione ſpecies earū, & dicam nihilominus hoc loco ſpecies quæ recipiunt curationē. Scias ergo quod hæmorrhoides & thelil, quando ſunt in profundo matricis, & nō apparent ſenſui, tunc nō debent ferro curari neq; poſſunt. Quæ autem ſunt in orificio matricis quæq; videri poſſunt, ferro curantur. Oportet ergo vt intromittas mulierem in domum frigidam, deinde extende althelil forficibus, aut panno aſpero, & incide eas ex radicibus ſuis, deinde pulueriza ſuper eas ob fluxum ſanguinis ex vno puluerum qui ſiſtūt ſanguinē abſq; mordicatione, ſicut acacia & ſanguis draconis, & thus, & ſimilia. Deinde impellat pedes ſuos ad parietem hora vna, poſtea depone eam in aquam frigidá. Quod ſi perſeuerat fluxus ſanguinis, tunc fac eam ſedere in decoctione ſumach, & corticum granatorum, & gallarum, & ſimilium. Deinde accipe farinam hordei & confice eam cum melle & aceto, & fac emplaſtrū cum eo ſuper dorſum eius. Si ergo abſcinditur ſanguis bene

A bene eſt,& ſi non, admoueas dorſo ventoſas, & mammillis abſque ſcarificatione, deinde accipe lanam & imbue ipſam in ſucco tarathit, aut ſucco arnogloſſæ, aut ſucco ramorum aulalach cum vino pontico, & fac vt adhæreat loco. Cum ergo quieſcit apoſtema, tunc cura locum vnguentis, donec ſaneiur. Albathir verò rubeum eſt ſimile capitibus alhahaſſe, & eſt aſperi aſpectus. Oportet ergo vt incidas quod apparet ex eo ſecundum quod dixi in thelil æqualiter, & cura ipſum, donec ſanetur.

De perforatione exituræ quæ accidit in matrice.

CAPVT LXXIIII.

ACcidunt in matrice ſpecies multæ apoſtematum ſicut cancer, & apoſtema lapideum, & vlcera, & dubelati, & allekilati vt vocant medici, & fiſtulæ, & hæmorrhoides, & rhagadiæ, & thelil, & apoſtema calidum. Ego iam antè dixi omnes has ægritudines, & ſpecies, & ſigna ipſarum, & earum curationes in diuiſione. Operæprecium autem videtur vt repetam in hoc tractatu apoſtema calidum, quod accidit in matrice. Si eſt ex apoſtematibus quæ colligunt ſanguinem. Oportet vt conſideres, ſi dolor eius apoſtematis in inceptione ſua eſt acutus, cum percuſsione, & flamma, & febre, & vides ipſum rubere, tunc non properes curare ferro, nec perforatione, ſed cura ipſum eo remediorum genere quod facit ad maturitatem, donec quieſcat acuitas accidentium, tunc oportet vt facias ſedere mulierem ſuper ſedem quæ habeat duo ſedilia, & reclinetur ſuper dorſum ſuum, & contrahat pedes ſuos ad partem inferiorem ventris, & ſint coxæ eius expanſæ, & ponat brachia ſua ſub genibus ſuis, & liget vtraque ligamento con-
B ueniente ad illud, deinde ſedeat obſtetrix à latere dextro, & adminiſtra inſtrumentum quo aperitur orificium matricis. Cuius forma ob oculos in ſequentib. ponetur. Et oportet quando vis adminiſtrare hoc inſtrumentum, vt figas cum radio profundum matricis mulieris, vt non ſit illud inſtrumentum quod ingreditur longius quàm matricis profunditas, ne lædat infirmam. Si autem fuerit inſtrumentum longius quàm profundum matricis, tunc oportet vt ponas puluillos ſuper os matricis, vt prohibeatur introitus inſtrumenti totius in profundum matricis, & oportet vt ponat vertiginem quæ currit in inſtrumento ex latere ſuperiore, & vt teneat inſtrumẽtum & reuoluat miniſter vertiginem, donec aperiatur profundum matricis. Cùm ergo apparet exitura & tãgitur manu, & eſt lenis, mollis, tunc oportet vt ſeces caput eius ſpatumili lato. Cum ergo euacuatur ſanies, tunc oportet vt ponas in vulnus licinium imbutum oleo roſato, aut oleo viridi, in quo ſit quiddam ſtypticitatis, & pone licinium extra ſectionem in profundo matricis, & exterius quoque ſupra matricem & ſuper pectinem lanam mundam ſubmerſam in aqua in qua bullitæ ſunt maluæ, deinde curetur poſt duos dies vnguento quod cõuenit, donec illud ſanetur. Et quandoq; abluitur matrix & vulnus, ita quod clyſterizatur cum aqua & melle, deinde cum aqua in qua cocta ſit radix lilij, aut ariſtolochia longa, deinde redeat ad vnguentum. Quod ſi vulnus fuerit abſconditum interiùs in matrice tunc non debemus ferrum adhibere, ſed veniendum eſt ad eam curationem, de qua diximus in tractatu quem inſcripſimus diuiſionem, cum eo quod diximus in diuiſione.

C *Ad docendum obſtetrices qualiter medicentur embryonibus viuis, quando egrediuntur ſecundum formam non naturalem.*

CAPVT LXXV.

NEceſſe eſt obſtetrici vt cognoſcat inprimis figuram partus naturalis. Signa autem naturalis partus ſunt, quando vides mulierem comprimi ad inferiora, & deſiderat odorare aerem, & propter deſcendentem fœtum leuatur in ſuperioribus vteri partibus, & feſtinat exitus embryonis, tunc ſcias, quòd iſte partus eſt ſecundum figuram naturalem, & eſt exitus eius ſuper caput ſuum, & ſecundina cum eo, aut ſuſpenſa vel pendens ex vmbilico. Cùm ergo vides iſta ſigna, tunc oportet vt comprimatur vterus eius, vt deſcendat embryon velociter. Nam quando deſcendit ſuper caput ſuum, deſcendit ſecundina cum eo & mundatur ab illis ſuperfluitatibus mundificatione ſalutari. Qui autem fœtus non exit hoc modo, eſt innaturalis, illaudabiliſque, quoniam quandoque egreditur fœtus ſuper pedes ſuos, & egreditur corpus eius ante caput ipſius, & pedes eius, & manus eius vna, aut pes eius vnus, alijſque multis modis ineptiſsimis ad emittendum. Nam nonnunquam vertitur ſuper collum ſuum, & prorſus tranſuerſus exit. Neceſſe eſt ergo obſtetrici vt ſit prudens, ſubtilis in iſtis rebus omnibus, & caueat ab errore & deceptione. Ego fideliter in præſentiarum docebo, quid obſtetricibus & aſtantibus alijs ſit agendum, quocunq; modo fœtus ſe exiturũ oſtendat, vt obſtetrices in promptu habeant quid facto opus ſit. Quan
D do egreditur fœtus ſuper caput ſuum egreſsione naturali, & mulier non facilè fert, doloreſque vehementiores fiunt, & adeo difficilis ſit partus, vt videas virtutem eius iam debilitatam, tunc iube eam ſedere ſuper ſedem, aut mulieres teneant eam, & vapora vuluam eius cum fœnugræco decocto, & cum oleis humidis, deinde intromittat obſtetrix inter digitos ſuos ſpatumile paruum & findat cum eo ſecundinam, & ſecet eam vngue ſuo, donec effluat quod eſt in ea ex humiditate, & preme vẽtrem mulieris, donec deſcendat fœtus. Si autem non deſcendit, tunc oportet vt clyſterizetur mulier ex mucilagine fœnugræci cum oleo ſeſamino, deinde præcipe ei poſt clyſterem vt comprimatur, & fac eam ſternutare condiſi, & ſimul tene os eius, & naſum ipſius, fœtus enim egreditur ſtatim: quòd ſi egrediantur primò duæ manus fœtus, tunc oportet vt reducas eas cum facilitate paulatim. Si autem non poſſunt retrudi, tunc pone mulierem ſuper ſedem, & eleua pedes eius ſurſum, deinde concute ſedem ſuper terram, & mulier teneatur vt non cadat ad concuſsionem. Si ergo non ingrediuntur manus & moritur fœtus, tunc incide eas, & extrahe reſiduum fœtus, & liga corpus & manus eius panno, & extrahe ipſum magna diligentia, puerperæ ſalutem reſpiciens.

Exitus embryonis ſuper pedes ſuos.

QVando egreditur fœtus ſuper pedes ſuos, tunc oportet vt impellat eos ſurſum, deinde conuertat fœtum paulatim, poſtea componat ipſum, deinde accipiat vnum pedem eius & extendat eum

paulatim. Cùm ergo egrediuntur vſque ad coxas, tunc præcipe ei vt comprimatur, & fac eam ſternutare cum condiſi: ſæpe enim ſic, auxilio & gratia Dei, vidimus euaſiſſe incolumes, & matrem, & fœtum. Et ſi non egreditur hoc modo, tunc reduc fœtum paulatim, donec reponas eum ſecundum figuram naturalem. Si ita fœtum repoſueris rectè, facile pariet mulier. Quod ſi nulla harum ratio ſubuenerit, tunc accipe ex mucilagine altheæ, & oleo ſeſamino, & gummi ſoluto, & contunde bene ſimul in mortario, deinde line cum eo vuluam mulieris, & inferiorem vterum eius, deinde fac eam ſedere in aqua tepida vſque ad hypochondria. Cùm ergo vides quod iam lenificata ſunt inferiora eius, tunc fac ex ſieff de mirrha & ſuppone parturienti mulieri. Quando ergo tenet ſieff hora vna, tunc iube eam ſedere ſuper ſedem, & fac eam ſternutare, & ſtringe os eius, & naſum ipſius, & preme leuiter molliterve inferiorem partem vteri eius, & fœtus egredietur ſtatim. A

Exitus fœtus ſuper genua ſua, & manus ſuas.

QVando egreditur ſecundum hanc formam. Primum conetur obſtetrix in locum reponere fœtum, quantum poteſt fieri manibus ſuis, & reſupinetur mulier ſuper collum ſuum, & pendeant pedes eius ad inferiora, & iaceat ſuper lectum & complicet manus ſuas, deinde preme ventrem eius paulatim, extrahe quæ eſt ſub pedibus eius ex puluinaribus, donec ſit præparata in inferiori parte. Quod ſi non egreditur fœtus, tunc accipe pedes eius, & moue eos motu vehemẽti, deinde preme quod eſt ſuper hypochondria paulatim, donec aſcendat fœtus ad ſuperiora, deinde intromittas manus, & in naturalem figuram componat fœtum paulatim, & præcipe mulieri, vt comprimatur, donec egrediatur fœtus. B

Exitus fœtus latitudinaliter pendente vna ex manibus eius.

PRimùm eſt quærenda ratio, qua retrudatur manus fœtus: ſi autem non poteſt reduci manus, tunc eleua mulierem & fac eam ambulare. Si verò ambulare non poteſt, tunc fac eam iacere ſuper lectum, & concute crura eius vehementer, deinde adminiſtra linimentum, de quo dictum iam eſt, ex mucilaginibus. Quòd ſi inuadunt mulierem dolores partus, iubeas eam ſedere ſuper ſedem, deinde ſtare in reductione manus, & compone fœtum ſecundum figuram naturalem, & fac ſternutare mulierem, & præcipe ei vt comprimat ſe, donec egrediatur.

Exitus fœtus ſuper collum expanſis manibus ſuis, & facies eius ad dorſum matricis ſuæ.

OPortet vt teneat obſtetrix manum fœtus, deinde reuoluat eum paulatim & componat eum ſicut naturalis locatio exigit. Cùm ergo repoſitus eſt, tunc pone ſuper vuluam quod narrauimus ex oleo & mucilaginibus, deinde præcipe ei vt moueatur paulatim. Cum ergo feceris illud, tunc iube eam ſedere ſuper ſedem, & præcipe ei vt inclinetur ad latus dextrum, deinde præcipe ei vt comprimat reſpirationem & fac eam ſternutare cum condiſi.

Exitus fœtus præparati ſuper latus.

QVando deſcendit ad orificium matricis ſecundum hunc modum cum ſecundina, tunc ſcinde ſecundinam cum vngue tuo donec euacuetur ab humiditate. Si ergo expanditur ſuper faciem fœtus & collum eius, tunc incide eam ex vmbilico vt non retineatur, & moriatur, deinde impelle fœtum ad interiora donec repoſueris fœtum in naturalem habitum, & præcipe mulieri vt comprimat ſpiritum aliquoties, ipſe enim egredietur hoc modo. C

Exitus geminorum aut fœtuum multorum.

SCias quod gemini multoties naſcuntur, & quandoque naſcuntur tres & quatuor, veruntamen illud rarò contingit. Quinque verò eſt res extra naturam & non viuunt penitus, & continet eos quotquot ſint ſecundina vna, & ſeparantur per ſiphac diſtinguens inter eos ligatam in vmbilico cuiuſque eorum, & quandoque egrediuntur ſicut egreditur fœtus vnus exitu naturali facili, & egrediuntur quoque non naturali exitu, quemadmodum à nobis eſt dictum. Quòd ſi difficiles fiunt quidam eorum partus & perueniunt ad illud quod diximus ex figuris non naturalibus, tunc cura eos ſicut narrauimus, & ſit obſtetrix ſubtilis, & faciat omnia cautè, prudenter & religioſè, & quærat rationem ſubueniendi ad omnes caſus & in omnes, qui varij ſunt euentus. Nihilque omittat, quæ ad ſalutem puerperæ, & fœtus facere intellexerit ipſa aut ab alijs rogando didicerit. Debet enim omnino obſtetrix non nimium ſibi arrogare & placere, ſed quotidie diſcere à medicis & vetulis mulieribus in hac arte vſu & longa experientia edoctis.

De embryonibus & abortu. D

QVandoq; formantur in matrice multi fœtus, etiam quatuor, & quinque, & ſex, & ſeptem, & plures decem. Compertum habeo quandam mulierem abortiendo emiſiſſe ſeptem, & alia quindecim omnes formatos. Adeò mirabilia ſunt opificis rerum opera, cuius ſapientiæ & potentiæ non eſt finis, hìc ergo totum oportet vt ſit in ſcientia obſtetricis, vt cùm vſus venerit perita ſciat quid ſit agendum.

De extractione fœtus mortui. CAP. LXXVI.


QVando educere conaris fœtum mortuum remedijs quæ diximus in diuiſione, & non egreditur, & cogeris vti operatione manus, tunc oportet vt conſideres, an mulier ſit ſanæ virtutis, & non eſt cum aliquo ex accidentibus, ex quibus periculum eſt ne moriatur, tunc oportet vt reſupinetur mulier in lecto ſuper dorſum ſuum, & habeat caput ſuum inclinatum inferiùs, & crura eius eleuata, & miniſter teneat eam à duabus partibus, aut ligetur ad lectum vt non ſequatur corpus totum matris, cùm mortuus fœtus extrahitur, deinde humecta os matricis ex oleis humidis cum mucilagine altheæ, & fœnugræci, ſeminis lini, inungatque manum ſuam obſtetrix cum iſtis oleis & mucilaginibus, mox intromittat leniter eam in matricem, & quærat manu locum in mortuo fœtu in quo figat vncinos, oportet enim eſſe loca conuenientia ad illud. Conſidera ergo ſi fœtus eſt præparatus vt deſcendat ſuper caput ſuum,

A ſuum, tunc fige vncinos in oculis eius, aut in collo eius, aut in ore eius; aut in palato ipſius, aut in men-
to eius, aut in furcula ipſius, aut in locis propinquis coſtis, & ſub hypochondrijs. Si autem deſcenſus e-
ius eſt ſuper pedes, tunc in pectine & coſtis medijs, oportet vt teneat vncinum cum manu dextra, & po-
net curuitatem eius in eo quod eſt inter digitos ſiniſtræ manus, & intromittat leniter cum manu & fi-
gat firmiter vncinum in aliquo locorum quæ diximus, deinde figat in oppoſitione eius vncinum alium;
aut tertium ſi indiget, vt ſit attractio æqualis, & non ſit extenſio ſecundum rectitudinem, & non decli-
net ad partem, deinde extendatur extēſione æquali, & non ſit extenſio ſecundum rectitudinem tantùm,
imò moueatur ad omnem partem vt alleuietur exitus eius, ſicut fit cum dente qui radicitus extrahitur.
Et omnino humidi molleſq; ſunt reddendi locelli per quos eſt trahendus mortuus fœtus. Quod ſi reti-
neatur ex eo pars, tunc oportet vt inungat obſtetrix quoſdam digitos cum oleo, & intromittat eos ita vt
reuoluat quod retinetur. Si ergo egreditur pars fœtus, tunc permutentur vncini ad locum alium qui ſit
altior, fac hoc donec egrediatur fœtus totus. Si ergo egreditur fœtus manus ante alia & non eſt poſſibile
reducere eam propter coartationem eius, tunc oportet vt inuoluatur ſuper eam pannus, deinde extrahe
eam donec egrediatur tota, incíde eam aut in iunctura plantæ, aut in cubito, & ita oportet vt facias in ma
nu altera, & in duobus pedibus. Si autem caput fœtus eſt magnum, aut accidit ei coarctatio in exitu, aut
B eſt in capite eius aqua collecta, tunc oportet vt intromittat inter digitos ſpatumile ſpinoſum, & findat eo
caput & extrahat aquam, aut diſrumpat ipſum cum inſtrumento quod nominatur almiſdach, cuius for-
mam cum formis reliquorum inſtrumentorum in capitulo proximo habebimus. Et ſimiliter faciat, ſi
fœtus eſt magni capitis natura, tunc oportet vt ſecet algengematu, ſic enim vocát, aut atterat ipſum cum
miſdach ſicut diximus, deinde extrahat oſſa forcipibus. Quòd ſi egrediatur caput & coarctetur apud fur-
culam, tunc findatur donec effundatur humiditas quæ eſt in pectore. Si autem non complicatur neque
obedit ad exitum, tunc incíde caput fruſtatim quocunque modo poteſt fieri, vnicè ſtudens vt quam mi-
nimum lædas mulierem. Quod ſi in inferiore ventre eſt apoſtema, aut hydropiſis, tunc oportet vt perfo-
res ipſum donec effluat humiditas ex eo. Si verò fœtus eſt ſuper pedes, tunc attractio eius eſt facilis &
directio ad os matricis eſt leuis. Si autem coarctatur apud ventrem aut pectus, tunc oportet vt trahas i-
pſum cum panno quem inuoluiſti ſuper manum tuam, & findas ventrem aut pectus donec effluat quod
eſt in eis. Si autem auferuntur reliqua membra & redit caput in matricem, tunc intromittat obſtetrix ma
num ſiniſtram, & ſi os matricis eſt apertum, tunc intromittat manum in profundum matricis, & quærat
caput & attrahat ipſum digitis vſque ad os matricis, deinde intromittat in eo vncinum vnum, aut vnci-
nos duos, & attrahat ipſum. Quòd ſi os matricis coarctatur propter apoſtema calidum, quod nonnun-
quam conſueuit accidere, ab hac extrahendi ratione cauendum eſt: oportet enim tunc adminiſtrare ef-
fuſionem rerum humidarum pinguium, & adminiſtra emplaſtra, vt ſedeat in aquis, quæ mollificent &
C humectent. Quòd ſi fœtus eſt ſuper latus ſuum, ſi poſſibile eſt vt reſtituatur & componatur in naturalem
ſitum, adminiſtra quod diximus in fœtu viuo. Quòd ſi non eſt poſsibile illud, tunc incidatur fruſtatim &
extrahatur, & oportet vt omnino nihil dimittas ex ſecundina in matrice. Cùm ergo compleueris opera-
tionem illam in extrahendo fœtu, tunc adminiſtra quod diximus conuenire in apoſtematibus calidis,
quæ accidunt in matricibus. Quòd ſi accidat fluxus ſanguinis, tunc deſcendat in aquas ſtypticas, & ad-
miniſtra reliquam curationem. Vidi ego mulierem in cuius ventre mortuus erat fœtus, & nihilominus
imprægnata, poſtea mortuus fœtus etiam ſecundo conceptus. Accidit ergo ei poſt tempus longum, a-
poſtema in vmbilico ſuo & inflatum eſt, donec apertum cœpit emittere pus. Vocatus ſum ergo ad cura-
tionem eius & medicatus ſum ei tempore longo & non cōſolidatum eſt vulnus: poſui ergo ſuper ipſum
ex quibuſdam emplaſtris fortis attractionis, & exiuit ex loco os, deinde poſt dies aliquot exiuit & aliud
os. Miratus ſum ergo cùm in ventre non ſit os, cauſam diligentius expendens & mecum per omnia pu-
tans, deprehendi quod erant ex oſsibus fœtus mortui. Cauſa igitur morbi certò cognita, medendique
rationem hinc conſecutus extraxi oſſa multa muliere exiſtente in melioribus diſpoſitionibus. Et diu
poſtea vixit mulier illa, ex vlcere autem ſemper puris nonnihil fluxit.

De formis inſtrumentorum, quæ neceſſaria ſunt in extractione fœtus.

CAP. LXXVII.

D FORMA vertiginis qua aperitur matrix.



A


Forma alia ad ſimile illius ſubtilior & leuior.



Fiat ex ligno ebeni, aut buxi ſecundum ſimilitudinem forcipum. Veruntamen in extremitate eius ſunt duo additamenta ſicut vides, & longitudo vtriuſque additamenti eſt quaſi palmus, & latitudo vtriuſque eſt duorum digitorum. Cùm ergo vis aperire matricem eo tunc fac ſedere mulierem ſuper lectum ſuum pendentibus pedibus aperto quod eſt inter crura eius, deinde intromitte iſta duo additamenta coniuncta in matricem, & tu teneas extremitatem inſtrumenti inferiùs inter coxas eius, deinde aperi manum tuam cum inſtrumento ſicut facis cum forcipibus æqualiter ſecundum quantitatem quam vis ex apertione oris matricis, donec faciat obſtetrix quod vult.


Forma vertiginis alterius de qua veteres dixerunt.

B




Forma impellentis quo impellitur fœtus.

C




Forma almiſdach quo conteritur caput magnum.




Aſsimilatur forfici cui ſunt dentes in extremitate, ſicut vides. Et quandoque fit oblongum ſicut forceps, ſecundum hanc formam ſicut vides, cui ſunt dentes ſicut dentes ſerræ quo inciditur & conteritur.

Forma miſdach parui.


D



Forma vncini habentis ſpinam vnam.




Forma vncini habentis ſpinas duas.




A *Forma forficis cui ſunt dentes ſerræ quo conteritur caput fœtus.*



Forma ſpatumilis habentis duas extremitates quo abſcinditur caput.



B *Forma duorum ſpatumilium.*




Iſta inſtrumenta omnia ſæpe in vſum veniunt, & artifici opera danda eſt vt quàm plurima præparata habeat, & ad quamlibet neceſſitatem idonea, pro morborum partiumque corporis varijs modis differentia. Ita enim pariet ſibi exiſtimationem inter homines, & habebitur induſtrius dignusque cuius diligentiæ credant ſe ægroti. Non ergo deſpicias vllum inſtrumentum, quin ſint omnia apud te præparata: inexcuſabilis eſt enim qui hanc artem profitetur, & non habet in promptu quæ ad hanc artem requiruntur.

De extractione ſecundinæ. CAP. LXXIIX.

QVando retinetur ſecundina in partu, tunc oportet vt præcipias puerperæ vt retineat anhelitum ſuum, deinde fac eam ſternutare condiſi, & ſtringe manum tuam ſuper os eius, & nares ipſius. Si ergo ſecundina egreditur per hoc, bene eſt, & ſi non, tunc accipe ollam & perfora in coopertorio foramen vnum, & pone in ea herbas aperientes os matricis, vt calamenthum, rutam, anethum, chamæmelum, centauream: hoc genus herbas ſubmerge cum aqua, & pone eam ſuper ignem, deinde pone fiſtulam arundinis ſuper foramen coopertorij ollæ, & extremitatem alteram in os matricis, & teneat eam donec perueniat vapor ad concauitatem matricis, deinde fac eam ſternutare, ſicut diximus. Secundina enim ſtatim ſolet ſequi, per has herbas aperto ore matricis. Si autem manet poſt hanc curationem & non egreditur, tunc præcipe obſtetrici vt ſubmergat manum ſuam ſiniſtram in oleo ſeſamino, aut mucilagine altheæ, deinde intromitte eam in vuluam & quærat ſecundinam, cùm ergo inuenerit eam, tunc capiat eam & extendat ipſam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo matricis, tunc intromittat manum, quemadmodum narrauimus, donec inueniat ſecundinam, & extrahat eam paulatim ſecundum rectitudinem, vt non ſequatur matrix ad attractionem vehementem, imò oportet vt permutetur leniter ad latera dextra & ſiniſtra, mox pauló fortius trahat: ipſa enim ſecundina ſoluta à loco cui adhæſerat, ſequetur. Quòd ſi os matricis eſt coarctatum, nos iam narrauimus curationem cum ſternutatione & ex medicamine ollæ cum herbis. Si autem nihil efficies iſtis omnibus rationibus quas diximus, tunc caue ne fatigeris & deſperes. Verùm oportet vt quod egreditur ad os matricis ex eo liges ad coxam mulieris, deinde clyſteriza eam vnguento tetrarpharmacon, ipſum enim putrefaciet eam poſt aliquot dies & diſſoluetur, & egredietur. Veruntamen quando putrefit, eleuatur ex ea odor malus ad ſtomachum, & caput, & lædit illud infirmam. Oportet ergo vt adminiſtrentur ſuffumigationes conueniétes ad illud. Quidam autem antiquorum experti ſunt ſuffumigationem naſturtij & ficuum ſiccarum conuenientem eſſe.

D *Forma inſtrumenti quo ſuffumigatur mulier in retentione menſtruorum & ſecundinæ.*



Fiat hoc inſtrumentum ex nitro ſimile alcama, aut fiat ex ære, & ponatur extremitas ſubtilis in vuluam, & extremitas ampla ſuper ignem, & ſuffumigatio ſit poſita ſuper prunas, teneat eam donec conſumatur illa ſuffumigatio, & itera aliam.

A

FRANC. ROVSSETI MEDICI GALLI ΥΣΤΕΡΟΤΟΜΟΤΟΚΥΑ, SEV DE PARTV CÆSAREO TRACTATVS, GALLICE *ſcriptus: nunc primùm*

CASPARI BAVHINI BASIL. MEDICINÆ Doctoris & Profeſſoris, labore & ſtudio Latinitate donatus.

ARGVMENTVM.

Tractatus hic, modum extrahendi fœtum ex vtero materno, quæ ſecus parere non potuit, & quidem Abdomine & vtero per latus inciſo, continet: & hoc abſque vel matris vel fœtus vitæ periculo. Ita tamen vt matri fœcunditas, ſeu concipiendi facultas, poſt ſectionem non fuerit adempta. B

Sectio prima.

Partus Cæſarei definitio. CAP. I.

CÆSAREI partus nomine propriè intelligimus, ſcitam ac dextram infantis ex vtero materno, & quidem per latus, extractionem: matris, inquam, quæ haud alia ratione fœtum quàm ſectione conuenienti, tam Epigaſtrij, ſeu ventris exterioris, quàm ipſius Vteri, excludere poteſt, citra tamen vllum alterutrius, aut amborum, matris puta, aut fœtus (modò aduentitio malo non premantur) vitæ diſcrimen: incolumi etiam ſeruata impoſterum matri pariendi facultate. Id quod de partus adhuc viuentis extractione intelligi volumus.

Sub hoc & mortui fœtus ab vtero materno extractio comprehenditur, cùm obſtetricandi omni ſpe ſublata, medicamentorum item, aut leuiore certiore've Chirurgica ope deplorata, ob partum aluo concluſum, in diſcrimen vitæ mater adducitur, niſi hoc vnico ſubſidio laboranti ſuccurratur. Id quod quotidiana docet, in cuiuſuis conditionis mulieribus, experientia, ijs inutili conatu & fructu euiſceratis & miſerè dilaniatis. C

Quod ad viuorum ex parente mortua (quæ tamen hac ratione in viuis conſeruari poterat) exſectionem attinet, cùm iuſto copioſius, tàm à veteribus, quàm à neotericis ſcriptum ſit, neq; res tanto artificio egeat, eiuſce hîc nullam mentionem faciam: tametſi ab ea Romanorum Imperatorum primus, Scipio videlicet Africanus, ex matris vtero, hoc vti dicimus pacto, ſectus, Cæſaris nomen ſortitus ſit, & ad illius imitationem, hunc noſtrum partum Cæſarei nomine inſcripſerimus. At nos hunc eundem partum, diuino annuente numine, longè feliciori ſucceſſu perfecturos ſperamus: ſine materna ſcilicet nece, quod Scipioni non contigit, qui matre interempta, vti ex Silio Italico liquet, ſuauiſſimam hanc lucem aſpexit.

Lib.13. Plin. lib.7. cap.9. Solino cap.4.

De vſu ac neceſsitate partus Cæſarei. CAP. II.

QVod igitur attinet non ſolùm ad vtilitatem huius ſectionis, ſed etiam ad eius neceſsitatem, ſciendum ſiue adhuc viuente fœtu, ſiue illo emortuo, vel eodem debili, vel robuſto, modò eum mater eniti nequeat (ob eas quas poſtea memorabimus cauſas) tum omnino ad ſectionem hanc confugiendum erit, aut vtrique fœtui & matri neceſſariò erit moriendum, etiam ſi adhuc viribus valeant, quanto magis ſi iam proſternantur & concidant. Vnum itaq; in ea ſectione ſalutis præſidium.

Vſus porrò geminus eſt: prior, quia nempe tum viuus extrahitur fœtus, qui aliâs in vtero materno, ceu carcere ſuffocatus fuiſſet: alter, quia mater non modò ſeruatur incolumis (modò ratione qua decet, D tempeſtiuè & conſtantibus adhuc viribus, ſecta fuerit) cui alioqui moriendum fuiſſet: imò etiam non minùs in poſterum vtero geſtando apta futura ſit. Quod ſi verò fractis iam viribus & deſperata ſalute incidatur, ſaltem ſupererit aliquid ſpei euadendi mortis periculum, ſi chirurgus (poſtquam præfatus fuerit rei diſcrimen) ex arte ſectionem adminiſtrârit: cuius etiamſi anceps ſit euentus, incerta tamen ſalus, certiſsimâ morte ſemper fuerit potior. Seruiunt hæc, inquam, non tantùm conſeruationi connubiorum, propagationi generis humani, alijſque priuatis hominum confœderationibus ac commodis: imò etiam Rebuspublicis, politicisque rerum humanarum adminiſtrationibus, cùm huius ſectionis beneficio cuiuſque genùs ac proſapia conſeruetur, & ad cuiuſque poſteros ſucceſsione hæreditaria, patris in filium, vel propinqui in propinquum, opes, dignitates, regna, imperia deuoluantur, quæ alioqui ſectionis huius ignorantia magno cum Reipub. ordinum ac ſubditorum euidenti detrimento grauiſsimis vitibus & mutationibus, ſæpenumero ſubiecta eſſe cernimus. Verum leuiori de cauſa, quam hæc ſit (cuius gratia ſectio inſtituitur) ſcripſit Hippocr. Aphor. 59. libro 5. *Si mulier non concipit, ſcire autem velis ſi conceptura ſit, pannis circumtectam, deſubter ſuffias: & ſi odor videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito quod ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt.* Quod ex commentario Galeni, ſuper hunc Aphoriſmum, colligere eſt.

Quæ

A *Quæ cauſæ difficilioris partus naturalis ad huius ſectionis Cæſareæ neceſsitatem nos impellant.* CAP. III.

CAuſæ naturalem fœtus excluſionem impedientes, hancq; inciſionem neceſſariam reddentes, plures atque diuerſæ ſunt: vel enim in infantem, vel in matrem referendæ. Ratione quidem infantis, ſi nimis craſſus, magnúſve, vel gemini aut plures ſint, qui vnà exitum quærant: aut ſi mola carnea ſit coniuncta, aut monſtrum, aut ſi ſitu non conuenienti prodeat, ita vt nec ſui ipſius, nec aliorum ope, in priſtinum melioremve ſitum reduci poſsit. Vel ſi mortuus ſibi ipſi, vti par eſſet, auxilio eſſe non poſſit. vel tandem, ſi adeò intumuerit, vt ipſi per viam conſuetam exitus non detur. Ratione vero matris, ſi fortè via, per quam fœtus excludi debet, ſit quàm oporteat anguſtior, id quod varijs de cauſis vſu venit: vel enim ratione Conformationis, cùm vna mearum multò ſtrictiorem altera habeat: quod ſanè viris etiam contingit, quibus genitalia pari magnitudine non ſunt conformata. Vel ratione ea, dum aut nimis iuuenes, ante viarum dilatationem nupsêre: aut ſi ſenio iam confectæ, vterus exaruerit, præſertim ſi tardiùs nupſerint. Sed & hoc accidit ijs, quæ crebriùs quidem vtero geſtarunt, interruptis tamen vicibus enixæ ſunt, ita vt viæ per hæc interualla, tum etiam per ætatem, anguſtiores & ſicciores fuerint redditæ: ratione cuius, os pubis, quod tempore partus diſſoluitur (licet ſint qui contrarium ſentiant) difficiliùs ſeparatur.

B Sed hoc etiam aliquando vitio ortus, præter aliarum conſuetudinem contingit, ſi fortè ſtatim à natiuitate, vel in ſinu, vel in collo, vel in fundo vteri, aliquod ſit obſtaculum, ita vt ob anguſtiam viarum ſemen virile, vix in ceruicem vteri eiaculari poſsit, quod tum ab vtero attractum, & per nouem mēſes conſeruatum, tandem in fœtus magnitudinem accretus, ob coanguſtatas vias excludi nequit. Sub hoc etiam intelligi nus vitium tale, quod Mulieri poſt natiuitatem contingere poteſt, vt ſi fortè vlcere vteri, aut ceruicis eius laborarit, vt hac ratione cicatricem, aut callum contraxerit, ſiue id ob partum difficiliorem, vel calculi minus dextram extractionem, vel ratione humoris acris, erodentis & exulcerantis, vel denique ob apoſtema ijs in locis genitum, fiat. Sed horum omnium Symptomatum, quæ generali nomine Græci φιμώσεις vocitant, tàm Celſus & Ægineta alijque ex veteribus, quàm neoterici Chirurgi meminere, quorum plurima (licet cognita) tamen ab ipſis pro deploratis habita ſunt, cùm pudor & verecundia muliebris, curationem non admittant. Et quamuis horum affectuum aliqui in mulieribus non grauidis, modò ab ipſis tempeſtiuè forent expoſiti, per ſe ſint ſanabiles: in grauidis tamen, quo tempore intactas relinquere oportet, res vti & in alijs quaſi deplorata relinquitur, & conſequenter pariendi facultate priuantur. Hæc ergo cùm ſæpè & pluribus etiam accidunt, non ſolùm vtilem ſed & neceſſariam eſſe ſectionem hanc Cæſaream dictam, oſtendunt. Hinc fit vt partim ex ignorantia horum Symptomatum, partim verò ex neglecta hac ſectione (quod vnicum eſt remedium) quotidie infinitæ, tàm infimi quàm
C illuſtris ordinis fœminæ pereunt: quæ res maximum, ob poſteritatis ſpem ademptam, Principibus mœrorem conciliare ſolet: ſubditis verò (vt iam dictum eſt) ob amiſsionem legitimi Principis, ſæpiùs detrimento eſſe conſueuit. Accedunt etiam enarratis cauſis, naturalem fœtus excluſionem impedientibus, infiniti tumores ilicò exorientes, inflammationes, defluxus, apoſtemata, ſcirrhi, lupiæ & plures aliæ durities, quæ omnia & poſſunt & conſueuêre has vias, & alias corporis partes, ita coarctare, vt quo minùs mater præfinito tempore parere queat, impediant: nec etiam partus differri poteſt, cùm geſtationis tempus ſit finitum, quouſque hi tumores vel ſuppurentur, vel curentur, qui tamen excludi nequit.

Triplex argumentorum genus, quibus ſectio hæc confirmatur.
CAP. IIII.

CVm autem de propoſita materia, neque ab antiquis, neque à neotericis hactenus fuerit pertractatum, nec etiam ſectio hęc in vſum hodie adhuc venerit, & non niſi à tonſoribus quibuſdam paganis vſurpata ſit, idque quam rariſsimè: & quod maximum, à Medicis & Chirurgicis, qui & doctrinæ & experientiæ nomine celebres habentur, pro falſo & impoſsibili habeatur, quorum tamen erat, diligētiùs rem perquiſitam commendare: neceſſarium erit omnes neruos intendere, vt ipſis perſuadeatur, huic rei fidem vt adhibeant & in vſum reuocent. Tribus verò id rationibus abſolui poterit: experientia nimirum
D certa: rationibus validis, & autoritatibus (ſi modò haberi poſsint) certiſsimis. Prima Hiſtorijs veris & approbatis abſoluetur: altera verò Medicis diſputationibus perficietur. Tertia ratio, cùm hactenus nemo (quod quidem ad manus noſtras peruenerit) hac de re, quidquam ſcripſerit, nobis deficit. Quare eius loco per Analogiam diſputabimus, ſimilibus in medium reuocatis ſectionibus, aut etiam periculoſioribus in ijſdem humani corporis partibus, aut earum vicinis, imò etiam præſtantioribus & magis læſis. quarum tamen curatio ceſsit feliciter, ita vt inde ſectionem hanc præſentem feliciorem nobis polliceamur: cùm ſectiones hæ partim conſilio meo fuerint adhibitæ: partim verò earūdem curationes, cùm ex celeberrimorum Medicorum adhuc ſuperſtitum praxi collegerim: tùm etiam ex autoribus, tàm veteribus quàm neotericis excerpſerim.

PRIMA HVIVS SECTIONIS PROBATIO PER HISTORIAS.

Hiſtoriæ ex fide dignorum relatu. CAPVT V.

AC primum quidem, quod ad hiſtorias, quemadmodum aliorum experientiæ tantum credere nolui, quin meam ipſam quoque ad maiorem fidem adhiberem. Sic etiam meis obſeruationibus tantum tribuere nolui, quin eadem ſimilibus hiſtorijs ex fide dignis diligenter perquiſitis, teſtata facerem, quas primo loco paucis enarrabo, vt ſubinde ſubiungam eas quas meas voco, partim quòd meo

conſilio adminiſtratæ ſint, partim verò quòd earum fuerim oculatus teſtis, obſeruatis ſingulis circum- A
ſtantijs in ipſis mulieribus inciſis, etiam in ipſarum ædibus, non ſolùm Chirurgis opus attendentibus, ſed inciſarum mulierum viris ipſis, liberis, earumque tota familia, alijsq; pluribus qui ſectioni interfuiſſent.

HISTORIA I.

Milly en Gaſtinois. au Meſnil. de Milly.

NOn ita pridem ex quibuſdam ſenibus fide dignis prope Millyum Vaſtineti cognoui verum eſſe, (de quo etiam apud ipſos dubium non eſt) cuiuſdam Gothardi, habitantis Meſnilij, quæ Millyi parochia eſt, coniugem, ante aliquot annos, ſexies, cùm alio modo parere non poſſet, ſectione eiuſmodi fœtus ſemper viuentes eſſe enixam Poſtquam verò Nicolaus Guillet tonſor Millyenſis, qui ſectoris munus obierat, mortuus eſſet, cùm ſeptimò grauida, nec alia ratione fœtum excludere poſſet, nec eſſet qui huiuſmodi ſectione conſueta ipſi ſubuenire noſſet, ipſam mori oportuiſſe. quòd ſanè argumento eſt, magnam phimoſin vel naturalem anguſtiam fuiſſe, quæ quidem recipiendo ſemini, non autem fœtui excludendo ſufficeret.

HISTORIA II.

Pithuiers, Merinuille en Beauſſe.

CErtò cognoui ex Ambroſ. Nigro Chirurgo Pithuuerræ expertiſſimo & Ægydio Bruno ipſos vnà mulieri pauperculæ iuxta Merinuillam Belſiæ, tres infantes viuos è latere extraxiſſe: quam cum inuiſere eſſet animus, vt locum vulneratum inſpicerem, relatum fuit ipſam paulò antè peſte, quæ tum vehementer ſæuiebat, perijſſe. B

HISTORIA III.

Chaſtre en Berry.

ESt mihi ad manus D. Alboſij Medici Senonenſis perdocta epiſtola, in qua fusè, ſummo tamen cum ordine exponitur, qua ratione Ioannes Maræſius (id eſt, Paludanus) Chirurgus apud Chatras Biturigum, Ludouici Maræſij Archiepiſcopi Senonenſis Salazaris, Chirurgi ordinarij filius, è propriæ coniugis latere inciſo, filium Simonem Maræſium nomine extraxerit, qui poſtmodum etiam Chirurgus, & Reginæ matris cubicularius factus. Nihilo ſecus tamen mater huius naturali modo poſtmodum filiam Renatam nomine eſt enixa, quæ dein præfecto ſalinario nupſit. Hic Simon (qui ſine matre cognominabatur) ex Roſa Gallardet vxore, binas filias ſuſcepit, alteram Claudiam quæ poſtea Franci-

d'Yſſoudun.

ſco Artus Yxilodunienſi fuit deſponſata: alteram verò Franciſcam, Oliuario Gannier nuptam. Hæ abundè ſatis atteſtari poterunt, ea quæ de paterna natiuitate dicta fuêre, cum hæc partim ex vulgi fama, maximè verò ex frequenti parentis relatu, cognoſcere potuerint.

HISTORIA IV.

Angiers. en Anjou.

DOminus Pelion, celebris Medicus Andegauenſis, cùm pridem Laurentio Collot Chirurgo cyſthotomo Lutetiano, ſimilem caſum, qui in Andium ducatu contigerat, narrâſſet, idem tamen nuper epiſtola ad ipſum data, (quam mihi tradidit) confirmauit. Opus autem hoc peractum eſſe à C
quodam Maturino Debonnaire Chirurgo ſolùm monet, nec ſigillatim reliqua pertractat.

Hiſtoriæ, ab ipſomet authore viſæ & notatæ.

CAP. VI.

NE tibi, amice Lector, dum iuſtò ſum prolixior, in recitandis leuiſsimis quibuſvis circumſtantijs tædium pàrere videar, ſcias hanc minutiſsimarum rerum enarrationem, mihi quidem labori, tibi verò vſui eſſe, quo faciliùs rei propoſitæ fidem adhibeas, veritate ijs in locis, vbi hæc contigiſſe monuimus, indagatà, quod etiam ex ijs, qui ſuiſmet vidêre oculis, ſi modò dubites, intelligere poteris.

HISTORIA I.

Gian. Chaſtillon.

ANte exortum bellum ciuile D. Dionyſius Armenautius Medicus Genabi & ego vnà, vidimus in Xenodochio Caſtellionenſi, mulierem febri continua laborantem, quæ in inguine ſiniſtro rupturam habebat, cum cicatrice & factæ ſuturæ conſpicuis punctis, quæ poſt apertionem ipſius Abdominis remanſerat. Teſtabatur ipſa cum marito, ante aliquot annos, filium qui tum ſeptennis erat (quem nobis oſtendit) cùm aliter excludi non potuiſſet, extractum eſſe. Quæ inciſio per ſenem tonſorem eius pagi in Burgundia, in talibus (vt ipſi narrabant) exercitato, peracta fuit: cuius nomen conſignâram, quo cùm ex ipſomet, tàm per literas, quàm per amicos, eius rei veritatem indagarem: tùm etiam vt ex eodem operationem ipſi familiarem addiſcerem. Sed eorum temporum iniuria fecit, vt & loci & perſonæ conſignationem amitterem, & hac ratione contigit, vt id quod expetebam non cognouerim. Verùm ab inciſione facta, licet adhuc ambo iuuenes eſſent, vtero non geſtârat. Et hoc proculdubio ab Armenautio, ipſius familiares, ſæpius narrari audiuère, quod quidem cùm ipſe, vti & alij quàm plures, cum initio vt crederet adduci non poſſet, pro indubitato poſtmodum habuit, ita vt animum induxiſſet, ſi fortè neceſſitas id requireret, ſectione hac vti. D

HISTORIA II.

Eſtampes, Puiſſeaux & Pithuiers.

CVm quatriduum extremis & irritis conatibus partus, diuexata eſſet Bernhardina Arnolda, Stephani Maſsicault è Nangeuillo pago vxor, qui inter Stampas, Puiſſethum & Pithuueras ſitus eſt, atque in extremis conſtituta, implorato meo per maritum auxilio, cùm de ſectione conſilium audijſſet, vel reclamante marito animo confirmato hanc in ſe experiri auidè cupijt, idque ita ſubito poſt intellectum conſilium meum, vt nollet Ambroſij Nigri aduentum expectare, quem tanquam in hac arte exercitatum, miſſurum me eram pollicitus, cùm ob grauiſsimum morbum, quo tùm detinebar, mihi adeſſe non liceret. Sed opera Ioannis Lucæ iuuenis tonſoris vſa, qui tum vt etiam num Bunonij, in paruo pa-

à Bunon.

go vicino habitabat, qui dextrè inciſionem hanc ſibi licet nouam anno 1556. die ipſius Paſchatis in multorum præſentia peregit, cuius rei aliqui, inprimis verò ipſe, teſtimonium perhibere poſſunt. Inciſio (exemplum enim præcepti loco habeatur) à dextra Abdominis parte, tranſuerſo digito inter vmbilicum,

A licum, & vltra quatuor digitos, ad latus ipſius incipiebat, inde rectà ad pudenda vſque progrediebatur, abſque tamen rectorum Abdominis muſculorum læſione: tribus enim digitis supernè à recto muſculo diſtabat, infernè verò paulò minus. Muſculorum, vti & Peritonæi facta inciſione, abſque tamen magna hæmorrhagia, vterus conſpectui ſe obtulit, quem etiam ſeparatim incidit, facto ſatis magno vulnere, quo fœtui viuenti vti & ſecundinæ, facilis per vulnus pateret exitus. Poſtmodum labia vulneris non gaſtroraphi, ſed communi vulnerum ſutura quinque punctis conſuit, non quidem vterum ſed muſculos & peritonæum, vti ipſemet obſeruaui, dum eius ſolùm rei gratia, cùm conualuiſſem, ipſam inuiſiſſem. Sed & poſthac ſæpiùs in ipſa id commodè obſeruaui, dum Herniam percurare conarer, quam deinceps ſemper habuit, vel ob futuram minùs rectè adhibitam, vel quod minùs diu quàm par erat, in puerperio remanſiſſet, quadraginta enim ſolùm diebus lecto ſe continuerat. Seſquianno autem pòſt, priori marito defuncto, cum Petro Chanclau nupſiſſet, qui etiamnum ſuperſtes, rurſus concepit, & feliciter naturali modo, filiam enixa, quæ etiam ſecundas nuptiàs contraxit, & Nangeuillæ habitat, quò loci, plures adhuc hodierna die, fide dignos huius rei teſtes eſt reperire. *à Nangeuille.*

HISTORIA III.

NIcolaa Beranger, Simonis de la Garde coniux, quæ Alrij Briæ prope Fontembellaqueum, loco duobus miliaribus ab vrbe Nemorſo diſtante, habitabat, cùm menſes decem & quidem iampridem fœtum mortuum vtero geſtaret, orificio vteri ſe non recludente, tandem Vincentium Valleau Chirurgum Nemorſenſem veteri mihi familiaritate iunctum, ad ſe vocauit: qui cùm aliud auxilium, quo ipſi ſuccurrere poſſet, non videret, circa Ianuarij finem, anni 1542. inciſione lateris, non quidem vti prior dextri, ſed ſiniſtri vſus, loco tamen paulò altiori quàm ipſius Nangeuillanæ erat. diſſecto prius abdomine, dein ipſo vtero, ex quo fœtum mortuum, inflatum & fœtentem vnà cum ſecundina putrida extraxit. Hoc facto (cùm de ſalute apud ipſum exigua eſſet ſpes) cutem vnà cum portione exigua Muſculorum, relicto tamen vtero, quinque punctis conſuit, quod adhùc conſpicuum, cùm ſola ipſius cutis cicatrix, ſuper ipſa inteſtina conſpiciatur, hanc enim vt viderem inciſionem, cum Pauie Chirurgo Nemorſenſi (prædicti Valleau quondam famulo) eò abieram: quare locum cicatrice obductum & vidi, & manibus, abſque tamen dolore, tractaui: ſed eam ſubligaculo vti oportuit: & licet magna foret hernia, nihilo tamen minus victum, vti licebat, manibus laborando quærebat. Quare ſtudioſè hoc *obſeruandum* erit, quò omnes intelligant perfectam gaſtroraphiam eo loci non neceſſariò requiri, ne dum laboramus ex arte perfectam futuram (quamuis non neceſſariam) efficere, totum opus perdamus. Menſe ſeſquialtero lecto ſe continuit, dein biennio pòſt filiolam commodè enixa & altero poſtmodum biennio, filium, cui nomen erat Petro de La Garde, peperit, qui nunc faber ferrarius eſt. Ipſa verò adhuc ſuperuiuit in pago Vry dicto obſtetricis munere fungens. *Aury en Brie pres Fontaine-bleau.* *Nemours.*

B

HISTORIA IV.

C AGneta Boyer Ioannis Campain ruſtici vxor, quæ Villerelli prope Neoburgum Belſiæ commorabatur, poſtquam integro quatriduo miſerè, & quidem fruſtrà diſcruciata eſſet, tandem vt & prædictis, latus dextrum à Philippo Mignean tonſore Neoburgi habitante, ſectione apertum fuit, quod anno 1544. contigit, dein prout licuit, Muſculi vnà cum cute fuère conſuti Vulnus quidem hoc in Abdomine breui temporis ſpatio fuit conſolidatum, ſed partes genitales attritæ, Chirurgum ab omnimoda prorſus vulneris curatione vltra menſium ſeptem ſpatium impediere. Filiam tum habuit, quæ vltra menſes ſeptem ſana ſuperuixit, octauo dein menſe, dum eodem in pago apud nutricem eſſet, in morbum, qui ipſi fuit exitio, incidit. Paulò pòſt denuò grauida facta fœtum geſtabat, ad rupturam (quæ vti & alijs inciſis, abſque tamen dolore remanſerat) declinantem: verùm quemadmodum nec priùs, ita neque tum parere potuit, ob aliquas cauſas & obſtacula (vti coniectari licet) ſuperiùs enarrata. Quare vltrò ſectionem, qua prius vſa erat, expetijt, quod tamen precibus qualibuſcunque à duobus iunioribus Chirurgis, hanc ob cauſam Neoburgo eò vocatis (qui poſt Philippum peſte extinctum eò loci habitabant) impetrare non potuit. Quò factum, vt propter horum puſillanimitatem (cùm tamen neque virium proſtratio, aliudve difficilius ſymptoma ab inciſione facienda, ipſos impediret) mater vnà cum prole miſerè perierit. *Villereau.* *Neufuille en Beauſſe.* *Neufuille.*

HISTORIA V.

D

PAri pacto Antonia Andrea, Ludouici Garnier Operarij vxor, Anno 1576. Iulij 22. per Adamum Alberium Pithuuerenſem Chirurgum Obenignij habitantem, Ambedoæ prope Briſſonij fanum diœceſis Genabienſis, fuit inciſa. quod ab ipſomet Chirurgo fuſiſsimè vnà cum felici ſucceſſu, mihi fuit expoſitum, propterea quòd ſæpiùs cum ipſo, huius ſectionis gratia contuliſſem. Cui (cùm ipſius mihi perſpecta eſſet in operando dexteritas, atque felicitas) ſuaſor eram, vt ſectione hac, ſi alia deeſſent auxilia, abſque metu vteretur, licet forent Medici, & alij, qui contradicerent, modò id fiat cum iudicio & explicata rei difficultate, in primis verò diuino auxilio implorato. Non enim hæc res inducias dat, nec etiam conſilium longè petitum expectare licet, quod fieri ſolet in pagis, locisque campeſtribus: præſertim cùm ipſorum nullus nec velit, nec audeat, huic conſilio aſſentiri, eò quòd horum aliqui huic rei fidem non adhibeant: alij verò calumniam metuentes, ne ſi fortè etiam ob aliam cauſam, ſiniſtri quid contingeret, autores mali haberentur. Poſtmodum rurſus grauida reddita, naturali modo fœtum enixa eſt, ſed paulò pòſt ob ſummam annonæ caritatem, alibi victum vt quæreret, maritum ſequi coacta. *de Pithuiers.* *à Aubigny.*

***

P 2

HISTORIA VI. A

d'Argent. d'Aubigny.

HIſtoria habetur alia, quæ non ita pridem contigit: anno nimirum 1578. Calend. Februarij. Iohanna Michel, Argent oriunda, Georgij Renaldi, habitantis in ſuburbio Obenigniano, vxor, cùm iam vltra menſem decimum grauida, diu fœtum mortuum vtero geſtaſſet, nihilo tamen ſecus munia obibat domeſtica, donec lecto ſe continere coacta: quæ cùm diu ab obſtetricibus fruſtrà eſſet miſerè tractata, tandem Adamum Alberium & Guillelmum Collas, inſignes Chirurgos ad ſe vocauit: hi poſtquam infanti brachium diu ex vtero materno propendens, iam emortuum & liuidum abſcidiſſent, nec tamen reliquum corpus extrahere p[illegible]at, latus dextrum incidêre, vulnere orbiculari & anguſto ſatis (quo matri parcerent) facto. Hinc factum, vt dum in fœtu extrahendo laborarent, magnos dolores matri intulerint. Vterus enim ob vulnus anguſtius, fœtum cùm dimittere non poſſet, eundem comitabatur, ac ſi vnà extrahendus eſſet. Verùm dolores hi, poſt fœtum vnà cum ſecundina exemptum, ſedati fuêre. Et ſic paulò poſt fluxum lochiorum (quæ non ſecus fluxêre, ac ſi naturali modo fuiſſet enixa) conualuit, & ſeptimanis quinque elapſis, rurſus menſtruas purgationes habuit, ſtatimque pôſt concepit, in fine nimirum menſis Maij, anxia iam (rei anteactæ recentem colens memoriam) quid tempore partus futurum eſſet. Verùm finito geſtationis tempore, conuenienti modo fœtum excluſit, & licet infans vnam ſolùm tibiam exereret, (quod ſanè periculo non caret) tamen cùm ab obſtetrice eſſet denuò indita, feliciter omnia ſucceſſêre. Ab eo tempore cùm rurſus grauida facta, non tamen ſecus quàm antea felicem à Deo ſucceſſum expectabat: quare nunc ſecundò feliciter peperit, munijſque domeſticis vt B prius, ita etiamnum commodè præeſt.

Sectio ſecunda.

ALTERA HVIVS OPERATIONIS PROBATIO, quæ rationibus abſoluitur. CAP. I.

PROPOSITA prima probatione, quę hiſtorijs ab experientia petitis, fuit abſoluta: ſequitur alterum genus probationis, quod rationibus atque diſputationibus perficietur. Deſumuntur autem argumenta à natura, aut eſſentia ſubiecti, poſtquam partes, quæ (antequam ad fœtum perueniatur) inciduntur, methodicè examinatæ fuerint: quæ tres numero ſunt. Occurrunt enim primo loco muſculi ventris exterioris, abdominis puta, quod Græcis ἐπιγάστριον dicitur. Dein peritonæum, membrana nimirum abdominis, ipſis muſculis ſubtenſa. Tum vterus ipſe. Veſica quidem, licet inter peritonæum & vterum, ſedem naturalem habeat, tamen dum ſectio Cæſarea dicta ſit, non occurrit, ſed inferiùs paulò in hypogaſtrio ſituata eſt, maximè verò in mulieri- C bus mox parituris, in quibus vterus diſtentus eam deprimit, potiſſimùm verò, tum cum doloribus partus conflictantur, quo tempore plerunque vacua eſſe ſolet, ob perpetuam ad meiendum irritationem: cuius gratia etiam minus tum ſpatij requirit, locoque longè inferiori, quàm vbi ſectio fieri conſueuit, poſita eſt.

De Muſculis epigaſtrij, tanquam de eo, quod primum inciditur: & primùm de vulnere, eiuſq; magnitudine. CAP. II.

Lib.6.cap.4. PRimò omnium muſculos ipſius abdominis poſſe abſque periculo vitæ ſecari, manifeſtum eſt: quòd ſi nulla alia ratione id probari poſſit, ſanè vel ex eo liquet, quod Galen. in ſua Methodo Therapeutica, modum oſtendit, vulnus eorundem artificioſa gaſtroraphia conſuendi. Quòd ſi quis obijciat, vulneris magnitudinem, manifeſtum minari periculum. Idem Galenus abundè ſatis oſtendit, talem vulneris magnitudinem periculoſam non eſſe, dum præcipit, eiuſmodi vulnera in toto abdomine eſſe dilatanda, ſi minora videantur, quàm ſufficiant repoſitioni inteſtinorum, aut omenti, ſi ſint prolapſa, nec ſecus reponi poſſint. At ſi quis inſtet hoc ſimile non valere, cùm inſigniter amplum debeat eſſe vulnus, ſi modò magnum fœtum viuentem, abſque læſione extrahere velimus, aut ſaltem mortuum, D prætumidum tamen vnà cum ſecundina eximere. Reſpondetur, quòd vulnus, licet valdè magnum videatur, ita vt ad dimidij pedis longitudinem (ſi tanta opus foret ſectione) fieri poſſet, ſtatim extracto infante, ad longitudinem quatuor, vel quinque tranſuerſorum digitorum coarctatur: imò indies magis magiſque coanguſtatur, donec vterus, qui elatus erat, planè collabatur.

De Hæmorrhagia, quæ ex ſectione Muſculorum abdominis contingere ſolet. CAPVT III.

ETſi res ita ſe habeat, aliquibus tamen ſectio hæc muſculorum periculoſa videbitur, ob copioſum ſanguinis effluxum, licet hactenus leuis fuerit ijs, qui operationem hanc peregerunt. Verùm notandum, paucas valdè venas inſignes eò loci, vbi hi muſculi inciduntur, occurrere: non enim occurrunt venæ Mammariæ aſcendentes, quæ ſecundum longitudinem rectorum muſculorum, abdomen conſcendunt, quas tamen ſolas hoc loci periculoſam parituras hæmorrhagiam eſſet metuendum. Et licet aliquando ex improuiſo, in curatione Ramicum inciderentur, quæ in loco magis periculo obnoxio ſit, quàm hic ſit, non tamen ob id neceſſariò moriendum eſſet. Quod tamen Celſus ſedulò cauendum monet, præſertim cùm prædictæ venæ, & arteriæ, quæ circa hanc regionem occurrunt, quaſi anaſtomoſi

A moſi coniungantur, proportione tamen cum alijs abdominis partibus obſeruata, cùm poſt fœtus extractionem contrahantur, qua ratione fit, vt minus ſanguinis effundatur. Verùm licet magna fieret ſanguinis profuſio, ei tamen facilè cum ijs, quæ ſanguinem ſiſtunt, occurri poſſet: quod Paulus Ægineta ſuis Enhæmatis in curatione ſecti calculi, operis ſui lib. 6. perficit.

De loco, quo ſanguis, ſectis Abdominis muſculis, fluere debet.

CAP. IIII.

VT vt res ſe habeat, parum multúmve ſanguinis effluat, nihilominus aliquis obijciet: ſanguinem (vt & pus, quod ex vulnere elabetur) poſt diſſectum peritonæum, quod ſtatim etiam ſecatur, in capacitatem ventris inferioris defluere debere, quo loci putreſcens, vt monet Hippocrates 6. Aphoriſ. 20. Inteſtina corrumpet, multaque mala ſymptomata inducet. Ad hoc reſpondeo, fieri hoc non poſſe, cùm hæc abdominis capacitas non ſufficiat, quam pro continendis inteſtinis, & ijs, quæ à natura ob diuerſos fines ibi contineri debent, vt in ventriculo, inteſtinis, & vtero, ita vt ſi aliud quoddam corpus, potiſſimùm liquidum abdomini ante ſectionem fuiſſet incluſum, ſtatim facto vulnere, conſpectui ſe offerret, tanquam res naturæ moleſta prorumpens, imò & inteſtina ipſa & epiploon, licet corpora ſint ſolida, reſpectu ſanguinis, quæ naturaliter eò loci continentur, elaberentur. Veritas huius rei conſpicitur in Paracentheſi Hydropicorum, in vulnere abdominis, & etiam in Enterocele, vbi inteſtinum niſi à
B cute contineretur, prolaberetur.

DE PERITONÆO, ALTERA PARTE, quæ incidenda eſt.

De eiuſdem ſectione & vulneris amplitudine.

CAP. V.

PEritonæum abſque vitæ periculo incidi poſſe, ijſdem Galeni, Celſi, & Æginetæ authoritatibus, *Lib. 6. meth. med. cap. 4.*
dum de Gaſtroraphia agunt, manifeſtum eſt, cùm eiuſdem etiam vulnerati curationem doceat. Magnitudinem porrò vulneris curabilem, ex ipſorum ſententia eſſe, hinc liquet, quòd vulnus amplian *lib. 7. cap. 17.*
dum monent, ſi anguſtius ſit, quàm reponendis ijs, quæ extra abdomen prolapſa ſunt, conueniat. Præ- *lib. 6. cap. 52,*
terea, hoc magis comprobatur curatione ea, quæ ab antiquis vſurpatur in magnis rupturis, quæ vel propter dilacerationem, vel rupturam Peritonæi contingebant, quarum curatio ratione Peritonæi, longè quàm noſtra hæc ſit ſectio eſt difficilior: huius Celſus & alij meminêre. Curatio hoc pacto abſoluebatur: Peritonæum vnà cum Muſculis ipſius Abdominis incidebatur, cum noua ipſius ſubſtantiæ deperditione, maiori adhuc vndiquaque quàm erat ipſius ruptura, facto vulnere: tum ſcalpello duæ lineæ im-
C mittebantur, vt exciſo medio, interior membrana vtrinque recentem plagam haberet, quod etiam in ijs, qui fiſſuram labiorum (quod vitium haud abſurdè λαγώστομον nuncupauerimus) habent, fieri ſolet, quando labia coniunguntur. Peritonæi enim vulnus, quòd vetus eſſet, ſutura, non coiret. Et hæc apud veteres frequens erat curatio: iam verò rariſsimè, aut omnino non in vſum adhibetur, adeò vt ſomnium eſſe videatur: licet hoc tempore quidam Florentius Vallee Aurelianus, & Borliuetus Montargiſsienſis pluribus in locis, felici cum ſucceſſu hac curatione vſi ſint.

Spaſmum in Peritonæi ſectione non eſſe metuendum.

CAP. VI.

NEc etiam ſpaſmus, vti obijci poſſet, metuendus erit, licet Peritonæum ſit ſubſtantiæ membranoſæ, imò (ſi quis velit) aliquantum neruoſæ & ſenſibilis: cùm eiuſmodi ſymptoma etiam tum non contingat, quando licet punctis vulneretur, multò minus ſi incidatur, id vſu veniet, cùm ſpaſmi ex punctione orti, curatio, vt plurimum, ſit inciſio. Sed hoc clarius ex eo patet, quòd ſpaſmus non ſuperueniat, etiam in maxima Peritonæi dilaceratione, loco etiam longè perículoſiore, quàm is ſit, vbi ſectio noſtra Cæſarea inſtituitur: loco nimirum tali, qui nobis maximè commodus & exoptatus videtur. Verùm periculum, quod ratione Spaſmi impendet, (qualiſcunque demum ſpaſmus ſit) non facilè ac-
D cidit, niſi dum aliquæ fibræ exquiſitè neruoſæ, quales Peritonæi fibræ non ſunt, pari robore circa extremitates firmantur, & naturali modo propter rem moleſtantem, ad ſuum principium contrahuntur, cum diſtenſione violenta dolorem creante. Hoc in Peritonæo fieri non poteſt, propterea quòd firmis extremitatum, qui eſt in anteriori parte (coniunguntur enim vtræque extremitates circa lineam albam) multò laxior eſt, facileque cedens ea in parte, quàm ſit circa ipſius principium, vbi vertebris lumborum firmiter cohæret: quod ſingulari naturæ prouidentia factum, quò extremitates, quæ in anteriori parte ſibi inuicem occurrunt, & coniunguntur, poſsint abſque noxa liberè vel contrahi, vel diſtendi: quod neceſſariò requiritur in corpore tam ſalubri, quàm ægro: ieiuno, quàm pleno ventre: tam in craſſo & ventrioſo, quàm macilento: in hydropico, quàm hectico: in mulieribus tam vtero gerêtibus, quàm non grauidis: tam propter neceſsitatem ad recipiendum id, quod nos tumidos reddit, quàm ad euitandum vacuum, quod facilè conſequeretur, ni ita fieret, maximè à Philoſophorum naturalium decretis abſonum.

De Hernia, quæ poſt inciſum Peritonæum, remanere conſueuit.

CAPVT VII.

QVòd ſi quis obijciat (ſtudio nobis contradicendi ductus) malum valdè moleſtum metuendum eſſe, quod poſt vulnus curatum remanere conſueuit, Ruptura nimirum, quæ propter Perito-

næum diſſectum & malè conſolidatum, relinquitur. Ad hoc reſpondeo, euitari poſſe Herniam, ſi Gaſtroraphia à veteribus vſurpata, ab ingenioſis & diligentibus Chirurgis in vſum reuocetur. Sed quamuis Hernia euitari non poſſet, tamen malum hoc præſertim mulieribus tolerabile eſt, modò ipſæ ſubligaculis, aut ſolis faſcijs repellant, & retineant: aut latos cingulos ad id accommodatos, ſub veſte ferant, quod abſque dolore, moleſtia, aut manifeſta deformitate fieri poteſt: imò, quod maius eſt, magno cum mulieris commodo, ſi fortè contingeret eam grauidam redditam, rurſus hac ſectione, (quod aliquando contigit) opus habere. Hac enim ratione minus laboris ſectori, minus item doloris mulieri, quæ aliter parere non poſſet, contingeret. Sed dato eo, quòd Hernia hæc, aut moleſtiam pariat, aut impediat, aut aliquem dolorem creet, tamen magni boni loco haberi debet, quod propter tam exiguum malum, vnum, imò duo ſumma mala euitari poſſunt, quæ alia ratione vitari non poſſent, nimirum tam Matris, quàm Fœtus, miſerabilis & præſentanea mors. *Hæmorrhagia* hoc loco metuenda non eſt, cum Peritonæum ſit exſangue, neque manifeſtas, alicuiúſve momenti habeat venas. A

Hæmorrhagia.

De VTERO *tertia parte quæ inciditur.* CAPVT VIII.

QVòd ſi quis hoc loco, vti prius factum, inſtantia tali vtatur: Vulnus ipſius Vteri neceſſariò magnum eſſe debere, & per conſequens periculoſum, dum tanto corpori liberrimus datus fuerit tranſitus. Cum Galeno vt & prius reſpondeo, qui eo loci, vbi de Vteri ſectione agit, ſtatuit Vterum poſt fœtum excluſum collabi & contrahi, & quidem magis quàm abdomen ipſum contrahitur: dum enim fœtus vnà cum ſecundina excluſus eſt, nihil amplius ſupereſt, quod impediat, quominus Vterus ſecundum omnes ſuas partes coarctetur. Hæc etiam ſufficiens ratio eſt, oſtendens *Vteri inciſi ora, ſutura non indigere*, cum ipſius latera, ita coniungantur, vt videatur ſecundum intentionem primam conſolidari, à calore tamen naturali & humido radicali (quod etiam fœtui impertiebatur) adiuta: dein etiam dum à partibus circumiacentibus naturali modo ſuauiter fouetur: & ſanè melius adiuuatur, quàm ſi artificiali calore foueretur, quemadmodum alibi hac de re problematicè acturi ſumus. B

Vtero inciſo, hæmorrhagiam non eſſe magnam. CAP. IX.

SVpereſt vt dicamus, quemadmodum prius factum eſt, de Vteri inciſi hæmorrhagia, cùm innumeræ & venæ & arteriæ conſpiciantur. Verùm primo loco *notandum*, quod ex Chirurgorum relatu habemus, parum ſanguinis facta hac inciſione effluere, quorum ſanè teſtimonium à veritate & ratione alienum non eſt. Colligi enim facilè poteſt, fœtum iam adultum maximam ſanguinis partem pro nutritione abſumpſiſſe: dein etiam multum ſanguinis mammas petijſſe, quo in naturam lactis conuerteretur. Idem enim ſanguis eſt, ex quo lac generatur, & ex quo fœtus in vtero materno nutritur, vtpotè ex menſtruo ſanguine ortus: propter eandem rationem in nutricibus plerumque (quo ſanguis in lac conuertatur) quemadmodum etiam in grauidis (propter alimentum Embryonis) menſtrua non fluunt. C Eandem etiam ob cauſam, natura voluit, ſolùm in ijs ætatibus, quæ aptæ ad Vterum geſtandum, aut infantem alendum, menſtrua fluere, iunioribus autem puellulis ante prædictum tempus fuêre denegata: ſenioribus verò tempore concipiendi finito, fuêre ſuppreſſa. Verùm ſi quis inſtet, hoc licet dato, non tamen fieri poſſe, cùm tot ſint vaſa, quin ſanguis magna copia profluat. Ad hoc per hypotheſin reſpondeo: etſi hoc contingat, nihilo minus hoc accidere & vſu venire debere, etiam ijs, quæ naturali modo ſunt enixæ, aliàs in magnum periculum inciderent. At vnus idemque ſanguis eſt, tam in vna quàm in altera muliere. Quare inſignis hæc hæmorrhagia, non ſolùm hoc loco periculoſa non eſt, quemadmodum nec ibi, vbi ſcilicet naturaliter enixæ ſunt, ſed potius omne periculum demit, cùm ſanguis hic ſit ſolùm reliquum alimenti in Vtero pro nutritione fœtus reſeruati, cuius poſtmodum vſus nullus eſt, ſed potius Matri noxius, cùm menſtrui ſanguinis naturam retineat, quem natura conſueuit ſingulis menſibus, ob metum mali alicuius euacuare. Et licet demus, ſanguinem hunc & laudabilem & vtilem (imò ipſi Matri) eſſe: tamen hæc hæmorrhagia periculoſa aut lethalis non eſt, ex ſententia Celſi, qui in Veſicæ ſectione inquit: *Si plus ex muliebri corpore ſanguinis profluat, terreri non conuenit.* Et tamen ſanguis is, de quo eo loci loquitur, qui è partibus ſanis & mundis ipſius Veſicæ, (modò non ſit exulcerata, vti ſæpius non eſt) cuius collum inciſum eſt, promanat, magis ſalubris & neceſſarius eſt, quàm ſit ipſius Vteri ſanguis, minus enim Vterus indiuiduo, quàm Veſica prodeſt. Nec etiam dicendum, quod propter D adeò largam hæmorrhagiam Vterus lethaliter afficiatur: non enim ſanguis is propter Vterum, ſed propter fœtum iam extractum, vti dictum, à natura eò fuit demandatus. Huic rei teſtimonio eſſe poteſt, quod dum natura nihil ſanguinis eò mittit, ante pubertatem, aut poſt ætatem conſiſtentem (dum amplius concipere nequeunt) tum Vterus adeò coarctatur, & exſiccatur, vt in ſenibus (quemadmodum etiam in ſacra Scriptura) emortuus dicatur.

Lib.7.cap.26.

De loco, in quo ſanguis, ſecto Vtero, colligi debet. CAP. X.

QVòd ſi quis mihi obijciat, ſanguinem, qui ex Vtero ſecto promanat & impurus eſt, in capacitatem abdominis cum periculo inteſtinorum infundi & retineri. Duplex eſt reſponſio: prima quæ data fuit, dum de ſanguine ex inciſis Muſculis abdominis, profluente dictum fuit: nimirum non poſſe in capacitatem abdominis illabi, quin ſtatim expellatur. Altera reſponſio, quæ hoc loco magis neceſſaria eſt: quod commodior detur huic ſanguini defluxus, per orificium & collum matricis, quod tum temporis partim à natura, partim verò manibus obſtetricum ſatis dilatatum eſt, vt huius ſanguinis euacuationi ſufficiat: quod etiam ijs, quæ naturali modo peperêre, accidit. Hæc ſanè colli Vteri dilatatio, magno

gno

A gno vſui eſt, non ſolùm ad dicti ſanguinis euacuationem, ſed etiam quò (ſi opus ſit) poſsimus in hoc vel alio partu, medicamenta vulnus Vteri conſolidantia inijcere, prout indicationes id requirent: quibus tamen medicamentis in prædictis ſectionibus opus non fuit.

Spaſmum, licet Vterus incidatur, non eſſe metuendum.

CAPVT XI.

CVM aliquando leuis Vteri noxa, quæ ex humore vitiato in eo collecto prouenit, vel exigua inferiorum partium læſio, (quemadmodum dolores ijs in partibus grauiores longè ſunt, quàm in altioribus interioribúſve) Spaſmum inducere & Symptomata grauia cauſare ſoleat, ita vt & partes nobiles, & etiam totũ corpus afficiatur: videri poſſet, talia & etiam grauiora mala, ex ſectione Vteri contingere debere, quando ita grauiter interior & propria ipſius ſubſtantia vulneratur. Verùm experientia, quæ contrarium oſtendit, & dolor vel nullus, vel paruus, quem in hac ſectione mulieres patiuntur, diuerſum nos docent. Oſtendit etiam nobis, partem hanc inſtrumentariam eo loci, aut nullo, aut exiguo ſenſu præditam eſſe, & per conſequens, minus periculo obnoxiam: quam rationem vnà cum alijs, quæ diſputationem ſubtiliorem requirunt, tanquam Paradoxum, (quod tamen verum) in præſens relinquo, B differens in alium, quem maiorem faciam, de hac materia diſcurſum, ne in hac Epitome ſim prolixior.

Sectio tertia.

TERTIVM GENVS ARGVMENTORVM AB AVTOritatibus deſumptum, ad ſectionis noſtræ comprobationem.

CAPVT I.

QVAMVIS tertia hæc probandi ratio, quæ autoritatibus in ſimili, aut periculoſiore operatione abſoluitur, à duobus alijs probandi modis dependère videatur: nimirum ab eo, qui fit per Exempla & per Rationes, vbi à ſimili ad ſimile, aut à maiori ad minus argumentamur: tamen hoc loco Autoritatibus, vt tertio argumentorum genere, in ſimilibus aut grauioribus caſibus vtemur, cũ quæ eiuſdem ſunt naturæ, tam quoad propoſitũ finem, quàm quoad operationem & qualitatem effectus, nobis deſint. Sapientiſsimi ergo Periandri conſilium ſequi voluimus, ne quid noui adduceremus, (licet rationes non deeſſent) quod vel cum legibus Veterum, vel C conſuetudine loci, vel cum inſigni aliquo caſu ſimili, aut parum diſsimili, non conueniat.

De Muſculis Epigaſtrij ex autoritate hiſtorica.

CAP. II.

NE ab incepto ordine recedamus, à Muſculis Epigaſtrij ordiemur. Autoritatem verò Galeni, quæ 5. Loc. affect. habetur, primum proponemus, quæ eſt de magno atq; profundo horum muſculorum abſceſſu, quem contra aliorum Medicorum opinionem Abſceſſum eſſe pronunciauit: qui hac de re dubitârit, eum locum conſulat. Dominus Ambroſius Paræus, & alij (vt & ego) viderũt Abſceſſum ſimili in loco miræ magnitudinis, & ſummi periculi, ex ſentẽtia præſtantiſsimorum tam Medicorũ, quàm Chirurgorum Galliæ, qui eò erant vocati. Fuerunt autem D. D. Hollerius, Gorræus, Duretus, Budæus Aurelianus, Antonius Franciſcus Stampenſis, Flexellius Medici. Chirurgi verò Neumuſanus, Paræus, Gerardus Brunus, Tramot, præſentes. In conſilium etiam adhibiti fuêre, licet abſentes, D. D. Mocellus, Fernelius, Raſſius ſenior, & alij. Abſceſſus hic, ortum ducebat iuxta principium Muſculi recti, & quidem lateris dextri, ſupra vmbilicum digitis tribus, loco fundi ventriculi vicino, & iuxta Hepatis regionem, quem locum profundum & ob materiam craſſam ibi contentam, valdè diſtentum, præter alia ſigna, ſatis dolor oſtendebat, qui eò loci augebatur, dum venter extenderetur, & pectus dilataretur, quãdo Muſculus oblæſus ad actiones has peragendas extendebatur: malum hoc inſtar alicuius inflammationis œdematoſæ, poſt multos diuerſos & chronicos ſibi inuicẽ ſuccedentes morbos ortum eſt, qui tandem morD bi poſtquam natura tam copioſos humores heterogeneos ſymptomaticè in locum nõ naturalem repoſuiſſet, deſiêre. Et hæc in illuſtri Ludoica Humierea, Antracis domina ad Malherbam ſyluam, viſa fuêre. Abſceſſu hoc aperto (cùm tandem ad eam maturitatem, quæ ſperari poterat, perueniſſet) incredibilis & tanta puris copia ſummo cum impetu prodijt, vt vſq; ad pedes lecti proflueret, & quidem vltra ſeſquimenſis ſpacium copioſiſsimè effluxit, per vulnus amplum, cauterio actuali inflictum, quod ſemidigiti craſſum, duorum verò latum erat, & vltra tres digitos in altum deſcendebat, antequàm ad locum, in quo tanta puris collectio fœtoris intolerabilis continebatur, perueniretur, ita vt ſolùm Peritonæum vulnerandum reſtaret: vt hac ratione materia, quæ longo tempore copioſè inter ipſum Peritonæum, & penè omnes Abdominis Muſculos profuſa erat, facilè in abdominis capacitatem inter inteſtina defluxiſſet, quod ex profunditate aperti abſceſſus, turundis, ſpecillis & canulis, quæ indebantur, facilè cognoſci potuit. Malum certè hoc deterius multò erat (quoad Muſculos Epigaſtrij) quàm hæc noſtra ſectio, à quo tamen, laus Deo, intra paucos dies fuit liberata, & ſanitati reſtituta. Tantorum virorum, quorum aliqui adhuc ſuperſtites viuunt, autoritas & teſtimonium, veterum etiam præcipuis teſtimonijs equiparari poſſunt.

cap. vlt.

Loyſe de Humieres dame d'Entragues, au boys Mallesherbes.

De Peritonæi ſectione autoritates. CAP. III. A

Ex Paracentheſi periculū vnde.

QVoad Peritonæi ſectionem, Hydropicorum paracentheſin perpendendam propono, à veteribus ſummè vſitatam, & ab Hippocrate adeò celebratam, qua in ſectione periculum ſi aliquod contingat, id non ratione Peritonæi, ſed propter ſubitam & largam aquæ profuſionem accidit, vti docet Hippoc.6. Aphor.27. Accedit etiam huic malo vitioſa, ut plurimum, Hepatis diatheſis, quæ remedio huic pręſtantiſsimo ſucceſſum adimit. Verùm hoc tempore rarius Paracentheſi vtimur, propterea quòd plerique moriantur. Hoc autem idcircò accidit, quòd ſi ea fortè aliquando vtantur, ſerius id fit, cùm iam malum altiores egit radices, & diutius occupati fuêre (vt conſuetudo & ars requirunt) in exhibitione leuiorum medicamentorum. Tum falſò malum non in cauſam morbi, ſed in remedium ex quo auxilium ſperabatur, refertur, vti à plebeis, rudibus & ingratis fieri conſueuit. Nihilominus tamen Hydropicorum aliqui, ob metum Paracentheſeos moriuntur, qui tamen hoc remedio fuiſſent aliquando curati: potiſsimùm verò ij, in quibus Hydrops fit, vti ſæpe ex corriuatione & collectione alicuius Vomicæ, aut Apoſtematis interni accidit: quod vbi rumpitur, amandat, prout poteſt, copioſam hanc materiam in capacitatem abdominis, vnde non poteſt, niſi per huiuſmodi puncturam Paracentheſeos ſcilicet remeare, præcipuè ſi ſanies ſit craſsior: cuius Symptomatis cauſa difficilimè, ne quidem ab ijs, qui vel maximè acutum cernunt, agnoſci poteſt. Facilè tamen abſque magno periculo occurri poſſet, ſi mali origo noſceretur, & Peritonæi punctio poſt abdominis Muſculos commodè eſſet adminiſtrata, id quod ſæpius fortuitus euentus potius, quàm ſolers ſectionis adminiſtratio teſtatum reddit. Memoria enim adhuc recolo, quod dum Aureliæ in Scholis triuialibus eſſem, viderim craſſum quendam baiulum (nomine *Va, ſi tu peux:* id eſt, eas, ſi tu poſsis) hydropicum, iam pridem pro deſperato derelictum, cui cùm iuxta Sancti Agnanij fanum, nebulo quidam magno ictu cultri Abdomen perforaſſet, & ſubitò copioſiſsima aqua putrida, riuuli inſtar fuiſſet effuſa, poſtmodū curatus, ſtatim, vt prius, abſq; tamen recidiua operari cœpit. B

à S. Aignan.

Addo præterea *Vſtionem Peritonæi*, per ipſos Muſculos: aliter enim fieri non poſſet, quæ ferro ignito loco valde periculoſo fieri ſolet, in antiqua Hepaticorum ſuppuratorum vſtione. Ex qua vſtione ſi aliqui moriebantur (quod ſæpius accidiſſe credibile, propter præſtantiam partis adeò læſæ, propter quod etiam non facilè amplius hoc remedio vtuntur) id non propter peritonæi læſionem, ſed propter Hepar corruptum fiebat, idq; quando purulenta materia fæcibus vini ſimilis erat: alij verò conualeſcebant, vt Hippocrates 7. Aphor.45 teſtatur.

Præter iam dicta, datur & aliud exemplum: peritonæi nimirum magna illa ſectio, ab antiquis vſurpata, & nuper renouata: in præſens verò ob Chirurgorum ignorantiam rara (quod multis exitio eſt) nimirum dum in Hernia inteſtinali, inteſtinum aliquod quaſi captiuum continetur, ita vt etiam Voluulo laborent, & morti proximi ſint, niſi cum ſubita dilatatione rupti peritonæi ſecentur Qua ſectione non ita pridem ſupradicti Vallees pater & filius & Martinellus Montargiſsienſis, Borhuet dictus, piæ memoriæ, vſi ſunt. Qua ratione etiam Blæſis quidam ex amicis D. Alexij Gaudini, felicis memoriæ (in ſua præſentia, vt mihi atteſtatus eſt) per Maupas celebrem Chirurgum ſectus fuit, poſtquam vnanimi conſenſu alijs auxilijs deficientibus. hoc inter ipſos eſſet concluſum. Tali enim neceſsitate fit, vt docti, induſtrij & prudentes, eiuſmodi difficilia & grauia auxilia inueniāt, benedictione diuina, in tanto charitatis opere adiuti. Plura adhuc ſimilia mala ſunt, quibus hæ duæ Abdominis partes abſque magno periculo afficiuntur: altera quidem pars carnoſa, nimirum Muſculi: altera membranoſa, Peritonæum puta. De quibus partim in peculiari tractatu acturi ſumus: de aliquibus verò ob ſimilitudinem aliquam, quam cum vtero habent, in tractatu hoc dicemus. C

Montargis.

à Blois.

De Vteri ſectione autoritates. CAPVT IV.

SVpereſt nunc, vt perpendamus, aliáne ſimilia, aut maiora dentur mala, quibus vterus abſque vitæ periculo afficiatur, idq; teſtimonijs (ſi modò haberi poſsint) comprobemus. Antequam verò vterum ſectum cum vtero aliàs oblæſo conferamus, comparationem inter vterum ſectum & veſicam, quæ in calculi extractione ſecatur, tanquam partem vicinam inſtituemus: quę ſanè ſectio multis de cauſis longè periculoſior, quàm ſit hæc noſtra ſectio Cæſarea, cenſenda eſſet.

Vteri inciſi, cum calculoſi Veſica inciſa comparatio.

CAPVT V. D

VTeri actio, vt de hoc primo loco verba faciamus, non ad indiuidui, ſed ſpeciei conſeruationem neceſſaria eſt, idq; non in omni, ſed in certa ſolùm ætate conſtitutis. Veſicæ verò vſus adeò magnus eſt, vt ne quidem horę momentum otiari poſsit. Plus ergo mali, lęſam veſicam quàm vterum conſequitur: nihilominus tamen ipſos ſæpius non mori videmus. Ex quo colligere eſt, quod multò minus ob vterum ſectum, mulier moritura ſit.

Epigaſtrio quinetiā in ſectione Cęſarea ſufficienter inciſo, & dilatato, licet videre, tractare, quinetiam incidere vterum in quacunq; placuerit parte, cùm ad fœtum inueniendū, tum commodè extrahendum, & abſq; matris periculo. Hoc verò in vſitata veſicæ in perinæo ſectione, fieri nō poteſt, vbi ſolùm palpando progredi licet, ſiue in ea incidenda, ſiue in calculo, (ſiue is vnus, ſiue plures ſint) inueniendo, & quod maius, in eo extrahēdo: ita vt ſæpius etiam exercitatiſsimi Lithotomi fuerint coacti ab incepto opere, re infecta deſiſtere, aut certè veſicā arripere, dilacerare, & inſtrumentis portionē eius cum calculo auferre. Poſtmodū rei huius ignaris, membranā eſſe, qua peculiariter calculus fuerit inuolutus, qua mediante veſicæ adhæſerit, oſtendunt. Verùm difficile admodū eſt huic opinioni, quidquid hac de re à quibuſdā vel dicatur, vel ſcribatur, idq; grauib. de cauſis, fidē adhibere. Si enim Calculus, mēbrana velut peculiari inuolucro eſſet obuolutus, tū nec dolorē, nec moleſtiā, nec vrinæ aliquā ſuppreſsionē, quod alicuius eſſet momēti, pārere deberet. Quare ergo, tāto piculo ſectionis, præter neceſsitatē temerariè qs ſe ſubiecerit?

cùm

A cùm tamen nemo facilè tanto periculo,niſi ſanitatis cauſa coactus, ſe ſubmittat. Tunica enim hæc,quæ ipſum involueret,cùm ſit inſenſibilis,leuis, & vnctuoſa, impediret ne ſua aſperitate calculus veſicam attereret,qui vlcus veſicæ eò loci vbi reſidet, cauſaret: & ſi vlcus non eſſet, nec etiam pus promanaret, ratione cuius mordicatio in partibus vicinis contingeret. Quòd ſi quis obijciat, dato eo, quod ita res ſe habeat, quoad vlcus & dolorem vlceroſum, nihilominus tamen dolor grauans adeſſet, propter calculi magnitudinem: & etiam dolor tenſiuus, qui propter ipſius magnitudinem obturando contingit. Sed quæro ego, quomodo,& ex qua materia calculus ita augeri potuit, cùm membranæ fuerit inuolutus. Si enim calculo adhuc paruo exiſtente, membrana hæc nata eſt, debuit poſtmodum impedire, ne viſciditas illa vrinæ calculum attingeret, nève ei agglutinaretur, quæ vnica ipſius adauctionis materialis cauſa eſt, quemadmodum & generationis cauſa fuit. Si quis reſpondeat, membranam hanc, magno exiſtente calculo, natam: quæro vbinam ex ſemet principium ſumpſerit. Non dicetur, ex parte ſuperiore calculi, aut ex ipſo natam eſſe, neceſſum ergo,vt ex aliqua veſicæ parte orta ſit. Quòd ſi ita ſit, quomodo quæſo adeò parua & creſcens adhuc, potuiſſet Calculum iam magnum inuoluere, aut ipſi ſe adiungere, qui ſemper in veſica humida vagatur, & de loco in locum mouetur? Adeò hoc abſurdum eſt, vt refutationem non mereatur. Licet enim in alijs aliquibus corporis partibus, præter naturæ modum aliquádo Calculi oriantur, non tamen eadem eſt ratio ob innumeras, quæ adduci poſſunt cauſas, quas huic loco inſerere lex vetat Epitomes, cum alibi id commodius tractari poſsit. Verùm conceſſo, rem ita ſe habere,
B videtur tamen debuiſſe tunicæ huius ortum hoc boni attuliſſe, vt auferendo attritionem, exulceratione & dolorem, neceſsitatem etiam ſectionis adimeret, quod tamen non fit: multi enim coacti, magno cum vitæ periculo ſectione ſe ſubijciunt. Ne tamē cum aliquo, qui ex præiudicio ijs,qui hoc tradidêre, aſſentitur,aut qui velit huic errori ſub ſpecie ſententię receptæ,amico alicui vt gratificetur,patrocinari,in diſceptationem veniam,huic ſententiæ, quoad fieri poterit, vt & alij fidem adhibebo, donec melius & rectius huius rei veritas explicetur.

Tertiò, vt ad collationem noſtram redeamus, in Perinæo plures inſignes venæ, arteriæ, fibræ, muſculi, nerui, ſphincter, vaſa ſpermatica vicina, tendines & ligamenta occurrunt, quæ in quærendo, incidendo, dilatando, aut potius crudeliter ipſam veſicam in perinæo plurimis noxis inſtrumentis dilacerando facilè, & quidem non ſine periculo offendi poſſent. Horum autem nihil, dum vterum incidimus,in Epigaſtrio occurrit,& propterea minus periculoſa,quàm ſit veſicæ ſectio,quæ tamen non ſemper lethalis.

Quartò,veſica, quæ inciditur, vt plurimum valde exulcerata eſt: econtrà verò vterus dum ſecatur,ſanus eſt,quoad ſeipſum,& conſequenter minus periculi eo læſo impendet,& facilius curatur.

Quintò, cùm fieri non poſsit, quin in vtraque ſectione hæmorrhagia fiat, ex enarratis rationibus patet,ſanguinem,qui ex ſecto vtero promanat, impurum, ſuperfluum eſſe, & ſi retineretur, noxium futurum: non verò periculoſum ſi effluat. Econtrà verò ſanguis is, qui ex veſica calculoſi inciſa promanat,
C naturalis eſt, purus, vtilis, ſi retineatur: noxius verò, ſi effundatur, etſi ſectorum aliqui conualeſcant. Quare ratione huius etiam facilius & melius ſectio noſtra Cæſarea adminiſtrari poterit.

Sexto & poſtremo, ex ſectione veſicæ, vt plurimum infinita ſymptomata, quæ euitari non poſſunt, remanent, quæ eam formidabilem reddunt. Et inter cætera, perpetuum per vulnus vrinæ ſtillicidium incurabile remanet, cùm vulnus vt plurimum coaleſcere non poſsit, quod præter dolores ſummos, & fœtores maximos moleſtum valde ſymptoma eſt: eius enim cauſa aliquem hominum ſocietate & conuerſatione priuatum eſſe oportet,neq; poteſt,ſeu pedes, ſeu eques,ſeu decumbens,ſeu ſedens,aut ſtans, negotijs ſuis præeſſe:ſed quod maximum,ſæpius mors ſubſequitur.

Viceuerſa in ſectione Cæſarea, nihil horum accidit, nec etiam quid ſimile ſuperuenit, ſed ſolùm ruptura,quæ tolerabilis, & quæ facilè perferri poteſt, vt plerunq; & aliæ rupturæ. Sed & ruptura hæc euitari poterit,ſi modò recta Gaſtroraphia adhibita fuerit,quod tamen neceſſum non eſt. Sæpius enim ruptura vt remaneat,ob futurum partum,perutile eſt,vti ſuperiùs à nobis fuit propoſitum. Hæc omnia licet ſint cognita, videmus tamen propter conſuetudinem hanc veſicæ ſectionem adeò difficilem, cum dolore & periculo coniunctam expeti, licet longo tempore euitari poſsit, imò ſæpius omnino non admitti: quod tamen ſine magni doloris perpeſsione fieret, (de omnibus tamen non loquor) aut ſaltem abſque vitæ periculo. Reperiũtur enim,qui per annos quadraginta calculum geſtarunt,qui tamen mor-
D tui non ſunt:ita vt ij,qui hoc quærunt remedium,ſimiles ſint ijs,qui vltrò ſe ſupplicio & morti ſubijciũt. Quare ergo ſectio hæc vteri, quæ veſicæ ſectione longè tutior, facilior, vtilior, magisq; neceſſaria & vrgens eſt, (adeò vt niſi citò occurratur, metus ſit ne miſerè eademq; hora, mater vnà cum fœtu pereant) non inquiritur,recipitur,& exoptatur,cùm adeò ſit vtilis & neceſſaria?

Diſcurſus de extractione Calculi per Hypogaſtrium.

CAPVT VI.

SI Cæſaream ſectionem, quæ in Epigaſtrio fit, tanta ipſius aut facilitas, aut vtilitas, nobis eam commendare debet:certè longè magis difficilia & ineuitabilia Symptomata,quæ ex ſectione Calculi ſuperuenire ſolent,nos à ſectione veſicæ,quæ in perinæo fit,abſterrere debent. Aut certè,vt quid melius in humanum genus conferamus, nobis hæc res ſtimulum addere debet,vt modum aliquem meliorem & commodiorem, ad extractionem calculi inueniamus: qualis erit, ſi non in perinæo amplius, ſed in Epigaſtrio,ſectio (vt in ſectione Cæſarea) fiat. Quod tũ facilè à quolibet vero Chirurgo præſtari poterit,cùm prius ipſi ab Hippocrate, & quidem in iuramento foret interdictum, cùm more antiquitus recepto, tantoq; vti oſtenſum periculo, in perinæo ſolùm ſectio fieret. Hac ratione innumeris modis melius,doctiſsimorum ſimul & exercitatiſsimorum Chirurgorum opera ægrotis ſuccurretur: quod hacte-

A idcircò quod mentio fiat doloris nephritici, & lateris, (quæ non ratione calculi in veſica contenti, ſed calculi renalis accidunt) ab ipſo perpeſſi: verùm etiam, cùm hæc perquiſitio ideò fuerit inſtituta, vt rei alicuius nouæ, notatu dignæ, anteaq; non viſæ, fieret experientia: vt eſt inueſtigatio calculi in Renibus hominis viuentis, & eiuſdem non conſuetæ ſectionis curatio. Veſicæ enim calculum à tantis viris non fuiſſe quæſitum facilè credi poteſt, vt qui de loco & curatione talis calculi non ambigerent, præſertim cùm iam pridem ſectio Celſiana & Guidoniana foret vſitata, in qua in viuentibus perinæum inciditur, & in mortuorum calculoſorum veſicis calculos reperire conſuetum ſit.

Quò ad alterum, coniectari licet, ſectionem hanc externam non per lumbos, ſed per alium locum factum eſſe, cùm multa ſint, quæ ſectionem per lumbos impedire poſsint. Primùm quidem loci craſsities, vbi cum magno periculo plurimi muſculi, tam interiores quàm exteriores, iuxta ipſorum principium inciderentur. Dein etiam non ſolùm vertebræ ſpinæ, & ipſarum apophyſes proximè adiacentes, ſed etiam vena caua & arteria Aorta, cum manifeſtis ipſarum Ramis: Meſenterium item & pancreas tali ſectioni impedimento eſſe potuêre. Quare vt ad latus ipſius Abdominis ſectio hæc facta ſit, oportet, eo nimirum loci, quem Græci κενεῶνα, Latini Ilia vocant, inter lumbos & locum eum, vbi Cæſarea fit ſectio, altiori paulò loco, quàm is ſit, per quem in Epigaſtrio, vti propoſuimus, calculus veſicæ extrahi debet.
B Quod exinde ſatis colligere licet, cùm dictum ſit, inteſtina fuiſſe repoſita, & vulnus conſutum, quod in lumbis in regione Renis affecti fieri non potuiſſet.

Sed vt de ſectione Renis agamus, etſi demus, nunquam hanc ſectionem attentandam eſſe, attamen probabiliter de ea rationibus Medicis & analogicè diſputare licet, poſſe eam malo vrgente, abſque tamen mortis neceſsitate, perfici. Verùm (præter obiectiones, quæ circa hæmorrhagiam renis inciſi fieri poſſent, & circa periculoſam puris, quod in Abdomen illabi poſſet retentionem, iam ſolutas) alia inſtantia vti licet, propter periculum quod immineret duabus partibus hac ſectione læſis, Ilijs puta ſectis, & Rene vulnerato. Quò ad Ilia, ex prædictis rationibus liquet, eorum ſectionem non eſſe neceſſariò lethalem. Præter allatas rationes analogicè adhuc argumentari licet, quod aliquando in parte æquè periculoſa, imo periculoſiore quàm ſint Ilia ſæpius fiat. & quidem beneficio naturæ, amplum ſatis vulnus pro lapidis exitu non ſolùm calculi veſicæ, (quod in perinæo fit) aut calculi in vretere contenti (quod per hypogaſtrium iuxta inguina fit) ſed etiam Renalis (quod caſu per lumbos fit) quæ tamen omnia abſque morte patientis contingunt. Quæ ſingula oſtendunt, idem quoque circa Ilia (loco ad calculi renalis extractionem commodiori) maiori ſecuritate fieri poſſe. Res enim hæc dubio caret, non ſolùm ob id, quod plures hac de re ſcripſerint, & inter cæteros D. D. Iechampius. ſed id etiam plurimorum Medicorum & Chirurgorum fide dignorum teſtimonijs patet, viſos eſſe in nephriticis per lumbos (loco valdè incommodo) magnos calculos è Renibus reiectos per
C Apoſtema ijs in locis periculoſiſsimis genitum, quod aliquando à Chirurgis apertum: aliquando beneficio naturæ, eo loci ruptum. Qua in re neceſſum fuit, vt vnà cum Rene plurimæ partes, tam externæ quàm internæ corporis grauiter fuerint oblæſæ, quæ æquè, imo multo magis periculo ſubiectæ ſunt, quàm ipſa Ilia, imò quàm ipſum Epigaſtrium. Quare non adeò metuendum Epigaſtrium incidere, non ſolùm in extrahendo fœtu ſectione Cæſarea, quàm ſectione calculi veſicæ eo modo quem in Hypogaſtrio propoſuimus. Sed & in alijs periculoſis Epigaſtrij partibus non minus periculoſa ſuperueniunt ſymptomata, quæ tamen lethalia non ſunt. Tale eſt id quod accidit Anno 1557. in pago Han cognominato, in Algia Normandiæ, vbi quidam Carolus Trahardi nomine, à longo tempore nephriticus, *pays d'Auge en Normandie.*
cuius dolores cum relicto loco conſueto anteriora petijſſent, regionem nimirum vreterum. tanquam dolore Colico laborans, frequentibus clyſmatibus tractatus, quorũ aliquot ob mali vehementiam euomuit, tandem inter Inguina & Ilia tumor inſignis obſeruatus, quem Iacobus Dux Chirurgus exercitatiſsimus aperuit, vnde lapidem fabæ magnitudine vnà cum pure vrinæ permixto extraxit. Ex ſitu anteriora verſus vergente, facilè fuit colligere, nõ ex Rene, vt qui in poſteriore parte eſt, calculum prodijſſe: quare oportet (ſiquidem vrina per locũ ſemper diſtillârit) fuiſſe ex vretere circa eum locum, vbi veſicæ iungitur: non enim veriſimile fuiſſe calculum veſicę, partim cùm alio in loco ſedem habeat (in medio nimirum Hypogaſtrij) partim quòd vrina, quæ per alterum vreterem in veſicam deferebatur, per membrũ virile, pro voluntate ægri reddebatur: nihilominus tamẽ per locum etiam inciſum ſemper vrina minge-
D batur: quare ad eam excipiendam Chirurgus (vt artis eſt) ſpongiam ipſi præparauit. Excepto perpetuo vrinæ ſtillicidio aliàs bene valens, adhuc per annos quatuor vixit, tandem verò Angina perijt. Simile etiam à D. Bellangerio Medico Regio, Lutetiæ in hoſpita ad caniſtrum, iuxta templum Sancti Pauli viſum, quæ & calculum ſimilem, & per ſimile apoſtema pari in loco ortum, reiecit: paribus quinetiam ſymptomatibus relictis, ita vt vrinam per annos viginti & plures per vulnus reddiderit. Quo ad Renem (alteram partem, quæ abſq; magno periculo ſecari non poſſe cenſetur) videtur, ſaluo tamen meliori iudicio, vulnus non neceſſariò eſſe lethale: ſiue ſpectemus actionem & vſum proprium (modo alter Ren ſanus & integer ſit, ſuoq; ſatisfaciat officio) ſiue ſpectemus ipſius ſubſtantiam, cùm per ſe ſatis ſit oblæſus, imo ſæpius maxima ex parte putridus, & per conſequens ex parte, vel ex toto inutilis: ita vt à bono & exercitatiſsimo Anatomico, qui ſolerti ſit manu, & in ſimilibus caſibus exercitatus, poſsit facilè & cum honore hæc ſectio adminiſtrari, ſed in corpore robuſto, & cum iudicio ſolùm diſſecans eum locum, vbi calculum perſentit, cauendo, quoad fieri poteſt, ne vel inſertionem venæ emulgentis, vel vreteris exitum lædat: poſtmodum verò conſolidationem naturæ committens, quod à natura præſtari id poſsit, præter rationem non eſt. Illuſtriſsima Duciſſa Ferrarienſis felicis memoriæ, cùm doloribus nephriticis per certa interualla eſſet obnoxia, grauiſsimo iterum ſanguinis & vrinarum purulentarum mictu, exercitij loco deambulationibus vtebatur: à quo exercitio cùm abſtinuiſſet, & quieti corpus dediſſet, curationem malo contrariam quærens, & ſic aliquando leuibus quibuſdam medijs

contra calculum vſa eſſet, tandem hæ excretiones deſière. Quare cùm alio morbo interijſſet, corpusq; A
ipſius fuiſſet apertum, in rene ipſius paruus calculus repertus fuit, circa quem cicatrix pulchra, ſana & munda, dimidij digiti longitudine erat, quod fidem faciebat, cùm tam excretiones, quæ per vrinas fiebant, ceſſaſſent, quàm quòd conſueti dolores nephritici remiſiſſent, calculum hunc multo maiorem fuiſſe, qui etiam vlcus cauſaſſet, ex quo prius ſanguis, dein & pus emanârit, quod cicatrice erat conſolidatum: quod etiam Hepati, pulmonibus, alijſq; partibus principibus accidit. Sed cur quæſo ſimplex inciſio corporis renalis tuto fieri non poſſet, diligenti ad calculum extrahendum adhibito artificio, quandoquidem ipſo valdè ſaucio, purulento, & ferè ex toto putrido exiſtente, beneficio tamen naturæ, hos calculos per maiorem continui ſolutionem, quàm ſimplex hæc ſit inciſio, eijci videmus, & quidem tanta cum interioris ſubſtantiæ ſuæ deperditione, vt ſæpe ſola ipſius membrana integra remaneat, quæ magnum aut plures mediocres calculos, inſtar pecuniæ in crumena ſonum edentes, continet. Quandoquidem ergo ex rene adeò affecto, aliquando calculus per lumbos exitum quærat, (vti ſuperius dictum) quemadmodum etiam in aliquibus, is qui in vretere continetur, per latus Hypogaſtrij & veſicæ, ſimiliter calculus per perinæum: quare non commodior aliqua via quæritur, malo huic adeo deſperato ſuccurrendi? Per hæc & ſimilia loca diuerſa, fit in aliquibus calculorum expulſio. ſed longe ſæpius veſicæ calculus per perinæum expellitur, propter locum magis decliuem, quò omne corpus graue natura ſua tendit. Et hæc, meo quidem iudicio, potior eſt cauſa, quàm ſit vlla alia, quæ primos lithotomos & ad ipſorum exemplum, eorum ſequaces adegit, vt calculum in veſica contentum per perinæum po- B
tius, quàm per hypogaſtrium extraherent: hac ratione ſe motum naturæ imitari, quod ipſius artis eſt, ſibi imaginantes: quamuis (verum modò ſi dicere velimus) hic naturæ motus ſymptomaticus potius ſit, & via huic malo non conueniens, quàm quod per legitimam veſicæ excretionem fiat, quæ naturaliter per perinæum nil euacuat. Verùm incredibilia hæc cenſeri non debent ab eo, qui non [illegible]it, nec legit vnquam, per lumbos apoſtemate affectos, calculum renalem egredi poſſe, quemadmod[illegible]m is, qui in vretere conſiſtit, per imam partem Iliorum, vti dictum: ſiquidem Ren, licet calculoſus non ſit, ſed ſolùm vlceratus, & ipſi detur via per vreterem naturaliter ſe euacuandi: materiam tamen purulentam in eo contentam, ſæpius per lumbos excernit. Id quod poſt diuturnos dolores nephriticos & vrinas purulentas ſæpius vſu venire ſolet, quæ etiam ijs in locis fiſtulas incurabiles, ſed tamen tolerabiles, imo ad euitandum maius malum, exoptatas cauſant: quod duobus in ægris, inter cæteros quàm diligentiſsimè
à Chaſtillon ſur Loin. animaduerti. Caſtellione enim ad Lænum, mulieri cuidam corpulentæ, poſt diuturnos dolores nephriticos, circa exteriorem regionem renum, abſceſſus magnus ortus, qui à Magiſtro Gerardo Chirurgo Regis Henrici me præſente, cauterio actuali fuit apertus, vnde pus ſolum abſque calculo effluxit: ipſ[illegible]m verò fiſtulam cannula argentea concaua, & candela quinq; aut ſex digitorum longa, per annos viginti ſex & plures, apertam reſeruauit: hac ratione, ab vrinarum purulentarum excretione, & renum dolore liberata: quæ duo ſymptomata, quando emiſſarium hoc occludi volebat, ſtatim recurrebant. Similis C
morbus cùm in Abſceſſum eſſet verſus, meoq; conſilio apertus, ſimulq; diu apertus reſeruatus, iuuenem
à Guignonuille en Beauſſe. quendam Paillet nomine, viginti aut viginti vnius annorum Guignouillæ Belſiæ à talibus nephriticis doloribus & vrinis anteà valde purulentis, liberauit, ita vt poſtmodum bene valuerit, vſq; dum vxorem ducturus eſſet, tum ſubitanea morte perijt, cum tempore meſſis ex curru mergitibus onuſto delapſus eſſet. Quare vt tandem huic propoſito finem imponamus, vnum propter rationes allatas explicandum supereſt, quod nimirum in immuni illo ſagittario, calculus non per lumbos, ſed per Ilia aperta, & quidem in ipſo rene affecto, non autem in veſica fuerit perquiſitus: quod nihilominus tamen pro tuenda ſententia noſtra facit, ſiue pro comprobatione opinionis noſtræ de extractione calculi veſicæ per Ilia, ad modum Franconis: ſiue ad ſectionis noſtræ Cæſareæ confirmationem. Verùm quod ad exempli huius imitationem attinet, nolo quis ſibi perſuadeat, velle me ex rationibus allatis ſtatuere, vel conſulere, vt à quoquam temerarie talis ſectio Renis vſurpetur, niſi prius ſimili ſectione aliquoties fuerit vſus. Quemadmodum enim vna hirundo Ver non facit, nec vna ſolùm ſerena dies Æſtatem pollicetur, ſic vnica experientia non potis eſt, has difficultates reſoluere. Præterea Lithotomus talem ſectionem nunquam tentarit, quin prius conuenienti inſtrumento, quo in loco calculus latitet, tentarit, licet plura & quidem vniuoca, quæ id atteſtentur ſigna habeat, quod tamen in Rene fieri non poteſt, licet in Veſica hoc fiat. Et demus, de calculo Renali certò nobis conſtare, attamen calculi huius extractio, maiori ex parte aut D
ſuperflua, aut ſuſpecta, aut ſaltem rarò neceſſaria eſt. Superfluam dico, ſi nimirum alter ren ſit ſanus, adeò ſuo ſatisfaciens officio, vt quaſi vtriuſque munere fungatur, quod ſæpius accidiſſe manifeſtum dum nimirum vnus illorum diu fuit putridus (cui rei teſtimonio eſſe poteſt, puris cum vrina copioſa excretio) nihiloſecus tamen alter attraxit, tranſcolauit, & ſufficienter vrinam euacuauit. Suſpectam dico, ſi nimirum ambo renes pariter ſint affecti: tum enim ſi alter eorum ſecaretur, parum fructus inde perciperetur, niſi pari pacto & alter incideretur, quod tamen præſentaneam mortem oſtenderet. Parum neceſſariam dico: nam ob alterũ ſolùm renem vlcere, aut alio morbo affectũ, nihilominus tamen viuere licet, ſi alter ſanus ſit, vicioq; careat. Verùm hoc quidẽ eſt, ſi ambo ſimul omnimoda obſtructione laborent, calculis adeò magnis, vt in Vreteres deuolui, aut ex Vreteribus veſicam ingredi non poſsint (quod ex veſicæ vacuitate tum patet) tum hoc remedium cùm alia deſint, non abſque ratione proponi poteſt, ita vt renum alteruter ſecetur: cuius gratia etiam ſectionem noſtram Cæſaream, ſi alio modo partus promoueri non poſsit, proponimus. Quod non adeò difficulter ab ægrotis, tantis tum ob calculum doloribus diſcruciatis impetrari poteſt, cùm ipſimet vel cum periculo hanc ſectionem expetant.

In huius tractationis, in qua prolixior fui, quàm animus erat, fine, negligentiæ mihi accuſandi v[illegible]re ij, qui cum Lutetiæ adeo feliciter rem tam periculoſam, tanta etiam cum vtilitate coniunctam, tent[illegible]ſent, quod id literis non conſignârint, imò tabulis æneis inſculpſerint, poſteritati eas conſecrantes & vt

rem

A rem admiratione, imò ſæpius imitatione dignam, eas in Scholis ipſorum erigentes. Res ſanè hæc tabulas illas meruiſſet, quæ in Germania eſſe dicuntur, magna quædam *Paracelſi* miracula atteſtantes: *qui* tamen maiorem partem ſuarum receptarum & ſecretorum ſecum abſtulit, ex ſuis ignibus, ſectatoribus ſuis, parum aliud quàm frigidos cineres relinquens.

Reſponſio ad Obiectiones, quæ fieri poſſunt contra ſectionem, quæ fit in Hypogaſtrio, in parte ipſius Veſicæ membranoſa. CAP. VIII.

NON me latet, quin primo intuitu valde mirum videatur, concedi Veſicam abſq; vitæ periculo in parte membranoſa incîdi poſſe: quod tamen neceſſariò fieri debere videtur, ſi modò hoc, quod proponimus verum ſit, & quod in hypogaſtrio accidiſſe autoritatibus comprobamus. Hæc enim recepta eſt opinio ad tutandam ſententiam Hippocratis, qui 7. Aphoriſ. 18. ſine vlla diſtinctione ſtatuit, (quod & omnes ipſius interpretes, ipſi aſſentiri volentes, faciunt) Veſicæ læſionem & incurabilem, & lethalem eſſe. Quod tamen intellexiſſe debuiſſet, cùm non ignorauerit ſuo etiam tempore, in extractione Calculi, ipſam fuiſſe ſectam, quam ſectionem in iuramento ſuo concedit, non tamen manum operi adhibet. Fit ergo in parte membranoſa, licet non ſit verè & ſimpliciter membrana, dum in corpore ſita eſt: nec etiam verè talis eſt, vt eſſe apparet, quando à longo tempore fuit exſiccata, extenſa, & inflata, ſed potius ad aliquam carnis ſpeciem referri poteſt, cuius carnis Galenus diuerſas facit ſpecies. Nam vt in Com. 6. in 6. Epid. refert, Hippocrates carnem appellat non ſolùm eam, quæ Muſculorum eſt, ſed etiam
B inteſtinorum, & Veſicæ. Quem etiam ipſe ſecutus eſt 7. de Anatomica adminiſtr. dum inquit: Carnis nõ eadem vbiq; forma: quæ enim Muſculorum eſt, magis rubet, & mollior eſt, quàm ſit ipſius Ventriculi, Veſicæ, Vteri, & omnium Inteſtinorum caro.

Detur Veſicam ipſam valdè membranoſam eſſe, imò membranam & verè ſpermaticam, eiuſmodi tamen eſt & Peritonæum & perioſtium, cornea ipſius oculi tunica & Meninges cerebri, quæ tamen rurſus conſolidantur, imò & ipſum Cerebrum conſolidatur, quod tamen tempore Hippocratis non fuerat obſeruatum, vti poſterioribus temporibus factum.

Verùm Veſicam facilè in parte membranoſa conſolidari, exempla multorum Vulnerum abdomini inflictorum curatio, quæ per vrina pura promanabat, atteſtantur. Et quare hoc Veſicæ non vſu veniret, quod tamen in ipſis inteſtinis tam tenuibus quàm craſsis obſeruatur, imo in ipſomet Ventriculo, quod ſæpè atteſtatur non ſolùm Chylus, ſed etiam cibus recens aſſumptus, ſubitò è vulnere incoctus prodiens, & tamen hi non moriuntur. Hippocrates tamen omnia hæc magna vulnera non ſecus pro deploratis habuit, quàm ipſius Veſicæ vulnera: quare Hippocratis ſententiam tueri ſi velimus, neceſſario Galeni dicto, nobis ἐπὶ τὸ πλεῖστον, vtendum erit.

Exemplum alterum ſectionem hanc comprobans.

CAP. IX.

C EA quæ hactenus dicta fuêre, præterquàm quod Franconis exemplo comprobentur, aliter adhuc confirmantur: exemplo nimirum ipſius Cueur de Cheſnè hoſpitis Aurelianenſis, ad inſigne floris Lilij, qui cùm 4. Idus Feb. anni 1560. pugione vulneratus fuiſſet, & iam per dies nouendecim vrinam per vulnus ſolùm reddidiſſet (ſignum manifeſtum partis ſuperioris, & membranoſæ ipſius Veſicæ læſæ) & à Florentio Philippo catheter per penem Veſicæ inditus, & in eo per paucos dies detentus fuiſſet, ſubitò perfectè curatus fuit. Cuius rei teſtes eſſe poſſunt D.D. Raſsius, & Ambroſius Paræus: quæ curationes adeò ſunt frequentes, vt de eo dubitare non oporteat.

Sectio quarta.

TERTIA HVIVS SECTIONIS PROBATIO, QVAE Hiſtorijs & Caſibus, qui huic parti accidêre, longè difficilioribus, quàm ſit Cæſarea noſtra ſectio perficitur: idq; Autoritatibus, cùm hac de re hactenus nemo ſcripſe-
D *rit, deficientibus.*

CAP. I.

RELICTA tractatione quæ fuit de ſectione Veſicæ, ne præter propoſitum Vteri tractatum deſeramus, nunc cum ſectione noſtra Cæſarea, alios caſus longè periculoſiores, qui Vtero accidêre, qui tamen reſpectu ſui non ſunt lethales, conferamus: quos in quatuor claſſes diſponemus. *In prima agemus* de Mulieribus, quæ ſe ipſis ignorantibus Vtero geſtârunt, in quibus fœtus mortuus & putridus cauſa fuit, vt & Vterus in corpore putreſceret, ita vt temporis progreſſu interierint, quę tamen ſuperuixiſſent, ſi malo cognito, tempeſtiuè ſectione hac ipſis auxilium latum fuiſſet. *In altera*, de Mulieribus, quarum aliquæ puerperæ fuêre, aliquæ verò non, quæ Apoſtemate Vteri laborantes, apertæ fuêre, non ſectione Cæſarea, ſed cauterio actuali Abdomini impreſſo, quæ tamen non modò nõ mortuæ, verùm etiam nec facultate concipiendi priuatæ fuêre: quæ tamen operatio, quàm ſit Cæſarea ſectio, longè peior. *In tertia* de Morbis Vteri, circa interiorem partem fundi ipſius putrefacti, & quidem tanto cum vlcere, vt fœtus mortui, è capacitate Vteri ad inteſtina fuerint prolapſi, & inde per Epigaſtrium extracti, (quo loci magnum ſolùm Apoſtema eſſe, ſuſpicio erat) abſq; tamen matris internecione, aut poſtmodum Vtero geſtandi facultate ablata, Vtero naturæ beneficio conſolidato. *Quarta* cõtinebit Hiſtorias Mulierum, quibus Vterus prolapſus & putridus, abſq;

vitæ periculo totus & quidem ſectione, vſtione, aut ligaturis ablatus fuit. *Quinta*, hiſtorias Mulierum, A quibus vterus valdè abſumptus & putridus, tandem ſpontè abſq; tamen morte, aut morbo ſubſequente excidit, proponet.

Claſsis prima, ternas continens Hiſtorias. CAP. II.

HISTORIA I.

LVdouica Pouppard, Nicolai Seuin Campi vaſtati dicti Aurelianenſis vxor, cùm propter febrim quartanam qua detinebatur, Menſtrua ſuppreſſa eſſe (quod plerunq; vſu venire ſolet) exiſtimaret, tamen conceperat. Verum cum ſe grauidam non ſuſpicaretur, vſa medicamentis, venæ ſectione, remedijsq; topicis, quibus tam in febri quartana, quàm in hepatis & ſplenis duritie (quę huius morbi ſunt ſymptomata) Medici vti conſueuêre. Durities autem hæc, licet eſſet propter fœtum in Vtero contentum, (quod non agnoſcebatur) tamen Scirrhus cenſebatur, aut alia colluuies, quæ ex putata Symptomatica Menſtruorum ſuppreſsione eſſet orta. Tandem fœtu mortuo, mollioribuſq; ipſius partibus putrefactis, nec vllis ipſius partus ſignis conſpicuis, oſſa tractu temporis denudata fuêre, & Vterum poſteriora verſus circa regionem recti inteſtini perforârunt, ita vt ſenſim per aluum, vnà cum excrementis oſſa fuerint excreta, & inter cætera, os tibiæ intégrum fuit reiectum. Cùm ita diu cum morbo fuiſſet conflictata, interijt: cuius corpus 8. Idus Febr. Anni 1565. per Florentium Philippum & Michaelem Pichar B dum apertum fuit à quibus nil niſi oſſa putrida, & præcipuè capitis oſſa fuêre inuenta, idq; magna cum admiratione, quomodo in hoc cœno Vteri putrefacti ſubſiſtere potuerint. Videtur ſanè mulierem, quò ad hunc affectum, gaſtrotomia curari potuiſſe, ſi tempeſtiuè malum cognitum fuiſſet, hocq; auxilium foret vſitatum, & cum iudicio adhibitum.

HISTORIA II.

CAtharina des Fieſs, domina de Onci prope Millyum, cùm ſecundas contraxiſſet nuptias, eodem tempore & in morbum incidit, & grauida reddita: non tamen ſe Vtero geſtare ſuſpicans: quare nô ſecus, quàm in prædicta Aureliæ factum erat, ita & ipſa Lutetiæ infinitis remedijs & quidem Diæta ſudorifica (auxilium aduerſus morbum quærens) vſa eſt: etſi non deeſſent ex Obſtetricibus Reginæ aliquæ, quæ grauidam ipſam pronunciarent, eò quòd ſymptomata ea, quæ vtero gerentibus accidere ſolent, in ipſa obſeruarent, idq; à tempore ſuppreſſorum menſtruorũ, donec etiam Lac in mammas obſeruatur, & vſq; ad nonum menſem: quo tempore omnia illa Symptomata deſiêre, vnà cum motu ipſius fœtus: dein dolores partus irriti tum ſuperuenêre, & ſtatim poſt, omnia ſigna fœtus emortui obſeruare licuit, attamen horum omnium ſignorum ratio nô habebatur. Quare cùm Lutetia domum rediſſet, adhuc fœtum mortuum Vtero geſtauit, idq; quindecim menſium ſpatio à die ipſius interitus ſupputatione facta, præter anteactos nouem menſes, quibus in vtero materno vixerat. Sic partes molliores putre- *de Melun.* factæ per inferiora eijciebantur, quæ (non abſq; ratione aliqua) per Dominum Ponetum Medicum Me- C lodunenſem doctiſsimum, pro ſanie ex Vteri vlcere promanante habebatur: quemadmodum oſſa quæ remanſerant Scirrhum Lienis eſſe cenſebat. Tandem extincta cùm eſſet. 5 Non. Octobr. Anni 1570. à Luca Campano & Iacobo Dazier Tonſoribus Millyenſibus, præſentibus Dominis de Vertau, & la Gainiere, plurimisq; alijs aperta fuit. Quare copioſa adhuc ſanies in abdomine reperta abſq; Vtero, & fœtus oſſa aliqua iam putrida, aliqua verò integra erant: & inter hæc oſſa vnum ex oſsibus claiculæ iam humidũ, Peritonæum & abdominis Muſculos iam perforârat, ita vt ſola cutis integra remanſerit, qui in latere ſiniſtro forinſecus conſpiciebatur, quod iam pridem pro ſplenis ſcirrho habebatur.

Quæro ergo, ſi malum fuiſſet (modò non pertinaciter in ſemel & leuiter pronuntiata ſententia perſiſtatur) diligenter inueſtigatum, per cõcurrentia ſigna conceptum, dein fœtum mortuum indicantia: ſic ſi & alia coindicantia diligenter fuiſſent obſeruata, & malum, quale erat agnitum, an nô ſpes fuerit (tum cùm pàrere nô poſſet) ipſam vnà cum fœtu etiam hac ſectione conſeruandi: aut etiam poſt fœtum mortuum, qui diu in Vtero conſeruatus ſolùm matrem hac eadem ſectione, quod tamen vnicum & neceſſarium erat remedium, ſaluandi.

HISTORIA III.

SImilis & æquè lugubris caſus, mulieri cuiuſdam Chirurgi Monſpelienſis Auſine vocati, accidit, qui celeberrimis Medicis ampliſsimi Collegij Mõnſpelienſis (vti credibile eſt) pergratus erat: quæ (vti D Dominus Rondeletius ſuæ Methodi curandi, cap. 65. meminit) cùm in Vterô geſtaret, puerum putrefactum, illius aliquot partes fruſtulatim reijciebat, ſolùm maioribus oſsibus in Vtero relictis, ita vt longo tempore pòſt ipſi fuerit moriendum. Quamuis cauſæ, cur huic moriendum fuerit, debuiſſent fuiſſe notiſsimę, propter ipſius fœtus manifeſta fruſta, quę reiecta erant, & ipſius reliquum, quod ibi tanquã in luto hærebat: rectè tamen à marito factum, qui maioris certitudinis cauſa ipſius corpus aperiri voluerit. Verùm vtilius multò fuiſſet, affectu iam ſatis cognito, vt per orificium Vteri fuiſſent oſſa extracta, ſi modò fieri potuiſſet: aut ſi hoc non licuiſſet, certè ſectione hac noſtra Cæſarea liberanda fuiſſet, ſi (cum viribus valentibus) hoc remedium tum temporis fuiſſet vſurpatum, quod in talibus caſibus vſurpari debet, modò nil vel impediat, vel aliud non habeatur remedium.

Claſsis altera, continens hiſtorias quatuor de Abdomine, cauterio actuali aperto. CAP. III.

VErùm ne fortè cauſa alicui ſit dubitandi, Vterúſne adeò affectus ad extractionem fœtus demortui (qui vlcerum horum cauſa erat coniuncta) felici cum ſucceſſu & matris ſalute, ſecari potuiſſet, recitabo in hac ſecunda claſſe aliquot veras hiſtorias, quæ in æquè periculoſis caſibus ex Abdomine inciſo, felicem habuerunt ſucceſſum, quas ex duorum clariſsimorum Medicorum literis cognoui: quamuis

A quamuis illæ mulieres non forent grauidæ, ſed ſummo Apoſtemate Vteri (quod longè peius erat) laborârint. Horum verò adhuc viuentium Medicorum celebritas, teſtimonij & auctoritatis loco eſſe poteſt, quorum alter eſt D. Alboſius Senonenſis Medicus, cuius nomen cùm adeò ſit celebre, in cauſa eſt, vt de eo plura non ſim dicturus: alter verò eſt D. Villanouanus ſenior, Valdreaci in Prouincia habitans, primus, qui me, poſtquam ſtudijs meis finem impoſuiſſem, & Doctoris titulo ornatus fuiſſem, ad inuiſendos ægros deduxit. Quorum epiſtolas ex ipſorum libris curationum extractas (vti omnes Medicos facere decet) & ab ipſis mihi communicatas, cùm ex copioſiori, elegantioriq; ſermone Latino, quo ſcriptæ erant, breuibus in Gallicum tranſtulerim, hîc inſeram. *à Vualreas en Provence.*

HISTORIA I.

IOAN. ALBOSIVS ROVSSETO S.

NOn minus admiratione dignus eſt, quàm tua ſit Cæſarea ſectio, caſus ille, qui iuxta ædes meas accidit: Mulier Vtero gerens, cùm aut propter grandiorem ætatem, aut aliam ob cauſam parere aliter non potuiſſet, niſi fruſtatim partibus ipſius fœtus excluſis: vtraq; latera ipſius infimi ventris valdè tumida habuit, propter vim ferreis inſtrumentis illatam, præſentibus etiam omnibus ſignis, apoſtema oſtendentibus, quod etiam cum ductibus naturæ communionem habebat. Quare cum ipſius infimi ventris pars affecta, cauterio, & quidem amplo facto vulnere, aperta fuiſſet, magna puris quantitas effluxit, ſed non minor puris quantitas, quæ eiuſdem & ſubſtantiæ & coloris fuit, per Vterum profluxit.
B Verùm pati noluit, vt ſpeculo matrici indito, quantus eſſet ipſius ſinus, experirer: nihilominus tamen ſatis conſpicuum erat, & apoſtema & vulnus cauterio inflictum ad vterum vſq; vergere, quod ex ſymptomatibus, quæ ſucceſsiuè accidebant, & etiam excrementis ſimilibus, colligi potuit: dein etiam ex eo, quod pari pacto, eodemq; tempore vtraq; pars affecta fuerit percurata. Quare cùm ita ſe res habeat, vti vidi, mirum non eſt, quod in tua gaſtrotomia tradis, cùm longè difficilius ſit, tale vlcus, quàm ſimplex eiuſdem partis vulnus, curari. Vale.

Altera hiſtoria priori ſimilis, eiuſdem Alboſij.

CVm cuidam Nicolaæ, Simonis Piſtoris Senonenſis vxori infans mortuus, inſtrumentis ferreis violenter foret extractus, abſq; lochiorum fluxu & ſecundinæ extractione: tum intra dies quinq; ex vtraque parte infimi Ventris, magnus tumor obortus cum Apoſtematis ſignis euidentiſsimis. Quare cauterio actuali, vni ex lateribus profundiſsimè impreſſo, ex Apoſtemate aperto, Chirurgus copioſum ſanguinem grumoſum, putridum & fœtidum manu extraxit: ita tamen vt alterius lateris tumor non conſideret, nec etiam ſecundinam educere poſſet: quare & alterum latum ipſum aperire oportuit, vnde ſecundinam extraxit. Hoc tamen non ſine extremis doloribus, in tam ancipiti & deſperato caſu euenit: ſemianimis enim remanſit, triennio ſe lecto continuit: biennio verò pòſt, fulcris innixa, obambulabat: poſtmodum ſcipioni ſolùm innitebatur, & ſic tandem ſucceſsiuè ſanitatem priſtinam adepta eſt, ita vt ab eo poſtmodum tempore, plures habuerit infantes, inter quos vnus Sebaſtianus nomine, qui
C adhuc & in viuis eſt, & in hac vrbe habitat. Vale.

HISTORIA III.

Duæ aliæ eiuſdem argumenti hiſtoriæ à Villanouano communicatæ.

NIcolaus Villanouanus, Rouſſeto ſalutem. Mirum in modum, &c. Sed vt ad rem veniam, fateor me tanto, ex quo vixi tempore, nunquã vidiſſe mulierem, quæ per latus enixa ſit, & ſuperſtes remanſerit, vt ad me ſcribis. Memoria quidem recolo, quòd cùm Dominæ de Piles moniali, infimus Venter mirum in modum intumuiſſet, iuſſu meo Mauricium Valdreaci Chirurgum, Abdomen cauterio actuali ad Vteri fundum adacto, aperuiſſe: vnde tam per vulnus, quàm partes inferiores, vltra ſeptem libras puris, quod ſemper ſimile fuit, emanauit: & vt de loco affecto certiores eſſemus, ſpecillo partem inferiorem dilatauimus, ita vt facilè magnitudinem ipſius vlceris Vterini conſpexerimus, quod ſex menſium ſpacio percurauimus: ab illo tempore filiam enixa, quæ adhuc ſuperſtes eſt. Anno 1532. hoc accidit. *à Vualreas.*

HISTORIA IV.

Altera Hiſtoria ab eodem.

SImile accidiſſe vxori Pharmacopæi de Briſſet nomine Montelimarti habitantis, & etiam curatam fuiſſe atteſtor: cui contra duorum Medicorum conſilium, qui eam tractabant, conſentiente tamen
D marito, ſimili cauterio vſq; ad interiorem Vteri partem adacto, Hypogaſtrium aperiri curaui: vnde pus, vſq; ad ſpondæ pedes exilijt, & eodem tempore admiranda ſaniei copia infernè profluxit. Hæc trimeſtri ſpatio curata, ſtatim pòſt concepit: nam exinde tres filios, vnamq; filiam enixa eſt: accidit anno 1558. Gratias ago Deo, quòd cùm iam peregrinationis meæ octuaginta quinq; annos abſoluerim: tamen, ſua benignitate, adeò corpore ſim ſano, vt præter exercitia, quæ à me fieri vidiſti, adhuc quotidie corpore bene diſpoſito, tam eques extrà, quàm pedes intra vrbem incedam. Verùm vt mihi omnia felicia precaris, ſic viciſsim vt tibi in pari & etiam maiori ætate eadem largiatur Dominus exopto. Vale, *de Montelmar.*

Claſsis tertia, ſex hiſtorias de Vtero putrefacto, abſq; tamen internecione, continens. CAP. IV.

CVm in præcedentibus hiſtorijs, nulla adhuc peculiaris facta fuerit mentio, Mulierum quæ vtrumque ſint perpeſſæ: nimirum vt & grauidæ & etiam inciſæ fuerint: prædictæ enim, quæ Vtero gerebant, cùm ipſarum fœtus iam mortui, viam aliam quàm per Abdomen inciſum ſibi quæſiuerint, ſectæ non fuère. Præterea eæ quæ ſectæ, grauidæ non fuère, quamuis peius habuerint, nimirum Apoſtemate Vteri laborantes. Quare magis ad rem faciet, ſi alias hiſtorias in medium attulerimus, in quibus vtrumque contigit: nimirum ipſas & grauidas fuiſſe, & Abdomen ſectum fuiſſe, licet ſectione Cæſarea,

vti nominamus, non apertæ fuerint, vt fœtus extraheretur, ſed vt pus ex Apoſtemate euacuaretur, licet vnà cum Apoſtemate adfuerit, vel infans perfectus, vel collectio oſsium, fœtus iam pridem mortui. Quo ſanè in caſu, æquè vt in alijs, plus fuit periculi, tum propter vlcus Vteri, tum propter alias cauſas, quàm ſit in ſectione noſtra Cæſarea, & tamen non modò nullæ mortuæ, ſed quod maius eſt, pleræque ipſarum rurſus concepêre, & ad legitimum tempus vſque Vtero geſtauêre. Verùm cùm ex hiſtorijs ſubſequentibus tres habeantur in opuſculo, Matthiæ Cornacis Medici Viennę Auſtriæ habitantis, edito: vna item apud Albucaſim, ſuæ Chirurgiæ lib. 2. idcircò breuitati ſtudens, pleraſque infinitas circumſtantias, vt ſunt loci, anni, diei, perſonarum: teſtes item quos citant, prætereibo. Summa rei hæc eſt. A

HISTORIA I.

HOſpita ad inſigne Cancri rubei Viennæ Auſtriæ, cum pârere non poſſet, per annos quatuor fœtum mortuum Vtero geſtauit, ita vt Vteri putridi fundo relicto (quod poſtmodum apparuit) ipſius corpus vlceratum Inteſtina verſus pertranſierit. Quare cùm in Abdomine magnus tumor cōſpiceretur, medium ipſius Epigaſtrij ad Abſceſſum euacuandum inciſum fuit, vnde infans extractus, nondum adeò putrefactus, (res ſanè admiratione digna) quin maſculum fuiſſe cognitum fuerit. Quæ cùm priſtinam ſanitatem foret adepta, rurſus concepit, & ad præfinitum à natura tempus, Vterum geſtauit: ſed cùm abdomen non fuiſſet inciſum (licet rectè Cornax conſuleret) ipſi moriendum fuit, fœtu non excluſo. Verùm poſt mortem matris, elegantiſsimum infantem extraxêre, viuacem valdè, ſi modò ipſi vnà cum matre ſectione Cæſarea ſubuentum foret. B

HISTORIA II.

EOdem in opuſculo, epiſt. ab Achille Gaſſero Medico Auguſtano ad Cornacem ſcripta, habetur, quæ ſimilem hiſtoriam ijſdem cum circumſtantijs continet. Mulieris cuiuſdam cui ferè anno vno, poſtquàm pariendi tempus eſſet elapſum, fœtus (vti & prædictæ) è capacitate Vteri exulcerati ad inteſtina erat prolapſus, vti manifeſtè conſpiciebatur ex Apoſtemate in abdomine, potiſsimùm latere ſiniſtro, oborto. Quare à Chirurgo ſucceſsiuè os vnum poſt alterum fuit extractum, quæ cùm percurata foret, poſtmodum conuenienti modo liberos & geſtauit, & enixa eſt.

HISTORIA III.

SEd & altera etiam epiſtola, in eodem Cornacis libro habetur, ab Ægidio de Hortoge celebri Medico Bruxellenſi ad ipſum ſcripta, in qua mentio fit hiſtoriæ cuiuſdam mulieris, quæ cùm pârere non potuiſſet, carne & partibus mollioribus fœtus iam putrefactis, & per vterum reiectis, ſub Epigaſtrio tamen oſsium colliſio ſentiebatur, (quod manu facilè erat deprehendere) ita tamen vt parum actiones mulieris læderet, cùm iam ab annis tredecim vtero geſtaſſet, quod ſanè abſq; vteri perforatione fieri non poterat: hæc tamen curata fuit, vti fieri oportebat, cùm nihil puris amplius ex vtero promanaret, (vti factum foret) & etiam ordinatè menſtrua fluerent.

Probatio Hiſtoriæ iam citatæ. CAPVT V. C

ADeò mirandum accidere poſſe, vt probemus, (quamuis ſenſus ipſi fidem faciant, etiam ei qui ex ſocietate aut ex affinitate S. Thomæ ſit (non præter rationem citari poteſt, adeò diuturna mora puris, non ſolùm in Renibus, Veſica, Meſenterio, Longano, præter tamen vitæ periculum: ſed etiā in Splene, & Hepate, quæ viſcera in quibuſdam reperta à longo tempore ſuppurata: in alijs verò tam hominibus, quàm brutis cicatrice obducta & curata. Fertur in quibuſdam Splenis parenchyma, adeò abſumptum repertum eſſe, vt ſola cutis remanſerit, quod ſæpius in renibus à calculo vlceratis obſeruaui, qui ſoli hinc inde verſantes, tanquam numi in crumena remanſerant. Duorum, D. Viardus Chirurgus inſignis meminit, in quibus, plurimis pręſentibus, cùm in latere ſiniſtro vulnerati fuiſſent, repererit Splenes ſauciatos, & eos partim alteratos, partim verò exſiccatos, quos ſectione ſe extirpaſſe refert. Simile *à Gian.* etiam ex D. Paruo perdocto Medico Genabi habitante cognoui, feliciter à Chirurgo eius loci idem in viro ſaucio, quem tractabat factum, & tamen innumerabilis arteriarum plexus, quàm neceſſaria ſit ipſi indiuiduo actio ipſius, ſatis oſtendit. De ſplenis vſu alibi diſputabimus, ſumpta occaſione ex docta ipſius Vlmi diſputatione, quam tam contra veteres quàm neotericos habuit: quòd nimirum infinitus ferè tam venarum quàm arteriarum numerus non impediat, quo minus, abſq; tamen mortis neceſsitate, magna ipſius omenti pars per vulnus exeuntis ſecetur, quod etiam quotidie feliciter exercetur. Pulmones ſimiliter qui vicini, & Cordis flabellum ſunt, ſæpius pure multis annis referti ſunt: præcipuè verò ſi vnus pulmonis lobus ſanus ſit, & ſputum facilè procedat. Sed quod maius eſt, à Cornace in Bibliopolæ cuiuſdam Viennenſis corde, (quod adhuc contingere poteſt) poſt mortem magnum apoſtema, mediā ferè cordis capacitatem ambiens, in plurimorum præſentia repertum fuit (qui tamen diu prius leui ſolùm ſyncopi obnoxius fuerat) quod certè non potuit, cum adeò fuerit magnū, momento accidiſſe. Idem etiam Nicolaus Maſſa, celeberrimus ſui temporis Medicus, in ſua Anatome teſtatur, ſe in Veneto (qui ex vulnere capitis interierat) in auricula & ſubſtantia cordis, dimidij oui magnitudine abſceſſum inueniſſe, qui in fibroſa hac ac ſolida parte, non potuit niſi longo temporis ſpatio naſci: quod, modo vulnus vlcùſve ad ipſos ventriculos non penetret, contingere poteſt. Tales etiam reperiuntur, qui vltra dies octodecim vixêre, corde tamē ad profunditatem duorum tranſuerſorum digitorum, ſed ſolùm in ipſius carne, læſo. Idem in Cerebro accidit, in ipſius inquam ſubſtantia, non autem in ventriculis, quemadmodum fieri hoc poſſe, hiſtorijs, teſtimonijs, fide dignorum comprobatis, alibi oſtendemus, tædioſam prolixitatem in hac Epitome vitantes. D

HISTORIA IV. Eiuſdem ſubiecti.

SI delicatioribus quibuſdam Lectoribus, quibus antiquitas ſolùm placet, neoterici hi citati autores nō ſatisfaciant, nec aliàs ipſis quidquam, niſi ſumma cum difficultate perſuaderi poteſt: ſatisfacίet tamē, vt ſpero,

A vt ſpero, docti & iam pridem percelebris Medici & Chirurgi Arabis Albucaſis auctoritas, qui lib.2. ſuæ Chirurgiæ, in hunc modum ſcribit: Mulierē vidi, in cuius vtero infans cùm eſſet mortuus, rurſus tamen grauida reddita, qui etiā fœtus in ea mortuus. Longo tēpore pòſt, tumor in ipſo vmbilico obortus, quo aperto materia effluxit: ad quam vocatus fui, & longo tempore tractaui, nec tamen conſolidari potuit: quare fortiſsima attrahēdi vi pollentia medicamēta applicaui, ſicq; plurima oſſa ſucceſsiuè prodiēre: quo viſo, perterritus fui, cùm in Abdomine nulla eſſe oſſa ſcirem. Quare omnibus perpēſis, & indagatis, eſſe oſſa fœtus emortui cognoui: ita vt cùm plura iam extraxiſſem, eā priſtinæ ſanitati reſtituerim, eo ſolùm excepto, quòd ſemper aliquid per vlcus exſudarit. Hactenus Albucaſis. Quòd ſi adhuc aliqui adeò difficiles ſint, quibus ne hac quidē ratione ſatisfiat, vt qui omnia quæ ab Arabibus ſunt profecta, tanquā barbara deteſtentur, eos ad Alexandrum Benedictum, qui ſimilem hiſtoriam in ſua praxi, tract. de Diffic. partus habet, relego.

HISTORIA V.

VErùm ne hæc teſtimonia & hiſtoriæ peregrinę, quæ à nobis ſunt allatæ, aliquibus ſint ſuſpectæ, nō ſecus quàm narrationes eius, qui varias regiones perluſtrauit, cui etſi quis nolit, aut fidē dare oportet, aut ea loca etiam perluſtrare, ad rei veritatem indagandam. Quare contentus ero allegatione B ſimilium hiſtoriarum, caſuum eorum, qui in noſtra regione contigēre, quæ non minus felices & laudabiles ſunt, qui eas diligenter perpenderit, quàm ſint vllæ aliæ hiſtoriæ.

In ſuburbijs Sullianis ad Ligerim Margarita Preuoſt, Petri Doreti molitoris vxor, cùm manifeſtò grauida eſſet, & tamē tempore partus eniti nō potuiſſet, quomodocūq; à mulieribus ipſi ſuccurreretur, ſenſim in grauidiſsimū incidit morbū, vt tandem venter adeò extenderetur, propter fœtū & ipſius tunicas putreſcentes, ita vt præter totius Abdominis tumorē, octauo, nonòve menſe circa regionē vmbilici, peculiaris tumor, valde elatus, obortus ſit, ſimilis abſceſſui molli rubro, vt iam ad apertionem maturus videretur. Quare abſceſſus hic anno 1550. die natiuitatis Chriſti ab Ithierio Gallometo eius loci Chirurgo, cauterio actuali apertus fuit, qui puris incredibilē quantitatē, ſcutellis exemit: altera verò die, cùm vulneris rationē eſſet habiturus, qualeſnam eſſent pili, qui circa vulnus conſpiciebantur, inquirere voluit, quare fœtus caput iam putreſcens eſſe reperit, quod tū per vulnus dilatatū extraxit, cum reliqua cadaueris parte, quod filiam fuiſſe agnitum, attamen breui temporis ſpatio conualuit. Hæc poſt mortem Doreti mariti, rurſus alteri nupſit, & circiter annos adhuc viginti ſeptem, corpore ſano ſuperuixit, quæ modò nuper nimirū anno Chriſti 1577. diarrhœa perijt. Verùm ipſa vt nec prius, ita nec poſtmodum vtero geſtauit. Cuius rei teſtes plures fide digni eo loci habētur, & præſertim Gratiana Theobalda, prædicti Gallometi Chirurgi vxor. Verùm ſi quis ſit, qui Chirurgi ſibi incogniti teſtimoniū contemnat, (licet eo loci C celebris fuerit) acquieſcendum tamen ipſi erit, ei, quod ſuccinctè ſuo more, doctiſsimus Hollerius præceptor meus, ſub finem 1. lib. de Morbis internis ſcriptum reliquit. Refert Mulierem quandam Lutetiæ cùm vtero geſtaret, fœtum diebus quindecim antequam in lucem ederetur, brachium per vmbilicū matris extenſum habuiſſe, & tamen nihilominus ipſam vnà cum fœtu ſuperſtitem remanſiſſe. Quomodo autem enixa ſit, aut per quam viam, & an poſtmodum rurſus vtero geſtarit, ſpeciatim non exponit, quod tamen & inueſtigatione & conſignatione dignum erat: id quod facilè ab ipſo fieri poterat, cùm præ foribus exemplum haberet: magna huius rei vtilitate, tam quoad theoriam, quàm praxin perpēſa. Sed quomodocunq; ſe res habeat, hoc abſq; magno vteri vlcere fieri non potuit: licet fœtus dein in locum naturalem rurſus redierit. Verùm ex altera parte res ſumma admiratione digna eſt, infantem tamdiu ſuperſtitem, hoc pacto viuere potuiſſe, non ſolùm vtero, ſed & tunicis ipſum inuoluentibus ruptis, ipſius vteri fundo, brachio perforato: alia enim ratione fieri non poterat.

de Sully ſur Loyre.

Referam adhuc hiſtoriam ſimilem, abſq; contradictione veram, ex relatione Illuſtriſsimæ & heroicæ Principiſſæ, quæ ex Illuſtri Bourbonia ſtirpe eſt, Guyſiana vſufructuaria, (quæ licet ætate ſit grandæua, ſano tamen corpore & animo eſt, quod admiratione dignum, & heroicis huius ſæculi perſonis exempli loco eſſe debet) quam ex doctiſsimo ipſius Medico D. Bunoto cognoui, qui ad vrbem id quod ex ipſa ſpeciatim cognouerat, & quod etiam nuper denuò ab illa narratum & affirmatū ipſi fuit, ad me tranſcripſit. Hiſtoria ſic ſe habet.

D

HISTORIA VI.

CVm ſua Celſitudo ante matrimonium, annorum iam eſſet viginti, & apud matrem adhuc educaretur, Pheræ vrbi Picardiæ, & in Templo eſſet, vidit matri ſuæ adduci iuuencam ægrotam, pallidam, proſtratis viribus, tumentem, tantiſq; doloribus diuexatam, ita vt nec quis morbus eſſet, noſceretur, nec ſpes vlla ſalutis ſupereſſet. Quare Princeps miſericordia mota, eam Obſtetricibus inſpiciendā tradidit, quæ rem vti ſe habebat, patefecēre: ægrotam nimirum, quæ virgo cenſebatur, fœtum adultum, & à longo tempore mortuū & putridum vtero geſtare, ita vt oſſa vtero perforato, ad latus vmbilici conſpicerentur: ex quo loco ipſa Princeps oſſa aliquot extrahi, & copioſiſsimum pus fœtidiſsimum emanare vidit: quo tamen affectu, breui temporis ſpatio percurata fuit: quam etiam diu prædicta Domina ſanam obſeruauit: ſed quid tandem ei acciderit, ignorat: nec etiam an fuerit poſtmodum maritata, aut denuò grauida facta, aut contrà. Cùm enim paulò pòſt Illuſtriſsimo Principi felicis memoriæ nupſiſſet, ſedem mutauit, nec quod poſtmodum ipſi acciderit, perquiſiuit.

à la Fere en Picardie.

Claſsis quarta, Hiſtorias ſex de Vtero abſq; vitæ periculo ablato, continens. CAP. V.

ETſi huiuſmodi vterini affectus in corpore adhuc latitantes, & etiam remedia horrenda, quibus vſæ, admiratione ſint digna, propter euentus adeò felices: alij tamen adhuc longè difficiliores caſus ſunt,

ratione tamen quorum mulieribus neceſſariò moriendum non eſt, licet poſtmodum ſteriles permane- A ant, cuiuſmodi eſt omnimoda ipſius vteri ablatio, poſtquam adeò prolapſus, vt extirpandus ſit: quod nihilominus tamen abſq; grauiori morbo accidit.

Sunt tamen Medici aliqui & Chirurgi etiam doctiſsimi, qui omnimodam vteri procidentiam non concedunt, Æginetæ & Aetij auctoritatibus moti, qui videntur non concedere, niſi difficulter admodum fieri, vt vterus adeò è loco prolabi poſsit, & tamen auxilia, remediorumq; formulas ab antiquis traditas, pro ipſius vteri in locum naturalem reductione proponunt, ita vt tandem fateantur (quod ex relatione habent) aliquibus mulieribus, quæ tamē ſuperſtites remanſère, vterum penitus exemptū fuiſſe. Verùm Hippocratis auctoritas, quæ lib. de Morb. mul. habetur, vt & experientia manifeſta, ipſis cōtraria eſſe videtur. Scribit enim Hippocrates, vterū ſępius è corpore, & quidem ſępius vſq; ad femora prolabi, imò ex ſententia Aetij, magnitudine oui Struthionis: quod ſanè ſolùm vteri collum eſſe nō poteſt, abſq; quo vteri corpus totū non ſit prolapſum Præterea oculis obſeruari poteſt, ipſius interiorē partem exterius inuerſam, & ſuperiorem, quæ interna etiā erat, prolapſam, exteriorē partem conſtituere. Verùm tria ſunt, quæ præter autoritatem Auicennæ, quæ habetur lib. 3. Fen. 21. tract. 4. cap. 5. hoc atteſtantur. Primo quidē ipſius ſanguinis menſtrui ſenſibilis effluxus, leuisq; trāſudatio, ex tota ipſius vteri ſuperficie promanans, qui dum fluere debent menſtrua, amplius nō procidit, quod ſanè certū argumentū eſt, ex ipſius vteri corpore & capacitate promanare, & nō ſolùm ex vteri collo, vti multi contra Galeni ſententiā ſomniàrunt. Verùm præter propoſitū non eſt, ſed notatu digniſsimū, quòd ſi ſolùm ipſius collum procidat, B corpus verò ipſum nondū ſit prolapſum, tum conſpici in ipſius fundo (qui tum parū maior, quàm fortè ſit ouum gallinæ) foramen, quod os ipſius vteri eſt, ad ipſum collum attractū, & ab ipſius vteri corpore depreſſum, per quod foramē in mulieribus iuuencis hoc malo diuexatis, ſanguinē menſtruū promanare obſeruatū fuit: & tamen facilè prolapſus talis in priſtinū ſitum reduci poteſt. Sed ſi per foramen hoc pluribus de cauſis relaxatū ipſum corpus tanta mole procidat, quod quotidie accidere ſolet, tunc foramen id amplius nō conſpicitur, ſed totum aſsimilari poteſt magno vini canthāro, qui in ſuperiore parte oualē figuram habet, ſed infernè minorē: infernè verò alia eſt rotunditas, ſuperiore longè maior, abſq; tamen foramine: in medio aūt manifeſta conſpicitur coarctatio, binas has partes aliquo pacto ſeparans, quod nihil aliud eſt, quàm os vteri dilatatū. Et tunc obſeruatū fuit, ex tota illa parte inferiore, in iuuencis (tanquam per reſudationē) ſanguinem menſtruū debito tempore profluxiſſe. Hic eſt intermedius anguſtior locus, cui ligatura inijci debet, quando animus eſt vterū prolapſum, & gangręna affectum auferre: rarius enim ſuperior pars putredine tentatur. Hac ratione minor illa & ſuperior rotunditas rurſus reponi poterit, ſi inferiore parte ablata illa huius pondere amplius nō prematur, vti ante prolapſum fiebat, nec etiā deorſum poſt omnimodam procidentiā trahatur. Si verò ſupra manifeſtam illam coarctationē, (vti aliquando factū) ligatura fiat, id cum dolore ſummo, & etiā cum periculo coniunctū erit. Dein exiguus, aut nullus dolor, quē maſſa illa carnea prolapſa (vteri fundum puta) tum perſentit, etiamſi duriter tractetur, dū reducere eſt animus, prædicta atteſtatur. Eſt enim, vt verū dicamus, os ipſius vteri vnà cū ligamen- C tis à quibus dependet, quæ exquiſito ſenſu prædita ſunt, non aūt ipſius vteri corpus, de quo hîc agimus, & quod in partu Cæſareo incidimus, quemadmodū alibi probamus. Tum remedia quæ vſurpantur, & inter cætera inſertio peſſarij in fundū vſq; vteri ex ſubere cera obducto, aut alia materia parato, de quo, ne à propoſito recedamus, in ſequentibus agemus, id etiam comprobant. Verùm, ut ad rem accedamus, antequàm aliorum autoritates proponam, breuiter binas hiſtorias à me obſeruatas, referam.

HISTORIA I.

à Lunel en Gaſtinois.

CVm Lunelli Vaſtineti, cuidam mulieri è corpore vterus auferretur, præſens adſtiti, qui conſilio defunctorum D. D. Saportæ, hoſpitis & mœcenatis mei, & Rondeletij, præſidis mei, ab Anatomico publico Bartholomæo nomine, qui poſtmodum phthiſicus interijt, exſectus fuit, idq; poſteaquam Monſpeſſuli omnia remedia, ſed irrito conatu attentata eſſent.

HISTORIA II.

en Gaſtinois. de Pithuiers.

AB eo tempore, conſilio meo nobili matronę Vaſtineti, (cuius nomen ſubticere placet) Ambroſius Niger & Compagnonus à turre Chirurgi Pithvuerenſes, vterum exſecuêre, quod malum aliàs incurabile erat: iam enim gangrænam minabatur, & ſolùm adhuc cuti parum adhærebat, cuius pars inferior propendens, magnitudinis duorum pugnorum, iam planè liuida erat. D

HISTORIA III.

de Vualreas.

DOmini Villanouani (cuius ſuprà facta fuit mentio) etiam conſilio, antequam ipſi familiaris eſſem, Petrus Mauricius Valdreacenſis, vterum vxori Petri Coſtei pannicidę excîdit: cui, ſtatim poſt abſolutum difficilimi partus puerperium, exciderat, nec reponi poterat, cùm adeò in partu læſus foret. Quem cùm ligaſſet, abſcidit, & cauterium adhibuit, idq; inſcio marito, qui tum abſens erat, cum quo poſtmodum nihilominus concubuit, abſque tamen voluptate: quod denuò epiſtola ad me data Anno 1533. atteſtatus eſt.

HISTORIA IV.

CHriſtophorus à Vega Hiſpanus, tractatu de Procidentia vteri, refert, ſe decennio antequam hæc ſcriberet, cuidam mulieri curaſſe vterum excindi, quæ tum adhuc ſuperſtes erat.

HISTORIA V. TRES CONTINENS
hiſtorias de Vteri ablatione.

CArpus in ſua Anatome hac de re verba faciens, narrat vidiſſe ſe à Patre ſuo vterum auferri: dein ſe quoque cuidam vterum excidiſſe, & poſtmodum etiam per ſuum nepotem plurimis Medicis

A aſtantibus vterum eximi curaſſe. Quo loci obſeruationes admiratione dignas adducit, de quibus in paruo tractatu, de hac materia compoſito, problematicè egimus.

HISTORIA VI.

NOn ſolùm ſectione & vſtione omnimoda vteri procidentia, poſtquam amplius reponi non poteſt, curatur: ſed etiam ligaturis, cuius rei hoc anno praxin vidimus, quod ſequens oſtendit hiſtoria.

Philiberta Louyſon Ioannis Baugin vinitoris vxor, Neoburgi inter Pithuueram & Puiſſellum habitantis, cùm menſium octodecim ſpatio, ſanguineo vteri fluxu, eoque copioſo laboraſſet, adiuncto verſus collum vteri pondere: ſubitò ſuis in ædibus perſenſit (res ſanè mira) vterum vſque ad interiorem femorum partem prolabi, tanta magnitudine, vt cùm eum reponere nõ poſſet, triduo aut quatriduo pòſt, Bonauenturæ à Turre & Blaſij Berte Chirurgorum Pithuuerenſium, (quibus cum hac de re ſępius contuli) opem implorarit: qui cùm ſoli ſectionem adhibere non auderent, ligatura (meum aduentum exſpectantes) contenti fuêre, quod anno 1580. 6. Kal. Martij factum. Ligaturam valdè ſtrictam, cùm eum reponere non licuiſſet, adhibuêre, eamque non circa partem anguſtiorem, quæ eſt inter ceruicem & fundum vteri prolapſi, de quo præcedenti capite quo loci omnium tutiſsimè ſectio fieri poteſt: ſed ligatura facta in ceruice vteri, quæ valdè eminebat, ita vt ligatura, vretræ aut ceruici veſicæ proxima foret. Priorem hanc ligaturam per dies octo non mutauêre, ſed his finitis cùm eò vnà cum ipſis veniſſem, vt vterum ſecaremus, vreremus, & auferremus, videns ligaturam in altiori, quàm par eſſet, loco, ita vt tuta ſe-

à la Neufuille entre Pithuiers & Puyſeaux.

B ctio fieri non poſſet, vſtio verò nulla, ratione etiam habita virium proſtratarum ipſius ægræ, conſului vt noua & arctior, quàm prior fuiſſet, eodem in loco fieret ligatura: illa enim cùm magnam partem ceruicis vteri ſecuiſſet, laxior erat reddita. Quo facto, non abſque dolore, altera hæc & fortior ligatura, magis adhuc partem incidit, & hæc ſectio fuit in anteriori parte, eo loci vbi nodus ipſius ligaturæ erat, vſque ad medium canalem, perquem vterus inuerſus prolapſus erat. Vnde magna copia puris effluxit: ex fundo nimirum vteri, qui iam niger & gangrænoſus, ad femora propendebat, promanans. Poſtmodum cùm alternis diebus, noua & indies arctior ligatura fieret, vti inter nos concluſum erat, tandem poſt decimam ligaturam 13. Kalend. Aprilis vterus ſponte excidit: ipſa verò iam conualuit, munia domeſtica rectius, quàm antehac obiens.

Claſsis quinta, binas continens hiſtorias de Vtero, abſq; tamen morte ſpontè elapſo.

CAP. VI.

HIſtoriæ iam adductæ de exciſione prolapſi & putrefacti vteri, in mulieribus, quæ ſuperſtites manſère, abſurdæ videri non debent: ſiquidem vterus cùm rurſus in corpus retrudi non poteſt, ſpontè & à corpore ſe ſeparet, & etiam excidat, (niſi arte Chirurgica ſuccurratur) abſque tamen vitæ periculo, imò etiam abſque morbo, vt ex ſequentibus hiſtorijs colligere erit.

HISTORIA I.

C CVm Dominæ Blanchafortiæ ſeniori, piæ memoriæ, à longo tempore, ſed ſenſim vterus adeò eſſet prolapſus, vt tandem nec rurſus indere, nec etiam amplius ferre poſſet, vt qui iam putreſcere inciperet, Montargiſsium ad me vẽtura erat, vt ibi eam curarem, aut Lutetiam comitarer: verùm dum in itinere eſſet, vterus ſpõtè excidit: nihilominus tamen iter abſoluit, nec etiam alijs vſa remedijs, quàm lotione ex vino & roſis à Felles Chirurgo adhibita, qui (vt narrat) eo loci, vbi vterus eſſe ſolebat, nil niſi ſpatium vacuum obſeruauit, anno 1571. æſtatis tempore hoc accidit, à quo tempore, pro ratione ætatis grandæuæ, ſatis ſana ſuperuixit. Tandem ex caſu ſcalę, ſubita morte perijt: nec tamen eius corpus apertũ fuit, vt locus vnde vterus prolapſus erat, inſpiceretur, vt in altera, de qua ſequens hiſtoria aget, factũ fuit.

de Blancafort.

à Montargis.

HISTORIA II.

CVm ob plures difficiliores partus, Petrina Boucher Domini Franciſci Quarrei aduocati Montargiſsienſis, iam prouectæ ætatis ancilla, vteri prolapſu longo tempore laboraſſet, qui ſenſim adeò auctus, vt amplius in naturalem locum reponi non poſſet, tandem gangræna affectus, putruit: & ſpontè anno 1574. dum vrinam eſſet redditura, excidit, nec tamen propterea lecto ſe continuit, cuius rei fide digni teſtes ſunt D. Contugonius Medicus, & Ioannes Bellouacus Chirurgus Montargiſsienſis. Vtero elapſo, toto adhuc triennio optimè valens, ſuperuixit, niſi quod (vt ipſa narrabat) ab illo tem-

D pore cogebatur diligentius quàm prius, partes inferiores à frigore externo cuſtodire, aut certè dolorib. colicis diuexari. Tandem (me abſente) cùm febri continua interijſſet, & iam ſepulta eſſet, poſt reditum vnicè me rogãte factum, vt Magiſtratus permiſſu rurſus exhumata fuerit, & per Felles Chirurgum anno 1577. 10. Kal. Decemb. in præſentia D. Contugonij Medici, Obſtetricis & aliorum aperta fuit. Nec aliud inter veſicam & inteſtinũ rectum eò loci, vbi vterus à natura poſitus fuerat, quàm locus vacuus obſeruatus, per quod foramen facilè, & abſq; obſtaculo magnæ nouaculæ manubrium indi & eximi poterat: & per hoc reuera frigus externum ingrediebatur, & dolorem colicum cauſabat, reliquis vicinis partib. cicatrice obductis: nam ab elapſo & ablato vtero, neq; ſanies, neq; purulenta aliqua materia emanauerat.

Addere hîc poſſem id, quod in Turcia Eunuchis accidit, quos Imperatoris cubicularios eſſe volunt, quibus non ſolùm (vt olim fiebat) teſticuli vel atteruntur, vel exſcinduntur: ſed nunc ijs tam teſticuli, quàm mẽbrum & ſcortum adimitur: hoc quidem vtero inuerſo, illud verò collo vteri ſimile, cuius tamen collum in ſectione Cęſarea non inciditur, nec aliquando etiam in exciſione vteri prolapſi. Verùm ſi quis obijciat, non ſimile eſſe, partim quòd id ſolùm in valdè iuuenibus contingat, Cæſarea verò ſectio in mulierib adultis: partim etiam quòd ibi remedia exquiſitiſsima ad id accommodata habeantur. Reſpondeo, idem poſſe & debere etiam in hoc caſu fieri, & quod maius eſt, ætas iuuenilis nobis non contrariatur, ſed potius adſtipulatur: ſiquidem cenſendũ videbatur, ad talem ſectionem minus aptos eſſe iuuenes, qui caſtrantur, quàm adultiores, ad exemplum eorum, qui calculo veſicæ laborãt, qui ſi valdè iuuenes fuerint,

difficilius ſectionem ferent. Et licet ætas his iuuenibus caſtratis Turcicis ſit auxilio, videmus tamen plures iam adultos, & etiã ſenes, qui dum redditi ſunt Maniaci, Melancholici & inſani ſibimetipſis tam teſticulos, quàm virgam excidere. Quod à me Aureliæ, dum adhuc Grammaticæ ſtuderem, obſeruatum, in A
de Nantes. Epiſcopi Nannetenſis architriclino (tum temporis etiam Aureliæ literis operam dante) qui ex rabie amoris in profundum puteum præcipitem ſe dederat: quo loci omnia ea, quæ amoris morbum cauſabãt, exſciderat, tanta cum hęmorrhagia, vt facilè eſt colligere, cùm ea perſeuerarit, donec exinde extrahi poſſet, & tamen mortuus non eſt. Idem etiam adultioribus, in adulterio deprehenſis accidit, licet remedia non fuerint ſubitò adhibita, quod tamen in ſectione Cæſarea fieri poteſt. Verùm quilibet in Anatome bene verſatus, abundè ſatis nouit, quid periculi ſubſit in exſectione earum partium in talibus Eunuchis, qui æquè aut magis periculo mortis ſubiecti, dum ſectio hæc adminiſtratur, quàm eæ, in quibus ſectio Cæſarea adhibetur, in quibus vterus ſolùm ſectione ſeparatur, abſque ipſius ſubſtantiæ ablatione, licet in illis Epigaſtrium non læditur: quod tamen in his, quibus Cæſarea ſectio adhibetur, fieri ſolet.

Præcedentium Hiſtoriarum Epilogus. CAPVT VII.

CVm ergo, vt hanc rem concludamus, vterus in corpore tanto apoſtemate affici poſſit, vt aliquando in hypogaſtrio eum aperire oporteat, (loco longè difficiliori, quàm ſi in altiori foret loco, & eo loci, vbi ſectio fit Cæſarea) & quidem ferro ardente: dein etiam cùm adeò magno vlcere affici poſsit, vt fœtus mortuus integer, aut omnia ipſius oſſa vſque ad inteſtina pertranſire poſsint, & inde etiam forâs, idque putredine, aut abdominis ſectione, & nihilominus abſque metu ablatę conceptionis, curetur. B Tum etiam cum ſectione, vel vſtione, vel ligatura abſque morte mulieris penitus eximi poſsit. Et denique cùm poſt longum eiuſdem prolapſum, corruptionem & gangrænam, ſe ipſum ſeparet & corrumpat, abſque morte morbóve mulieris. Quare ergo vterus pari, aut longè maiori cum confidẽtia in tali neceſſitate, arte ſecari non poſſet, & etiam remedijs adhibitis curari, dein concipere, tum vtero ad definitum à natura tempus geſtare, & denique modo naturali parere? ſi modò aliqua coarctatio, ſeu coalitio ex cauſis prædictis originem ducens id non impedierit, quod eò ipſam adigeret, vt rurſum ſectione hac Cæſarea vti cogeretur: quæ tamen longè facilius, quàm prius adminiſtrari poſſet. Videtur ſanè, meritò naturam ſummè conqueri debere, de Chirurgia, quæ ipſius eſt miniſtra, & de magnis ipſius artis Magiſtris, quorum fidei eſt concredita: ſiquidem ipſis ad oculum, & quidem digito huius rei tot exẽpla oſtendens, quo humano generi ſuccurrant (quod ipſorum eſſe profeſsionis fatetur) & eò quaſi ipſos adigens, vt id tuto, & felici cum ſucceſſu faciant: attamen aut nolunt, aut non audent id aggredi, ſed potius impediunt, aut prohibent, quantum in ipſis eſt, ne hæc ſectio in vſum ab ijs reuocetur, quibus tamen experientia, artium magiſtra, hanc induſtriam & ſolertiam obſeruatione manifeſtiſsimorum effectuum cõmunicauit.

Sectio quinta. C

Prædictorum magis plebeiæ & vulgares probationes.

CAP. I.

VERVM ſi quis ſit, aut contradicendi ſtudio ductus, aut veritatis oſor, qui adeò animo ſit obſtinato, vt prædictis fidem vllam adhibere, neque etiam autopſia (pigritia ductus) vti velit, neque etiam argumentis & rationibus allegatis acquieſcere. Opponam illi eos, qui bruta caſtrare ſolẽt, qui mihi erunt loco Aduocatorum ſub vlmo (vt eſt in prouerbio) ipſis verò loco Magiſtrorum, (vt dici aſſolet) de villagio, quæ ſufficient, vt ſe ita victos fateri cogantur, vt quod reſpondeant, non habeant. Ij, quando & equos, & ſcrofas, & canes caſtrare ſolent, ipſis dum adhuc iuuenes ſunt, alij quidem eximunt vaſa ſpermatica: alij verò teſticulos fœmineos: alij deniq; qui in arte ſunt graduati, Vterum penitus extirpãt. Sed ſi huiuſmodi bruta ſint adultiora, malunt ea dum grauida ſunt caſtrare: tum quia facilius Vterum inueniunt, tum etiam quia de vera caſtratione poſtmodum non dubitant: quibus tamen aliqui, vt qui in arte minus ſunt exercitati, ſi vaſa ſpermatica exemerint, contenti eſſe ſolent, ſibi, quod fieri conſueuit, tertio die ipſos fœtus reiecturos, certò pollicentes. Alij verò catellos extrahunt, vt vidi; & cani deuorandos obijciũt, quod abſque Vteri ſectione fieri non poteſt. Verùm qui in hac arte ſunt verſatiſsimi, maiorem vteri partem excindunt, vel totum eximunt: aliâs D enim vſu venire aliquando ſolet, vt æquè depereant & quaſi œſtro in ſe maſculos incitent, quod ſanè in equis malum eſt. Hac ſectione facta, aliquot ſolùm punctis vulnus conſuunt, & locum pinguedine porcina, oleo nucum, cineribus foci, & aliquãdo pauca fuligine propter muſcas, aut vermes inungunt. Quidam Gaſſet nomine, in arte caſtrandi verſatiſsimus, me iubente, duobus magnis canibus, mox catellos excluſuris, tam fœtus quàm vterum extraxit. Inter quos alter, cùm dentibus ſuturam ademiſſet, & inteſtina forent prolapſa, aliquot diebus pòſt perijt: alter verò, cui hoc non accidit, nunquam à cibo abſtinuit, licet quinque catelli vnà cum Vtero eſſent extracti. quem circa inferiorem partem ligauit, quod fieri oportet, cùm Vterum oblongum habeant, & tam in plures, variaſque partes diuiſum, quibus cuiuſlibet catelli particularis ſecundina adhæret.

Vidi etiam ſenem Opilionem, qui circa Autumni finem nil aliud facere ſolebat, quàm hoc pacto adultas oues quomodocunque prægnantes caſtrare: partim quòd ſecus difficulter Hyemem ſuperuixiſſent, partim etiam quò melius, citius, & minori ſumptu ipſas impinguaret, carnes teneriores, ſapidiores, & palato gratiores redderet, quàm ſit caro veruecis: ita tamen vt ex caſtratis nulla ſit mortua, vel quòd à cibo abſtinuerit. Et hoc à quolibet videri, & etiam abſque periculo, paruiſque ſumptibus à quouis etiam Chirurgo experiri poteſt: donec in mulierib. grauidis, quæ ad mortem ſunt condemnatæ, id experiundi

A detur occaſio: à Magiſtratu,ſi fieri poſsit,gratiam & vitam impetrantes,ſi ipſas euadere contingat,quod (omni dubio remoto)fiet,ſi pariendi tempore appropinquãte dextrè ſecentur,& dein diligens ipſarum habeatur ratio. Tum enim & non citius ſecũdina naturaliter à Matrice ſeparatur, ſine cuius ſeparatione opus longè difficilius & periculoſius foret:adde quòd tum temporis facilius, quàm antè os Vteri aperitur,quò ſanguis,ſanies & pus,quæ intus fortè continerentur,effluere poſsint.

Altera etiam vulgaris probatio. CAPVT II.

AD hanc rem comprobandam,plebeio & vulgari adhuc exemplo vtar:propoſito nimirum eo,quod mulierculæ ruſticæ ſimili modo facere aſſolent, non ſolùm dum caſtrant pullos gallinaceos, aut magnos gallos,quibus euidenter teſticulos eximunt: ſed etiam gallinis, dum ipſis vterum, aut id quod natura ipſis vteri loco dedit, auferunt, cui adhæret, quo fouetur, quo conſeruatur, & nutritur ouum,ex ſemine galli,ſi ſit fœcundus,& gallinæ ſimul iuncto natum: aut ex ſola gallina, ſi ſit ſterilis,& inutilis ad incubationem, quæ oua ſubuentanea dicuntur. Vulnus tamen hoc adeò magnum eſt, vt altè ſatis digitus indi poſsit,magnum valdè proportione habita cum mulieris inciſæ vulnere. Quòd ſi indignum videatur, (quemadmodum & prædicta allegatio brutorum ex villis petita) vt ex ſtabulis animalium & gallinarum huiuſmodi exempla in Medicorum Scholas ſacratiſsimas introducantur: licet ipſe Cato,Varro,Palladius,alijq; docti, relatu non indignum cenſuerint: attamen Chirurgis proderit,vt ijs, B quibus ſectionem Cæſaream adminiſtraturi ſunt,animum addant,quo in tali caſu benè ſperent, dum ipſis oſtendi & exponi poteſt,id,quod tali ſectione in minoribus animantibus faciunt: quibus tamen nihil ſiniſtri accidit. Quare finem hìc imponam concluſioni affirmatiuæ propoſitionis in dubium reuocatæ,mihi perſuadens abundè ſatisfactum eſſe ei, quod eram pollicitus:nimirum quod ad poſsibilitatem, veritatem,ſecuritatem, facilitatem,vtilitatem, & frequentiſsimam neceſsitatem partus Cæſarei ſpectat, ſi modò benè & cum iudicio,debito tempore & loco adminiſtretur.

De quibuſdam Symptomatibus,quæ dici poſſunt periculosè, huic ſectioni accidere poſſe. CAP. III.

DVo potiſsimùm ſunt Symptomata,quæ hìc metuenda eſſe, obijci poſſet: Syncope & Conuulſio, ſeu Spaſmus. Syncope quidem,propter inſignem ſanguinis effluxum, in quo robur & virtus hominis conſiſtit: ſi enim ſanguis nimius profundatur, ſumma virium proſtratio ſuccedit. Verùm cùm ſuperius demonſtratum ſit,in hac ſectione boni & laudabilis,vtiliſque humoris, non magnam fieri iacturam, ſequitur hoc loco Syncopes aut lipothymias (quæ vulgari nomine animi deliquia dicuntur) periculosè non eſſe metuendas.

Remanet ergo Spaſmi aut Conuulſionis metus, qui partium neruoſarum ad ſua principia eſt retractio. Symptoma ſanè periculoſum & ſæpe lethale:verùm hìc,aut nulla,aut parua conuulſio eſt metuenda. C Eius verò cauſæ,vt ſuperius in ſectione Peritonæi dictum,ſunt vel internæ,vel externæ. Interiores in genere duæ ſunt,inanitio & repletio.Inanitio quidem,quoad vterum inciſum,maior non ſit,quàm eſſe debeat,quàmve fiat in partu naturali:ſanguinis enim profuſio,quæ ſola ferè id cauſare poſſet,adeò magna (vti prædictum) non eſt. Altera verò cauſa,repletio puta,adhuc minus adeſt,cùm ſectione hac,ſi adeſſet,per hæmorrhagiam ſit ablata, quæ plethoræ eſt curatio, & præſertim ſi huius ſanguinis inutilis euacuationem perpendamus. Inter cauſas exteriores referri poteſt frigus externum, partes interiores mulieris inciſæ petens,aut ſectione oblæſas partes exteriores lædens: verùm diligentia induſtrij & prudentis Chirurgi huic rei facilè occurri poterit. Supereſt ergo dolor,qui medio modo ſe habere,& his binis cauſis participare videtur,qui ad harum cauſarum aliquam referri poteſt.

Dolorem,qui ex inciſione Vteri contingit,Spaſmum cauſare non poſſe: & quòd Vterus eò loci,vbi ſectio ſit,parum ſenſibilis ſit. CAP. IV.

COntra aſſertam ſententiam noſtram,obijcitur triſtis effectus doloris:multis enim videtur dolorem neceſſariò ſummum eſſe debere,in parte adeò neruoſa putata, & per conſequens ſenſibili. Verùm ad id,vt prius reſponſum fuit,ita etiamnum reſpondetur, non dari neruos in Vtero, qui notam mereantur,aut ſummo ſenſu ſint præditi in profundo & interiore capacitate Vteri,quò loci ſectio fit. At ſi aliqui nerui dentur,ij valdè ſunt confuſi, inſtar membranæ ſemicarnoſæ, quæ diuerſis inſenſibilibus fi-D bris intertexitur,multaque adſunt vaſa, quæ humoribus ſummè repleta ſunt, qui omnium maximè ſenſus acuitatem,qui adeſſe poſſet,obtundunt. Et videtur neruus is,qui ad Vterum deſcendit,peculiariter Vtero inſeruire, propter fœtum potius quàm propter matrem,quo fœtui ſpiritum animalem deferat nõ ſecus quàm venæ naturalem,& arteriæ vitalem deferunt:ſi modò ſpiritus hic animalis canali aut meatu, quemadmodum non ſine ratione dubitari poteſt,opus habeat: etſi ſint quibus videatur poſſe abſque tali auxilio eò peruenire,idq; irradiatione quadam per alias partes. Verùm Philoſophicum hoc eſt,nec huius tractatus. Mulier igitur cùm pro ſe hoc ſenſu & motu non indigeat,quem neruus ad Vterum defert, id totum, tanquam beneficio naturæ, Vtero relinquit,vt eo vtatur, tam pro ſe ipſo, quàm vt & fœtui, ſi quando opus ſit,communicet. Hinc fortè fit, vt Vterus ſuos motus habeat, & proportione habita, proprium etiam ſenſum,eumq; præter mulieris volũtatem:ita vt Vterus alterum dicatur animal.Ea ratione verò fit,vt ſeipſum extendat,cõtrahat plus minùſve,prout opus eſt: ita tamen vt mulieri moleſtiam non inferat,ſi modò naturaliter fiat.Sed ſi ex cauſa aliqua præternaturali fiat,tunc noxa in alijs partib.corporis magis,quàm in ipſomet Vtero perſentitur,ratione doloris,ſiue corpus,ſiue animus afficiatur.Sępius enim etiam modeſtiſsimas mulieres impatientes reddit,ipſarum mores,mẽtes,turbat,rationemq; lędit, ſiue ſit ratiocinãdo,ſiue ſe mouendo,aliòve modo.Talis ſenſus obſcuritas,cum non ob aliam,quàm propter hanc cauſam ea in parte ſit,tum etiam vt ea,quæ moleſtiã pariunt,diſcernat:idcircò ſingulari naturę prouidentia eò loci obtunditur:quod etiam aliarum partium ſubſtantiæ propriæ & internæ, quæ tamen

Vtero magis principes ſunt, contingit: vt Spleni, Renibus, Hepati, Cerebro, Spinali medullæ, imò etiam Cordi, vt ex ſuprà citatis ex Cornace & Maſſa patet, vt prætercam id, quod Pulmonibus, Venis, Arterijs & Oſsibus etiam accidere ſolet. Sed dicet quis, manifeſtos tamen dolores perſentiri, vti fit in Inflammationibus, Eryſipelatibus, &c. Ad hoc reſpondeo, eſſe ipſius Vteri os, & eius appendices, ligamentáve, quæ dolori, aut voluptati facilè ſubiecta ſint, quæ ſanè in ſectione noſtra non læduntur. Huic rei fidem facit, (vt dictum fuit) exiguus aut nullus dolor, quem perſentiunt, non modò mulieres Cæſareæ, dum in parte altiori inciduntur, ſed etiam mulieres eæ, quæ ruptura, cauſata à prolapſu Vteri, laborant, parum doloris perſentiunt: imò ſæpius nullum perferunt, quando partes prolapſæ, & quidem duriter, tractantur: dum videlicet Vterum reponere ſtudemus, quò loci ſanè ſectio fit Cæſarea, de qua quæſtio eſt. A

HISTORIA.

SEntentiam meam magis cõfirmat hiſtoria cuiuſdam Mulieris, quam ante aliquod tempus vnà cum alijs Medicis & vidi, & ægrotam tractaui, quæ poſt mortem in præſentia teſtium fide dignorum aperta fuit: in cuius Vteri carnoſa ſubſtantia, (non in cauitate, neq; ſuperficie gibboſitatéve externa) collectionem adeò admirabilem, tam humorum, quàm carnoſarum excreſcentiarum, membranarum, tendonum, oſsiculorum item inſtar gummatum, lupias aliaque corpora diuerſæ ſubſtantiæ, coloris, odoris, aliarumque qualitatum habebat, vt pondus omnium eſſet librarum mercatoriarum quadraginta. Et tamen ab annis tribus, & longiore etiam tempore, quo temporis ſpatio materia eò loci erat contenta, nullum dolorem, qui alicuius eſſet momenti, perſenſerat, licet tantæ ſordes, tantaq; moles in Vtero continerentur: tamen toto illo tempore, tam naturales & vitales, quàm animales functiones perfectas & integras habuit. Verùm poſito & conceſſo eo, quod propter huius partis membranoſæ læſionem Spaſmus fieri deberet, (qui rarò, niſi à punctura cauſatur, & tamen ſectione partis punctione læſæ curatur) attamen cùm partem ſecamus id impediri, imò ipſum Spaſmum curare deberet. Præterea etiam licet alterutrum Symptoma, Conuulſio ſcilicet aut Syncope, propter ſectionem hanc accideret, aut propter aliam quampiam cauſam, (quæ etiam in partu naturali ſæpius contingere ſolent, vbi tamen ſectio nulla fit) attamen occurri poſſet iiſdem remedijs, quibus auxilio eſſe ſolemus iis, quæ naturaliter enituntur: vtpote in Syncope, diuerſis corroborantibus: in conuulſionibus verò fotubus conuenientibus. Quorum remediorum materia, forma, & adminiſtratio alibi proponi debet. B

Sectio ſexta.

FOECVNDITATEM, POST SECTIONEM CAEſaream remanere, probatur. CAP. I. C

ETsi multæ ex propoſitis hiſtorijs mulierum, quarum Vterus diuerſimodè læſus erat, tàm ſectione Cæſarea, quàm longè grauiori modo, ſatis teſtatum faciant (cùm poſtmodum Vtero geſtarint) fœcunditatem poſt huiuſmodi operationes Chirurgicas integrè reſeruari. Video tamen nihilominus fore aliquos, qui eo non ſint futuri contẽti, qui id fieri non poſſe à duabus rationibus non leuibus probaturi ſunt. Vna eſt, Vteri intemperies, quam ex prædicto largo ſanguinis profluuio prouenire præſupponent. Verùm huic rationi iam reſponſum, dum oſtendimus, quod licet hæmorrhagia foret magna, quæ tamen non eſt, eiuſmodi tamen ſanguinem inutilem eſſe, & per conſequens ipſius præſentiam naturæ optimè diſpoſitæ moleſtam, vti vice verſa ipſius profuſio valdè vtilis eſt. Quoad alteram rationem, ſolutionem continui, iam oſtenſum eam paruam eſſe, poſt Vteri contractionem, dum infans inde extractus eſt.

Cicatricem, quæ poſt vulnus vteri inciſi coalitum remanet, fœcunditatem non impedire. CAP. II.

VErùm contra ſolutionem datam obijci poteſt: quòd ſi pars inciſa adeò, vti diximus, ſe coarctauerit, tum & cicatricem paruam habebit, & eam valdè craſſam, duram, & difficulter cedentem, ob multiplices fibras, quæ obſcurè hinc inde intertexuntur: quæ omnes huiuſmodi cicatrice firmiter colligantur. Quare vterus, inquiunt illi, eò loci ſatis dilatari non poterit, ad commodè fœtum in latum collocandum, & æqualiter continendum: & ſic cicatrix hæc, vt ipſis videtur, aut conceptionem, aut geſtationem, aut fœtus auctionem, aut robur Vteri, quò minus valeat in partu fœtum expellere, qui tum ex omnibus partibus æqualiter dilatari debet, impedire poterit. Sed etiam quod peius eſt, poterit cicatrix hæc (inquiunt) in perpetuum cauſare malum illud quod Hippocr. 2. de Morbis muliebr. Contortionem matricalem vocat, quæ neceſſariò ſterilitatem cauſat. Verùm quò ad primum, reſponderi poteſt, ſi conſolidatio ex prima intentione facta ſit (de quo problematicè alibi fuit diſputatum) nulla aderit cicatrix, quæ partem illam læſam, magis quàm alteram poſsit breuiorem reddere. At ſi ſit ex intentione ſecunda, & adſit cicatrix, vterus ſufficienter adhuc ſe dilatabit, ad bene continendum infantem, eò quod reliquum vteri facilè ſe dilatabit. Quòd ſi quis inſtet, etſi hoc detur, tamen cùm vterus magis in vnum quàm alterum latus detrahatur, propter cicatricis duritiem, futurum vt & fœtus vnà in id latus adducatur, & hoc pacto deformis reddetur. Verùm nego ego, quòd propterea malum aliquod matri contingat, neque etiam infanti aliqua deformitas: quippe quod ex ſuprà dictis infantibus, qui poſt talem ſectionem concepti, & nati fuère, nullus fuerit, neque gibboſus, nec claudus, nec mancus, aut alio modo deformis. Ruptura enim, quæ in mulieribus ſectis (bono omine) remanet, conducit infanti vt melius locetur, ſeque dilatet, & extendat, neque vllo modo quaſi coactus detinetur, vt in omnibus obſeruatum fuit: nec etiam aliqua ex matribus mali aliquid perpeſſa eſt. Addo etiam, fœtum figuram & conformationem D

ſuam

A ſuam non ab Vtero accipere, tanquam ex proplaſtice, quidquid ab alijs in contrarium hac de re diſpu-
tatum fuerit, ſed ſolùm ipſi fœtui eſt conueniētis domicilij, hypocauſti & penarij inſtar, non ſecus quàm
terra grano frumenti, alijsque ſeminibus: ſyluestris aliáve arbor, ipſi taleæ, quæ inſeritur: calor item fo-
trix ouo ad generationem membrorum ex ipſius albumine. Virtus enim fœtum in vtero informans, ſe-
mini tam virili quàm muliebri incluſa, tacitè inſita & abſcondita eſt, (quemadmodum longè exactius a-
lio in loco à nobis fuit diſputatum) quamuis etiam vterus ratione aliquarum qualitatum multum adiu-
uet, ſi modo vera eſt Hippocratis ſententia, qua ſtatuitur mares vt plurimum in dextra, fœminas verò in
ſiniſtra vteri parte fieri. Quare ergo non poſſet commodè vnum continere, cùm duo etiam locum habe-
re poſsint? vel cur non duos, cùm ſæpius tres contineat? præſertim cùm aliquando abſque gemellis v-
nà cum fœtu Mola, aut aliud onus grauius quàm ſit fœtus cum omnibus ſuis inuolucris, contineatur:
nec tamen animaduertatur, quòd aut noxam infanti intulerit, aut quòd valdè moleſtum matri fuerit.
Quò ad vltimum argumentum, quod ex autoritate Hippocr. eſt deſumptum, quod erat de Contortione
vteri, quæ vt plurimum ob attritionem, in difficili partu factam, aut ex caſu, aut ex imbecillitate natura-
li, vel accidentaria, & reſolutione alterius lateris, aut ex conuulſione, ratione plenitudinis alterius partis
orta accidit: clarum eſt quòd cum hoc nihil commune habeat: propter cicatricem enim hac in parte ni-
hil debilitatus eſt, neq; relaxatus (ſed contrà potius corroborari deberet) neque in alteram partem con-
uulſus (vti iam dictum) eſt: quare argumentum ipſorum nihil concludit.

B *Alter probandi modus, quo fœcunditatem cicatrice non impediri oſtenditur: argumento ducto à forti ad debile, quod conſiſtit in aſſertione noui Paradoxi, quod tamen verum eſſe, & experientia & rationibus Medicis comprobatum.*

CAPVT III.

CVm argumenta hæc, quæ allata fuère, ab experientia & rationibus ſint petita, ſatisfacere quidem
deberent: verùm vnum adhuc cōfirmationis gratia addam: cùm Peſſarium, ſatis quidem magnum,
latum & craſſum, Vtero inſeri poſsit, & in fundo ipſius vteri prius prolapſi, ſed dein repoſiti, reten-
tum (quo vterum in corpore contineat) nec conceptum, nec geſtationem, nec etiam partum (quod &
hiſtorijs & rationibus me probaturum ſpero) impediat: certè nec etiam cicatrix horum quicquam cau-
ſare debet. Quod vt æquo animo ſuſcipias, amice Lector, rogo, neve hoc primo ſtatim intuitu abſurdum
tibi videatur, tanquam omnium opinionibus contrarium, & præſertim vt præcipuis autoribus, tam ve-
teribus, quàm neotericis contradicens, cum quorum diſcipulorum ne minimo quidem me conferre vo-
lo, vt ſententiæ meæ applaudam, niſi quatenus & experientijs, & auxilio rationum veritate inexpugna-
bili roboratur. Quibus confidens, poſtquam diu reſtitiſſem, hæc proponere auſus ſum, tam ad præce-
dentium confirmationem, quàm ratione ea, quod vero Medico curæ eſſe debet, vt bona fide in commu-
C nem hominum vtilitatem conferat, id quod nouum, & vero conſentaneum in praxi obſeruauit, in reme-
diorum adminiſtratione, quæ illi ſolenni iuramento in bonum publicum fuère communicata. Hac enim
ratione factum, vt nimirum ex additionibus talibus, artes ad eam perfectionem, quam habent, peruene-
rint. Primò ergo diligenter ex ſuprà citatis hiſtorijs, rationibus & autoritatibus notare oportet, vterum
modò magis, modò minus prolabi, tam propter cauſas externas & violentas, quàm internas, & id vel ra-
tione humorum, aut ſine humoribus: quæ vteri ligamenta labefactant, & reſoluunt, aut ipſius orificium
& ceruicem dilatant. Hoc enim non ſolùm ex ſolo aliquo tumore, aut ipſius ſolidi corporis plenitudine,
quòd potius vterum in corpore retineret, quàm quòd propelleret, accidere ſolet. Quod inde manife-
ſtum ſit, cùm minus prolabatur & relaxetur, menſtruis inſtantibus (quo tamen tempore ſucculentus,
plenus, & grauis eſt) aut tempore geſtationis, quàm fiat poſt fluxum menſtruorum, aut poſt puerperium:
propterea quòd menſtruum, antequàm profluat, tumidum reddit, aut infans, quia antequam in lucem
edatur, vterum implet: hęc, ne procidat per orificium proprium & ceruicem tum nimis anguſtam, quàm
vt vterus adeò dilatatus prolabi poſsit, impediunt, ita vt tum temporis mulier quaſi curata videatur. Ve-
rùm cùm non diu in corpore vterus per ſe remaneat, Medicus arte auxilium fert, vt Hippocr. lib. de Mor-
bis muliebr. docet. Sed & experientia noua oſtendit, præ cæteris remedijs, conferre certi alicuius Peſſa-
rij inſertionem, quod fortè caſu inuentum, aut potius (meo quidem iudicio) ab induſtrio Medico, qui id
D quod natura tempore geſtationis facit, aut inſtantibus menſtruis imitaturus erat: & hoc quo impedia-
tur, ne hæc domus, vterus nimirum (vt ſic loquar) per proprium oſtium egrediatur. Peſſarium verò hoc,
non ſimile eſt ijs, quæ ſolùm in ceruicem vteri inſeruntur, propter varios & diuerſos vteri morbos, quos
aliquibus peculiari nomine Lemniſcos vocare placuit: ſed & commodum & idoneum eſt, ad indendum
& retinendum in propria ipſius vteri concauitate. Peſsi, aut peſſarij, aut Emmoti nomen, aliundè mu-
tuantes, ipſi tribuimus (alijs nominibus deficientibus) cùm de eo in ſpecie ab antiquis nil fuerit tradi-
tum. Qui voluerit, Syphonem (Gallis *ſoupompe* dictum) nominare poterit, ad ſimilitudinem inſtrumen-
torum hydraulicorum, quæ à Gallis *pompes* nominantur, cum quibus in vſu ſimilitudinem aliquam ha-
bent. Illa enim vterum in corpore retinent, quemadmodum hic ipſam aquam in hydraulo.

De Peſſary huius inuentione, & diuerſitate. CAP. IV.

QVod à veteribus de hoc peſſario nihil vnquam perfectè traditum fuerit, mirum non eſt, cùm infi-
nita ſint leuia & commoda auxilia, quæ à mulieribus experiētia quotidiana inueniuntur: quæ non
minus ingenioſæ ſunt in morborum propriorum auxilijs adinueniendis, quàm natura verecūdan-
tur viris morbos ſuos exponere, qui inter ipſas ſecreti habentur, ita vt pleriq; ex ipſarum Medicis igno-
rent: credo ego, apud ipſas hoc Peſſarium diu loco ſecreti habitum fuiſſe. Verùm hoc tempore Chirur-
gorū aliqui hac de re, ſed diuerſimodè libros conſcribunt, & lectiones habēt: nimirum quoad materiam,
ex qua hæc Peſſaria facta ſunt, quoad figuram, & quoad vſum. Aliqui enim ex ſola cera, alij ex argēto, aut

auro excauato, alij ex ſubere cera tecto conficiunt. Præterea aliqui figura rotunda, alij ouali, alij triangu- A lari, aut quadrangulari, inæqualibus tamen lateribus, aut in angulos obtuſos formant: alij forma cordis depreſsi, alij ex rotunditate oblonga & obtuſa figurant: alij denique rotūdos in latitudinem, quæ in medio aliquando, aliquando verò non perforata ſint, parant. Sic etiam multi indentes, funiculum ad alterum extremum alligant, quò commodius quando voluerint extrahere poſſint: alij abſque funiculo indunt, ita tamen vt ſine magna moleſtia, quando viſum fuerit, extrahere poſſint, non ſecus quàm ſi funiculus alligatus eſſet. Sunt vero alij, qui nunquam eximunt, quale eſt hoc peſſarium, de quo ſermo eſt, quod quando in interiori vteri capacitate eſt, tamen nihilominus mulieres viris concumbere poſſunt, etiam maritis, ſi modo ipſæ velint, ignorantibus: ſiquidem non ſolùm locus laxus & amplus eſt, in quo continetur, ſed etiam figura æqualis & polita eſt. Nec impedit etiam quò minus mulier concipiat, eundem conceptum retineat, vtero gerat, & pariat. Quod ſanè admirandum auxilium, tutumque eſt, quo tanto malo præcipitationis vteri occurri poteſt, ita vt ſæpius malum omnimodè curet, poſtquam aliquo temporis ſpatio in corpore geſtauêre, ita vt eo opus poſtmodum non habeant. Imò etiam ſi mulieres prius propter vteri præcipitationem concipere non potuêre, vt concipiant auxilio eſt. Si enim Epiploon os vteri comprimens, vt 5. Aphoriſ. 46. Hippocrates habet, conceptum impedit, quantò magis tantus vteri prolapſus id impediet, qui in ſeipſum relaxatur, quaſi ſeipſum oppreſſurus, niſi hoc modo in his occurreretur: quemadmodum in alijs fit, corpus emaciando, quod ſæpius diæta conuenienti à nobis præſtatur. B

HISTORIÆ ALIQVOT CIRCA HOC PROPOSITVM.

Paradoxum, quo oſtenditur etiamſi mulieres Peſſarium tale in Vteri corpore ferant, nihilominus tamen ipſas & concipere, & Vtero ad præfinitum à natura tempus geſtare. CAP. V.

en Puiſaye.

CVm iampridem mihi recitatum foret Puiſſaye mulierem quandam eſſe, quæ geſtando hoc Peſſarium, plures habuerit liberos: & poſtmodū etiam ab Obſtetrice Picarda, Preignon nomine, (quæ à magnatibus propter inſignem eius in arte & experientiam & dexteritatem ſummè expetebatur) eadem mihi eſſent narrata, nunquam tamen vt nec & alij, fidem adhibere volui. Interim tamen non deſij pluribus in locis ita diligenter hoc perquirere, donec tandem quod volui cognouerim, præſertim cùm nuper etiam huius medicamēti effectum viderim, quod prius mihi non minus viſum incredibile, quàm olim fuit etiam doctiſsimis ſub zona torrida habitatio, quæ tamen non ita pridem opera quorundam Nautarum nobis expoſita & patefacta fuit, idque contra celeberrimorum, qui vnquam fuêre, tam Mathematicorum, quàm Coſmographorum ſcripta doctiſsima, quæ indubitanter pro veris habebantur.

à Verneul prés Senlis.

Quare vt etiam peſſarium hoc cognoſcerem, elapſis diebus Vernolij prope Senlicetum & in vicinia an- C no 1579. omnibus modis laboraui, ita vt & viderim & allocutus fuerim, & familiariter etiam cum pluribus mulierculis contulerim, quæ tali peſſario vſæ fuêre, & adhuc vtuntur, quarum pleræque nomen celari volunt: verùm eæ, de quibus in ſequentibus erit ſermo, hoc tanquam omnibus vicinis notum non tegunt. Aliquæ etiam ipſarum ſunt, quarum ne quidem mariti ipſas peſſario vti ſciunt: propterea harum etiam nomen ſubticere oportet.

de Giſors en Normandie.

Lib. 3. cap. 3.

Clementia Heraudie, dicta Finet, Geruaſij du Mont opificis vxor, (quæ iam olim Giſortio Normandiæ Vernolium conceſsit) Ioannis Herauldie Finet dicti, olim Giſortij Tonſoris filia, cum valdè iuuenca nupta fuiſſet, ante decimumtertium ætatis annum prolem habuit, quæ res fortè in cauſa fuit, cur vteri procidentia laborârit. Ex Galeni enim ſententia, lib. de Natural. facult. ſæpius ob fortem conatum in partu vterus prolabitur. Quare cùm ab ipſa vterus, etſi rurſus corpori inderetur, contineri non poſſet, pater ipſius, qui Chirurgus erat, peſſarium tale illi præparauit, qualia ipſa nunc parat, & alijs mulieribus, quæ eo opus habent, exhibet: cuius nomine ſæpius tam à vicinis, quàm ab ijs, quæ in locis remotis habitant, conſulitur. Hæc dum peſſarium tale ferret, tertiò cōcepit, vtero geſtauit, & peperit: quamprimum enim eſſet enixa, rurſus vtero indebat, eo ſolùm abſterſo, & butyro oblinito, nec alio nouo vtebatur. Ita vt iam ab annis quadraginta & vltra, vno eodemq; peſſario ſolùm vſa ſit, abſque vlla ipſius peſſarij corruptione, aut ipſius ſuberis putrefactione. Deìn etiam eius loci, vicinæque Obſtetrices (præſertim vero D la Mineuſe nomine) conſtanter mihi affirmârunt, ipſas iampridem plurimis mulieribus in partu adfuiſſe, quibus prædicta Clementia, peſſaria dederat: inter cæteras autem mihi nominabant mulierem la Nurette dictam, quæ filium ante annos nouem erat enixa, qui mihi oſtenſus fuit: cui, cùm ante excluſum fœtum, peſſarium procidiſſet, ipſa quarto à partu die, cùm vterus rurſus prolapſus foret, denuo indidit, quod poſtmodum ſemper ad mortem vſque abſque moleſtia, in vtero reſeruauit. Præterea tale etiam peſſarium ab eadem Vernolij Geneuefæ Salantin nomine, adhibitum fuit, cui in primo matrimonio ob difficilem partum vterus prociderat. Quod cùm per annos quatuor geſtaſſet, interim licet grauida facta, peſſarium tamen hoc toto geſtationis tempore etiam tulit, quod tribus ante partum ſeptimanis ſponte prolapſum (quod ſanè propter eam quæ ſequitur de recluſione oris vteri in grauidis diſputationem, notatu digniſsimum eſt) ita tamen vt idcircò ante præfinitum à natura tempus, enixa non fuerit. Infans trium nunc annorum eſt, nec hactenus ipſius mater peſſario opus habuit, cùm ab vteri prolapſu rectè fuerit curata: ita vt ab eo tempore rurſus filios gemellos adhuc viuentes pepererit, quod ſanè multis de cauſis (quas breuitatis habita ratione omitto) memorabile eſt.

A *Confirmatio prædictorum, quæ rationibus aliquot, contraria ſoluentibus argumenta, abſoluitur.* CAP. VI.

CVm ſcripſerim peſſarium hoc in interiorem vteri cauitatem inſerendum eſſe, doctorum aliqui ſunt, qui contrarium ſentiunt, ſentientes peſſarium in collum vteri ſolùm inſeri, nec poſſe vlterius quàm ad os vteri immitti. Verùm ipſorum obiectionibus (quæ potius ab autoritatibus, vel præiudicio aliquo, quàm ex rationibus ſolidis dependent) reſpondendum, quibus ſolutis clarè oſtendemus, non ſolùm poſsibile, ſed etiam neceſſarium eſſe, vt ad peſſarium hoc indendum os vteri recludatur: quod duabus rationibus abſoluere poſſemus. Primò quidem Problemate, iampridem à quibuſdam ſtudioſis doctiſsimis, primum quidem in fine cuiuſdam Anatomes, dein etiam Monſpeſſuli in diſputatione, vt vocant Quodlibetaria, propoſito. Quod quidem tametſi rationibus haud euerti poſsit (remoto omni præiudicio) ne tamen aliquorum lectorum aures delicatas offendamus, in aliam diſputationem problema hoc reijciam, quod in Scholis, potiſsimùm verò Anatomicis, commodius exponi poterit, ſubiecti & terminorum quibus vti oportet ratione habita. Quare ad alteram rationem, quæ magis ſeria eſt, deſcendam, quæ talis eſt: Si totus vterus in modum ſacci inuerſus, (vt contra Græcos ex Arabibus probauimus) ex interiore corporis parte, extrorſum prolabi poteſt, imò ſæpius vltra medium femorum, & mole duos pugnos excedente, tum oportet neceſſariò, vt hoc magnum, craſſum & oblongum vteri corpus,
B per ipſius os tranſierit, & rurſus etiam abſque magna difficultate pertranſeat, quando is in naturalem locum reponitur, & id antequam peſſarium, de quo agimus, indatur: quod tamen quàm ſit ipſius vteri corpus, longè minus eſt. Quare ergo non ſubitò & tum etiam quando recenter os vteri dilatatum eſt, facilè peſſarium hoc inderetur? quòd cùm ſemel inditum eſt, in vtero ita ſe diſponit, vt nec ipſum, nec etiam vterus excidat, ſi modò peſſarium vt conuenit ſit paratum.

Quare amplius non miror, ſi mulieres ijs peſſarijs vtentes, quæ multi Chirurgi rem non intelligentes, ſuo more parata & effigiata adhibent, & in collum vteri, non autem in capacitatem indunt, parum, aut nihil omninò fructus perſentiant: ſed econtrà ſæpius plus quàm prius moleſtiæ perferunt, tam quoad dolorem, quàm impedimenta in actionibus munijsque domeſticis. Adde etiam, quòd potius vteri prolapſum cauſant, quàm quòd retineant, cùm vteri collum, per quod delabi debet, dilatatum retineant.

Corollario alia inſtantia, quæ contra oris vteri in mulieribus grauidis apertionem adferri poteſt, ſoluitur.
CAP. VII.

CVm hanc diſputationem de apertione oris vteri, vſque ad mulieres grauidas perduxerimus, (quod ſanè hodierna die paradoxum eſt, vt ſunt & alia plura) paucis pro eius probatione, rationem eam quæ ſequitur, ſubiungemus. Quæ ſanè ratio ſententiæ Hippocrateæ correſpondet, licet Aphor. 51.
C lib. 5. nobis contrarius eſſe videatur: quo in Aphoriſmo perſpicuis verbis exponit: *Os vteri in ijs, quæ vterum ferunt, comprimi.* quod ſanè non de adeò exquiſita & perfecta occluſione intelligi debet, quemadmodum Galenus intellexiſſe videtur, qui inquit: à conceptu vſque ad tempus ipſius partus, ita occluſum eſſe os vteri, vt ne quidem apex alicuius acus indi poſsit. Quæ ſanè opinio introducta & per manus tradita fuit: ſiquidem primo intuitu videtur, quòd ſi ſecus ſe haberet, futurum vt ſemen ſtatim elaberetur: quod tamen etiam abſque hac perfecta occluſione ab vtero expetitur, recipitur, agglutinatur, & retinetur, niſi ob violentam concuſsionem effluat, vti ei ancillæ, de qua Hippocrates, accidit. Vocabulum hoc Græcum σύλληψις, aut Latinum conceptio, cauſa fortè fuit huius opinionis, quaſi ſignificans vterum neceſſariò vndiquaque ſperma complecti debere. Verùm Galenus in Comment. Aphoriſ. 1. lib. 6. in voce Lienteriæ, ſatis oſtendit, ſæpius rem non talem eſſe, qualem vocabulum vſu receptum denotare videtur. Sed præter inſtantiam, circa hoc Peſſarium ab αὐτοψία deſumptam: contrarium tamen huic ſententiæ multis naturæ effectibus oſtendi poteſt, cui ex artis decreto lex nulla ſtatui poteſt: inter quæ ſunt: primò quidem Superfœtationes, de quibus adeò multa ſcripta fuêre, ſiue ſint naturales, quando nimirum fœtus vnus poſt alterum concipitur, vti probabimus: ſiue non naturales, ſub quibus omnis generis moles informes, molas item & irritos inutileſque conceptus colloco: ex quibus ſuperfœtationibus nulla vnquam fieret, ſi os vteri non recluderetur, vti multi ſentiunt. Verum quidem eſt receptam opi-
D nionem eſſe, rudiores molas ex ſolo ſpermate muliebri oriri. Hoc ſi verum eſſet, tum argumentum noſtrum hîc locum non haberet. Hæc enim ouis ſubuentaneis, ouis nimirum gallinarum ſine gallo degentium aſsimilatur, quæ oua licet ſint ſterilia, nihilominus tamen forma, figura & ſapore, cum alijs conueniunt. Sed eiuſmodi irriti & inutiles conceptus, cum vero Embryone fœtûve nihil ſimilitudinis habent. Verùm cùm talia rarò alijs quàm mulieribus maritatis, aut viro concumbentibus, grauidis, aut non grauidis accidant, idcircò multi ſunt, qui contrarium ſentiunt, ſtatuẽtes ſemen virile imperfectum, & facultate formandi fœtum priuatum cum ſemine muliebri concurrere. Cuius cauſa ab vtero attrahitur, qui eum retinet, & ſanguine menſtruo alit, quod non faceret, ſi muliebre ſolùm ſemen adeſſet, abſque virili, quod tamen vterus appetit. Qui huius opinionis ſunt, parum certè aliquarum puellarum aut monialium, aut viduarum honorem curant, quibus neſcio quomodo talia accidere ſolent: quare ipſorum ſententiæ eſſe nolo, & propter ipſas à propoſito (in præſens) deſiſtam. Quoad naturales ſuperfœtationes, hoc verum eſſe, quòd duo infantes, dierum aliquot interiecto numero, vnus poſt alterum conceptus ſit, ſufficienter oſtendunt, quod iam pridem Pithuueris ſemel obſeruaui, in muliere quadam, quæ tribus ſeptimanis poſt priorem partum (è cuius puerperio iam erat egreſſa) ſecundum infantem enixa eſt. Hanc rem, hiſtoria Dominæ de Malorthye, quæ omnibus nota eſt, comprobat, quæ ita ſe habet, *Mola.*

R

SVPERFOETATIONIS HISTORIA.

A

de Neufchaſtel. de Cremaille. Domina Maria è Nouo caſtro, cùm ex Barone Cremallienſi nouem liberos ſuſcepiſſet, ſecũdo contracto matrimonio cum D. de Malorthye, ex quo grauida reddita, tres filios vnà vtero geſtauit: hinc factum (vt cùm paruæ ſit ſtaturæ, ſed tamen fertilis) vt adeò fuerit grauata, quòd circiter quintum menſem ex filijs vnum tantùm ſit enixa. Quare cùm exiſtimaret D. Theobaldus (vt & ipſa) celebris Medicus ad Caſtrum Theodorici in Campania, *à Chaſteau-tierry.* alios duos filios, nihil aliud quàm lochia retenta eſſe, aut molas, irritóſve conceptus, ipſi poſt octauum ab abortu diem, forte medicamentum, ad hæc expurganda aptum exhibuit, quod ſanè abortum ſecundum duorum aliorum filiorum cauſauit: qui adeò integri & viuaces fuêre, vt ipſemet Medicus, quem conſilij ſui pœnitebat, teſtaretur, niſi medicamentum purgans vim ipſis intuliſſet, licet prius abortum fuiſſet paſſa, quód tamen abſque dubio ad rectam perueniſſent maturitatem. Ab illo tempore ſæpius grauida facta, & ferè ſemper gemellos tulit, modò puellos, modò puellas. Verùm dum ſemel vtero geſtaret, à cuiuſdam canis vehementi impulſu adeò læſa fuit, vt ſtatim malè habens non dubitarit quin apud eam fœtus eſſet mortuus: quare quindecim dierum ſpatio pòſt, duos infantes peperit, quorum alter mortuus erat: quem diu antè mortuum fuiſſe maniſeſtè erat colligere: alter verò viuebat, ſed adeò debilis, propter malum à fratre gemello communicatum, ita vt triduo integro ſugere non potuerit: diligenti tamen cura factum, vt indies melius ſe haberet, B qui nunc annorum eſt octodecim, & Regis Galliarum aſſecla. Quas Hiſtorias, ex epiſtola quadam, quam habeo, *de Beauuais.* à D. de Malorthye, ad Dominam Bellouocam Nangienſem ſcripta deſumpſi, in qua omnia in ſpe- *de Nangey.* cie deducit, quamque manu propria ſubſignauit, poſtquam à D. Seureo docto & exercitato Medico *à Melun.* Melodunenſi diu precibus ſollicitatus fuiſſet: eum enim rogaram, vt hoc officij amico, idque in bonum *Lib. 7. cap. 10.* publicum, pręſtaret. Infantium hoc modo naſcentium, poſtremum natu Romani, vt monet Plinius, Vopiſcum cognominem fecerunt: quam vocem ex Græco ortam interpretor, quaſi ὑἱὸς ὄπισθε κυόμενος, infans poſt natus.

Propoſito noſtro conueniunt ſuperfœtationes, non ſolùm ſi infans vnus poſt alterum naſcatur, ſed etiam ſi ſimul concepti, diuerſo tamen tempore lucem hanc aſpiciant, vt ex Aphoriſ. 37. & 38. lib. 5. Aphoriſmorum Hippocratis colligere eſt, in quorum primo inquit: *Si mulieri vterum gerenti mammæ repente graciles fiant, abortit.* In altero verò: *Mulieri geminos gerenti, ſi altera mamma fiat gracilis, alterum abortit: & ſi quidem dextra mamma gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.* Hinc manifeſtum euadit, quòd licet alter fœtus matrem in grauiditate conſeruet, vt non abortiat, nihilominus tamen alterum abortu reijci: & ſic conſequenter ex ipſiuſmet Hippocratis ſententia liquet, os vteri etiam in grauidis, imò ſummè recludi, quo fœtum mortuum tanquam rem, quæ ſibi ponderi & moleſtiæ eſt, reijciat; ita tamen vt viuus adhuc fœtus, qui non in lucem prodit, ſed reſeruatur, nil moleſtiæ perferat. C

Fluor vterinus in grauidis. Dein, plures grauidæ ſunt, quæ tam abſque propria, quàm ipſius fœtus moleſtia, copioſo fluore vterino phlegmatico, menſtruiſque albis laborant: quæ omnia aliundè quàm ex cauitate vteri profluere nequeunt, quidquid in diuerſum ab alijs dicatur. Etſi enim concedendum foret, quod tamen minimè neceſſum, ſanguinem menſtruum in grauidis ex venis cruralibus profluere, & ex ijs venis, quæ collo vteri ſunt inſertæ, quæ ſolùm ſanguinem continent: dici tamen non poteſt eiuſmodi humores & excrementa, quæ nullo modo ſanguinea, ſed cruda, viſcoſa, craſſa, interdum putrida, pallida, viridia, ſed ſæpius decolora ſunt, in tanta copia, aliunde quàm ex quadam ampla concauitate, vbi humores hi collecti fuêre, promanare: non autem ex quopiam loco, qui perpetuo fluxui obnoxius ſit, vt eſt collum vteri, quod in recipiendis, & ſtatim reijciendis excrementis vteri pari munere fungitur cum naribus quæ craſſum, aut copioſum mucum ſtatim euacuant, qui primò collectus, & longo tempore in ſuperioribus concauitatibus, ſupra oſſa Ethmoidea infarctus fuit. Neceſſariò enim oportet, vt eiuſmodi vteri excrementa, ſi talia ſint, qualia ex vteri collo promanare conſpiciuntur, primo fuerint recepta aut genita, diuque in quadam earum partium concauitate retenta, quæ alia eſſe non poteſt, quàm ipſius vteri capacitas, ex qua cùm hæc excrementa promanant, tam in ijs quæ grauidæ ſunt, quàm quæ non ſunt, ſi modò excerni debeant, vt ipſius os recludatur oportet.

Verùm licet eiuſmodi excrementa, aut fluores vterini vnius aut alterius ſuperfœtationis, conceptionem præceſſerint, aut eam ſint ſecuti, nihilominus tamen hoc ad ſententiæ noſtræ confirmationem facit. D Si enim præceſſerint, æquè admiratione dignum, quomodo poſtmodum concipere potuerit, quàm mirum videtur fieri poſſe conceptum ſupra cicatricem aut peſſarium, ex ſubere cera obducto, & bene compoſito: quod tamen fieri poſſe, ſtatuimus. Contrà verò huiuſmodi molæ, aut fluores menſtruorum alborum, quemadmodum etiam ſuperfœtationes, ſi poſt conceptum ſuperuenêre, tum os vteri grauidæ recludi oportet, quò fluxui eiuſmodi humorum exitus detur, quemadmodum etiam ad receptionem noui ſpermatis, alio iam prius recepto.

Tum, hoc inde etiam apparet, ſi plurimorum ſententiam magis veriſimilem ſectemur, quæ eſt de emiſsione ſpermatis grauidarum viris concumbentium, in quibus non ſecus quàm prius, ſperma è vaſis in vterum excludetur, vterique collum lubricum reddit, quod ſine oris vteri recluſione fieri nequit.

Quartò, notandum, grauidarum aliquas, præſertim valdè ſanguineas, vt quotidie obſeruare licet, & qua de re etiam plures ſcripsêre, ordinariè menſtruas ſuas purgationes, & eas copioſas, habere: abſque tamen fœtus nocumento, vt qui plus alimenti, quàm indigeat, habeat: ratione etiam cuius ſæpius ſanguinem venæ ſectione ipſis detrahimus, ad grauiora ſymptomata, non ſolùm ipſius plethoræ, ſed etiam cacochymiæ, quæ breui ſubſequitur, euitanda. Hippocratis tamen tempore periculoſum hoc erat, quia eius ætate copioſior ſanguis, quàm noſtro tempore fiat, mittebatur. Hanc ob cauſam 5. Aphoriſ. 30. vt à venæ ſectione abſtineatur, monet. Veruntamen ſanguis hic mẽſtruus grauidarum, etiam ex ipſius vteri capaci-

A capacitate promanat (vti alibi à nobis fuit oſtenſum) & quidem ex aliquorum acetabulorum reſeratione, quibus fœtus per ſecundinam non alligatur: ſi enim ex his venis efflueret, abortus ſequeretur, quod tamen non fit: ſanguis autem hic profluens, non magis fœtui ſuis membranis inuoluto moleſtiam infert, quàm ſuprà dicta excrementa alba, aut putrida faciant. Attamen tum fortè (non tamen neceſſariò) natura immediatè per venas aliquas ipſius colli vteri, & etiam aliquando per nares & per hæmorrhoides ſe exonerat: quæ tamen loca minus quàm ſit ipſius vteri collum ſunt accommoda, imò etiam quod ſæpè obſeruaui, vomitu ſanguineo, qui tempore menſtruis præfinito fiebat, quæ res in talibus naturæ reuulſionibus admiranda, non tamen arte medica imitanda.

Quintò, rationis loco, Analogia vtemur & ſimilitudine inter vterum naturaliter in corpore retentum, & huius mali curationem, auxiliumque artificiale, quod mouemus. Mulier enim quæ ſolùm poſt menſtruorum fluxum, & cum vtero non geſtaret, vteri procidentia diuexabatur, ſe curatam, aut ſaltem ſubleuatam perſentit, cum grauida eſt, aut quando tempus menſtruorum inſtat. In primo horum duorum caſuum, infans qui prohibet ne procidat (vt facit etiam peſſarium) non in collo, ſed in concauitate vteri ſedem habet. Quò ad alterum, certum eſt ſanguinem menſtruum, dum vterum intumeſcere facit, (quod & peſſarium eo dilatando facit) ne elabatur, pari pacto prohibere, cum materia, internæ ipſius vteri ſubſtantiæ, non autem collo ipſius ſit imbibita.

Sextò, melius adhuc exinde hoc apparet, quòd viri propter peſſarium hoc ſatis magnum (quando ſe-
B mel vtero inditum eſt, & inde non retractum) non intermittant frequenter cum mulieribus conuerſari, & quidem abſque noxa aut impulſu, imò vt etiam maritos lateat, ſi modò mulieres ipſos celare velint. Quòd ſi ſolùm in vteri collum peſſarium eſſet inditum, propter ipſius magnitudinem ipſos latere non poſſet. Quare neceſſariò ſequitur, vt in concauitate vteri tale peſſarium contineatur.

Peſſarium non impedire, quin aptè ſemen & recipiatur, & vtero rectè adhæreat.

CAPVT VIII.

VErùm metuendum non eſt, eiuſmodi peſſarium (ſi modò vti oportet, formatum & compoſitum fuerit) impedire poſſe, quò minus ſperma viri & mulieris, vti conuenit, recipiatur, agglutinetur, & parietibus internis ipſius vteri adhæreat, quod & alterum in Medicina Paradoxũ eſſe videtur, ſed tamen cum Hippocr. doctrina conueniens. Si enim tale ſemen receptum, vni ſolùm ipſius vteri parti adhæreat, & ab ea alimentum ſumat, ſatis eſt, modò pro ipſius conſeruatione & nutritione, ſufficientia acetabula adſint, nec magis omnibus opus habet, quam infans duabus mamillis, ſi vna ſufficienter alimenta (vt ſæpè accidit) miniſtret. Quare peſſarium hoc ex ſubere paratum, non impediet, cùm ſit mediocre, leue & politum, & ſic per conſequens Embryonem nec comprimere, nec detrudere, nec lædere poteſt, quod in brutis polytocis, præſertim catellis vtero contentis, obſeruare licet: quorum ſingulorum ſecundinæ ſeparatim adhærent, à ſe inuicem ſatis diſtinctæ. Ratio hæc punctum meretur, non ſolùm propter
C huius dubij explicationem, ſed propter nouam, veram & neceſſariam ipſius Aphoriſ. 59. lib. 5. interpretationem, quo in Aphoriſmo Hippocrates oſtendit, mares dextra, fœmellas verò ſiniſtra vteri parte contineri, quod de adhæſione intelligi debet: quod & ipſæ mulieres perſentiunt, idque vel ex pondere aliquo, vel ex motu Embryonis, in vno magis quàm altero latere, & hoc vſitatum & certius ipſarum ſecretum eſt, de ſexu infantis prædicendi. Eadem hæc interpretatio, plures obiectiones, quæ contra Hippocratem fieri poſſent, ſoluit, præcipuè autem explicat Aphoriſ. 38. lib. 5. in quo agit, vt antè oſtenſum, de Gemellis: quorum ſi alter ex vno latere abortu excludatur, alter tamen ad præfinitum à natura tempus geſtetur, neceſſariò ſequi vt non vnà iiſdem acetabulis adhæreant: ſecus enim ſi eſſet, vnà excluderentur, ſed quilibet per propria acetabula ſecundinæ adhæret.

Solutio aliarum obiectionum, & probatio, huius peſſarij vſum, nouum non eſſe: licet aſſertio hæc, qua ſtatuitur mulierem peſſarium geſtando nihilominus concipere poſſe, obſeruatio noua ſit.

CAP. IX.

HÆc ſunt, amice Lector, quæ vera eſſe adinueni, & huic tractatui inſerere volui, vt rem propoſitæ materiæ non diſsimilem, tàm quò ad ſubiecti materiam, quàm quò ad rei nouæ & paradoxi affir-
D mationem: quod tamen neceſſariò verum eſſe debet, aut ſenſus non ſolùm vnius, ſed omnium, fallaces erunt, à quibus tamen principium & modus verum à falſo diſcernendi, dependet. Addo etiam vtilitatem, quæ inde percipitur, imò & neceſsitatem, ſi rectè & dextrè adhibeatur, idque tam in commodum & leuamen matris, quàm ne ſpes adimatur vtero adhuc gerendi, dum eo etiam peſſario vtuntur, quod ſecus non fieret. Rei veritatem omni inuidia remota tibi patefeci, dum & locorum & perſonarum nomina propoſui, quo ijs in locis, & etiam alibi, huius rei veritatem cum iudicio perquirere poſsis, vſque dum tibi ſatis fiat, quemadmodum etiam à me factum eſt, donec temporis tractu in poſterum, huius rei maiorem comprobationem accipias. Obijcies ſat ſcio, hac de re nil vnquam traditum fuiſſe, tam à veteribus, quàm neotericis, qui tamen in aliarum rerum inueſtigatione diligentes fuère, nec etiam in vſum receptum, nec obſeruatum eſſe, à tot Chirurgis acutiſsimis. Quod ſanè lubens concedo, ne cum contentioſis in diſceptationem veniam, quod etiam de ſectione noſtra Cæſarea intellectum volo: attamen rem tibi expoſuimus, quam perpendes. Non enim omnia ea, quæ olim facta ſunt, literis fuère tradita, vt nec ea ſingula quæ rara & ſecreta fuère ad noſtram cognitionem peruenêre: ſemper enim quædam fuère remedia, præcipuè inter mulierum ſecreta proprijs morbis conuenientia, quæ quaſi per manus ſibi inuicem tradidère: quemadmodum & olim inter Medicorum ſecreta fiebat (imò ab ipſo Aſclepiade) qui plurima ex ſecretis ſolùm ſuis, quaſi hæreditario iure detegebant, idque ſolenni iuramento

dato, ſe ea alijs non expoſituros, quod ex iuramento Hippocrateo coniectare licet. Inter mulieres hoc A
accidere, multo eſt veriſimilius, præſertim in celandis ijs, quæ ad partes genitales ſpectant: ſiquidem & viros ipſos, qui tamen minus ipſis verecundi ſunt, pudet earum partium affectus exponere, ita vt ſolùm familiariſsimis & quidem quàm tardiſſimè hæc exponant. Quod à Plutarcho in lib. de Curioſitate traditum fuit, dum inquit: Si Herophilus, aut Eraſiſtratus, aut Æſculapius ipſe homines vt dictum exiſtentes, morborum remedia & ſanitatis inſtrumenta in manibus habentes, vltrò aliorum ædes accederent, inquirentes eſſet ne vir aliquis circa anum, aut mulier aliqua cancro pudendorum laborans, qui ipſorum indigeret opera: illi certè tanquam aliorum ſecretorum indagatores, abigerentur.

Verùm hæc parua & leuia, ſed perutilia, & certa remedia melius & rectius inter plebeios, qui qualicunque experientia contenti ſunt, quàm inter magnates in anguſtioribus locis conſeruantur. Sic enim ſæpius faſtuoſus & arrogans Doctor quiſpiam, ſed parum exercitatus Medicus (qui Legiſlatoris inſtar, naturæ imperare putat, non autem ipſi vti deberet auxilium fert, ijs remedijs, quæ à natura quaſi digito & ad oculum ipſi oſtenduntur) aliud non facit, quàm vt vel inuidia, vel contemptu motus, quò minus alius quiſpiam minoris nominis melius ipſo ægro ſuccurrat, impediat. Hic error eſt, qui nos cæcos reddit, & ſæpius in præiudicium maiorum nobis occaſionem adimit, quò minus plurima bona remedia cognoſcamus, quæ aliqui volunt nobis expectanda eſſe, ſed fruſtra, ex Rhabarbari exhibitione, & venæ ſectione, quæ ſæpius tam barbara ſunt, quàm ſanguinaria, niſi ea certo cum moderamine & deliberatione potius fiant, quàm tyrannico imperio, quod rectè docti, boni, modeſti & exercitatiſsimi ſanitatis diſ- B
penſatores facere norunt.

Verùm demus, hactenus hac de re à nemine quicquam ſcriptum fuiſſe, ad hæc noſtra vſque tempora, quibus ingenioſus & induſtrius aliquis ex euentu variarum affectuum conſuetorum, vel inaſſuetorum, qui mulieribus accidunt hæc inuenerit (vt etiam in ſectione hac Cæſarea vſu venit, licet obijciatur hoc fortè temeritate quadam factum) attamen pati, bonum aliquod qualecunque ſit interire, ſacrilegium foret, quando tale bonum Deus per eiuſmodi media & tales quos vult miniſtros, nobis patefecit, quocunque etiam tempore id contingat. Attamen crederem ego (quoad vteri in loco conuenienti ſolùm retentionem, non autem quoad concipiendi facultatem) hoc ab Hippocrate Aphoriſ. 47. libro 5. intellectum fuiſſe, vbi inquit: *Si Vterus intra coxas ſitus ſuppuratur, neceſſarium eſt emmotum fieri.* Si modò alibi quoque eius rei meminiſſet, eo nimirum in loco vbi ſpeciatim vteri prolapſi curam tradidit: aut ſi quiſpiam è veteribus ea de re quidpiam ſcripſiſſet: aut denique ſi huius Aphoriſmi interpretatio à Galeno tradita, aliò non pertineret, qui circa vocabulum διακνέειν ſubſiſtit, quod pro διακαλέειν aut διακινεῖν ab illo tempore fortè poſitum, quo Aphoriſmi hic ſit ſenſus: *Si Vterus intra coxas ſitus deciderit, aut deſilierit, neceſſarium eſt emmotum fieri.* His non contrariatur ipſius vocabulum *Emmoti aut Lmamenti*, emphaſeos allegatio, cùm ex diuerſis materiis, vnum idemque remedium fieri poſsit. At ſiue res ita ſe habeat, ſiue minimè, nolo tamen autoritatem tantorum interpretum, quos habuit, cauillari, quos ego & veneror, & imitari volo, qui C
ſæpius non metuere modeſtè ea, quæ ab ipſis erant inuenta, in vtilitatem poſterorum proponere. Quo tacitè nos monuerunt (quod & meum eſt propoſitum) vt idem in gratiam noſtrorum faciamus: præſertim verò quando de veritate quæſtio eſt, quæ cùm Temporis ſit filia, à patre ſuo didicit, non omnia vno eodemque tempore producere. Sed vtcunque res ſe habeat, id tanquam alia bona acceptare debemus, & à manu non ingrata recipere, quando tempore ſuæ maturitatis nobis ſe offert, prout & per ea media, per quæ Deo (qui autor omnium temporum eſt, & omnium ſeculorum parens) placuit ea nobis communicare: cui ſit gloria, honor, cum gratiarum actione in æternum, Amen.

AD CHIRVRGOS

BREVIS EXHORTATIO DE SECTIONE CAESAREA, quomodo, quáve ratione adminiſtranda ſit: eiuſdem

FRANCISCI ROVSSETI.

CREDO ego promiſsis me ſtetiſſe, dum abundè ſatis teſtatum feci, ſectionem hanc tutò fieri poſſe; ita vt non ſit metuendum obijci poſſe, temerariè hanc ſectionem adhibitam fuiſſe, alterius vita in periculum coniecta, quo alterum à morte vindicaremus: licet ſecus ambo in ſummo nimis periculo verſarentur, cùm ipſorum ſalus in anguſto eſſet poſita. Quare hîc ſummam manum imponam, tibi (amice Chirurge) & ſectionis huius adminiſtrationem, & etiam præceptorum methodicam conſcriptionem committens, vbi data occaſione rem feliciter peregeris, cùm vtrumque tantò magis tui ſit officij, quantò magis induſtrius es, & ſcientiam maiorem es adeptus: quantam ſcientiam, plures eorum, qui hanc ſectionem, vt potuerunt, adminiſtrârunt, non habuêre, quibus tamen feliciter ſucceſsit: quare ei, à quo ſolo omnis felicitas procedit, ſit laus. Sed tamen vt adhuc tibi gratificer, ſimque auxilio ijs, qui non adeò in arte ſunt exercitati, donec (hæc vbi ſæpius exercueris) ipſis meliorem inſtructionem proponas, quemadmodum tractatio hæc meretur: quædam vniuerſalia quaſi in genere deliberatiuo, nec tamen curioſius proponam, vt facit nimis phantaſticus Pictor, qui dum manum à tabula remouere non poteſt, exiſtimans magis affabrè ſe picturum id quod ſatis commodè erat delineatum, nil facit aliud, quàm totum opus confundere & deuaſtare. D

Primò tibi conſiderandum erit, aliquàne ſit ſpes alio faciliori modo fœtum nanciſcendi. Dein, ſitne mulier robuſta, & an ſigna lethalia adſint: præcipuè autem an nō nimium ab Obſtetricibus, aut ob ſummos

A mos & violentos in partu conatus læſa fuerit: aut quorundam Tonſorum carnificina crudeliter dilacerata, quod frequentius ab ipſis, quàm à matronis fieri ſolet. Si enim eam tum mori contingeret, cauſa mortis ſectioni tuæ, non autem ipſorum erratis adſcriberetur. Sic, poſtquam (inuocato tamen prius numine Diuino) aliquis, qui tibi ad id commodus viſus fuerit, iuſſu tuo, mulieri animum addiderit, & vt primò Deo bene confidat, dein etiam de tuo auxilio rectè ſperet, admonuerit: conueniet te inſtrumenta hæc pauca habere, ad hoc opus peragendum neceſſaria: ita tamen vt hæc inſtrumenta ab ipſa non conſpiciantur. Nouaculam nimirum acutam, nouaculam rotundæ aut globoſæ cuſpidis, acum cuſpide triangulari filo inſtructam: ſpongiam mollem: pannum lineum mollem, veterem, complicatum, conſutum & iam imbutum decocto calido, de quo in ſequenti agetur, vel alio ſimili decocto, quo dein bene expreſſo, melius quàm ſpongia vteris, tam ad ſanguinem imbibendum & exſiccandum, quàm ad labia ipſius vulneris fotu adſtringente, & calore ſuaui ac blando fouenda.

Præterea etiam linteamina ſint in promptu, quæ ipſi mulieri ſubſternantur, & circumponantur, quo ſanguis qui promanabit, tegatur, cuius etiam parua quantitas magnam profuſionem oſtentat, & tam mulieri patienti, quàm aſtantibus terrorem incutit. Adſint etiam faſciæ, linamenta, ſplenia, ſtupæ bene pexæ, puluilli, vſitatis medicamentis adſtringentibus, imbuti: quæ omnia in primo poſt ſectionem apparatu, ſeparatim habere oportet, aut eadem, ſi tibi ita videatur, coniunges. Poſtmodum vbi te monitore,
B vrinam, ſi fieri poterit, reddiderit, (quo veſica vacua deorſum concidat, & minus impediat, quamuis ea locum ſectionis non attingat) ſituanda eſt, ſi vires valeant, ſupra lecti extimam partem in dorſum inuerſa & inflexa, ita vt tibiæ aliquantum propendeant, ſed firmiter coniunctæ ſeruentur, ipſa verò blandè à familiaribus robuſtis & animoſis ſuſtineatur. Aut ſi vires ſint proſtratæ ſemidecumbens continēda (hic enim ſitus à Syncope præſeruat, quod in ſectione venæ eorum, qui lipothymijs obnoxij ſunt obſeruare ſolemus) ita tamen vt verſus pedes aliquantum propendeat, tibiæ verò æqualiter ſint extenſæ.

Tum vnum aut alterùm quod voles latus eliges, hoc enim in idem recidit, vt ex ſuprà citatis hiſtorijs colligere licuit. Attamen ſi Hepatis aut Splenis aliqua durities adſit, conſultius videtur fore, ſi oppoſitum latus incidatur, idque varijs de cauſis, de quibus alibi acturi ſumus.

Si verò Hernia ſit, in latere eo, quod incidere eſt animus, & quod cenſeatur inteſtinum ibi, nimirum inter Peritonæum & Vterum non hærere (difficulter enim ibi eſſe poteſt, quia Vterus in muliere valde grauida prius quàm inteſtinum ſe offert) tum ibi ſectio fieri poterit, eò enim citius quàm in oppoſitum latus Vterus decumbit. Hac ratione fiet, vt poſtmodum ægrota, non ex vtroque latere ſit Hernioſa. Et licet inteſtinum ſe ibi offerret (quod tamen fieri non poteſt) nil idcircò mali eſſet, modò in altum nouacula non adigatur, ne ipſum lædatur. Olim enim in curatione Herniæ, magna ſupra rupturam inciſio, abſque tamen noxa fiebat, vt Celſus & Ægineta teſtantur.

Hoc facto, optimo atramento locum incidendum notabis, linea oblonga & recta per abdominis lon-
C gitudinem ducta, cuius exſiccatio expectanda, ne rurſus deleatur, quo recto tramite abdomen ſecetur. Fiet autem ſectio inter vmbilicum & ilia, tribus vel quatuor digitis ab inguine pecten verſus, & id ſecundum recti Muſculi longitudinem, cauendo tamen ne vel caput, vel cauda ipſius Muſculi lædatur. Notandum autem hoc loco, quod ſi ſectio paulò altiori in loco potius, quàm nimis infernè fiat, eam meliorem & tutiorem ratione hæmorrhagiæ fore: minus etiam moleſtam, ſi Hernia remaneat: adhæc minus etiam doloris cauſabit. Sed & eodem atramento, in quatuor aut quinque æqualiter diſtantibus locis, quatuor aut quinque paruas lineas tranſuerſales decuſſatas, ſuper lineam primam per abdominis longitudinem ductam, notare oportebit, & vt exſiccetur, curandum: ſupra quas puncta futuræ futuræ ſibi inuicem rectè reſpondentia locanda, quò recta fiat Gaſtroraphia.

His peractis, ſectio ipſius Cutis, ſupra lineam dextrè adhibenda, ad pinguedinem vſque, ſed cautè, nouaculam adigendo: cuius vulneris longitudo erit, dimidij circiter pedis, plus minúſve, prout mulier magno paruóve corpore fuerit, poſtea eodem prioris ſectionis tramite, prudenter & quidem ſecundum longitudinem, Muſculi ipſius Epigaſtrij incidendi, & etiam peritonæum. Sed cautè inquam peritonæum ſecandum erit: ſub eo enim ipſius vteri corpus tum prætumidum ſe offert, ipſis inteſtinis, quæ abſcondita ſubiacent, incumbens. Tum implorato diuino auxilio, vterus incidendus erit, ita tamen vt alta non fiat ſectio, ne fœtus, ſi adhuc fruatur vita, lædatur: ſi enim mortuus ſit, tum citius omnia peragi poſſunt, cauendo ſolùm ne nimium mater lædatur. Incipienda erit ſectio in ſummo ipſius vteri, & deorſum inter latus & anteriorem partem ducenda, quò ijs locis, vbi ſunt Epididymi, vaſa ſpermatica, & Teſticuli
D muliebres, caueatur.

Quod vt tutius fiat, conſultum erit, tum ad manus habere nouaculam alteram, dorſo craſsiore, acie acutiſsima: ita tamen vt ipſius acuminis principium globulo plumbeo aut buxeo muniatur (ad inſtar cultri eius, quo vtuntur ij, qui omaſa præparant, & inteſtina repurgant) ne acumine infans, dum ſe in vtero mouet, alióve pacto, lædatur.

Poſt fœtus & ſecundinæ extractionem, linteamine tenui, molli, blando & veteri, octies vel decies breuiuſculè complicato, & ſequenti decocto imbuto (quo loco ſpongia vti licebit) diligenter & blandè is, qui aderit ſanguis, abſtergendus eſt: ita tamen vt blando calore foueatur, quò duabus ſatisfaciamus indicationibus, & quidem contrarijs, idque eodem tempore, habita ratione breuitatis temporis, quo id fieri debet. Decoctio ſit talis:

Recipe herbarum Artemiſiæ, Abſinthij, Agrimoniæ, Betonicæ, Althææ, Florum Maluæ arboreſcentis (quam Roſam tranſmarinam aliqui vocant) ſi reperiatur, foliorum aut florum Granatorum, Roſarum ſylueſtrium odoratarum, Roſarum rubr. exſiccatarum ana M j. rad. Ariſtolochiæ longæ & rotundæ, Cyperi, Schœnanthi ana circiter ℥. ſ. Fiat omnium decoctio vſque ad tertiæ partis conſumptionem, in vini craſſi rubri & auſteri ℔. vj. (ſunt duæ pintæ Pariſienſes) dein coletur: colaturæ addatur Aquæ fa-

Fleurs de Roſes tremieres.
d'Eglantier.

brorum hemina, id eſt, quartarij duo (eſt dimidia cheopina Pariſienſis) & rurſus vnà bulliant. In hoc de- A
cocto temperati caloris, linteamen complicatum, eo modo, vt dictum fuit, intingatur, & exprimatur: hoc
eadem opera & ſaniem abſterget, & partem læſam fouebit, ſanguinis fluxum ſiſtet, partem defatigatam
corroborabit, & lochia, quæ fluere debent, promouebit. Sed hoc loco ſtudioſè dictum illud, *Feſtina len-
tè*, obſeruandum.

Hæc vbi ratione Vteri peregeris, & eum blandè in locum conuenientem, abſque tamen ſutura, repo-
ſueris (Vteri enim in ſeipſum contractio, quàm ſutura melior eſt) tum ſtatim Gaſtroraphia adhibenda
(id autem feſtinanter fieri non debet) vulneri ipſius abdominis, ne frigore interiora afficiantur, obſer-
uantes, & aptè vulneris labra committenda ſecundum lineas decuſſatas, vt iam dictum fuit. Quæ qui-
dem res & ſecundi alicuius operam requirit, qui inteſtina, quę tum iuxta vulnus, quod conſuitur, occur-
runt, intrò trudat, ne ipſa vel acu lædantur, aut inter puncta ſuturæ occludantur, dum locum eum, quem
prius Vterus iam retractus obtinuerat, occupant.

Nec etiam nimis cunctanter res agenda, vti prædictum, vel in curioſa gaſtroraphia adminiſtranda, vel
aliquid cum ægrotæ periculo experiundo, ne totum opus corrumpatur: ſiquidem experientia comper-
tum, quod in ijs, quæ inciſæ omnium optimè conualuère, nil aliud quàm cutis, & quidem paucis pun-
ctis conſuta fuit, nec tamen propter herniam, quamuis valdè magna foret, aliquid moleſtiæ pertule-
runt. Nam (vt eſt in prouerbio Gallico) melius eſt infantem mucoſum relinquere, quàm naſum omni-
no auellere. B

Poſt ſuturam Abdominis, reliqua, quæ in aliis etiam recentibus vulneribus fieri ſolent, erunt admini-
ſtranda, vſque ad cicatricis generationem: frigus tamen ſummè cauendum: fiet autem id per vnguen-
ta, cataplaſmata, emplaſtra, fotus, puluillos, ſtupas bene pexas, pro ratione temporis, & indicationibus
conuenientibus.

Ratione autem Vteri, duo potiſsimùm conueniunt: Peſſaria nimirum, & iniectiones in Vterum. Peſ-
ſaria erunt effigiata in formam penicilli, pollicis craſsitie, aut paulò minores, & ſatis longa, quò vſque in
concauitatem vteri abſque offenſa indi poſsint. Parabitur autem ex linteo, aut ex candela cerea perfora-
ta in modum penicilli fiſtulati (quas Tentas cannuleas vocant) linteo, aut bombace obducto, butyro re-
centi, pinguedine gallinæ, oleo roſato, vitello oui inuncto: quod ſæpius extrahendum, & rurſus intru-
dendum erit. Proderit tale peſſarium, tum ratione longitudinis, tum etiam ratione perforationis, quo
ſaniei pateat tranſitus: dein etiam vt collum & os vteri muniat, ne ſaniei acrimonia afficiantur: Hippo-
cratis conſilium imitantes, ſi modò communem interpretationem ſequi velimus: *Si Vterus inter coxas ia-
cens ſuppuretur, neceſſarium eſt emmotum fieri.* Quòd ſi ſæpius id extrahamus, non impediet quò minus puri,
humori pituitoſo, aut grumis ipſius ſanguinis detur exitus, ſed potius ea ſecum ducet.

In eundem vſum Clyſteres vterini conuenient, qui ipſum fouebunt, abluent, abſtergent, roborabunt,
& conſolidabunt: quæ parabuntur ex decocto Artemiſiæ, agrimoniæ, abſinthij, althææ, plantaginis, ro-
ſarum rubrarum: floribus aut foliis maluæ arboreſcentis, nepetæ: radicum ariſtolochiæ, ſalſæ parillæ, cy- C
peri, ſchœnanthi, quæ omnia decoquentur in aqua chalybeata, addendo parum vini craſsi auſteri, & o-
ptimi hydromelis aliquid. Horum nihil, aut parum, in ſuprà citatis hiſtorijs obſeruatum fuit, quæ nihilo-
minus tamen rectè, & citò curatæ fuère. Quare ſi prædicta omnia reperire non liceat, non tamen ob ab-
ſentiam (vt eſt in vulgari prouerbio) vnius Monachi, Abbatis electio intermittenda.

Victus ratio ſit ex cibis euchymis, & ſit, quoad vires concedent, tenuis. Mulieres enim modò enixas,
& tali pacto exercitatas corroborare conuenit: at in vulneribus & apoſtematibus interioribus, exquiſita
victus ratio requiritur: quare medium ſeruare oportet.

Quòd ſi aluus non reſpondeat, Clyſteribus ex ſaccharo rubro, diapruno ſimplici, butyro recenti, oleo
roſato, cum iure gallinæ pinguis, abſque herbis & ſale paratis vti oportet. Reliqua pro iudicio Chirurgi
& prudentis Medici, qui fortè aderit, fient.

Verùm quemadmodum Varro doctiſsimus, ex numero primariorum Romanorum, de Philoſophia
ſcribens, de ea non peculiariter tanquam dogma aliquod propoſiturus ſcripſit, ſed ſolùm vt iuuentuti e-
ius guſtum aliquem proponeret. Sic etiam, candide Lector, me feciſſe cogitabis, non quòd præcepta
neceſſaria tradiderim, ſed ſolùm vt te eius monerem, cuius partim ex inſpecto opere, partim verò ex da-
to alijs conſilio, quibus bene ſucceſsit, obſeruationem habeo, tibi id, quod hactenus obſeruaui, digito o-
ſtendens, quò hęc tanquam ex tua officina profecta agnoſcens, & etiam ſeriò poſtmodum ei incumbens D
id & tuearis, & proſequaris, ne præda, quam tuo labore eris aſſequutus, priueris. Ad quod præſtandum
tibi Dominus ſucceſſum largiatur, quò feliciter ad humani generis vtilitatem, ipſiuſque gloriam hæc
præſtare & perficere poſsis: cui vt & Spiritui Sancto, ſit honor & gratia per IESVM
CHRISTVM Filium ſuum, Dominum noſtrum, in ſecula.
AMEN.

FINIS.

MARONIANVM AVTORIS AD LIBELLVM.

Nunc te ſtramineum pro tempore fecimus, olim
Si ſætura gregem ſuppleuerit, aureus ibis.

LECTORI

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI MARIO